SIGISMVNDI SCACCIAE IVRISCONS. ROMANI

Tractatus

DE IVDICIIS CAVSARVM CIVILIVM, CRIMINALIVM, ET HAERETICALIVM.

LIBER PRIMVS.

In quo, quid circa prædictarum causarum Iudicia de iure communi, quid secundum Doctorum communes sententias, & quid de generali consuetudine, & praxi præsertim Curiæ Romanæ, totiusque status Ecclesiastici, Regni Neap. & Ducatus Mediolani dispositum, & receptum sit, enarratur.

Cum Indice verborum, & Rerum omnium notabilium copiosissimo.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, MDXCVI.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.

SANCTISSIMO ET BEATISSIMO PATRI, ET D. N. CLEMENTI VIII. PONTIFICI MAXIMO.

Sigiſmundus Scaccia fœlicitatem ſempiternam.

STATIM atque in Iudicium cauſa deducitur, innumerabiles propemodum difficultates vndique oriri incipiunt, & lites ſubinde ex litibus quaſi propagari videntur, quæ poſtea iudicium euſque remorantur, vt vel Actores magnis litium expenſis, exantlatiſque laboribus defeſsi, quod ſuum eſt, conſequi omittant, vel Rei, quàm illi, non minus defatigati, quod eſt indebitum, ſoluant: Inquiſiti quoque, ſi Iudices ſingula, quæ emergunt, dubia nouo, longo, atque laborioſo; veluti Tyrones; rimentur ſtudio; tot inſtruunt impoſturas, vt, omni inquirendi via præcluſa, non ſine Reip. detrimento, ac turpi Curiæ eluſione impuniti euadant; & offenſi, cum illatam ſibi iniuriam non vlciſcantur leges; ad arma confugiant: Contra ſi, longo ſtudij labore non impenſo, procedant: aut Rei ipſi vexantur innocentes: aut Iudicium inſanabili nullitatis vulnere ſaltem deformatur, ac ſi quid ritè, recteque actum erit, id, vt in tenebris factum, caſui referendum eſt. Quæ ſanè detrimenta cum euitari non poſſint, niſi Iudiciorum natura, & qualitates familiariſsimè cognoſcantur, multi, & quidem eminentiſſimi Iureconſulti, tàm ex vetuſtioribus, quàm ex recentioribus de ijs ſub diuerſis titulis multa ſcripſerunt. Verum quia Natura quotidie nouas deproperat edere formas, & mutatis temporibus iura quoque, conſuetudineſque ſæpè mutari neceſſe eſt, &; vt ait Quintilianus; tot ſæculis nulla reperta eſt cauſa, quæ ſit tota alteri ſimilis: ſtatui propterea, BEATISSIME

PATER; integram Iudiciorum telam tribus voluminibus; DEO fauente; ordiri, ac sub tuis fœlicissimis auspicijs prosequi; quorum primum, quod ad finem iam perduxi, Sanctitati Vestræ, veluti debitas mei tenuis ingenij primitias offero: non quòd ignorem, Sanctitatem Vestram & multis, & grauissimis Pastoralis Officij curis adstrictam, in hisce perlegendis tempus non conterere, sed quia sicut hæ meæ lucubrationes ex DEI inuocatione sumpserunt initium, sic quoque conuenit, vt eædem, ad hunc finem perductæ, Tibi, qui Summus es eius Sacerdos, CHRISTIQVE vices geris in Terris, ex debito consecrari desiderent. Dignetur igitur benedictionis largitate munire, ac locupletare eas.

DIVISIO.

TRactatus iste diuiditur in tres libros.

In primo agitur de singulis modis inchoandi singula iudicia, & subinde de ijsdem omnibus vsque ad executionem per processum in contumaciam: rursus de ijsdem cum præsentia partium vsque ad litis contestationem, & de istis omnibus inclusiuè.

In secundo de reliquis vsque ad conclusionem in causa.

In terrio de reliquis vsque ad finalem executionem.

Catalogus Capitum Primi Libri.

De

De

Capitulorum Finis.

INDEX RERVM, AC SENTENTIARVM, QVAE IN HOC PRIMO LIBRO CONTINENTVR.

Aduoca-

Limita-

Causa

Citatio

Citatio

Amplia,

Reus

Clerici

Clericus

Confeßio

b 2 ✻ Re-

Denun-

ECCLE-

E

de

✱ Exequ-

Feriæ

I

car-

In-

* *Instru-*

Iudex

Libel-

Mo-

✻ Reli-

No-

Nuncius

Præ-

Pro-

Qui

Sen-

Sexto

✲ Reli-

Testes

Finis Indicis.

LECTORI.

IRrepserunt; humanissime Lector; partim ex Typographia, & partim ex copia ad eam transmissa nonnulli errores, qui & si doctrinæ sensum non inuertant, eos tamen vbi eam aliquo modo aut mendacem, aut obscuram, seu aliter ineptam ostendere possent, extrema huius libri pagina correximus, ac restituimus. Reliquos verò; si qui sunt, quia abs te facilè corrigi possunt, omisimus, & præsertim omnes, qui ad Orthographiam spectant. Vale.

SIGISMVNDI SCACCIAE, IVRECONS. ROMANI,

Tractatus DE IVDICIIS CAVSARVM CIVILIVM, CRIMINALIVM, ET HAERETICALIVM.

LIBER PRIMVS.

De multiplici acceptione nominis iudicij: in qua sumatur à nobis, & de subiecto totius operis. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Iudicij nomen habet quamplures acceptiones, quæ traduntur, nume. 3. & seqq. vsque ad num. 16. exclusiuè.*
2 *Iudicium est vox æquiuoca, quæ propterea definiri non potest, nisi prius semoueatur æquiuocatio.*
16 *Iudicium in qua acceptione sumatur tractandum à nobis.*
17 *Obiectum materiale huius tractatus quale sit.*
18 *Obiectum formale.*

QVIA, vt inquit Bald. in Rubr. num. 1. C. de nou. Cod. comp. & notant Doctores in Rubri. de nou. oper. nun. ff. omne causatũ principium debet referri ad principium, quod est ipsius causa, & maxime ad principium, quod est prima causa causarum, sicut est DEVS; idcirco à tui inuocatione, Domine, exordium sumẽs; te supplex exoro, vt ingressum instruas, progressum dirigas, & egressum compleas.

1 † Iudicij nomen habet quamplures acceptiones, sicut testantur Host. Goffr. in eorum Summ. Ioan. Andr. in Rubr. de iud. in 6. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, figura iudicij, num. 2. in fine, Pau. de Cast. in Rubr. nume. 2. C. de iudic. & ibidem Ias. num. 4. Abb. in Rubr. eod. nume. 1. extra, & communiter alij in cap. statutum, §. insuper, de rescript. in 6. quas omnes, vel earum plurimas ad vberiorem doctrinam hic referã, & mox
2 in qua earum de eo sim acturus aperiam. † Etenim, cum hæc vox Iudicij sit æquiuoca, vt testantur etiam Abb. dicta Rubric. de iudic. numer. 1. & æquiuocatio secundum Aristot. 2. Poster. c. 15. & ibi interpretes sit definitioni semper impedimento, in tantum, vt æquiuoca definiri non possint secundum eundem Aristo. quem refert, & sequitur Roch. de Curt. tract. de iure patron. nume. 1. & in æquiuocis ambulandum non sit, quia eius, quod multipliciter exponitur, veritas ignoratur, teste Boetio, quem refert, & sequitur Bal. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, in princip. ff. de offic. Procons. Meritò semouenda prius erit æquiuocatio, vt subinde definitionem sequenti capite liberè aggrediamur.
3 † Iudicium ergo significat primo discretionem argumento textus in l. prætor. §. non autem. ff. de iudic. in illis verbis.

Quidam enim lege impediuntur, ne iudices sint,

quidam natura, quidam moribus: natura, vt surdus, mutus, & perpetuo furiosus, & impubes, quia iudicio carent: moribus fœmina, & serui, non quia non habent iudicium, sed quia &c.

Ad idem textus in Institu. quibus non est permiss. fac. testam. in §. præterea, ibi.

Testamentum facere nō possunt impuberes, quia nullum eorum animi iudicium est.

Et notant ibi Glo. Paul. de Castr. vbi supra, & post alios Menoch. tract. de arbitr. iudic. lib. 1. q. 8. num. 17.

4 † Secundo significat iurisdictionem. l. 2. §. fi. in fine. ff. de iudic. in illis verbis.

His datur mulctæ dicendæ ius, quibus publicè iudicium est, & non alijs, nisi specialiter eis permissum est.

5 † Tertio significat actionem. l. 1. ff. commu. diuid. ibi.

Communi diuidundo iudicium, ideo necessarium fuit &c. & ibi. Denique cessat communi diuidundo iudicium, si res communis non sit.

Ad idem est tex. in l. sequenti. §. de pluribus in illis verbis.

Item si plures hæreditates inter nos communes sunt, possumus de vna familiæ erciscūdæ iudicium experiri &c.

Ad idē tex. in §. si familiæ: Instit. de off. iud. ibi.

Si familiæ erciscundæ iudicio actum sit &c.

Et plures concordantes possent adduci, quos omitto.

6 † Quarto significat cōdemnationem argumento eius, quod dicit Apost. 1. ad Corint. cap. 12. relatus in cap. timorem, de consecrat. distinct. 2. & in sacro œcumenico Concilio Trid. sess. 13. cap. 7. in illis verbis.

Qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, nō diiudicans corpus Domini.

7 † Quinto significat vltimam voluntatem. l. 1. C. de sacrosanc. eccl. ibi.

Habeat vnusquisque licentiam, decedens, bonorum, quod optauit, relinquere, & non sint cassa iudicia.

Ad idem textus, in cap. licet, de sepult. in 6.

8 † Sexto significat opinionem, seu credulitatem alicuius, vt refert & sequitur Marant. in suo Spec. par. 1. sub nume. 2. & in hac acceptione sumptum est à Ciceron. de Clar. orat. ibi.

Intraq; parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem meo iudicio est consecutus.

9 † Septimo significat instantiam, vt tradit glo. in dicto §. præterea, in verbo iudicium. Instit. quibus non est permis. fac. testam.

10 † Octauo significat examinationem. cap. si officia, in fine distinc. 59. ibi.

Quod oportet districti semper esse iudicij: rarum est enim omne, quod magnum est.

11 † Nono significat auctoritatem. c. decernimus. de iudic. & cap. nulla, distin. 62.

12 † Decimo significat vniuersale iudicium, quod erit in fine sæculi, vt tota die præmonet Ecclesia, & fiet prope Montem Oliueti in Valle Iosaphat, iuxta illud Iohelis. capit. 3.

Congregabo omnes gentes, & educam eas in valle Iosaphat, & disceptabo ibi cum eis.

Quod etiam probabili suadetur ratione, quia cum Christus a Monte Oliueti, qui præ Valle Iosaphat eminet, ascēderit ad cœlum, si eodem descenderit, arguméto nobis erit, quòd sit ille idem, qui inde ascendit; sicut considerat D. Thom. in sua Summ. par. 3. q. 89. artic. 4.

13 † Vndecimo significat arbitrium boni viri. Bar. in extrauag. n. ad reprimendum. in verbo, videbi tur sub nume. 4. pro cuius significationis veritate glo. in dicto §. præterea. in verbo, iudicium: sic arguit: si arbiter est iudex, ergo arbitrium est iudicium: sed tu de hac acceptione vide latè per Moder. dicto tract. de arbitr. iud. q. 8. nu. 14.

14 † Duodecimo significat actum trium personarum in iudicio contendentium, seu totam illam discussionem causæ, & de iudicio in hac significatione loquitur titulus. ff. & C. præsertim. l. properandum.

15 † Decimotertio, & vltimo, significat iuris ordinem. cap. sicut. 2. q. 1. ibi.

Sicut sine iudicio quemquam nolumus condemnari, ita, quæ iustè definita sunt, nulla patimur excusatione differri.

Si huius nominis nonnullas alias significationes inspicere libeat, videto glo. in dicto §. præterea. in verbo, iudicium. vbi enumerat quindecim significata, quæ sequentibus tribus versibus ait posse complecti.

Actio, lis, auctor, forus, arbiter, vltima velle
Quæstio, discret. sent. instant. discussio, posse,
Pernicies, pœna, processus iudicialis.

16 † Nos Deo fauente, proposuimus agere de iudicio secundum penultimam, & vltimam acce-
17 ptionem: † Vnde iuxta penultimam dicimus materiale subiectum huius nostri tractatus esse discussionem totius causæ, seu, inquam, legitimum actum trium personarum in iudicio contenden-
18 tium. † Et iuxta vltimam dicimus, formale subiectum esse prout illa discussio causæ fit, iuris ordine seruato: seu, & breuius; dicimus, obiectum esse processum causarum ciuilium, criminalium, & hæreticalium; prout iuridicè, & validè venit fabricandus.

De Etymologia iudicij, & quid sit iudicium. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Origo nominis non est ignoranda.*
2 *Iudicij Etymologia quæ sit.*
3 *A definitione est inchoandum.*
4 *Cognitio generalis est præmittenda.*
5 *Iudicium quid sit, & num. 23.*
6 *Definitio, quid est esse rei, debet esse conuertibilis.*
7 *Definitio debet assignari per ea, quæ semper, & necessaria prædicantur de definito.*
8 *Fama succedit in locum accusatoris.*
9 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locū subrogatur.*

10 Quæ-

10 *Querela ſuccedit loco ſolennis accuſationis.*
11 *Practica formandi inquiſitionem.*
12 *Iudicium non dicitur, niſi poſtquàm ſunt deſignati actor, & reus.*
13 *Bannimenta, dationes tutorum, & curatorum non ſunt iudicia.*
14 *Omnis definitio in iure eſt periculoſa.*
15 *Iuriſprudentia non eſt ſcientia.*
16 *Scientia non eſt eorum, quæ permanentia nõ ſunt.*
17 *Irregularitas difficile definiri poteſt.*
18 *Actus & potentia in definitionibus ſunt pares.*
19 *Iudicium non dicitur ante litis conteſtationem, & nume. 22.*
20 *Actus, qui fiunt ante litis conteſtationem dicuntur præparatoria iudicij.*
21 *Definitum non debet poni in definitione.*
22 *Vnica determinatio, quando vniformiter determinet.*

1 VNDE † Iudicij nomen originem trahat non eſt ignorandum iuxta text. in l. 1. ff. de iuſt. & iu. quo loci ait Iureconſultus.

Iuri operam daturus, prius noſſe oportet, vnde nomen iuris deſcendat.

Et iuxta textum in l. 1. ff. ſi certum pet. vbi ſimiliter ait Iureconſultus.

E re eſt priuſquam ad verborum interpretationẽ perueniamus, pauca de ſignificatione ipſius tituli referre.

Et ad idem facit textus Inſtitu. de teſtamen. in principio.

2 † Dicitur ergo iudicium, quaſi ius dictum, vt argumento textus in cap. forus, de verb. ſignific. ibi.

Vocatur autem iudicium, quaſi iuris dictio.

Notant Veſtr. in pract. lib. 3. c. 1. num. 3. & Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 8. num. 18. Veteres tamen non iudicium, ſed inquiſitionem dicunt; vnde & auctores iudiciorum, præpoſitos, queſtores, vel quæſitores vocant dicto cap. forus, quod quidem nomen inquiſitionis, adhuc retinemus in ea ſpecie iudicij criminalis, in quo iudex procedit ex officio, ſicut annotauit etiam Veſtr. loco citato.

His circa nomen breuiter prælibatis, reliquum
3 eſt, vt rem ipſam definiamus † ſiquidem, vt ait Cicer. lib. 1. offic.

Omnis, quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet a definitione proficiſci, vt intelligatur quid ſit id, de quo diſputatur.

Vnde & Iureconſultus, iuri operam daturus,
4 prius explicuit quid ſit ius l. 1. ff. de iuſti. & iur. † Eſt enim definitio quædam cognitio generalis, vt patet ex §. his igitur. iuncto §. ſuperiori, Inſtitu. eod. quæ generalis cognitio ſemper eſt præmittenda argumento textus in l. 1. ff. ſi certum pet. & Inſtitu. de teſtamen. cum ſimilibus. Et licet nonnulli, inter quos fuerunt Iaſ. in l. non ſolum, §. morte, ſub nu. 12. ff. de noui oper. nunc. Clar. libr. 5. recept. ſent. q. 12. in principio, & Moder. in qq. crim. lib. 2. qõ. 31. num. 10. arbitrentur, definitionis quæſtionem eſſe inutilem; ab his tamen hic diſſentire liceat.

5 † Iudicium ergo eſt actus legitimus trium perſonarum in iudicio contendentiũ: videlicet Actoris, Rei, & Iudicis: ita definiunt Bald. ff. de iudic. & Abb. extra eodem, vterque in Rubr. quos refert
6 etiam Maran. in ſuo Spec. par. 2. in principo. † Et quoniam hic non agimus de definitione quid eſt, quæ non conuertitur cum ſuo definito, ſed de definitione, quid eſt eſſe rei, quæ debet eſſe conuertibilis, idcirco videndum eſt, nunquid hæc definitio conuertatur, quia aliàs non diceretur bona ad tradita per Bart. in l. 1. §. dolum. ff. de dol. in l. 2. §. appellata. ff. ſi cert. peta. in l. 1. ff. de teſtam. & in l. 1. ff. de appellat. Bal. in l. 1. ff. de vſufruc. Dec. Cagn. & alios in l. omnis definitio. ff. de regul. iur. & docuit Ariſtoteles 1. Topic. ca. 4. & apud Dialecticos eſt vulgatum. Et videtur dicendum, quòd non ſit cõuertibilis, tum quia definitũ modo eſt generalius definitione, tùm è contra, quia modo definitio eſt generalior. Quod definitum ſit generalius probatur primo, quia datur iudicium ſine actore, dum iudex inquirit ex officio, vt in c. qualiter, & quando. il 2. & ibi Mar. Soc. & alij de accuſat. ſecundo probatur, quia datur aliquando ſine reo, dum iudex inquirit generaliter ſuper crimine notorio ad inueniendum malefactorem incertum, vt tradit Innoc. in cap. bonæ memoriæ, il 1. num. 5. de elec. ſed his obiectionibus reſpondet Abb. dicta Rub. de iudic. dicens, Iudicium hic ſumi à communiter accidentibus, propterea que, ſatis eſſe, quòd præfatæ perſonę interueniant vt plurimum, argumẽto text. in l. nam ad ea. ff. de leg. & in §. illud quęſitum, in fine. Inſtit. de rerum diuiſ. Verum hæc re-
7 ſponſio non ſubſiſtit, † quia definitio non debet aſſignari per ea, quæ vt plurimum, ſed per ea, quæ ſemper, & neceſſario de definito prædicantur; aliàs, vt aiunt Dialectici, definitio tanquam tradita per partes accidentales, quæ poſſunt adeſſe, & abeſſe, incolumi remanente ſubiecto, non dicetur bona. Nam, vt ait Cõm. 7. Metaph. ſi demonſtratio eſt veraſ ergo & definitio debet eſſe ex veris, neceſſarijs, æternis, & perpetuis: vnde eorũ, quæ permanentia non ſunt, definitio dari non poteſt. Et quòd in iure falſa ſit illa definitio, quæ quibuſdam caſibus non conuenit, probat textus in l.
8 1. ff. de reg. Caton. † Et idcirco ſecundo loco aliter, & bene reſpondet, quòd tunc fama ſuccedat loco accuſatoris, argumento textus in dicto cap. qualiter, & quando. & ibi Doctor. & in cap. accedens, de accuſat. & tradunt Veſtr. in pract. lib. 3. c. 2. num. 8. Simanc. de Cath. Inſtit. titu. 65. num. 36. & tit. 44. num. 8. & Pegna in comm. ad Direct. inquiſit. Eymer. par. 3. Comm. 16. §. ſpecialis vero,
* qui alios allegant. Et quòd hæc ſit comm. * opin. refert, & ſequitur Clar. lib. 5. recept. ſenten. q. 6. in princ. & non patitur difficultatem. Verum iſta reſponſio, licet euacuet primam difficultatẽ de perſona Actoris, tamen ſecundũ Maran. in ſuo Specu. dicta par. 2. num. 3. non euacuat ſecundam difficultatem de perſona Rei. Vnde nititur ipſe eam tollere, dicens, ſatis eſſe, quòd ex futuro euentu poſſit certificari, per tex. & ibi Bar. in l. quidam relegatus.

legatus.ff.de reb. dub. Vbi valet legatum, factum
perſonæ incertæ, quæ poſſit certificari ex futuro
euentu: quæ quidem ſolutio, ſi eſt vera, valet ad
tollendam etiam difficultatem de perſona accuſa
toris, quia poſſet, dum Iudex inueſtigat veritatẽ
delicti, ſuperuenire accuſator: licet re vera inue-
ſtigatio tendat ad inueniendum reum, & non ac-
cuſatorem. At iſta ſolutio Marantæ videtur pati
eandem replicationem, quam patitur illa prima
ſolutio Abbatis: videlicet, quòd in definitione ſit
abſurdum dicere, poſſe ex futuro euentu adeſſe
partes illas, quæ definitionem ingrediuntur. Quid
dicendum? Reſpondeo: Abbatem illa reſpon-
ſione ſecundo loco allata; quod fama ſuccedat lo
co accuſatoris ſubſtuliſſe, vtramq; difficultatem,
videlicet tam circa perſonam accuſatoris, quàm
Rei. Et pro intelligentia præſupponendum eſt, ꝙ
dum aſſerimus, famam ſuccedere loco accuſato-
ris, loquimur de illa fama, ſeu inquam diffamatio-
ne, quæ aliquam certam perſonam de aliquo cer-
to delicto diffamat, & ita loquuntur Marãt. in ſuo
Specu. par.6. de inquiſit. nume.19. Marſ. in pract.
crim. §.conſtante, nume.12. Foller. in pract.crim.
in verbo. Capiat informationes num.67. Clar. di-
cta quæſt.6. Simanc. locis proximè allegatis. Pe-
gna. in comm. ad Directorium inquiſ. par.3. com
* ment.19. §. fama vero. & communiter * omnes.
9 Quod etiam pluribus demonſtratur † primo, quia
ſubrogatum debet ſapere naturam eius, in cuius
locum ſubrogatur, l.ſi eum iudicio. §.iniuriarum,
& ibi gl. in verbo danda. ff.ſi quis cautio, l.parabo
lani, & ibi Bal. C.de Epiſc. & cler. cum ſimilibus,
& Ioan. de Amic. conſ.22. num.4. & communiter
omnes in diuerſis locis: ſed fama, vt dixi ſupra nu
mero præcedenti, ſuccedit loco accuſatoris, qui
inter alias qualitates, quas debet exprimere in ac
cuſatione, debet etiam nominare reum, vt nota-
tur in l.libellorum. ff.de accuſat. & tradit Clar. vbi
ſupra quæſt.12. ver. præterea in libello.
10 † Quare, & querela, quæ ſecundum Doctores
ſuccedit loco ſolennis accuſationis, debet inter
alias qualitates etiam ipſa expreſſe continere no-
men Rei, aliàs non teneret. Clar. loco citato, qō.
10. verſiculo, ſcias etiam.

Sequitur igitur a primo ad vltimum, ꝙ etiam
fama ſuccedens loco accuſatoris debeat certum
reum diffamare, quo argumento vtitur etiam Fol
ler. in pract. crimin. in 2. par.2. part. in verbo: Con-
cedatur repulſa ſub num.3. dicens, quòd inquiſi-
tio ex quo ſuccedit loco accuſationis debet eſſe
eiuſdem qualitatis, & naturæ, cuius eſt accuſatio.
11 † Secundo ſuadetur ex ipſa practica formandi
inquiſitionem vigore præcedentis diffamationis.
Dicimus enim: Hæc eſt inquiſitio quædam &c.
quæ fit & fieri intenditur per Excellentem Domi
num V. I. D. D. . . . . cõtra & aduerſus Caiũ
Sempronij &c. vt docent Ang. tracta. de malefic.
in verbo: Hæc eſt quædam inquiſitio, & Clar. di-
cto lib.5. recept. ſent. quæſt.31. verſiculo fama pu
blica, & verſiculo. Contra & aduerſus. Vnde non
ſecus in ipſa inquiſitione, ac in libello debet expri
mi certus reus, ſiquidem ipſa inquiſitio eſt libel-
lus, vt tradit idem Clar. vbi ſupra quæſt.7. in prin-
cipio. Et quòd in inquiſitione ſit exprimenda cer
ta perſona delinquentis ſaltem per duas demon-
ſtrationes tradit Boſſ. tract.crim. tit. de delict. nu.
78. & tit. de inquiſit. eod. num. vbi ait, bonum eſſe,
quòd ponantur plures demonſtrationes, quàm
duæ.

Modo ad propoſitum, ſi diffamatio præſuppo-
nit certam perſonam diffamatam, ſequitur indu-
bitanter, & aperte, quòd eadem fama, quæ fungi-
tur vice accuſatoris, deſignet reum, & perinde
Abb. dum reſpondendo obiectionibus dixit, fa-
mam ſtare loco accuſatoris, euacuauit etiam diffi-
12 cultatem de perſona rei. † Quare pro concluſione
dicas, iudicium non antea dici quàm ſint deſigna-
13 ti reus, & actor, ſiue verè, ſiue fictè: † & hinc ma-
giſtraliter inferas, Bannimenta, Item dationes
tutorum, ſeu curatorum, & ſimilia non eſſe iudi-
cia, prout de bannimentis tradit Marant. dicta
par.2. num.14. Poſſet tamen defendi etiam illa ſo
lutio Marantæ, dum ait ſatis eſſe, quòd poſſit cer-
14 tificari ex futuro euentu, † pro cuius ſubſtentatio-
ne ſciendum eſt, omnem definitionem in iure pe-
riculoſam eſſe. l.omnis definitio. ff. de regu. iur. vt
dixi etiam infra cap.60. ſub nume.14. & eſt ratio,
15 † quia cum iuriſprudentia conſiſtat in actione, nõ
eſt ſcientia iuxta ea, quæ tradit Ariſtote. Eth. libr.
1. cap.3. lib.5. cap.1. & lib.6. c.5. & per conſequẽs
non poteſt habere requiſita ad definitionem ſciẽ-
tificam. Nam ſi facultas non eſt ſcientia, neque
modus circa illam facultatem poteſt eſſe ſcientifi-
16 cus. † Ratio autem cur eorum, quæ in actione con-
ſiſtunt, ſcientia non ſit, eſt, quia illa permanẽntia
non ſunt. Ariſtot. dicto lib.6. cap.5. ſed hæc ratio
videretur militare ĩ caſu noſtro, ſi ſupponeremus
Iudicij naturam fuiſſe mutatam; prout de defini-
tione irregularitatis tradit Maiol. trac. de Irregul.
17 in princ. verſic. vt autem; † dicens, difficile eſſe de-
finire irregularitatem: quia eſt mutabilis, & nun-
quam eadem perpetuo manet, cum plures irregu
laritates veterum Canonum ſint mutatæ, & quę-
dam ſuperadditæ, & hæc mutatio eſt in cauſa, vt
definitio libelli reddatur falſa, quia illa legitima
ſubſcriptio, quæ ponitur in illius definitione, ho-
die receſſit ab aula: vt dixi infra cap.51. nume.13.
& 14. Vnde cum in caſu noſtro non ſit mutata na
tura Iudicij, ſequitur quòd iſta defenſio non ſit
bona.
18 † Sed poſſet aliter defendendo reſponderi, ꝙ
in definitionibus paria ſint, aliquid eſſe actu, vel
potentia: quare, vt aiunt Dialectici; Genus præ-
dicatur de pluribus differentibus ſpecie, quamuis
plures ſpecies non actu, ſed potentia habeat: ſic
in propoſito: ſatis erit, quòd reus reperiendus po
tentialiter adſit in generali inquiſitione, quam Iu-
dex facit ad illum inueniendum: vnde non obſtat
tex. in dicta l.1. ff. de reg. Caton. quia aliud eſt, de-
finitionem non conuenire quibuſdam caſibus; a-
liud eſt, conuenire potentialiter. Minus obſtant
alia, quia idem reſpondetur, quòd aliud eſt, vt plu
rimum adeſſe, aliud, ſemper adeſſe ſaltem in po-
tentia.

Rema-

Remanet tamen vna difficultas: Nunquid inquiſitio generalis antequam aliquis ſit nominatus à teſtibus, vti reus delicti, de quo inquiritur, & deuentum ad ſpecialem inquiſitionem, ſeu monitorium, ſeu aliter ſit à Iudice pro tali conſtitutus in proceſſu, poſſit vocari iudicium? Reſpondeo, quod ſic, ſed impropriè, cum non ſit adhuc lis conteſtata iuxta ea, quæ docui infra num. . Immo magis impropriè venit appellandum, cum adhuc non appareat de perſona rei, vt dixi ſuperius. Et propterea erit primordium, ſeu præparatorium, & pars Iudicij.

Sed licet definitum non ſit generalius, & proinde prædicta definitio remaneat defenſa ab obiectionibus ſupradictis, tamen adhuc titubat, quia ipſa eſt generalior: quod probatur primo ex eo, quod iudex non contendit: vnde illud verbum *Contendentium*, falsò refertur etiam ad iudicem: ſecundo, quia actibus, qui fiunt ante litis conteſtationem, quales ſunt libellus; exceptiones dilatoriæ, & alij ſimiles, conuenit definitio: ſunt enim actus legitimi, qui fiunt in iudicio, cum interpoſitione Iudicis Actoris, & Rei; & tamen non ſunt
19 Iudicium, † quia Iudiciũ non dicitur ante litis conteſtationem. l. amplius. ff. rem ratam hab. gloſſ. in l. Iudicium. ff. de iudic. Abb. in Rub. de Iudi. num. 2. & in cap. 1. num. 4. de iuramen. calum. & alij, quos refert, & ſequitur Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 74. nu. 2. & de iure ciuili non negat Afflic. in Rub. 95. de exordijs præparatorijs iudiciorũ nu.
20 3. lib. 1. conſtitutionum. † Et quòd actus, qui fiunt ante litis conteſtationem, dicantur præparatoria, ſeu præambula Iudicij, & non Iudicium: vide quæ dixi infra, cap. 29.

21 Accedat etiam, † quia definitum nõ debet poni in definitione: eſſet enim definire idem per idem; veluti ſi diceremus: Homo eſt animal rationale in homine. Quare illud verbum *in iudicio*, ineptè ponitur in definitione. His tamen adhuc poteſt reſponderi: Nam ad primum argumẽtum dicimus, illius verbi, *Contendentium* faciendam eſſe relationem, ita vt excludatur abſurdum
22 † tunc enim vnica determinatio reſpiciens plura determinabilia debet pariformiter determinare, quando ſubiecta materia non repugnat.

Ad ſecundum argumentum reſpondetur, primo illam opinionem, quòd iudicium non incipiat ante litis conteſtationem impugnari ab Alc. in diſpunct. 2. cap. 24. quem refert Grauat. in annot. ad Pract. Veſtr. lib. 3. ca. 1. nu. 8. Secundo reſpondetur: Eſto quòd iudicium non incipiat ante litis conteſtationem, tamen hoc eſt verum loquendo de iudicio ſtrictè ſumpto: At nos loquimur de iudicio, largo ſumpto vocabulo, prout ſignificat quemlibet legitimum actum, & totam cauſæ diſcuſſionem, & proceſſum, & ſic non loquimur de actionibus, & diſcuſſione tantum, qui fiunt intra inſtantiam, immo in hoc libro agimus ſolum de actibus, & diſcuſſione, qui fiunt ante principium inſtantiæ, & ſic de præparatorijs, & præambulis ad iudicium ſtrictè ſumptum, & niſi ita large iudiciũ ſumi poſſet Doctores malè loquerẽtur, quando aiũt iudicium ſumere initium à citatione, cum hoc eſſet falſum, vt notaui infra cap. 8. num. 15.

Ad tertium argumentum reſpondetur, quòd iudicij nomen eſt æquiuocum, vt docui ſupra in cap. 1. nu. 2. & idcirco ſciendum eſt, quod dum ponitur in definitione iudicij, non ponitur pro ipſo iudicio, ſed pro loco, in quo redditur iudicium, vt definiendo tradit Abb. dicta Rubric. de Iudic. ſub numero 2.

Et hæc dicta ſint ad definitionem ſuprapoſitæ definitionis. Duas tamen alias, quæ ſunt, & magis aptæ, & minus ſubiectæ oppoſitionibus tradit
23 Veſtr. in pract. lib. 3. cap. 1. nu. 2. † dicens, iudicium eſſe legitimum actum trium perſonarum, Iudicis, Actoris, & Rei, ſeu diſcuſſionem cauſæ cum cunctarum perſonarum interpoſitione, ſed mihi magis placet illa, quam tradit Abb. dicta Rubr. de Iudic. num. 1. in fine, dicens, eſſe diſcuſſionem cauſę quæ fit iuridice corã iudice, & ab hac non recedo.

Iudicium quotuplex ſit. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium, ſicut multipliciter poteſt conſiderari, ita & multipliciter diuidi.*
2 *Quomodo diuidatur a Veſtrio.*
3 *Quomodo à Maranta.*
4 *Quomodo à Follerio.*
5 *Quomodo ſecundum Vaconium ex mente Ariſtotelis.*
6 *Iudicium, conſideratis accidentibus poteſt diuidi in infinitum.*
7 *Iudicium, conſiderato eius fine, eſt triplex.*
8 *Triplex etiam eſt, conſiderata eius materia.*
9 *Et ſimiliter triplex eſt, conſiderata forma.*
10 *Conſiderata quantitate, eſt quadruplex.*
11 *Iudicij diuiſio ex quibus cauſis ſit ſumenda.*
12 *Iudicium conſiderata cauſa efficiẽti, eſt multiplex.*

IVDICIVM ſuperius definitum, hoc eſt tota illa diſcuſſio cauſæ ſecũdum Iaſ. in Rub. de iud. num. 1. C. quem refert, & ſequitur Fely. in eadẽ Rubr. num. 3. extra: diuiditur in ſeptem ſpecies principales, quas ipſi aſſi-
1 gnant, & tu poteris videre. † Ego tamen dico, quod Iudicium recipit tot diuiſiones, ſeu diſtinctiones, quot poſſunt in eo conſiderari modi procedendi, formæ, qualitates, & circũſtantiæ: † ſi enim reſpiciamus materiam, formam, quãtitatem, & finem, poſſumus vna cum Veſtrio in eius pract. lib. 3. ca.
3 2. aſſerere, quòd iudicium eſt quadruplex † ſi vero plura, quam hæc, poſſumus vna cum Marant. in eius Spec. par. 4. per totam aſſignare. 20. diſtin-
4 ctiones, † & ſi adhuc plura poterimus vna cũ Foller. in addit. ad eum poſt diſt. vigeſimam. addere vigeſimam primam, & vigeſimam ſecũdam. Rurſus, alijs conſideratis, poſſunt etiam aliæ addi di-

 ſtinctio-

5 ſtinctiones. † Hi namque non excogitauerunt diſtinctionem illam, quam ex Ariſt. V. Ethic. tradit Vacon. à vacuna Nouar. decla. Iuris lib. 6. diuidēs ius in emendatiuum, & legale: Emendatiuum dicens, quoties efficitur ne vna pars ſit in lucro, & altera in damno. Legale vero, quoties lex præcipiendo diſponit aliquid fieri, vel non fieri; vtputa quòd non reiteretur ſacrum baptiſma, quòd non fiat adulterium & ſimilia. Dum igitur iudex condemnat eum qui eſt in lucro, exercet iudicium emendatiuum. Dum verò punit delinquētes, exercet legale, ſeu commutatiuum, ſiquidem commutat mulctam pro culpa: vnde pęna, qua damnum datum reſarcitur, dicitur ad iuſtitiam commutatiuam præcipuè pertinere: vt ex Scot. lib. 4. ſenten. diſt. 19. refert & ſequitur Simanc. de Cath. Inſtit. tit. 46. num. 3. Minus conſiderarunt tot ſpecies, & diſtinctiones iudicij poſſe conſtitui, quot ſunt ſpecies iuris, quæ ſunt plures: videlicet ius naturale, gētium, prætorium, & ſimiles, de quibus loquitur titulus, de iur. nat. gent. & ciuil. & tex. in §. quos autem. de bonor. poſſ. in Inſtit. Et propterea ſatis eſt, reſpicere illa quatuor tantum, quæ conſiderauit

6 Veſtr. † aliàs ſi volumus ex accidentibus diuiſionem ſumere, tot erunt ſpecies, & diuiſiones iudicij, quot ſunt ipſa negotia. At negotia ſunt infinita. Igitur & diuiſio procederet in infinitum. Quare multas earum diſtinctionum, quas Maran. collocauit ſub diſtinctione iudicij, Veſtr. in pract. lib. 3. c. 3. conſulto poſuit ſub diſtinctione iuriſdictionis eam diuidendo in Voluntariam, Contentioſam, Propriam, & Delegatam, quas ſpecies, vt dixi Maran. poſuit in diſtinctionibus iudicij. Et ac-

7 cedendo ad rem: † ſi reſpicimus finem iudicij, iudicium eſt triplex. Criminale, vbi publicam vtilitatem & vindictam proſequimur. Ciuile, vbi priuatum commodum. Mixtum vbi vtrumque, ita Veſtr. dicto c. 2. num. 2. Hanc eandem diſtinctionem tradidit Maran. dicta part. 4. diſt. 1. Et quòd hæc diſtinctio ſit ſumpta à fine comprobatur ex eo, quod tradit Ant. de Butr. in Rubr. de iud. extra quem refert, & ſequitur Ioan. Bapt. Aſinij, in practic. in princ. cap. 5. num. 4.

8 † Si verò reſpiciamus materiam, triplex etiam erit, Spirituale, vbi agitur de re ſpirituali, ſeu eccleſiaſtica, vel annexa ſpiritualitati. Temporale, ſeu prophanum, vbi agitur de re prophana. Mixtum, vbi de re quæ participat de vtroque, vt puta ſi ageretur de Iurepatronatus, de penſione eccleſiaſtica, & ſimilibus, prout etiam dicimus de mixto inter Criminale, & Ciuile. Veſtr. vbi ſupr. nu. 3. Hanc eandem diſtinctionem poſuit Maran. loco citato diſtincti. 13. licet non poſuerit iudicium mixtum.

9 † Si reſpiciamus formam erit etiam triplex ſecundum Veſtr. ibidem nu. 5. Ordinarium, in quo proceditur cum figura, & ſtrepitu iudicij. Extraordinarium, in quo ſine prędictis, & extra ordinem, & dicitur etiam Summarium: non tamen aſſignat tertium, ſed ſolum ait, Extraordinarium eſſe duplex, videlicet extraordinarium ex diſpoſitione iuris, vt eſt in cauſis poſtulationum, electionum, dignitatum, & ſimilium: & extraordinarium ex reſcripto Principis, de quo duplici extraordinario tractat ipſe Veſtr. in dic. prac. lib. 5. c. 1. Hanc quoque diſtinctionem poſuit Marā. dicta par. 4. diſ. 9.

10 † Si intueamur quantitatem erit quadruplex, videlicet, vniuerſale, cum petimus vniuerſum ius, vtputa bonorum poſſeſſionem, vel hæreditatem, & ſimilia: Generale, vbi non vniuerſum ius. Sed generaliter aliquid petitur, vtputa ſi agatur pro ſocio, negotiorum geſtorum, & pro ſimilibus: Cōmune quando agitur finium regundum, iudicio familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, & ſimilibus. Speciale ſeu ſingulare, vbi non omnia veniūt ſed aliquid, quod actio intentata comprehendit: prout eſt in actione rei vendicationis, ex empto, depoſiti, & in ſimilibus Veſtr. d. lib. 3. ca. 2. num. 9. Hanc eandem diuiſionem tradit Maran. d. par. 4. diſt. 4. licet iudicium, quod Veſtr. vocat Commune ipſe vocet Mixtum, illudque poſuerit in 3. diſt. vbi dixit, aliud eſſe perſonale, aliud reale, aliud mixtum. Et Spec. in 4. par. partic. 1. Rubr. de Iudi. totam iudicij diuiſionem complexus eſt hac vnica diſtinctione dicens, quòd iudiciū eſt quadruplex Vniuerſale, Generale, Commune, & Speciale: & diffuſè ſingulas ſpecies proſequitur.

Poſſem circa has diſtinctiones quamplura, & confirmatiuè, & impugnatiuè adducere. Nam in primis poſſem obijcere contra Foller. in addit. ad Maran. dicta diſt. 21. quòd malè videtur ibi dixiſſe, ea omnia iudicia, de quibus illucuſq; tractauit Maran. eſſe iudicia voluntaria, cum ſint contētioſa. Nam iuriſdictio, ſeu inquam iudicium contentioſum dicitur illud, quod redditur in inuitum. l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig. gl. in l. 2. ff. de off. proconſ. & tradit Maran. d. par. 4. diſtin. 18. At ea omnia iudicia, de quibus egit Maran. preter iudicium voluntarium, de quo tractauit in d. diſt. 18. redduntur in inuitum: ergo malè videtur dicere, quòd reſtat agere de coacto. Sed poſſet Foller. optimè ſe tueri: quia, vt ipſe intelligit, omne iudicium reſpectu agentis dicitur volūtarium, & quoniam Marant. ſemper egit de iudicijs, prout ſponte inſtituuntur ab Actore, & ipſe eo loci agit de iudicio, quo actor non ſponte, ſed coactè experitur, vt eſt in terminis legis diffamari. C. de ingen. & manum. meritò hac ratione ſuadente licuit ſibi dicere, quòd reſtat agere de iudicio coacto, cum de voluntario ſatis dictum ſit.

Non ſine aliqua etiam reprehenſione videtur

11 admittenda diſtinctio Veſtrij. † Is enim poſtquā ſumpſit diuiſionem à cauſis, melius eam ſumpſiſſet ab efficienti, quam à quantitate, quia cauſa efficiens eſt vna ex illis quatuor Cardinalibus cauſis, quæ, vt cuique notum eſt, in omni diſpoſitione & re interueniunt, & ſunt iſtæ: Materialis, Formalis, Efficiens, & Finalis, quarum duæ primæ dicuntur intrinſecæ, & eſſendi. cap. quod verò non formatur. 32. q. 2. reliquæ verò duæ dicuntur extrinſecæ, & ſunt cauſæ finiendi, cap. de occidēdis.

12 23. q. 5. † Et inſpecta cauſa efficienti potuiſſet iudicium diuidere in naturale, quod prouenit à natura, in Iudicium gentium, quod prouenit à iure gentium,

tium,In Pontificium, Cæſareum,& ſimilia. Sed hæc omnia omitto, quia ex longo ſermone modicam ſumeremus vtilitatem.

De partibus ſubſtantialibus iudicij.

Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudicia habent diuerſas partes,& quas habeat Ordinarium, vide num. 2. quas Summarium nu. 3. & quas Executiuum num.4.*

2 *Iudicia habent diuerſas formas,& modos procedẽdi, & quomodo differat iudicium ciuile à criminali.*

SCIENDVM modo eſt, quòd licet ſupradicta iudicia conueniant in vnica definitione,
1 † tamen non omnia habent eaſdem partes ordinatiuas, qualitates,& modos pcedendi.
2 † Iudiciũ enim ordinarium, in quo proceditur ordinariè habet tres ſubſtãtiales,& hetherogeneas partes, quarum prima durat à primo actu vſque ad litis conteſtationem: Secunda à litis conteſtatione vſque ad concluſionem: Tertia ab ea vſque ad ſententiam diffinitiuã, loquendo ſemper incluſiuè argumento textus in Authẽ. ad hæc. C.de iudic.& docent Bar.in l.2.colum.2.ff. de fur. Alex.in conſ.182.num.6.lib.6. Maran.in ſuo Specu.par. 6. in princip. Gail. in pract.obſeru.libro 1. obſeru.74.num. 3.
3 † Etiam Iudicium ſummarium poteſt virtualiter habere eaſdem partes: Primam ſcilicet vſque ad litis conteſtationem, ſeu alium actum, reſpicientem merita cauſæ, quippe cum in ſummarijs non requiratur conteſtatio litis, vt dixi in cap.vltimo, num. 11. Secundam vſque ad concluſionem cauſę,ideſt compilationem actorum iudicialium,cum concluſio non ſit de eſſentia, & ea omiſſa; proceſſus non vitietur; vt dicam, Deo fauente,libro ſecundo: Tertiam ab hac renunciatione omnium actorum vſque ad ſententiam diffinitiuam.

4 † Iudicium verò executiuum nõ habet has tres partes: quandoque enim continet ſolam inſtrumenti præſentationem, qua facta, immediatè proceditur ad executionem ſaltem poſt præmiſſam, vnam, vel alteram citationem, vt latiùs explicaui infra, in cap.62.num. 19.

5 † Differunt etiam iudicia circa formam & modum procedendi: etenim aliter formatur libellus in cauſis ciuilibus, aliter in criminalibus.

Item in iudicio ciuili regulariter nõ infertur tortura, ſecus eſt in iudicio criminali. Item in criminali regulariter procurator nõ admittitur, ſecus in ciuili. Nonnulli etiam teſtes, qui in criminalibus repelluntur, admittuntur in ciuilibus. Et iuriſdictio ſuper vno iudicio non extenditur ad aliud iudicium: & denique aliter proceditur in vno, aliter in alio, vt ſummatim docent etiam Marant. in ſuo Spec.par.4.diſt.1.num.41.cum pluribus ſequentibus,& Clar.libro 5.recept.ſent. quæſt. 1. in princ. & latè patebit in diſcurſu operis. Interim poteris videre Gaſpar.Caball.ſuper Conſtitut. Marchiæ lib.4.cap.94. vbi ponit decem differẽtias inter cauſam ciuilem,& criminalem.

His præmiſſis, ac prælibatis circa cognitionem quidditatis, quotuplicitatis, & partium iudicij; reſtat, vt ſatisfaciendo operis inſcriptioni, illiusque materiali obiecto; declaremus quid ſit cauſa ciuilis, quæ criminalis,& quæ hæreticalis.

Cauſa Ciuilis quæ ſit. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa ciuilis, quæ dicatur ſecundum Accurſium.*

2 *Quæ dicatur ſecundum Abb. & alios.*

3 *Quæ dicatur ſecundum communem, & receptam opinionem.*

QVALIS ſit cauſa ciuilis Doctores fuerunt in contrarias
1 ſententias: † nonnulli enim reſpexerunt pœnam, nunquid ſit corporis afflictiua, an non: & ab hac pœnę qualitate arbitrati ſunt cauſæ nomen pendere: ſi enim pœna corporis afflictiua nõ eſt, ſed pecuniaria, dixerunt cauſam eſſe ciuilem. Ita voluit Accurſ.in l.ſi qua per calumniam,in verbo auri.C.de epiſcop.& cleric. Sed ſibi parum cõſtans aliter definiuit in l.lex Cornelia.in verbo eorum. ff. de iniur. quo loci ſecundum Clar. libro 5. recept. ſentent. quæſt. prima, in fine principij videtur non à pœnæ qualitate, ſed à re in iudicium
2 deducta nomen ſumere. † Nonnulli verò inſpexerunt modum, quo delictum deducitur in iudiciũ: Nam ſi deducatur indirectè, tradunt cauſam eſſe ciuilem, ſiue pœna applicetur fiſco, ſiue parti. Ita tradit Abb.in Rubr.de iudic.ex.num.5. & cum eo videtur concordare Andr.Barbat.in tracta.de teſti. parte 3. num.4. dum ait, cauſam ciuilem dici, quando pœna corporis afflictiua, impoſita à iure,
3 commutatur in non afflictiuam. † Alij verò arbitrati ſunt, ciuilis cauſæ definitionem à fine,& cõmodo ſumendam eſſe. Quare aiunt, cauſam dici ciuilem, quãdo agitur ad priuatum commodum, ſiue illud commodum deſcendat ex contractu, ſiue ex delicto. Ita Accurſ.ſibimet contrarius in l.3. in verbo, centum aureorum. & ibidem Bar. ff.de ſepul. viol. & illam Accurſij gloſſam ſingularem exiſtimat Ang.Inſtit.de acti.in principio.

Et quicquid longa ſua diſtinctione retulerit Auguſt. Berous in dicta Rubrica. de Iudic. num.
✱ 96. hæc opinio eſt vera, communis, & magis ✱

communis, vt testantur Iason. in Rubr. num. 2. C. de iudic. Felyn. in eadem Rubr. num. 3. extra. Marant. in suo Specu. part. 4. distinct. 1. num. 2. & latè Asinius in pract. capitu. 5. num. 14. vbi plures enumerat, & num. 16. vbi ab impugnationibus defendit, à qua communi neque in iudicando, neque in consulendo recedendum esse tradit Clar. libro 5. recept. sentent. quæst. 1. versiculo. Ex quorum omnium dictis. Hanc eandem opin. amplexus fuit Vestr. in practic. libro 3. capitu. 2. num. 2.

Causa criminalis quæ sit.

Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Causa criminalis quæ dicatur secundum communem opinionem.*

2 *Quæ dicatur secundum sententiam Rotæ contra commun. opinionem.*

1 CAVSA criminalis dicitur, † quando agitur ad commodum publicum: Si enim ciuilis secundũ communem opinionẽ, de qua dixi in capi. præcedẽti dicitur, cum agitur ad priuatum commodum. Ergo per oppositum criminalis dicitur, quando agitur ad publicum, siue pœna sit corporalis, siue non: & hæc
✱ est communis opinio,* de qua testantur Ias. in Rubric. num. 2. C. de iud. Felyn. in eadem Rubr. nu. 3. extra. Maran. in suo Spec. par. 4. distin. 1. sub nu. 2. Vbi dicit hanc esse verissimam opinionem. De comm. etiam testantur Matth. sing. 70. num. 2. & Clar. libro 5. recepr. sentent. quæst. 1. versic. secundus autem casus: & Modern. in quæstionibus crimin. quæst. 59. num. 6. libro 2. & hanc opinionem amplexus est etiam Vestr. in pract. libro 3. cap. 2. num. 2.

Sed tu animaduerte, quia non sufficit hoc solum; quòd agatur ad publicum commodum; sed requiritur etiam, quòd causa descendat ex delicto, vt tenet Bal. quem refert, & sequitur Foller. in pract. crimin. in verbo. Audiantur excusatores sub num. 97. & 98. dicens propterea, quòd vbi pœna venit imponenda pro causa ciuili, causa dicitur ciuilis, licet illa pœna applicetur fisco, verbi gratia, quando est commissa pœna stipulata in obligationibus, receptis penes acta, vel in instrumentis, vt ibidem tradit Foller. num. 91. in fine, & ideo ait, quòd Iudex ciuilis erit exactor prędictarum pœnarum. Ista ergo communis opinio duo copulatiuè requirit: alterum, quòd causa descendat ex delicto: alterum, quòd pœna applicetur fisco; prout etiam docet Marant. vbi supra num. 39. qui exemplificat in pœna impo-
2 sita propter alienationem rei litigiosæ. † Verum hæc communis opinio, vt supra declarata, reijcitur adhuc à Rota decis. 10. de appellati. in antiquior. vbi tenet causam ciuilem dici, quando agitur ad pœnam pecuniariam, etiam si descendat ex delicto, & etiam si veniat applicanda fisco: & hanc conclusionem ait, veram esse, etiam si pro illo delicto fuisset imponenda pœna corporalis, quia si iudex iniunxerit pœnam pecuniariam, causa dicetur ciuilis. Et quòd dicatur ciuilis, quoties agitur de crimine ciuiliter, tradit etiam Rota decis. 19. de iudic. in antiq. & has decisiones refert, & sequitur etiam Menoch. de arbitr. iudic. libro primo. quæst. 82. quo loci resoluit vna cum Rota dicta decis. 10. Iudicem criminalem appellationum non posse cognoscere super sententia, in qua fuit actum ciuiliter, & ita quandoque vidi obseruatum à Signatura Iustitiæ super appellatione, interposita à quadam sententia per me lata in causa alearum falsarum, quia cum condemnassem ciuiliter, & appellans vellet appellatum trahere coram Locumtenente Auditoris Cameræ in criminalibus, fuit commissa R. P. D. N. Verum si tu cupis scire quæ dicatur causa criminalis, quoad causas appellationum secundum constitutionem Marchiæ, videto eas libro 4. cap. 94.

Causa hæreticalis quæ sit.

Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Causa hæresis ex quibus factis oriatur.*

2 *Causa hæresis ex quibus verbis, & propositionibus oriatur.*

3 *Error Græcorum de processione Spiritus Sancti.*

4 *Hæresis vnde dicatur.*

5 *Hæresis nomen olim ante cognitionem fidei sonabat in bonam partem, secus hodie.*

1 CAVSA † violatæ religionis dicitur illa, quæ est contra fidem facto, vel verbis, facto exempli gratia, si quis Dæmones, vel Idolos adoraret, seu sponte pateretur, se circuncidi, seu alterius sectæ vitam duceret, seu aliquod simile factum hæreticale com-
2 mitteret. † Verbis, si quis proferret aliquid contra fidei articulos, vtputa; quòd filius non sit natus ex Maria Virgine, vel contra generalis Ecclesiæ determinationem, quæ fidem respiciat, vt-
3 puta; † quòd Spiritus sanctus non processerit à patre, & filio, sed solum à patre, qualis est error Græcorum, vel contra scripturam Sacram per Ecclesiam approbatam, vtputa contra Bibliam, asserendo, quòd Deus cœlum, & terram non creauit, & similia. Si vis autem copiosè videre, quæ

quæ nam dicatur propoſitio hæreticalis, & quæ non, lege inter alios Albertin. de agnoſcend. aſſert. cath. Hoc tamen pro generali regula memo-
4 ria teneas, quòd † hæreſis dicitur à verbo Greco, αἱροῦμαι, quod ſignificat volo, exopto. Et ſic hæreſis, latinè reddita, ſignificat electionem, & quid ſit hæreſis, vide Rot. diuerſ. deciſio. 486. num. 25.
5 parte prima. † Et licet ante fidei cognitionem hoc nomen hæreſis ſonaret in bonam partem; hodie tamen eſt nomen odioſum, & infame, quo ſignificatur, vt dixi, factum, vel propoſitio, quæ contra fidem catholicam ſunt. Poteris videre quæ copioſius ſcribunt D. Thom. 2. 2. q. 11. artic. 1. Eymer. in Direct. Inquiſ. part. tertia, quæſtione prima. Alphonſ. à Caſtr. Aduerſus hæreſes, & de iuſtit. hæret. punit. vtrobique libro primo, capit. primo. Repertorium inquiſit. in verbo hæreſis. Alberti. dicto tract. de agnoſcen. aſſert. cath. Videto etiam Pegn. in commen. ad Direct. Eymerici, dicta parte ſecunda. comment. 26. ſuper quæſtione prima. vbi plures allegat. & ſuper quæſtione ſecunda. comment. 27. vbi multa alia ad propoſitum congerit.

Quot modis procedatur.

Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Quot modis ſecundum Doctores poßit procedi in cauſis criminalibus.*

2 *Quot modis poßit procedi ſecundum noſtram diuiſionem, tam in cauſis ciuilibus, quàm in criminalibus.*

3 *Quando dicatur procedi ad inſtantiam partis, & quando ex officio, num. 4.*

5 *Iudicium ad inſtantiam partis, vnde poßit ſumere exordium, & vnde iudicium ex officio, numero 6.*

7 *Citatio eſt initium cuiuſlibet iudicij, & quomodo hoc ſit verum, num. 10. & 11.*

8 *Terminus præfixus appellanti ad iuſtificandam appellationem, incipit currere non à die præſentatæ commißionis in actis, ſed à die executæ citationis contra partem appellatam.*

9 *Modus procedendi ſimul ad inſtantiam partis, & ex officio, qui datur non de iure, ſed de conſuetudine, non conſtituit diuerſam ſpeciem.*

12 *Iudicium, quomodo incipiat ab oblatione libelli, & quomodo hoc practicetur in Regno Neapol. & Siciliæ.*

13 *Citatio quare ſit ſententia interlocutoria remißiuè, & qualis practica ſeruaretur olim de iure priuſquam iudex decerneret citationem, tam in criminalibus, quam in ciuilibus.*

14 *Practica Capitolina citandi, & præſentandi libellum in cauſis ciuilibus.*

15 *Iudicium propriè ſumptum incipit à conteſtatione litis remiſſiuè.*

16 *Monitio vrbana, quomodo ordinetur ad proceſſum, & quando procedat. l. quæ de tota. ff. de rei vendic.*

POSTQVAM iuxta inſcriptionem libri, & materiale eius obiectũ declarauimus quid ſit iudicium, & quæ ſint cauſa ciuilis, criminalis, & hereticalis, remanet, vt accedendo ad obiectum formale explicemus, quot modis iudicia recto ordine dirigantur. Eſt igitur ſciendum, quòd pluribus modis procedi
1 poteſt. † Nam ſecundum aliquos in ſola ſpecie, & materia criminalis iudicij poteſt procedi quinque vijs, ſeu modis: videlicet per accuſationem, per denunciationem, per exceptionem, per inquiſitionem, & extraordinariè. Ita tradunt Specul. lib. 3. in principio. num. 1. & Vital. tractat. de malefic. Rubr. Quot modis ſuper malef. proced. num. 1. Et ex Marant. in eius Specu. parte ſexta. de Inquiſ. num. 4. poteſt colligi ſextus; videlicet modus procedendi per implorationem officij iudicis, licet ipſe omittat modum procedendi extraordinariè. Practicus tamẽ Papienſ. in practic. in form. inquiſitionis num. 1. omittit hos duos poſtremos
2 modos. † Nos vero, neque cum Specu. neque cum alijs ſentientes, dicimus, ſummam modi procedendi diuiſionem eſſe duplicem, tàm in iudicio criminali, quàm in ciuili, ſpirituali, mixto, & quocunque alio: omnis enim bona diuiſio debet eſſe bimembris, aut ſaltem ad eam reducibilis iuxta diuiſionem, quam facit de perſonis Imper. Inſtitu. titulo de iure perſon. Quare non recedendo à communi vſu loquendi, & terminis communibus Doctorum. Aut proceditur ad partis inſtantiam. Aut ex officio, & hanc bimembrem diuiſionem in materia criminali amplexus eſt Clar. libro quinto. recept. ſent. quæſtione 3. in principio. Et ſi qui vltra hos duos modos reperiri videntur, ij ad hos redu-
3 cuntur. † Et dicitur procedi ad inſtantiam partis, quando; aliquo certo actore partes faciente in iu-
4 dicio; proceditur. † Ex officio vero quando; nullo actore agente; Iudex ipſe ex officio procedit.
5 His cognitis, † ſciendum eſt, quòd Iudicium ad actoris inſtantiam poteſt (loquendo in genere) à pluribus ſumere exordium: nimirum à quadam vrbana, & extraiudiciali Monitione, ab Interrogationibus, à Nũciatione, Proteſtatione, Summario examine, Citatione, Libello, Denuntiatione, Monitorio, ſeu Præcepto, Petitione, Articulis, Preſentatione inſtrumenti, & Commiſſione. Si verò ipſum iudicium cõſideramus in ſuo vlteriori, ac magis perfecto eſſe, & tunc inchoamus à quibuſdam ex prædictis: nimirum.

A citatione, vel libello in ordinarijs.

A citatione, petitione, monitorio, vel articulis in ſummarijs.

A citatione, vel præſentatione inſtrumenti in executiuis.

A com-

A commissione, & citatione in delegatis.

6 † Iudicium autem, quod fit ex officio, potest similiter in primordijs, & in perfecto esse considerari: Si in primordijs, tunc inchoamus à denuntiatione, à querela, à probationibus factis in causa ciuiliter intentata, à notorietate delicti, ab apprehensione in flagranti, ab exceptione, ab inspectione iudicis, à dicto socij criminis, & similibus, aperientibus viam processui, vt declaraui infra in capit.68.num.9.

Si verò cōsideretur in sui vlteriori, & magis perfecto esse, postquam scilicet est aperta via ad inquirendum, & procedendum specialiter, & tunc inchoamus, vel ab ipsa speciali inquisitione, quæ stat loco libelli, vel à monitorio, more Romano, vel à citatione, vel à captura; prout hæc omnia in contextu operis clarè apparebunt.

Modo contra hæc insurgunt nonnullæ difficultates, &

Prima, nunquid vltra præfatos duos modos detur tertius, qui sit mixtus ad instantiam partis, & ex officio simul, cum in criminalibus hi duo modi possint simul concurrere, vt dixi infra in capitu. 85.num.9.& 10.& ex simplicibus fiat compositus, argumento textus in §.cum ex aliena, & in sequentibus Institutio. de rerum diuision.

Secunda difficultas: quia initia vel sunt reducenda ad pauciora sub certa regula, vel erunt multò plura, cum ob variorum casuum contingētiam varijs etiam modis, & initijs iudicium veniat inchoandum.

7 † Tertia, quia citatio est principium, & initium cuiuslibet iudicij. Institu. de pœn. temer. litigan. §. omnium, ibi.

Omnium autem actionum instituendarum principium ab ea parte edicti proficiscitur, qua prætor edicit de in ius vocando: vtique enim in primis aduersarius in ius vocandus est &c.

Et ideo legum compilatores, postquàm posuerant titulum, de Magistratibus eorumque iurisdictionibus, immediatè egerunt de in ius vocando, quasi apertè indicarint, iudicium ab ea parte esse inchoandum, prout etiam tradit Iason. in dicta Rubr. de in ius vocan. num. 1. ff. & iste ordo initiandi à citatione nititur exēplo iudicij Dei, qui postquam Adam comedit contra legem, vocauit eum dicens, Adam vbi es? 3. Genes. & clement. pastoralis. §. cæterum, de re iudic. Et quòd citatio sit fundamentum, & initium iudicij tradunt Specu. in titu. de citatio. in princip. part. 2. Bal. in l. prima, in fine, num. 3. C. quando libell. princ. dat. vbi asserit initium cuiuslibet processus esse citationem. Marant. in suo Specu. par. sexta. primo membro. de citation. num. 1. Vant. tracta. nullitat. Rubric. de nullit. senten. ex defec. citat. num. 1. Rol. à Val. cons. 53. num. 16. libr. 4. Ioan. Baptista Asinij in pract. §. primo. capitu. primo, num. 8. cum sequentibus, & §. 7. capit. 5. num. 1. Gail. in pract. obseru. libro 1. obseru. 48. num. 1. & communiter canonistæ in dicta

8 clement. pastoralis, de re iud. † Et hinc Luc. Pet. in pract. libr. 6. cap. 1. nu. 19. & 20. infert ad antiquum statutum Vrbis, libro 1. capit. 157. quòd illi octo dies, assignati appellanti ad iustificandam appellationem, currere incipiant non à die præsentatæ commissionis in actis Capitanei appellationum, sed à die citationis, & inhibitionis obtentæ contra iudicem à quo, & partem appellatam, ne aliquid innouare audeant, quia vbi requiritur aliqua iustificatio, seu inquam processus, requiritur etiam citatio, quæ est initium cuiuslibet processus. Et sic quamuis commissio stet loco libelli, tamen terminus incipit currere à die citationis. Et hæc conclusio: quòd citatio sit initium, procedit secundum Doct. non solum in iudicio ciuili, sed etiam

✠ in criminali, & hanc esse communem ⁎ theoricam testatur Rolan. à Vall. cons. 68. nu. 14. lib. 2. quem etiam refert, & sequitur Clar. lib. 5. recept. senten. quæstio. 31. in princip. & est sententia, quæ apud Doctores transit sine controuersia, & ideo malè asseritur, quòd possit incipere à monitione vrbana, libello, seu alio actu, & maximè à monitione, quæ est extraiudicialis, & in qua non interueniunt illæ tres personæ, Actor, Reus, & Iudex, quæ vtique interuenirent, argumento textus in l. quæ de tota. ff. de rei vendic. Bar. in l. omnes populi sub num. 8. versicul. ratio est. ff. de iustit. & iur.

9 † His difficultatibus potest responderi, & primo ad primam, distinguendo. Aut loquimur de iure, Aut de consuetudine. Si de iure, dicas illum tertium modum non dari, prout etiam animaduertit Clar. libro 5. recep. senten. quæst. 3. vers. Hinc

✠ infertur. vbi de communi. ⁎ Si de consuetudine, & tunc, quia compositus continetur sub simplicibus. l. 2. & ibi Doctor. ff. de verborum obligation. nec propriè constituit diuersam speciem, ideo fuit omissus.

Ad secundam respondeo, verū esse, quòd omnia illa initia potuissent redigi sub aliqua breui regula: verum nobis non ita facilè videntur posse explicari: nec datur aliud initium inchoandi iudicium, & dato, quòd daretur, hoc non repugnaret ijs, quæ tradidi per modum exempli.

10 † Ad tertiam respondeo, iudicium posse bifariam considerari: Primo prout in eo, seu partibus ipsius venit agendum de præiudicio alicuius; & tunc cuiuslibet iudicij ita sumpti, citatio est initium saltem de iure canonico, vt scribit Afflict. in Rubric. 95. de exordijs præparatorijs iudiciorum, num. 3. libro primo Constitutionum, quia non est expediendus actus in præiudicium alicuius, nisi ille sit vocatus, iuxta ea, quæ scripsi infra capitu. 88. & ita procedant adducta in contrarium.

11 † Secundo potest considerari, prout in eo adhuc non venit inferendum cuipiam præiudicium, & tunc dico, quòd iudicium potest institui ab alio actu ante citationem: Res patet exemplo: Quando ostenditur libellus Iudici, vt videat, an sit aptus: quia ad hanc libelli porrectionem non requiritur aliqua citatio; immo ipsa libelli oblatio ideo fit, vt iudex, visa aptitudine libelli, citatio-

citationem decernat. Vant.tract. nullit. Rubr. de nullit.ex defec.citat.ſub num.35.& Rubr. de null. ſent.ex defec.proceſ.num.27.Io.Baptiſta Aſinij. in pract.§.6.c.3.num.2.& 4. & ita obſeruant boni aſſeſſores,vt tradit Felyn.in cap.1.ſub nume.1.de
12 libel.oblat.† Et quòd iudicium à libelli oblatione debeat incipere tradunt Roffr.Beneu. tract. de libell. part.1. Rubric. qualiter incipiat iudicium, & Maran.in ſuo Spec.par.6.tertio membr.iudicij in fine,& Vant. dicta Rubr. de nullit. ex defec. proceſ. ſiue ordin.&c. num. 18. & ita ſeruatur in Regno Neapolitano,quia oblato libello,ſeu petitione iuxta pragmaticam.Diſpendia litium,& pragmaticam. Quilibet iudex mandat illam intimari parti. Idem ſeruatur in Regno Siciliæ, quia exhibita petitione, ſeu memoriali, iudex in calce illius ſimiliter his tribus literis cũ proprij nominis ſubſcriptione mandat præſentari: parte citata p. p. c. Quinimmo practica in contrarium, videlicet, vt prius citetur aduerſarius, & deinde offeratur libellus,ſeu petitio,non eſt bona, vt docet Marant. in ſuo Specu.part.6. primo memb. iudicij, nume. 71.in fine. & ratio huius practicæ, quæ in Regno
13 ſeruatur, eſt † quoniam citatio eſt ſententia interlocutoria, quæ concedenda non eſt ſine cauſæ cognitione, vt dixi infra cap.32.num.7.quare in criminalibus,loquendo de iure,volens accuſare debet comparere coram iudice,& ei dicere: Domine, ego volo accuſare Titium de tali crimine,vnde poſtulo,vt eum citetis,& tunc iudex ei dicet:ex quo vis illum accuſare,obliga te,quòd accuſabis, quòd inſcribes,quòd accuſationem proſequeris, & alia facies,quæ ſunt in accuſatione neceſſaria, & ſic eum citabo. Hanc practicam tradit Specu. tit.de accuſ.§.1.nume.3.& refert ex eo Clar. libr. 5.recept.ſent.quæſt.18. in princ. & verſic. Debet autem, & ſimiliter in ciuilibus nõ prius citatio decernebatur, quàm actor ſe obligaſſet cõteſtatum iri litem infra duos menſes, vt retuli infra dicto c. 32.ſub num.7.quamuis de conſuetudine hęc pręambula non ſeruentur: verum quòd pręfati Doctores aiunt, iudicium debere incipere à libello, melius dicerent non iudicium, ſed exordium proceſſus ad tradita per Felyn. dicto cap.1. ſub num. 1.De libel.oblat.Afflict.in conſtitutione.Si quem noſtrorum,nume.7.libro 1. Et quod dixi de libello,poteſt dici de articulis,& monitorio in ſummarijs,quia in iudicio ſummario licitum eſt incipere ab eis,vt docui infra cap.60.

14 † Bene tamen verum eſt,quòd in Curia Capitolina poſt executam citationem, ſimul, & ſemel reproducuntur citatio,& libellus, & ſic ante libelli exhibitionem talis præmittitur citatio.

Citetur. N. Ex. principalis ad videndum productionem libelli,dicendum contra, admitti, & reſpondendum illi ad p. d. inſtante. N. &c. Et
15 cum hac diſtinctione ſit ſublata difficultas: † addendo adhuc, quòd ſi ſumeremus iudicium propriè, tunc neque à citatione,neque à libello, ſed à ſola litis conteſtatione initium ſumetur, vt dixi ſupra cap.2.num.19.& ſub num.22.

16 † Non obſtat,quòd obijciebamus in ſpecie de monitione vrbana, quia licet ſit extraiudicialis, & in ea non interueniant illæ tres perſonæ, tamen eſt quadam pars primordialis ad iudicium, quæ etſi neceſſaria non ſit,confert tamen actori, & id, quod adducebamus in corroboratione difficultatis de textu in.l.quæ de tota.ff. de rei vend. procedit in partibus homonimis,& non in iſta, quæ neque nomen,neque ſubſtãtiam iudicij retinet, pro qua reſponſione facit lex prima,& ibi Doc. C.de euict.Reliquum eſt, vt aggrediendo primum modum procedendi ad inſtãtiam partis,agamus primo loco de monitione vrbana,quę præcedet omnem actum telæ iudiciariæ.

De monitione vrbana, ſeu interpellatione extraiudiciali. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Monitio vrbana differt à citatione.*

2 *Debet præcedere petitionem iudicialem ad hoc, vt reus conuentus teneatur ad expenſas citationis.*

3 *Quòd præceſſerit probatur ex ſola aſſertione actoris.*

4 *Amplia,vt procedat etiam ſi debitor comparuiſſet in termino citationis, & agnouiſſet debitum.*

5 *Limita, ut non procedat, quando agitur de materia extimationis quanti plurimi.&c.*

6 *Aſſertio, & probatio prædicta poteſt recipere probationem in contrarium.*

7 *Actor nunquid vrbana monitione præmiſſa poßit repetere expenſas oblati libelli, & copiæ illius.*

1 VRBANA monitio,†ſeu amicabilis requiſitio, q̃ locum habet, vt plurimum in ciuilibus,differt à citatione, qua quis ad cauſam vocatur, vt notant Recentiores in ca. ſacro.deſent.excom. & in cap. Cum ſit Romana.de Appell.& ſignanter Franc.Aret.conſ.65.& tradit Aſin. in pract.§.7.cap.5. limit.83. num.11. & de hac monitione loquitur textus. in l. quidam Hiberus.ff.de ſeruit.vrb. præd.in illis verbis. *Qua de re volo cum Hibero loquaris ne rem illicitam faciat, &c.*

Et tex. in cap.ſi quis erga.2.q.7.vide Spec.lib. 2.partic.1.tit.de præparator.num.54.

2 † Modo ſciendum eſt, hanc monitionem, ſeu interpellationem debere præcedere petitionem iudicialem,& profuturam eſſe actori in eo, quòd reus tenebitur etiam ad expenſas citationis, ad quas,ſi comparuiſſet,& agnouiſſet debitum, & vrbane prius non fuiſſet interpellatus, vtique non teneretur.Rom.ſing.401.incipien. alio ſero, & Felyn.in capit. nouit. ſub numero 15. de iudic. quos refert, & ſequitur Luc. Pæt. in pract. Capitol.lib. 2. capitu.2. num.tertio. & poſt eum Maſcar. qui alios congerit, tract. de probation. concluſ.935. num.2.

num.2.lib.2.& eſt cautela, quam tradit etiam Cępol.caut.84.

3 †Sed dubitatur de quinque: Primo, quomodo probetur, quòd huiuſmodi monitio vrbana præceſſerit, an per ſcripturas, an per teſtes? Reſpondeo, ſatis eſſe, quòd actor aſſeruerit in petitione, eam præceſsiſſe, vt tradunt idem Roman. ſingul. 402.incipien. Quis debet, & Curti. Iunior. in l. vinum, nume.19.ff.ſi certum pet. quos refert, & ſequitur Luc. Pęt. vbi ſupra. Et quòd hęc ſit opinio * magis recepta oſtendit Maſcar. dicta concluſ.395. numero 3. hoc idem dicimus de denuntiatione Euangelica, quæ fit in ſecreto inter corrigentem, & correctum: quia ſtatur aſſertioni denuntiantis, vt tradit Bartol. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, denuntiationem, quam aſſertionem Bald. in Auth. Ad hæc, numero 18. C. de vſur. vult, eſſe iuratã. Quare Cępol. dicta cautel.84. conſuluit, vt in libello apponatur, qualiter aduerſarius fuit extraiudicialiter ſæpe ſæpius interpellatus, & hac cautela vtimur in foro Capitolino, iuxta formam libelli, ſeu petitionis, quam ponit per extenſum Luc. Pęt. dicto capit.2. nume.2. & ratio quare ſtetur aſſertioni actoris eſt, quia veriſimile eſt, reum conuentum fuiſſe prius amicabiliter requiſitum: ſiquidem, arguendo à communiter accidentibus, raro euenit, vt aduerſarius citetur, quin prius fuerit amicabiliter requiſitus, & hoc argumentum, à communiter accidentibus validum eſt in materia probationum, & præſumptionum Crauet. conſi.6. nume.23. conſ.25. num. 13. conſil.40. num.2. & 3. & conſ.73. num.8. lib.1. & Maſcar. tract. de probat. concl. 1163, nume. 3. & 4. libr.3. maximè in caſu iſto, vbi agitur de modico intereſſe, videlicet de expenſis citationis.

4 † Secundo dubitatur, an præcedens concluſio, quòd credatur, & præſumatur interpellatio extraiudicialis præceſſiſſe; ſit vera etiam ſi reus citatus compareret, & agnoſceret debitum petitum? Reſpondeo Rom. dicto ſingu. 402. videtur ire in ſententiam negatiuam, & hoc cogitatu dignum monuit Hieron. Cucchal. ad Dec. in l. qui in alterius, num.8. in verbo, Roman. in fine. ff. de reg. iur. quos non firmo pede, refert Maſcar. tract. de probatio. conclu.395. nume.4. & 5. lib.2. Contrariam ſententiam arbitror veram ex duobus. Primo, quia iſta monitio fruſtra præmitteretur, oſtendo, Quando reus negat, & condemnatur; tenetur ad expenſas citationis, quamuis non fuerit interpellatus extraiudicialiter; ergo, vt iſta monitio vrbana aliquid operetur, debet intelligi, quando reus non patitur, ſe condemnari, ſed ſponte agnoſcit debitum in iudicio. Secundo moueor, quia ſępe videmus, quòd debitores ob impotentiam differunt ſolutionem: quamuis ſint requiſiti, vnde conueniuntur in iudicio, ſicut bene annotauit etiam Maſcar. vbi ſupra, nu.5. & hanc ſententiam apertè tenet Luc. Pæt. dicto capitulo ſecundo, numero tertio.

5 †Tertio dubitatur, an prędicta cõcluſio ſit vera etiam, quando ageretur de intereſſe, quod deberetur ratione moræ? Reſpondeo, quòd non: quia tunc requiritur pręciſa, & plena probatio interpellationis, vt bene tradit Cagnol. in l. vinum, numero 22. ff. ſi certum petat. quem refert, & ſequitur Maſcar. dicta concl.395. numer.6.

6 † Quarto dubitatur, nunquid prædicta probatio, ſeu præſumptio admittat probationem in contrarium? Reſpondeo Barto. in dicta extrauagan. ad reprimendum eodem numero 17. loquens de Denuntiatione Euangelica, tenet, quòd denuntiatus non poſſit probare negatiuam, coarctatam loco, & tempore; ex quo talis denuntiatio poteſt fieri etiam mediante aliquo Nuntio, vel Epiſtola, ſine proprio organo. Quid dicendum? Reſpondeo contrarium in caſu noſtro, quia, cum iſta præſumptio oriatur à veriſimili, & ab eo, quod vt plurimum ſolet euenire; clarũ eſt, quòd debet recipere probationem in contrarium. Iudex igitur ad inſtãtiam Rei deberet cogere actorem ad exprimendum diem vrbanæ requiſitionis, vt, illo expreſſo, valeat probare negatiuam coarctatam loco, & tempore, quæ probatio tunc ſibi maximè concedenda eſſet, quando concurreret aliqua coniectura in contrarium, vtputa, quia actor odio reum proſequeretur, vel eſſet admodum procliuus ad lites, & reus earum forſan odioſus, & expenſæ citationis eſſent alicuius conſiderabilis ſummæ, & quantitatis.

7 † Quinto, & vltimo dubitatur, tradit Maſcar. loco proximè citato, numero 2. quòd reus tenebitur ad expenſas primæ citationis, & libelli, & nos docuimus infra capitu. 100. ſub numero 10. vna cum communi Doctorum ſchola, quòd copia libelli eſt edenda reo ſumptibus actoris: vnde exoritur dubium, an actor, qui vrbanè præmonuit reum, & modo extitit victor, poſſit à reo condemnato repetere expenſas copiæ libelli, ſicut poteſt expenſas citationis? Arbitror quòd ſic, quia ſi expenſæ copiæ citationis debent ſolui à reo, ex quo fuit prius extraiudicialiter monitus, ad quas non teneretur, omiſſa præcedenti monitione; ergo tenebitur etiam ad expenſas copię libelli, quia militat eadem ratio.

Quæ conſiderare debeat Actor ante diſpendioſæ litis exordium.
Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet debet fugere lites, maximè autem ſacerdos.*

2 *Temere litigans non euadit condemnationem expenſarum, etiam ſi ſit ruſticus.*

3 *Actori, quia debet accedere ad cauſam inſtructus, denegatur dilatio.*

4 *Actor quæ debeat conſiderare priuſquàm incipiat litem, ne iudicium reddatur fruſtratorium.*

5 *Actor eligere debet iudicem competentem.*

1 PRAEMISSA † vrbana monitione, & nō ſub ſequente debita ſatisfactione; poſſet actor, & quidē dēret, ſi eſſet religioſus, abſtinere a lite, quia ſcriptum eſt. *Si quis voluerit tibi tunicam tollere, & in iudicio tecum contendere, dimitte ei, & pallium.* ca. 1. 14. q. 1. ſed quia non reperitur laicus, qui hoc præceptum obſeruet; conſulo ipſi, vt poſtquam eſt litem agreſſurus, antequam agere incipiat, intra priuatos parietes cogitet, aut peritos timoratę cōſciētiæ conſulat, iuxta ea, quæ docet Specul. lib. 2. par
2 tic. 1. titu. De præparatorijs, in princip. † Nam licet ſit ruſticus, tamen ſi temerè litigaret, non euaderet propter ruſticitatem condemnationem expenſarum: ſiquidem debuiſſet conſulere peritos. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cent. 2. Caſ. 194. nu.
3 28. † Debet igitur accedere ad cauſam inſtructus. gl. & Abb. in cap. præterea, il 4. de dilat. Boſſ. tract. crim. tit. de fiſc. & priuil. eius num. 11. & Menoch. vbi ſupra caſ. 315. nu. 11. quia ei venit deneganda dilatio: vt tradunt Specu. in dicto titu. de præparator. numero 2. & alij, quos refert, & ſequitur Veſtr. in pract. lib. 4. cap. 1. num. 3. & difficilius remittitur contumacia actoris, quàm rei, vt dixi infra cap. 91. ſub num. 20.

4 † Ne autem fruſtra agat quatuor conſiderabit, primo negotium, ſeu cauſam: ſecundo perſonas: tertio locum: quarto, & vltimo tempus; quia vnūquodque horum de per ſe poſſet reddere fruſtratorium iudicium, vt ſingillatim ſuis peculiaribus locis oſtendam. Conſiderabit ergo negotium, ſeu cauſam; nunquid ſit eccleſiaſtica, vel prophana, vel mixti fori, & vbi foret eccleſiaſtica; conſiderabit, num ſit de his, quæ fidem concernunt, ſeu alias de maioribus, quæ ad Petri notionem ſpectant. Rurſus ſiue prophana, ſiue eccleſiaſtica ſit, conſiderabit, an ſit criminalis, vel ciuilis. Item nunquid ordinaria, vel ſummaria, vel executiua; & vbi ſit ſummaria, ſeu executiua, inueſtigabit, an huiuſmodi ſit vigore iuris communis, aut ſtatuti, aut reſcripti, aut pacti priuati: & qualiſcunque ſit conſiderabit, an ſit delegata, vel non; prout de prædictis omnibus peculiariter ſuis loco, & tempore agemus: & interim pro tota prædicta conſideratione, ſeu diſtinctione cauſæ poteris videre Vant. tract. Null. Rub. de nullit. ex def. iuriſdic. nu. 33. 34. vſque ad num. 100. & Veſtr. in pract. lib. 3. cap. 2. numero 1. cum ſequentibus.

Secundo loco conſiderabit perſonas, tam ſui, quam aduerſariorum, nunquid ſint religioſæ, vel ſeculares: Item nunquid ſint principales, vel procuratores, minores, adulti, pupilli, viduæ, infantes, mulieres, ruſtici, hi, quibus bonis interdictum eſt, furioſi, mentecapti, ſurdi, vniuerſitates, collegiū, œconomus, eccleſia, vel alius pius locus, paterfamilias, filiusfamilias, maritus, vxor, pater, mater, & ſimiles: & his inſpectis de iure communi; ſi eſſemus in vrbe; debet propter ſtatutum conſiderare, nunquid ſint ciues, incolæ, hebræi, aduenæ, diſtrictuales, & ſimiles propter diuerſos motus proprios, prout vberius ſuo loco dicam: Interim pro hac conſideratione conſulito eoſdem Vant. dic. nu. 100. vſq; ad nu. 107. & Veſtr. di. lib. 3. c. 4.

Tertio conſiderabit locum: Nunquid ſit intra territorium, & ſi intra territorium: nunquid ſit exemptus. Item nunquid ſit locus originis, domicilij, contractus, ſeu delicti in materia criminali: prout hæc quoque ſuo loco explicabo: Conſulas interim eundem Vant. dicto nume. 107. vſque ad numero 112.

Quarto, & vltimo loco conſiderabit tempus, nūquid ſit iuridicum, vel feriatum, & ſi feriatum: nunquid in honorem Dei, vel hominum. Item nunquid ſit in prima inſtantia, vel in ſecunda: ſiquidem aliud tempus in vna, aliud in alia eſt præfixum. Vide pro hac conſideratione eoſdē Vant. dicta Rubr. de Null. ex def. iuriſdic. numero 112. cum ſequen. & Veſtr. dicto libro 3. capit. 5.

5 † His omnibus naturę conſideratis; eliget competentem Iudicem: nam alius Iudex cognoſcit de vna cauſa, alius de alia, alius de vna ſpecie perſonarum, alius de alia: alius in vno loco, alius in alio, alius vno tempore, alius alio.

De Iudicum ſpeciebus, eorumq́ue iuriſdictionibus: & primo de iuriſdictione Iudicis Eccleſiaſtici. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 In eccleſia militanti debent eſſe diſtincti ordines, & gradus, ſicut in eccleſia triumphanti.

2 Iudicum alij ſunt Eccleſiaſtici, & alij laici.

3 Omnis poteſtas, & iuriſdictio iudicibus conceſſa profluit a Deo: vnde lamiæ non poſſunt nocere miniſtris iuſtitiæ, etiam quod peſſimi eſſent, nec poſſunt euadere carceres, in qbus ſunt incluſæ, nu. 4.

5 Pontifex, & Imperator ſunt Principes ſupremi, qui non recognoſcunt ſuperiorem.

6 Pontifex eſt maior Imperatore.

7 Imperium, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus fuit tranſlatum in Chriſtum.

8 Pontifex eſt Vicarius Chriſti ex ſucceſſione Diui Petri.

9 Imperator Cōſtantinus, quare fecerit donationem Eccleſiæ.

10 Papa extra ſtatum eccleſiaſticum in temporalibus retinet iuriſdictionem habitu.

11 Papa in toto orbe Chriſtiano retinet habitu, & actu iuriſdictionem ſpiritualem.

12 Imperator retinet propriè exercitium iuriſdictionis temporalis.

13 Iuriſdictio eccleſiaſtica debet exerceri per perſonas eccleſiaſticas, vnde laicus non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi.

14 Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de cauſis eccleſiaſticis priuatiuè, quoad Iudicem laicum.

15 Clerici ſunt ſubiecti iuriſdictioni Iudicis eccleſiaſtici.

16 Am-

remis-

remissiuè traditur.

76 *Clericus quamuis sit absens, tamen potest eijci à foro ecclesiastico, & subijci sæculari.*

77 *Clericus reus læsæ Maiestatis de iure non est degradandus, neque tradendus Curiæ sæculari, quia non desinit esse de foro ecclesiastico, & propterea punitur ab episcopo, sed de consuetudine degradatur, & traditur Curiæ sæculari.*

78 *Conclusio, quam posuimus supra nume. 52. & limitauimus, nume. 53. limitatur hic secundo, vt non procedat, quando clericus se immisceret enormitatibus, seu aliquod enorme delictum committeret, & habitum, & tonsuram non deferret.*

79 *Hæc secunda limitatio procedit etiam si clericus nō fuerit ter monitus.*

80 *Ad hoc, vt procedat hæc secunda limitatio requiritur, quòd Iudex ecclesiasticus declarauerit prædictas qualitates, quando non essent notoriæ.*

81 *Degradatio in terminis secundæ limitationis, quā posui supra num. 78. de iure non est necessaria, verum est vtilis, & laudabilis etiam in clerico primæ tonsuræ.*

82 *Limitatur tertio illa conclusio posita supra numero 52. vt non habeat locum in clerico coniugato, qui non incederet in habitu, & tonsura: sed in nō coniugato latè distinguitur.*

83 *Clericus dicitur incedere in habitu, & tonsura, quando habens capillos portat tonsuram, & vestes clericales.*

84 *Vestes clericales sunt illæ, quæ a sacris canonibus nō sunt prohibitæ, & à consuetudine approbantur.*

85 *Quæ vestes sint prohibitæ à iure canonico.*

86 *Cardinales vtuntur purpura, & galero purpureo.*

87 *Quæ vestes sint clericales secundum consuetudinē.*

88 *Cognitio, an habitus sit clericalis, vel nō spectat ad iudicem Ecclesiasticum.*

89 *Ista cognitio euanescit, quando manifestè apparet, quod clericus non incedit in habitu, & tonsura.*

90 *Pendente discussione, seu cognitione, an quis sit clericus, seu an deferat habitum, & tonsuram, persona remanet pœnes iudicem sæcularem, à quo est capta, & processus interim silet.*

91 *Clericus coniugatus dicitur incedere sine habitu, & tonsura, quando sine altero eorum incedit, secus est in clerico non coniugato, reliquæ difficultates remissiue tanguntur.*

92 *Limitatur quarto conclusio posita supra nume. 52. vt non habeat locum quando laicus esset delegatus à Papa.*

93 *Limitatur quinto, vt non habeat locum in casu reconuentionis ciuilis.*

94 *Limitatur sexto, vt non habeat locum quando clericus conueniretur non ex persona sua, sed ex persona alicuius laici ratione officij, vtputa veluti tutor.*

95 *Limitatur septimo, vt non habeat locum quando clericus spoliaret.*

96 *Limitatur octauo, quando clericus esset sequester, seu depositarius ex decreto iudicis laici.*

97 *Limitatur nono, quando ageretur de feudo, quod clericus habuisset à laico.*

98 *Limitatur decimo, quando clericus venditor laudaretur ab emptore laico in foro sæculari.*

99 *Limitatur vndecimo, quoad capturam quando clericus deprehenderetur in flagranti.*

100 *Limitatur duodecimo, quando iudex laicus citaret generaliter quoscunque sua interesse putantes.*

101 *Clericus non antea supponitur iurisdictioni iudicis laici, quàm sint declaratæ qualitates, quæ illi iurisdictionem tribuunt.*

102 *Iudex laicus, quamuis in quibusdam casibus habeat iurisdictionem contra clericum, tamen non in illis omnibus pro executione suæ iurisdictionis potest manus inijcere in personam clerici.*

DIXIMVS, eligendum esse Iudicem competentem, quia vnus Iudex cognoscit de vna causa, alius de alia: Vnde opportunum est, agere hic de Iudicum specie-
1 bus. † Reminisci igitur oportet, quòd quemadmodum in Ecclesia triumphāti sunt distincti multi ordines, & gradus; ita quoque debent esse distincti in Ecclesia militanti; vt vtrumque caput luculenter ostendit Cassanæus in Catal. glor. mundi par. 3. & 4. & bene in proposito nostro tradit Gandin. tract. de malef. Rubr. De aliquibus quæst. varijs in malef. sub numero 11.

2 † Summa autem principalis diuisio Iudicum hæc est: alij sunt Ecclesiastici: alij vero laici: ad quas duas species cæteræ omnes reducuntur: sed
3 priusquam ad eas explicandas me conferā, † scias omnem iurisdictionem, & potestatem, iudicibus concessam, à Deo Opt. Maxim. originaliter profluxisse: Non enim, vt dicit Apost. ad Rom. 13. est potestas, nisi à Deo, quæ vero sunt potestates, à Deo ordinatæ sunt: vide glo. in cap. 1. in verbo, à domino: de homic. in 6. Hostiens. in cap. 1. §. hæc sancta. de summa Trinit. Abb. in cap. nouit, num. 12. & ibidem Felyn. nume. . . de iudic. Oldrad. cons. 180. colum. penultima. Cassanæum, vbi supra part. 5. consideratione prima. versicu. Tertia ratio. Afflict. qui alios allegat, decis. 391. nume. 8. Iodoc. in pract. crimin. capi. 61. nume. 129. & Fra. Michael. in comment. ad D. Thom. 2. 2. quæst. 4. articu. 3. versicu. probatur hæc sententia.

Vnde Christus Saluator noster dixit Pilato, vt habetur Ioann. 18. alibi. 10. *alibi 19. Non haberes aduersus me potestatem, nisi tibi datum esset desuper*, cuius rei etiam in hodiernis Iudicibus firmo testimonio nobis est id, quod scribunt Spranger, & Nider relati per Ioann. Bodinum in Demono-
4 mania lib. 3. cap. 4. † Aiunt enim isti, quòd lamiæ, seu inquam striges, non possunt vnquam nocere Iudicibus, & ministris Iustitiæ, etiā quòd sint pessimi homines: & Bodin. recenset in specie; Ioannam Haruillier lamiam, interrogatam, respondisse, Diabolum sibi, postquam erat in fortijs Curiæ, nullo adiumento esse posse: quod quidem mirandum est, vt istæ lamiæ possint è quocunque arcto loco exire, & in longinquas partes celeriter defer-

deferri, & carceribus incluſæ non poſſint euade-
re. Vide Bodin.qui multa adducit. Ratio cur id
diuina iuſtitia ordinauerit eſt, ne Iudices, & offi-
ciales curioſi,animique pellicibilis,leuis,ac ſequa-
cis,videntes aliqua ſigna liberationis eorũ,inuita-
rentur ad amplectendam eorum profeſſionem,
vt colligitur ex D.Auguſtin.lib.3. de Trinit.in 10.
de Ciuit.Dei.& D.Thom.in tract.44. primæ par.
quæſt.5.titu.de mirabil.quos referunt,& ſequun-
tur Ghirlan.tract.de Sortileg.quæſt.9.nume.4.&
Iodoc.in pract.crim.cap.61.nume.127.licet huius
rei poſſit alia ratio aſſignari, quam ſimiliter refert
Ghirl.tract.de ſortileg.dicta quæſt.9. in princ.
5 † Et omiſſis Regibus, & alijs Principibus, qui
fuerunt ante aduentum Chriſti vſque ad pontifi-
catum Diui Petri,de quibus poteris legere Anto-
nin.Florent.in ſua Summa par.3. libro 3.capit.2.
Petr.de Ancha.conſ.339.incipien. pro maiori in-
telligentia, Caſſanæum dicta par.5.conſideratio-
ne prima, in fin. & Hiſtoriographos; poſt aduen-
tum Chriſti vſque ad pręſentem diem ſupremi,
ac ſummi Principes Chriſtiani, qui in terra ſupe-
riorem non recognoſcunt ſunt Pontifex, & Impe
rator, cuius nominis ante aduentum Chriſti ne-
mo extitit: vocabantur enim Reges,vt patet in li-
bro Regum: & ita aſſerunt omnes: Et primus Im
perator fuit ſecundum glo.in l.prima.ff.ad leg.Iu-
liam,de adult. Iulius Cęſar.alij dicunt, quòd fuit
Octauianus,qui fuit tempore Chriſti,vt dicit An-
dreas de Iſern.in proœm. Conſtitut. colum.mihi
21. ſed de his me remitto vna cum Maran. in ſuo
Specu.par.3.nume.16.ad hiſtoriographos,quorũ
6 eſt propria materia. † Inter hos autem ſupremos
Principes ſummus Pontifex eſt maior, vt plenè
per Barbat.in dicto ca.nouit,num.141.cum ſeqq.
de iudic.& notat Caſſanæus vbi ſupra,par.4.con-
7 ſideratione ſeptima.† & ſatis patet inde,quòd om
ne imperium, tam in ſpiritualibus, quam in tem-
poralibus fuit tranſlatum in Chriſtum, iuxta no-
tata in dicto ca.nouit,& tradit Rot.deciſ.10. aliàs
840.num.10.de conſuetu.in antiq.fuit enim Chri
ſtus Rex,& ſacerdos: Rex Chananæus, & ſacer-
dos Dei altiſſimi. Vide Andr.de Iſern.vbi ſupra,
8 & Maran.dicta par.3.nume.70.† Si omne Impe-
rium fuit tranſlatum in Chriſtum, & Põtifex eius
vices gerit, & dicitur propterea ſuus Vicarius ca.
2.de tranſlat.epiſc.ſequitur neceſſario, quòd ipſe
præcedat omnes poteſtates,& dignitates Mundi:
Clem.paſtoralis.de ſent.& re iudic.& parem non
habeat,vt dicit etiam Bal.in capit.1.col.1. de pro-
bat.ſeu ſit maior omnibus hominibus Mundi, vt
loquitur Clar.libro 5.recept.ſent.quæſt.35.verſi-
culo. videndum. Eſt autem eius Vicarius ex ſuc-
ceſſione Diui Petri,cui Chriſtus Redemptor no-
ſter, aſcenſurus ad cœlum dixit. *Paſce oues meas.*
Ioan.21. ſuper quibus verbis legite Caſſanæum
in Catalogo glor. mund. par.3. conſid.30. eique
claues aſſignauit,dicens. *Dabo tibi claues,&c.* Lu-
cæ 22. Vnde ſi ex ſucceſſione Diui Petri in ipſum
eſt tranſlatum omne imperium; mirum non eſt,
* quòd commu.* opin.Doctorum, de qua teſtatur
Boſſ.tract.crim.titu.de foro competen.num. 164.
ſit, quòd imperium dependeat ab eccleſia: Item
mirum non eſt,quòd Dantes fuerit poſt mortem
quaſi damnatus de hæreſi, quia in quadam ſua
diſputatione, quam poſuit in quodam ſuo libro,
quem fecit ſuper Monarchia, tenuerat, imperiũ
non deſcẽdere ab Eccleſia, vt refert Barto.in l.1.
§.1.ff.de requir.reis. & ex eo Abb. dicto cap. no-
uit ſub num.13.de iudic.
9 † Et hinc laudabiliter, & iure optimo Conſtan
tinus Imperator,recognoſcens bonam fidem, ac
Pontificem, vti dominum,amplam donationem
fecit Eccleſiæ cap. Conſtantinus, diſt.96.decre-
uitque in die ſui baptiſmatis cum toto Senatu, &
populo Romano omnem poteſtatem ad Roma-
num Pontificem in Vrbe pertinere.cap. funda-
menta.de elect.in 6. & in omnibus prouincijs oc-
cidentalibus, & in Italia dicto cap. Conſtantinus.
10 † Et licet ſumm.Pontif. hodie extra ſtatum Eccle
ſiaſticum non exerceat iuriſdictionem in tempo-
ralibus,tamen illam retinet habitu,quod nonnul-
li inde colligunt, quia Chriſtus Dominus noſter,
cum Petrus gladium exerceret, illi non iuſſit, vt
gladium abijceret, ſed ſolum, quòd in vaginam
conuerteret,quaſi prohibuerit exercitium,non au
tem imperium auferre voluerit. Abb. dicto capit.
nouit,nu.12.de iudic. & Marc.Anton. Cucch.In-
ſtit.maior.lib.2.titu.2.de ſumm. Pontif. numer.8.
oſtendens, quòd Papa debet exercere gladium
temporalem manu Regum,& militum. Sed tu vi
deas omnino extrauag.Vnam ſanctam, in caſu ta
men neceſſario, & arduo non videtur ſibi prohi-
bitum gladij temporalis exercitium, iuxta exem-
plum Chriſti, qui in facto arduo, & concernente
decorem cultus diuini facto flagello de funiculis
illum exercuit,ſicuti tradit Abb.vbi ſupra ſub nu-
mero 13. Ab his ergo ſupremis Principibus pro-
fluit,& refluit omnis poteſtas,& iuriſdictio,vt dixi
11 infra capit.16.num.1.& 2.† quæ iuriſdictio diuidi
tur in duas ſpecies, videlicet in Eccleſiaſticam, &
prophanam: Eccleſiaſtica dicitur illa, in qua agi-
tur de perſonis Eccleſiaſticis, & de rebus ſpiri-
tualibus, ſeu ſpiritualitati annexis, vel ad Eccle-
ſiam pertinentibus: & hæc, vt tradit etiam Frat.
Michael Salon in Comm. ad D. Tho.2.2. quæſ.
4.arti.3.verſiculo probatur horum ſententia: vbi-
que & habitu, & actu ſpectat ad Põtif. veluti fon
tem,Caput, & ordinarium omnium aliorum Iudi
cum,vt dixi infra dicto cap.16.num.1.& ſeq. Vn-
de Papa dicitur habere iuriſdictionem ordinariã
per totum mundum, & totum mundum ſibi eſſe
parochiam, vt refert,& ſequitur Neuiz. conſ.35.
nume.9. & 14. Et quidem hæc iuriſdictio ſpectat
ad ipſum priuatiuè quoad omnes per ea, quę op-
timè adducit Couarr.pract.qq.capit. primo.con-
12 cluſ. 2.† Prophana vero, ſeu ſęcularis eſt illa, in
qua agitur de perſonis laicis, & rebus prophanis,
& hæc ſaltem quoad exercitium propriè ſpectat
ad Imperatorem.cap.cum ad verum,diſtin.96.&
tradit Frat. Michael Salon in dicto verſicu. Pro-
batur horum ſententia.

Ipſe namque in temporalibus dicitur Vicarius
Dei,vt tradit Bal.in l.1.C.de iur.aur. annul.quem
refert,

refert, & sequitur Cassanæus in Catal.glor. mund. par.5.consider.27.quare facit hic illud Virgilij.

Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.

Relatum ad hoc propositum per Afflict. decis.24. nume.6.Non tamen ad ipsum spectat omnino priuatiuè,quia habitu spectat ad Papam,& etiam actu in statu ecclesiastico,attenta donatione Constantini Imperatoris, & hæc iurisdictionis, seu iudicum diuisio sumpta est à materia, circa quam versantur iuxta ea, quæ dixi supra cap.3.num.8. Et quemadmodum diuersæ sunt causæ,& personæ spectantes ad iurisdictionem ecclesiasticam à causis,& personis spectantibus ad prophanam,seu sæcularem, ita quoque hi supremi Principes diuersos iudices de-
13 bent præponere. † Quandoquidem Ecclesiastica exercenda est per personas ecclesiasticas, & sæcularis per sæculares, vt colligit̃ ex c. in 9.16.q.7. ibi.

Quod enim lege diuina prohibetur, dicente Moyse non arabis in boue simul, & asino.

Et proinde Vicarius Episcopi non potest esse lai-
* cus secundum communem * opin.de qua per Abb. in cap.decernimus,nume.12.de iudic. quem refert, & sequitur Mansuer. in addit. ad pract. Papiens. in forma libelli actionis realis, in glo. Nec non domino Vicario,in verbo Vicarius fol.mihi 25. Accedamus ad rem, & primo loco agamus de iurisdictione iudicis Ecclesiastici.

14 † Sit igitur conclusio, quòd iudex ecclesiasticus cognoscit de personis ecclesiasticis,& de causis spiritualibus,seu ad ecclesiam pertinentibus, & quidẽ regulariter loquendo, priuatiuè quo ad iudicem laicum,cap.cum non ab homine,cap.at si clerici, de iudic.cap.2.& ibi glo.de foro compet.capit.clericum, il secũdo, 11.q.1.cum similibus, quæ omitto. Alex. cons.8.in princip.& num.11.libr.1. Grammat.vot. 28.num.7.& decis.29.& ibi Rol.à Vall.cons.12.numero 34.& sequen.libro 2.Marc.Anto.Cucch. Instit.maior.lib.2.titulo 6.nume.122.& 124.& plures alij,quos refert,& sequitur Flam.Cart.in pract.Interrog.reor.libro 1.cap.1.nu.12.dicens,quòd totus ferè orbis Christianus propter publicam vtilitatẽ consensit in hanc clericorum exemptionem à iurisdictione sæculari. Et hanc conclusionem diuido in tribus partibus: primo enim considero subiectionẽ clericorum: secundo rerum:tertio priuationem re-
15 spectu laicorum. † Sit ergo prima pars conclusionis clerici sunt subiecti iurisdictioni iudicis ecclesiastici, & hæc quidem pars nullam prorsus in sui ge-
16 neralitate habet difficultatẽ. † Et ampliatur in multis casibus, & primo vt habeat locum non solum in clericis constitutis in sacris,sed etiam in clericis primæ tonsuræ,dicto c.cum non ab homine,de iud.& notatur in c.vnico,de cler.coniug.in 6.tradunt Bos. tract.crim.tit.de for.compe.sub nu.127.Rol.à Val. qui alios congerit,cons.4.num.16.cum seq.lib.1.& post eum Moder.in qq.crim.lib.1.q.8.num.5.& est
* comm. * de qua testantur Couar.prac.qq.c.32. nu. 1.Viuius in suis comm.opin.in verbo, clerici a pote-
17 state.Rol.à Val.& Mod.in locis allegatis.† Hanc tamen ampliationem restringe de consuetudine, vt nõ habeat locum in causis ciuilibus, quia in illis clericus primæ tonsuræ posset conueniri etiam coram laico.Couar.d.c.32.sub nu.1.quem etiam refert, &
18 sequitur Mod.d.q.8.sub num.5.vers. limita.† Quin immo,attento Concilio Tridentino,sess.23.c.6. de reformat. si clericus, non constitutus in sacris, non sit beneficiatus,aut non versetur in via ad suscipiendos maiores ordines, etiam quòd deferret habitũ, & tonsuram,esset adhuc indistinctè subiectus iurisdictioni iudicis laici, vt dixi infra sub nu. 82. ibi. Et hæc consuetudo.

19 † Amplia secundo,vt habeat locum etiam in clericis illegitimis,vt fuit decisum in casu,quem refert Gram.deci.81.& sequitur Clar.lib.5.recep.sent. q. 36.vers.habet etiam.& M.Ant.Cucch.Inst.maior. libro 3.tit.9.num.17.

20 † Amplia tertio, vt habeat locum etiam in clericis coniugatis,c.vnico,de cler.coniug.in 6. cuius dispositionem seruandam esse præcipit Conciliũ Tridentinum d.ca.6.sess.23.dicens,illam constitutionẽ esse Bonifacij IX. sed Couar. prac.qq.c.31.sub nu. 6.vers.Quinto hinc apparet,& post eum Moder.d. q.8.nu.6.dicunt, illud ca. esse constitutionem Bonifacij Octaui,& ita sub Rubrica clarè legitur in ipso textu. Verum hęc tertia ampliatio restringitur, vt non habeat locum,nisi his requisitis cõcurrentibus: primo quòd deferat habitum,& tõsuram, vt docui infra nu.82.secundo quòd nõ sit bigamus. d.c. vnico,de cler.coniug.in 6.tradunt Maran.in suo Spec. par.4.dist.11.num.5.Clar.dicta q.36.vers.Quæro,
* an clericus.& est comm. * de qua testatur Couar.d. c.31.nu.6.& 7. quem referunt Clar. loco citato M. Ant.Cucch.Instit.maior.lib.3.tit.9.nu.18. & 27. & Moder.d.q.8.num.8. de qua autem bigamia loquatur tex.in d.c.vnic.vide Doct.ibid.& Clar. & Mod. locis allegatis. Tertio, ꝙ se non immisceat negotiationibus sęcularibus,vel armis, vt per eũdem Clar. d.q.36.vers. Hęc vero omnia. Et deniq; si clericus non coniugatus ob aliquam causam amittit priuilegium clericatus,à fortiori ob eandem amittet cõiugatus. Verum quæro de duobus: & primo: Nũquid clericus coniugatus ad hoc,vt gaudeat priuilegio fori debeat etiã inseruire alicui ecclesiæ, aut in aliqua schola, seu vniuersitate de licentia Episcopi, prout hoc necessarium esse dicebamus in clerico primæ tonsuræ,& non beneficiato? Respon. videtur dicẽdum,ꝙ non: quia in clerico coniugato est seruanda constitutio Bonifacij in d.ca.vnico. Præterea ratio prædicti requisiti cessat in coniugato, ergo cessabit requisitum.Quòd cesset,patet quia ipse,cum sit cõiugatus,non potest versari in via ad suscipiẽdos maiores ordines.Contrarium tenet M.Ant.Inst.maio. sub d.nume.27. Ego pro nunc nihil firmo. Secundo quęro, nunquid clerici coniugati, qui gaudent fori priuilegio sint omnino exempti à iurisdictione iudicis laici? Respondeo prima facie videtur dicendũ, ꝙ sic per tex.in d.c.vnic.vbi ita legitur. *Præsenti declaramus edicto huiusmodi clericos cõiugatos pro cõmissis ab eis excessibus, vel delictis trahi non posse criminaliter,aut ciuiliter ad iudicium sæculare &c.*
* Tamen communis opinio * est, quòd sit exemptus solum in criminalibus. Io.Andr. Dominic. Anch.& alij in dicto cap.vnico.& de comm.testatur Couar. prac.qq.c.31.nu.7.Nõ obstat textus allegatus,quia

loquitur in exceſſibus,& criminibus,pro quibus ait, non poſſe cõueniri criminaliter, nec ciuiliter coram iudice laico. Vide Couarr.loco citato, quem etiam refert,& ſequitur Farinac.dicta quæſtio. 8. num.7. Sed ſcias, quòd hic caſus de clerico coniugato con ueniendo coram iudice eccleſiaſtico eſt de raro cõ tingẽtibus:ipſe enim illũ adhuc non vidi practicari.

21 † Amplia quarto, vt habeat locum etiam in his, qui Deo dicati ſunt,quamuis profeſſionem non fecerint, vt refert,& ſequitur Boſſ.tract.crim.tit.de fo ro competen.ſub num.127. licet enim infra annum profeſſionis religioſus non ſit,tamen à iudice ſæculari non punitur teſte etiam Iaſo.in Auth.ſi qua mu lier num.59.C.de ſacroſanct.eccleſ. & tradunt Ste pha.Lambert.tracta. de contractibus eorum glo.2. quæſt.19.nu.27.in fi.& Modern.dicta quæſt.8.ſub num.46. ampliatione decimaſexta. Cæterum animaduerte, quia etſi perſonæ, Deo dicatæ, & quæ profeſſionem fecerint,ſint exemptæ à iuriſdictione iudicis laici:tamen an ſint ſubiectæ iuriſdictioni epi ſcopi, vel aliorum Prælatorum inferiorum, vide Abb.in cap.cum contingat,num.21.cum ſequen.& præſertim num.29.de foro compe.& alios, quos al legat Clar.libro 5.recept.ſent.quæſt. 35. verſiculo, quæro quis ſit iudex.

22 † Amplia quinto,vt habeat locum etiam in famu lis clericorum,quia quamuis ſint merè laici, tamen non poſſunt conueniri coram iudice laico.Marſ.cõ ſilio 67.num.60.Maran.in ſuo Spec.part.4. diſtinc. 11.num.4. & eſt comm. * ſecundum Calcan.conſi. 71.ſub num.3.quem refert additio ad Boſſ. dicto titulo,de foro competen.in verbo,Deo dicati.in litera. S. Contrariam vero ſententiam tenet, & teſtatur eſſe comm. * Capic. deciſ.12.num.2.in fin.Sed facilè reduci poſſent ad cõcordiam; prima etenim opinio, quam Calcan. dicit eſſe commu. * procedit in familiaribus epiſcoporum. Abb. in cap.2.nume. 6.de foro competent. quem referunt, & ſequuntur Boſſ.loco citato ſub num.127. & Clar. dicta quæſt. 35.verſiculo.Quæro nunquid familiares. Secunda verò opinio, quam dicit comm. Capic. procedit in famulis clericorum, qui non gaudent priuilegio fori,prout contra Calcan.tradunt Clar.loco citato, & Modern.dicta quæſt.8.num.46. Sed ego hic in curia nunquam vidi ſeruatum hoc priuilegium, licet Zabarel.in clem.Ne Romani,de elec.& Clar.dicta quæſ.35.verſiculo, excipiuntur. & Marc.Ant.Cucchi.Inſtit.maior.libro 2.titulo 4.numero 114.teſtentur, ſe uidiſſe illud ſeruari in domeſticis, familiaribus,& ſubditis Cardinalium, quos familiares aiunt eſſe exemptos à iuriſdictione cuiuſuis iudicis ordinarij etiam Vicarij Sanctiſſimi Domini noſtri, & ſubiectos eſſe coertioni ipſorum Cardinalium: tamen ego neque id ſeruatum vidi, aut audiui mea tempeſtate: tametſi Cardinales hanc iuriſdictionem à ſe abdicent forſan potius ad ſuam exonerationem,quàm iure coacti.

23 † Amplia ſexto,vt habeat locum non ſolũ,quando clericus conueniretur ex ſuamet perſona, ſed etiam quando conueniretur ex perſona laici, tanquam heres,& ſucceſſor illius,quia adhuc non poſſet conueniri coram laico. Barto.in l.hæres abſens, numero 1.ff.de iudic.Anto.de Butr.Panorm.& alij in cap.quia,eodem extra. & communiter omnes in d.l.hæres abſens,& de cõm. * teſtatur Andr. Gail. in pract.obſeru.libro 1.obſeruat.37.nume.10.& de magis comm.Maran.in ſuo Spec. par.5. nume.13. folio mihi 240. & procedit etiam ſi ille laicus foret obligatus in forma Cameræ cum renuntiatione priuilegij fori, vt oſtendit Galleſ.ad form. Came. oblig.quæſ.2.num.3.ad ſecundam partic.fol.mihi 43. Hæc tamen communis, ſeu magis communis opinio non ſeruaretur,quando lis eſſet conteſtata cum laico,vt bene declarant Galleſ. vbi ſupra num.4. & 5 & Gail.dicta obſeru.37.numero 8.dicens, quòd licet magis commu. * opin.ſit quòd inſtantia,cœpta contra laicum coram laico, non trãſeat in clericum ſucceſſorem,tamen æquior eſt,vt tranſeat,lite conteſtata.

24 † Amplia ſeptimo,vt habeat locum etiam ſi cum clerico conueniendo reperiantur alij correi laici, vtputa,quia ſint inſtituti hæredes clericus, & laicus qui vti tales ſint ambo debitores eiuſdem rei: tunc enim vterque eſſet conueniendus coram iudice eccleſiaſtico.Barto.in l.præcipimus, §. eodem obſeruando, numero . . C.de appellat. & hoc procedit etiam ſi plures eſſent laici,quàm clerici, Soci. conſ. 12.ſub num.17.libr.1.quem refert,& ſequitur Marant.in ſuo Spec.par.4.diſtin.11.ſub nume.21.Etenim ratione vnius clerici tota cauſa diſcuti debet coram iudice eccleſiaſtico. Et licet ſit quæſtio inter Doctores: Nũquid commiſſo aliquo delicto ſimul à clerico,& laico, etiam laicus ſit remittendus ad iudicem eccleſiaſticum, tamen Anton.de Prato Veteri in l.prima.in fin.ff.quæ ſentent.ſine appella. reſcind.omnium primus reſpondit, remittendum eſſe ad iudicem eccleſiaſticum, & ita etiam reſpondit Pariſ.conſil.154.num.1.lib.4.& hoc dictum veluti ſingulare refert,& ſequitur Maran.dicta diſtin. 11.numer.22. & ita ſentiunt communiter * omnes, prout de communi teſtãtur Boſſ.& alij, quos refert, & ſequitur Clar.lib.5.recept.ſent.q.36. verſ.euenit plerunque. Et quòd hæc ſit magis communis teſtatur Menoch.de arbitr.iudi.lib.2.cent.4. caſ.371. num.12. & ita fuiſſe quandoque iudicatum teſtatur Soci.Sen. in l.cum ſenatus,in fi.ff.de rebus dub.adde huic opinioni Marcheſ.de commiſſ.par. 1. comment.2.auocat.cauſ.ca.2. num.27.28.& 29. & licet iudices laici non obſeruent hanc opinionem, vt dicunt Igneus in l.1.§.ſi quis in villa,num.17.ff.ad Sillan.& alij,quos referũt Clar.loco citato, & Gaſpar Caballinus ſuper conſtit.Marchiæ lib.5.c.1. nu.24. ſeu vix obſeruent, vt dicit Menoch. loco citato nu. 13.in fi.Etenim,vt tradit Clar.vbi ſupra, quem etiã refert,alioſque adducit M.Ant.Cucch.Inſt.maior. lib.3.tit.9.ſub nu.16. Conſuetudo * eſt, vt iudex eccleſiaſticus puniat clericum, & laicus laicum, a qua conſuetudine ait, recedendum non eſſe, & cum ipſo reſidet Mod.in quæſtio.crimin. libro 1. quæſt.8. ſub nu.151.verſiculo. Nec obſtat. tamen quicquid iſti dixerint, ego vidi eam ſeruari ex decreto ſacræ conſultæ,quæ de anno præterito 1591. die decima Decembris reſcripſit Domino Pompeio de Amatis, tunc temporis Commiſſario ciuitatis Tuſculanæ,vt

næ;vt tàm clericum, quàm laicos inquiſitos de violentia, illata cuidam mulieri, remitteret ad Iudicem eccleſiaſticum: quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, vt in hoc propoſito tradit Staph. de ſignat.lit.Iuſt.Rubr.Cauſa eccleſiæ, quibus committi debeat fol.mihi 302. & quia cauſæ continentia diuidenda non eſt.l.nulli.C.de iudic.ca.1.de cau. poſſeſſ.& propriet.cap.1.de ſequeſtr.poſſeſſ. & toto tit. Quibus rebus ad eund.iudic.eatur.ff. vide Boſſ.tractat.crim.titu.de foro compe.num.108.& 121. Menoch.dicto caſ.371.& in tantum diuidi non debet, vt ſupplicans, eam diuidi, ſit puniendus dicta l.nulli. & ibidem Iaſon. num. 4. quamuis ad hanc regulam extent nonnullæ limitationes, quas idem Iaſo. ponit eodem loci. Et motus proprius Pij Quarti incipiens. Licet dudum, in §.in cauſis clericorum, editus anno Domini 1565. die 26. Maij, qui videtur quodammodo facere pro ſupradicta diſtinctione, ſeu cōſuetudine, quam retulimus ex Claro, fuit correctus, & reductus ad terminos iuris communis per motum proprium Pij Quinti incipientem. Cum ob innumeras in §.quo verò, publicatum die 20. Iunij 1566.vbi præuentionem reducit ad terminos iuris, & ſacri Concilij Tridentini.

25 † Hæc tamen concluſio: quòd etiam laici ratione clerici ſint conueniendi coram eccleſiaſtico limitatur, vt non procedat, quando plures conuenirentur, vt collegium, ſeu vniuerſitas, quia tunc eſt diſtinguendum, an ſint plures clerici, vel laici, vt per Maran.in ſuo Specu.par.4.diſtin.11.num.23.

26 † Amplia octauo, vt habeat locum etiam in eo, qui ſacros ordines ſuſcepit, ſeu religionem profeſſus eſt poſt patratum delictum, quia adhuc erit ſub iuriſdictione iudicis eccleſiaſtici, ſed declara, vt infra cap.ſeq.num.2.& ſequen.

27 † Et pro complemento totius primæ concluſionis ſcias, quòd omnes leges ciuiles, quæ concedebāt, clericos puniri à iudice laico, ſunt correctæ per Auth.ſtatuimus.C.de epiſco.& cleric.& cap.ſi diligenti. de foro competen. & notat etiam Maran. in ſuo Specu.dicta diſt.11.ſub num.2.

Hæc concluſio de iuriſdictione iudicis eccleſiaſtici extenſa, & ampliata ad varias ſpecies clericorum, & perſonas, venit modo amplianda reſpectu rerum, & ſic ſumo ſecundam partem concluſionis.

28 † Ampliatur igitur primo, vt habeat locum etiam quoad bona patrimonialia ipſorum clericorū cap. quamquam, de cenſibus in 6.glo.in verbo, obligata, in cap.ex literis, de pigno. & in verbo, facultatibus. cap.fin.de vita & honeſta.cleric.& probat tex.in ca. ſimiliter. 16. quæſt.1. & notat additio ad Andr. de Iſern. ſuper conſtitutione: ſi quis clericus, & tradit Foller.in pract.crim.in verbo, audiantur excuſatores, num.38.& eſt ratio, quia bona ſumunt conditionem perſonarum cap.ex his, 11.quæſt.prima. Quare iudicium ſeculare non eſt de rebus clericorum, teſte etiam Andr. de Iſern. in dicta conſtitutione: ſi quis clericus in fine.

29 † Ampliatur ſecundo iſta concluſio, vt multò magis habeat locum, quando ageretur de bonis, ſpectantibus ad eccleſiam, ſeu de re ſpirituali, aut ſpiritualitati annexa: quia tunc; etiam quòd ageretur inter meros laicos, cognoſceret iudex eccleſiaſticus, vt dixi infra ſub num.50.

30 † Et ex his ampliationibus, videlicet reſpectu perſonarum, & rerum, reſultat concluſio: quòd clericus ſit conueniendus coram iudice eccleſiaſtico, ſiue agatur actione perſonali, ſiue reali, vt per Afflict.deciſione 2.ſub num.5. Maran. in ſuo Specul.par.4.diſtin.11.ſub num.2.Galleſ.ad form. Camer. obligat. ad 2. partic. quæſt.2. ſub num.3. folio mihi 43. Rolan.à Valle conſ.12.num.37. libro 2. & hæc procul dubio eſt magis commu.opin. * de qua teſtatur etiam Ioachin.Miſing.obſeruat.22.cent.1. quem refert, & ſequitur Modern.dicta quæſt.8.nu.21. Et licet nonnulli teneant contrarium, inter quos eſt Gail.in pract.obſeru.lib.1. obſeruat.37.num.4. dicens, quòd actio realis debet tractari coram iudice laico, ſub cuius iuriſdictione eſt poſita illa res, & Miſing. vbi ſupra: dicens, ſic fuiſſe deciſum in Camera Imperiali anno Domini 1550. die 4. Iunij contra Theodoricum de Miledung. tamen mihi nō probatur, & ſatis apertè hæc opinio confutatur per ea, quæ dixi hic ſupra num.28.& 29.in prima, & ſecunda ampliatione.

31 † Bene verum eſt, quòd ſi agatur actione reali, adeundus eſt iudex illius loci, vbi res ſita eſt, & non clerici.l.fina. cum ibi not. C. vbi in rem actio. adde quæ ſcribit Neuiz.conſ.4. ſub num.4. verſ. prædictis, &c. Eccleſiaſticus tamen ſemper, vt notauit Andr.de Iſern.dicta Conſtitutione.ſi quis clericus, in principio, dicens, quòd clericus non poteſt conueniri coram alio iudice, quàm eccleſiaſtico, quantumcunque vellet Imperator, quia non poteſt tollere legem Papæ.

32 † Hæc concluſio, quòd clerici, & eorum bona eccleſiaſtica ſint ſubiecta iuriſdictioni iudicis eccleſiaſtici venit amplianda, vt habeat locum etiam priuatiuè quoad iudices laicos: & ita loquuntur omnes p̄fati Doctores, & ſic ſumo tertiam partem.

33 † Ampliatur ergo, vt habeat locum etiam ſi laicus eſſet Rex, cap.cum non ab homine, de iudic.

34 † Ampliatur ſecundo, vt habeat locum, etiam ſi eſſet Imperator. cap. ſacerdotibus. 11.q.1. & tradit Boſſ.tract.crim.tit.de for.compet.nu.126.quia licet Imperator inungatur, cōſecretur, & coronetur, cap. venerabilem, de elec.& tradit Caſſan.in Catal.glo. mund.par.5.conſid.29. Illa tamen conſecratio, ſeu confirmatio, & vnctio non tribuit vllum ordinem, gl.in c.Valentinianus, diſt.63. Abb. in d.c. venerabilem, not.8.

35 † quamuis Card.dicat ibidem, quòd Imperator, dum coronatur, creatur Canonicus ſancti Petri, vt ex eo refert Boſſ. vbi ſupra nu. 127. & denique laicus quacunque præfulgeat dignitate, nullatenus poteſt cognoſcere cauſas clericorum. Alex. conſil.8.nu.1.volu.1. quem refert, & ſequitur Rol. à Val.conſ.4.ſub num.8.lib.1. & procedit hæc ampliatio nō ſolum in cognitione principali, ſed etiam in incidenti iuxta ea, quæ tradidi inf.ca.14.ſub nu.3.

Ampliatur tertio, vt habeat locum, etiam ſi clericus renunciaſſet priuilegio fori capit. ſi diligenti, de foro compet.glo.in cap.ſignificaſti eod. Alexan. dicto cōſ.8.col.1.& eſt comm. * de qua teſtatur Boer.

super consuetudine Bituricens.folio 26.col.3. quem refert,& sequitur Clar.libro 5.recept.sent.q.36.versiculo,secundo infertur.vide etiam Marcum Anto. Cucch.Instit.maior.libro 3.tit.9.num.6.

36 † Ampliatur quarto, vt habeat locum etiã si clericus iurisdictionem iuramento prorogasset, vt tradunt Spec.par.secunda,titulo de renunciat.& conclus.num.9.Marant.dicta distin.11.sub num.2.Alexand. de Neuo consil.56. sub num.1. quia non est possibilis prorogatio, testibus Foller. in pract.crim. in verbo. Audiantur excusatores sub num.38. Gaspar.Caballin.super Constitut.Marchiæ lib.5.cap.1.num.2.& Modern. in quæst. crim. libro 1.quæst. 8.num.10.& apertè patet ex eo, quia licet clericus obligauerit se in forma Cameræ, renunciando priuilegio fori medio iuramento, vt moris est, & dixi infra num. sequen. tamen non poterit conueniri coram iudice laico,vt docet etiam Galles.ad form. Cam. obliga.ad 2.part. quæst.2.num.1. & seq.fol. mihi 43.

37 † Ampliatur quinto,vt habeat locũ etiam in compromissis, quia clericus non potest compromittere in arbitrum laicum. vide Gail.dicta obser.37.in fine. Et licet non possit compromittere in laicum, vti arbitrum, posset tamen compromittere in eum, vti arbitratorem: est comm.* de qua testatur Dec. in cap.2.num.2.de iudic.quem refert,& sequitur Modern.dicta quæst.8.nu.24.limitatione prima, dummodo causa non sit spiritualis. Et ratio, quare clericus non possit renũciare priuilegio fori est,quia hoc priuilegium fuit inductum ad fauorem totius ordinis clericalis,vt notant Doctores in dicto cap. si diligenti,& tradunt Rolan.à Vall.dicto cons.4.num.9. & Gail.dicta obseruat.37.num.2.

38 † Ampliatur sexto,vt habeat locum etiam si clericus renunciasset cum consensu, & licentia proprij Episcopi.glo.in allegato cap.significasti, de foro cõpeten.Alexan.dicto cons.8.Socin.reg.56.incipien. clericus. Galles.dicta quæst.2.num.2.Rolan. à Val. dicto cons.4.num.10.& Modern.dicta quæst.8.nu. 13.& est commu.*

39 † Ampliatur septimo, vt procedat etiam si laicus esset delegatus ab Episcopo, quia adhuc non posset cognoscere, cum communis * opinio sit, quòd Episcopus non possit delegare laico criminales causas clericorum,prout de comm.testatur Rip.in cap.decernimus,num.34.de iudi. quem refert, & sequitur Clar.libro 5.recept.sentent.quest.41.versic. quæro
40 nunquid. † Et hæc ampliatio habet locum, etiam si essent simul delegati clericus, & laicus, quia ille laicus adhuc non posset cognoscere,& est commu.*de qua testantur nonnulli, quos referunt,& sequuntur Rolan. à Vall.dicto consil.4. num.14.lib.1.& Clar.
41 in loco proximè allegato.† Et in tantum suprascripta ampliatio est vera; quòd laicus ex delegatione Episcopi non possit cognoscere causas clericorum; vt nullus laicus possit verberare,seu torquere clericum etiam accedente mandato Episcopi, quia adhuc incideret in excommunicationem.Ioann.de Anan.in cap.super eo,col.2.in fi.de crim.fal.& alij, quos refert,& sequitur Maran.in suo Specu.par.4. distin.11.num.74. vide Caroc. in regula, cum quid prohibetur libro 6.par.1.ampliat.2.num.18.& est commu.* de qua testatur Rip.in dicto cap. decernimus.num.39.Et si in hoc commun.* obseruantia se habeat in contrarium,vt tradunt Abb. in cap. vt famæ,num.8.de sent.excom. Simanc.de Cath.Instit. tit.de torment.num.50.Clar.lib.5.recept. senten.q. 64.versiculo.Sed hic quæro. Marc.Ant.Cucch.Instit.maior.lib.3.tit.9.sub num.38.& Franc. Pegn.in comm.ad Director.Eymer.par.3.comm.100.§.illud addit.& Moder.in quæst. crimi.lib.2. quæst.41. num.15. Et ita ego etiam seruaui, dum assisterem Sancto Officio Inquisitionis Meliuetanæ, in eaque Consultoris officio fungerer: Clericos enim, & monachos torqueri faciebamus per ministros laicos,& est obseruantia iuridica, quia si clericus potest de mãdato iudicis ecclesiastici capi,& carcerari,vt tradunt Dec.in cap.cum non ab homine, sub num.12. de iudic.Ang.tract.de malef.in verbo, fama publica num.65.Diaz.in pract.crim.canon.ca.114.Boss. tract.crim.titu.de captu.num.37.quæ conclusio habet locum etiam in criminalibus secundum veriorem,& magis comm.* de qua testatur Moder. in q. crim.lib.1.quæst.8.num.121.sequitur, quòd de mãdato eiusdem possit torqueri, licet non verberari secundum Boss.vbi supra, per text. in cap. vniuersitatis,de sentent.excomm.præterea si laici debent abstinere à tortura contra clericos,ne incidant in excõmunicationem,cur nõ item & clerici,vt tradit Mar. Anton.Cucch.Institu.maior.dicto tit.9. num.38. in fine,& num.39.? Aduerte modo, quòd Episcopus potest delegare laico causam ciuilem clericorum, sed citra potestatem imponendi censuras, & hanc opi.vti veriorem refert,& sequitur aduersus Ange. ex Abb.& Felyn.Mar.Anton.Cucch. Instit.maior. lib.2.tit.6.num.139.& 140.

42 †Ampliatur octauo, vt consuetudo in cõtrarium non valeat: Quare tradunt Doctores, consuetudinem Angliæ; quòd Rex habeat iurisdictionem in clericos,non valere.Rot.decis.10.aliàs 480.num.4. de consuetud.in antiqu.Galles.dicta q.2.nu.2.ad 2. partic.Rol.à Vall.d.cons.4.num.13.& est comm.* quam cum declaratione sequitur Clar.lib.5.recep. sent.q.36.vers.sed ea retenta,& post eum Modern. dicta q.8.num.3.in fine, & ante eos declarat copiosius Couar.pract.quæst.cap.31.sub num.5.

43 † Ampliatur nono, vt habeat locum etiam si laicus vellet cognoscere ex priuilegio sibi à Papa concesso, quia Papa non dat priuilegium Principi laico,vt possit cognoscere de causis clericorum, Boss. tract.crim.tit.de foro compe.num.130.& hanc opinionem sequuntur plures, quos refert, & sequitur Modern.dicta q.8.num.4.& communem * esse refert,& sequitur ex Menchiaca Clar.lib.5.recep.senten.q.41.vers.sed quid dicendum,in fi. Hoc tamen dictum recipit declarationem, vt non procedat respectu certorum clericorum,seu certarum causarũ, quia Pontifex potest in priuilegium cõcedere Principi laico,vt cognoscat illas causas sicut tradunt M. Ant.Cucch.d.lib.2.ti.2.nu.20.& Moder.d.q.8.sub nu.4.vers.limita.Quod enim dictũ est in ampliatione,procedit respectu omnium clericorũ, cõplectendo totũ ordinẽ clericalem, & pro ista declaratione

facit

facit limitatio, quam poſui infra nume. 92.

44 † Ratio ſextæ, & ſequentium ampliationum eſt, quia hoc priuilegium fori, clericis conceſſum, trahit originem à iure diuino. iuxta illud in Dauid. Pſalmo 103. *Nolite tangere Chriſtos meos*. Et patet ex capitu. ſi Imperator, diſtinct. 96. & ibidem notat gl. in verbo, & diſcuti, & tradunt Innocent. & Abbas in capit. ſolitæ not. ſexto. de maior. & obedien. Bal. in capit. at ſi clerici, de iudic. Rota dicta deciſio. 10. numero 4. Roland. à Vall. dicto conſilio 4. numero 7. 12. & 30. & alij, quos refert, & ſequitur Vant. tracta. nullit. Rubr. de nullit. ex defec. iuriſdict. numero 101. & Couarr. pract. quæſt. cap. 31. nume. 1. & eſt

* commun.* de qua teſtantur Alc. in capitu. cùm non ab homine, num. 2. de iudic. Couarr. dicto capitulo 31. numero 1. & alij, quos refert, & ſequitur Clar. libro 5. recept. ſenten. quæſt. 36. in princip. & plures congerit Modern. in quæſt. crim. libro 1. dicta quęſtione 8. numero 2. vbi declarat etiam, quando hęc ratio non ſit vera: ſed ante eum, & melius Couarr. dicto capi. 31. vbi ponit quatuor concluſiones, quas poteris videre. Hæc concluſio, vt ſupra varijs reſpectibus ampliata in tantum eſt vera, vt illi con-

45 trafacientes veniant puniendi. † Quare conueniens clericum coram iudice laico puniretur in amiſſione totius cauſæ, ſiue ſit ciuilis, ſiue criminalis, vt tradunt Specu. parte 2. particu. prima. titu. de compet. iudicis aditio. in principio numer. 23. & 24. Maran. dicta par. 4. diſtinct. 11. ſub numer. 2. Neuiz. conſil. 26. nume. 16. in fi. & 17. Marcheſ. de commiſſ. part. prima. commiſſ. 2. auocat. cauſ. ca. 2. num. 13. Marc. Anton. Cucch. Inſtitu. maior. libro 3. tit. 9. num. 14. & Rolan. à Val. conſilio 23. numero 14. libro 2. Licet hi duo poſtremi loquantur, quando vterque videlicet actor, & reus eſſent clerici. Modern. dicta quæſtio. 8. libro 1. num. 1. Gaſpar Caballinus ſuper Conſtitut. Marchiæ libro 5. cap. 1. num. 29. & efficaciter diſpoſuit Papa Martinus in Bulla: ad reprimẽdas. ſub Dat. Romæ anno XI. eius Pontif. Calen. Februarij. Et quòd clericus citatus à iudice ſæculari non tenetur comparere, & totum id, quod iudex ſęcularis contra eum faceret, ſit de facto reuocandum tradit Specu. tit. de citat. §. primo, num. 20.

46 † Immo clericus, qui citatus coram iudice laico, non opponeret declinatoriam fori, eſſet puniendus arbitrariè, vt refert, & ſequitur Menoch. de arbitr. iud. libro 2. cent. 5. caſ. 430. & ante eum Foller. in pract. crim. in verbo, audiantur excuſatores ſub num. 38.

* & eſt commu.* de qua teſtatur Boer. ſuper conſuetudine Biturigen. tit. de iuriſd. §. 21. in fi. quem referunt, & ſequuntur Clar. libro 5. recept. ſentẽ. quæſt. 36. verſiculo, ſecundo infertur, & Modern. dicta q. 8. numero 10.

47 † Et iudex laicus iudicans, ſeu capiens clericum in caſibus non permiſſis incidit in pœnam canonis. Si quis ſuadente diabolo 17. quæſt. 4. vide Alexan. de Nęuo conſ. 56. num. 14. & ſeq. & conſ. 59. num. 12. & quas alias pœnas incurrat, vide etiã per Moder. in quęſt. crim. lib. 1. dicta q. 8. num. 31.

48 † Ceſſarent tamen prędictæ pęnæ, quando conuenirentur famuli clericorum, vt oſtendit Maranta dicta diſt. 11. nu. 4. & hęc ſatis quoad ampliationes, ſi plures cupias videre, recurre ad Doctores, à nobis ſuperius allegatos.

49 † Nunc ſciendum eſt, quòd iſta concluſio, vt ſupra ampliata, recipit vnam declarationem, vt procedat, quando ipſi clerici conuenirentur veluti rei, ſecus aũt qñ conueniunt, & ſunt actores: quia tunc ceſſat concluſio, & intrat communis regula, quòd actor debeat ſequi forum rei. l. in criminali. C. de iuriſdict. omn. iud. l. fi. C. vbi in rem actio. cap. ſi clericus laicum, & cap. cum ſit generale, de foro compe. cum ſimil. Spec. par. 2. dicto tit. de compet. iudi. adit. in princ. Alex. conſ. 103. num. 9. lib. 5. Marant. dicta diſt. 11. num. 2. & 5. in fi. & Lucas Pęt. in pract. capitol. lib. 1. cap. 6. num. 9.

50 † Hæc tamen declaratio eſt generalis, quæ recipit limitationes in pluribus caſibus. Et primo quando ageretur de re eccleſiaſtica, quia tunc clericus actor conueniret laicum reum coram iudice eccleſiaſtico, dicto cap. ſi clericus laicum, & ibi Abb. & Fel. quos refert, & ſequitur Maran. dicta diſtin. 11. ſub num. 6. An tamen iſta ſublimitatio procedat, etiam ſi in libello non fieret mentio, quòd res ſit eccleſiaſtica, vide Alex. dicto conſ. 103. in fi. lib. 5. Et eſt ratio, quia etiamſi ageretur inter laicos tantum, tamẽ ſi controuerſia eſſet de re ſpectante ad Eccleſiam, ſeu de re ſpirituali, prout eſt cauſa vſurarum, matrimonij, legitimationis, iuriſpatronatus, & ſimilium, eſſet nihilominus adeundus iudex eccleſiaſticus. ca. tuam, & ibi Abb. de ordin. cognit. & notat Bart. in l. Titia. num. 2. & ſequen. ff. ſolu. matrim. quos refert, & ſequitur Maran. dicta diſt. 11. num. 8. & Foller. in addit. ad eum, quem videto, quia declarat. vide etiã Caroc. in regu. cum quid prohibetur libro 6. par. 1. ampliat. 2. num. 14. verſiculo, procedit etiam &c. Et denique multi extant caſus, in quibus adeundus eſt iudex eccleſiaſticus, vel ſaltem adiri poteſt, quamuis agatur inter laicos, quos omnes, ne de hac re tractatum faciam, poteris diſcurrere apud Marant. dicta diſt. 11. & Doctores per eum ibi allegatos, & alios infra recenſebo.

51 † Dixi, adeundum eſſe iudicem eccleſiaſticum, vel adiri poſſe, quia in quibuſdam caſibus eſt adeũdus priuatiuè, prout eſt quando ageretur de decimis, de matrimonio, de hæreſi, de Simonia, & ſimilibus, vt notat Clar. lib. 5. recept. ſent. §. 1. verſ. præmittendum eſt etiam: quia hi ſunt caſus, quorum cognitio merè eſt eccleſiaſtica, vt etiam animaduertit Moder. dicta q. 8. num. 18. 19. & 20. In quibuſdam verò poteſt adiri cumulatiuè, quia ſunt caſus mixti fori, qualis eſt: quando ageretur criminaliter de crimine vſurarum per ea, quę refert, & ſequitur Clar. in d. libr. 5. recept. ſent. §. vſura. & q. 37. verſ. quęro igitur, vbi circa medium ait, de hoc nullam eſſe diffi-

* cultatem. & quòd ita ſe habeat practica,* teſtatur Couar. lib. 3. reſolut. c. 3. ſub nu. 1. verſ. Quarto non eſt. Item quando ageretur ad pęnam propter adulterium, ſecus verò ſi ageretur ſolum ad ſeparationem tori, quia tunc iudex eccleſiaſticus eſt priuatiuè iudex. vide Clar. d. q. 37. verſ. quęro nunquid, & verſicu. ſeqq. vbi enumerat alios caſus mixti fori.

52 † Iſta igitur concluſio, quòd clerici, & eorum bona ſint ſubiecta iuriſdictioni iudicis eccleſiaſtici, &

quidem priuatiuè ad iudicem laicum, ſicut fuit mul
tipliciter ampliata, ita & multipliciter venit limi-
tanda.
53 † Limitatur primo, & eſt limitatio ſemper vera,
& clauis cæterarum limitationum, & præſertim in
materia criminali, vt non habeat locum, quando
clericus eſt dimiſſus à foro eccleſiaſtico, quia tunc
54 remaneret ſubiectus foro ſæculari. † Dupliciter au
tem contingit, clericum dimitti, ſeu eijci à foro ec-
cleſiaſtico, videlicet, vel à iure ipſo, vel à iudice. A
iure duplici ex cauſa, aut propter incorrigibilitatē,
aut propter enormitatem ſceleris: propter incorri-
gibilitatem, vtputa, quia clericus ob aliquod deli-
ctum deponitur à iudice, & quia poſt depoſitionē
adhuc eſt incorrigibilis, excommunicatur: & cre-
ſcente contumacia anathematis mucrone feritur,
quem ſi adhuc contempſerit; tunc quia eccleſia nō
habet vltra quid faciat, poteſt puniri à iudice lai-
co. tex. eſt in capitu. cum non ab homine, & ibi Io.
Andr. Card. Imol. & alij de iudic. Boſſ. tracta. crim.
titulo de foro competen. num. 131. Foller. in pract.
crimin. in verbo, audiantur excuſatores num. 40. &
* ſequen. & paſſim communiter * omnes, † quamuis
55 vt aſſerit Boſſ. dicto titulo, de foro competen. num.
133. in fi. formam dicti capit. cum non ab homine,
raro videbis in vſu. Item quando dimiſſo habitu
ſe immiſceret enormitatibus, vt docui infra limita-
tione ſecunda, nume. 78. Propter enormitatem ſce
leris, vtputa, quia clericus committeret aſſaſſinium:
tunc enim ipſo iure dimittitur à foro eccleſiaſtico,
ita vt poſſit impune offendi. capit. primo. & ibi Ge-
min. Franc. & alij de homici. in ſexto. vide Carrer.
in pract. crim[illegible] homicidium, num. 10. cum ſequ.
Boſſ. dicto titu. de foro competent. numero 140. &
142. Diaz. in pract. crimin. canon. capit. 91. Clar. li-
bro 5. recept. ſentent. in §. Aſſaſſinium. verſiculo,
quęro nunquid, & verſiculo ſequen. & Menoch. de
56 arbitr. iudic. libro 2. cent. 5. caſ. 415. numero 28. † Et
quoniam his caſibus dimittitur ab ipſo iure, ideo
non eſt neceſſaria alia iudicis degradatio. Et hæc
* eſt comm. * opinio, de qua teſtatur Alexan. de Nę-
uo conſil. 59. numero 30. quem referunt, & ſequun
tur Clar. libro 5. recept. ſentent. quæſtio. 36. verſic.
ſucceſſiuè quæro, & verſiculo. Dixi etiam. Flam.
Cart. tract. de executio. ſentent. capto bann. capitu.
1. numero 285. & Modern. in quæſt. crimin. libr. 1.
quæſt. 8. num. 47. teſtantur etiam de com. Lamber.
in capit. 1. nume. 88. de hæret. in ſexto. & alij, quos
refert, & ſequitur Clar. dicta quæſt. 36. verſiculo,
ſed quæro tu ſcis. & poſt eum Farinac. dicta quęſt.
8. nume. 82. cenſetur enim fictè degradatus ab ipſo
iure, vt tradunt Maran. dicta diſtinct. 11. nume. 76.
Menoch. dicto caſ. 415. num. 27. & Franc. Pegn. in
commen. ad Direct. Eymer. par. 3. commen. 49. §.
tandem addo. Minus etiam eſt neceſſaria traditio
iudicis, vt per eundem Alex. de Nęuo, eodem con-
ſilio 59. nume. 28. quem ſimiliter refert, & ſequitur
Clar. dicto verſicu. dixi etiam. Et habet locum iſta
eiectio etiam ſi clericus deferret habitum, & tonſu-
ram, ut per eundem Alexand. de Nęuo dicto conſ.
59. nume. 9. in fi. quem refert, & ſequitur Modern.
ſub dicto nume. 47. & notauit Clar. dicta quæſtio.
36. verſiculo, ſed quęritur. Et hæc dicta ſint de eie-
57 ctione, quæ fit à iure. † Quæ fit à iudice fit duplici-
ter, videlicet per actualem degradationem, vel per
verbalem, ſubſequente tamen traditione, & non
58 aliàs, † & antequam altero ex his modis ſit eiectus
regulariter non poteſt puniri à iudice laico. Rolan.
* à Val. conſil. 4. nume. 24. libro 1. & eſt commu. * de
qua teſtatur Curt. iun. conſil. 159. numer. 1. & quòd
ita fateantur omnes, quando clericus eſt in ſacris
conſtitutus, teſtantur Couarr. pract. quæſtio. capit.
32. nume. 2. & alij, quos refert, & ſequitur Clar. di-
cta quæſt. 36. verſiculo, quæro nunquid, & verſicu-
lo. ſcias autem, & poſt eum Moder. dicta quæſtio.
8. numero 74.
59 † Ex quibus tamen cauſis poſſit clericus degrada
ri, & eijci à foro eccleſiaſtico eſt diſtinguendum in-
ter ius, & conſuetudinem. Si enim loquimur de
iure, vnam conſtituo cauſam, videlicet propter in-
corrigibilitatem, & hæc ſola non ſufficit Diaz. in
60 pract. crimin. can. c. 131. † Eaque ceſſante, clericus
regulariter degradari non poteſt, quantumuis gra-
ue ſcelus commiſerit, etiamſi Cardinalem, ſeu Pon
tificem ipſum occidiſſet, argumento textus in dicto
* cap. cum non ab homine, de iudic. & eſt commu. *
Doctorum ſententia, vt latè teſtantur Aret. Deci.
& Arnal. Alber. in dicto cap. cum non ab homine,
quam referunt, & ſequuntur Boſſ. dicto titu. de fo-
ro competen. num. 136. & Clar. dicta quæſt. 36. ver
ſiculo, ſcias etiam, & verſiculo, pariter etiam. Quan
do enim clericus committit enorme, & ſæuum de-
lictum eſt detrudendus in perpetuum carcerem,
ſeu monaſteriū, vt ibi ita viuat, vt vita ſit ſibi mors.
Excipi tamen ſolent à Doctoribus tres caſus, in qui
bus tradunt, clericum poſſe degradari: nimirum in
crimine hæreſis, falſi commiſſi in literis Apoſtoli-
cis, & conſpirationis in proprium Epiſcopum. Hæc
eſt communis Doctorum theorica, vt refert, & ſe-
quitur Clar. dicto verſiculo. ſcias etiam. Sed, vt ve-
rum fatear, non video, quomodo hi tres caſus ex-
cipiantur, ſiquidem in crimine falſi, & conſpiratio-
nis aduerſus proprium Epiſcopum Clarus eadem
quæſt. 36. verſiculo. Hinc infertur, & verſiculo. ſe-
quenti referat, & ſequatur contrarium, tanquam
* commune, * & mitius. Et in crimine hæreſis, quod
eſt maius omnium, vt docui infra cap. 59. nu. 1. cer-
tiſſimi iuris eſt, ad degradationem non deueniri, ni-
ſi contra relapſum, ſeu pertinacem, & impœniten-
tem, & ſic vtroque caſu, quando eſt incorrigibilis,
& non antea, teſte etiam Boſſ. dicto tit. de for. com-
pet. ſub nume. 137. & quòd iſte caſus non videatur
exceptus à regula optimè tradit Aug. ad Ang. tract.
de malef. in verbo. Et ibi caput num. 40.
61 † Et propterea videtur dicendum cōtra commu
nem Doctorum theoricam, quòd iudex nullo caſu
poſſit degradare clericum propter delictum, ſi ab-
ſit incorrigibilitas: maximè ſi ſit clericus ſacris ordi
nibus inſignitus, vt declarando ſentit Diaz. in prac.
crim. canon. cap. 90. poteris tamen melius cogitare,
& hæc loquendo de iure.
Si verò loquamur de conſuetudine, dico, cle-
ricum degradari, ſeu curię ſæculari relinqui ex iiſ-
dem duabus cauſis, ex quibus eijcitur ab ipſo iure,
vt no-

vt notauimus ſupra numero 54. videlicet, vel propter incorrigibilitatem, vel propter enormitatem ſceleris.

Modo circa hanc theoricam, & diſtinctionem, à nobis allatam inſurgunt nonnullæ graues difficultates, & quæſtiones. Et prima, quis dicatur incorrigibilis. Nam & ſi ex vi vocabuli is dicatur incorrigibilis, qui non vult ſe corrigere, & agere pœnitentiam; tamen dubium eſt in agnoſcendo ſpeciem incorrigibilitatis, ob quam poſſit indici priuatio priuilegij fori, vt etiam animaduertit Boſſ. dicto titulo de foro competenti, numero 131. & in hoc Doctores nimium confuſè loquuntur, & confuſio prouenit ex eo, quòd eodem tractatu, quo aiunt, clericum incorrigibilem relinquendum eſſe iudici ſæculari, inculcant clericum, qui punitur ob atrocitatem ſceleris, quaſi etiam illum incorrigibilem iudicent.

62 † Tu ergo dicas, quòd incorrigibilis dicitur altero de duobus modis, vel quia committit aliquod delictum, dignum depoſitione, & poſtquam eſt depoſitus, adhuc eſt incorrigibilis, & propterea excommunicatur iuxta formam dicti capit. cum non ab homine, vel quia ſe enormitatibus immiſcet capitu. perpendimus, de ſentent. excommunicatio. ſecundum communem, & magis communem * Doctorum intellectum Boſſ. dicto titulo, de foro competen. numero 134. 139. & ſub numero 140. Sed circa hunc ſecundum modum, ſeu ſpeciem incorrigibilitatis dubitatur de pluribus. Et primo, nunquid ſufficiat vnicum delictum, ſeu inquam vna enormitas, an verò requiratur pluralitas delictorum: & in hoc paſſu Doctores etiam variè loquuntur. Ex eorum tamen dictis videtur colligi poſſe hæc commun. * diſtinctio, & obſeruantia. † Aut

63 delictum commiſſum non eſt enorme, & ſæuum, & tunc concordant omnes, quòd requirantur plura delicta, & vnum non ſufficiat. Ioann. Andr. Anton. de Butr. & Abb. in dicto ca. perpendimus. Alexan. de Neuo dicto conſilio 59. numero 20. & 21. Couarr. pract. quæſtion. capitulo 32. numero 20. Rol. à Vall. conſilio quarto, numero 32. libro primo. Et quòd is dicatur incorrigibilis, qui commiſerit ad minus duo delicta, vide Repertorium Inquiſitorum in verbo. Bis, & quòd hæc ſit magis communis * opinio, & fuerit ſeruata ſuò tempore teſtatur Aufer. in repetit. clementina primæ. ff. de offic. ordinar. quem refert Clar. dicta quæſtio. 36. verſiculo, quæro modo: & re vera negari non poteſt, quia text. ſunt aperti, qui loquuntur ſemper in numero plurali, vt ponderauit etiam Moder. dicta quæſt. 8. ſub nume. 55. & ex vi vocabuli ſatis colligitur, non poſſe aliter reſponderi.

64 † Aut vero delictum commiſſum eſt enorme, & ſæuum, & tunc Doctores videtur admittere, quòd etiam iſto caſu videatur incorrigibilis, & quòd non ſit neceſſaria perſeuerantia, & reiteratio delictorum: & ita loquitur Gulielm. de Benedic. in capitu. Raynutius, parte prima. numero 149. de teſtamen. Et hanc veluti magis communē * opinio. & obſeruatam ſequitur Boer. deciſio. 69. numero 16. quos etiam refert, & ſequitur Clar. dicto verſicu. Quæro modo, & poſt eum Modern. dicta quæſtione 8.

65 ſub numero 55. † Huiuſmodi enormia, & ſæua delicta erunt homicidium per inſidias commiſſum, ad effectum committendi aliquod adulterium. Item crimen læſæ Maieſtatis, & alia huiuſmodi exempla tradita per Gulielm. de Benedic. & Moder. vbi ſupra. Sed re vera, is qui committit vnum enorme, & ſæuum delictum, efficitur de foro ſeculari, mediante degradatione, quæ non eſſet facienda de iure, quoniam quantumuis graue delictum committat, tamen non eſt degradandus, & relinquendus curiæ ſæculari, remota incorrigibilitate, vt dixi ſuperius, numero 60. & 61. & tradit Boſſ. tracta. criminal. titulo de crimine læſæ Maieſtat. ſub num.

66 86. † Tamen de conſuetudine * contrarium ſeruatur, quia clericus propter vnum enorme, & ſæuum delictum relinquitur puniendus Curiæ ſæculari, etiam pœna vltimi ſupplicij, vt teſtantur Dec. in capitu. At ſi clerici, columna finali. de iudic. latiſſimè. Diaz. in pract. crimin. cano. cap. 90. Vbi plura exempla, in quibus ita fuit ſeruatum adducit. Auguſt. ad Angel. tractat. de malefic. in verbo. & ibi caput, ſub numero 43. & in facto vidiſſe ſeruari teſtatur Clar. dicta quæſtione 36. verſicu. pariter. vbi allegat eos, qui hanc veluti magis communem opinio. defendunt. Et ne delicta remaneant impunita poteſt iſta opinio dici fauorabilis, vt tradit Boſſ. dicto titulo de crimin. læſæ Maieſtatis, numero 86. Alij tamen ſunt, inter quos eſſe videtur Couar. pract. queſtionum libro 2. capit. 20. ſub numero 7. quem refert, & ſequitur Clar. dicto verſiculo, pariter. in fine, qui autumant, relinquendum eſſe arbitrio iudicis eccleſiaſtici, qui ſecundum qualitatem facti, & perſonarum decernat, an debeat relinqui curiæ ſæculari,

67 vel non. † Et quòd Epiſcopus ad id cogi non poſſit, vide Auguſt. ad Angel. in dicto verbo, & ibi caput, ſub numero 43. & Clar. dicta quæſtio. 36. verſiculo. Quæro nunquid clericus, in fine. in dubio tamen non eſt relinquendus, & vbi relinquatur, non relinquitur vti incorrigibilis, ſed propter atrocitatem delicti, & in his reſideo.

68 † Secundo dubitatur: Nunquid ſupradicta degradatio, ſeu eiectio, quæ fit à foro Eccleſiaſtico propter incorrigibilitatem, ſeu propter enormitatem ſceleris habeat locum etiamſi clericus ſemper detulerit habitum, & tonſuram? Reſpondeo, prima facie videtur dicendum, quòd non per ea, quę tradit Guido Papæ in deciſio. 138. in camera Concilij. Sed tu dic oppoſitum, quòd habet locum, quia fatentur ſimpliciter omnes, quòd incorrigibilis, ſeu committens graue, & enorme ſcelus poſſit degradari, & eijci à foro eccleſiaſtico. Nec vllibi reperitur exceptum, quòd hoc non ſit verum, ſi detulerit habitum, & tonſuram: immo nos quotidie videmus, quòd ita ſeruatur in practica, & ſignanter id videmus in crimine hæreſis vbi ſacerdos, & quiuis alius Religioſus, qui ſit hæreticus, pertinax, ſeu relapſus degradatur, & degradatus traditur Curiæ ſæculari, etiam ſi detulerit mille habitus, & tonſuras.

Neque obſtat, quòd clericus in habitu, & tonſura incedens, nō efficiatur de foro ſeculari, quamuis

 inimi-

infinita mala, & grauia crimina commiserit, illaque reiterauerit, ac in eisdem perseuerauerit. cap. 1. de Apost. cap. ex parte, il secundo, de priuilegijs. Foller. in pract. crimin. in verbo. Audiantur excusatores, num. 47. Rolan. à Vall. consi. 4. numero 32.
* libro 1. & est commun. * de qua testatur Boss. tract. crimin. titu. de foro compet. num. 134. vbi ait, quòd ipse interrogatus, ita in facti contingentia respondit, & eum refert, & sequitur Clar. dicta quæst. 36. versiculo. cæterum si clericus, & post eum Moder. dicta quæst. 8. sub nume. 56. Nam respondetur verum esse, quòd non efficitur de foro sæculari, priusquam expulsus sit ab ecclesiastico ipso iure, vel à iudice, etiam quòd infinita mala commiserit, vt ait Boss. loco citato: sed quòd non possit expelli, si detulerit habitum, & tonsuram, hoc Doctores non dicunt; immo ait Boss. loco citato. ibi, *Fateor quod potuisset &c.* Quòd ille sacerdos, qui secundum eum non erat effectus de foro sæculari, quia incedebat in habitu, & tonsura, quamuis multa crimina commisisset, potuisset committere delictum, quod esset dignum degradatione actuali, postquàm immediatè degradatus traditur Curiæ sæculari. Et vis melius cognoscere, quòd degradatio fiat etiam si clericus detulerit habitum, & tõsuram? videas hoc, ꝙ si non deferret habitum, & tonsuram, & se enormitatibus immisceret, seu graue delictum committeret, efficeretur de foro sæculari absque alia degradatione, vt patet in dicta decis. Guid. Pap. 138. quę propterea seruit, & non obstat.

69 † Secunda difficultas fit: Nunquid quando clericus, qui subijcitur foro seculari ab ipso iure, vel propter incorrigibilitatem, iuxta terminos dicti capit. Cum non ab homine, vel propter atrocitatem criminis, iuxta capit. primum, de homicid. in 6. requiratur declaratio incorrigibilitatis, & assassinij facienda à iudice Ecclesiastico, priusquam iudex sæcularis possit suam iurisdictionem in eum exercere? Et quantum ad declarationem incorrigibilitatis Fely. in dicto cap. Cum non ab homine sub nume. 10. ait
* requiri, existimans, ita se habere commun. * opin. quam etiam refert, & sequitur Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 131. & Foller. qui refert vtrumque in pract. crimin. in verbo. Audiantur excusatores, num. 41. & pro hac opinione faciunt ea, quę dixi de declaratione facienda super contumacia infra cap. 97. sub num. 22.

Contrariam sententiam, quòd non sit necessaria, & satis sit, seruatam fuisse formam dicti capitu.
* cum non ab homine, asserit communem * Boss. dicto titu. de foro competen. nume. 132. & eam sequi videtur Clar. dicta quæst. 36. versiculo. sed quæritur, & commu. & veriorem arbitratur. Modern. in
70 quæstionib. crim. libro 1. quæst. 8. num. 51. † Quantum verò attinet ad declarationem assassinij, Clarus vbi supra, versiculo. sed quæro tu scis: ait, quòd
* quicquid sit de iure, practica * obseruat, vt iudex sęcularis, qui habet in fortijs clericum, imputatum de assassinio, & vti contra talem fabricat processum, non obstante exceptione clericatus, constito sibi de assassinio, & perfecto processu, ipsemet iudex sæcularis fert sententiam declaratoriam vna cum ipsa condemnatione. Et ita refert seruatum fuisse, quamuis de iure, vt inquit, hæc declaratio esset facienda à iudice Ecclesiastico, priusquam iudex sæcularis possit exercere suam iurisdictionem. Sed tu
* quicquid dicat Clar. dicas, communem, * & verã opinionem esse, quòd iudex laicus non prius possit exercere suam iurisdictionem in clericum vti assassinum, quàm constiterit esse assassinum, aliàs sequerentur mille absurda, & destrueretur ratio, & theorica iuris: si enim iurisdictio iudicis laici in clericum dependet ab assassinio, vtique in primis probandũ est assassinium, l. 2. §. sed si dubitatur. ff. de iudic. & optimè faciunt ea, quæ in simili notauimus infra capitu. 71. sub nume. 3. ibi. secunda ratio capit. 76. sub num. 8. versus finem, & cap. 98. sub nume. 10. & sequentibus. vbi ostendi, quòd licet hæretici sint damnati ipso iure, tamen potestas sæcularis non exercet in eos iurisdictionem, nisi sibi, vt tales tradantur à Curia Ecclesiastica, & licet eorum bona sint confiscata ipso iure, tamen confiscatio non sortitur effectum ante declarationem, & in propria facti specie bene consuluit Rol. à Val. consil. 24. numer. 62.
* libro 1. & Card. Alban. consil. 13. & hæc est vera * opin. vt etiam tradit Modern. dicta quæst. 8. nume. 85. & 86. quæ opinio est omnino obseruãda, & practica in contrarium est abusus, nunquam obseruandus. Sit igitur conclusio, vt iudex Ecclesiasticus cognoscat de assassinio, quod si reperit commissum, declaret, clericum esse assassinum, qua declaratione facta, nulla alia incorrigibilitate expectata, iudex sæcularis poterit exercere gladium sanguinis.

Tertia difficultas vertitur circa degradationem, quæ fit à iudice. Nunquid scilicet per omnem degradationis speciem clericus eijciatur à foro Ecclesiastico, & subijciatur foro sæculari? Respondeo,
71 quòd non. † Et pro intelligentia sciendum est, duplicem esse speciem degradationis. Actualem scilicet, & hæc secundum Doctores appellatur propriè degradatio: & Verbalem, & ista est quædam depositio, vt bene tradit Clar. libr. 5. recept. senten.
72 quæstio. 74. † Et hæc verbalis fit dupliciter ad duplicem effectum, videlicet, aut ad pęnam, & de hac non loquimur, quia per eam non amittitur priuilegium fori, aut in ordine ad eijciendum à foro Ecclesiastico, vt bene declarat Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 5. cas. 415. nume. 4. 5. & 6. Agimus hic de degradatione actuali, & verbali, per quas clericus
73 subijcitur iurisdictioni iudicis laici. † Differt ergo actualis à verbali in eo, quòd degradatus actualiter statim eo ipso subijcitur iurisdictioni iudicis laici: nec enim requiritur alia traditio, facienda à iu-
* dice Ecclesiastico: & hæc est commu. * opinio, pro qua Villald. in suis commu. opin. in verbo, clericus, num. 71. Clar. libro 5. recept. sent. quæst. 36. versic. scias autem. & post ipsum Modern. dicta quęst. 8. num. 73. allegant Alciat. in sæpe citato ca. cum non ab homine nu. 108. de iudi. qui tamen in libro meo non solum non testatur de eiusmodi communi opinione, sed minus tangit hunc articulum, & non excedit num. 30. nisi forsan fecerit aliquam repetitionem particularem, quam non vidi. Degradatus verò verbaliter remanet, adhuc sub iurisdictione iu-

dicis

dicis eccleſiaſtici, donec etiam tradatur, & docent ſumma Silueſtr. in verbo. Degradatio in principio, & num. 8. Marant. in ſuo Specu. par. 4. diſt. 11. num. 72. Clar. dicto verſiculo. ſcias autem, quem refert, & ſequitur Franc. Pegn. in commen. ad Direc. Ey-
74 mer. part. 3. comm. 49. §. poſtremo quamuis. † Et licet Simanc. de cath. Inſtit. tit. 46. ſub num. 70. dicat, quòd degradatus non eſt tradendus Curiæ ſæculari, ſed relinquendus, & iudex, cui relinquitur, efficaciter orandus, vt procedat citra ſanguinis effuſionē, & citra mortis periculum. cap. nouimus de uerb. ſignific. & admonent Eymer. in Direct. Inquiſ. dicta par. 3. ſub nume. 199. in forma ferendi ſentent. contra eum, qui in hæreſim eſt relapſus, & ſub nu. 206. in forma relinquendi, ſeu tradendi impœnitentem hæreticum. Marant. in ſuo Spec. dicta diſtinc. 11. nume. 72. in fine. & Simanc. loco allegato. Tamen eſt differentia, ſeu conſideratio aerea, & de vento: vnde Eymer. in locis allegatis promiſcuè loquitur, quòd relinquatur ſeu tradatur Curiæ ſæcu-
75 lari. † Et quid ſit degradatio verbalis, & actualis, & quomodo vtraque fiat, vide text. in cap. degradatio, de pœn. in 6. Clar. lib. 5. recept. ſenten. quæſtio. 74. Menoch. de arbitr. iud. dicto caſ. 415. & in libro Pontificali fol. 190. & ſeq. & de Actuali, vide etiam omnino Concilium Tridentinum, ſeſſ. 13. cap. 4. de reformat. Et de forma degradandi actualiter, ſeu ferendi ſententiam ſuper degradatione actuali, vide Eymer. in locis proximè allegatis, & de forma degradandi verbaliter, & ferendi ſuper ea ſententiam, vide eundem Eymer. dicta par. 3. nume. 215. in forma degradandi verbaliter folio 570. & Menoch. vbi ſupra num. 8. & totam materiam degradationis, vide apud Arnal. Albert. in cap. quoniam, de hæret. in 6. & alios, quos allegat Franc. Pegna in comm. ad Direct. Eymer. par. 3. comm. 45. §. quòd ſi cetera.

76 † Sed inſurgit hic quarta difficultas, quomodo, ſcilicet clericus abſens poſſit eijci à foro Eccleſiaſtico, & ſubijci ſæculari: non enim poteſt actualiter degradari, quia eſt abſens, vt dicit Eymer. loco citato par. 3. ſub num. 214. in fine, in forma citandi conuictum fol. 570. & propter eandem rationem, quia ſcilicet eſt abſens, minus poterit tradi Curiæ ſeculari. Pegn. in comm. Ad eundem Eymer. dicta par. 3. comm. 49. §. forma degradandi. Vnde videtur, quòd non poſſit ſubijci foro ſeculari. Reſpondeo, paria eſſe, quòd quis actualiter degradetur, vel fictè tradatur curiæ ſæculari, præcedente tamen verbali degradatione, vt tradit idem Pegn. dicto comment. 49. verſiculo, poſtremo quamuis. & ſequitur etiam Flam. Cart. tract. de execut. ſent. capto bann. cap. 1. nume. 283. 284. & 287. & hoc nullam patitur difficultatem, quia eiectio à foro eccleſiaſtico, ſatis eſt, quòd fiat verbaliter per ſententiam.

77 † Quinta difficultas, nunquid detur aliquis caſus, in quo clericus poſſit eijci à iudice eccleſiaſtico, & ſubijci foro ſæculari, ſine degradatione actuali, & ſine traditione? Reſpondeo, quòd non per ea, quę dixi ſupra num. 57. & ſequen. Neque obſtat, quòd Clar. libro 5. recept. ſentent. quæſt. 36. verſic. Quæro nunquid clericus, referat, communem eſſe opinionem, quòd clericus iudicatus à iudice eccleſiaſtico, quòd commiſerit crimen læſæ Maieſtatis, eſt degradandus verbaliter tantum, & non tradendus curiæ ſæculari. Vnde per ea, quæ dixi ſupra numero præcedenti hic clericus veniret puniendus à iudice laico ſine degradatione actuali, & ſine traditione. Nam reſpondetur, quòd Doctores omnes, qui aiunt, clericum reum læſæ Maieſtatis, non eſſe degradandum, neque tradendum curiæ ſæculari, loquuntur de iure, & intelligunt, quòd non deſinat eſſe de foro eccleſiaſtico, & proinde, quòd in prædicto caſu puniatur à iudice eccleſiaſtico, qui eum degradabit verbaliter, & degradatum condēnabit in perpetuum carcerem, ſeu monaſterium, vbi vitam degat, vt vita illi ſit mors. cap. fœlicis. de pœnis in ſexto. ſed attenta conſuetudine, ſecundū quam clericus propter enorme delictum, etiā non expectata incorrigibilitate, eſſet degradandus, & degradatus relinquendus curię ſæculari, ſi ita eccleſiaſtico videbitur, vt tradit idem Clar. eodem verſiculo. Quæro nunquid clericus, & apertius in verſiculo, pariter etiam: prædicta, quæ ex Claro retulimus, non procedunt, & hęc dicta ſint circa primam limitationem.

78 † Secundo limitatur, vt non habeat locum, quando clericus ſe immiſceret enormitatibus, ſeu aliquod enorme delictum committeret, & habitum, & tonſuram non deferret, quia his ſimul concurrētibus, conueniunt Doctores, clericum effici de foro ſæculari. Circa limitationē iſtam inſurgunt nonnullæ graues difficultates.

79 † Et prima, nunquid procedat etiam ſi clericus non fuerit prius ter monitus ad ferēdum habitum, & tonſuram à proprio Epiſcopo, ſeu Prælato. Alij namque arbitrati ſunt, eo caſu limitationem non habere locum, quia exiſtimant, trinam monitionē neceſſario debere præcedere, & hanc eſſe commu-
✱ nem ✱ opinionem teſtantur Rolan. à Vall. conſil. 4. numero 31. libro 1. & plures alij, quos refert Clar. dicta queſt. 36. verſicu. Quæro modo. Alij vero arbitrati ſunt, monitionem non eſſe neceſſariam, &
✱ quòd ita ſe habeant magis communes ✱ Doctorū deciſiones, & approbatæ conſuetudines, teſtatur idem Clar. eodem loco concludens, quòd clericus, ſiue in ſacris, ſiue in minoribus ſit conſtitutus, qui dimiſſo habitu clericali, aliquod enorme delictum committit, etiam nulla præcedente monitione, amittat priuilegium fori, & poſſit puniri à iudice lai-
✱ co. Et hanc opinionem veluti magis communem ✱ refert, & ſequitur Moder. in quæſtionib. crim. libro 1. queſt. 8. ſub num. 54. Alij diſtinxerunt, vt prima opinio procedat in clerico non conſtituto in ſacris. Secunda verò in conſtituto in ſacris: hanc opinionem tenuerunt ij, quos refert, & ſequitur Marcus Anton. Cucch. Inſtit. maior. libro 3. titu. 9. num. 80. & 81. Verum ego me ſubſcribo ſecundæ opinioni, ſalua tamen determinatione Sanctæ matris Eccleſiæ Romanæ, cui me hic, & ſemper ſubijcio.

80 † Secunda, & magis perplexa difficultas eſt: nunquid iſto caſu requiratur ſententia iudicis eccleſiaſtici declaratoria ſupradictarum qualitatum, ex quibus profluit iuriſdictio iudicis laici? Et licet hinc inde poſ-

de poſſent nonnulla adduci. Reſolutiuè tamen ꝓcedendo, ita diſtinguo. Aut notoriè conſtat de prędictis qualitatibus, aut non. Si notoriè tunc dicas, non requiri aliam declarationem per ea, quæ dixi infra capit. 76. ſub num. 12. ibi. Si in delicto facti. Et ſi non notoriè, & tunc dicas requiri per ea, quæ dixi ſupra, ſub numero 70. alias enim eſſet in poteſtate iudicis laici, & cuiuſlibet alterius fingere, clericum ſe immiſcuiſſe enormitatibus, clericali habitu dimiſſo.

81 †Tertia difficultas eſt: Nunquid in hac ſecunda limitatione requiratur degradatio, ſeu traditio facienda iudici ſæculari? & videtur omnino dicendum, quòd non requiratur, quia ſequeretur, quòd iſta limitatio non eſſet diuerſa à prima. Sed omnes Doctores ponunt iſtam, tanquam diuerſam: ſequela probatur, quia etiam in prima limitatione diximus, clericum, committentem aliquod ſæuum delictum, ſeu enormitatibus ſe immiſcentem degradari, & degradatum tradi curiæ ſæculari. Vnde communis* opinio Doctorum eſt, quòd degradatio non ſit neceſſaria, de qua teſtatur Couar. pract. quæſtion. cap. 32. ſub num. 2. verſic. Tertio his erit adijciendum. Contrariam tamen ſententiam in effectu ibidem tenet, quam etiam referunt, & ſequũtur Clar. dicta quæſt. 36. verſiculo. Scias autem. & Modern. dicta quæſt. 8. nume. 57. qui aiunt, prædictam communem opinionem, nullatenus procedere in clerico conſtituto in ſacris, quem tradunt puniri non poſſe, niſi præuia degradatione. Quid dicendum? Reſpondeo, diſcedendum non eſſe in puncto iuris à communi opinione. Et ideo dico, degradationem nullo modo eſſe neceſſariam, quia ſatis videtur degradatus ipſo iure, & eo ipſo, quòd habitu dimiſſo enormitatibus ſe immiſcuerit, & adhibita fuit iudicis eccleſiaſtici declaratio, & facit optimè deciſ. 138. Guid. Pap. in camera Concilij, vbi clericus homicida incedens ſine habitu, & tonſura, fuit punitus à iudice laico ſine vlla remiſſione, aut cognitione iudicis eccleſiaſtici, nec hoc eſt incõueniens, quia aſſaſſinus etiam, item incorrigibilis ſecundum terminos capituli Cum non ab homine. de iudic. puniuntur à laico ſine degradatione, vt dixi ſupra num. 55. & ſequent. Immo ex quo iudices eccleſiaſtici recuſant facere degradationem, vt clerici remaneant ſub ſua iuriſdictione, prout hac de cauſa omittunt etiam facere monitiones, vt dixi infra numero ſequenti. iudices laici ſolent punire clericum etiam quòd non ſit degradatus, vt dicit Bar. in l. 1. num. 3. in fi. ff. de pœn. licet in hoc, vt ipſe ait, malè faciant, & Bartolum referunt, & ſequuntur. Clar. dicta quæſt. 36. verſiculo, ſæpenumero. Flam. Cart. tract. de execut. ſentent. capto bann. capit. fin. num. 308. & poſt eos Modern. dicta q. 8. ſub nume. 108. verſiculo. Amplia.

Verum, quia nunquam prohibetur degradatio, laudarem, & tutius eſſe dicerem, vt ſemper adhiberetur etiam Actualis, priuſquam iudex laicus manus imponat ſuper clerico, etiam ſi eſſet clericus primæ tonſuræ, quia adhuc moribus receptum eſt, vt degradetur, teſte Couar. dicto cap. 32. ſub num. 2. verſiculo. Vtcunque tamen. & etiam in caſu, quo non eſſet neceſſaria. Et hoc ad quamdam venerationem ordinis clericalis, & ne populus commoueatur. Nam vt dicit Franc. Pegn. in comm. ad Direc. Eymer. par. 3. commen. 49. §. præterea dico, quem etiam refert, & ſequitur Flam. Cart. tract. de execu. ſenten. capto banno cap. 1. ſub num. 288. verſiculo. præterea. & ſi clericus abſens, verbaliter degradatus, & per ſententiam relictus Curiæ ſæculari, poſſit puniri ſine alia actuali degradatione, tutius tamẽ eſt, vt actualiter degradetur, ne populus commoueatur, vt aliquando contigiſſe ait. Degradabitur igitur cum in manus curiæ inciderit, & vbi iudex laicus non poſſet punire clericum non degradatum, debet requirere eccleſiaſticum, vt degradet, ſecundum conſilium Angeli de Caſtro inter conſil. criminalia diuerſorum conſilio 37. per totum, tom. 2. ad quem ſe remittunt etiam Flam. Cart. dicto tractat. de execut. ſentent. cap. fi. numero 308. & Moder. in quæſt. crimin. lib. 1. dicta q. 8. num. 109. & hęc circa ſecundam limitationem.

82 † Tertiò limitatur, vt non habeat locum in clerico, qui non incederet in habitu, & tonſura, quia poſſet conueniri coram iudice laico. Etſi enim habitus non faciat monachum, eſt tamen neceſſarius, vt notat glo. in verbo, participationem, in cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſtat. ſiquidem non licet clericis alterum pedem in diuinis, & alterum in carnalibus ponere, hæc tamen limitatio non ſemper, & ſimpliciter eſt vera, ſed recipit diſtinctionem. Aut enim clericus eſt coniugatus, aut non. Si eſt coniugatus, & tunc procedat limitatio, ita ſimpliciter prolata, prout eã declaraui ſupra in 3. ampliat. nume. 20. Si verò non eſt coniugatus, & tunc rurſus diſtinguo. Aut non eſt in ſacris conſtitutus, aut eſt conſtitutus. Si non eſt in ſacris, rurſus diſtinguo, vel loquimur de iure, vel de conſuetudine. Si de iure, tunc communis* opinio eſt, quòd non prius ſubijciatur iuriſdictioni iudicis laici, quàm fuerit à proprio Prælato ter monitus ad ferendum habitum, & tonſuram, & de hac communi teſtatur Couar. pract. qq. cap. 32. ſub nu. 1. & non patitur difficultatem. Quòd ſi non fuerit monitus requiruntur quatuor ad hoc, vt amittat priuilegium fori: primum ſcilicet, vt non deferat habitum, & tonſuram: ſecundum, quòd ſe immiſceat enormitatibus: tertium, quòd in illis frequentauerit: quartum, & vltimum, quòd in illis deprehendatur. vide Rol. à Val. conſil. 4. num. 31. & 32. lib. 1. Si verò loquimur de conſuetudine, & tunc dicas, eum ſubijci iuriſdictioni iudicis laici, nullis etiam præcedẽtibus monitionibus, vt tradit Alex. de Neuo conſil. 59. num. 4. quem refert, & ſequitur Clar. libr. 5. recept. ſent. quæſt. 36. verſicul. hæc autem. Cuius quidem cõſuetudinis ratio ſecundum Couar. & Clar. in locis allegatis ea eſt, quòd Prælati, ne ſibimet ipſis iuriſdictionem amputent, omiſerunt facere prędictas monitiones. Vnde & iudices laici adhibuerunt antidotum, quippe, qui illis etiam omiſſis, procedunt, & puniunt. Et hæc conſuetudo potius probari, quàm impugnari videtur à ſacro œcumenico Concilio Tridentino ſeſſ. 23. cap. 6. de reform. Vbi diſponitur, quòd clericus primæ tonſuræ, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus, non gaudeat

priui-

priuilegio fori, niſi habeat beneficium eccleſiaſticum, aut vltra habitum clericalem, & tõſuram, alicui eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiat &c. Ex quo loco licet ſumere duas concluſiones: primam, quòd clericus primæ tonſuræ, quamuis deferat habitum, & tonſuram: tamen adhuc non gaudebit priuilegio fori, niſi altero ex his concurrente, videlicet, aut quòd ſit beneficiatus: aut quòd ſit in via ad ſuſcipiendos maiores ordines, quia ſcilicet de mandato Epiſcopi inſeruiat alicui eccleſiæ, vel ſit in aliquo Seminario clericorum, ſeu vniuerſitate, vel ſchola: his verò deficientibus, ceſſat difficultas. Et ita videtur animaduertiſſe Additio ad Clar. libr. 5. recept. ſentent. dicta quæſt. 36. in verbo, & habitum. ſub litera. C. & poſt eam Modern. dicta quæſt. 8. numer. 5. in fine. & Flam. Cart. in pract. interrog. reor. libro 1. cap. 1. ſub num. 12. verſic. & de fide. Et hæc Concilij diſpoſitio videtur reſpicere ius diuinum; ſecundum quòd clerici primæ tonſuræ, qui eccleſiæ non inſeruiunt, non ſunt exempti à iuriſdictione ſæculari, vt optimè admonet Couar. practic. quæſt. cap. 31. ſub num. 5. verſicu. Tertio illud. Secundam concluſionem, quæ ex eodem loco Cõcilij ſumitur, poſui paulò inferius. Et hæc de clerico non conſtituto in ſacris. Si verò eſt conſtitutus in ſacris, & tunc firmo contrariam concluſionem, quòd ſit conueniendus coram iudice eccleſiaſtico: omnes namque Doctores, qui tradunt clericum, incedentem ſine habitu, & tonſura poſſe conueniri coram iudice laico, loquuntur expreſſe de clerico non conſtituto in ſacris, & non beneficiato. Vide Clar. dicta quæſt. 36. verſiculo. Hæc autem. Et quæ dixi infra ca. 86. num. 50. Et ita eſt tenendum, quicquid in contrarium dixerit Alex. de Neuo dicto conſilio 59. nume. 6. in fi. Et per contrarium ſenſum ſatis apertè colligitur ex allegato cap. 6. Concilij Tridentini, & hæc ſit ſecunda illius concluſio, Quòd conſtitutus in ſacris gaudet priuilegio fori. vnde in ſumma ex Concilio Tridenti. colligo tres ſpecies clericorum, qui gaudent priuilegio fori, videlicet clericus beneficiatus, clericus conſtitutus in ſacris, & clericus, qui verſatur in via ad ſuſcipiendos maiores ordines: in qua vltima ſpecie procedat illa concluſio, quòd clericus, non incedens in habitu, & tonſura, ſubijcitur iuriſdictioni iudicis laici, etiam nullis præcedentibus monitionibus. Nam clerici, conſtituti in ſacris, ſeu religionem profeſſi, quamuis non deferant habitum, & tonſuram, & quamuis fuerint à proprio Epiſcopo, ſeu Prælato moniti, vt deferant, tamẽ adhuc non ſubijciũtur foro ſæculari, ita bene tradit Andr. de Iſern. in Conſtitutione. Apoſtatantes à fide, dicens, ita intelligendum eſſe textum, in cap. eos. 22. quæſt. 4. ſed voluit allegare cauſam 20. & quæſt. 3. Requiritur enim, quòd etiam ſe immiſcuerit enormitatibus iuxta ea, quæ ſcribit pro prima parte Thom. Triuiſ. deciſio. 48. lib. 2. Item clericus beneficiatus non efficitur de foro ſæculari, etiamſi incederet armatus vti miles. Clar. dicta quæſt. 36. verſicu. Hæc autem in fine. Et licet Moder. dicta quæſt. 8. ſub nume. 56. exiſtimet contrarium, dicens hanc differentiam eſſe inter clericum, immiſcentem ſe enormitatibus, & inter clericum, non deferentem habitum, & tonſuram, quia primus priuatur priuilegio fori, etiam quòd nõ pręceſſerit trina monitio, ſecus eſt in ſecundo. Quare exiſtimat, quòd clericus non incedens in habitu, & tonſura, ſi fuerit ter monitus, amittat priuilegium fori, quod in clericis cõſtitutis in ſacris, qui aliquod enorme delictum non commiſerint, eſt falſum per ea, quæ dixi ſupra numer. 78. & paulò ſuperius hoc eodem numero, quia præſuppoſito, quòd aliud delictum non commiſerit, tunc ſolum cogeretur redire ad religionem, vt dicit Andr. de Iſern. loco allegato, & poterit puniri in ſuſpenſione ab ordinibus, ab officio, beneficio, & etiam priuari ſeruato ordine Concilij Trident. c. 6. ſeſſ. 14. de reformat. quòd ſi præſupponamus, clericum commiſiſſe aliquod ſcelus, tunc, vel eſt delictum leue, & dico, quòd adhuc remaneret ſub iuriſdictione iudicis eccleſiaſtici, vel eſt delictum enorme, & tunc reſpice, quæ dixi ſupra num. 64.

Sed quoniam, vt ex præfata limitatione videre licet, multi refert in propoſita materia, an clericus
83 incedat in habitu, & tonſura: † ideo quæro de nonnullis. Et primo, quando clericus dicatur incedere in habitu, & tonſura? Reſpondeo quoties, habens capillos portat tonſuram, & veſtes clericales, dico, habens capillos, quia ſi eos non haberet, excuſaretur, cum nemo teneatur ad impoſſibile, & hoc eſt verum, etiam ſi ſibi deficerent, mediante aliqua illicita opera, ſed à remotis, vtputa, quia ſibi cecidiſſent propter morbum gallicum, vt tradit Clar. dicta quæſt. 36. verſic. quæro nunc. qui quidem morbus gallicus ſolet, vt plurimum, & regulariter euenire propter coitum, qui omni caſu clericis eſt vetitus.

84 † Secundo quæro, quæ dicantur veſtes clericales? Reſpondeo illæ, quæ à ſacris canonibus non ſunt prohibitæ, & quæ à conſuetudine ſunt approbatæ: ita dico, quia in iſta materia habitus clericalis, ius canonicum procedit potius prohibendo, quã permittendo: prohibet enim clericis nonnullos habitus, non tamen præſcribit qualem deferre debean., ita communiter * aſſerunt omnes ſecundum Clar. dicta queſt. 36. verſiculo. Dixi clericum. Conſuetudo vero deſignat quales veſtes ferre debeat
85 clericus. † At quero nunc, quę ſint iſtę veſtes prohibitę à iure Canonico, & quę approbatę à conſuetudine? Ad primum reſpondeo, prohibitas eſſe veſtes rubeas, & virides, item manicas, pileum, Epithochium, ſeu Tabarum foderatum vſque ad oram, caligas ſcaccatas, & indumẽta aperta, breuia, aut nimium longa: ita ex Concilio generali ordinauit Innocent. III. in capit. penult. de vita, & honeſt. clericorum, quo poteris recurrere, vide etiam Foller. in pract. crim. in verbo. Audiantur excuſatores nume. 42. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4. caſ. 392. etiam Marc. Ant. Cucch. Inſtit. maior. lib. 3. tit. 10. num. 1. & ſequen.

86 † Ab his tamen clericis excipiuntur Cardinales, qui vtuntur purpura, & galero purpureo ex ordine Innocentij Quarti, teſte Platina in illius vita. At hodie doleo, quòd nõnullorum ſacerdotum luxus eo defluxerit, vt deferãt caligas ſcaccatas, perforatas, rubeas,

rubeas, & virides ad eorum libitum, & si illas sub longis vestibus tectas deferant: adhuc enim meo iudicio non decet, quamuis puniri non possint, teste M.Ant.Cucch.dicto tit.10.numero 15. Nonnullos particulares casus, in quibus clericus dicatur incedere sine habitu clericali, collige ex Claro d. versic.
87 Dixi clericum. † Ad secundum, quæ scilicet vestes sint à consuetudine habitæ pro clericalibus: Respõdeo, in hoc standum esse consuetudini locorum, vt bene dicunt glo.in dicto cap. penultimo, in verbo. Deauratis. & Clar.vbi supra, dicens, quòd ad videndum, an aliquis incederet in habitu, & tonsura clericali, videndum esset an ille, qui in tali habitu incederet, prima facie, si videretur in populo, iudicaretur clericus, vel laicus: & eum refert etiam, & sequitur Modern.in quæst.crim.libro 1.q. 8. nume. 69. Et quæ de iure dicantur vestes clericales, vide etiam Guid.Pap.decis.138.

88 † Tertio quæro, ad quem iudicem spectabit ista cognitio habitus clericalis? Respond. Guido Pap. dicta decis.138.& cons.100.quem refert, & sequitur Clar.dicta quæst.36. vers.dixi clericum: tenet, quòd spectet ad iudicem laicum. Contrariam sententiam tenet Rota decis.3.alias 202.de sent. excõmunicat.in nou.& hanc vti canonibus amicam amplexi sunt Couar.pract.quæst. cap.33. sub nume.1. Rolan.à Vall.consil.4.nume.33.lib.1. Mascard.in solenni tract. de probat.conclus.689.num.8. & sequen volum.2.& Moder.dicta quæst.8.num.34. & ab hac sententia non est recedendum, quia commu* nis * opinio est, quòd cognitio, an quis sit clericus, vel non: spectat ad iudicem ecclesiasticum priuatiuè ad iudicem laicum, vt refert idem Clar. eadem quæst.36.vers.regulariter.& dicto vers. Dixi clericum, quamuis in Ducatu Mediolani dicat, seruari contrarium, & malè meo iudicio. Vnde si cognitio, An sit clericus spectat ad ecclesiasticum, non video cur cognitio, an deferat habitum clericalem, non spectet ad eundem: cum vtraque cognitio tendat ad idem, & non possit assignari ratio diuersitatis.

89 † Bene verum est, quòd clerico non suffragaretur allegare se incedere in habitu & tonsura, quando per rei euidentiam appareret de contrario, vtputa, quia denudato capite appareat, quòd non defert tonsuram, & sic de habitu: esset enim tunc allegatio calũniosa, qua non attenta, iudex sæcularis posset procedere ad vlteriora, & denegare remissionem. vide Franc.in cap. vnico.§.primo, colum.2.de cler. coniug.in sexto. Steph. Aufer.tract.de potest. sæcul.eccles.fall.20.Guid.Pap.dicta decis.138.Mascard.& Modern.in locis allegatis.

90 † Et obiter nota, quòd pendente cognitione, an quis sit clericus, vel an deferat habitum ecclesiasticum; reus debet remanere penes iudicem sæcularem, à quo captus est, & interim iudex ipse debet silere in processu, vt per Clar.dicto vers.Regulariter.
* Et est communis, * de qua testatur Modern. dicta quæst.8.nume.35.

91 † Quæro quarto: An clericus dicatur incedere sine habitu, & tonsura, quando alterum tantum defert, videlicet, aut tonsuram, aut habitum: an verò quando neutrum defert? Respondeo cum distinctione. Aut loquimur de clerico coniugato: Aut de clerico non coniugato. Si de coniugato, & tunc dico, quòd si alterum tantum deferat, & non vtrumque, dicitur incedere sine habitu, & tonsura ad effectum, vt amittat priuilegium.cap.1. de cler. coniug. Rot.decis.3.alias 202.de senten.excomm. in Nou. Guid.Pap.dicta decis.138.Couar.pract.quæst.cap. 31.nume.7.vers. secundo, & tertio. & alij, quos refert, & sequitur Modern.in quæst.crim.lib.1. quæst. 8.num.64. Si in non coniugato, & tunc dico, quòd ad hoc, vt dicatur incedere sine habitu, & tonsura, requiritur quòd neutrum deferat, quia si alterum deferat, dicitur adhuc incedere in habitu, & tonsura. Zabarel. in cap.perpendimus, de sent. excom. Cæpol.Cons.11.num.42. Rol. à Vall. dicto Cons. 4.num.26.lib.1.& alij, quos refert, & sequitur Moder. dicta q.8. num.65. Hanc eandem distinctionem refert, & sequitur M. Anton. Cucch.Instit.maior.lib.3.tit.9.num.70. Reliquas verò difficultates, qualis est illa: quale tempus circa delationem habitus clericalis debeat inspici, an tempus commissi delicti, vel antea, vel postea, vide Clar. dicta quæst. 36.vers.Sed hic quæro.& Moder. dicta quæstio.8. nume.66. qui alios allegant. Item nunquid sufficiat semel habitum dimisisse, an vero requiratur dimissio continua, & perseuerata. vide Christoph.de Castellio.cons.5.nume.9. Item ingrediens religionem post patratum delictum, nunquid gaudeat priuilegio fori. vide Clar.dicta quæst.36.versic.Sæpenumero contingit. Item nunquid clericus repertus cũ armis prohibitis possit capi, & puniri à iudice laico, vide per eundem eadem quæst.36. versic. vlterius quæro. Item quomodo probetur clericatus, an per testes, an vero per instrumenta, vide Couar.pract. quæst.cap.33.num.3. & Mascard. de probat. lib.1. conclus.302.& seq.& post eum Modern.d.q.8. nu. 40.cum sequen.

92 † Quarto limitatur, vt non habeat locum, quando laicus esset delegatus à Papa, quia etsi Episcopus non possit delegare causas clerici laico, vt dixi supra num.39. Papa tamen potest, vt tradunt Couar.pract.quæst.cap.31. nume.4. in fi. Clar.libro 5. recept.sent.quæst.41.versicu. Sed quid dicendum, & Modern.dicta quæst.8.nume.4.versic. limita.

93 † Quinto limitatur, vt non habeat locum in casu reconuentionis ciuilis, quia clericus conueniens laicum coram iudice sæculari iuxta declarationem, quam docui supra num.49. potest coram eodem ciuiliter reconueniri.glo.in ca.primo. in verbo super
* suis.de mutu.petit. & est commu. * opin. de qua testantur Fely.in cap.at si clerici.sub num.9. de iudic. Boss.tract.crim.tit.de foro compet. sub nume. 125. & Marc.Ant.Cucch.Instit.maior.lib.3.tit.9. sub numero 15.quamuis eam non sequatur. Et quòd sit magis communis testatur Maran.in suo Spec. par. 4.dist.6.num.53.& dist.11.num.59. Etenim isto casu dicitur prorogatio legalis, vt tradit Bald. in l.2.§. sed & si agant.ff.de iudic. Et quòd ita seruetur testatur Afflict.decis.173.num.3. & Maran. dicto num. 53.vide latius per Modern.dicta quæst.8. num.99. Et procedit ista conclusio, etiam quòd clericus vellet desistere à conuentione, quia adhuc posset contra eum

tra eum procedi in cauſa reconuentionis, vt deciſum fuiſſe teſtatur Afflict. dicta deciſ. 173. in fi. Intelligas tamen hanc quartam limitationem eſſe veram, vbi conſuetudo non eſſet in cõtrarium, & ſemper in cauſa ciuili tantum, vt refert, & ſequitur Practicus Gail. in pract. obſeruat. libro 1. obſeru. 37. nu. 6. & ita loquitur deciſio Afflicti. In criminali enim cauſa non poteſt reconueniri, Maran. dicta diſtinc. 6. nu. 53. 60. 61. & 67. & Moder. vbi ſupra nu. 100. Sed quid dicendum, quando clericus reconueniretur ciuiliter pro crimine? Reſpondeo, adhuc reconueniri non poſſe. Maran. dicta diſt. 11. ſub nu. 59. ver ſicu. quinto limita. Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 36. verſ. & hęc quidem concluſio, & Moder. dicto num. 100. & ſequen. vbi declarat.

94 † Sexto limitatur, vt non habeat locum, quando clericus conueniretur ratione officij alieno nomine, tanquàm tutor, ſeu curator, quia nõ attenditur perſona clerici, ſed eorum, ex quorum perſona conuenitur, vide Gail. dicta obſeruat. 37. num. 7. & Vrſill. in annotat. ad Afflict. deciſ. 24. num. 4. Ego tamen non omnino firmo hanc ſextam limitationem, per ea, quæ dixi ſupra num. 23.

95 † Septimo limitatur, vt non habeat locum, quando clericus ſpoliaret, quia tunc iudex laicus poſſet reſtituere ſpoliatum in ſua poſſeſſione per viam cuiuſdam defenſionis extraiudicialis, citando generaliter quemcunque, qui ſua putauerit intereſſe. Affl. deciſ. 24. & ibi Vrſil. in annot. ad eum, & faciunt, quæ tradunt idem Affl. deciſ. 2. num. 9. & Maran. in ſuo Spec. par. 4. diſt. 11. num. 63.

96 † Octauo limitatur, vt non habeat locum, quando clericus eſſet ſequeſter, ſeu depoſitarius ex decreto iudicis laici, quia tunc poſſet idem iudex præcipere clerico, vt reſtitueret depoſitum, ſeu ſequeſtrum. Afflict. dicta deciſ. 24. num. 3. Vrſil. in annotatione num. 2. & Maran. dicta diſtin. 11, num. 62.

97 † Nono limitatur, vt non habeat locum quando ageretur de feudo, quod clericus haberet à laico, quia tunc ceſſat priuilegium fori, & cõueniretur coram laico, vel paribus Curiæ. cap. verũ, cap. ex tranſ miſſa, de foro compet. & cap. cæterum, de iud. Socin. reg. 56. fal. 2. Afflict. de feud. fęmin. §. fi. num. 6. quos refert, & ſequitur Gail. dicta obſeruat. 37. nu. 3. & tract. de pac. publ. libro 1. ca. 8. ſub num. 9. Napod. in conſuetud. Regni Neap. in Proœmio. §. pręfatis. num. 300. & ſequen. fol. 29. & Maran. dicta diſt. 11. nume. 75. Et eſt communis, * de qua teſtantur Marian. in dicto ca. ex tranſmiſſa. limitatione quinta. & Dec. in dicto cap. cæterum, num. 20. Et ꝙ ſit magis communis * opinio legiſtarum, & canoniſtarum, teſtatur Clar. recept. ſent. lib. 4. §. feudum. quæſt. 90. verſ. Et hæc quidem concluſio, quam refert, & ſequitur Moder. in quæſt. crim. lib. 1. quæſt. 8. num. 21. Limitatione prima. Et quòd ita ſeruetur de conſuetudine teſtantur Archidiaco. in cap. vnico, de cleric. coniug. in 6. Guid. Pap. deciſio. 139. num. 1. in fi. & num. 3. & Clar. vbi ſupra. Clerici ergo, & eccleſia ratione feudi ſubijciuntur domino laico. Et idcirco, ſi appelletur à ſententijs latis per dominos eccleſiaſticos, inueſtitos de dominatu ab Imperatore, appellabitur non ad Papam, ſed ad ipſum Imperatorem, quia ratione eorum bonorum temporalium, quæ eccleſiaſtici Principes, Duces, & Comites recognoſcunt in feudum ab Imperatore non dicuntur iudicare, vt perſonæ eccleſiaſticæ, ſed vt Principes, Duces, Comites, vel ſtatus Imperij: Bar. & alij, in l. ſi quando. C. de appellat. idem Bar. in l. 1. §. ſi quis. num. 15. ff. eodem. & quòd hæc ſit communis * deciſio teſtatur Roma. conſ. 422. Iſte: vide omnino Gail. dicto cap. 8. num. 8. de pac. publ. libro 1. & in pract. obſerua. lib. 1. obſeruat. 30. & dicta obſeru. 37. ſub nu. 10. Hęc tamen limitatio non procederet, quãdo ageretur de feudo eccleſiaſtico, quia tunc, ob eandem rationem cognitio ſpectaret ad eccleſiam, etiam ſi ageretur inter merè laicos, dicto cap. verum, & ibi Abb. & alij, de for. competen. & tradit Maran. in ſuo Spec. par. 4. dicta diſt. 11. num. 7. Et hæc breuiter dicta ſint limitatiuè circa res clericorum. Item an procedat, quando ageretur criminaliter, vide Foller. in addit. ad Maran. eadem diſt. 11. ſub num. 75. vbi declarat, quando, & quomodo procedat iſta limitatio.

98 † Decimo limitatur, vt non habeat locum, quando clericus venditor laudaretur ab emptore, quia tunc tenetur ſequi forum emptoris, quia eſt eius merus, & neceſſarius defenſor, & hanc eſſe veriorem, & receptam * opinionem teſtatur Gail. dicta obſer. 37. num. 7. & facit pro hac concluſione limitatio 6. quam poſui ſupra num. 94.

99 † Vndecimo limitatur, vt non habeat locũ, quando clericus deprehenderetur in flagranti crimine, quia tunc poſſet capi à familia iudicis ſecularis, vt docui infra c. 78. ſub num. 5. Bene verum eſt, quòd illum captum debet remittere ad iudicem eccleſiaſticum, ſi eum capiat in habitu, & tonſura: aliàs debet prius per iudicem eccleſiaſticum cognoſci de clericatu, vt refert, & ſequitur Maran. dicta diſtinc. 11. num. 69.

100 † Duodecimo limitatur, quando iudex laicus citaret generaliter quoſcunque ſua intereſſe putantes, quia tunc talis citatio diceretur incitatoria, & nõ arctatoria, & ideo clericus comparens ſortiretur naturam actoris, & propterea cogeretur ſtare ſententiæ iudicis laici. vide Modern. dicta quæſt. 8. num. 87. cum ſequen. Et ſi has, & multas alias limitationes volueris videre, lege Bernardi. Laurentij in eius tractatu. In quibus cauſis iudex ſecularis poteſt imponere manus in perſonas clericorum ſine metu excommunicationis, & in tract. de poteſta. ſecul. ſuper eccleſiaſt. perſo. & Steph. Aufrer. & alios, quos allegat Vant. tract. nullit. Rubr. de Nullit. ex defec. iuriſdi. ſub num. 101. verſ. licet quandoque, & apud Marian. in ſuo ſolenn. tract. de for. compet. ad quos etiam ſe remittit Boſſ. tract. crim. eod. tit. num. 158. & hæc de limitationibus. Adde etiam regulam, & limitationes, quas ponit Thom. Triuiſ. deciſ. 34. nu. 2. & ſequen. libr. 1. dicens, quòd iudex ſecularis poteſt eſſe competens iudex clerici in cauſa iuris congrui: item in cauſa affictus domus conductæ, & denique in quauis actione reali, quas tamen regulam, & limitationes hic non firmo.

Modo circa has limitationes, in quibus aſſerimus, clericum, & eius bona ſupponi etiam iudici ſeculari,

101 seculari, insurgunt duę difficultates. † Et prima, nunquid clericus his casibus efficiatur de foro seculari priuatiuè ad forum ecclesiasticum? Respondeo, quòd non: Et pro clariori resolutione reminisci oportet, non antea effici de foro seculari, quàm per iudicem ecclesiasticum sint declaratæ illæ qualitates, quæ iudici seculari tribuunt iurisdictionem. Verum si ecclesiasticus, non contentus facere dictam declarationem, vellet ipse procedere ad finalē condemnationem, vtique posset, vt tradit Boss. tractat. crim. tit. de foro compet. nu. 133. sed, quoniam non posset imponere pœnam æqualem delicto, iudex laicus, non obstante condemnatione facta per iudicem ecclesiasticum, posset adhuc punire clericum, vt dixi infra cap. seq. num. 91.

102 † Secunda difficultas, nunquid in omnibus prædictis causis, in quibus iudex laicus habet cognitionem contra clericum, possit pro executione suæ iurisdictionis apponere manus in personam clerici, vtputa eum carcerando? Respondeo, quòd non: Nam quando clericus reconuenitur, tunc iudex laicus quamuis habeat facultatem cognoscendi, tamē non potest distringere personam, seu in eam manus inijcere. Archid. in capitu. 1. de clericis coniugat. in sexto. Lapp. alleg. 118. Felyn. in capit. At si clerici num. 9. versiculo, fallit 4. de iudic. quos refert, & sequitur Moder. in quęst. crim. lib. 1. dicta quęst. 8. nu. 103. & dixi infra capitu. sequen. num. . Et hæc dicta sint de iurisdictione iudicis ecclesiastici, transeamus nunc ad iurisdictionem iudicis laici.

De iurisdictione iudicis laici.

Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus cognoscit priuatiuè inter personas laicas, & de rebus prophanis.*

2 *Ampliatur ista conclusio, vt habeat locum etiam si persona laica post patratum delictum esset effecta religiosa, quia si in fraudem religionem esset ingressa, indistinctè subijcitur iurisdictioni iudicis laici.*

3 *Ista ampliatio declaratur, vt non procedat quando non appareret de fraude, & suscepisset ordines sacros; seu professionem fecisset, quia tunc remanet sub iurisdictione iudicis ecclesiastici.*

4 *Is dicitur in fraudem ingredi religionem, qui eam ingreditur post accusationem, seu inquisitionem.*

5 *Hoc dictum procedit etiam in his, qui nondum professionem fecissent, seu sacros ordines non sumpsissent, dummodo professionem, seu sacros ordines suscipere omiserint suamet voluntate, & non ob nondum lapsum annum.*

6 *Si eadem die, qua quis accusatur, sit ingressus religionem, non præsumitur eam ingressus in fraudem, quia ingreßio præsumitur præceßisse accusationem.*

7 *Ingreßio in religionem post accusationem cur faciat indicium fraudis, cum fuga post accusationem faciat minus indicium.*

8 *Ingrediens in religionem post accusationem remanet sub iurisdictione iudicis ecclesiastici, si probet se fecisse votum ingrediendi ante commissum delictum.*

9 *Votum ingrediendi religionem non probatur solo iuramento ipsius delinquentis.*

10 *Voti probatio de iure est facienda coram iudice ecclesiastico.*

11 *Degradatio clerici est necessaria, quando venit puniendus à iudice seculari.*

12 *Declara, vt ista degradatio sit necessaria solum quando pœna tendit in personam, & non aliàs.*

13 *Iudex laicus potest punire secularem, qui offendit clericum.*

14 *Conclusio posita supra num. 1. quòd iudex laicus cognoscat priuatiuè inter personas seculares de rebus prophanis, limitatur vt non procedat in criminibus mixti fori, quia est locus præuentioni.*

15 *Sodomia est crimen mixti fori, & adeo contra naturam, vt Dæmones illam abhorrere dicantur, & Papa poßit punire sodomitam, quamuis esset gentilis.*

16 *Adulterium est crimen mixti fori, sed cum distinctione, de qua dixi remißiuè. Item crimen concubinatus.*

17 *Mixti fori etiam sunt omnes causæ ciuiles, quæ aguntur inter miserabiles personas.*

18 *Crimen sortilegij paßim committitur, ob effrenatā hominum voluptatem, ob continuas diabolicas illusiones, & ob impunitatem.*

19 *Sortilegium quid sit.*

20 *Sortilegus quis sit.*

21 *Sortilegium est duplex: quoddam enim caret suspicione hæresis, quoddam non caret.*

22 *Sortilegij punitio ad quem spectet latè definitur.*

23 *Sortilegium quando sapiat manifestam hæresim.*

24 *Quæ soli Deo conueniant.*

25 *Sortilegium, in quo Dæmoni impenditur cultus latriæ, seu duliæ, sapit manifestam hæresim.*

26 *Cultus latriæ à sortilego Dæmonibus exhibitus quomodo cognoscatur, & quomodo non liceat Dæmonē inuocare etiam ad bonum finem.*

27 *Quomodo cognoscatur cultus duliæ.*

28 *Sortilegium, in quo quæritur à dæmone suscitatio mortuorum, seu scientia futurorum, sapit manifestam hæresim.*

29 *Ioannes Bodinus repræhenditur.*

30 *Superstitiosa sunt ea omnia, quæ adhibentur ad effectum, quem naturaliter producere non possunt.*

31 *Sortilegium, in quo miscentur res sacræ, sapit hæresim.*

32 *Quærens à dæmone reuelationem alicuius furti cum mixtione rei sacræ committit sortilegium hæreticale.*

33 *Dare pocula amatoria mulieri, Item inuocare dæmonem sine ulla submißionis, aut adorationis specie ad tentandum pudicitiam mulieris nō sapiunt hæresim, fallit si in eis misceantur res sacræ, vtputa hostiæ, & similia, & procedit etiam si hostia non sit consecrata, dummodo tamen sit super ea celebrata missa contra sententiam Oldradi, & aliorum.*

34 *Sortilegium hæreticale quando dicatur.*

35 Sortile-

35 *Sortilegium, in quo inuocatur dæmon, & miſcentur res ſacræ, ſeu ſacramenta ſapit hæreſim eo ipſo, quòd res ſacræ dæmonis imperio ſubmittuntur.*

36 *Sortilegium euadit hæreticale non ſolũ propter verba, ſed etiam propter facta, vtputa ſi rebaptizetur puer, ſi baptizetur imago, ſi ſubſumigetur caput defuncti, vel quid ſimile fiat.*

37 *Sortilegus iniens expreſſam ſocietatem cum dæmone, dicitur ſatis de hæreſi ſuſpectus, quia inire pactum cum dæmone eſt ſpecies idolatriæ.*

38 *Sortilegium non hæreticale quale dicatur.*

39 *Inuocatio dæmonis ſine vllo cultu, & mixtura rerũ ſacrarum ad tentandam pudicitiam mulieris non ſapit hæreſim.*

40 *Inuocatio dæmonis ad ſciendum aliquod factum præteritum, ſeu futurum, cuius ſcientia non ſit ſupra facultatem humanam non ſapit hæreſim dummodo abſit quælibet ſpecies adorationis, & mixtura rerum ſacrarum.*

41 *Pocula amatoria nullam virtutem continent ad compellendum animum, & liberam voluntatem mulieris amatæ ad amandum.*

42 *Chiromanticus quando ſit ſuſpectus de hæreſi, & quando non.*

43 *Chiromantia ſemper eſt ſuperſtitioſa, & ſæpe ſuſpecta de ſocietate cum dæmonibus, & damnoſa, quia quãdoque præterita dæmonis miniſterio verè enarrat, vnde miſelli quidam homines credunt etiam futura, quæ falſo prædicit.*

44 *Chiromantia, quæ profert iudicium de religione nullo pacto toleranda eſt.*

45 *Lineamenta manus cum plurimum mutentur, Chyromantia, quæ ex illis iudicat eſt propterea fallax.*

46 *Metoſcopia naturalis non caret ſuſpitione.*

47 *Sortilegia, diuinationes, & incantationes ſemper ſunt prohibita, quamuis hæreticalia non ſint.*

48 *Maleficio, ſeu ſortilegio ad expellendum maleficiũ, ſeu ſortilegium non licet vti, quia non licet facere malum, vt ex eo ſequatur bonum.*

49 *Bonum non eſt faciendum, ſi ex eo poßit ſequi malũ.*

50 *Aſſerere quod liceat vti maleficio ad expellendum maleficium eſt hæreſis.*

51 *Sortilegij cognitio ſecundum cõſtitutionem Sixti V. indiſtinctè ſpectat ad Inquiſitorem cuiusuis ſpeciei ſit, ſiue ſit Chiromantia, ſiue Necromantia, ſiue Magia, ſiue quæuis alia.*

52 *Iudicia, & naturales obſeruationes, quæ nauigationis, agriculturæ, ſiue medicæ artis iuuandæ gratia ſunt inuenta non prohibentur.*

53 *Cognitio ſortilegiorũ priuatiue ſpectat ad Inquiſitorem quoad Iudices laicos, vnde non eſt mixti fori attenta dicti Sixti V. conſtitutione.*

54 *Crimen vſurarum an ſit mixti fori remißiuè traditur.*

55 *Ductio plurium vxorum eodem tempore eſt crimen, quòd ſpectat ad Inquiſitorem priuatiuè.*

56 *Blaſphemia quando ſit crimen mixti fori, & quando non, & quando dicatur hæreticalis.*

57 *Præuentio habet locum in caſibus mixti fori.*

58 *Præuentio quomodo inducatur, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus.*

59 *Perpetuari iuriſdictionem, & præueniri in iuriſdictione ſunt diuerſa.*

60 *Citatio, ſeu alius poſitiuus actus inualidus non inducit præuentionem.*

61 *Citatio realis eſt potentior verbali, & ideo iudex citans realiter præfertur in præuentione iudici citãti verbaliter.*

62 *Diſtingue, ſeu declara præcedens dictum quando citatio verbalis præceßiſſet realem.*

63 *Citatus verbaliter coram vno iudice, & ipſe conſtituens ſe coram alio, poteſt adhuc puniri ab eo, corã quo fuit prius citatus, quia illa conſtitutio dicitur facta in fraudem.*

64 *Vnica citatio ſufficit ad inducendam præuẽtionem, & trina non eſt neceſſaria.*

65 *Citatio in criminalibus, quando inducat præuentionem, & quando non.*

66 *Præuentio ligat manus iudicis præuenti, ne poßit vlterius procedere.*

67 *Reſtringe præcedens dictum, vt procedat ſolum, quãdo pars opponeret de præuentione.*

68 *Limita, vt præuentio non operetur, quamuis opponatur, quando opponens eſſet contumax coram iudice præueniente.*

69 *Sublimita, vt operetur ſi opponens de præuentione comparuiſſet coram iudice præueniente, ibique refeciſſet expenſas contumaciæ.*

70 *Reus, qui ſatisfecit condemnationi iudicis præuenientis non poteſt moleſtari à iudice præuento.*

71 *Præuentione oppoſita coram iudice præuento, eoque nolente cauſam remittere ad præuenientem poteſt appellari, & recurri ad præuenientem, qui præuento inhibeat.*

72 *Iudex præuentus, ſi nolit appellationem admittere, neque inhibitioni parere in caſu præcedentis dicti recurrendum eſt ad ſuperiorem.*

73 *Iudicio inchoato coram duobus eadem hora, recurrẽdum eſt ad ſuperiorem cum eſſet præuentio, vel ſecundum alteram opinionem dabitur electio ipſi Reo, vel &c.*

74 *Iudex præuentus ſi procedat ad vlteriora, non obſtante oppoſitione præuentionis, nunquid proceſſus valeat, ſi opponens non appellauerit, vide remißiue.*

75 *Præuentio nunquid inducatur per inquiſitionem.*

76 *Præuentio non inducitur per ſolam accuſationem, ſeu querelam.*

77 *Iudex inquirens de homicidio commiſſo animo deliberato præfertur iudici inquirẽti de homicidio ſimplici, cæteris paribus concurrentibus.*

78 *Iudex præueniens in captura vnius ex delinquentibus, nunquid cenſeatur præueniße etiam reſpectu aliorum, qui capti eßent deinde ab alio iudice.*

79 *Executio citationis, facta perſonaliter, eſt efficacior executione facta domi, & proinde cæteris paribus, inducit præuentionem.*

80 *Epiſcopus nunquid in caſibus mixti fori, poßit contra laicos procedere ad pœnas temporales.*

81 *Abſolutus, ſeu punitus ab vno iudice, an & quando poßit ab alio puniri.*

82 *De eodem delicto bis quæri non poteſt.*

83 *Punitus à iudice laico regulariter non poteſt puniri ab eccleſiaſtico, quia ſemper præſumitur ſufficienter punitus.*

84 Fu-

84 Punitus sufficienter ab vno iudice, ab alio puniri non potest.

85 Punitus non sufficienter ab vno iudice potest ab alio puniri.

86 Punitus sufficienter quando dicatur.

87 Iudex debet in alternatiuis eligere minorem pœnam.

88 Punitus minori pœna, quando possit denuo puniri.

89 Punitus non sufficienter ob defectum iurisdictionis iudicis, qui puniuit, potest denuo puniri, absque eo, quòd fiscus fuerit restitutus in integrum.

90 Punitus non sufficienter, quia iudex malè iudicauerit, nunquid possit denuo puniri sine restitutione aduersus dictam sententiam.

91 Punitus à iudice ecclesiastico, quando possit denuo puniri à iudice laico, & quando non.

92 Punitus non sufficienter, non est denuo puniendus ex integro, sed debet suppleri pœna.

93 Iudex quando possit augere, & minuere pœnas statutas à iure, & quando non.

94 Iudex minuens pœnam in casu, in quo non potest, debet puniri.

95 Iudex minuens pœnam statutam à iure, debet exprimere causam mutationis in genere.

96 Sententia, qua est imposita minor pœna ea, quæ est statuta à iure, & non expressa causa quando valeat, & quando non.

97 Punitus à iudice, qui habet arbitrium, circa pœnam imponendam, quando possit dici non sufficienter punitus.

98 Pœnæ non omnes sunt arbitrariæ.

99 Condemnatus in contumaciam à duobus diuersis iudicibus non debet quoad delictum puniri, nisi vna tantum pœna, sed quoad contumaciam punitur ex duplici contumacia, & sic coram vtroque iudice.

100 Gubernatores ciuitatum magnarum sæpe assumunt Locotenentes, & Assessores.

1 IVDEX laicus † per antithesim quandam iudicis ecclesiastici cognoscit inter personas laicas, & de rebus prophanis, seu temporalibus, quod omnes sciunt. Et cognoscit priuatiuè, quia Christus Redemptor noster Marci 12. Matthæi 22. & Lucæ 20. dixit. *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* Et Ioan. 18. *Regnum meum non est de hoc Mundo.*

2 † Hæc conclusio ita pro firma, & inconcussa supposita ampliatur, vt habeat locum etiam si persona laica post patratū delictum esset effectus clericus, seu monachus, quia ratione illius delicti adhuc subiaceret iurisdictioni iudicis laici intantum, quòd ecclesiasticus illum remittere deberet. Bar. in l. omnes, la secunda numero 1. C. de decur. & eorum filijs. lib. 10. quem refert, & sequitur Ant. Scap. tract. iur. non scripti lib. 1. capitu. 1. numero 5. Quæ quidem conclusio non habet difficultatem, si clericus assumpsisset solum primam tonsuram, seu minores ordines, vel si professionem adhuc non fecisset per ea, quæ tradunt Maria. in capitu. proposuisti, de for. compet. quem refert, & sequitur Boss. tractat. crim. eodem tit. sub numero 144. & alij, quos refert, & sequitur Moder. in quæst. crim. lib. 1. quæst. 8. numero 106. sed hanc conclusionem declara, vt infra num. 5. in secunda difficultate.

3 † Difficultas modo vertitur, quando suscepisset ordines sacros, seu professionē fecisset, quo casu licet multi tenuerint contrarium, tamen communis * Doctorum resolutio, & distinctio est, quòd si clericus assumpsisset ordinem ecclesiasticum in fraudem, subijciatur iurisdictioni iudicis laici, si verò non assumpserit in fraudem, remaneat sub iurisdictione iudicis ecclesiastici, Gand. tract. de malef. Rub. De aliquibus quæst. varijs in malef. num. 9. Boss. tract. crimin. tit. de pœn. num. 38. Clar. lib. 5. recept. senten. quæst. 36. versic. sæpenumero contingit. Marc. Anton. Cucch. Instit. maior. lib. 3. tit. 9. num. 21. Flam. Cart. tract. de exec. sent. capto bannito cap. fin. sub num. 308. & Moder. dicta quæst. 8. num. 104. qui plures allegant. At hic insurgunt plures difficultates.

4 † Et prima, quando dicatur constare de fraude, super qua vide Clar. dicta quæst. 36. versic. sed in hoc proposito, & post eum Flam. Cart. sub dicto num. 308. versic. ex pluribus, & post vtrumque Moder. dicta quæst. 8. num. 110. & 111. qui ex cōmuni * aliorum sententia fraudem arguunt, quando post inquisitionem, seu diffamationem, vel accusationem ingressus fuisset religionem, sed quia non aperiunt, quid sentiant in casu opposito, quando ingressus fuisset ante accusationem, seu diffamationem, ideo sumendo argumentum à contrario sensu, inferas contrariam conclusionem, quòd excludatur fraus, quòd genus arguendi in iure est validissimum l. 1. §. huius rei. ff. de off eius cui mand. est iurisdictio, ca. cum Apostolica, & ibi glo. in verbo intelligi, de his, quæ fiunt à Præl. vide latè per Euer. in suis locis topic. in loco à contrario sensu, & tūc hoc arguendi genus euadit necessarium, quando conclusio non operaretur, seu inquam redderetur superflua in sensu directo, quia tunc necessario ex ea debet sumi argumentum à contrario sensu, etiamsi sequeretur correctio alterius conclusionis argumento text. in l. inter socerum, §. cum inter. ff. de pact. Mars. Rub. de probat. numero 19. C. At in casu proposito frustra Doctores tradidissent illam cōmunem theoricam, & conclusionem, quòd si fuerit ingressus post diffamationem, seu accusationem præsumatur fraus, nisi in contrario casu excluderetur fraus. Probatur quoniam si tā ante, quàm post diffamationem, seu accusationem præsumeretur fraus, frustra distinxissent. Siquidem debuissent simpliciter asserere, quòd ingrediens religionem post patratum delictum, præsumitur ingredi cum fraude. Et ita in hoc bene sentijt Moder. dicta quæst. 8. numero 111. sed hanc decisionem rectè ante nos tradidit Marc. Ant. Cucch. Instit. maior. lib. 3. tit. 9. numero 22. quem videas, quia bene declarat.

5 † Sed insurgit secunda difficultas. Nunquid ista theorica, tradita in hac prima difficultate, habeat locum etiam in his, qui religionem ingressi sunt, sed adhuc professionem non compleuerunt, vtputa in

in Nouitio, qui profeſſionem non fecerit, quia non ſit adhuc lapſus annus à die ſuſcepti habitus, & ſimiliter in clerico, qui ſacros ordines nõ ſuſceperit: quia à die poſtremi gradus ordinum minorum ſuſcepti non ſit lapſus annus prout requiritur à Concil. Trid. cap. 15. ſeſſ. 25. de reformat.

Reſpondeo, prima facie videtur dicendum, quod non, tum atteta prima ampliatione poſita ſupra nu. 2. vbi diximus, clericos primæ tonſuræ, eosve, qui profeſſionem non feciſſent, indiſtinctè remanere ſubiectos iuriſdictioni iudicis laici, tum quia defecit habilitas terminorum, ſiquidem preſupponimus, vel profeſſionem, vel ſacros ordines. Contrarium cenſeo verum, videlicet, quòd adhuc habeat locũ eadem diſtinctio tradita num. præcedenti.

Non obſtat ampliatio adducta in contrarium, quia procedit in his, qui profeſſionem omittunt, nõ ob nondum lapſum tempus anni, ſed quia nolunt profeſſionem facere, quales ſunt hi, qui ſolum conuertuntur ad aliquam regulam, vtputa, quia efficiuntur de fratribus tertij ordinis ſancti Franciſci, & ita procedat ampliatio, ſecus quando ingrediuntur religionem, vt emittant profeſſionem, vtputa, quia clericus inſeruiat alicui eccleſiæ, & Monachus aſſumpſerit habitum, in quo ſit profeſſio, quia tunc quoad hunc effectum paria ſunt, factam eſſe profeſſionem, vel eſſe intra annum faciendi eam, vt bene aduertit Iaſon. in l. cum quædam puella, nume. 13. ff. de iuriſdic. omnium iudicum. & ita cenſeo ſe habere veritatem, & patere reſponſionem ad obiectionem de inhabilitate terminorum.

6 † Tertia difficultas eſt, quando eadem die, qua eſt effectus religioſus, reperitur etiam accuſatus: Nunquid præſumatur fraus? Et quidem Doctores hunc punctum non attingunt. Reſolutio tamen pendet ab illa difficultate: nunquid in dubio præſumatur, vel excludatur fraus? In qua difficultate Placha Epitome delictorum libro 1. capitu. 35. numer. 1. verſus finem. & Anton. Scap. tract. iuris non ſcripti libro 1. capitu. 1. numero . . videntur aſſerere, quòd in dubio præſumatur fraus. ſed parcant mihi viri iſti: reſpondent cõtra apertas iuris Deciſiones, ſiquidem in dubio facienda eſt interpretatio, vt excludatur dolus, fraus, & delictum. l. meritò. ff. pro ſoc. Vnde aſſerimus, vnumquemque in dubio præſumi bonum Bald. in cap. vltimo, colum. fin. de preſumpt. Tiraquel. de præſcript. glo. ſecunda. Crauet. conſilio 8. numero 7. conſilio 9. numero 8. conſilio 21. numero 6. & conſilio 258. num. 11. & eſt ratio, quia natura hominis, vti rationabilis in ſe, bona eſt à ſuis principijs, & qualia ſunt principia, talia præſumuntur principiata, donec contrarium probetur, vide Gail. tract. de pace publ. libro 1. capitulo 5. ſub numero 7. Et licet ad hanc theoricam nonnullę adducantur limitationes, de quibus nos alibi diximus in Manuale iuris, tamen nulla earum intrat. Hinc etiam dicimus, quòd ſi habens dilucida interualla, deliquerit, in dubio præſumitur deliquiſſe tempore inſaniæ. Folleri. in practic. criminal. in verbo, recipiantur defenſiones reorum, numero trigeſimoquarto. & in propinquioribus terminis dicimus etiam, quòd ſi accuſator probet, quòd accuſatus vulnerauerit Titium de menſe Nouembris, & accuſatus probet, quòd Titius de menſe Nouembris erat bannitus: etiam ſi non doceat, quòd fuerat bannitus, antequam illum vulnerauerit, nihilominus erit abſoluendus. Bartol. in l. non ſolum. §. ſed vt probari, ſub numero primo. ff. de nou. operis nunciatio. quem ſequuntur communiter * Doctores, vt tradunt Boſſ. tractat. crimi. titulo de conuictis, numero 60. & Clar. libro quinto recepti. ſentent. quæſtione quinquageſima ſexta, verſicul. & in hoc propoſito. Quare præſumendum eſt, quòd ingreſſus præceſſiſſet accuſationem, quia intrabit communis concluſio, quòd in dubio excludatur fraus.

7 † At forſan mirum alicui videbitur, quòd ſi ingreſſio in religionem præcedat accuſationem, excludatur fraus, & ſi ſubſequatur, includatur. Videbatur enim reſpondendum totum oppoſitum argumento fugæ, quæ ſi fuerit ſubſecuta ante inquiſitionem, facit indicium ad torturam, ſecus autem ſi ſubſequatur poſt inquiſitionem, vt ex communi * Doctorum ſententia refert, & ſequitur Clarus dicto libro quinto. receptio. ſentent. quæſtione vigeſima prima. verſiculo, fuga delinquentis circa finem. & nos Deo auxiliante, dicemus in ſecundo libro. Tamen rectè inuenti conſtat hoc exemplum non obſtare propter diuerſam rationem. Nam actus, qui debet pendere à libera voluntate, eo magis præſumitur doloſus, & cum fraude, quominus ab ipſa libera voluntate depẽdet. Sed ſic eſt, quòd ingreſſio in religionem, quæ debet pendere à libera voluntate, minus ab ea pendere videtur poſt accuſationem, quàm antea, igitur tunc præſumitur magis doloſa. Non ſic eſt in fuga, quæ cum prouenit ex metu, inſpicienda eſt cauſa ipſius metus: qualis enim poteſt iudicari cauſa metus, tale colligetur indicium fugæ, vnde cum fuga poſt accuſationem, videatur oriri ex metu potius ingrediendi carcerem, quam ex conſcientia delicti, ideo mirum non eſt, quòd eo caſu non faciat tantum indicium quantum facit illa, quæ ſequitur ante accuſationem, cuius cauſa ad ſolam delicti conſcientiam referenda videtur.

8 † Quarta difficultas eſt in caſu, quo is, qui religionem ingreſſus eſt poſt diffamationem, ſeu accuſationem, votum ante patratum dilictum feciſſet ingrediendi religionem: Nunquid adhuc præſumeretur fraudulenter ingreſſus? Et reſolutiuè agendo: votum repugnat, excluditque fraudem adeo, vt iſto caſu remaneat ſub iuriſdictione iudicis eccleſiaſtici. Hæc eſt communis, ſeu magis * communis, de qua teſtatur Viui. in ſuis commun. opinio. in verbo, ordo eccleſiaſticus opini. 112. relatus ſecundum nouiſſimam editionem, tomo primo. commun. opinio. libro primo, titulo 11. de foro competenti, quem refert, & ſequitur Flam. Cart. tractat. de execution. ſentent. capto bann. capitulo finali, ſub numero 308. verſiculo. Hæc autem: A qua communi ego non diſcedo, dummodo probetur votum.

9 † Quinta igitur inſurgit difficultas: Nunquid ad hunc effectum ſit ſtandum iuramento ipſius delin-

quentis aſſerentis, ſe votum feciſſe ante patratum delictum? Iaſon.in l.cum quædam puella, numer. 12.ff. de iuriſdictio.omnium iudic.& Marc.Anton. Cucch.Inſtit.maior.libro 3.tit.9.numer.22. tenent, * quòd ſic,& ita quidem ſe habet comm.* opinio ſecundum Viuium loco allegato, vbi loquitur de eo, qui votum non aliter quàm ſuomet iuramẽto probabat, vt referunt etiam Flam. Cart. vbi ſupra, & Modern.dicta quæſtio.8.numer.112. qui ait in his, quæ pendent ab animo ſtandum eſſe iuramento illius,& hanc tradit eſſe comm. opinionem, pro qua allegat glo.in §.aliæ. Inſtitu.de actio.& in ca.ſignificaſti il ſecundo,de homicid.& Alciat. in tractat. de præſumpt.reg.2.præſumpt.10.& plures alios, quos omitto. Verum ego ſum in contraria ſententia, ꝙ iuramentum ſolum non ſufficiat. & moueor, quia Reo,alleganti aliquid ad effugiendam,ſeu minuendam pœnam,non eſt credendum, quantumuis allegatam exceptionem iuramento aſſerat: Licet enim reus delinquens ſacramento aſſereret, ſe non animo vulnerandi, ſeu occidendi Titium percuſſiſſe, ſed caſu, & malo illius caſu, tamen ſibi non crederetur,niſi hoc dictum aliunde fulciretur, quia quis ignorat, quòd Rei,vt euaderent pœnam, millies, & eo amplius peierarent? Nec enim pro periurio punirentur, quia non coguntur propriam turpitudinem detegere, & habent Deum vltorem, Quare lege non reperitur cautum,quòd reo ſit deferendum iuramentum ſecundum Marcum Antonium Blanch.tracta.de Indit.ſub numero 384. Quamuis practica ſit (à qua recedendum non dico,) vt reo deferatur iuramentum veritatis dicendæ: ſed quis ibit inficias, hanc practicam habere ſecum annexam manifeſtam occaſionem periurij, vt bene etiã animaduertit Clar. libr.5.recept.ſentent.quæſt.45. ver.ſed quæro nunquid? Sic in propoſito, quanta fides poterit adhiberi iuramento illius, qui ingreſſus eſt religionem poſtquam fuit accuſatus, & ad euadendam, ſeu minuendam pœnam,cum quęrat effugere iuriſdictionem iudicis laici, iurat, ſe ante patratum delictum feciſſe votum ingregiendi religionem? Non obſtat illa communis opinio, quia procedit in diuerſis terminis. Et licet Modern. dicta quæſt.8.num.114.in fi. dum reſtringit hanc concluſionem,vt non procedat, quando fuiſſet ingreſſus religionem ante accuſationem, ſeu diffamationem, verum dicat; tamen hoc eſt ſuperfluũ ſecundum doctrinam,quã firmauimus ſupra,quia eo caſu, etiam nullo facto voto, diximus ſupra numero 3. & 4. fraudem excludi, arguendo à contrario ſenſu. At in caſu iſto,quando eſt ingreſſus religionem poſt accuſationem, & iurat,ſe votum emiſiſſe ingrediendi ante commiſſum delictum, fingamus vltra iuramentum, concurrere aliquam aliam coniecturam, quid erit dicendum? Reſpondeo Moder. in quæſt.crim.libro 1.dicta quæſt.8.num.114.verſ. arbitror, ait,quòd ſtaretur iuramento; Ego tamen id relinquam arbitrio timorati iudicis.

10 †Sexta difficultas inſurgit,quis debeat eſſe iudex ſuper probatione voti, an dicatur probatũ ſufficienter? Reſpondeo, iſta cognitio de iure ſpectaret ad eccleſiaſticum per ea,quæ dixi ſupra c.præcedenti, nu.88. In practica tamen vix ſeruaretur, quia iudices eccleſiaſtici minus libenter contra propriam iuriſdictionem pronunciarent.

11 † Septima difficultas: præſuppoſito, quòd habitus, ſeu inquam ſacri ordines ſint aſſumpti in fraudem ita, vt clericus remaneat ſuppoſitus foro laico, nunquid erit neceſſaria degradatio, de qua dixi ſupra c.præcedenti,nu.53.cum ſeq. Reſpondeo, quòd ſic, quia, quòd clericus remaneat ſubiectus foro laico non tollit hoc,quòd regulariter ſit neceſſaria degradatio, & hoc vna cum Iaſ.in l.cum quędam puella,nu.10.ff.de iuriſd. omnium iud.præſuppono pro indubitato.

12 † Octaua, & vltima difficultas: nunquid iſta degradatio, quando clericatus eſt ſuſceptus in fraudem,ſit neceſſaria ſolum pro diſtrictione perſonæ, an etiam reſpectu bonorum? Reſpondeo, ſolum * pro diſtrictione perſonæ. & hæc eſt communis,* quam refert,& ſequitur Boſſ.tract.crimi.tit. de pen. nu.38.Quoad bona autem poteſt à iudice laico puniri etiam ſine vlla degradatione, aut traditione. Quare clericatus ſuſceptus in fraudem prodeſt ſolum quoad diſtrictionem perſonæ, vt refert, & ſequitur Boſſ.dicto tract.crim. tit.de foro compet.nu. 144. in fine,& faciunt quæ dixi ſupra ca.præcedenti,nume.102.& hæc circa primam ampliationem.

13 † Amplia ſecundo,vt habeat locum etiam in caſu, quo laicus offendiſſet aliquem clericũ, quia adhuc iudex laicus poſſet cognoſcere ſuper illa offenſione, & punire offenſorem.Bene verum eſt, quòd ex Doctoribus aliqui ſentiunt, locum eſſe præuentioni,vt tenuit Guid.Pap.deciſ.562.nu.2. & 3. Aliqui vero,quòd vterque poſſit procedere, Eccleſiaſticus ad pęnas ſpirituales,& laicus ad temporales, quæ opinio magis placuit Claro libr.5. recept ſent. quæſtio.36.verſiculo. Quæro quid ſi per laicum.& hęc ampliatio procederet etiam, quando fuiſſet offenſus aliquis miniſter Epiſcopi, ſeu eius Vicarij, vtputa Nuntius, ſeu Birrus alius: quia adhuc iudex laicus poſſet punire offenſorem laicum. Et ita ipſe, dum fungerer officio iudicis,practicatus ſum. Verum quia Imperator, ſeu inquam iudex laicus non cognoſcit, ita priuatiuè ad iudicem eccleſiaſticum, vt cognoſcit eccleſiaſticus ad laicum, & ratio eſt, quia Moyſes dicitur habuiſſe vtrunq; gladium,ſpiritualem ſcilicet,& temporalem,glo.2.in fi. in c.cauſam quæ.qui fil.ſint leg.Anch.conſ.30.col.1. Vant. tract.null. Rub.de null.ex defectu iuriſdic.num.58. vbi propterea nu.antecedenti firmauit, iudicem eccleſiaſticum non eſſe ita incapacẽ iuriſdictionis in temporalibus, prout eſt laicus in ſpiritualibus. Et proinde dicebamus ſupra c.præced.nu.10.& 12.ꝙ Papa habet habitu iuriſdictionem in temporalib9.

14 † Et ideo illa concluſio, quòd iudex laicus cognoſcat priuatiuè ad iudicem eccleſiaſticum inter perſonas laicas, & de cauſis prophanis, limitatur,vt nõ habeat locum in caſibus mixti fori, quia in illis eſt locus præuentioni. At circa hanc limitationem occurrunt multæ difficultates.

15 † Prima,qui ſint hi caſus mixti fori? Reſpondeo, eſſe plures inter quos numerãtur crimen ſodomiæ, quia etiam eccleſiaſticus poteſt punire ſodomitam

laicum.

laicum.text.in cap.clerici,de exceſſ.prælat. & tradit
Repertor.Inquiſit. in §.ſodomia,verſic.nota quòd
* eccleſia, & eſt commun. * de qua teſtatur Bermo.
tractat.de concubi.num.47.folio 128.quem refert,
& ſequitur Clar. libro 5.recept. ſentent. quæſt.35.
verſ. Item quæro.& poſt eum Moder.dicta quæſt.
8.numero 129.vbi alios adducit. Et hæc concluſio
in tantum eſt vera,vt habeat locum etiam ſi Sodo-
mita eſſet gentilis, ſeu alius quicunque, dummodo
poſsibilitas facti non deficiat: eſtque ratio ſecun-
dum Balneorigen.in ſua pract.inquiſi.in verbo, in-
uocare,verſ.quædam alia ſunt,circa fin.quia Sodo
mia eſt contra naturam, vt tradūt communiter om
nes. & facit tex.in capit. flagitia.32. quæſtione 7.&
adeo eſt contra naturam, & deteſtandum,vt etiam
Dæmones dicantur illud abhorrere: & ſi enim re-
periantur Ephyaltes, & Hiphialtes, hoc eſt incu-
bi, & ſuccubi, tamen nunquam inuenitur, quòd in
forma humana incubant, ſeu ſuccubant contra na-
turam, ſed quia de hoc crimine, & illius pœna co-
pioſius ſcripſi in Manuale iuris, ideo videto inte-
rim,quæ luculenter ſcripſit Albert.de agnoſc.aſſer.
cath.quæſt.23.

Quòd autem Papa habeat iuriſdictionem con-
tra infideles peccantes contra naturam, vide Abb.
in cap.nouit,numer.3.de iudic.

16 † Mixti fori eſt etiam crimen adulterij, ſed cum
diſtinctione, quam tradidi ſupra capi. præcedenti,
numero 51. Item crimen concubinatus, vt per eun
dem Clar.dicta quæſtione 37.verſ. Quæro etiam,
quem videas; quia,vt ipſe ait, hoc delictum relin-
quitur ab vtroque impunitum, ſed malè faciunt.
Mixti fori etiam eſt offenſio, facta clerico per laicū
ſecundum ea,quæ dixi ſupra numero 13.

17 † Item mixti fori ſunt omnes cauſæ ciuiles, quæ
aguntur inter miſerabiles perſonas, quales ſunt pu
pilli,viduæ, & ſimiles perſonæ pauperes, quæ pote
runt conuenire laicos coram Epiſcopo, vt habetur
per Abbatem,& Doct.in cap.ſignificantibus, de of
fic.delegat.& in cap.licet ex ſuſcepto,de foro com-
peten.& Bald.in Auth.ad hæc, colum.2. verſiculo.
Quæro nunquid.C. de vſur. quos refert, & ſequi-
tur Maran.in ſuo Specu.par.4. diſtin.11. numer.9.
Fallit tamen, quando vidua,ſeu pupillus eſſent diui
tes, quia tunc non dicerentur miſerabiles perſonæ.
Abb.in dicto capitulo ſignificantibus,not.primo.&
alij, quos refert,& ſequit̄ idem Maran.loco citato.

Fallit etiam in Regno,vt notat Foller. ibidem in
additione propter quædam iura municipalia.Alios
caſus mixti fori, vide per Maran.dicta diſtin. 11.nu
mer. 10.11.13.15.16.28.& 54.per Clar.dicta quę-
ſtio.37.per totam,& per Modern.in quæſtio. crim.
libro 1.q.8.nume.129.cum ſequen.

18 † Sed quæro hic ſignanter de nonnullis caſibus,
an ſint mixti fori: & primo de crimine ſortilegij,
quod paſſim committitur, tum ob effrenatam ho-
minum voluptatem, tum ob continuas fraudes, &
diabolicas illuſiones, tum etiam ob impunitatem,
conniuentiam, & diſſimulationem iudicum; ſicut
aiunt Iodoc.in pract.crimina.capitu.61.numer.79.
& Franc.Pegna in comment.ad Director. Eymer.
parte 2,commen.67,in principio. Et ad firmiorem
intelligentiam, & reſolutionem nonnulla veniunt
19 præmittenda. † Et ne ex ignotis procedamus,præ-
ſciendum eſt, quòd ſortilegium eſt quędam ſuper-
ſtitio illuſoria, & ſumme noxia, qua vtitur homo
Dæmonis miniſterio. Ita definit Paul.Ghirlan.tra-
ctat.de ſortileg.quæſt. prima, numero 1.quem re-
fert, & ſequitur Modern. in quæſt. crimin. libro 1.
queſtione 20.numero 73.& eandem definitionem
tradidit Iodoc.dicto capitu.61.numero 80. & ſum-
pta eſt ex cap.vnico, 26.quæſt.1.cap.qui ſine ſalua-
tore,26.quæſt.2.ca.1.& 2.de ſortileg.& ex l.nemo,
& l.multi.C. de maleſ.

20 † Et ſortilegus ſecundum eundem Ghirl.vbi ſu-
pra nume.5. eſt is, qui diabolicam religionem pro-
feſſus eſt,& noxia quæque ſuperſtitioſa, aut eluſo-
ria Dæmonis inſtructione componit. Ego tamen
cum Bodino tracta.de Dæmonomania libro 1.ca.
1.in princip.ſic breuius definirem. Sortilegus dici-
21 tur is, qui ad aliquid conſequendum diabolicis vti-
tur inſtrumentis.† Hac deſcriptione præmiſſa,ſcire
oportet, ſortilegiū eſſe in duplici differentia: quod-
dam enim caret hæreſis ſuſpitione: quoddam ve-
ro non caret. Eymer. in Director. Inquiſ. parte 2.
quæſt.42.numero 2. & 3. & notat ibi Franc. Pegn.
commen.67.§.hinc cenſeo,licet ipſe alijs verbis v-
tatur; dicens,aliud eſſe ſimplex,aliud qualificatum:
eādem diuiſionem tradunt Paul.Ghirlan. dicto tra
ctat.de ſortileg.quæſt.10. Clar.libro 5. recept. ſen-
tent.§.hæreſis.verſiculo, ſucceſſiuè quæro,& Mo-
* dern.dicta quæſt.20.nu.79.& eſt communis * Do-
ctorum diſtinctio, ſeu diuiſio.

22 † His præmiſſis accedo ad reſpondendum quę-
ſito,& dico: Aut loquimur ſecundum ius commu-
ne, quod fuit obſeruatum vſque ad tempora Sixti
Quinti, aut ſecundum conſtitutionem ipſius Sixti
Quinti, quam edidit contra exercentes Aſtrolo-
giæ iudiciariæ artem, anno Domini 1585.nonis Ia
nuarij. Si ſecundum ius commune, & tunc ex
communi Doctorum ſententia diſtinguo. Aut ſu-
mus in prima ſpecie, quando ſcilicet ſortilegium
caret ſuſpitione hæreſis: & tunc rurſus diſtinguo,
aut loquimur de Inquiſitore, aut de iudice eccle-
ſiaſtico: ſi de Inquiſitore, nos habemus textum cla
rum,in capitulo accuſatus, §.ſanè,de hæret. in ſex-
to. vbi diſponitur, quòd Inquiſitor non ſe intro-
mittat de ſortilegijs, niſi manifeſtè ſaperent hęre-
ſim, & ita tradit Afflict. in Conſtitutione.Inconſu-
tilem,numero 17.libro primo. Si vero loquimur
reſpectu iudicis eccleſiaſtici, extāt opiniones.Nam
parlamentum Franciæ diuerſimodè iudicauit, vt
tradit Papo.libro 22.titulo 2. Arreſto.1.& 2.quem
refert Clar. dicto verſiculo, ſucceſſiuè quæro. &
quòd Parlamentum Pariſienſe variauerit, refert
etiam Bodinus dicto tracta. de Dæmonomania li-
bro quarto, capit.1,vbi ait, quòd de anno 1282. ad
inſtantiam Epiſcopi Pariſienſis laudum protulit,
quòd cognitio ſortilegiorum ſpectaret ad iudicem
eccleſiaſticum priuatiuè ad laicum, & deinde de
anno 1390. protulit laudum contrarium, quòd ſpe
ctaret ad iudicem laicum priuatiuè ad eccleſiaſti-
cum, quod vltimum laudum ipſe approbat, & ſe-
quitur.Abb. vero.in capitu.1. numer.3. de ſortileg.

quem ſequitur Ghirl. vbi ſupra queſt. 11. num. 4. in
* fin. & communiter* cęteri omnes, vt ex Ninio de los corrigidores, refert, & ſequitur Clar. dicto verſ. ſucceſſiuè quæro. & ex Claro Modern. in quæſtio. crim. libro 1. queſt. 8. numero 133. tenuit, eſſe mixti fori, quod etiam aſſeruit Deci. in l. magiſtratibus, ſub num. 13. ff. de iuriſdictio. omn. iudic. Si vero ſumus in ſecunda ſpecie, quando ſapit hereſim, & tūc cognitio ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum, hoc eſt Inquiſitorem priuatiuè ad iudicem ſecularē. Alber. de agnoſc. aſſert. Cath. quæſt. 23. nume. 74. Clar. dicto §. hereſis, verſiculo, ſucceſſiuè quęro. Simanc. de Cath. inſtitut. titulo 62. numero 2. & Farinac. dicta queſt. 8. nu. 133. Et hęc diſtinctio videtur com-
* muniter, * & ſine controuerſia recepta, vt etiam teſtatur Franc. Pegn. dicto commen. 67. §. quidam autem alij. Eius tamen difficultas tota conſiſtit in definiendo, quando ſortilegium dicatur ſapere hereſim, & quando non: & reſolutiuè procedendo.

23 † Sortilegium ſapit manifeſtam hęreſim, quoties in eo, vel Dęmoni tribuitur, quod ſoli Deo, eiuſque Sanctis conuenit, vel ſacrę res, ſeu alia pręſeferentia hęreſim in eo miſcentur, vt dixi infra numer. 34. & ſingula ſingillatim infra oſtendam.

24 † Quę autem ſoli Deo conueniunt ſunt plura: ipſi namque ſoli conuenit cultus, & honor latrię iuxta illud in Euāgelio. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* Vt refert etiam Ludou. Carrer. tract. de heret. ſub numero 23. & primum legis pręceptum ſatis hoc manifeſtat. *Vnum cole Deum.*

Idem quoque latrię cultus eſt exhibendus Sanctiſſimo Sacramento Euchariſtię, & ſi quis contrarium diceret, eſſet anathema. vide Concil. Trident. ſeſſ. 13. can. 6. & Marc. Anton. Cucch. Inſtit. maior. libro 5. titulo 5. de ſacram. Euchariſt. num. 39. Item cultus, & honor Dulię, ſeu Hiperdulię alijs non cōuenit, quàm Sanctis Dei, & eius Vicario, vt tradit Eymer. in Director. Inquiſit. par. 2. quæſt. 43. num. 12. & 13. Ipſi quoque Deo ſoli conuenit ſuſcitare mortuos, vt oſtendit Ghirl. tract. de hæret. quæſtio. 7. numero 40. & quæſt. 10. num. 1. Item præſcire futura iuxta illud in Euangelio.

Non eſt veſtrum noſcere tempora, vel momenta.

Si quidem Angeli, qui quandoque futura ſciūt, Deus eſt, qui in ſui contemplatione facit, eos ea ſcire, vt tradit Simanc. de Cath. inſtit. tit. 62. num. 2. & facit illud Matthęi 22.

Solus Deus eſt ſcrutator cordium.

Et ſi vis vberius noſcere, quòd ſolius Dei eſt p̄ſcire futura, lege etiam nonnulla, quæ ſcribit Simanc. dicto tractat. de Cath. inſtitu. titulo 21. numęro 3. & 4.

Nunc videamus, quomodo prædicta ſortilegia, in quibus latriæ, ſeu Duliæ cultus, qui Deo, eiuſque Sanctis reſpectiuè debetur, & Dęmonibus exhibetur: Item ſortilegia, in quibus à Dæmone quæritur ſuſcitatio mortuorum, ſcientia futurorum, & ſimilia, quę ſolus Deus facere poteſt: Item in quibus res ſacræ, ſeu præſeferentia hęreſim miſcentur, ſint hęreticalia, & ſortilegi in prędictis caſibus ſint iudicā-
25 di, veluti proprij hæretici. † Et quantum attinet ad ſortilegium, in quo Dæmoni impenditur cultus latrię, ſeu dulię, quòd ſapiat manifeſtam hæreſim, latè, & ordinatè oſtendit Eymer. dicta quęſtione 43. ſub numero 5. verſicul. primo ex dictis, cum ſequent. Ego ero contentus in hanc ſententiam adducere ſolum auctoritatem Diui Auguſtini, libro 10. de ciuitat. Dei, vbi loquens de ſacrificijs ſoli Deo, & non Dęmonibus exhibendis, ſic ait.

Videmus in omni Repub. obſeruari, quòd ſummum Doctorem aliquo ſingulari ſigno honorant, quod qui alicui alteri offerret, crimini læſæ maieſtatis obnoxius eſſet: & ideo in lege diuina ſtatuitur pœna mortis his, qui diuinum honorem alijs exhibent.

Et quæ ſequuntur: & quia hoc non patitur diffi-
26 cultatem, pluribus non inſiſto. † Dubium ſolum remanet in definiendo, qualiter cognoſci poſſit, hos cultus latriæ, ſeu duliæ Dæmonibus à ſortilegis exhiberi. Reſpondeo, poſſe cognoſci ex ſignis exterioribus, quæ conſiſtunt, vel in verbis, vel in factis. In verbis, vtputa, quia ſortilegus Dæmonē vocaret Deum, vel alio nomine, quod ſoli Deo cōueniret, vel alijs verbis denotantibus deuotionem, ſeu reuerentiam, & adorationem vteretur, vt tradunt Repertorium Inquiſitorum, in verbo Dęmō. §. ſi enim Dęmones, & Locat. in opere iudiciali, in verbo Apoſtaſia. §. ſi verò Dęmones, numero 7. quos refert, & ſequitur Pegn. in commenta. ad Dirctor. Eymer. ſuper dicta quæſt. 43. comment. 68. §. verum plurimum, & tradit Paul. Ghirlan. tractat. de ſortileg. quæſtione 10. numero 10. Hoc enim caſu ſortilegium ſapit manifeſtam hæreſim, etiam ſi Dæmon inuocaretur ad aliquod bonum faciendum, vtputa ad ſanandam aliquam infirmitatem, ad incantandum hymbres, ne noceant ſegetibus. Ait enim Sanctus Ioan. Chryſoſtomus ſuper Homilia octaua, in Epiſtola ad Coloſſenſes.

Citius mors homini Chriſtiano ſubeunda, quam vita ligaturis redimenda.

27 † Duliæ vero cultum exhiberet, quando Dæmonem veluti aliquem Sanctum Dei, ſeu beatum ſpiritum inuocaret, prout Saraceni inuocant Machometum, vt bene explicat Eymer. dicta quæſtione 43. numero 3. 11. & ſequent. In factis, vtputa, quia interueniat genuum flexio, ſeu precum effuſio, luminarium accenſio, thuris, ſeu aliarum rerum aromatum ſuffimentum, animalium immolatio, proprij ſanguinis emiſſio, vel aliud ſacrificium, ſeu alia adorationis ſpecies, de quibus legite Eymer. dicta quæſtione 43. numero 2. Vbi ergo ſortilegi hęc faciant, dubium non eſt, quòd pactum apertè ineunt cum Diabolo, & à fide apoſtatant. Quare Albertus Magnus Doctor fratrum Prædicatorum, qui fuit Archiepiſcopus Ratiſponenſis ſuper ſecundo ſententiarum, diſtinction. ſeptima, articulo vltimo. In corpore quæſtionis: Vtrum Magis, & Mathematicis intendere ſit peccatum, & apoſtaſia à fide, ſic ait, ſolutio.

Dicendum, quòd in talibus ſemper eſt Apoſtaſia verbi, vel operis. ſi enim inuocationes, coniurationes, ſacrificia, ſubfumigationes, & adorationes fiant, tunc apertè pactum initur cum dæmone, & tunc apertè eſt apoſtaſia.

Et hoc ſimiliter non patitur difficultatem.

† Quan-

28 † Quantum attinet ad ſortilegium, in quo quæritur à Dæmone ſuſcitatio mortuorum, ſeu ſcientia futurorum, quòd ſapiat manifeſtam hæreſim, patet, quia quoties tribuitur Dæmoni, quòd ſoli Deo conuenit, eſt hæreſis argumento tex. in cap. accuſatus. §. ſanè, & ibi Doct. de hæret. in 6. Paul. Ghirl. dicta quæſt. 10. num. 10. in fi. Carrer. tract. de hæretic. numero 23. Eymer. dicta quæſt. 43. in fi. & ibidem Pegn. comm. 68. §. An inquirere futura. Simanc. de cath. inſtit. titulo 21. numero 12. Clar. lib. 5. recept. ſenten. §. hæreſis, verſi. ſucceſſiuè quæro, & poſt eum Modern. in quæſt. crim. libro 1. quæſt. 20. num. 79. verſ. regula prima. & D. Thom. ſecundo ſentent. diſt. 7. articu. vlti. In corpore quæſtionis: Vtrum vti auxilio Dæmonis ſit peccatum, ſatisfaciendo quæſito ait.

Reſpondeo dicendum, quòd ea quæ ſunt ſupra facultatẽ humanæ naturæ à ſolo Deo requirenda ſunt. Et ideo ſicut grauiter peccant, qui illud quod eſt Dei, creaturæ impendunt per idolatriæ cultum, ita etiam grauiter peccant, qui ea, quæ à Deo expetenda ſunt, auxilio Dæmonum implorantur, & huiuſmodi eſt vaticinatio de futuris, vt dicitur Iſaiæ 8.

Et idem eſt aſſerendum de ſuſcitatione mortuorum, vt dixi ſupra numero 24.

29 † Vnde non poſſum nõ mirari de his, quæ ſcribit Ioann. Bodinus tractat. de Dæmonomania libr. 2. capit. 5. fol. 164. vbi ſecundum Italicam traductionem ita formaliter loquitur.

Perche à confeſſare il vero, l'anima vegetatiua vitale, & animale reſtano, ancora che i ſenſi, i mouimenti, & la ragione ſiano ſciolte.

Ex quibus verbis, & alijs ſequentibus colligitur ſententia ipſius, quòd anima rationalis diſſoluitur, quod eſt contra doctrinam Philoſophi in primo de Anima, & gloſſæ, & Abb. in capi. 1. de ſumma Trinita. in verbo ſimplex. & Bartoli in l. ſtipulationes non diuiduntur ſub numero 3. ff. de verborum obligatio. qui aiunt, animam eſſe vnicam in ſubſtantia, & indiuiſibilem, quia non recipit diuiſionẽ in quantitate, nec in qualitate, & eſt tota in tota, & tota in qualibet parte. Quare Ghirl. dicto tractat. de ſortilegijs, quæſtione ſeptima, numer. 39. reijcit eorum opinionem, qui autumant, lamias, ſeu ſtriges deferri in ſolo ſpiritu.

30 † Concludamus igitur vna cum Simanc. de Catho. Inſtit. titulo 63. numero 33. ex D. Dhom. ſecunda ſecundæ, quæſt. 96. & Opuſculo 25. de ſortibus capit. vltimo.

Superſtitioſa eſſe, & pertinere ad pacta Dęmonum illa omnia, quæ naturaliter illos effectus, ad quos adhibentur, producere nequeunt. Item omnem obſeruationem, cuius effectus expectatur aliunde, quam ex naturali ratione, vel miraculo vero, vel voluntate diuina. Hæc enim reprobanda ſunt, quia vehementer ſunt ſuſpecta de pacto expreſſo, vel occulto cum Dæmone facto. Et hinc animaduertas, quædam futura poſſe ſciri etiam ab alijs, quàm à Deo: huiuſmodi ſunt ecclipſis, fertilitas terræ, ſterilitas, & ſimilia. Et eſt ratio, quia Aſtrologia naturalis, qualis eſt iſta, non eſt prohibita, ſed ſolum ſuperſtitioſa. Si quis ergo hæc quærat ab alio, quàm à Deo non committit hæreſim, à Dæmone tamen quæri non poſſunt ſine graui peccato, & ſi hæreſis non ſit. vide Pegn. dicto commẽ. 68. §. ſed hoc.

31 † Quantum vero ad ſortilegium, in quo miſcentur res ſacræ, ſeu alia præſeferentia hæreſim, quòd ſit hæreticale, patet ex his, quæ tradunt Eymer. dicta parte ſecunda, quæſtione 42. numero 3. & 5. & ibidem notat Pegn. comment. 67. §. primum, ergo cum ſequent. & idem tradunt Alphon. à Caſtro, de iuſt. hęret. punit. libro primo. capit. 15. circa finem. Simanc. de Cath. Inſtit. titulo 21. numero 11. & tit. 62. in fine, & in Enchiridio violatæ religionis titulo 8. num. 9. & Ioan. Roias tractat. de hæret. par. 2. aſſert. 12. nume. 167.

32 † Et hinc infero duas concluſiones: primam, quòd quærens à Dæmone reuelationem alicuius furti cum mixtione rei ſacræ committit ſortilegium hæreticale, vt in facto conſuluit Barbat. conſilio 55. incipien. caſus eſt talis, volumine primo. quem ſequitur Bernard. Comenſ. in lucerna Inquiſitorum, in verbo. Diuinatio. § 2. & licet Clar. dicto §. hæreſis circa fin. & Modern. eum ſequens dicta quæſtione 20. numero 80. reprehendant Barbatiam, tamen ipſi allucinantur, & Barbatia optimè ex prædictis defenditur, vt oſtendit Pegn. in comm. ad Director. Eymer. parte 2. comment. 67. §. hinc cenſeo. Immo Simanc. de Cath. Inſtitu. titulo 21. numero 15. arbitratur eum, qui reuelat tanquam diuinator aliquod futurum, ſeu aliud factum præteritũ, quod naturaliter ſcire non potuiſſet, eſſe interrogandum ab Inquiſitore.

33 † Secundam concluſionem, quòd & ſi dare pocula amatoria mulieri iuxta text. in l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pęn. l. eorum, in princi. C. de malef. & mathem. & l. 4. §. hęc adiectio. ff. ad l. Cor. de Sicari. Item inuocare Dęmonem ſine vlla ſubmiſſionis, aut adorationis ſpecie ad tentandam pudicitiam mulieris non ſapiant hęreſim, vt dixi ſupra nu. 39. tamen ſi hęc fiant cum mixtione rerum ſacrarum, vtputa hoſtiæ, vel reliquiæ alicuius Sancti; ſortilegium euadit hereticale, vt tradit Alphõſ. à Caſtro dict. c. 15. circa fi. quem refert, & ſequitur Pegn. d. par. 2. comm. 68. §. Rurſus id quoque. vnde in hoc repręhendi poteſt Oldrad. in conſ. 210. incip. Regularis habet traditio, vbi ſentit ſortilegium, in quo fuiſſet mixta hoſtia ſacrata ad ſciendum animum Amaſię, non eſſe hęreticale. Poſſunt pariter repręhendi Ghirl. d. tract. de hęret. q. 10. num. 16. & 17. & Moder. dicta quęſtio. 20. numero 83. verſiculo. Regula quinta, quia arbitrati ſunt, ſortilegium non eſſe hęreticale, quando in eo miſcetur hoſtia non conſecrata, ſuper qua tamen fuiſſet celebrata Miſſa.

34 † Nam hoc repugnat theoricę, quę vt dixi, docet ſortilegium eſſe hęreticale quoties in eo miſcentur res ſacrę, aut ſacramentales, ſeu benedictę, vtputa hoſtia conſecrata, vel ſanguis Chriſti, reliquię Martyrum, Agnus Dei, candela benedicta, vel aqua benedicta. Item ſi in eo miſcentur verba ſacra, vtputa Euangelij, Symboli fidei, Pater noſter, Aue Maria aut alicuius Pſalmi Dauidici, ſeu Sacræ ſcripturæ,

vel alterius Sanctæ orationis. His namque caſibus ſortilegium fit qualificatum, manifeſtæque hęreſis ſuſpitionem iam præſefert, vnde cognitio ſpectat ad Inquiſitorem. Franc.Pegn.in comm.ad Direct. Eymer.dicta part.2. com.61. §.item illa ſortilegia, cum ſequ.& comm.68.§.Rurſus id quoque. Eſtq; ratio,quia ſi ſortilegus non crederet,talia ſacramēta, ſeu ſacramentales res habere virtutem ad maleficiorum operationem,illa non adhibuiſſet. Quare Inquiſitores curabunt illum diligenter interrogare, qui ſi negauerit intentionem,veniet torquēdus, & ſi adhuc eam non fateatur,debet abiurare, vt docet idem Pegn. dicto comm.67.§. item illa ſortilegia. Sortilegus igitur, cū vtatur illa hoſtia, quia fuit ſuper ea celebrata Miſſa, intendit Miſſarum virtutem miſcere in ſortilegio; & per conſequens non video quomodo Ghirl.Moder. & multo minus Oldrad.ſaluari poſſint à lapſu. Non enim obſtat, ſi dicatur, hoſtiam illam non eſſe ſacratam,quia reſpōdetur quòd, quemadmodum adorare hæreticum eſt maxima hæreſis nō propter perſonam,ſed propter vitium,in quo eſt graue peccatum, vt referendo ſequitur Ghirl.dicta queſ.10,num.11,Ita etiam eſt hæreſis vti Hoſtia non conſecrata in prædicto caſu,non propter hoſtiam,ſed propter Miſſas, quæ ſunt res ſacræ.Inſpiciendum tamen exiſtimo finem ad quem huiuſmodi ſacramenta, ſeu ſacramentales res applicantur; prout de inuocatione tradit Pegn. dicto comm.68.§. ſecundus caſus, quia quo deteſtabilior eſt finis,eo maior reſultat hæreſis. Immo quando res ſacræ applicantur ad ea, quæ horrenda, & deteſtabilia ſunt, ſortilegium dicitur hæreticale, etiam ſi in eo non appareat de inuocatione Dæmonis: ſemper enim opere cenſetur inuocatus.

Inſpicienda eſt etiam qualitas eius, qui his ſacramentalibus rebus vtitur, an ſit idiota, vel literatus, prout etiam animaduertit Pegn.eodem comm.68. §.rurſus,& §.ſecundus caſus. Et cum his conſiderationibus erit commenſuranda ſuſpicio hæreſis, an ſit vehemens,vel leuis,vt Deo fauente,dicemus in ſecundo libro.

35 † Quòd ſi in ſortilegio inuocetur Dæmō, ſimulque miſceantur in eo res ſacramentales, ſeu ſacramenta, tunc ſortilegium eo ipſo, & ſufficienter ſapit hæreſim,quòd res ſacræ Dæmonis imperio fuerunt ſubiectæ,ſiue ſortilegus vtatur illis ad bonum finem,ſiue ad malum.

36 †Dixi ſortilegium eſſe hęreticale,etiam quando in eo miſcentur facta ſapientia hæreſim, vtputa rebaptizare puerum, vel baptizare imagines, vel caput defuncti ſubfumigare,& his ſimilia,quia qui huiuſmodi facta committunt,ſunt habendi veluti hæretici,vt docet Eymer.in Director. Inquiſ. parte 2. quæſtione 42.numero 5. & ibi Pegn.comm.67. §.

37 poſtremo generaliter.†Item quando ſortilegus expreſſam ſocietatem cum Dæmone contraheret, quia tunc ſatis diceretur de hæreſi ſuſpectus propter illam ſocietatem, ſiquidem inire pactum cum Dæmone eſt ſpecies idolatriæ, vt tradit Gerſon tractat.de erroribus circa artem magiam,part. prima. quem refert, & ſequitur Simanc. de Cath. Inſtitu.titulo 63.numero 11.hoc idem tradit Pegn.dicto comm.68.§.primus caſus.Et Iſaias ſub iſtorum perſona ſic loquitur.

Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.

Quibus verbis vſus eſt Ioann.22. in extrauaganti contra magos,magicaſque ſuperſtitiones incipien. ſuper illius ſpecula, quam tranſcripſit Eymer.dicta part.2. quæſtione 43. iiſdem verbis vſus eſt etiam Sixt.Quintus in conſtitutione,contra exercentes aſtrologiæ iudiciariæ artem. Et quoniam facta ipſa de per ſe ſunt hereticalia, ideo pluribus non inſiſto. Adde ſolum prędictis ſingulis concluſionibus, in quibus firmauimus inuocationem Dæmonis ad ſciendum futura, item ſubfumigationem, vel adorationem, aut cultum aliquem ei præſtitum, item abuſum ſacramentorum eſſe ſortilegia ſapientia manifeſtam hæreſim, Thom.Triuiſ. qui alios allegat deciſ.39.numero 8.libro 2. Et hæc dixiſſe ſufficiat ad cognoſcenda hæreticalia ſortilegia.

38 † Sortilegia non hæreticalia ſunt ea, quæ ſupradictis opponuntur, quando nullum ex prædictis in ſortilegio interuenit, videlicet, quia Dæmoni non præſtatur cultus latriæ, ſeu duliæ. Item non quæruntur ab eo,ea quę ſolius Dei ſunt. Nec res ſacramentales cum Dæmonis inuocatione miſcentur, nec ſine Dæmonis inuocatione ad malum finem applicantur. Sed vt firmior hæc tota theorica appareat,quæro de pluribus.

39 † Et primo, an ſimplex inuocatio Dęmonis ſine cultu,ſeu honore ad tentandam pudicitiam mulieris ſapiat hæreſim? Sæpe namque amantes,libidinis æſtu agitati Dæmones inuocant, vt optatæ mulieris animum in turpem amorem flectant. Reſpōdeo, dempto cultu, demptiſque verbis, quæ adorationem aliquam poſſent importare; dempta etiā mixtura rerum ſacrarum, iuxta ea quæ dixi ſupra numero 33. huiuſmodi inuocatio non ſapit hæreſim Ludou. Carrer. tractat. de hæret. ſub numero 23. Clar. libro quinto. recept. ſentent. §. hæreſis, verſiculo, ſucceſſiuè quæro. Modern. dicta quæſt.

* 20. numero 80. & eſt commun. * de qua etiam teſtatur Franc. Pegn. dicto comment. 68. §. ſi verò Dæmones. Et ad oſtendendum,quòd hæc ſit communis, multos poſſem Doctores congerere: ſed omitto, quia non apparet de contradictore. Neque obſtat, quòd tradit Bartholom. Spin. apologia quarta, in Ponzinibium contra Oldradum, dicens, omnem inuocationem Dęmonis ſapere manifeſtam hæreſim, cuius auctoritate motus Simancas de Cath.Inſtitu.tit.21. numero 13.cenſuit, in prædicto caſu poſſe inquiri, veluti contra vehementer ſuſpectum. Nam hæc ſententia Simancæ eſt nimis ſeuera, vt bene meo iudicio cenſuit Pegn. dicto commen.68.§. Simancas.& Ponzinibus loquitur de inuocatione, quæ ſecundum propriam acceptionem connotat præcedentem aliquā obſeruationem, ſeu reuerentiam, & cultum, quo caſu verum eſt, quòd omnis inuocatio Dæmonum ſapit hæreſim. At nos præſupponimus, omnem adorationis ſpeciem abeſſe, immo interuenire potius verba imperatiua. Et quòd Dęmones

poſſint

poſſint inuocari ſine vllo cultu tradit Caietanus ſecunda ſecundæ quæſt.95.art.4.quem refert, & ſequitur Pegn.dicto comm.68. §. tertius caſus,& §. ſequenti.

40 † Secundo quæro, an inuocatio Dæmonum ad ſciédum aliquod factum præteritum, ſeu futurum, cuius ſcientia non ſit ſupra facultatem humanam, ſapiat hæreſim? Reſpondeo quòd non, dūmodo abſit omnis ſpecies adorationis,ſeu alterius facti,ſapientis hæreſim, iuxta ea, quæ docui ſupra numero 34.

41 † Tertio quæro, An dare mulieri pocula amatoria, quæ Græci philtra vocant, ſapiat hæreſim? Reſpondeo quòd non, niſi miſceantur ſacra iuxta ea, quæ docui ſupra numero 33. in ſecunda concluſione. At nota hic obiter tu lymphatice amator, in poculis amatorijs nullam virtutem contineri ad compellendum animum, & liberam voluntatem mulieris amatæ ad amandum. Ghirl. de ſortilegijs, quæſtione 3.numero 17.& 18. Alphon. à Caſtr. de iuſt.hæret. punit. libro 1.capitu.5. vnde Ouidius in amatorijs verè cecinit.

Nec data profuerint pallentia philtra puellis,
Philtra nocent animis,vimque furoris habent.

Quos verſus retulit etiam Pegn.dicto comm.68.§. qui dedit.

42 † Quarto quæro, An exercens ſimpliciter Chiromantiam, ſit ſuſpectus de hæreſi? Reſpondeo, quòd non,quia chiromantiæ ars diuinat ex manus lineamentis, & iudicat de effectibus naturalibus, & conditionibus hominis: Eymer.dicta part.2.quæſt. 42.numero 2. Alij tamen ita diſtinguunt: aut quis enarrat præterita, aut futura: ſi præterita, & tunc non eſt peccatum: ſi futura, & tunc rurſus diſtinguunt,aut ea prædicit neceſſitatiuè, & certo modo, aut inclinatiuè: ſi primo modo, tunc illa prædictio, ſeu diuinatio ſapit hæreſim, quia tollit liberum arbitrium,vt notat Ghirland. tractat.de ſortileg.quęſtione 11. numero 16. Secundo vero minime, nec vllam meretur pœnam, quia vaticinium iſtius chiromantiæ fit, vt plurimum per regulas Aſtrologię, vt tradunt Ioann.Lec.in ſumm.confeſſ.titu.de ſortilegijs. quæſtione ſecunda, tertia, & quinta. & D. Thom.ſecunda ſecundæ, diſtinct.95. quæſtio.27. artic.5.quos refert,& ſequitur Ghirl.dicto tract.de ſortileg.quæſt.3.numero 14. & poſt eum Modern. dicta quæſtio.20. numero 112.& hæc eſt communis * Doctorum diſtinctio, quæ etſi veriſſima ſit,

43 † meo tamen iudicio chiromantia ſemper eſt ſuperſtitioſa.

Primo, quia facit iudicium de virtutibus, de vitijs,de dignitatibus,de ſupplicijs, de diuitijs, & ſimilibus,in quibus Stellæ, & planetæ nullam habēt vim. Quare Chiromantici redduntur ſuſpecti de ſocietate cum Dæmonibus; quippe cum iudicent de his, quæ naturali facultate ſciri non poſſunt, & propterea poſſunt interrogari, & puniri ab Inquiſitoribus,vt docet Simanc.de cath.inſtit.tit.21.num. 14.& 15. & dato,& non conceſſo,quòd Stellæ,ſeu planetæ in illis aliquam vim haberent, impium tamē,imo ſtultum eſt,ſe in illis inuoluere,vt diſcurrendo bene oſtendit Ioan.Bodin. tract. de Dęmonomania libro 1.c.5.fol.mihi 72.& 73. Et quoniam hi chiromantici, quandoque præterita verè enarrant,hinc miſelli homines, quorum natiuitatem, & lineamenta inſpiciunt, quadam ratione coguntur illis etiam de futuris credere,vt ex D. Auguſt.lib.10. de ciuit.Dei. admonet,Ghirlan.de ſortileg. quæſt. 2.numero 6.non aduertentes, quòd diuerſa eſt ratio inter præterita,& futura; cum Diabolus, qui poteſt ſcire præterita, poſſit propterea illa ſupponere cognitioni Aſtrologorum,ꝙ non eſt in futuris, quę ignorat.Alia etiam ratio aſſignatur in c.nec mirum. §.ſi autem aliquis 26.quæſt.5.

44 † Tunc autem chiromantia nullo pacto eſt toleranda, quando profert iudicium etiam de religione,prout impie auſi ſunt iudicare Iulius Maternus, qui ſcripſit eum,qui habet Saturnum in Leone,longam vitam ducturum,& poſt vitam ad cęlum aſcēſurum, & ſimiliter Albumaſar, qui arbitratus eſt, ex oratione facta eo tempore, quo quidam Planetæ coniunguntur poſtulata impetrari. Et quod hi qui ſcripſerunt de rebus futuris circa religionem decepti ſint, legito Ioan.Bodin.dicto capit.5.fol.73. & 74.vbi deceptionem ad oculum oſtendit.

45 † Secundo, quia manus lineamenta, ex quibus iudicat chiromantia,vt plurimum mutantur,& non ſunt eadem in adoleſcentia, iuuentute, & ſenectu-

46 te.† Hoc idem eſt aſſerendum de Metoſcopia naturali, quæ etſi licita ſit, quando in ea non profertur certum, & determinatum iudicium, tamen quia vt plurimum eſt fallax,non caret ſuſpitione.

Quòd ſit fallax, patet ex eo,quòd quandoq; videmus,aliquem, qui habet effigiem muliebrem, & cor Leonis,prout memoriæ traditur de Alexandro Magno, & per oppoſitum, qui Leoni habent ſimilem frontem, ſæpe habent cor leporis,vnde factus eſt locus Prouerbio.

Fronti nulla fides.

Et in ſumma hęc eadem dicenda ſunt de omni ſpecie Aſtrologiæ.

Multa mihi in hoc loco dicēda eſſent de Teraſcopia, Onomantia,Hieroſcopia, Aruſpicina, Phitoſcopia, Hidromantia, Piromantia,Geomantia, Aeromantia, Magia, Necromantia, Alchimia, & ſimilibus, tamen quia nimium diuerteremus à ſcopo, ideo vos remitto ad Ghirl. in ſæpe citato tract. de ſortileg.quæſt.2.& 10.Iodoc.in pract.crim. cap. 61.præſertim num.101.Simanc.de Cath.inſtit. tit. 21.Ioan.Bodin.dicto tracta.de Dęmonomania, libro 1.cap.5.& 7.libro 2. capit.1. & in pluribus alijs locis eiuſdem tract.& Franc.Pegn.in comm.ad Director.Inquiſ.par.3.comm.26. vbi multa ſcribit de Magis,ſeu Necromanticis, & Alchimiſtis: Poteris etiam videre tex.in d.c.nec mirum.26. q.5. & nonnulla alia cap.eadem 26.q.2.3.4.& 5.

47 † Illud ſilentio non prætereo,quòd ſortilegia,diuinationes,& incantationes, & ſi quandoque hæreticalia non ſint,nihilominus ſemper ſunt prohibita.

48 † Quare quamuis grauis extet quæſtio inter Doctores,& Theologos: nūquid liceat maleficium maleficio,ſeu ſortilegium ſortilegio expellere; communis * tamen opinio eſt,quòd non, vt refert, & ſequitur Ioann.Bodin.vbi ſupra libro 3.capit. 5. & quòd

ita communiter teneant Theologi testantur Fran. Pegn.in additio.ad Ambro.de vignate tract.de hæret.quæst.12.art.1.sub nume.115.& Flam. Cart.in pract.interrog.reor.libro 4.c.1.nu.221. vbi alios allegat,quæ satis apertè probatur in cap.admoneant. 26.quæst.vlt.& in ca.2.33. quæst.prima. vbi ita disponitur.

Si per sortiarias, & maleficas artes occulto, sed nũquam iniusto Dei iudicio permittente, & diabolo præparante concubitus non sequatur, ad Deum per humilem confeßionem est recurrendum.

Neque obstant ea, quæ pro contraria parte adducit Mars.in pract.crim.in §.diligenter.num. 181. existimans, incantationes isto casu esse licitas, quia liceat aliquando de aqua turbida bibere, quando fluminis stagnantis aqua deficit, & vulnus vulneri addi,vt vtrunque curetur.Nam respondetur,quòd non licet,teste Apostolo facere malum,vt ex eo sequatur bonum,& habetur in cap.neque enim 14.q. 5.& ibi glo.quæ alia iura allegat.in verbo,iustificat, & tradunt Nauar.in Manual.confess.ca.18.sub numero 8.& Flam.Cart.qui alios allegat in practi. in-
49 terrog.reor.lib.2.cap.1.num.79.† Immo faciendũ non est bonum, si ex eo sequi possit malum,Abb.in cap.cum ab omni,nu.2.de vit.& honest.cler. Crau. cons.6.num.86.& facit,quod tradit Barto. de negotiatione,quæ se potest habere ad bonum,& ad malum in l.ambitiosa,sub nume.22.vers.nam ex statu-
50 to,ff. de decret.ab ordi.facien.†Et in tantum supradicta communis opinio est vera, & amplectenda, vt asserere contrarium sit hæresis secundum resolutionem almæ facultatis theologicæ Parisiensis anno Domini 1398.die 19. Septembris, vbi in quinto & sexto articulo,ita legitur.

Articulus quintus,quòd licitum est vti magicis artibus,vel alijs quibuscunque superstitionibus à Deo, & ecclesia prohibitis pro quocunque bono fine: error, quia secundum Apostolum non sunt facienda mala, vt bona eueniant.

Articulus sextus, quòd licitum sit, aut etiam permittendum,maleficia maleficijs repellere: error.

Quam determinationem integrè relatã de verbo ad verbum habes apud Gersonem tom.1.oper. tract.de erroribus circa artem magicam.Ioann.Bodinum dicto tract.de Dæmonomania in principio, & Pegn.in Comm.ad Directo. Eymer.par.2.com. 68.§.est autem primus articulus.& eam consulo integrè videndam,quia plura scitu digna in hac materia determinat,& aduerte,quia illa dictio,*Error*,importat errorem cõtra fidem catholicam, vt notauit Pegn.dicto com.68.§.cum vero.& licet ex quo generalia studia, qualia sunt Parisiense, Salamanticẽse, Bononiense, & his similia non habent facultatem iudicandi certo, & determinatè, is qui contra eorum determinationem asserat non sit hæreticus, tamen erit de hæresi suspectus, Alphons. à Castr. de iust.hæret.punit.lib.1.capitu.5. relatus etiam per Pegn.vbi supra §.quicũque ergo. Et hæc dicta sint secundum ius commune,& practicam vsq; ad tempora Sixti Quinti.

51 † Si loquamur secundum constitutionem Sixti Quinti, de qua mentionem feci supra numero 22. dico omnes sortilegos,siue illi sint Chiromantici, siue Necromantici, siue Magi, siue Geomanti, siue Axinomanti, siue Lecanomanti, siue Capnomanti, siue Capiromanti,siue Coschinomanti,siue Gastromanti, siue Cleromanti, siue Hydromanti, siue Pyromanti, siue Aeromanti, siue Aruspices, siue Augures,siue alij quicunque vel Incantatores, vel Diuinatores esse puniendos, eorumque punitionẽ spectare ad Inquisitorem, quia Sixtus Quintus disponit contra scienter retinentes,aut legẽtes libros, & scripta, in quibus prædicta sortilegia continentur, procedendum esse per Inquisitores,qui eos coerceant, & condignis pœnis puniant, de quorum Diuinatorum nominibus, & significatione poteris videre Ioann. Rauisium Textorem in sua officina, in verbo, diuinatio. vers.apud Ligureos, & Iodoc. in practic.crimina.capitulo 60. numero 101. Si ergo retinentes,seu legentes libros subijciuntur iurisdictioni Inquisitoris, à fortiori,subijcientur ipsimet sortilegi,qui sunt auctores:& quoniam in dicta constitutione non distinguitur, an sortilegium sit hæreticale,vel non: neque an Astrologi,seu Chiromantici iudicent inclinatiuè,seu necessitatiuè,immo hęc distinctio expresse reijcitur,cum prohibeantur iudicare, etiam si protestarentur,vt in dicta constitutione versus finem. Idcirco hodie non sunt attendendæ illæ communes distinctiones, quas retulimus supra numero 22.satis namque est,quòd omne sortilegium in se habeat saltem tacitum pactum cum dæmone.

52 † Excipiuntur tamen in allegata Constitutione iudicia,& naturales obseruationes, quæ nauigationis,agriculturæ, siue medicæ artis iuuandæ gratia sunt inuẽta, quoniam hęc quatenus ex quibusdam naturalibus causis necessario, vel frequenter proueniunt, nõ pertinent ad diuinationem iuxta proœmium dictæ constitutionis.

53 † Quæro vltimo loco, Nunquid hæc cognitio spectet ad Inquisitorem cumulatiuè,vel priuatiuè? Respondeo priuatiuè, quia ea quæ Inquisitoribus delegantur, semper delegantur priuatiuè quoad iudices laicos. Et sic non remanet mixti fori. Et propterea illa communis sententia,quam refert,& sequitur Pegn.in comm.ad Director.Eymer.dicta part. 2.comm.67.in fine. Nimirum, quòd Inquisitor nõ possit cognoscere, an sortilegia sapiãt heresim, sed solum vbi constiterit sapere hæresim, si deinde dubitetur, an sapiant hęresim manifestam, possit cognoscere, & iudicare se esse iudicem competẽtem, quamuis de iure communi procederet: hodie tamen attenta dicta constitutione, Inquisitor erit indistinctè iudex,& priuatiuè quoad laicum. Verum si daretur aliquis casus in hac materia sortilegij, qui non spectaret ad cognitionem Inquisitoris, ille esset mixti fori respectu Episcopi, & iudicis laici. Clar.libro 5.recept.sent.§.hæresis, vers. successiuè quæro, & hęc satis.

54 † Redeo ad alios casus mixti fori: & quæro secũdo,an crimẽ vsurarũ,item sacrilegij sint mixti fori? vide Clar. dicto lib.5.recept. sent. quæst.37.versiculo, quarto igitur, & versiculo. vlterius quæro. & Modern, in quæstion.crimin.libro 1. quæstione 8. numero

numero 132. 134. & 153.

55 † Quæro tertio. An ductio plurium vxorum eodem tempore, ſit delictum mixti fori? Reſpondeo, quòd non, quia de eo cognoſcit Inquiſitor priuatiuè ad laicum. vide Albert. de agnoſc. aſſert. cath. q. 23. per totam Simanc. de Cathol. Inſtit. tit. 40. & Marc. Ant. Cucch. Inſtit. maior. lib. 5. tit. 12. numero 235. Et ita teneas, quicquid dicat Clar. dicto lib. 5. recept. ſent. §. fornicatio, verſic. Dicitur etiam, & eſt ratio, quia iſte videtur malè ſentire de ſacramẽto matrimonij, vnde de eo venit diligenter interrogandus ab Inquiſitore, & ita ſæpius vidi ſeruari, & copioſe ſcripſi in Manuale Iuris.

56 † Quæro quarto. An Blaſphemia ſit crimen mixti fori? Reſpondeo, aut blaſphemia eſt hæreticalis, aut non: ſi eſt hæreticalis, tunc cognitio ſpectat priuatiuè ad Inquiſitorem. Eymer. in Direct. Inquiſ. par. 2. quæſt. 41. num. 2. & ibidem Pegn. comm. 66. Albert. de Agnoſc. aſſert. Cath. quæſt. 6. Simanc. de Cath. Inſtit. tit. 8. num. 6. Et quòd ita communiter * ſentiant Doctores, teſtatur & ſequitur Pegn. dicto comm. 66. §. hæc diſtinctio. Et rationem aſſignat in §. illud quæſitum eſt. Si non eſt hæreticalis, tunc eſt mixti fori Albert. dicta quæſt. 7. num. 24. Difficultas ſola remanet in agnoſcendo qualis blaſphemia dicatur hæreticalis. Et ne nimis diuertam, remitto vos ad Eymer. Simanc. & Pegn. (qui alios allegat) in locis allegatis. Ego enim in Manuale Iuris de hoc, & de alijs annexis ſatis egi. Et hæc ſufficiãt de caſibus mixti fori inter iudicem eccleſiaſticum, & laicum.

57 † Secunda difficultas eſt. An in his caſibus mixti fori ſit locus præuentioni inter eccleſiaſticũ & ſecularem? Reſolutiuè agendo dico, quod ſic, quia vbicunque duo iudices habentes ſeparatam iuriſdictionem poſſunt procedere, ſemper tũc efficitur locus præuentioni, etiam quòd vnus ſit maior altero. ſecundum Boſſ. trac. crim. tit. de foro competen. numero 79. Contrarium tamen conſuluit Oldrad. cõſil. 124. incipien. quòd remiſſio, quem refert Franc. Pegn. in comm. ad Director. Eymer. par. 3. comm. 33. §. ſeptimo in alijs. Ego hic nihil firmo. Et proceſſus præuenientis faciet ſilere proceſſum præuenti. l. ſi quis poſtea. ff. de iudic. capit. propoſuiſti. & ibi Marian. & alij, de foro competent. cap. vt debitus, de appel. cum ſimilibus. Spec. part. 1. tit. de reſcript. præſentat. §. Ratione autem cauſæ, ſub nume. 16. verſ. Item quòd ſublatum eſt, & verſic. Item quod impetrans. Abb. in dicto cap. vt debitus, nume. 22. de appell. Ang. tract. de malef. in verbo. Iudex commiſit, quòd Caius num. 14. Boſſ. tract. crimin. tit. de for. compet. numer. 79. Clar. libro 5. recept. ſent. q. 37. verſic. vlterius quæro. Gail. in pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 29. num. 3. & Moder. qui plures cõgerit in quæſt. crim. lib. 1. quæſt. 52. & hæc concluſio eſt vera, tum quia ſecundum Marian. in dicto capitu. propoſuiſti, præuentio eſt iuriſdictionis appropriatio ſibi ſoli in aliqua cauſa, quę principaliter in ſolidum pluribus competebat, tum quia ſi non eſſet locus præuentioni, ita vt remanerent plures iudices, ſequerentur hæc inconuenientia, videlicet, quòd cauſæ continentia diuideretur, contra ea quę dixi ſupra capit. præcedenti ſub num. 24. Et quòd quis ex eadem cauſa vexaretur coram diuerſis iudicibus, vt innuit Boſſ. dicto tit. de foro compet num. 108. ſequeretur etiam, quòd iudicium non ſumeret finem, vbi ſumpſit principium contra. l. vbi cœptum. ff. de iudic.

58 † At circa hanc ſecundam difficultatem dubitari contingit de pluribus. Et primo, quomodo inducatur præuentio? Ad quòd reſpondeo, diſtinguendo. Aut ſumus in Ciuilibus, aut in criminalibus, ſi in ciuilibus rurſus diſtinguo. Aut ſumus in iudicibus ordinarijs; Aut in delegatis: ſi in ordinarijs, dico, præuentionem induci per ſolam citationem dicta l. ſi quis poſtea. ff. de Iudic. & dicto capitu. propoſuiſti. Affiict. deciſ. 354. numero 3. Maran. diſput. 6. num. 20. Gail. dicta obſeruat. 29. num. 4. Et hæc eſt * communis * Doctorum ſententia, de qua teſtatur Roman. conſ. 112. nume. 4. quem refert, & ſequitur Grauat. in annot. ad practicam Veſtrij, lib. 3. c. 11. num. 4. Sed hic animaduerte, quia intelligo de citatione actoris, non de citatione rei, qui non poteſt præuenire, vt dixi infra capitu. 24 num. 7. Et requiritur, quòd citatio fuerit executa, ſeu inquam deuenerit ad notitiam citati, nec ſufficeret, quòd eſſet commiſſa, Decian. tract. crim. tom. 1. lib 4. ca. 21. num. 7. quamuis Bart. Bal. & Abb. quos ibidem refert, tenuerint contrarium. Si ſumus in Delegatis, rurſus diſtinguo. Aut vterque Delegatus eſt Auditor Rotæ, & tunc is dicetur præueniſſe, cui commiſſio primo fuerit præſentata. Rot. deciſ. 1. aliàs 802. de Conſtit. in antiq. & diſponitur in Bulla Innocentij Octaui facultatis conceſſæ R. P. D. ſacri Palatij cauſarum Auditoribus, Anno Domini 1487. Idus Ianuarij, dummodo tamen accedat cõſenſus aliorum coadiutorũ, vt in eadem Bulla, qui conſenſus ſufficit etiam tacitus, vt per Caſſad. deciſ. 5. in principio de reſcript. Aut neuter, ſeu alter tantum eſt Auditor, & tunc is dicetur præueniſſe, qui fuerit primus in exercitio iuriſdictionis, vtputa, decernendo citationem, vel faciendo alium actum poſitiuum, Caſſad. dicta Deciſ. 5. de reſcript. quem refert, & ſequitur Veſtr. in pract. dicto ca. 11. num. 1. in fi. quare ſolet tunc ſignatura alio reſcripto reſcribere. *Audiat qui præuenit*.

59 † Sed ne in prædictis decipiaris, hic te obiter monitum facio, quòd aliud eſt perpetuari iuriſdictionem, aliud præueniri. Perpetuari enim iuriſdictio in Delegato dicitur per ſolam commiſſionem de citando, vt bene explicat Rota deciſ. 9. aliàs 439. de dol. & contum. in antiq. quæ perpetuatio hunc effectum operatur, vt Delegatus poſt perpetuationem iuriſdictionis, non reuocetur per mortem delegantis. Præueniri autem non dicitur, niſi per citationem, quæ etiam ſit executioni mandata, vt per Rot. loco citato, & dixi ſuperius, numero præcedenti. Immo ſecundum Villalob. in ſuis comm. opin. in verbo, Iuriſdictio. num. 161. in fi. quem refert, & ſequitur Moder. in quæſt. crim. lib. 1. quæſt. 7. numero 60. requiritur vlterius, quòd vel pars citata comparuerit, vel quòd pars citans illi incuſauerit cõtumaciam in termino.

60 † Hæc concluſio, quòd per citationem, ſeu aliũ poſitiuum actum inducatur præuentio limitatur, vt

locum

locum non habeat, ſi citatio, ſeu actus poſitiuus forent inualidi,& nulli. Veſtr.dicto capitu.11. num.2. & Grauat. in annot.ad eum num.5. vbi alios cógerit, Boſſ.tract.crim.tit. de for. compet. num.105. & alios nonnullos congerit Moder. dicta quæſt.7.nu. 61.& de communi* teſtatur Gabriel in ſuis conclu. lib.2.tit. de citatione, concluſ.3.& faciunt,quæ dixi infra ſub numero 65. Et hæc dicta ſint de præuentione in ciuilibus.

† Si ſumus in criminalibus, & tūc ſimiliter dico, pūetioni locum fieri per citationem, eo modo,quo declaraui ſuperius in ciuilibus.Citatio autem eſt du

61 plex. Verbalis ſcilicet,& Realis.† Realis eſt potentior Verbali. Quare iudex citans realiter præfertur in præuentione iudici citanti verbaliter, Alexan. in addit.ad Bart.in.l. ſepulchri ſub numero 3.ff.de ſepul.viol.Ang.tract. de malef. in verbo, iudex commiſit,quòd Caius numero 14.quos refert, & ſequitur Boſſ.tract.crimin.titu. de for.compet.nume.97. Bal. in auth. ſed nouo iure, numero 12.C. de ſeru. fugit.quem refert, & ſequitur Foller. in pract.crim. in verbo. Audiantur excuſatores numero 76. Grauat.in annot.ad pract.Veſtrij libro 3.capi.11. num. 5.& plures cógerit,& ſequitur Iodoc.in pract.crim. capit. 33. nume.6. Et eſt communis * ſententia, de qua non eſt ambigendum; præſuppoſito, quòd harum citationum altera alteram non præceſſerit.

62 † Difficultas ergo ſola remanet, an ꝓcedat hæc ſententia, etiam ſi verbalis præceſſerit realem. Et quidem Bal. vbi ſupra loquitur in caſu, quo realis præcedit verbalem, vnde. ſi verbalis præceſſiſſet realem,videretur dicēdum contrarium, quòd Verbalis eſſet præferenda. Ang. vero in dicto verbo. Iudex commiſit, quòd Caius numero 14.tenet,quòd adhuc citatio realis præferretur. Alij autem, inter quos fuerunt Marian.in dicto ca.propoſuiſti queſt. 8.numero 22. de fo.compet.Foller.in dicto verbo. Audiantur excuſatores numero 159. & Boſſ. dicto titu.de foro competen.numero 99. ita diſtinguunt: Aut officiales, inter quos contenditur de præuentione, recognoſcunt iuriſdictionem ab eodem Domino,Aut à diuerſis: Si ab eodem,& tunc citās verbaliter præfertur, quòd tamen Mediolani non ſeruatur, teſte Boſſ.dicto titu.de foro competen.num. 99.Si a diuerſis, & tunc denuo diſtinguūt, aut ineſt fraus, quia ſcilicet reus citatus affectauerit, ſe capi ab alio iudice, aut non ineſt: ſi ineſt,& tunc iudex, qui caret fraudis ſuſpitione erit preferendus,etiam ſi verbaliter ſolum citaſſet ad tradita per Felyn. in capitu.cum M. Ferrarienſis, col.3.de conſtitut.quē refert,& ſequitur Boſſ.vbi ſupra numero 80. & 99. Marian.Socin. dicto capitu. propoſuiſti, quem refert,& ſequitē Foller.ſub allegato numero 159.verſus fin.

63 † Et hac ratione dicimus etiam, quòd ſponte conſtituens ſe coram alio iudice, quàm coram citante verbaliter, poteſt nihilominus ab illo primo iudice adhuc citari, & condemnari non obſtāte carceratione ſubſecuta coram alio iudice, & ita ſeruatum fuiſſe à Pretore Cremę refert Boſſius in ſæpe cit.titu.de foro competen.numero 80.& 98. & plures congerit,& ſequitur Becc.conſ.69.numero 6.7. & 8.libro 1.& poſt eum Moder.in quæſt.crimin. libro 1. dicta quæſt.7. numero 64. Si vero non ineſt fraus,& tūc procedit opinio Angeli in dicto verbo. Iudex commiſit,quòd Caius numero 14.videlicet, quòd præferatur iudex, qui cepit reum, & hæc eſt communis * theorica Doctorum. Cæterum mihi placet opinio Baldi,quòd Verbalis ſi pręceſſerit indiſtinctè præferatur, quia non video bonam rationem, in qua prædicta diſtinctio poſſit fundari. Et ita teneas, reprobata diſtinctione Deciani tractat.

64 crimin.tom.1.lib.4. capit.21.† Et non eſt neceſſaria trina citatio, ſed vna ſufficit ad inducendam pręuētionem Decian. dicto capitu.21. numero 5. vbi ex Maria. refert hanc eſſe commun. * opin.

65 † Occurrunt modo nonnulla dubia. Et primum: Nunquid ſupradicta communis theorica,quòd per citationem verbalem fiat locus præuentioni, ſit vera in omni ſpecie citationis? Reſpondeo, quòd nō. Et pro reſolutione diſtingue. Aut præcedentibus legitimis indicijs, ſeu requiſitis,quis citatur, vt reus, iuxta ea, quæ docui infra in capi u.58.ſub numero 10.& tunc procedat ſentētia, quòd per citationem inducitur præuentio. Aut citatur, non præcedentibus legitimis requiſitis, iuxta ea, quæ dixi in dicto cap.58. ſub numero 10.& tunc talis citatio non inducit præuentionem.Nam ſi inquiſitio non inducit præuentionem, vt dixi infra numero 74. in quinto dubio,ergo nec citatio, quæ fit ante inquiſitionem, & hoc teneo pro claro, & procedit etiam ſi vocaretur vti reus, quia ſi eo modo vocaretur, non præcedentibus legitimis indicijs,citatio redderetur nulla per ea, quæ docui dicto capitu.58.numero 10.& propterea non induceret præuentionem,vt dixi ſupra numero 60.

66 † Secundum dubium eſt,quid operetur pręuentio? Reſpondeo,quòd ligat manus iudicis pręuenti, ne poſſit vlterius procedere, & hoc non patitur difficultatem,per ea, quæ dixi ſupra in ſecunda dif-

67 ficultate numero 57.† reſtringe tamen, ſeu declara, vt hoc procedat ſolum, quando pars opponeret de præuentione, ſecus autem ſi taceret, quia tunc valeret proceſſus vtriuſque, & præuentio nihil operaretur, teſtibus Innoc. in dicto capit. cum M. Ferrarienſis ad fi. de conſtitution. Ang. de malefic. in verbo. Hæc eſt quædam Inquiſitio num.86. Vant. tractat.nullit. Rubr. de nullit. ex def.iuriſdict.num. 163.Gail.in pract. obſeruat. libro 1. obſeruat. 29. numero 6.vide Afflict.deciſ.354.numero 2.& 3.& hæc eſt comm. * opin.de qua teſtantur Felyn. in dicto capitu.cum M. Ferrarienſis nume.25.& Vrſil. in annotat.ad Afflict. dicta deciſ.354.numero 3.& quòd ita fuerit iudicatum teſtatur Lancellot. tract. de attent.part.2.capitu.4.limit.2. numero 60. dummodo tamen ſententiæ non ſint inter ſe contrariæ, quoniam tunc non poſſet vtraque valere, Dec. in dicto capitu. cum M. Ferrarienſis ad fin. quem refert, & ſequitur Boſſ. dicto titulo de foro compet. numero 81.

68 † Limita,ſeu declara iſtam limitationem, vt non procedat quando opponeret de præuentione alterius iudicis, coram quo eſſet contumax, quia tunc non poteſt vti beneficio proceſſus, ſeu litis pendentiæ, in qua eſt contumax. Et proinde ceſſat remedium

dium legis, vbi cœptum. ff. de iudic. & poſſet in vtroque foro condemnari, Bar. in l. ſepulchri numero 2. & ſequen. ff. de ſepul. viol. quem ſequuntur Felyn. in ſæpe citato capitu. cum M. Ferrarienſis, Angel. tractat. de maleſ. in verbo. Hæc eſt quædam inquiſitio nume. 86. Grammat. deciſ. 26. numero 10. Boſſ. tractat. crim. titu. de foro competen. numero 82. Maran. in ſuo Spec. par. 6. De Inquiſitio. nume. 98. Ioan. de Amic. conſ. 72. num. 2. Foller. in pract. crim. in verbo. banniantur numero 44. Et denique
* communiter * omnes ſequuntur Bartolum, qui format quæſtionem in terminis Aretini, committentis delictum in Marchia, ibique proceſſati, & deinde capti Aretij. Eandem limitationem poſuit Gail. in
69 pract. obſeru. libro 1. obſeruat. 29. nume. 6. † Sublimita, ſeu declara iſtam limitationem, vt non procedat quando reus, citatus coram iudice præuento, comparuiſſet, ſeu inquam compareret coram iudice præueniente, ibique reficeret expenſas contumaciæ iuxta. l. Sancimus. C. de iudic. quoniã tunc poſſet opponere coram ſecundo iudice de præuentione, vt tradunt Ang. Boſſ. vbi ſupra numero 96. in
* fi. & Gram. & cõmuniter * omnes. † Eadem ratio-
70 ne declaratur, vt non poſſit moleſtari coram iudice præuento, quando paruiſſet ſententiæ iudicis præuenientis, vt per eoſdem Ang. & Gram. in locis allegatis, & Boſſ. dicto titulo de foro compet. nume. 82. & 83.

71 † Tertium dubium: Eſto ꝙ ſit appoſita præuentio, & in caſu, in quo veniat admittenda, ſi tamen iudex nolit cauſam remittere iudici præuenienti, quæro quid agendum? Reſpondeo, quòd Reus poteſt appellare iuxta doctrinam Innocentij in ſæpe allegato capitu. Cum M. Ferrarienſis, de Conſtitu. quem refert Afflict. dicta deciſ. 354. numero 1. & plures congerit, & ſequitur Vant. tractat. null. Rubr. de nullit. ex def. iuriſdict. ſub numer. 163. vel poſſet recurrere ad iudicem præuenientem, qui inhibeat iudici præuento, ne ſe impediat de cauſa. Paul. de Caſt. in l. nulli prorſus col. 2. C. de iudic. relatus etiam per Affl. dicta deciſ. 354. numero 3. idẽ tradit etiam Vant. dicto numero 163. vbi limitat, vt non procedat aduerſus Cardinales, quia cum illis non inhibeatur, ſufficit intimari.

72 † Quòd ſi ſecundus iudex adhuc non deſiſteret à proceſſu, tunc eſſet recurrendum ad ſuperiorem,
73 † ad quem ſecundum Boſſ. dicto titulo de foro cõpeten. numero 104. recurrendum etiam eſſet quãdo iudicium eſſet inchoatum eadem hora corã duobus, quia tunc ceſſat fundamentum præuentionis. Quare practica eſſet, vt (iudicibus, qui ſunt ſub eodem Principe, contendentibus) Reus recurrat ad Principem, eique ſupplicet, ne permittat eum vexari ex eodem delicto corã diuerſis iudicibus: qua petitione porrecta, Princeps debet cauſam vni tantum remittere, & in dubio illi, per quem fiet vberior locus iuſtitiæ. Sed mihi in hoc videtur melius loqui Vant. dicta Rubr. de nullit. ex def. iuriſdict. numero 163. verſus finem, dicens, quòd citatus habebit electionem comparendi coram quo maluerit, & allegat tex. in l. Si quis in graui. §. ſi cum omnes. ff. ad Syllan. Quòd ſi eſſent ſub diuerſis Principibus, tunc ſecundum Marian. Socin. in dicto ca. propoſuiſti col. 8. de foro compet. poſſet ſorte dirimi, vel poſſent ambo ſimul cognoſcere.

74 † Quartum dubium. Suppoſito, quòd apponatur exceptio præuentionis, & quòd iudex procedat ad vlteriora, & reus non appellet, quæro, nunquid proceſſus valeat? Remitto te ad ea, quæ ſcripſit Affl. dicta deciſ. 354. & Vant. dicta Rubr. de nullit. ex def. iuriſdict. numero 162.

75 † Quintum dubium, Nunquid præuentio inducatur etiam per inquiſitionem? Reſpondeo Decia. tractat. crimin. tom. 1. libro 4. capit. 21. numero 2. tenet, quòd eo ipſo, quòd iudex receperit teſtes pro informatione Curiæ, dicitur præuenta iuriſdictio, quamuis non citauerit, nec formauerit inquiſitionẽ & allegat Marian. in ſæpe citato capitu. propoſuiſti numero 16. de foro competen. vbi ita tenet ſub verbo. *Forte*. Sed quicquid dixerit Decian. contrariũ tenet Bal. in l. 1. col. 8. C. de confeſ. quem referunt, & ſequuntur Boſſ. tractat. crimin. titu. de foro competen. numero. 103. & Gramm. conſ. 28. numer. 10. & poſt hos Moder. in quæſt. crim. lib. 1. quæſt. 7. nu. 57. inferens numero 58. ad ſignificationes, quas iudices in Romana Curia de Stylo concedunt reis, qui antequam ſint ab alio iudice moleſtati, ſe obligant in eorũ Curijs de ſe repreſentando, quia tunc tales ſignificationes erunt ſeruandæ per quemcunque iudicem.

Modiolani tamen extat decretum, vt per Inquiſitionem inducatur præuentio, vt tradit Boſſ. loco proxime allegato. Sed Clar. libro 5. recept. ſenten. quæſt. 38. in fin. ait, quòd illud decretum loquitur de inquiſitione tranſmiſſa, quo caſu, quia tranſmittitur, cum citatur, eſſet conforme ijs, quæ hic diximus, loquendo de iure communi.

76 † Sextum dubium, Nunquid inducatur per ſolã accuſationem, ſeu querelam? Reſpondeo, quòd non. Bal. in l. ſi quis poſtea. ff. de iudic. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. lib. 4. par. 1. De libellorum conceptione. §. nunc videamus. ſub litera B, & tradit Decian. dicto capitu. 21. numero 1. & facit illa ratio, quia valet argumentum de inquiſitione ad accuſationem per ea, quæ dixi ſupra in cap. 2. ſub numer. 8. Sed per inquiſitionem non inducitur præuentio, vt dixi ſupra numer. 75. igitur nec per accuſationẽ, neq; obſtant ea, quæ tradit Foller. in pract. crim. in verbo. Audiantur excuſatores numero 77. quia nõ dicit, quòd querela de per ſe inducat præuentionem.

77 † Septimum dubium, Nunquid inquirens de homicidio cum animo deliberato, præferatur inquirenti de homicidio ſimplici, cæteris paribus cõcurrentibus? Reſpondeo, quòd ſic, immo in tantum eſt vera iſta reſponſio, vt procedat, etiam ſi inquirens de ſimplici homicidio eſſet primus, quia adhuc ſecundus inquirẽs cum qualitate aggrauãte delictum præferretur, vt tradit Boſſ. tract. crim. titu. de foro compet. nume. 102. motus per text. in l. 2. §. fin. cum l. ſeq. ff. de adult.

78 † Octauum dubium, Nunquid iudex præueniẽs reſpectu vnius ex complicibus, cenſeatur præueniſſe etiam reſpectu aliorum complicium? Finge

namque

namque vnum, vel alterum ex delinquentibus eſſe in fortijs alicuius iudicis, & deinde, alium complicē capi ab alio iudice, quæro, an iſte captus debeat remitti ad iudicem, qui habet alios captos antea? Reſpondeo. Additio ad Bar. in l. denũciaſſe. §. quæritur, ff. ad l. Iul. de adult. tenet. quòd non, quia non dicitur inducta præuentio, & idem tenet Modern. in quæſt. crimin. lib. 1. quæſt. 7. numero 72. allegans Bar. & Alex. in dicto §. quæritur, Bal. in l. 1. C. qui actus. non poſſ. & Sebaſt. Medic. in tract. de ſepult. opuſc. 5. fol. 322. Et ita teſtatur fuiſſe reſolutum in ſignatura Iuſtitiæ, ſuper quadam cauſa vſurarum. Sed ego ſum in contrario voto, quòd cenſeatur inducta præuentio, quia, ſi opinio contraria eſſet vera, ego quæro à Moderno, vbi conſeruaretur cauſæ continentia, ob cuius indiuiſibilitatem laicus delinquens cum clerico eſt remittendus ad iudicem eccleſiaſticum, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum? Et pro hac noſtra opinione faciunt, quæ tradit Decianus tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 21. numero 16. de præuẽtione contra mandatariũ, quòd cenſeatur inducta etiam contra mandantẽ. Non obſtat, quòd in contrarium allegentur Bar. Bal. & Sebaſt. Medic. quia ego non inueni aliquem eorum hoc aſſeruiſſe, & dato, quòd aſſererent, confutantur ex prædictis.

79 † Nonum dubium: Nunquid præuentio inducatur per executionem citationis perſonaliter, reſpectu alterius citationis executæ domi, dato quòd vtriuſque executio ſit facta eodem tempore? Reſpondeo, quòd ſic, ſiquidem negari non poteſt, citationem de facie ad faciem eſſe maioris potentiæ, & efficaciæ, & conſequenter eſt aſſerendum, iudicem, qui curauit citationis executionem fieri perſonaliter, adhibuiſſe maiorem diligentiam, & propterea tanquam præuenientem præferendum: & ita tenet Decian. dicto capitul. 21. numero 13. & hæc dicta ſint, de præuentione. Redeo ad materiam.

80 † Tertia difficultas: Nunquid Epiſcopus in caſibus mixti fori poſſit contra laicos procedere ad pœnas temporales, videlicet carcerationis, banni, & ſimilium, an vero debeat imponere ſolum pœnas ſpirituales? Reſpondeo, quæſtio eſt diſputabilis, * communis * tamen opinio, à qua Clar. libro 5. recept. ſenten. quæſt. 37. verſic. vnum tamen, ait nullo modo eſſe recedendum, eſt, quòd poſſit procedere ſolum per cenſuras eccleſiaſticas, cæterum tu ſeruabis conſuetudinem loci, nam hic in Vrbe Locumtenens Vicarij procedit contra laicos etiam vſque ad pœnam mortis naturalis incluſiue.

81 † Quarta, & vltima difficultas: Nunquid abſolutus, ſeu punitus ab vno iudice in caſibus mixti fori, in quibus eſt locus præuentioni, poſſit per alium iudicem inquiri, & puniri? Reſpondeo, diſtinguendo duos caſus principales. Aut præſupponimus condemnationem vnius iudicis, aut condemnationem duorum iudicum. Si condemnationem vnius, rurſus diſtinguo, vel reus, qui inquiritur ab alio iudice ſuper eodem delicto, tacet, vel opponit de condemnatione, facta ab altero iudice: ſi tacet, & patitur, ſe condemnari, & puniri, proceſſus, & punitio tenent, & ſibimet imputet, qui tacuit, iuxta ea, quæ docui ſupra numer. 67. Si opponit, & tunc rurſus diſtinguo, vel ſatisfecit condemnationi factæ, vel non: ſi ſatisfecit, rurſus diſtinguo, vel fuit ſufficienter punitus, vel non, ſi fuit ſufficienter punitus, non poteſt amplius moleſtari pro eodem delicto Bald. conſ. 31. 124. & 292. lib. 4. Paul. de Caſtr. conſ. 18. libro 1. & quòd ita fuerit iudicatum in ſenatu Mediolani teſtatur Clar. libro 5. recept. ſent. quæſt. 57. verſ. dictum eſt, & iuxta hanc diſtinctionem, & theoricam intelligas Ioan. de Amic. in conſ. 32. numero 5. & conſ. 139. numero 10. & eos, quos latius refert, & ſequitur conſ. 37. numero 1. & 11. dum firmat, ſemel abſolutum non poſſe pro eodẽ

82 delicto amplius moleſtari. † Et eſt ratio, quia de eodem delicto bis quæri non poteſt capitu. de his, & ibi Doctores. de accuſat. & Neuiz. conſ. 60. nume. quinto.

83 † Ex his collige vnam concluſionem, quòd punitus à iudice laico regulariter non poteſt amplius puniri ab eccleſiaſtico, quia ſemper præſumitur ſufficienter punitus, & grauius, quàm ſi puniretur ab eccleſiaſtico, & hoc propter ſæuiorem iuriſdictionem, quam exercet, Gomeſ. var. reſol. tom. 3. titu. de delictis capit. 1. numero 40. in fine, vbi aſſerit, ita

* colligi ex mente * omnium Doctorum, & eum refert, & ſequitur Clar. dicta quæſt. 57. verſ. ſed quæro, & vtrunque Moder. in quæſt. crimi. lib. 1. quæſt. 4. numero 12. Dixi, regulariter præſumi, quia ſi conſtaret de contrario, nimirum, quòd fuiſſet impoſita minor pęna ea, quę poſſet imponi à iudice eccleſiaſtico, tunc non diceretur ſufficienter punitus, vide Clar. vbi ſupra.

84 † Firma igitur ſit concluſio, quòd ſufficienter punitus, amplius puniri non poteſt, & procedit ſiue iudices ſint ſub eodem Domino, ſiue ſub diuerſis. Nec obſtat, quòd Clar. dicta quæſt. 57. verſ. ſcias etiam dixerit, quòd ſi iudices ſunt ſub diuerſis Dominis, tunc de conſuetudine condemnatio, & condemnationis executio facta ab vno, non tollit accuſationem, & punitionem coram alio, quia reſpondetur, ipſum intellexiſſe in caſu, quo eſſet impoſita minor pœna, quàm delicti qualitas expoſceret, & quòd ita loquatur apertè colligitur ex his, quæ tradit in verſiculo præcedenti. Et ſi aliter loqueretur, malè loqueretur, quia ſufficienter punitus, non eſt denuo puniendus. Et proinde, ſi delinquens ſit punitus à iudice loci delicti, non poterit deinde moleſtari à iudice originis, quamuis pro illo delicto in loco originis eſſet grauior pœna impoſita per ſtatuta loci, & etiam quòd ſint diuerſa territoria, & ſub diuerſis Dominis, quia adhuc dicetur ſufficienter punitus. vnde cenſeo, Iacobum de Beluiſio conſ. 9. inter conſ. crimin. diuerſ. libro 1. malè conſuluiſſe, punitum in vno loco, poſſe etiam puniri in alio, quia & ſi hoc procedat in caſu ſuo, ex quo non fuerat ſatisfactum primę condemnationi factæ Bononiæ, tamen ſi fuiſſet ſatisfactum, eſſet reſpondendum contrarium.

85 † Si vero non eſt ſufficienter punitus, & tunc firmo oppoſitam cõcluſionem, quòd pœna poſſit extendi vſque ad menſuram delicti, quia pœna eſt commen-

commenſuranda delicto, vt dixi infra in capitu. 58. ſub numero 12. verſicu. Aut vocant ſub comminatione, &c.

86 † Dicetur ſufficienter punitus, quoties illi fuerit inflicta pœna pro illo delicto à iure cõmuni, vel ſtatutario, vel cõſuetudine ſtatuta, vel his deficientibus, arbitrata ſecundum regulatum, & iuſtum arbitriũ. Et per oppoſitum non ſufficienter punitum dicimus, quando minor prædictis imponeretur. Verum quia ius, ſeu conſuetudo pro eodem delicto ſæpe imponit diuerſas pœnas non cumulatiuè, ſed alternatiuè, & electiuè, oritur difficultas, Nunquid vna earum impoſita, dicatur ſufficienter punitus? Reſpondeo diſtinguendo Aut impoſita maior, aut eſt impoſita minor. Si maior, tunc nulla eſt difficultas, quòd dicatur ſufficienter punitus. Vnde ſi iudex laicus exercuit ſanguinis gladium in delinquẽtem, dubium non eſt, quod is reſpectu iudicis eccleſiaſtici, qui non extendit gladium ad ſanguinem, dicitur

87 ſufficienter punitus. † Hinc quoque erit, quòd ſi pro aliquo delicto fuerit impoſita pœna centum, vel cẽtum, & quinquaginta arbitrio iudicis, & iudex impoſuerit pœnam 150. vtique erit non ſolum ſufficienter, ſed etiam nimis punitus, quia iudex in alternatiuis debet ſemper eligere minorem pœnam, vt refert, & ſequitur Ang. tractat. de malef. in verbo. Quas ſi non ſoluerit numero 13. & 14. & procedit etiam ſi electio ſpectaret ad reum, & is vellet acriorem eligere, vt tradit idem num. 12.

88 † Si eſt impoſita minor pœna, & tunc diſtinguo duos caſus, vel eſt impoſita, quia qualitas iuriſdictionis maiorem non poterat imponere, verbi gratia, quando delinquens, qui eſt reus pœna ſanguinis, vel mortis, fuit punitus à iudice eccleſiaſtico, quia tunc poterit denuo puniri à iudice laico l. placet. verſ. ſi quis contrauenerit, & ibi communiter * Doctores C. de ſacroſan. eccleſ. & facit apertè tex. in capitu. fœlicis. §. per hoc, de pen. in 6. qui & ſi videatur loqui ſpecialiter contra offendentem Cardinalem, vt ibi notat gloſſ. & obiter animaduertit Auguſt. in ſuis addit. ad Ang. tract. de malef. in verbo. Et ad querelam numero 91. in fine, tamen illa glo. communiter reprobatur, quia ille textus intelligitur, vt habeat locum in omnibus delictis mixti fori, vt tradunt Ant. Gomez. dicto capitu. 1. numero 40. in fine. Couar. variar. reſolut. lib. 2. capit. 10. verſiculo vndecimo. eadem conſtitutio. Quare ſi blaſphemans ſit punitus per iudicem eccleſiaſticum, poterit deinde denuo puniri per iudicem ſæcularem in amputatione linguæ. Affl. in conſtitut. blaſphemantibus numero 12. & 13. lib. 3. Et quòd in caſibus mixti fori iudex laicus poſſit punitum ab eccleſiaſtico grauius punire, eſt comm. * opin. de qua teſtantur Alciat. in capit. 1. numero 128. de offic. ordin. Gomez. & Couar. vbi ſupra, quos refert, & ſequitur Clar. libro 5. recept. ſenteñ. quæſt. 57. verſic. ſed quæro. & poſt eum Moder. in quæſt. crim. libr. 1. quæſt. 4. ſub numero 10. idem dico, quando eſt impoſita minor, quia iudex male iudicauerit, vtputa quia cum eſſet puniendus pœna mortis, fuerit punitus in amputatione manus, poterit enim denuo puniri, Paul. de Caſtr. conſ. 348. libro 1. Et quòd ita fuerit ſeruatum in ſenatu Mediolani contra Gaſparem Canouę, qui pro homicidio animo deliberato fuerat punitus pœna pecuniaria refert Clar. dicta quæſt. 57. verſ. dictum eſt, in fi. Et licet Clar. reſtringat hanc concluſionem, vt procedat ſolum in caſu quo interueniſſet fraus, dicens, quòd remota fraude non poſſet amplius puniri, tamen ſua pace dixerim, eſt reſtrictio inanis, quia non video, quid boni præſumendum ſit de illo iudice, qui nulla cogente cauſa, ſubuertit, & mutat pœnas expreſſas in iure, & ſatis ex eo arguitur fraus, quòd pro homicidio, quod erat puniendum pœna mortis, fuit impoſita pœna pecuniaria. Et dato millies, quòd per ignorantiam, & citra omnem fraudem, & dolum male iudicauerit, tamen non ne erit ſuccurrendum Reipub. & fiſco? Sum igitur in ea ſententia, quòd vbi eſt expreſſa vnica, & determinata pœna, & iudex minorem imponit, poſſit denuo puniri, ſiue interuenerit fraus, ſiue non, prout declaraui infra numero ſequen. Vel eſt impoſita minor, quia iudex poterat earum alteram electiue imponere, & tunc dico, eſſe ſufficienter punitum, & propterea ab alio moleſtari non poſſe, vt luculẽter, doctè, & bene tradit Boer. deciſ. 289. numero 6. cum ſequen. quem refert, & ſequitur Foller. in pract. crimin. in verbo. pœnis debitis feriantur numero 15. Occurrunt modo non nullæ difficultates.

89 † Et prima, Nunquid ad iterum puniendum eũ, qui non fuit ſufficienter punitus, debeat prius reſtitui fiſcus aduerſus rem iudicatam, an vero poſſit ĩmediatè ſine dicta reſtitutione denuo puniri? Reſpondeo diſtinguendo. Aut non fuit ſufficienter punitus ob defectum iuriſdictionis, vtputa, quia iudex habebat limitatam, & ſeparatam iuriſdictionem vſque ad certum genus pœnarum, qualem habet iudex eccleſiaſticus, qui regulariter infligit cenſuras eccleſiaſticas, & pœnas ſpirituales, & nunquam ſe extendit ad pœnam ſanguinis: item minores magiſtratus, qui non iudicant de cauſis meri, aut mixti Imperij, vt refert, & ſequitur Vant. tractat. nullit. Rubr. de nullit. ex def. iuriſdict. numero 34. Et his caſibus dico, quòd poterit puniri immediatè ſine alia reſtitutione aduerſus rem iudicatam, & ita ſimpliciter loquunt̃ omnes Doctores, & eſt ratio, quia ſunt iuriſdictiones ſeparatæ, vnde ſententia lata in vna earum, non parit exceptionem rei iudicatæ in alia Bald. conſ. 260. libro 3. quem refert, & ſequi-

90 tur Clar. dicta quæſt. 57. verſ. ſed hic occurrit. † Aut vero non fuit ſufficienter punitus, quia iudex male iudicauerit, & tunc res habet aliquam difficultatẽ, nam videtur dicendum, quòd ſententia continens pœnam minorem ea, quæ eſt expreſſa, & determinata in iure, ſit valida, quia ſi contineret maiorem, Doctores aſſerunt, quòd valeret, Ang. tract. de malefic. in verbo. dictum Sempronium numero 7. & Boſſ. qui eum ſequitur tract. crimin. titu. de pœnis. numero 11. & titu. de ſenten. numero 84. Et ideo ſuppoſita validitate videtur habere vim rei iudicatæ, contra quam iudicari non poteſt, niſi ſit conceſſa reſtitutio in integrum. Contraria opinio, quòd ſententia ſit ipſo iure nulla, videtur clarè ſuaderi, tum ex eo, quòd ſententia, quæ continet expreſ-

ſum

sum iuris errorem, qui potest legi oculo corporali, est nulla l.2.C.quando prouoc. nō est necess.tum ex eo, quòd sententia, lata contra legem apertam, dicitur continere manifestam iniquitatem, quo casu est ipso iure nulla capitu. inter cæteras, & ibi Abb. & alij de re iudic. Maran. in suo Spec. par.6. Rubr. & demum fertur sententia nu.116. & 117. Ghirlā. tractat. de relax. carcer. titu. de senten. & pœn. exeq. quæst.6. numero 4. & Vant. tractat. nullit. Rubr. de modo, & ordine videndi processum numero 8. Et faciunt, quę tradit Rubr. de nullit. ex def. proces. nu. 38. ibi. *Sed in qua cum*. Non enim debet posse inferior tollere, quòd fecit superior capit. Si quis à modo dist.81. nec debet posse iudex subuertendo pœnas lædere fiscum, & Rempublicam, Menoch. tractat. de Arbitr. iudic. libro 1. quæst.96. numero 11. poterit igitur immediatè denuo puniri.

91 † Secunda difficultas, nunquid illa conclusio, quòd punitus à iudice ecclesiastico possit denuo puniri à iudice laico, sit semper vera? Respondeo, quòd non, sed solum in duobus casibus, primo, quando fuisset imposita aliqua pœna medicinalis, & potius ad salutem animæ, quàm ad afflictionem corporis, vt docet Clar. libro 5. recept. senten. dicta quæst.57. vers. sed quæro in fine. Secundo, quando fuisset imponēda pœna, quæ sub sua iurisdictione nullatenus poterat comprehendi, qualis est pœna sanguinis, vt dixi supra sub numero 86. & 89. Et ita procedat tex. in dicto capitu. fœlicis §. per hoc. de pœn. in 6. His casibus punitus ab ecclesiastico potest denuo puniri à laico. Alio vero casu, quando esset imposita pœna afflictiua, & à foro sęculari pęna sanguinis imponi non potuisset, tunc quamuis illa pœna, imposita ab ecclesiastico secundum dispositionem iuris canonici, sit minor illâ, quæ potuisset imponi à sæculari secundum leges ciuiles, tamen dicetur sufficienter punitus, & non poterit denuo puniri, & totam hanc distinctionem bene sub breuibus verbis ante nos complexus est Boss. tract. crim. titulo de foro competen. numero 84. Finge ergo casum, quòd blasphemans aliquem Sanctum sit puniendus, secundum consuetudinem, & stylum fori ecclesiastici in pœna vigintiquinque scutorum, & secundum statuta fori sæcularis in pœna triginta, certè si iste fuit punitus ab ecclesiastico nō venit amplius vexandus à sæculari per ea, quę tradunt Ioan. Andr. & Dominic. in dicto capitu. fœlicis §. per hoc Abb. in capitu. tuæ. de Procur. quos refert, & sequitur Moder. in quæst. crim. lib.1. quæst.4. numer.11. & faciunt quæ dixi supra sub numero 84. Et est ratio, quia non excusat defectus iurisdictionis, & nisi cum hac distinctione, seu declaratione intelligantur ea, quæ tradit Maran. in suo Specu. par.6. de Inquisit. numero 97. non possunt transire sine correctione.

92 † Tertia difficultas, nunquid non sufficienter punito debeat reiterari pœna, an vero suppleri? Respondeo, suppleri, Bar. in l. Senatus colum. fin. ff. de accusat. quem refert, & sequitur Maran. dicta par.6. de Inquisit. numer.100. & vtrunque Moder. dicta quæst.4. sub nume.10. vers. Sed ad prędicta. Quare si soluisset pœnam triginta scutorum, & debuisset imponi pœna quinquaginta, condemnabitur ad reliqua viginti, vel ad quinquaginta, deducendis triginta iam solutis, vide Maran. vbi supra. Difficultas remanet, quomodo fieri possit auctio, seu inquam detractio in pœnis corporalibus. Distingue, aut fuit imposita pecuniaria, cum esset imponenda corporalis, & tunc si pecuniaria non est soluta, non erit soluenda, si vero fuerit soluta, fiet restitutio, & imponetur pœna corporalis: aut fuit imposita corporalis, sed minor ea, quæ venit imponēda, prout dicebam supra numer.88. vers. Vel est imposita. Exempli gratia, fuit fustigatus, cum deberet sibi manus abscindi, vel fuit abscissa manus, cū esset abscindendum caput, & tunc cum pœnę corporales non possint in mensura, vel in numero recipere augmentum, seu diminutionem, neque possit fieri earum restitutio, dico, quòd fiet supplementū per pœnas pecuniarias, vt tradit Maran. loco citato. Quòd si pęna corporalis imposita fuerit adeo leuis, vel eius qualitatis, vt iudici videatur posse suppleri per aliam pęnam corporalem, vtputa quia esset punitus vno ictu funis, cum esset puniendus duobus, vel tribus, tunc iudex posset alium, seu alios ictus decernere. Et totum hoc relinquo prudenti iudicis arbitrio.

93 † Quarta difficultas, nunquid iudex possit augere, seu minuere pęnas, statutas à iure? Respondeo, prima facie videtur dicendum, quòd non per ea, quæ dixi supra numero 90. versus finem. Sed tu hic distingue, aut adest aliqua rationabilis causa, aut non. Si adest, & tunc rursus distingue, aut causa cohæret delicto, aut non. Si cohæret, & tunc dicas, pęnam posse minui. Si non cohęret, sed est extrinseca, & tunc rursus distingue, aut sumus in Magistratibus minoribus, aut in maioribus. Si in minoribus, & tunc dicas, non posse minui, si in maioribus, & tunc poterit minui, & hæc est communis ✻ theorica, vt patet ex his, quæ tradunt Clar. lib.5. recept. senten. quæst.85. vers. vlterius quæro. Et Menoch. de Arbitr. iudic. lib.1. dicta quæst.96. numero 14. 18. & 19. vide omnino Alph. à Castr. de potest. leg. pœn. libro 2. capitu.12. Et hæc quando subest causa, si vero non subest, & tunc non potest minuere §. oportet. Auth. de iudic. & ibi notat Accurs. & l. 1. §.1. in fi. ff. ad S.C. Turpil. capit. de causis, & ibi Doct. de offi. deleg. & tradunt. D. Thom. secunda secundæ quæst.60. artic.5. Dominicus Sotus libro 3. de Iusti. & iur. quæst.4. artic.5. quos refert, & sequitur Franc. Pegn. ad Direct. Eymer. par.3. comment.23. §. verum tamen Ghirl. tract. de relax. carcer. titu. de sentent. & pœn. execut. quest.6. in princ. & latè Tiraq. de pœn. in præfatione numero 1. & sequen. qué refert, & sequitur Flam. Cart. in pract. interrog. reor. libro 2. capitu.1. numero 27. & plures congerit, & sequitur Moder. in quæst. crim. libro 1. quæst.17. numero 5. & faciunt, quæ dixi supra numero 90. Et hoc amplia, vt procedat etiam in crimine hæresis per ea, quæ dixi infra capitu.87. sub numero 26. ibi cæterum ego.

94 † Quòd si minuat, veniet puniendus iuxta textum in capitu.1. de sent. & re iudic. in 6. & toto titulo de pœn. iudic. qui male iudic. C. vide Clar. Menoch. & Moder. numero 6. in lo-

in locis proximè allegatis, vbi recenſent pœnas infligendas, & qua pœna fuerit à Carolo Rege punitus quidam iudex, qui puniendum pœna amputationis capitis fecerat puniri amputatione manus dixi infra capitu. 97. ſub numero 159. Quæ autem ſit cauſa cohærens delicto, & qui ſint maiores, & qui minores Magiſtratus, non eſt noſtri inſtituti, poteris tu adire ſupracitatos Doctor. & Luc. de Penn. in l. 1. C. de Colon. Iliric. libro 11. Felyn. in capitu. qualiter & quando, il ſecundo, numero 37. de accuſa. Clar. dicto lib. 5. recept. ſentent. quæſt. 60. & nonnullos alios allegatos per Moder. dicta quæſt. 17. numero 10.

95 † Quinta difficultas, nunquid in hac mutatione pœnarum requiratur expreſſio cauſæ? Reſpōdeo, quòd ſic, Iacob. de Beluiſ. in ſua practic. crimin. tit. de fug. reorum numero 3. quem refert, & ſequitur Clar. libro. 5. recept. ſenten. quæſt. 85. verſ. Vlterius quæro. verſus fin. & vtrunque Menoch. dicta quęſt. 96. numero 17. Sufficit autem, quòd exprimatur in genere, vt teſtantur ijdem Clar. & Menoch. & de * communi * Menchiaca controuerſ. Illuſtr. capit. 14. numero 5. practica vero exprimendi eſt, vt dicat. *Iuſtis de cauſis noſtrum animum mouentibus.* Vt docent Tiraq. de pœn. temper. in præfat. numero 70. & Clar. dicto verſ. Vlterius quæro, & plures alij, quos refert, & ſequitur Moder. dicta quæſt. 17. numer. 65. Immo iudex, qui exprimeret in ſpecie poſſet reputari fatuus, quia aperiret viam impugnaudi ſuam ſententiam, vt dicit Imol. in l. ſi is ad quem, ff. de acquir. hęred. quem refert, & ſequitur idem Moder. vbi ſupra num. 62.

96 † Sexta difficultas, nunquid impoſita minori pœna, quàm expreſſa à iure, & tacita cauſa, ſententia ſit nulla? Reſpondeo, diſtinguendo aut ex actis apparet exiſtentia cauſæ, aut non. Si apparet, & tunc dico, ſententiam adhuc valere, quia lex ſupplet. Si vero non apparet, tunc ſententia, veluti lata contra ius, & erronea, eſſet nulla Ghirl. tracta. de relaxat. carcer. dicta quæſt. 6. ſub numero 4. & faciunt, quæ dixi ſupra numero 90. & ita procedant, quæ ſcripſit Modern. dicta quæſt. 17. numero 64. aliàs erraſſet.

97 † Septima difficultas, nūquid illa theorica, quòd non ſufficienter punitus denuo puniatur, vt declaraui ſupra, poſſit hodie practicari in pœnis arbitrarijs? Reſpondeo, prima facie videtur dicendum, quòd non, quia ſemper dicetur ſufficienter punitus, & ſententia nunquam dicetur nulla. Tu tamen, re diligentius conſiderata, diſtingue. Aut arbitriū habet annexum dolum, aut non, ſi habet annexum dolū, & tunc illa theorica poterit practicari, quia quantumuis iudex habeat à Principe liberum arbitriū, tamen non poteſt contra expreſſam legem arbitrari, vt docui infra in capitu. 53. numero 36. ita quoque quātumuis habeat liberum arbitrium à lege in puniendo, debet tamē ſemper carere dolo, & fraude, per ea, quæ docui infra dicto capitu. 53. ſub numero 27. Ab omni enim ſpecie iudicum debet abeſſe fraus, & dolus, quia iudex dicitur bonus vir ſe* cundum communem * opinionem, de qua luculenter teſtatur Menoch. de arbitr. iud. in procemio nu. 9. & latè per Mantic. tractat. de coniectur. vltim. volunt. lib. 3. titu. 1. num. 17. Vnde concludo, quòd omnes pœnæ, ſtatutæ contra iudicem minuentem pœnam, expreſſam à iure ſine cauſa, habent locum etiam contra iudicem, habentem liberum arbitriū, qui dolosè arbitratur. Doloſum arbitrium dicetur in propoſito, quando iudex arbitratus fuiſſet per ſordes, ſeu inquam pecunia corruptus.

Si vero non habet annexum dolum, & tunc rurſus diſtinguo. Aut eſt contra naturalem, & apertam rationem, aut non. Si eſt contra naturalem, & apertam rationem, vtputa, quia iudex pro delicto, puniendo eius arbitrio, impoſuit pœnam longè minorem ea, quæ à lege pro ſatis minori delicto eſt impoſita. Tunc enim, ſuppoſito quòd delinquens nulla rationabili cauſa ſit excuſandus, illud arbitrium dicetur contra naturalem, & apertam rationem, ex quo non eſt ullo pacto regulatum à iure, quòd naturam imitatur, & naturalem rationem, cum ęquitate amplectitur, vt docui ſupra dicto cap. 53. ſub num. 26. 27. 29. & 36. in fine. Quare iſto caſu quāuis iudex non ſit in dolo, tamen eſt in lata culpa, & dolus re ipſa videtur commiſſus, vnde poſſet pœna ſuppleri ad inſtar arbitrij, ſeu laudi, lati in cauſa ciuili, à quo poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri, vt docui infra dicto ca. 53. ſub num. 26. & 37. An tamen hoc caſu arbitrium ſit ipſo iure nullum, vel fiſco concedenda ſit reſtitutio aduerſus rem iudicatam, hic non definio.

Si vero non eſt contra naturalem æquitatem, & tunc tota illa theorica ceſſabit, & pœna ſuppleri non poterit, ex quo ullo pacto reclamari non poteſt.

98 † Octaua, & vltima difficultas. Quæro incidenter, nunquid hodie omnes pœnæ ſint arbitrariæ? Reſpondeo, Maran. in ſuo Spec. par. 3. num. 82. tenet, quòd ſic, & allegat nonnullos, ſed tu poteris videre ſi placet, Moder. in q. crim. lib. 1. q. 17. nu. 7. vbi ad oſtendendam hanc concluſionē infinitos adducit, & nu. 10. concludit, eam eſſe veram, & commu* nem. * Ego tamen cenſeo hoc nō eſſe ſine aliqua diſtinctione, ſeu declaratione proferendum. Nam ſi delictum non habeat aliquam cauſam aggrauantē, vel exgrauantem ipſum delictum, & certa, & determinata pœna reperiatur impoſita à iure, tunc nullatenus dicetur arbitraria. Si vero delicto cohęreat aliqua cauſa, vel intrinſecus, vel extrinſecus, tunc pœna efficitur arbitraria circa illā cauſam, ſed non circa delictum. Finge enim, quòd ſuperueniat cauſa aggrauās enormitatem delicti, iudex certè cogetur neceſſario imponere pœnam ordinariā delicti, & ea maiorem iuxta qualitatem cauſæ aggrauantis. Vnde non habet omnino liberum arbitrium. Et hæ omnes difficultates tactæ ſint circa illud membrum, quando pœnæ vnius ſententiæ eſſet ſatisfactum, poſitum ſupra num. 81.

Si vero (& aggredior aliud) non eſt ſatisfactū, tunc rurſus diſtinguo, vel fuit condemnatus in contumaciam, vel non, ſi in contumaciam, rurſus diſtinguo. Vel eam purgauit, vel non, ſi purgauit tunc proceſſus iudicis præuenti debet ſilere per ea, quæ dixi ſupra numero 66. Si non purgauit, & tunc non

poteſt

poteſt vti beneficio illius condemnationis, & proceſſus, in quo eſt contumax, vt docui ſupra numero 68. Si vero non fuit condemnatus in cõtumaciam, nec ſit contumax, tunc ſilebit proceſſus ſecundi iudicis præuenti, quia ſi hoc procedit in eo, qui purgauit contumaciam, à fortiori procedet in eo, qui non eſt contumax. Et hæc dicta ſint quando reus reperitur condemnatus, ſeu punitus ab vno iudice tantum.

99 † Si vero reperiatur condemnatus à duobus iudicibus, quæro an ab vtroque poſſit puniri? Reſpondeo, Marant. in ſuo Specu. par. 6. de Inquiſit. numero 98. tenet, poſſe ab vtroque puniri, & ſic, bis exigi pœnam contumaciæ, allegans Bar. in l. ſepulchri. ff. de ſepul. viol. Sed deinde, ſe bene declarat. Tu diſtingue: Aut loquimur de pœna principalis delicti, & dico, quòd inter has punitiones dabitur locus præuentioni ita, vt ſi fuerit vno loco ſufficienter punitus, non poſſit alibi puniri, quia repugnant omnia iura mundi. Neque obſtat contumacia, quia non operatur aliud, quàm fictam confeſſionem, vt latè docui infra in capitu. 97. numero 28. in fine, & ſequen. Sed eſto, quòd reus vtroque loco verè faſſus ſit delictum, tamen non eſſet propterea de eodem delicto bis puniendus. Aut loquimur de pœna quæ eſt impoſita pro contumacia, ſeu inquam ratione contumaciæ, prout ſeruatur in regno propter conſtitutionem, grandis vtilitas, quæ punit contumacem in tertia parte bonorũ mobilium, licet Maran. in ſuo Spec. dicta par. 6. membro 2. iudicij malè alleget conſtitution. pœnam eorum, & ritum, ſiue quis ſit fortè bannitus. ſed animaduerte, quia dicta conſtitutio. grandis, loquitur in delictis, pro quibus delinquens venit puniẽdus capitaliter, & ſupra relegationem. In terra tamen Auezani, vbi fui Gubernator vltra prædictam pœnam tertię partis bonorum mobilium, punitur pœna triginta duorum Carolenorum, & iſta habet locum in delictis, quæ veniunt punienda infra relegationem, vt hęc omnia docui infra . . . . Et tunc iſta pœna contumaciæ poterit vtroque loco exigi; quia ſunt duæ contumaciæ. Et hæc dicta ſint circa iuriſdictionem iudicis laici.

100 † Modo quoniam vterque horum iudicũ, videlicet eccleſiaſticus, & ſæcularis cognoſcit tam ciuiles, quam criminales cauſas incidentes ſub ſua iuriſdictione, & in ciuitatibus magnis, qualis eſt Vrbs, vnus iudex non poteſt omnes cauſas audire, ideo ſolent illis deputari Locatenentes, alter ſcilicet in ciuilibus, alter vero in criminalibus, prout deputantur Auditori Camere, Vicario, & Gubernatori, & quandoque ſolent ipſi aſſumere non Locatenentes, ſed Aſſeſſores, vel Auditores. Item quia quandoque ipſimet iudices ordinarij, vel ſunt partibus ſuſpecti, vel abſentes, vel ignaui, ſolent dari iudices delegati. Et hi ſunt in duplici differentia. Alij enim delegantur ad vnam tantum cauſam, alij vero ad vniuerſitatem cauſarum, idcirco operæ precium eſt de his etiam nonnulla verba facere, Siquidem eorum quoque iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, ita vt vni non liceat falcem apponere in meſſem alterius, aliàs iudicium redderetur inutile, & nullum.

De iuriſdictione Locatenentium, ſeu Vicariorum. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 Locatenentium, ſeu Vicegerentium, & Vicariorum eſt triplex ſpecies.

2 Locumtenens ſubſtitutus à lege ſine facto hominis qualis eſt Archidiaconus: Item Locumtenens ſubſtitutus ab ipſo Principe poſſunt facere ea omnia, quæ poſſunt facere ij in quorum locum ſubſtituuntur.

3 Locatenentes, ſeu Vicarij ſubſtituti ab ipſo Principe gaudent iiſdem priuilegijs, quibus fruuntur illi, quorum ſunt Locatenentes, & Vicarij.

4 Locatenentes, ſubſtituti à Principe poſſunt procedere ad executionem mortis naturalis, ſi ad eam poſſunt procedere ij, quorum Locatenentes exiſtunt.

5 Iudices in Romana Curia, & ſimiliter in Ducatu Mediolani non procedunt ad executionem mortis, ſeu abſciſſionis membri inconſulto Pontifice, & Senatu.

6 Vicarius conſtitutus ab Epiſcopo differt ab Archidiacono quoad iuriſdictionem, & propterea de vno ad alium non tenet argumentum.

7 Locatenentes Principis habent iuriſdictionem ordinariam.

8 Papa eſt Vicarius, & Locumtenens Chriſti.

9 Legati de latere ſunt Locatenentes Papæ in prouincia vbi ſunt legati.

10 Vicerex Neapolis eſt ibi Locumtenens Regis Hiſpaniarum.

11 Viceduces, Vicecomites, & ſimiles officiales Baronum habent iuriſdictionem ordinariam.

12 Vicarius generalis Epiſcopi habet iuriſdictionem ordinariam, quia quam poteſtatem habet Baro in Baronia, habet Epiſcopus in Diœceſi.

13 Vicarius foraneus, ſeu ruralis eſt delegatus, & propterea non habet iuriſdictionem ordinariam.

14 Vicarius generalis non determinat cauſas criminales, niſi ſibi ſpecialiter delegentur.

15 Vicarius Epiſcopi poteſt diſpenſare cũ ſpurijs quoad minores ordines quando ſibi fuit conceſſa facultas diſpenſandi cum naturalibus quoad minores ordines, cum clauſula, quòd poſſit facere maiora expreſſis etiamſi ſpecialiter mandatum requirerent.

16 Iudex ordinarius poteſt ſibi Locumtenentem conſtituere iuxta facultatem ſibi à Principe conceſſam, qua facultate circunducta, poteſt illum ſibi ſubſtituere in cauſis ciuilibus, & in criminalibus etiam, ſed citra realem executionem pœnæ ſanguinis.

17 Locumtenens ſubſtitutus à iudice ordinario poteſt delinquentes condemnare ad pœnam vltimi ſupplicij in contumaciam.

1 LOCATENENTIVM, † ſeu Vicegerentium, & Vicariorũ eſt triplex ſpecies, prima eorum, qui ſubſtituuntur ipſo iure à lege ſine facto hominis, talis eſt Archidiaconus, qui abſente Epiſcopo, eſt ipſo iure Vicarius Epiſcopi capitu. 1. de offi. Archid. Secunda

Secunda species est eorum, qui substituũtur ab eodem Principe, seu inquam superiore, à quo fuerunt constituti ij, in quorum locum ipsi substituuntur. Et de his loquitur tex. in l. 1. & 2. C. de offi. eius, qui vic. alt. ger. & l. 1. §. à præfectis. ff. de legat. 3. Tertia species est eorum, qui substituuntur ab ipso iudice ordinario, & de his loquuntur textus in l. obseruare. §. fi. & l. aliquando. ff. de off. Procons. & in §. id hoc prohibemus. Auth. de collat. & in Auth. vt nulli iudic. in princ. Si tamen has species Vicariorum, seu Locatenentium vberius videre libeat, legito Federic. de Senis consil. antepenult. Ioan. de Lign. in clem. 1. & ibidem Cardin. in 3. quæst. de offic. Vicar. Ioan. de Imo. in clem. 1. col. 1. de præben. Petr. de Anchar. & Gem. in ca. super eo. de præben. in 6. Abb. Felyn. & Modern. in c. postulasti, de rescrip. eundem Abb. in c. extirpandæ. §. quia verò, col. 3. de præben. Alex. de Imo. in Rub. ff. de offi. eius, & Ludo. Rom. consil. 59. ad quos se remittit Zilet. in suis addit. ad practicam Papiens. in forma libelli actionis realis in glos. nec non domino Vicario fol. mihi 25.

2 † Si nos sumus in prima, vel in secunda specie, videtur dicendum, quòd Locatenentes possint facere ea omnia, quæ possent facere ij, in quorum locũ substituuntur, præterquam imponere realem executionem mortis naturalis, seu mutilationis alicuius membri. glo. in d. l. 2. C. de off. eius, qui vic. alt. gerit, quæ gl. est communiter * approbata, vt tradunt August. in suis addit. ad Ang. tracta. de malef. in verbo. Hæc est quædam sententia sub num. 2. versus fin. Boss. tract. crim. tit. de sentent. sub nu. 22. & Albert. in l. placet, sub num. 3. C. de pedan. iud. quem refert Clar. lib. 5. recept. sent. quæst. 40. vers. sed nunquid. Et quod dicta gl. in l. 2. sit verior, testatur idem August. vbi supra, dicens, quòd d. l. 2. loquitur de subrogato à Principe, & quòd hæc est vera cõclusio, quia ille titulus, de off. eius, qui vic. alt. ger. loquitur de Vicegerente constituto ab vniuersitate, seu superiore. Cæterum, reprobata illa glo. & quicquid iactanter contra Ang. & alios dixerit August. loco citato, qui etiam se inuoluit, vt dicit Boss. dicto titu. de sent. sub num. 22. vera opinio est in contrarium, quòd præfati Locatenentes in prima, & secunda specie, possint ea omnia, quæ possent ij, in quorum loco substituuntur, & ideo possint etiam deuenire ad executionem mortis naturalis, vt distinguendo tradunt Ang. in dicto verbo. Hæc est quædam sententia, nu. 1. in fi. & Boss. dicto tit. de sent. sub num. 22. dicens, quòd contraria opinio sibi videtur absurda. Et quòd hęc sit vera, & communis, * reprobata opinione glossæ, testatur Marant. in suo Specu. par. 4. distin. 5. num. 20. & quòd seruetur in practica testatur Boss. loco citato, quem refert, & sequitur Clar. dicta quęst. 40. versiculo, sed nunquid, versus fin. & propterea isti Locatenentes habent ordinariam iurisdictionem ad tradita per Alexand. in Rubric. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdict. Et hoc secundum Marant. dicta
3 distinct. 5. num. 9. non habet dubium, † & tota hæc conclusio confirmatur ex his, quæ tradit Franc. Pegna, in comment. ad Director. Eymer. part. 3. commen. 54. §. si de primo. vbi tradit, sententiam communi * grauium Doctorum voto receptam esse, ꝙ Vicarij substituti à principe gaudeant ijsdem priuilegijs, quibus fruũtur illi, quorum sunt vicarij, quod
4 idem denuo confirmat. §. sequen. † Quare inhæreas firmiter huic conclusioni, quòd substituti à Principe possunt procedere ad executionem mortis naturalis, si hanc facultatem habeant ij, quibus substituun-
5 tur. † Verum de consuetudine hic in vrbe, neque substituti, neque ipsi ordinarij procedunt ad executionem mortis, aut abscissionis membri, inconsulto Pontifice, & hæc consuetudo seruatur etiam in Ducatũ Mediolani, vbi similiter, neque Vicarij, neque Ordinarij procedunt ad prædictarum pœnarum executionem, nisi facta fuerit prius relatio in Senatu, vt refert Clar. dicta quæst. 40. versicul. sed nunquid, in fi. Et nota quòd dico, ad executionem, quia ad condemnationem in contumaciam possunt omnes procedere.

Remanet tamen vna difficultas, quia Vicarius Episcopi non cognoscit causas criminales, nisi sibi specialiter delegentur, vt dixi infra num. 14.

Ergo si Archidiaconus est Vicarius Episcopi ex dispositione iuris iuxta dictum cap. 1. de offi. Vicar. sequeretur, quòd non posset cognoscere causas cri-
6 minales, & alia facere, quæ posset Episcopus. † Responde, quòd non tenet consequentia, quia argumentũ procedit in Vicario constituto ab Episcopo, non in constituto à lege, qualis est Archidiaconus.

7 † Si vero sumus in tertia specie, & tunc est distinguenda qualitas iudicis ordinarij: Aut enim loquimur de ipsis Principibus, qui sibimet ipsis Locatenentes constituunt: Aut de alijs inferioribus. Si de principibus, & tunc dico, quòd eorum Locatenentes habent ordinariam iurisdictionem, & tantam, quanta colligitur ex tenore facultatis ipsis concessę, & hæc conclusio non habet difficultatem, quia Princeps creat iudices ordinarios etiam respectu vnius territorij, iuxta ea, quæ dixi infra cap. 16. num. 5.

8 † Huiusmodi Locatenẽtes possent existimari Pa-
9 pa, qui est Vicarius, & Locumtenens Christi. † Item legati de latere, qui sunt Locatenentes ipsius Papæ in ea Prouincia, vbi sunt legati, & habent ordinariã iurisdictionẽ. c. sua nobis. & ibi Doc. de off. Vic. quẽ text. ad hoc ponderat Marant. in d. dist. 5. sub nu. 9. & bene ostendit Spe. lib. 1. part. 1. tit. de legato, §. superest, nu. 37. vers. & ꝙ legatus, & titu. de off. ord. in
10 prin. nu. 6. † Huiusmodi potest etiam reputari Vicerex Neapolis, qui potest eo loci reputari Locumtenens Regis Hispaniarũ, & alij similes. Vnde Capitaneus guerræ, qui esset ẽt Locumtenens Principis, quia posset oĩa sicut ipse Princeps, posset ẽt facere pacẽ. Ias. in l. conuentionem, sub num. 7. ff. de pact.

Si loquimur de alijs inferioribus, & tunc rursus distinguo. Vel iste inferior est Dux, Marchio, Comes, seu Baro, vel est iudex ordinarius tantum sine
11 alia dignitate. † Si est Dux, seu Comes, & tũc similiter dico, ꝙ eorũ Locatenentes, qui dicunt Viceduces, seu Vicecomites, & similes habebũt iurisdictionẽ ordinariã, ex tenore priuilegiorũ ipsis Ducibus, & Comitibus cõcessorũ secundũ Maran. dicta dist. 5. sub nu. 10. vbi allegat And. de Isern. in constit. In locis Demanij la 1. qui etsi loquat̃ simpliciter, ꝙ Baro potest facere iudicẽ ad ius reddendum, tñ debet

12 intelligi de iudice ordinario.† Eadem ratione idem reſpondendum eſt de Vicario generali Epiſcopi: quia Epiſcopus æquiparatur Duci, ſeu Baroni, ſecundum Bart. & Alex. in l. ſtipulationum aliæ.ff.de verborum obliga. alter num.4. alter vero num. 13. Quam enim habet poteſtatem Baro in Baronia, habet Epiſcopus in Diœceſi,vt tradit Maran. loco citato,num.13.in fine,& colligitur ex tenore Bullarũ: ex his infero concluſionem,quòd Vicarius Epiſcopi habet ordinariam iuriſdictionem A. M. Papaz. in ſuis addit.ad Rot.deciſ.1. aliàs 47.num.2.de offi.
13 Vicar.in nou.† Limitatur tamen,ſeu declaratur dupliciter,primo, vt procedat ſolum in Vicario generali,non autem in Foraneo, ſeu Rurali, qui dantur in vna terra Diœceſis, vel in certa cauſarum ſpecie, quia hi ſemper ſunt delegati, gloſ.in clem.2.in verbo foraneo, de reſcript.Gemin.Felyn. & alij, quos refert,& ſequitur Marant.dicta diſtin.5.num. 14.&
14 Rot.diuerſ.deciſ.297.par.2.† Et ita declarata venit rurſus declaranda, vt procedat ſolum reſpectu cauſarum ciuilium, non autem criminalium, quas ipſe Vicarius generalis decidere non poteſt,niſi ſibi ſpecialiter delegentur ab Epiſcopo capit.2.de offi.Vic. in 6.& tradit Abb.in cap.tua eod.extra.Et quòd ita ✻ ſe habeat communis ✻ obſeruantia refert, & ſequitur Clar.libro 5.recept.ſent.quæſt.40.in fin.Aduerte tamen, quia licet non poſſit culpabiles criminaliter punire, poteſt tamen cognoſcere, & repertos mittere ad Epiſcopũ,qui puniat. Rota deciſ.2. aliàs 66.de offic.Vic.in nou.Criminum igitur punitio nõ comprehenditur ſub generali conceſſione, Maran. loco allegato num.16.& multa alia ſunt,quæ Vicarius facere non poteſt, niſi ſibi ſpecialiter delegen-
15 tur.† Quare ego aliàs interrogatus à quodam erudito,ac eleganti iuriſconſulto,qui fuerat meus præceptor in almo Vrbis gymnaſio: Nunquid Vicarius Epiſcopi poſſet diſpenſare cum ſpurijs, quoad minores ordines, quando ſibi conceſſa fuit facultas diſpẽſandi cum naturalibus,quoad minores ordines, cum clauſula, quòd poſſit facere maiora expreſſis, etiam ſi ſpeciale mandatum requirerent. Reſpondi, quòd ſic, quia vigore dictæ clauſulæ. *Quòd poſſit facere maiora expreſſis*, poterit ad inſtar procuratoris ſpecialis facere omnia alia ſpecialia, ex quo poſt expreſſionẽ vnius ſpecialis, ſequitur clauſula generalis,ita tradunt gloſ.in cap. licet, in verbo committatur,de offic.vica.in 6.& Mar.Ant.Cucch. Inſtit.maio.lib.2.tit.8,de Vicar.num.71. vbi tradit, quod ſi Epiſcopus,dum generalem Vicarium conſtituit,poſt generale mandatum, aliqua ex his,quæ ſpeciale mandatum requirunt,nuncuparit:ſubiecta mox illa clauſula generali.*Et omnia alia, quæ ſpeciale mandatum exigerent*. Vicarius habet poteſtatẽ omnium,quę nominatim mandari debuiſſent,quãuis expreſſa non ſint,ſecus quando nullum ſpeciale foret expreſſum. Nec obſtat ſi dicatur, poſſe facere ſimilia, & minora expreſſis, vt notat quædam apoſtilla ad dictam glo.in verbo committatur,quia vltra prædicta reſpõdetur,quòd in caſu quæſiti expreſſe conceſſum eſt, vt poſſit facere etiam maiora expreſſis,& licet non eſſet expreſſum, adhuc tamen poſſet.Et hæc obiter,& præter operis ſcopum dicta ſint de Vicario Epiſcopi, cum non ſit præſentis indaginis agere de foro Eccleſiaſtico, niſi in ordine ad cognoſcendam iuriſdictionem iudicis laici, & Inquiſitoris.

16 † Si vero eſt iudex ordinarius tantum ſine alia dignitate,& tunc rurſus diſtinguo, vel iudex habet facultatem à ſuperiore ſubſtituẽdi Vicarium, ſeu Locumtenentem,vel non: Si habet facultatem, poterit conſtituere ſecundum facultatis tenorem,prout facultatem hanc habent Auditor Cameræ,& Gubernator Vrbis. De Auditore Cameræ patet in facultatibus, conceſſis à Gregor. XIII. Illuſtriſſ. Cardinali Mattheio, tunc temporis Auditori Cameræ, quarum tenore poterit cognoſcere,& decidere per Locatenentes omnes cauſas,& eo modo,& forma, quibus poſſet ipſemet.Vnde tam Locatenentes ipſius, quã Gubernatoris Vrbis poſſunt ſuis proprijs nominibus proferre,& ſubſcribere quaſcũque ſententias.Quòd ſi facultatis tenor ſit obſcurus,intelligi debet ciuili modo,& prout ius ipſum concederet, quaſi nihil noui ſibi ſit cõceſſum,vt ex Put.referũt, & ſequuntur Boſſ.tract.crim.tit. de ſent.num. 23.& Maran.in ſuo Spec.par.4.dicta diſt.5. ſub num. 21.

Si verò non habet facultatem ſubſtituendi, con✻ ueniunt omnes,* quòd poſſit conſtituere Locumtenẽtem in cauſis ciuilibus,& criminalibus etiam, ſed citra realem executionem pœnæ ſanguinis, & hæc facultas ſubſtituendi tunc conceditur, quando iudex eſſet,vel infirmitate, vel abſentia impeditus:vt tradit etiam Pegn.in commen.ad Directo.Eymer. par.3.comm.61.§.ſed iam percurramus. Hi tamen Locatenentes,ſubſtituti ab ipſo Prætore, non gaudebunt ijſdem priuilegijs, quibus gaudent ipſi Prætores,Iudicesque ordinarij ſubſtituentes, Pegn. dicta par.3.commen.54.§.ſi de primo,& §.ſeq.Nunquam enim tantus honor debetur ſubſtituto, quantus debetur ſubſtituenti, Iaſon.in l. ſed & ſi hoc. §. prætor ait,num.6,ff. de in ius voc. Sit igitur concluſio,quòd poſſunt ſibi conſtituere Locatenentes, qui poterunt facere omnia, quæ poſſunt ipſi ordinarij, præterquam imponere executionem vltimi ſupplicij, ſeu mutilationis membri: ita diſtinguendo tradunt Ange. tractat. de malefic. in verbo . Hæc eſt quædam ſententia num. primo. Boſſ. dicto titulo, de ſentent. num. 21. cum ſequen.Marant.dicta diſtinct. 5. num. 21. & Clar. libro 5. recept. ſentent. quæſt. 40. verſiculo. ſed nunquid, quos retuli ſupra ſub num. 2. Et ita procedat additio Manſuerij ad practicam Papienſis in forma libelli actionis realis in glo.Nec non domino Vicario.in verbo, Vicarius,vbi allegat Lanfr.Balb.concluſ.50. folio mi-
17 hi 25.† Dixi, exceptiuè: præter executionem vltimi ſupplicij, aut membri mutilationis, quia (& in hoc eſt animaduertendum) iſti Locatenentes poſſunt, Præſide abſente, delinquentes condemnare etiam ad pœnam vltimi ſupplicij in contumaciam, vt bene admonuit Ang.dicto verbo. Hæc eſt quædam ſententia. nume. 1.& poſt eum Boſſ.dicto titulo,de ſenten.num.24.& iuxta prædicta practica ferendi ſententias criminales eſt, vt ferantur ſub nomine Iudicis Ordinarij,de conſilio tamen Aſſeſſoris, vt per eundem Ange. loco citato ſub num.2.

quia

quia cauſæ criminales regulariter delegari nõ poſſunt, Clar. dicto lib. 5. recept. ſent. q. 41. & attende, quòd ſubſtituti ab ordinario non ſunt ordinarij, ex quo iudex ordinarius creatus non poteſt creare aliũ ordinarium. Quare dicimus, quòd Vicarius non poteſt ſubſtituere alium Vicarium, Hoſt. in c. clericos, de offic. Vicar. poteris tamen hoc intelligere, prout intelligit Maran. dicta diſt. 5. num. 17. & nu. 18. in fi. Et hæc dicta ſint de Locatenentibus in vniuerſum. Modo, quia iudex quandoque habet duos Locatenentes, vel in vna ciuitate reperiuntur duo Iudices, alterum in ciuilibus, alterũ in criminalibus, & quandoq; habet ſolum Aſſeſſorem, vel Auditorem, ideo de ſingulis breuiter agamus.

De Locumtenente, ſeu Iudice in Ciuilibus, de Locumtenente in Criminalibus, de Aſſeſſore, & de Auditore. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Locumtenens, ſeu Iudex in ciuilibus præeſt cognitioni cauſarum ciuilium, & de criminalibus ſe nõ intromittit, & vbi ſe intromitteret iudicium redderetur nullum.*
2 *Locumtenens in Ciuilibus poteſt cognoſcere de cauſa criminali, quæ eſſet conſecutiua ad Ciuilem.*
3 *Locumtenens in Ciuilibus, ſi ſit totaliter incompetens, non cognoſcit de criminali, quamuis illa ſit cõſecutiua ad ciuilem.*
4 *Locumtenens in criminalibus, qui dicitur latrunculator, cognoſcit de cauſis criminalibus, & nõ ſe intromittit de cauſis ciuilibus, niſi incidenter, & conſecutiuè.*
5 *Aſſeſſor dicitur conſiliarius, & nõ habet iuriſdictionem, vnde differt à Locumtenente, & Vicario.*
6 *Laicus poteſt eſſe Aſſeſſor Epiſcopi, ſed nõ Vicarius.*
7 *Auditor quis ſit, & quale ſit ipſius officium.*

1 LOCVMTENENS, ſeu † iudex in ciuilibus eſt is, qui præeſt cognitioni cauſarum ciuilium, & criminalium, ciuiliter motarũ; & ideo ei⁹ iuriſdictio eſt ſeparata ab imperio, & ad cauſas criminales ſe non extendit ad notata in l. Imperium. ff. de iuriſd. omn. iudi. & docet in facto Gandi. tractat. de malef. Rubr. de aliquibus quæſt. var. in malef. num. 11. quem referunt, & ſequuntur Vant. tract. nullit. Rubr. de nullit. ex defe. iuriſd. nu. 48. & Menoch. tract. de Arbit. iud. lib. 1. q. 82. nu. 8. & in tantum eius iuriſdictio diſiungitur à cauſis criminalibus, vt ſi quis coram eo ageret criminaliter, iudicium redderetur ipſo iure nullum, vt per Gand. vbi ſupra.

2 †Limita, ſeu declara prædictam concluſionem, vt non habeat locum, quando ageretur incidenter, & conſecutiuè: quia tunc iudex ciuilis poſſet cognoſcere de crimine, exempli gratia: Si teſtis examinatus in cauſa ciuili depoſuiſſet falſum, quia tũc iudex ciuilis poſſet cognoſcere de illa falſitate, & punire falſarium ſaltem pœna extraordinaria, vt docent, & exemplificant Vant. dicta Rubr. de nullit. ex def. iuriſd. ſub num. 48. Caroc. in reg cum quid prohibetur lib. 6. part. 1. limit. 6. num. 8. Menoch. dicta q. 82, num. 10. & quæſt. 91. in princ. & Modern. in q. crim, lib. 1. q. 1. num. 57. cum ſeqq.

3 †Limita rurſus, ſeu declara iſtam limitationem, vt non habeat locum, quando iudex ciuilis eſſet totaliter incompetens, vtputa, quia teſtis examinatus eſſet clericus, conſtitutus in ſacris: iſto enim caſu & ſi circumferantur tres opiniones: prima ꝙ poſſit puniri, & hanc tenuit gl. la prima, in l. nullum. C. de teſtib. ſecunda: ꝙ non poſſit puniri ad accuſationem partis, ſed ſolum ex officio, & in pena pecuniaria, & hanc tenuit Feder. de Sen. conſ. 93. factum tale, & hanc ſeruari in Francia teſtantur Guliel. de Bened. in repet. ca. Raynutius, par. 1. nu. 142. de teſta. & alij relati per Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 38. verſ. ſed hic quæro: His tamen duabus reprobatis, adducitur tertia opinio: ꝙ iudex laicus, nec corporaliter, nec pecunialiter, neque principaliter, neque incidenter poſſit
* clericum punire, & hæc eſt communis * ſecundũ Afflict. deciſ. 230. Vant. dicta Rubr. de nullit. ex def. iuriſd. nu. 50. Caroc. vbi ſupra, ampliat. 2. num. 17. & Clar. loco citato, & quoniã iſta opinio practicatur, & faciunt pro ea, quæ ſcripſi ſupra c. 11. ſub nu. 35. cum ſeq. ideo pluribus non inſiſto, illud ſolum moneo; ꝙ proceſſus, factus coram iudice ſeculari contra clericum, producitur in vim probationis contra clericum in Curia Epiſcopali, quę ſtabit illi proceſſui, & ſecundum illũ habet ſententiare: vide Thom. Triuiſ. deciſ. 8. lib. 2. vbi teſtatur, ita fuiſſe deciſum, ſed ego nihil hic firmo, ſi cupis ſcire ad quæ ſe extẽdat iuriſdictio iudicis cauſarum ciuilium ſecundum conſtitutiones Marchiæ, videto eas lib. 5. cap. 1.

4 †Locumtenens, ſeu iudex in criminalibus, qui peculiari nomine appellatur latrũculator, dicitur is, qui cognoſcit de cauſis criminalibus, & ad ciuiles ſe nõ extendit argumento l. ſolemnis. §. latrũculator. ff. de iudic. Vant. dicta Rubr. de null. ex def. iuriſd. nu. 47. Menoch. dicta quæſt. 82. & Rot. diuerſ. deciſ. 445. nu. 7. par. 1. Declaratur iſta concluſio, vt nõ habeat locum, quando incidenter, & cõſecutiuè veniret cognoſcendum de cauſa ciuili, Vant. & Menoch. in locis allegatis, & Caroc. in Regula. cum quid prohibetur lib. 6. par. 1. ampliat. 6. num. 8.

5 † Aſſeſſor, qui alio nomine vocatur Conſiliarius, eſt is, quem ille, qui habet poteſtatem iudicandi, ſibi aſſociat, vt ſibi in cauſæ cognitione aſſideat, vel aſſiſtat, & eum ad rectè decidendum cauſam inſtruat. l. 1. C. de aſſeſſor. Spec. lib. 1. part. 1. tit. de Aſſeſſore. §. Aſſeſſor. Quare accipitur à iudice non vt iudicet, ſed vt inſtruat Prætorem, qui quandoque imperitus eſt: vnde non habet aliquam iuriſdictionem, Io. de Amic. conſilio 109. num. 13. & ideo non poteſt mandare, vt quis torqueatur Feller. in pract. crimi. in verbo. Et ſi confitebuntur in tertia part. 3. par. num. 79. & Modern. in qq. crim. lib. 2. q. 38. nu. 109. eius officium eſt dare conſilium. vide Dec. in Rubr. ff. de off. aſſeſſ. Boſſ. tract. crim. tit. de ſentent. nu. 29,

& Ang.tract.de malef.in verbo. Hæc eſt quædam
6 ſententia,ſub num.2. † Et ſi vis melius cognoſcere, quòd Aſſeſſor non habet vllam iuriſdictionem, & differt à Locumtenente, ſeu Vicario, attende hoc, quòd laicus non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi,vt dixi ſupra in cap.11. ſub nu. 13. poteſt tamen eſſe Aſſeſſor,vt refert, & ſequitur Dec. dicta Rubr.de off. Aſſeſſor.in fine,& hæc ſufficiant.Cætera: nimirum à quo debeat eligi Aſſeſſor,qualis debeat eſſe, & alia ſimilia legite apud Spec.in loco allegato.

7 † Auditor eſt is, cui ab aliquo iudice aliquid de medijs cauſæ committitur, puta, aliquis certus articulus audiendus,vel examinandus: vide Spec.lib. 1.partic.1.tit.de Auditore,in princ.Et proprium officium Auditoris eſt exequi,quod mandatur. Quare Auditores ſacri Palatij Domini Papę in Curia Romana audiunt,& examināt eius vice cauſas,& deinde ei referunt.vide Spec.loco allegato. & quæ dixi infra, in cap.26.

De Inquiſitore Apoſtolico, eiuſque iuriſdictione. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Hæreſis cauſæ olim ſpectabant ad iudices ſæculares.*
2 *Hæreſis cauſæ de iure Pontificio ſpectant ad iudices eccleſiaſticos.*
3 *Iudex ordinarius cauſarum hæreticalium eſt Epiſcopus.*
4 *Munus cognoſcendi cauſas hæreticales fuit,vel propter Epiſcoporum abſentiam, vel varias curas eorum,demandatum Inquiſitoribus.*

1 QVAMVIS antiquitus † hæreſum cognitio ſpectaret ad iudices ſęculares,l.quicunque, & l.
2 cuncti.C.de hæret.† tamen ſtatutum fuit deinde à iure Pontificio, ꝙ ſpectaret ad iudices eccleſiaſticos. Ang. tract.de malefic. in verbo.Nec non ad denunciationem,nu.14. in fin. immo etiam de iure diuino ad eos ſpectaret, vt concludit Simanc.de Cathol.Inſti.tit.25.num.3.
3 † Quare ordinarius iudex cauſarum hæreticalium eſt Epiſcopus loci.Boſſ.tract. crim.tit. de hæret,nu. 10.Lud.Carrer.eod.nu.65.& Simanc.de Cath.Inſtit.tit.34.ſub num.11.Clar.lib.5.recept.ſent. §. hereſis,verſic.ſed quis inter.& Frāc.Pegn. ad Direct. Eymer.par.3.cōm.51.§.quod ſi quis.& præter Epiſcopum non datur alius iudex ordinarius,quàm Papa,qui eſt ordinarius ordinariorum, vt dixi c.ſeq.in princ.& ca.22.ſub num.4. Si quidem cæteri omnes quacunque præfulgerent dignitate, & prærogatiua etiam Cardinalatus dicerentur iudices delegati ip-
4 ſius Papæ.† Verum,vt totius rei ſeriem melius intelligas, debes ſcire, ꝙ hoc munus cognoſcendi de hæretica prauitate fuit poſtea vel propter varias Epiſcoporum curas,vel propter eorum abſentiam, vel ignauiam demādatum Inquiſitoribus, vt tradit Simanc.d.tit.25.nu.4. & ante eum Eymer. in Direct. Inquiſ.par.3.ſub nu.129.Rubr.Quæ damna ex Inquiſit.abſen.prouen.& ibidē Pegn.cōm.32. Qualiter aūt cęperit hæc iuriſdictio delegari,& committi Inquiſitorib. & an, & qn̄ ipſi Inquiſitores poſſint ſibi Vicariū,ſeu Cōmiſſariū ſubſtituere,& multa alia faciētia ad ꝓpoſitū docui inf.c.67.& hic nō repeto.

De iudice ordinario, & Delegato. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Omnis plenaria iuriſdictio radicata eſt apud Papā, & Imperatorē,& ideo ad eos ſpectat creare, & ſubſtituere iudices.*
2 *Duces,Comites,& alij non poſſent deputare iudices, niſi facultatem iſtam haberent à Papa, vel Imperatore,à quibus iuriſdictio profluit,& refluit, tanquā riuuli ad mare.*
3 *Rex Chriſtianiſſimus Franciæ,& Catholicus Hiſpaniæ,nunquid recognoſcant Imperatorem,vt eorum ſuperiorem.*
4 *Papa recognoſcitur veluti ſuperior non ſolum à Regibus,ſed etiam ab Imperatore.*
5 *Iudex ordinarius, quis dicatur.*
6 *Iudex delegatus quis dicatur.*
7 *Iudex delegatus eſt multiplex.*

1 DIXI ſuperius † ca.11.nu.5.ꝙ hodie ſupremi Principes,qui mundanam poteſtatē ſupra ſe non habēt, ſunt Pontifex,& Imperator, apud quos originaliter radicata eſt omnis plenaria iuriſdictio argumento legis primæ.ff.de cōſti. Princ.& ff.ad l.Iul.de ambit.& l.1.§. oīa enim meritò.C.de vet.iur. enucl. & tex.in ca.iudicibus.2.q.6. tradunt Bal.in l.1.col.fin.ff.de iuriſd.omn.iud.& Capic.deciſ.130.nu.26.cū ſeqq. & ideo ad eos ſpectat creare,ac ſubſtituere iudices.c.1.§.iudices, & ibi gl.
2 & Bal.de pac.iuram.fir.in vſibus feudorum.† Neq; obſtat,ꝙ etiā alij inferiores,quales ſunt Duces, Comites, Epiſcopi; & ſimiles, poſſint tribuere iuriſdictionem ordinariam,vt tradit Veſtr.in ſua prac. lib. 3.c.3.nu.2.& dixi latius ſupra ca.13.nu.11.quoniam reſpondetur iuxta illud Domini noſtri ad Pilatum in Ioan.19.*Non haberes aduerſus me poteſtatem vllam,niſi datum eſſet tibi deſuper*.Hos iuriſdictionē, ſi quam habent,accipere vel à ſummo Pōtifice,vel ab Imperatore,in quibus, vt dixi, radicata eſt, & à quibus profluit,& refluit tanquam flumina,& riuuli ad mare Bal.in l.de quibus.ff.de leg. & Ang.ī Rub. ff.de iuriſd.om.iud.referunt: Marā.in ſuo Spec.par. 4 diſt.5.nu.3.Vant.tract.null.Rubr. de null. ex def. iuriſd.nu.10.Foller.in pract.crim.in verbo. Audiantur excuſatores,ſub num.67.& Boſſ. tract. crim.tit. de for.compe.nu.77. Poſtquàm enim ab ipſis fluxit iuriſdictio, ad eoſdem via appellationis, nullitatis, querelæ,ſeu alterius recurſus refluit, ad tradita per Bal.in cap. vnico,§.ad hæc, colum. 2. verſicu. nota hic,de pac.iuram.firm.Alexan.conſil.24.libro 5.& Dec.conſil.537.libr.4. relati per Vant.dicto nu.10.

† An

3 † An autem Christianissimus Rex Franciæ, Catholicus Hispaniæ, & Rex Angliæ iurisdictionem recognoscant à Papa, & Imperatore, non sum hic disceptaturus: Doctores tamen, quicquid sit de iure, asserere videntur, quòd hi tres Reges non recognoscant Imperatorem, Ant. Gabr. in suis conclus. lib. 5. de acq. rer. dom. cap. 3. num. 3. cum seqq. & quòd Rex Francorum saltem de facto nõ recognoscat Imperatorem, vide Neuiz. cons. pen.
4 num. 3. † Cæterum quantum attinet ad Papam, is recognoscitur veluti superior, nõ solum à Regibus, sed etiam ab ipsomet Imperatore: nam vel loquimur in temporalibus, & tunc recognoscunt eum habitu, quæ quidem species recognitionis reducitur ad actum respectu omnium non recognoscentium superiorem, & etiam aliorum inferiorum, quando sunt negligentes, vt dixi inf. ca. 66. sub nu. 5. vel loquimur in spiritualibus, & recognoscunt eum etiam actu, & omnes indistinctè, vt dixi sup. c. 11. nu. 11. Firma ergo extat conclusio, quòd Pontifex, & Imperator creant iudices, verum quia omnes iudices ab ipsis creati, aut creãtur ordinarij, aut delegati, idcirco statui declarare breuiter, quis sit ordinarius iudex, & quis delegatus, & procedendo resolutiuè.

5 † Ordinarius iudex dicĩ is, qui iure suo, vel Principis beneficio vniuersaliter iurisdictionem exercere potest, seu est is, cui causarum vniuersitas est cõmissa. Spec. lib. 1. partic. 1. ti. de off. ord. in princ. Vel est is, cui iurisdictio alicuius districtus, seu territorij seu Prouinciæ, seu Ciuitatis, terræ, Castri, seu alterius loci attributa est. Maran. in suo Specu. d. dist. 5. nu. 2. Vestr. in sua prac. lib. 3. c. 3. Vant. tract. nulli. d. Rub. de null. ex def. iurisd. nu. 31. Bar. & communi-
* ter * cæteri legistæ in l. more maiorum, & in l. quia. ff. de iurisd. om. iud. & Canonistæ in c. quoniam. ne Prælat. vic. suas. Et si vis obiter scire, an iudex ordinarius, delegata sibi causa, quã ipse poterat cognoscere iure ordinariæ iurisdictionis, illam cognoscere debeat veluti ordinarius, vel vt delegatus, vel vt vterque simul, vide quę scribit Thom. Triuis. decis. 1. per totam, lib. 1. concludens, quòd debet procedere, tanquam delegatus.

6 † Delegatus dicitur is, qui ex alterius commissione alicuius causæ recipit iudicialẽ cognitionẽ, Spec. lib. 1. par. 1. ti. De iudice delegato. §. delegatus, nu. 1. vel dicitur is, cui aliqua causa, seu causarum species committitur, vt committẽtis vices gerat. Maran. d.
7 par. 4. dist. 5. nu. 4. † Et hic delegatus est duplex: vel enim delegatur ab Ordinario, vel à Principe: rursus omnis delegatus, vel delegatur ad aliquam speciem causarum, vel ad vnam tantum causam, & hi omnes delegati differunt ab Ordinario, & differũt etiam inter se, prout omnes differentias congessi in Manuale iuris. in verbo. Iudex delegatus, & necessarias opportunè docebo: interim poteris consulere Spec. d. tit. De iudice delegato per totum, & Marã. d. dist. 5. nu. 23. vsque ad fi. vbi enumerat 40. differẽtias. Et ex his habes omnes species iudicum secundum ius commune, & communẽ practicam totius orbis, reliquum modo est, vt breuiter agamus de iudicibus, qui resident hic in vrbe.

De Iudicibus in Romana Curia, & primo de concistorio. Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalium numerus hodie est definitus.*
2 *Cardinales conueniunt apud Papam, & faciunt ibi congregationem, quæ dicitur Concistorium.*
3 *In Concistorio eliguntur, & instituuntur Episcopi.*
4 *In concistorio disponuntur multa negotia grauia.*

DE potestate, gladio, & iurisdictione Papę, sufficiãt quæ obiter dixi sup. c. 11. Etenim cum de ea tractatũ ex professo sumere videatur non recti consilij stultè profectò agerem, si de ea præter instituti rõnem multa facerem verba; Dixi, non videri recti consilij, quia si monemur pauca de Principe loqui, de summo Pontifice monebimur nullum loqui, siquidem disputare de eius potestate se habet ad instar sacrilegij, quare si quid tibi occurrat videndum circa eius potestatem, vide peculiares tractatus F. Bartholomæi de Spina, Hieronymi Albani Cardinalis, Petri Albiniani, Ioan. à Capistrano, Francisci Vargas, & Mar. Ant. Cucch. Insti. maio. lib. 2. de summ. Põtif. De potestate œcumenici Concilij, & de causis cogendi illud, nullum prorsus verbum facio, quia non attingit scopum nostri tractatus, adeas vbi opus erit proprios tractatus, editos per Guliel. Durã. Thom. Campegium, Ioã. à Capistr. & M. Ant. Cucch. vbi supra, lib. 2. tit. 3. po
1 teris etiam videre Dec. cons. 151. vbi copiosè. † De Cardinalibus sciendum est, ꝙ eorum numerus paucior, vel minor pendebat ex solo arbitrio Põtificis: & secundum M. Ant. Cucc. vbi supra lib. 2. tit. 4. nu. 19. non deberet esse minor septuaginta, & duobus, quia totidem erãt discipuli Domini. Hodie per cõstitutionem, seu Bullam Sixti V. incipientem. postquam. §. de prędictorum. Sub dat. Romę anno Domini 1586. 3. nonas Decembris, anno secũdo eius Pontificat. est determinatus, vt non excedat septuaginta, & horum possunt esse quatuordecim Diaconi, sex Episcopi, & reliqui quinquaginta Presbyteri. Horumque Cardinalium institutio videtur facta more eorum sacerdotum, qui in lege veteri appellabantur Sacerdotes Leuitici generis, de quibus in
2 Deute. 17. † Conueniunt semel in hebdomada, seu bis, aut rarius, & quandocunque summus Pontifex præceperit in Vaticano, vel alibi, vbi Pontifex residebit, & huic simultaneæ itioni, seu congregationi, q̃ Concistoriũ vulgo appellatur ipse summus Pontifex pręest tanquam capit, & Cardinales interue-
3 niunt, tanq̃ membra, † ibiq; eliguntur, ac instituuntur Prælati ad Ecclesias vacantes, si electio spectat ad Papã: sin minus, Electus ab alio ibi proponĩ, & instituitur. Et vbi fuerit propositus, & existant aliqui, seu aliquis oppositores, ij audiuntur, ac de pluribus inquirendo fit processus, quo fabricato, oĩa referunĩ deinde in eodẽ sacrosancto apostolico Senatu, illisq; relatis, habetur responsum ẽt per apo-

ſtolicam ſubſcriptionẽ, cuius quidem apoſtolici reſcripti, quomodo fiat expeditio non eſt noſtri inſti-
4 tuti. † In hoc quoque ſacroſancto Senatu diſponuntur omnia negotia, quæ ſpectant ad cultum, ad religionem, ad fidem, ad pacem populi Chriſtiani, & ad conſeruationem patrimonij. Et hæc primoribus labijs, vt aiunt, ſufficiat deguſtaſſe circa iuriſdictionem, quam ipſe Dominus Papa conciſtorialiter, & non per ſubdelegatos exercet.

De ſummo Pœnitentiario. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 Papa facultatem, quam habet ſoluendi, & ligãdi peccatores, exercet per vnum ex Cardinalibus, quẽ ratione officij appellamus ſummum Pœnitentiariũ.

RELIQVA negotia, & cauſas ſolet Papa audire, ac expedire per alios miniſtros, & iudices, vt totam ſeriem enarrat Caſſanę. in Catal. glor. Mund. par. 4. conſidera. 7. cum ſeqq. Ego autem de hac poteſtate, q̃ exercet per ſubſtitutos, & inferiores iudices breuiter nõnulla ſcribã.
1 † Poteſtatem igitur, quam habet ſoluendi, & ligandi ex ſucceſſione, & hæreditate Diui Petri, cui Chriſtus Saluator, & Redemptor noſter dixit, *Quemcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatus, & in cœlis, & quemcunque ſolueris erit ſolutus.*
Exercet ſubdelegatam per vnum ex Cardinalibus, quem officij ratione appellamus ſummũ Pœnitentiarium, de cuius poteſtate, & officio poteris legere Card. & alios, in clem. ne Romani, §. eo tamen prouiſo. de elect. & Gomeſium, qui quàm cæteri, vberius ſcripſit in libello, De poteſtate, & ſtylo officij ſacræ pœnitentiariæ, & aliqua tradit etiam Veſtr. in pract. lib. 1. cap. 2.

De Præfectis vtriuſque ſignaturæ, Cap. XIX.

SVMMARIVM.

1 Papa facultatem, quam habet reſcribendi ſuper his, quæ gratiam concernunt, exercet per vnum Cardinalem, quem Præfectum ſignaturæ gratiæ vocamus, & illam, quam habet ſuper his, quæ concernunt iuſtitiam, exercet per alium Cardinalem, quem vocamus Præfectum ſignaturæ iuſtitiæ.

1 ITEM poteſtatem † reſcribendi, tum ad ea quę gratiam, tum ad ea quæ iuſtitiam concernunt, exercet ſimiliter ſubdelegatam, vtramque per Cardinales, quorum eum, qui Prępoſitus eſt reſcriptis, habẽdis ſuper negotijs gratioſis, appellamus Præfectum Signaturæ gratiæ: alterum vero Præfectum Signaturæ iuſtitiæ, de quorum officio ſufficiant quæ dixi infra cap. 64.

De Vicecancellario. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 Vicecancellarij poteſtas circa quæ verſetur.
2 Vicecancellarius quare ſic vocetur.

1 ITEM poteſtatem quam † habet in expediendis literis de rebus eccleſiaſticis vniuerſi orbis exercet hodie per vnum ex Cardinalibus, quẽ vocamus Vicecancellarium, & hic ex communi omniũ Curialiũ reputatione eſt primarius dignitate, auctoritate, & vtilitate, quia eſt
2 Præſes iuſtitiæ. † Et dicitur Vicecancellarius, quia ſolus Papa in Eccleſia Dei eſt Cancellarius: ſicuti enim Moyſes in Regno, & ſynagoga Iudæorum pro Deo verus Cancellarius fuit, ſic in Eccleſia Dei ſolus Papa. Vnde Cardinalis, qui gerit vicem Papæ Cancellarij, appellatur Vicecancellarius. Et hinc apparet quantum allucinentur Cardin. Zabarel. Caſſan. in Catal. glor. Mundi. par. 4. conſid. 13. & omnes alij, qui eum ſecuti ſunt in dicta clem. Ne Romani, dum arbitrantur, ideo vocari Vicecancellarium, & non Cancellarium, quia quandoque ſuperiori ſæculo contenderit, ſe parem eſſe Papæ, & tunc ſtatutum fuiſſe, quòd appellaretur Vicecancellarius: hoc enim eſt ſomnium quoddam, vt bene animaduertit Gomeſ. in procemio Regul. Cancella. & poſt eum Grauat. in annot. ad pract. Veſtrij, lib. 1. cap. 4. nu. 11. De iuriſdictione Vicecancellarij, quæ magna eſt, legite etiam Veſtr. d. cap 4. & nonnulla de eiuſdem iuriſdictione in materia reſcriptorum ad lites, ſcripſi infra cap. 64. ſub nu. 20. verſic. Hæc commiſſio.

De Camerario, Clericis Cameræ, & vtroque Theſaurario. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 Camerarij, & Clericorum Cameræ iuriſdictio circa quæ verſetur.
2 Camerarius, & Clerici prædicti habent iuriſdictionem, etiam Sede vacante.
3 Camerarij officium non expirat morte Pontificis, ne pauperes, qui alendi ſunt, interim fame pereant.
4 Camerarius quomodo reſcribat in negotijs ſui officij.
5 Clerici Cameræ omnia expediunt collegialiter, & dicuntur procuratores patrimonij Beati Petri.
6 Theſaurarius generalis expedit etiam multa negotia, ſpectantia ad redditus, & ærarium Cameræ.

ITEM

1 ITEM poteſtatem,† quam habet circa regimen,& ornatum Vrbis, totiusq; ſtatus Eccleſiaſtici in temporalibus, & circa vniuerſum ærarium, patrimoniū, publicas functiones, vectigalia, publicam annonam, & deputationem officialium Vrbis, exercet ſubdelegatam per vnum ex Cardinalibus, qui vocatur Camerarius, & per quoſdam alios Prælatos, qui vocantur clerici came
2 ræ Apoſtolicæ, † & hi habent iuriſdictionem nō ſolum Pontifice viuo, vt dictum eſt, ſed etiā Sede vacante, M.Ant.Cucc.Inſt.maio.lib.4.ti.2. nu.350. & dixi nu.ſeq.& præſunt exactioni pecuniarum cameræ Apoſtolicæ debitarum, necnon prouiſionibus ratione Sedis vacantis neceſſarijs, à ſolutione tamen,
3 ſeu nouatione abſtinent. † De officio, ac dignitate Camerarij ſcribunt nonnulla Card.Zabarel. & Bonifac. Vital.in clem.ne Romani.§.de eo tamen, de elec.vbi poſt glo.in verbo. Camerarium, illud inter cætera tradunt, ꝙ ad Camerarium pertinet eccleſię redditus pauperibus erogare. vnde eius officium, vt dixi, morte Pontificis non finitur d.§. eo tamen, ne interim pauperes, qui alendi ſunt, fame perirent, ca. paſce, diſt.86. & ne etiam eccleſiæ redditus negligātur, ſine quibus ſpiritualia diu eſſe non poſſunt, ca.ſi quis abiecerit.1.q.3.& c. cum ſecundo, de præben. & tradit Caſſanæ.in Catal.glo.mun.part.4.cōſider.
4 14.in fin.† Et in negocijs, ſuper quibus reſcribit, reſcribit ex voto, & decreto clericorum Cameræ, vel quandoq; à ſeipſo, & tunc reſcribit ſub aſſertione, ꝙ Papa ſibi illud cōmiſerit viuo vocis oraculo, cui quidem aſſertioni creditur, ex quo aſſerit de re ſpectante ad ſuum officiū. vide Veſtr.in prac.lib.2.c.2.
5 † De clericis Cameræ illud ſilentio non prætereo, ꝙ nihil expediunt priuatim, ſed omnia collegialiter, & dicūtur Procuratores patrimonij B.Petri, rerumq;
6 omnium totius ſtatus eccleſiaſtici. † Multa quoque negocia ſpectantia ad redditus, & ærariū Cameræ expedit per Theſaurarium, vnde Theſaurarius appellat, & ad differentiam Theſaurarij ſecreti dicimus theſaurarium generalem. Et hæc de primarijs miniſtris Pontificis dixiſſe ſufficiat. Nūc agamus de iudicibus, qui p̄ſunt dirimendis controuerſijs, coertioni que, ac punitioni flagitiorum, & exceſſuum.

De Auditore Cameræ. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 Auditoris Cameræ facultates circa quæ verſentur.
2 Auditor Cameræ quos recurſus, & appellationes audiat.
3 Auditor Cameræ cognoſcit quoſcunque exceſſus, & delicta quantumuis grauia, commiſſa, vel in Vrbe, vel extra, & punit delinquentes vſque ad mortem naturalem incluſiuè.
4 Auditor Cameræ, nunquam habuit vniformem iuriſdictionem, ſed in dies ſemper auctam.
5 Auditor Cameræ reputatur iudex ordinarius.
6 Auditor Cameræ in quibus habeat iuriſdictionē delegatam, æquiparatam iuriſdictioni ordinariæ.
7 Auditor Cameræ reſpectu obligationum Cameraliū, quomodo habeat iuriſdictionem partim cumulatiuè, & partim priuatiuè, & vtrūque caput ſatis explicatur, vt indicant num. ſequentes.
8 Auditor Cameræ in obligationibus in forma Cameræ habet iuriſdictionem cumulatiuam, ſi procedatur via ordinaria.
9 Auditor Cameræ in obligationibus in forma Cameræ habet iuriſdictionem priuatiuam, ſi procedatur via cenſurarum, & in Vrbe.
10 Obligatus in forma Cameræ, ſi ſit perſona eccleſiaſtica, & conueniatur extra Curiam, debet cōueniri ſolum coram epiſcopo priuatiuè quoad alios iudices.
11 Obligatus in forma Cameræ, ſi ſit perſona laica, & cōueniatur extra curiam via cenſurarum, nunquid poſſit conueniri alibi, quàm coram ſuo Diœceſano.
12 Auditor Cameræ in obligationibus in forma Cameræ ſi procedatur ſine cenſuris habebat iuriſdictionē cumulatiuam.
13 Idem Auditor quoad iudices capitolinos habet iuriſdictionem cumulatiuā in obligationibus in forma Cameræ reſpectu ciuium Romanorum, & incolarū.
14 Præuentio inducitur ex parte actoris, & non rei.
15 Mandata executiua, relaxata per iudices capitolinos, ſeu per Vicarium Papæ non poſſunt exequi, niſi infra diſtrictum Vrbis, videlicet quadraginta milliaria, ſed relaxata per Auditorē Cameræ exequuntur vbique.
16 Auditor Cameræ habet iuriſdictionem cumulatiuā in cauſis criminalibus, quoad Gubernatorem, & alios iudices competentes.
17 Idem Auditor habet iuriſdictionem limitatā in cauſis criminalibus, quia nō exercet gladiū ſanguinis.
18 Idem Auditor ſecūdum Moderniores facultates habet maiorem iuriſdictionē hodie, quàm antea, quia de inſtrumentis, receptis in forma Cameræ, Guarētigiæ, Ripæ, & Ripettæ cognoſcit priuatiuè quoad alios iudices.
19 Iſta concluſio, quòd Auditor cognoſcat priuatiuè, limitatur primo, vt non habeat locum, quando proceditur via ordinarij iudicij.
20 Limitatur ſecundo, quando ageretur inter ciues Romanos, ſeu incolas.
21 Limitatur tertio, quādo ageretur de obligationibus, dependentibus à litibus, & cauſis introductis corā alijs iudicibus.
22 Limitatur quarto, quādo cauſa obligationis Cameralis ſpāliter à Papa delegaretur alicui alteri iudici.
23 Limitatur quinto, vt de conſuetudine, & reo non reclamante non procedat.
24 Auditor Cameræ ſolus procedit in obligationibus in forma Cameræ priuatiuè in ſingulis caſibus, quando agitur ad promulgationem cenſurarum.
25 Idem Auditor cognoſcit via recurſus, & appellationis de multis alijs cauſis.
26 Contrahentes in forma Came. poſſunt indiſtinctè ſe ſubmittere iuriſdictioni Auditoris Camer. quia is eſt delegatus Principis ad hanc ſpeciē obligationis,

& propterea contrahentes in ea non dicuntur prorogare iurisdictionem in Iudicem non suum.

27 *Contrahentes quomodo possint se submittere iurisdictioni iudicis non sui.*

28 *Obligatus in forma Cameræ, quia renunciat priuilegio fori, potest conueniri coram quocunque iudice.*

29 *Iudices extra curiam possunt uia executiua procedere super obligationibus in forma Cameræ receptis.*

30 *Iudicium potest finiri in alio loco, quàm vbi cœptum est, quando agitur de obligatione in forma Cameræ in qua non potest obijci exceptio litis pendentiæ.*

31 *Auditor Cameræ num possit in iuris subsidium excõmunicare obligatos in forma guarentigiæ.*

32 *Auditor Cameræ non deuenit ad fulminationem cẽsurarum, nisi in iuris subsidium.*

33 *Vicarius Papæ non procedit super obligationibus in forma Cameræ initis inter personas ecclesiasticas, item loca pia, eius iurisdictioni subiecta.*

34 *Auditor Cameræ habet iurisdictionem in omnibus delictis, quantumuis grauia sint, & siue fuerint cõmissa in Vrbe, siue extra, quam hodie exercet vsque ad mortem naturalem inclusiuè, dummodo sententiam sanguinis per seipsum non ferat.*

ORDINAVIT summus Pontifex etiã iudices qui dirimendis litibus, & iurgijs pręsint,† & inter eos,
1 vti primarium constituit eum, quem vulgo Auditorem Cameræ appellamus, qui est generalis Auditor ipsius Papæ, Camerarij, & omnium causarum ipsius Cameræ Apostolicæ. Item est solus executor literarum apostolicarum, & omnium censurarum, ac obligationũ in forma Cameræ: ei enim est ad partem concessus gladius spiritualis, cuius mucrone executiuè vtitur aduersus eos, qui prædictis literis, & obligationibus parere negligunt, aut se quo quomodo opponũt, vt patet ex facultatibus, dicto Auditori à diuersis Pontifi-
2 cibus concessis, & renouatis.† Audit etiam intra tẽporalem statum ecclesiasticum sine vllo speciali rescripto omnes recursus, & grauamina eorũ, qui appellant ad Pontificem, sicuti notauit etiam Vestr. in pract. lib. 2. cap. 4. sub num. 4. & denique in rebus ecclesiasticis, seu beneficiarijs potest quascunque appellationes, exceptis illis, quæ possessorium concernunt, de quibuscunque partibus etiam extra statum Ecclesiasticum recipere, & admittere, & illis receptis, procedere ad expeditionem causæ. Eas tamen admittet modificatiuè in hunc modum: Quatenus à diffinitiua sententia, vel vim diffinitiuæ habente, appellatum extiterit, vt disponitur in Bulla 74. Pij Quarti, & in reformatione Tribunalis Auditoris Cameræ per Pium V. die 4. Decembris 1570.

A prædicta facultate recipiendi appellationes animaduerte, quòd excipiuntur appellationes, interpositæ à sententijs, seu grauaminibus, illatis per Gubernatorem Vicarium, & Senatorem Vrbis, vt patet ex facultatibus supra citatis, & notat Vestr. in pract. lib. 2. cap. 4. sub num. 4.

3 † Audit etiam, ac definit super quibuscunque delictis, & excessibus quantumuis enormibus, & grauibus, siue commissa sint in Vrbe, siue extra. Et licet superiori tempestate procederet tanquam iudex ecclesiasticus, infligendo solum pœnas ecclesiasticas, & pecuniarias, & vbi cognoscebat, imponendas esse corporales, seu sanguinis, remitteret reos ad Gubernatorem, tanquam executorem brachij secularis, & gladij ecclesiæ temporalis, vt dicit Vestr. d. c. 4. sub num. 4. versus finem. & erat dispositum in literis Iulij II. super distinctione iurisdictionũ, & tribunalium ad finem statutorum Vrbis fol. 37. hodie tamen condemnat etiam ad mortem naturalem inclusiuè, exercetque gladium temporalem cum sanguinis effusione, vt dixi in fine, num. 34.

4 † Et in prædictis causis retroactis temporibus nõ habuit tantam iurisdictionem, quantam habet hodie, siquidem ex auctione pretij processit etiam incrementum iurisdictionis, & nunquam habuit vniformem iurisdictionem. Nam in quibusdam casibus videbatur habere cognitionem ordinariam, in quibusdam vero delegatam, similem tamen iurisdictioni ordinariæ, in quibusdam cumulatiuam, in quibusdam priuatiuam quoad alios, & in quibusdã limitatam. Quare in primis explodenda est opinio Archidiaconi in ca. experientiæ. 11. q. 1. & Staph. in tract. de lit. iusti. in præludio, num. 7. 8. & 9. qui opinati sunt, solum Papam in Vrbe esse iudicem ordinarium, reliquos vero, inter quos reperitur etiã Auditor Cameræ, delegatos. Nam & si respectu iurisdictionis pontificiæ omnis iurisdictio videatur delegata, ex quo in Romana Curia omnes iudices habent iurisdictionem à Papa, & solus Papa à seipso, vt ex eodem Archidiac. refert, & sequitur Vestr. in
5 pract. lib. 3. c. 3. nu. 4.† tamen inter alios etiam Auditor Camerę reputatur pro Ordinario, vt tradit glo. 1. in clem. Auditor. de rescrip. & glo. in clem. ne Romani, §. eo tamen prouiso. in verbo, expirare, de electio. Host. in sua Summa tit. de off. ord. & Spec. lib. 1. partic. 1. eod. tit. sub nu. 2. & 3. & Vant. tract. nullit. Rubr. coram quo possit, & debeat &c. num. 18. Put. decis. 3. de off. ordin. lib. 3. Gomes. in reg. 284. & potest appellari Ordinarius substitutus, vt dicit Vestr. loco citato. Vnde non est mirum, si ipse D. Auditor in suis diplomatibus, monitorijs, & præceptis vocet se iudicem ordinarium: si talis enim non esset, sequeretur, quòd omnia eius diplomata, & expeditiones essent nullius roboris, vtpote emanata ab eo, qui ignorat suam iurisdictionem.

6 † Verum tamen est, quòd in quibusdam videtur habere delegatam iurisdictionem, sed æquiparatã ordinariæ, seu non ita ordinariam, & generalem: huiusmodi est iurisdictio, quam habet pro executione literarum apostolicarum, & obligationum Cameralium, ad quarum executionem est specialiter deputatus à Papa, vt etiam tradit Galles. ad form. Camer. oblig. ad 2. parti. q. 2. nu. 3. fol. mihi 40. Et propterea videtur quodammodo delegatus ad vniuer-
7 sitatem causarum.† Habet præterea iurisdictionem respectu dictarum obligationum Cameraliũ partim

tim cumulatiuè, partim vero priuatiuè cum diſtinctione. Aut enim fiet proceſſus ordinarius: Aut executiuus: † ſi fiet ordinarius, & tunc dico, Auditorē Cameræ habere iuriſdictionē cumulatiuè, quia via iudicij ordinarij promiſſor pōt conueniri corā quocunq; alio competenti iudice, & rō eſt, qm̄ tunc nō proceditur vigore obligationis Cameralis, producitur enim inſtrumentum ſolum ad probandū, vnde ceſſat tenor iuriſdictionis priuatiuæ quoad alios, conceſſæ præfato Domino Auditori, faciunt, quæ tradit Canar. de execut. inſtrum. quæſt. 56. Et tradunt in terminis Veſtr. in ſua pract. libro 2. capit. 4. ſub num. 2. & Galleſ. dicta quæſt. 2. num. 5. fol. mihi 41. vbi allegat Rom. conſ. 300. ſed decipitur, quia Romanus in conſ. 133. incipiente in præſuppoſito caſu, quod Galleſius voluit allegare, dicit ſolum, quòd electa via ordinaria per iudicem ſine conſenſu actoris, poteſt actor redire ad viam ſummariam iuxta ea, quæ dixi infra capit. 76. ſub num. 9. ibi, & quidem videtur, &c.

9 †Si vero fiet executiuus, & tunc rurſus diſtinguo. Aut proceditur via cenſurarum, aut alia via ſine cēſuris, ſi via cenſurarum, tunc denuo diſtinguo. Aut ſumus in Curia, aut extra, ſi in Curia, tunc indiſtinctè aſſerendum eſt, quòd non poſſit alibi procedi, quàm coram Auditore Cameræ, cui hoc genus cauſarum eſt delegatum, vt dixi, & ita tradunt Galleſ. ad form. Cam. oblig. ad tertiam partic. quæſt. 3. nu.
10 3. fol. 50. Et Veſtr. vbi ſupra. † Si vero ſumus extra curiam, & tunc, vel perſona obligata, & conuenienda eſt eccleſiaſtica, vel laica, ſi eccleſiaſtica, nulli dubium eſt, quòd in præiudicium proprij epiſcopi nō potuit ſe ſubmittere alterius iuriſdictioni cap. ſi diligenti. de foro competen. niſi cum conſenſu, & licētia proprij epiſcopi. Paul. de Caſtr. in l. ſi quis in conſcribendo num. 4. in fi. C. de pact. Et propterea dicendum eſt ſine vlla difficultate, quòd alibi conueniri non poſſit, quàm coram proprio epiſcopo, ſeu Vicario, & in curia coram Auditore Cameræ, vt bene per eundem Galleſ. dicta partic. 2. quæſt. 1.
11 num. 6. fol. 41. & part. 3. quæſt. 3. num. 2. † Si ſit perſona laica, tunc inſurgit aliqua difficultas, nunquid poſſit extra curiam aduerſus eam procedi via cenſurarum coram alio iudice, quàm proprio epiſcopo. Et Galleſ. dicta partic. 2. quæſt. 1. num. 7. fol. 42. in hac propria ſpecie nihil reſoluit, ſed in allegata quæſt. 3. ad tertiam partic. nu. 3. ait, quòd quāuis Anto. de Butr. voluerit facere quandam diſtinctionem, communis* tamen Doctorum ſententia eſt, quòd laicus non potuerit ſe ſubmittere iuriſdictioni alterius epiſcopi, vnde ſequitur, quòd via excommunicationis, & cenſurarum extra Curiam non poſſit procedi, niſi per proprium epiſcopū, aut eius Vicarium, ſiue promiſſor ſit clericus, ſiue laicus: in curia vero non poteſt promiſſor alibi conueniri, quàm coram Auditore Cameræ, vt dixi ſupra num. 9. & hęc dicta ſint, quando proceditur via cenſurarum.

12 †Si vero procederetur alia via, tunc ceſſarent prędicta, & poteſt dici, iuriſdictionem eſſe cumulatiuam, quare promiſſor poterit conueniri corā quocunque iudice, & ita videtur ſentire etiam Veſtr. dicto libro 2. cap. 4. ſub num. 2. ibi.

Secus autem vbi actor via ordinarij iudicij aliasve citra cenſuras mallet procedere, tunc enim poſſet coram quouis alio iudice cauſam ſuam agere, alias diceremus contra ſuæ obligationis formulam, qua promiſſor ſolet ſe iuriſdictioni, & compulſioni cuiuſcunque iudicis eccleſiaſtici, vel ſecularis ſupponere.

Vnde tam ex forma loquendi, quàm ex ratione colligo, quòd ipſe ſentit, poſſe coram quocunque iudice conueniri. Ex forma loquendi, dum ait. *Aliaſue citra cenſuras.* Ex ratione, dum ait. *Alias diceremus contra ſuæ obligationis formulam.* Quę ratio eſt ſatis vrgens, & viget etiam, quando proceditur executiuè citra cenſuras. Quòd autem promiſſor ita ſe obliget, vt poſſit conueniri coram quocunque iudice, & vbique locorum, patet ex formula, quam ponit Galleſ. ad form. Camer. oblig. par. 1. in princ. num. 2. & 3. fol. 3. & tradit idem ad ſecundam partic. quæſt. 3. num. 1. cum ſequen. fol. 45. Neque obſtat, quòd hæc ratio militet etiam in proceſſu cum fulminatione cenſurarum, quia reſpondetur, eo caſu militare iuriſdictionem ordinariam epiſcopi, & delegatam Auditoris Cameræ, quibus renuntiari non poteſt: ſecus eſt, quando proceditur citra cenſuras, quia tunc agitur de iuriſdictione ſeculari, cui renunciari poteſt, vt tradunt Doct. in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. omn. iudic. & in capitu. 1. vbi præcipuè Dec. de iudic. & notat Galleſ. ad form. Cam. oblig. quæſt. 1. num. 7. fol. 42. & faciunt quæ dixi infra num. 26. cum ſeq. Accedit, quòd Auditor Cameræ erat ſolum executor cenſurarum, vnde, ſi non procedebatur via cenſurarum, ceſſabat eius iuriſdictio priuatiua. Et hinc videmus, quòd in literis Iulij II. ſuper diſtinctione iuriſdictionum, & tribunalium, quę habentur ad finem ſtatutorum Vrbis folio 38. erat diſpoſitum, quòd Gubernator Vrbis in obligationibus Cameralibus poſſet ꝓcedere via executiua citra tamen cenſuras, prout etiam animaduertit Veſtr. in pract. lib. 2. capi. 5. nu. 4. Quare datur intelligi, quòd Auditor Cameræ non habebat iuriſdictionem priuatiuam, niſi in caſu, quo procedebatur ad cenſuras.

13 † Habet etiam Auditor Cameræ iuriſdictionem cumulatiuam in obligationibus cameralibus reſpectu ciuium Romanorum, & incolarum, quoniam in illis eſt locus præuentioni inter Auditorem Cameræ, & iudices Capitolinos, quando ciuis Romanus obligatus viuit, vt diſponitur in literis Alexandri Sexti, quas allegat Luc. Pæt. in ſua pract. Capitolina libr. 1. capitu. 6. num. 8. & habetur in motu proprio Pij Quarti, ſuper reintegratione iuriſdictionum Curiæ Capitolinæ ad finem ſtatutorum,
14 folio 46. & in ſtatutis ipſis libr. 1. cap. 41. † Præuentio autem ibi dicitur inducta, vbi iudicium ex parte actoris, & non Rei cœptum fuit Veſtr. dicto libr. 2. capitu. 4. ſub num. 3. & Luc. Pæt. dicto capitu. 6. num. 8. Item cumulatiuam habet reſpectu Clericorum, & locorum piorum, ſubiectorum iuriſdictioni Vicarij, vt dixi infra num. 33. in ſexta diffi-
15 cultate. † Verum aduerte, quòd mandata executiua, relaxata per Iudices Capitolinos contra ciues Romanos, ſeu incolas, item per Vicarium Papę

contra

contra clericos origine Romanos, non poſſunt exequi,niſi in Vrbe, & infra quadraginta milliaria,vltra vero prædictum terminum mandantur executioni per Auditorem Cameræ, qui eſt executor ſententiarum,latarum in Vrbe uigore obligationis Cameralis, & modus procedendi eſt, vt citato reo per contradictas ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, nec non videndum mandari, exequi mandatum, aliàs per Dominum iudicem relaxatum, mandatumque deſuper neceſſarium, & opportunum de illud exequendo concedi, & relaxari, ſeu in iuris ſubſidium videndum ſe excõmunicari, & literas declaratorias deſuper opportunas decerni, & relaxari, Auditor in termino citationis reproductæ concedat executionem dicti mandati, quòd ſi eam recuſet, tunc opus eſt nouo proceſſu,faciendo coram eo.

16 † Habet ſimiliter cumulatiuam iuriſdictionem in cauſis criminalibus, quia in illis fit locus præuentioni inter ipſum, Gubernatorem, & alios competen-
17 tes, vt patet in allegatis literis Iulij II. † Habet quoque limitatam iuriſdictionẽ in cauſis criminalibus, quia vbi venit imponenda pœna capitis, vel membri mutilatio, remittit cauſam ad Gubernatorem, vt habetur in dictis literis Iulij II. Et hæc dicta ſint de iuriſdictione, quam Auditor Cameræ habebat ſuperiori ſeculo, & ita procedant quæ tradunt Veſtr.Galleſ.& alij Doctores.

18 † Quòd ſi loquamur de iuriſdictione, quam exercet hodie, poteris videre moderniores facultates, quas Auditor habet à fœlicis recordat. Gregorio XIII. ſub dat. Romæ,anno Domini 1578.15.Calend. Aprilis, & à Gregorio XIIII. anno Domini 1590.pridie idus Decembris,quæ ſatis concordãt, & in ſumma dico, quòd ſecundum earum tenorem Auditor præfatus habet maiorem iuriſdictionem. Nam cognoſcit de omnibus obligationibus, receptis in forma Cameræ, Guarentigiæ, Ripæ, Ripettæ, & de omnibus alijs,in quibus vnica,vel nulla citatione præcedente contrahentes conſentiunt in mandatum executiuum, nulla etiam annexa obligatione Camerali, & cognoſcit priuatiuè quoad alios non ſolum quando procederetur via cenſurarum, vt dixi ſuperius num.9. Sed etiam quando proceditur quacunque alia via executiua, vt patet in allegatis literis Gregorij XIII. & XIIII. num.4. & 5. Et in tantum hæc iuriſdictio ſibi conceſſa eſt priuatiuè, vt prædictas cauſas in alio, quàm in ſuo Tribunali motas poſſit reaſſumere in ſtatu, & terminis, in quibus reperirentur. Et iudices qui in prædictis quoquomodo ſe ingererent, punirentur pœna excommunicationis latæ ſententiæ,& alijs arbitrarijs. Item Notarij cauſarum, Procuratores, ſollicitatores, & executores vltra prædictas pęnas punirentur etiam priuatione officiorum, & partes nullitate actorum, vt habetur in dictis literis Gregorij XIII.& XIIII.num.6.

19 † Hæc concluſio circa iuriſdictionem, & priuatiuè conceſſam,limitatur,vt nõ habeat locum in quatuor caſibus: primo, quando procederetur via iudicij ordinarij,vt dictum eſt ſupra num.8.

20 † Secundo, quando ageretur inter ciues Romanos,ſeu incolas,quoniam tunc eſt locus præuentioni,vt dixi ſupra num.13.

21 † Tertio,quãdo ageretur de obligationibus, dependentibus à litibus, & cauſis in eadem Camera, aut coram alijs iudicibus introductis, quia tunc obligationes ibi factæ, ſeu receptæ poſſunt executioni mandari tam per Cameram, quàm per alios prędictos Iudices, vt tradit Gall. ad form.Camer. oblig. ad ſecundam partic.quæſt.1.num.3.fol.40.& diſponitur in præcitatis literis Gregorij Decimitertij, & Decimiquarti num.4.in fine.

22 † Quarto limitatur, quando cauſa obligationis Cameralis committeretur per ſpecialem commiſſionem Pontificis cum expreſſa mentione de obligatione Camerali, vt notauit etiam Galleſ. vbi ſupra ad 4.partic.quæſt.3. num.15.fol.73. & habetur in allegatis literis num.5.

23 † Poteris addere quintam limitationem, quæ eſt de facto, non de iure: videlicet, vt reo non reclamante poſſit procedi coram quocunque alio iudice. Nuſquam enim vidi Auditorem ex officio,partibus inuitis cauſam auocare ab alijs iudicibus. Quare iſto caſu ceſſant pœnæ ſuperius relatæ.

24 † Sublimita nunc has limitationes, reducque eas ad regulam, vt non habeant locum, quando ageretur ad promulgationem cenſurarum, quia tunc ſolus Auditor Cameræ poteſt illas promulgare, vt habetur in literis Gregorij Decimiquarti num. 7. eſtque de iure, vt bene ĩ caſu alicuius dubitationis demonſtrat Veſtr.in pract. libro 2. capitu.4. ſub num. 4. Et eſt ratio, quia Iudices ſeculares non poſſunt promulgare cenſuras, quippe cum cenſura ſit ſententia, lata à capace ordinis mediante iuriſdictione eccleſiaſtica fori exterioris, qua quis priuatur cõmunione ſacramentorum, vel hominum, vel exercitio diuinorum ſpiritualium, vel prohibentur officia diuina, vel ſacramenta, vel ſepultura cap. quærenti.de verb.ſignif.vide Abb.in Rub.de ſentẽ. excom.& Nauar.in ſum. capitu. 27.num. 1. quæ iudices ſeculares ex defectu poteſtatis inducere non poſſunt.

25 † Cognoſcit etiam Auditor de pluribus alijs cauſis tam prophanis, quàm eccleſiaſticis, & ſpiritualibus,tam in prima inſtantia, quàm in ſecunda via appellationis,& recurſus, vt per te ipſum poteris vberius videre in allegatis literis, ne tranſcribendi eas onus aſſumam.

Circa prædicta occurrunt in præſentiarum ſex
26 difficultates.† Et prima, nunquid ſubmiſſio, quam facit obligans ſe in forma Camerę iuriſdictioni cuiuslibet iudicis, vt dixi ſupra ſub num.12. ſit valida ita, vt cogi poſſit à quocunque iudice ad ſatisfaciendum ſuæ obligationi? Et quidem prima facie videtur ſimpliciter dicendum, quòd non, argumento textus in l.Si conuenerit.ff. de iuriſd. omnium iudic.eorumque,quæ notat Paul.de Caſtr.in l. ſi quis in conſcribendo num. 3. 5. & 6. C. de pact. dicens, quòd iuriſdictio iudicis non ſui non poteſt prorogari per pactum extraiudiciale,& quòd D. Raph.non reſpondet textui dictæ l.ſi conuenerit. Tu tamen, re diligentius conſiderata, diſtingue. Aut loquimur de

Audito-

Auditore Cameræ. Aut de alijs iudicibus. ſi de Auditore Cameræ, adducta per Paul. de Caſtr. ceſſant, quia per reſcriptum Principis debitor poteſt conueniri coram iudice non ſuo, ex quo ratione reſcripti non dicitur nõ ſuus Alber. in ſuo Dictionar. in verſ. Promittit ſæpe debitor. §. aliquando debitor. in fine. At cum Auditor Cameræ ſit delegatus ad hanc ſpeciem cauſarum, vt dixi ſupra num. 6. ſequitur, quòd quoad ipſum non dicatur prorogari iuriſdictio non ſui, & ita reſpõdendo firmat Galleſ. ad form. Cam. oblig. ad ſecundam partic. quæſt. 1. dicens, Auditorem Cameræ poſſe procedere contra obligatum in forma Cameræ etiam in loco, vbi proceditur, non repertum, & extra locum deſtinatæ ſolutionis. Amplia tu, etiam ſi inſtrumentum ſit confectum in alio Tribunali, quàm ipſius, immo etiam ſi inſtrumentum ſit confectum alibi, quàm in Vrbe, & ita ſeruatur ſine controuerſia, ineſt tamen ſcrupulus, quando contrahentes non eſſent de ſtatu eccleſiaſtico, extra quẽ eum contraherent, & morarentur, ac ſolutio in Vrbe deſtinata non eſſet. Nunquid tunc Auditor Cameræ poſſet ad inſtantiã creditoris procedere? Et videtur dicendum, quòd nõ, quia Papa non videtur ſibi huiuſmodi cauſam delegaſſe, ex quo contrahentes non ſunt de iuriſdictione, & propterea videntur, non potuiſſe prorogare iuriſdictionẽ iuxta ea, quæ obijcit Paul. de Caſtr. loco citato. Contrarium ſeruatur, quia Auditor Cameræ procedit ſuper obligatione in forma Cameræ vbiuis gentium recepta, vt loquuntur facultates, ſibi conceſſæ à Gregorio Decimotertio, & pro iſta obſeruantia, & contra allegatam ex aduerſo rationem faciunt quæ ſcripſi de iuriſdictione Papæ ſupra cap. 11. num. 7. 11. & 12.

27 † Si autem loquamur de alijs iudicibus, vtputa, nunquid vigore prædictæ generalis ſubmiſſionis Commiſſarius Tuſculi poſſit ad inſtantiam Creditoris Tuſculani procedere cõtra debitorem Tiburtinum, & diſtinguo, aut præſupponimus, quòd inſtrumentum non ſit factum Tuſculi minuſve eo loci ſit deſtinata ſolutio, nec ibi debitor reperiatur. Et dico, quòd non poſſet, quia militat ratio dictæ l. ſi conuenerit. & ceſſat ratio delegationis, quæ militat in Auditore Cameræ: aut præſupponimus, quòd ibi vel reperiatur debitor, ſeu ſit deſtinata ſolutio, ſeu ſit celebratum inſtrumentum obligationis, & tunc ſecundum Paul. de Caſt. vbi ſupra num. 6. venit inſpiciendus modus obligationis, nunquid ſcilicet debitor promiſerit ſoluere vbicũque fuerit inuentus, vel promiſerit, poſſe conueniri vbique, forique priuilegio renunciauerit: inquit enim, quòd obligatus primo modo poteſt cõueniri vbicunque fuerit repertus, quia ratione collatæ ſolutionis vbique forum ſortitur, ac ſi vbique contraxiſſet, tradẽs hunc modum obligationis, veluti remediũ pro creditoribus: obligatus vero ſecundo modo inquit, ꝙ non, ſed quamuis hæc eius diſtinctio videatur iuridica per allegatum textum l. ſi conuenerit, tamen Raph. quem ipſe allegat, tenuit contrarium, videlicet, quòd etiam ita obligatus poſſit vbique conueniri, & ita de facto ſeruari in Romana curia teſtatur idem Paul. de Caſtr. ſub dicto num. 6. Quare concludas, quòd vbi obligatus reperitur, ibi poteſt conueniri. Item vbi contraxiſſet, ſeu ſolutionem inquã deſtinaſſet. Et ad vberiorem intelligentiam iſtorũ adde quæ ſcripſi infra cap. 101. num. 30.

Ceſſat autem tunc principaliter iſta difficultas, quando in loco, vbi conuenitur, is conſtituiſſet procuratorem ad confitendum, quia tunc non eſt dubium, quòd ibi poteſt conueniri, & ceſſarent obiectiones Pauli de Caſtro, vt tradit Galleſ. ad form. cam. oblig. quæſt. 2. num. 15. fol. 24.

28 † Secunda difficultas: Nunquid actor poſſit via executiua conuenire reum in alio Tribunali, quàm Auditoris Cameræ? Reſpondeo, quòd ſic, quia obligans ſe in forma Cameræ renuntiat priuilegio fori ita, vt poſſit conueniri coram quocunque iudice, & vbique locorum, quæ quidem renunciatio eſt valida, vt firmaui ſupra ſub num. 12. & hic in præcedenti difficultate. Hęc ſententia limitatur, vt nõ procedat, quando cauſa ageretur in Vrbe, & reus cõuentus reclamaret ad Auditorem Cameræ, quia tunc is in vim facultatum, ſibi conceſſarum à Gregorio Decimoquarto, num. 5. reaſſumeret cauſam.

29 † Tertia difficultas, nunquid iudices extra curiã poſſint procedere via executiua in obligationibus formæ Cameræ, Guarentigiæ, Ripæ, & Rippettę? Reſpondeo, quòd ſic, quia facultates, conceſſæ Auditori Cameræ, loquuntur, quando cauſa ageretur in curia, & ideo extra eam non poſſet Auditor inhibere iudici, ne procederet, quia facultates ſibi conceſſę volũt, quòd in Curia ſit ſolus iudex obligationum Cameralium tam in vrbe, quàm vbiuis locorum contractarum. Bene verum eſt, quòd quamuis in executiuis non attendatur litis pendentia, vt dixi infra in ſequenti difficultate, tamen Auditor Cameræ, ſi præueniret, ſaltẽ de facto, & ſtylo, & vti ſupremus iudex citaret cum inhibitione. Quoad promulgandas cenſuras vide quæ dixi ſupra num. 9. cum ſequen.

30 † Quarta difficultas, nunquid iudicium, cœptum in vno loco, poſſit alibi inchoari? Reſpondeo, prima facie videtur dicendum, quòd non, quia Auditor Cameræ habet hic in Vrbe duplicem ſpeciem iuriſdictionis in obligatione formæ Cameræ, priuatiuam ſcilicet, & cumulatiuã, prout declaraui ſupra num. 8. & 12. Aut igitur ſumus in priuatiua, & tunc non poteſt alius iudex ſe intromittere propter iuriſdictionem priuatiuam. Aut ſumus in cumulatiua, & tunc obſtaret præuentio. Contrarium eſt verum, quòd poſſit agi coram diuerſis iudicibus & litis pendentia nõ obſtet. Gemin. in Rub. De eo, qui mitt. in poſſ. cauſ. rei ſeru. libro 6. & Iaſ. conſ. 9. num. 1. libro 2. quos refert, & ſequitur Becc. conſ. 17. num. 3. in fin. lib. 1. Et facit ratio, quia obligatus expreſſe renunciat. l. vbi cœptum. ff. de iudic. ſicuti ad hoc ipſum propoſitum firmant Galleſ. ad form. cam. oblig. ad tert. par. quæſt. 2. num 2. & 3. fol. 47. & Veſtr. in pract. libro 2. capitu. 4. num. 2. verſus finem, exiſtimat tamen is coloci, actorem, recedentem à priori iudicio, non prius eſſe audiendum, quàm refecerit expenſas.

31 † Quinta difficultas: Nunquid Auditor Cameræ poſſit

possit in iuris subsidium excommunicare obligatos in forma Guarentigiæ, aut alia simili? Respondeo, Aut proceditur via ordinaria. Aut via executiua. Si ordinaria, non est dubium, quod potest monere reum sub pœna excommunicationis, & demum, seruatis seruandis, illum excommunicare in iuris subsidiũ: si via executiua, & tunc est locus hæsitationi: nam prima facie videtur respondendum idem, quod in casu superiori, quia obligatus in forma Cameræ, & si non susceperit censuras, & sic non fuerit pactus, vt possit excommunicari, nihilominus poterit in iuris subsidium excommunicari. Ergo cur non idem est respondendum in eo, qui est obligatus in forma Guarentigiæ? Quid tenendum? Respondeo, contrarium esse verum, quoniam licet obligatus in forma Cameræ non susceperit censuras, tamen obligatio ipsa de sui natura ex inueterato stylo subiacet excommunicationi subsidiariæ, quod non est in forma Guarentigiæ, & hanc practicam accepi etiã à peritissimis Notarijs Auditoris Cameræ. Dixi,
32 excommunicationi subsidiariæ. † vnde nota obiter hic, quòd Auditor Cameræ ex reformatione Pij Quarti, & successiuè Pij Quinti, facta circa illius Tribunal non potest deuenire ad fulminationem censurarum, nisi in subsidium, postquàm scilicet sibi constat, neque realem, neque personalem executionem fieri posse.

33 † Sexta difficultas, Nunquid Auditor Cameræ habeat iurisdictionem contra Clericos Romanos, & loca pia obligata in forma Cameræ? Respõdeo quod sic, & quidem priuatiuam, vt dixi supra nu. 14. & infra Cap. 25. nu. 3. Cæterum; semota obligatione prædicta; Vicarius habet priuatiuã quoad omnes. Et hæc dicta sint de iurisdictione, quam Auditor Cameræ exercet ciuiliter. Nonnullas alias difficultates excussi infra cap. 62. nu. 17. 20. & 22.

34 † Habet præterea iurisdictionẽ in omnibus delictis, quantumuis grauia sint, & siue sint commissa in Vrbe, siue extra, & licet retro decursis temporibus haberet limitatam vsque ad sanguinis effusionem exclusiuè, vt dixi superius num. 17. hodie tamen eam exercet indistinctè vsque ad mortem naturalem inclusiuè, prout faceret quilibet iudex laicus, hoc sibi expressè permisso à facultatibus Gregorij Decimiquarti, nu. 2. & non denegato à facultatibus Gregorij Decimitertij, qui eidem concesserat, vt posset quoslibet excessus, & delicta punire quouis modo iuxta exigentiam, & qualitatem excessuum, verum hæc facultas declaratur in prædictis literis Gregorij Decimiquarti, nu. 2. vt habeat locum, dummodo per se ipsum sententiam, vel votum sanguinis non ferat.

De Gubernatore. Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator vrbis ratione proprij officij est inferior Auditore Cameræ, sed ratione iurisdictionis Camerarij est maior, & ipsum præcedit.*

2 *Gubernatoris iurisdictio criminalis circa quæ versetur.*

3 *Gubernatoris iurisdictio circa causas ciuiles qualis sit, & circa quas causas.*

4 *Gubernator in causis mercedum habet iurisdictionem cumulatiuam, quia in illis possunt omnes iudices procedere per modum præuentionis.*

5 *Gubernator in causis grauaminum illatorum à iudicibus habet iurisdictionem priuatiuam.*

6 *Gubernator in causis ciuilibus non habet iurisdictionem ordinariam.*

7 *Gubernator in causis criminalibus Vassallorum contra Baronem, & infra quadragesimum lapidem habet iurisdictionem.*

8 *Gubernator in causis criminalibus habet iurisdictionem cumulatiuam, & ideo sit locus præuentioni. Vbi tamen ipse simul concurreret cum Senatore, Senator esset præferendus.*

1 SECVNDVS iudex † ordinarius in ordine est Gubernator vrbis, qui ratione proprij officij est inferior Auditore Cameræ, vt bene ostendit Vestr. in pract. lib. 2. cap. 5. verum ratione iurisdictionis Camerarij, quæ ex antiqua, & solita subdelegatione hodie eius officio videtur iure proprio annexa præcedit Auditorem Cameræ, & omnes clericos in Camera, & vbique. Et propterea Gregorius Decimusquartus, in facultatibus Auditoris Cameræ, num. 28. concedit ei, vt in Capella, reliquisq; actibus tam publicis, quàm priuatis habeat primum locum post Gubernatorem,
2 & Oratores Principum. † Huius proprium munus, & iurisdictio consistit in exercitio gladij temporalis, & executione brachij sæcularis. Vnde exercet proprie iurisdictionem criminalem, qua audit, & cognoscit causas brigosorum, treguarum, securitatum, aut pacis ruptarum, item querelas Vasallorum aduersus Barones infra quadragesimum lapidem etiam capitales, vt disponitur in statutis vrbis, lib. 2. cap. 85, & in literis Iulij Secundi, super distinctione iurisdictionum, & Tribunalium. Item ratione Vicecamerariatus habet super omnibus alijs officialibus superintendentiam, quæ versatur circa recursus, quos litigantes, grauati ab aliquo iudice, habent ad ipsum, vt prouideat, cogendo iudicem grauantem ad concedendas dilationes, seu terminos indebitè, & cum grauamine denegatos, item ad remittendam causam ad proprium iudicem, si ab incompetenti procederetur. Et vbi nouerit, præfatos iudices contrauenire, poterit eos coercere, vel vrbanius agendo, omnia Pontifici referre. Debet etiam eiusdem Vicecamerariatus auctoritate in primis paci ciuitatis, & Romanæ curiæ studere, ac alijs officialibus vrbis, & eiusdem Romanæ curiæ in concernentibus pacem, & quietem ciuitatis assistere, illisque manum, & auxilium præstare. Et hæc quoad iurisdictionem criminalem.

3 † Exercet etiam iurisdictionem ciuilem in causis mercedum, & salariorum summariè, & manu regia sine scriptura, vnde quia tenetur has causas diffinire

diffinire manu Regia, & sine scriptura, non potest habere particulare Tribunal, vide præcitatas literas Iulij Secundi, & capitula Sixti Quarti. Cæterum, hisce pontificijs literis, & capitulis non attẽtis, hodie, vt ait Vestr. dicto capitu. 5. sub num. 5. versus finem, Gubernator habet plusquàm Tribunal, quia retinet scribarum copias, qui ingentem actorum congeriem congerunt.

4 † His declaratis: quæro, an Gubernator in prædictis causis habeat iurisdictionem priuatiuè quoad alios iudices? Respondeo, distinguendo. Aut loquimur de causis mercedum, in quibus, vt dixi, potest procedere etiam Gubernator, & tunc erit locus præuentioni inter omnes iudices, vt disponitur in Statutis Vrbis libro 1. capit. 41. Aut loquimur in
5 alijs causis, & tũc distinguo. † Vel loquimur de causis grauaminum illatorũ à iudicibus eo modo, quo declaraui superius num. 2. & tunc Gubernator habet iurisdictionem priuatiuè, ex quo in his est superintendens. Vel loquimur de alijs causis, & rursus
6 distinguo. Aut sunt ciuiles: Aut criminales. † Si ciuiles: dico, Gubernatorem nullam habere in eis iurisdictionem ordinariam: Si criminales: distinguo.
7 † Aut sunt causæ vasallorum contra Baronem, & infra quadragesimum lapidem, & habet similiter priuatiuã. Aut sunt aliæ causę criminales, in quibus ipse potest procedere, & est similiter locus præuentioni, vt dixi infra capitu. sequen. nu. 9. & vbi eodem tempore concurrerent Senator, & Gubernator, Senator est præferendus, vt hæc omnia poteris vberius agnoscere in præcitatis literis Iulij Secundi.

De Senatore, Collateralibus, Iudice maleficiorum, & Capitaneo appellationum. Cap. XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Senator Vrbis habet tres Vicarios, quorum duo appellantur Collaterales, & Tertius est iudex maleficiorum, à quorum sententijs appellatur ad Capitaneum appellationum.*

2 *Incolæ, & Ciues Romani quomodo subijciantur iurisdictioni prædictorum iudicum.*

3 *Actor si citet Reum coram alijs iudicibus, & tam ipse quàm reus sit ciuis Romanus, seu incola, punitur.*

4 *Reus conuentus, qui non opponit fori declinatoriam nunquid sit puniendus.*

5 *Renunciatio, facta priuilegio fori, nunquid teneat.*

6 *Renunciatio, facta proprio foro, si sit permissa à lege, vel à Principe, tenet absque difficultate.*

7 *Præuentio inducitur mediante citatione actoris, & non Rei.*

8 *Curia Capitolina cognoscit de causis mercedum cumulatiuè cum Curia Gubernatoris, & ideo sit locus præuentioni, in dubio tamen præfertur Curia Capitolina.*

9 *Curia Capitolina de delictis præsertim grauibus cognoscit cumulatiuè cum Curia Gubernatoris, & ideo fiet locus præuentioni.*

1 ALIVS Iudex † est Senator Vrbis, qui residet in Capitolio, & ciuibus Romanis ius ordinaria facultate dicit, habetque tres Vicarios, quorũ duo, qui præsunt causis ciuilibus, appellantur Collaterales, Primus scilicet, qui dicitur etiam eius Locumtenens, & Secundus: Tertius est latrunculator, qui vocatur iudex maleficiorum, & vbi ab horum sententijs appelletur, adest iudex ordinarius appellationum, qui dicitur Capitaneus appellationum.

2 † Iurisdictioni prędictorum iudicũ Capitolinorũ subijciuntur regulariter omnes Incolę, & ciues Romani, quæ quidem subiectio ciuium Romanorum, inspectis literis Iulij Secundi, ampliatur, vt habeat locum etiam si sint familiares, continuique cõmensales Illustrissimorum Cardinalium, seu officiales Romanæ Curiæ, vt patet eo loci, vbi subijcit foro Capitolino omnes Incolas, Romę habitantes, & postea excipit officiales Romanæ Curiæ, & quosdam alios, ac ab his rursus excipit Romanos ibi. *Dummodo Romani non existant* Prout dictas literas intelligit etiam Luc. Pæt. in pract. Capitol. libro 1. capitu. 6. sub num. 5. versic. Ex his Incolis, & sic reducit exceptionem ad regulam, & proinde exẽptionem ad subiectionem: verum tamen est, quòd in illis literis (pace compositoris sit dictum) videtur parum obseruata regula rectæ locutionis, si quidem omnis exceptio debet esse de regula l. nam quòd liquide. §. fin. ff. de pen. leg. 1. & ibi Doctores ff. de reg. iur.

Vnde postquàm foro Capitolino subijciũtur incolę, & ab his excipiuntur incolæ, qui sunt mercatores notabiles, quomodo sublimitatur ista limitatio, seu exceptio, vt non habeat locum in Romanis? implicat namque contradictionem, quia si est Incola, non est Romanus. Etenim aliud est esse Romanus, aliud Incola. Sed licet prædictæ literæ ita sonent, tamen Statuta Vrbis libro 1. capitu. 41. excipiendo disponunt, quòd Romani ciues, vel incolæ campsores, seu notabiles mercatores non sint subiecti foro Capitolino: nisi, vt concordentur, dicas, ꝙ exceptio, de qua in dicto capi. 41. refertur solum ad incolas, & proinde tàm ex dispositione dictarum literarum, quàm dicti capitis 41. omnes ciues Romani sunt subiecti foro Capitolino, etiam si sint Campsores, seu notabiles Mercatores, incolæ vero sunt subiecti, dummodo non sint Campsores; Excipiuntur etiam clerici eo modo, quo disponitur in Capi-
3 tulis Sixti Quarti. † Et vbi tam actor, quàm reus forent ciues Romani, vel incolæ, subijciuntur in tantũ foro Capitolino, vt actor, qui reum citasset in alio Tribunali, veniret puniendus pęna quinquaginta aureorum, & acta quoad eius fauorem redderentur inualida, vt patet in dicto capitu. 41. libr. 1. Statutorum, & si secundum priora statuta prædicta pœna haberet locum solum, quando Ciues citassent Ciues, non autem in incolis teste Luc. Pæt. in pract. libro 2. cap. 1. num. 12.

† An

4 † An autem reus conuentus, qui omittit opponere declinatoriam fori, immò litem conteſtatur, & poſtea facit cauſam reaſſumi, debeat aliquam pœnam ſubire? Reſpondeo: Luc.Pæt.ſub dicto num. 12.verſiculo.Sed & eo caſu,&c.credit,condemnandum eſſe in expenſis ad inſtar clerici, qui diſtulit allegare priuilegium clericatus: Ego tamen, attento dicto capit.41.arbitror, poſt litem conteſtatam neminem eorũ poſſe puniri, quia reus conuentus poſt litem conteſtatam non poteſt declinare forum, vt habetur in citato cap.41.& illæ pœnæ quinquaginta aureorũ, & nullitatis actorum habent locum inſtante reo conuento, qui poſtquàm & ipſe conſenſerit in iuriſdictionem, non poteſt amplius inſtare, Quare illud priuilegium: quòd Ciues Romani non poſſint conueniri alibi, quàm in foro Capitolij: ceſſat poſt litem conteſtatam. Ceſſante autem priuilegio, ceſſant etiam pœnæ pro illius conſeruatione impoſitę.

5 † Sciendum modo eſt, prædictas perſonas non adeo priuatiuè foro Capitolino eſſe ſubiectas,vt alteri foro nullatenus poſſint ſe ſubmittere. Nam aut loquimur de ſubmiſſione, quæ neque à Pontificibus, neque à ſtatutis eſt approbata, ſed dependet à ſola voluntate ipſius ſe ſubmittentis, qualis eſt illa, qua promiſſor medio iuramento conſenſit, poſſe conueniri coram quocunque iudice: Aut loquimur de ſubmiſſione approbata vel à Pontifice, vel à ſtatuto,qualis eſt illa,quæ fit mediante obligatione Camerali, ſuper qua tributa eſt iuriſdictio Auditori Cameræ contra quaſcunque perſonas: Item qualis eſt illa,quę procedit ex cauſa mercedis: Si ſumus in prima ſpece, Doctores, inter quos fuerunt Veſtr.1. pract. libro 2.capitu.4.num.4. allegans ſtatuta Vrbis lib.1.capitu.34. & Lucas Pæt.lib.1.cap.6.num. 8.allegans cap.28.ſed vterque corruptè quia voluerunt allegare capit.38. moti auctoritate dicti ſtatuti dixerunt, fori priuilegio renunciari non poſſe, quia eſt conceſſum populo, & non ſingularibus perſonis ad inſtar priuilegij conceſſi Clericatui, & non clericis: Ego tamen credo,quòd poſſet contrarium reſponderi, & moueor ex allegato cap.41.vbi reus poteſt, mediante conteſtatione litis, inducere ſubmiſſionem, vnde datur reſponſio, quòd non valet argumentum de priuilegio,conceſſo clericatui, quo vtitur Veſtr.loco citato.

6 † Si ſumus in ſecunda ſpecie, quando ſubmiſſio eſt approbata,tunc citra omne dubium dico, quòd prædictæ perſonæ poſſunt ſe alienæ iuriſdictioni ſubmittere: quare in obligationibus formæ Cameræ,contractis à Ciuibus Romanis, ſeu incolis,locus eſt præuentioni inter iudicem Capitolinum, & Auditorẽ Cameræ, vt diſponitur in motu proprio Pij Quarti incipiente.Dilectos filios, ad finem ſtatutorum folio 46. confirmato in facultatibus, conceſſis Auditori Cameræ à fœlicis memoriæ Gregorio Decimotertio, & in dicto capit.41. Statutorum ab eodem Gregorio confirmatorum,& ita firmat Veſtr.loco allegato. Is autem dicetur præueniſſe, qui fuerit primus in citando iuxta ea, quæ docui ſupra ca.12.num.58.

7 † Verum quia plani Rei, vt cauſa ageretur corã iudice amico, ſolebant ipſi præuenire actorem in citando, dubitabatur num iſta præuentio eſſet valida? Et Veſtr.dicto lib.2.capitu.4.num.3.reſpondet, quòd non, quoniam eſſet in diligenti facultate Rei excludere actorem à facultatibus,ſibi,mediante obligatione Camerali,conceſſis, quod eſt abſurdum: Et hodie in hoc non eſt ambigendum propter claram ſtatutorum diſpoſitionem in ſępe citato ca. 41.libro 1.ibi. *Præuentioni ab actore facienda.*

8 † Eſt etiam locus præuentioni inter Curiam Capitolinam, & Gubernatorem Vrbis in cauſis mercedum, &; ambabus Curijs eodem tempore concurrentibus, Capitolina pręfertur,vt dixi ſupra cap. præced.nu.8. Et hæc dicta ſint de cauſis ciuilibus.

9 † Quantum vero attinet ad cauſas criminales, ſi delictum committatur Romæ, vel delinquens apprehendatur ſaltem Romæ, fiet locus præuentioni inter Gubernatorem,& Senatorẽ, maximè in cauſis grauioribus, videlicet homicidij, pacis fractæ, cautionis de non offendendo præſtandæ, vt patet ex literis Iulij Secundi, & refert Luc. Pæt. dicto libro 1.capit.7.num. 10.& de facultatibus Senatoris in cauſis criminalibus vide Bullam Sixti Quinti, in qua diſponitur,vt poſſit iudicare, nõ ſeruata forma ſtatutorum nuper editorum, ſeu confirmatorum,& eius iuriſdictio non egreditur diſtrictum argumento capitu.7.& 52.lib.1.& capitu.4. lib.2. ſtatutorum Vrbis, & eius, quòd dixi ſupra capitu.22. num. 15.

De Vicario Papæ. Cap. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Papæ eſt Iudex ordinarius.*

2 *Vicarius Papæ nunquid præcedat Auditorẽ Cameræ.*

3 *Clerici Romani, viduæ, pupilli, & ſimiles perſonæ, item Hebræi,& omnia loca pia ſubyciuntur iuriſdictioni Vicary.*

4 *Cauſæ,in quibus agitur citra iudicium proprietatis, vtputa ſi agatur de euacuatione domorum, de penſione,locatione,& ſimilibus ſpectant ad iuriſdictionem Vicary.*

5 *Idem Vicarius cognoſcit inter perſonas laicas de crimine vſurarum, periury, blaſphemiæ, & ſimilibus delictis,quæ ſunt mixti fori.*

6 *Locumtenens in criminalibus Vicary hodie exercet iuriſdictionem vſque ad mortem naturalem incluſiuè.*

7 *Modus procedendi coram Vicario in cauſis ciuilibus eſt ſummarius,& manu Regia, & à quinque ducatis infra non datur ab eo vllo modo appellatio, ſeu dictio de nullitate.*

1 VICARIVS Papę † eſt iudex ordinarius in Vrbe, neque obſtat, quòd ſit Vicarius Vicarij, qui non poteſt alium Vicariũ ſubſtituere,teſte Hoſt.in c.clericos,de off.Vicar. quem allegaui etiam ſupra ca. 13. num.18. verſ.finem. quia reſpondeo,quòd Chriſti Vicarius, qui eſt ſummus Pontifex

Pontifex creat alios ordinarios, & nõ ſubiacet prædictæ diſpoſitioni. Præterea, quia hæc difficultas, num iudices in Romana Curia ſint ordinarij, cum in ea ſolus Papa videatur ordinarius, conſiſtit potius in facto, quàm in iure, vt dicit Cardin. in clem. Auditor. de reſcript. quẽ refert Staphil. de lit. iuſt. in præludio num. 7. ideo eam libenter omitto, &
✠ tranſeo cum communi, * quòd Vicarius, & alij prędicti iudices ſint ordinarij. † An autẽ Vicarius præcedat Auditorẽ Cameræ videto Ant. de Pæt. tract. de iuriſdict. Epiſc. ca. 6. qui videtur reſpondere pro Vicario, & certè licet antea poſſet de hoc dubitari, ex quo Vicariatus committebatur Prælatis, qui non erant Cardinales, vt patet in facultatibus, conceſſis Magiſtro Paulo de Capiſucchis inter Bullas Clementis Septimi Bulla 21. & in facultatibus, conceſſis Epiſcopo Burgi Sancti Sepulchri inter Bullas Pauli Tertij, Bulla 28. hodie tamen ex quo adminiſtratur per Cardinales, cenſeo audacter cum eo reſpondendum eſſe. Quod hodie conferatur Cardinalibus, eſt notum: fuit enim collatus Iacobo Cardinali Sabello à Pio Quinto, & à Sixto Quinto Illuſtriſſimo Cardinali Hieronymo Ruſticuccio.

3 † Huius iuriſdictioni ſubijciuntur Clerici Romani, vt patet in capitulis declaratorijs iuriſdictionum Sixti Quarti. Item regulariter aliæ perſonæ eccleſiaſticæ. Item viduæ, pupilli, & ſimiles perſonę miſerabiles, quæ dicuntur de gremio eccleſiæ: itẽ Hebræi, & omnia loca pia. Sed poſſet quiſpiam hic dubitare: an prædictæ perſonæ, & loca ſint eidem Vicario ſubiecta etiã ſi ageretur de obligatione in forma Cameræ: Reſpondeo, quòd non, quia Auditor Cameræ eſt merus executor dictæ obligationis, vt patet ex illius facultatibus, de quibus egi ſup. cap. 22. num. 18. & num. 26. quibus non eſt derogatum in caſu quæſiti, ſi agatur executiuè: dico ſi agatur executiuè: quia alias ſi ageretur via ordinaria facultates Auditoris Cameræ ceſſarent iuxta ea, quæ dixi dicto cap. 22. num. 8.

4 † Cognoſcit etiam Vicarius, tam inter Clericos, quàm inter laicos de omnibus cauſis, in quibus agitur citra iudicium proprietatis, vtputa, quia agitur de euacuatione domorum, de penſione, locatione, deuolutione, & ſimilibus. De proprietate autem non cognoſcit, niſi vſque ad certam ſummam.

5 † Cognoſcit etiam inter perſonas laicas de crimine vſurarum, periurij, blaſphemiæ, inceſtus, & ſimilium, quæ vel ſpectant abſolutè ad forum eccleſiaſticum, vel ſunt ſaltem mixti fori, in quibus eſt locus præuentioni, vt dixi ſupra capitu. 12. num. 57. in ſecunda difficultate. Vbi autem cognouerit, mandatumque relaxauerit, illud exequi non poteſt vltra diſtrictum iuxta ea, quæ notaui ſupra capit. 22. num. 15.

6 † Vbi pro crimine veniret imponenda pęna corporalis, ſolebat remittere cauſam Gubernatori, hodie autem ceſſat hæc remiſſio, quia eius Locumtenens in criminalibus condemnat vſque ad pœnam mortis naturalis incluſiuè, totamque ſuam iuriſdictionem exercet per duos Locatenentes, alterum in Ciuilibus, qui eſt ſemper Referendarius: alterum vero in criminalibus. Et hæc breuiter relata ſint de facultatibus Vicarij, quas ſi vberius deſideras agnoſcere, legito prædicta capitula Sixti Quarti Bullas Clementis Septimi, Pauli Tertij, Iulij Tertij, & Pij Quinti.

7 † Modus procedendi coram eo in ciuilibus, ſi agatur de ſumma ſupra xl. ducat. eſt ordinarius, in quo ſeruantur termini ſubſtantiales: Si verò agatur infra dictam ſummam proceditur ſummariè, manu regia, ſola facti veritate inſpecta, pręuia verbali petitione, ſeu monitorio ſine vlla ſubſtantialium terminorum obſeruatione: & vbi ageretur de ſumma infra quinque ducatos probibetur omnis appellatio etiam non friuola, & omnis dictio de nullitate, vt per Veſtr. in practic. libro 2. cap. 16. nu. 3. & 4.

De Capellanis Summi Pontificis, ſacri Palatij cauſarum Auditoribus. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Auditores Rotæ quare prius vocarentur Capellani, & quare hodie Rotæ Auditores.*

2 *Auditores Rotæ hodie ſunt duodecim, & qualiter votum proferant.*

3 *Auditores Rotæ habent iuriſdictionem habitu, & non actu, vnde non procedunt, niſi in cauſis, ſibi ſpecialiter à Papa delegatis, & dicuntur propterea iudices partim ordinarij, & partim delegati, & ſententias diffinitiuas etiam nulliter latas non poſſunt reformare.*

4 *Deciſiones Rotæ Romanæ ſunt tantæ auctoritatis, vt habeantur pro legibus.*

1 OLIM in toto † terrarum orbe nedum cauſæ eccleſiaſticæ, ſed etiam prophanæ, & nedum priuatorum, ſed etiam Principum, & Regum ad ſummum Pontificem etiam ſpontè deferebantur, & quo venientibus facilior ad Pontificem aditus pateret, ei cum ad celebrandas miſſas pergeret, obuiam fiebant, quo tempore habebat ſecum nonnullos eximios, ac inſignes iureconſultos, qui in capella diuinis inſeruiebant, & inde Capellanorum nomen habebant. Papa igitur ijs adſtantibus cauſas committebat, & hi ſunt, qui hodie vocantur Auditores Rotæ ea forſan ratione, quòd in orbem ſedentes controuerſias rotant, ac examinant, Hoſque autumat Vant. tract. nullit. Rub. de null. ex def. iuriſd. num. 41. ſubrogatos eſſe in locum eorum, qui erant in aula Lateranenſi, quorum octo erant de numero minorum, &
2 quatuor de ordine maiorum. † Et quicquid antiquis temporibus fuerit de eorũ numero, hodie ſunt duodecim

decim ad quem numerum fuerunt redacti per Sixtum Quartum, quorum duo solent esse Romani, totidem Hispani: totidem, sed non semper Bononienses, vnus Gallus, vnus Germanus, vnus Perusinus, vnus Mediolanensis, vnus Venetus, & duo quandoque Neapolitani.

3 † Hi Auditores habent iurisdictionem habitu, & non actu Rota. decis. 60. aliàs 429. de appellat. in Nou. non possunt igitur procedere in causis, nisi ipsis detur exercitium iurisdictionis per speciale rescriptum, & commissionem ipsius Papæ, Galles. ad form. Cam. oblig. ad quartā partic. quęst. 3. nu. 15. fol. 73. & apertius Vant. tract. null. Rub. coram quo, &c. sub num. 15. & dixi infra cap. 64. sub num. 20. Et propterea sunt partim ordinarij, partim vero delegati: ordinarij, quia cum primum quis adscitur ordini Rotali videtur sibi tributa iurisdictio audiendi, & cognoscendi, vt admonent Spec. libro 1. titulo de offi. ordinarij. §. 1. num. 3. & Vestr. in sua pract. libr. 2. capitu. 17. sub num. 2. vnde dicuntur habere ordinariam iurisdictionē in procedendo, Delegati vero dicuntur, in pronunciando, & definiendo Rot. decis. 16. aliàs 341. in fine, de re iud. in nou. Quare non possunt reformare suas diffinitiuas sententias, quamuis nulliter sententiauerint Vant. vbi

4 supra. † Eorumque sententiæ appellantur decisiones Rotæ, quæ tantæ auctoritatis sunt, vt habeantur pro legibus apud omnes nationes, subiectas Romano imperio, vt tradit Vestr. in sua pract. libro 6. cap. 1. num. 2. in fine, ęquiparans eas decretis Amphictionum apud Grecos. Et quòd sacra Rota Romana sit totius orbis lumen refert, & sequitur Tessaur. Fossanens. in præfatione decisionum Pedem. num. 32. in fine. Et hoc cuipiam admirationem afferre nō debet, quia prædicti duodecim patres sunt viri doctissimi, & excellentissimi, electi, & deputati per summum Pōtificem ad illud Tribunal, quod dicitur esse Tribunal ipsius Pontificis Vicarij Christi in terris, vt refert etiam Stiat. in sua practi. capitu. 23. sub num. 32. vnde dicitur Tribunal magistrale, quod in definiendis litibus habet tantam auctoritatem, vt ei ab ijs regulis, quæ inferiores iudices quasi in compedibus detinent, pro eius sacro sancto arbitrio liceat recedere, & in rebus dubijs Principem non consulit, teste eodem Vestr. dicto libro 6. cap. 1. num. 2. in fine. Et proinde nos videmus, quòd sacrum consilium Neapolitanum consuluit Auditores Rotæ super stylo Romanæ Curiæ, teste Afflicto decis. 351. in fine. de eorum facultatibus poteris videre Bullam Innocentij Octaui, sub Dat. Romę anno Domini 1487. Idibus Ianuarij, anno quinto eius Pontificatus, qualis modus procedendi seruetur in eorum Tribunali patebit in discursu operis.

De Audientia, & Auditore contradictarum. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Audientia contradictarum officium est institutum ad citandos contumaces, contra quos decernitur processus per contradictas.*

2 *Ad eandem audientiam citantur hi, ad quos non patet tutus accessus, & similiter procurator, qui se absentat, postquam est effectus dominus litis.*

3 *In hac audientia contradictarum solent per certos deputatos lectores legi ea omnia, quæ publicationem desiderant.*

4 *Auditor contradictarum olim erat in magna dignitate, sed hodie est satis diminuta.*

5 *Auditor prædictus quas contradictiones habeat.*

6 *Citationes, quæ leguntur in audientia contradictarum, quare appellentur contradictæ.*

1 AVDIENTIA cōtradictarum † est officiū quoddam, seu vt alij loquuntur, locus publicus in Vrbe in quo contra absentes ab Vrbe, & contumaces ratione moræ in non soluendo, & contumaciæ in non comparendo decernitur processus per contradictas, hoc est citantur per contradictas. Aliquo nanque semel citato personaliter in partibus, si is infra terminum non compareat, tunc reproducta citatione vna cum relatione, factaq; per duos testes iuratos recognitione manus illius, qui relationem executionis scripsit, decernitur processus per contradictas, & quòd absens semel citatus personaliter, possit deinde citari per contradictas etiam ad sententiam tradunt Paul. de Castr. & Fely. quos allegaui infra cap. 88. num. 14.

2 † Citantur etiam in hac audientia hi, ad quos nō patet tutus accessus, vt vtrumque casum notaui infra capitu. 34. num. 10. & 13. vbi habes exemplum huius citationis: citatur item Procurator, qui postquam fuit effectus dominus litis, se à iudicio absentauit, docto tamen prius summariè, & extraiudicialiter de eius absentia, vt per Dominos de Rot. caul. 30. dub. 58. in antiquior. Hęc citatio, vt supra decreta venit legenda in hac audientia contradictarum, vt docui infra capitu. 45. sub num. 14.

3 † Denique in hac audientia solent per certos lectores, ad id deputatos, alta & intelligibili voce, quasi per præconem legi ea omnia, quę publicationem desiderant, quales sunt acceptationes expectantium, quæ infra tres menses iuxta regulam, *De publicandis acceptationibus*, fieri solent. Item resignationes beneficiorum, vt satisfiat alteri regulæ: *De publicandis resignationibus*: Item literæ tum iustitiæ, cum etiam mixtæ, & merè gratiosæ, in quibus iudices, vel executores dantur cum clausula, *vocatis vocandis*.

4 † Habet hoc officium Auditorem, qui antiquitus erat in magna dignitate, siquidem post Cardinales, & Vicecancellarium primas obtinebat, hodie autē eius gradus est valde diminutus, de qua diminutione conqueritur Vitall. in clemen. ne Romani. §. fane. de elect. quem refert Grauat. in annot. ad pract. Vestrij libro 1. cap. 5.

† Hic

5 † Hic Auditor, vbi inter impetrantes iudices oriretur aliqua controuersia, vel circa personam iudicis impetrati, vel circa locum iudicij peragendi, vel circa aliam rem, concernentem impetrationẽ, præfatus inquam Auditor, vti iudex ordinarius impetrantium illas contradictiones cognosceret, ac definiret, Vestr. in practic. dicto libro primo, capit. 5. numero 1. & libro 3. capitu. 3. sub numero 4. qui hinc censet, appellari audientiam contradictarum, quia
6 audiuntur in ea præfatæ contradictiones. † At quæro hic, illæ citationes, quæ ibi leguntur cur appellantur contradictæ, cum illis nemo contradicat? Respondeo, per antiphrasim, quoniam nemo contradicit, & hæc sufficiant, vide pro vberiori satisfactione Vestr. dicto cap. 5.

De Iudice Marescalli Vrbis, & Iudice Turris nonæ. Cap. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Marescalli Vrbis, & Turris nonæ sunt iudices pedanei, quia cognoscunt de leuioribus criminibus, ab eorumq́; sententijs appellatur ad Gubernatorem, & Auditorem Cameræ.*

1 Hi iudices † sũt inferiores, & veluti pedanei ius de plano dicunt, & cognoscunt de leuioribus criminibus, & Marescallus est is, quẽ iudicem Curiæ Sabellorum appellamus. & ab eorum sententijs appellatur ad Gubernatorem, & Auditorem Cameræ, prout declarat Vestri. ad quem te relego in pract. libr. 2. cap. 14. & hæc dicta sint de Tribunalibus, & Iudicibus Vrbis.

De præambulis in genere ad iudicium, & specialiter de interrogationibus. Cap. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Præparatoria dicuntur acta, quæ fiunt ante litis contestationem, & dicuntur præparatoria eo quòd præparent aduersus impedimenta.*

2 *Legitimatio personæ est necessaria, quando est facta mutatio personarum, & in processu, qui fit coram Auditore Cameræ via ordinaria adeo est necessaria, vt si omittatur, processus reddatur nullus, quãuis legitimatio non fuisset petita.*

3 *Præparatoria possunt expediri in Talamo iudicis, non seruato ordine iuris.*

4 *Interrogationes sunt permissæ, & in vsu, quamuis abierint in desuetudinem earum quædam antiquæ solennitates.*

5 *Interrogationes sunt permissæ, & possunt fieri in quauis parte iudicij etiam post conclusum in causa.*

6 *Casus quidam, in quibus interrogationes specialiter fiunt ante litis contestationem.*

7 *Interrogationes ad quem finem fiant, & quid operetur responsio ad eas.*

1 Præparatoria, † præambula, seu præludia iudicij dicuntur omnia acta, quæ fiunt in iudicio ante litis contestationem, seu actum, sapientem litis contestationem, Ioann. Andr. in additio. ad Specu. libro secundo, partic. prima, titulo de præparator. Iason. in Rubric. C. de edend. Marant. in suo Specul. part. 6. de inquisit. numero 2. Vant. tracta. Nullit. Rubr. de nullit. ex defe. process. numero quadragesimoseptimo. Ioannes Bapt. Asinius in practic. §. 14. numero decimoquinto. & And. Gail. in suis pract. obserua. libro primo, obserua. septuagesimaquarta, sub numero 2. & dicuntur præparatoria eo, quòd præparent aduersus impedimenta: finis enim eorum est, vt tollantur impedimenta obstantia l. tertia. §. qui habet haustum. ff. de seruitut. rusticorum prædi. & tradit Rota decisione vigesimaseptima, alias 332. numero quinto, de rescript. in nou. Nam si præparatoria necessaria non præmittantur, iudicium cespitabit: Verbi gratia, si quis vellet paratam petere executionem vigore alicuius publici instrumenti, in quo ipse non sit nominatus, sed sit vel hæres, vel cessionarius creditoris nominati in illo instrumento, velitque executionem causare contra heredem debitoris, vtique debet in primis verificare ista extrema: quòd ipse sit hæres creditoris, & conuentus successor debitoris, quia instrumentum, cui datur parata executio, habet locum inter per-
2 sonas nominatas in eo. † Item quomodocunque sit facta mutatio personarum, quæri debet semper ante omnia, vt legitimentur personæ Bald. in l. in hac actione. §. ibidem, numero secundo. ff. ad exhibend. Alexand. consilio 83. numero vndecimo, cum sequen. libro tertio, quos referunt, & sequuntur Modern. tract. de process. execut. part. quarta, capitulo primo. sub numero 63. in fine. & tradit Galles. ad form. Cameræ oblig. Rubr. de processu ipso numero vndecimo, folio 124. quæ quidem personarum legitimatio adeo erit necessaria in processu qui fabricatur coram Auditore Cameræ via ordinaria, vt si omitteretur, processus reddatur nullus, etiam si legitimatio non fuisset petita; sicuti dixi in-
3 fra capitulo 62. sub numero 24. † Et quoniam præparatoria, vt dixi, fiunt ante litis contestationem, infero, quòd illa poterunt expediri in talamo ipsius iudicis. l. voluit. §. primo. ff. de interrog. action. & non seruato ordine, seu illo præpostero, vt refert, & sequitur Vant. dicta Rubr. de nullit. ex defe. processu. numero 47. & ratio, cur possunt expediri in talamo iudicis est, quia ea, quæ fiunt ante litem contestatam, non sunt de actis, seu processu glos. in auth.

in med.lit.non fier.ſacr.iuſſ.in §.fina. in verbo,proę mijs, quam reputat notabilem Aſinius dicto §. 14. numero 15. Fallit hoc in libello, qui licet ſit ante litis conteſtationem, tamen ille poſſet reddere iudicium nullum,ſi eſſet ſine ordine, vt per Vanti. loco citato. Et ſi vis videre, quomodo procedatur contra debitorem debitoris via præparatoriorum,vide Luc.Pæt.in pract.libro 8.cap.2.ſub nu. 58. verſicu. forma autem.

4 † His generaliter cognitis de præparatorijs, quęro in ſpecie circa interrogationes, quæ & ipſę quoque præparatoria ſunt, de tribus: & primo, an poſſint fieri: ſecundo, quando poſſint fieri: tertio quid operentur: Quoad primum videtur dicendum, interrogationes eſſe prohibitas,pręcipuè ante litis cõteſtationem,argumento textus in l.1.§.primo. ff.de interrog.act.in illis verbis.

Interrogatorÿs autem actionibus hodie non vtimur,quia nemo cogitur ante iudicium de ſuo iure aliquid reſpondere,ideoq́, minus frequentantur,& in deſuetudinem abierunt.

Dicas contrarium per textum in l.vbicunque, & tot.titulo.ff.eodem. Non obſtat textus,allegatus in contrarium, quia dum ait, neminem cogi intelligitur iure actionis, ſecus autem officio iudicis, vt tradit Specu.libro ſecundo, partic.prima, titulo de interrog.§. ſciendum, ſub numero 4. vel reſponde, quòd interrogatus ante litem conteſtatam non cogitur reſpondere de credulitate,ſed ſolum de ſcientia: poſt litem verò conteſtatam cogitur reſpondere etiam de credulitate: vel reſponde, & melius, quòd abierunt in deſuetudinem ſublatæque ſunt actiones interrogatoriæ; hoc eſt illæ ſolennitates circa interrogationes,non autem ipſę interrogationes.& hæc reſponſio eſt germana, & vera, vt oſtendit Specu. vbi ſupra ſub numero 5. poteris etiam videre reſponſionem, quam Ioan.Andr.ad Specu.loco citato ſub litera G.refert, & ſequitur: Mihi tamen omnino ſatisfacit hæc, quam tertio, & vltimo loco poſuimus, & de vſu interrogationum, & quare debeant poſſe fieri, vide Neuiz. qui contraria diluit conſ.ſub num.12.verſ.ſed prædictis.

5 † Ad ſecundum dicas, fieri poſſe quotieſcunque iudici videbitur æquum.l.vbicunque. ff. de interrogat.actio.& Neuiz. dicto conſilio 5.numero 17.20. & 25. quare poterunt fieri etiam poſt concluſum in cauſa Barto.in dicta l.vbicunque,numero 7. & l.prima,numero 5.& tradit Specu.dicto §.ſciendum,in

6 principio, † Vbi tamen enumerat decem caſus, in quibus fiunt ſpecialiter ante litis conteſtationem: primus eſt, quando agitur contra quempiam,veluti hæredem, quoniam interrogabitur, an ſit hæres defuncti, cuius nomine conuenitur. Secundus eſt, quando reſponderet,ſe eſſe hæredem, quia interrogabitur,an ſit inſolidum, vel pro parte.l. prima. & l. qui interrogatur ff. de interrog.act. Tertius, quando reſpondet,ſe eſſe hæredem,quia interrogabitur an ſit ex teſtamento, vel quomodo, prout bene exẽplificat in actu praxis Ioan.And. vbi ſupra ſub litera I.Quartus eſt, cum agitur noxali iudicio,quia interrogabitur dominus, an poſſideat ſeruum, cuius nomine noxali iudicio agitur.l. ſi quis interrogatus, ff.eodem. Quintus in rei vendicatione, vbi interrogatur conuentus, vtrum poſſideat rem petitam, vel dolo poſſidere deſierit: Item pro qua parte.l.qui petitorio,& ibi Barto.ff.de rei vendic. Reliquos caſus videas apud Specul.loco citato, & conſulito etiam Neuiz.dicto conſ.5.num.14.& 15.

7 † Ad tertium dicas, interrogationes operari, vt reſponſio,ſeu inquam confeſſio, ad eos ſecuta, habeatur pro ipſa veritate,& proinde reuocari nõ poteſt, niſi iuſta de cauſa l. de ætate.§.ſi quis cum hęres,& §. ex cauſa. ff. de interrog.actio. Specu.eod. titulo. §. nunc de interrogationum. in principio, & vbi interrogatus recuſaret reſpondere, poſſet declarari confeſſus, vt ex textu in l.de ætate. §. qui tacuit.ff.de interrog.act.deducit Afflict.in conſtitutione, partes in iudicio.ſub num.4.libro 2. Et hæc ſufficiant: Tu, vbi opus erit, videas pro vberiori doctrina Specu.& alios quos allegat.Ioann. Andr. ad eum loco citato,& vltra eos,vide etiam Franc.Curtium Papienſ.tract.de interrogatio. tomo 4. fol.10.

De denunciatione,ſeu nunciatione,& proteſtatione. Cap. XXX.

SVMMARIVM.

1 Denũciatio,quòd dupliciter interueniat in iudicio, quòd ſit multiplex, & quomodo interueniat ea, de qua agitur hic.

2 Denunciatio,ſeu nunciatio quid,& quotuplex ſit.

3 Qualibet denunciatio,aut eſt iudicialis,aut extraiudicialis.

4 Denunciatio certificatoria multipliciter exemplificatur.

5 Denunciatio certificatoria, quando ſit facienda ei, qui iam eſt certus.

6 Denunciatio incitatoria exemplificatur multipliciter.

7 Denunciatio litis, ſeu inquam laudatio auctoris, nunquid debeat eſſe incitatoria,vel ſufficiat certificatoria.

8 Forma prædicta laudationis auctoris qualis ſit, & quot,& qualia ſint in ea conſideranda.

9 Emptor denuncians venditori litem motam cum requiſitione defenſionis, nunquid debeat illi tranſmittere vna cum citatione copiam libelli, & num debeat nuncius eidem relinquere copiã citationis.

10 Denunciatio litis nunquid ſit neceſſaria,quando venditor iam eſt certus de lite mota.

11 Denunciatio litis eſt facienda venditori, & non fideiuſſoribus, aut auctori ſui auctoris, niſi iſte emptor denunciaturus eſſet conſtitutus procurator in rem propriam,ſeu &c.

12 Venditore mortuo,nullo hærede ſibi exiſtente,denunciatio litis eſt facienda hæreditati iacenti.

13 Denunciatio litis poteſt fieri etiam pupillo, carenti tutore.

14 Denunciatio litis vſque ad quod tempus poſſit fieri.

15 Denunciatio litis eſt facienda coram eodem iudice, coram quo emptor denunciaturus eſt conuentus, & hoc amplia, vt procedat etiam ſi iudex, coram quo vexatur, eſſet delegatus, quia iuriſdictio dele-

delegata iſto caſu ratione conſequentiæ ſit prorogabilis.

16 *Hoc, quod proxime dixi ſuperius, limita, vt non habeat locum, ſi iudex eſſet arbiter, quia litis denunciatio non eſſet facienda coram eo.*

17 *Nuncius quomodo debeat exequi, ac referre denunciationem litis.*

18 *Denunciatio litis quem effectum operetur, & an illum ſemper operetur.*

19 *Donator non tenetur donatario de euictione.*

20 *Auctor laudatus num teneatur ſubminiſtrare emptori laudanti expenſas litis.*

21 *Emptori petenti dilationem ad denunciandum auctori, num ſit illi concedenda.*

22 *Nunciatio prohibitoria antonomaſticè exemplificatur in nunciatione noui operis.*

23 *Nunciatio noui operis quid ſit.*

24 *Nunciatione noui operis pendente, nihil eſt innouandum.*

25 *Nunciatio noui operis eſt triplex, & quomodo vna differat ab alia, & quomodo inter ſe conueniant, & quæ ſit earum practica, & forma.*

26 *Nuncians nouum opus, debet poſt factam nunciationem aſſumere modulos, & deſignare ipſum opus, ne aliquid innouetur, quia facta nunciatione noui operis, nihil eſt innouandum etiam ſi nunciatio foret iniuſta.*

27 *Hoc dictum, quòd pendente nunciatione noui operis, etiam iniuſta, nihil ſit innouandum, limitatur, vt non ſit verum, quando exploratum eſſet, nunciantem non habere ius nunciandi, quia tunc nunciatio poſſet impunè ſperni.*

28 *Nunciatus nunquid facta ſibi nunciatione noui operis, ſi offerat ſatiſdationem, poſſit continuare ædificium, & infra quantum tempus debeat nuncians docere de iuribus ſuis, & quid in hoc caueatur ſtatuto Vrbis.*

29 *Remiſſio nunciationis noui operis fit tripliciter.*

30 *Nunciatio verbalis, & nunciatio per iactum lapilli receſſerunt ab aula, & quæ fit prætoris auctoritate, viget in practica.*

31 *Nunciatio prohibitoria exemplificatur etiam in prohibitione, quam facit ceſſionarius debitori cedentis, de qua nunciatione, vide nonnulla remiſſiuè.*

32 *Nunciatio prohibitoria poteſt exemplificari etiam in denunciatione, quam debitor facit fideiuſſori, ne ſoluat creditori, quia &c.*

33 *Proteſtatio in quo differat à denunciatione.*

34 *Proteſtatio variè definitur à Doctoribus.*

35 *Proteſtatio quotuplex ſit.*

36 *Proteſtatio declaratoria propriæ voluntatis proteſtantis, ſicut poteſt multipliciter conſiderari, ita in multas diuiditur ſpecies. Quædam enim proteſtatio requirit præſentiam partis, contra quam fit proteſtatio, quædam verò non requirit.*

37 *Proteſtatio, quæ requirit præſentiam partis eſt illa, quæ fit ſuper eo, quod conſiſtit in propria voluntate ipſius proteſtantis, & in voluntate alterius.*

38 *Proteſtatio, quæ non requirit partis præſentiam eſt illa, in qua nemo grauatur: hæcq; ſpecies proteſtationis exemplificatur in multis caſibus.*

39 *Proteſtatio, de qua dixi ſupra, nume. 36. conſiderato loco, in quo fit, eſt duplex: iudicialis ſcilicet, & extraiudicialis.*

40 *Teſtes quando ſint neceſſarij, & quando non in proteſtatione.*

41 *Proteſtatio, contraria facto, regulariter eſt nullius momenti.*

1 DENVNCIATIO, † vel interuenit ī iudicio, quod fit ex officio, & de hac egi infra ca. 71. & 72. vel interuenit in iudicio, quod fit ad inſtantiam partis, & iſta eſt duplex: altera initiatiua iudicij, quia interuenit in eo, vti ſubſtantiale principium, & hæc eſt triplex: Euangelica: Canonica, & Iudiciaria, vt docui infra ca. 54. & de denunciatione, quæ eſt initium proceſſus ſcripſi infra capitu. 55.

Altera verò eſt primordialis, quæ præmittitur præparatiuè antequam deueniatur ad litem, quæ inciperet pullulare, & quoniam modo agimus de principijs, & primordijs, quæ interueniunt in proceſſu, qui fit ad inſtantiam partis, idcirco agam hic de iſta primordiali denunciatione.

2 † Eſt ergo denunciatio, ſeu nunciatio primordialis quædam notificatio, vel certificatoria tantum, vel etiam incitatoria, & iſta eſt duplex, videlicet, vel ad faciendum aliquid, vel ad deſiſtendum. Et licet Doctores promiſcuè loquantur de denunciatione, proteſtatione, prohibitione, vetatione, interpellatione, & ſimilibus, tanquam ſi forent Synonima Barto in l. non ſolum. §. morte, ſub nume. 11. ff. de noui operis nunciat. vbi enumerat decem ſynonima; tamen prædictę ſpecies propriè appellantur denunciationes, & impropriè, ac largè proteſtationes, vt tradit Papienſ. in pract. in form. de declinat. iuriſdict. in glo. proteſtans dictus num. 2. & 12. in fi. fol. 163. & 167.

3 † Omnis igitur denunciatio, vel eſt certificatoria tantum alicuius entis, vel incitatoria ad aliquid faciendum, vel prohibitoria alicuius facti, & quęlibet iſtarum, eſt duplex, aut iudicialis, quæ fit in iudicio, aut extraiudicialis, quę fit extraiudicialiter, quarum exempla poſui infra num. ſequen. Materia eſt prolixa, de qua Barto. Iaſ. & cæteri Doct. tractarunt magiſtraliter in dicto §. morte. Ego tamen inhærendo ſcopo præſentis capitis, agam de denunciatione, & proteſtatione ſolum, prout ſunt primordia quędam ad iudicium.

4 † Denunciatio certificatoria tantum alicuius entis poteſt exemplificari in pluribus: ego verò exemplifico in vno tantum: nimirum, quādo mulier denunciat, ſe eſſe prægnantem iuxta l. 1. §. quamuis. ff. de inſpicien. ventr. ibi. *Denunciare igitur mulierem oportet his, ſcilicet quorū intereſt, partū non edi. &c.* Vbi mulieri ſufficit denunciare ſimpliciter, ſe eſſe prægnantem: prout dicunt etiam Bald. in l. 1. C. de pericu. & comm. rei vendi. & Iaſ. in d. §. morte, ſub nume. 39. prope finem, Ego tamen huiuſmodi denunciationem mulieris prægnantis adhuc non vidi

5 practicari.† At quæro nunquid hæc denũciatio certificatoria ſit facienda ei,qui iam eſt certus? Reſpõdeo, quòd ſi notificatio eſt facienda ad hunc effectum ſolum certiorandi, non eſt neceſſaria.l.1.in fi. ff.de act.empt. ibi. *Neque certiorari debuit qui non ignorauit.* Capr.reg.87.nume.223.cum ſequen. & additio ad pract.Papienſ.in forma de declinato. iuriſdict.in glo.proteſtans dictus. in verbo denunciationis.folio 169.& faciunt tradita per Alex.conſil. 138.lib.7.quamuis eo loci ſecundum epitome malè conſuluerit; ſecus quando in denunciando requiritur certa forma, vel quando finis denunciantis eſt incitare,& trahere ad aliquid faciendum, vel non faciendum Bal.in l.prima.nu.6.C.de pericul. & com. rei vend.& Ioan.de Amic. conſil.145. nume.6. vbi plures cumulat.

6 † Denunciatio incitatoria ad aliquid faciendum exemplificatur à Barto.in dicto §.morte,nume.53. in interpellatione, quã creditor facit debitori, quia ad effectum,vt is debitor conſtituatur in mora,non ſufficit, quod creditor cõgruis loco, & tempore denunciet ei ſuum creditum, ſed debet etiam illum incitare, ac requirere, vt ſoluat, quia alias non conſtituet eum in mora Bart.vbi ſupra nume.53. quem ibidem refert, & ſequitur Iaſon.num.41.

7 †An autem denunciatio litis,ſeu laudatio auctoris debeat eſſe incitatoria, vel ſufficiat, quòd ſit certificatoria tantum, Doctores ſunt in controuerſia: Aliqui enim tenent, quòd emptor, cui mota eſt lis ſuper re empta debeat laudare ſuum auctorem, eique litem intimare,& quòd non ſufficiat intimatio per hæc verba: ſcias quòd mihi eſt mota lis ſuper tali re, ſed quòd debeat etiam requirere eum,vt veniat ad ipſum defendendum, & ſuſcipiendam litẽ. Barto.in ſæpe citato.§.morte,ſub num.51. & 52.& in l.qui abſentem.ff. de procurat,Bal. in l.libera, nu. 8.C.de ſenten.& interlocut.omn.iudi.& in l. ſi cum quæſtio.C.de euict.& alij,quos refert Iaſo. in eodẽ §.morte,ſub nu.39.& in ſpecie, ſequendo Bartolũ, ita punctualiter declarat Maran.in ſuo Spec. par.6. memb.5.ſub num.12.& plura congerit Gaſpar Caball.ſuper conſtit.Marchiæ lib.6.c.31.nu.4. & hæc

* eſt communis. * Contrariam tamen opinionem, ꝙ ſatis ſit emptori certificaſſe venditorem de lite mota ſine requiſitione defenſionis tenuit Iaſ. qui alios allegat ſub dicto nu.39. vbi ea principali mouetur ratione,quòd vbi alicuius actus vnus ſolus finis aſſignari poteſt, ille habetur pro aſſignato, & expreſſo, prout dicimus de ratione,quòd habetur pro expreſſa, quando vnica tantum reddi poteſt. l. quamuis,& ibi Bald.& Caſtr. C. de fideicom. ſed ſecundum ipſum in denunciatione litis nõ poteſt aſſignari alius finis,quàm iſte, vt venditor defendat: ergo cenſetur expreſſus: Quid tenendum? Re vera rationes,quibus mouetur Iaſon, ſunt ſatis validę: ſed quicquid ipſe dicat, non eſt recedendum ab opinione Bartoli,& ſequacium,quia eſt communis,& etiã tutior ad euitandas oppoſitiones,prout teſtatur etiã Iaſ.loco citato,& eam nos ſeruamus hic in Vrbe,& ſeruari vidi in pleriſque alijs locis, eamque ponit Spec.lib.4.part.3.tit.de euictio.nume.1.

Verum quia hæc materia eſt in iudicijs frequẽs, & practicabilis, prout aſſerit etiam Foller. ad Marant.loco citato num.14.ideo ſuper ea libet aliquantulum pedem figere.

8 † Quæro ergo in primis, qualis eſſe debeat forma huius denunciationis,facienda per emptorem? Reſpondeo, eſſe in ea conſideranda quinque: primum ea,quę ſunt notificanda,ſeu intimanda: ſecũdum perſonam,cui ſunt notificanda: tertium tẽpus, quo eſt certioranda: quartum corã quo iudice: quin

9 tum,& vltimum modum notificationis.† Et quo ad primum dicas, quòd emptor debet denunciare litẽ motam cum requiſitione defenſionis, vt ſuperius dixi: Et ad hoc,vt is,cui denunciatur,debeat credere, eſt ei tranſmittenda in citatione copia libelli vna cum ipſa citatione, quæ fuit ad ſe tranſmiſſa in forma debita,& authentica iuxta ea,quæ traduntur in clem.cauſam.de elect. vbi Cardin. ad finem infert generaliter,quòd omnis intimatio, vel denũciatio, quæ obligat ad aliquod præiudiciale,debet fieri ſecundum formam ſupra traditam, quod ait eſſe perpetuo notandum, quia ignoratur in practica, & in terminis noſtris firmant Bar.in ſæpe citato.§. morte,ſub num.47.& 48.& in l.empti actio.C.de euict. Papien.in pract.in form.libell.de declinator.iuriſd. in glo.proteſtans dictus ſub num.15.fol.167.& Maran.in ſuo Spe.dicto memb.5.num.12. Neque obſtat,quòd nonnulli tenuerint contrarium, nimirum ſatis eſſe quod emptor citet venditorem, vt veniat ad defendendum, quòdve denunciet eidem in eadem citatione,qualiter ſibi eſt mota lis ſuper tali re, prout in practica ſeruari teſtatur Bald. in d.l. empti actio.nu.2.C.de euict. quoniam dico,recedendum non eſſe à prędicta pract. Bart.in allegato §.morte, vt etiam tradit ibidem Iaſ.ſub nu.28. & quæ deducuntur in contrariũ,poſſunt procedere, quando denunciatio fieret cum iudicis auctoritate,quia eo caſu crederetur iudici abſque eo quòd tranſmitteretur copia libelli cum citatorio, vt notat generaliter Iaſ.in allegato. §.morte,nu.29.& ad Bal. poteſt reſponderi, quòd illa opinio quæ forſan ſeruabatur tempore ſuo, non ſeruatur hodie prout reſpondet etiam Foller.in addit.ad prac.Maran.vbi ſupr. ſub numero 12.

At quæro in caſu, quo nuncius citans legeret ei, cui denunciat,citationem, & libellum: nunquid teneatur adhuc illi tradere copiam libelli cum citatorio? Iaſ.vbi ſupra diſtinguit. Aut copia eſt petita, & erit danda: Aut non, & ſufficit quòd ſint lecti libellus,& citatio, quę diſtinctio optimè munitur ex diſpoſitione præcitatæ clem. cauſam, & faciunt pro eadem quæ tradit de citatione Vant. tractat. nullit. Rub.de null.ex def.citat.nu.151.per totum, ſed vltra Iaſ.adde,quòd copia primæ citationis, & ſi non ſit tradenda; niſi ſit petita, eſt tamen offerenda.etiã quòd non ſit petita: & acceptata, eſt tradenda ſumptibus mandantis citari Rot.diuerſ.deciſ. 762.par. tertia, libro tertio. Secus eſt in alijs ſequentibus citationibus, quia ſufficit illas legi, & vbi eorum copia fuerit petita, eſt tradenda ſumptibus petentis, & in his ſequentibus citationibus procedunt, quæ tradunt Iaſ.& Vant.locis allegatis, & eſt ratio diuerſitatis: quia; vt tradit Rota vbi ſupra; prima

citatio

citatio continet negotium, ſuper quo actor litigare intendit. Ideo, vt reus ſit certus ſuper quo actor litigare intendit, debet ſibi dari copia ſumptibus actoris, vt dicimus de libello; & offerri, ſi non petatur, quæ ratio non militat in alijs ſequentibus, cum iam citatus ſit certus de lite, & de eo, ſuper quo eſt lis: & ita eſt declarando dicta clement. cauſam, de electione.

10 † Sed nunquid iſta denunciatio litis ſit neceſſaria, quando is, cui eſt facienda, iam eſſet certus de lite mota? Reſpondeo, quòd ſic, quia iſta denunciatio non eſt notificatio certificatoria tantum, ſed etiam incitatoria Iaſon. in dicto §. morte, numero
* 40. & eſt communis, * de qua teſtatur Capr. regul. 87. nume. 223. & 225. cum ſequent. & hæc quoad
11 primum conſiderandum. † Quoad ſecundum de perſona certioranda, & incitanda dicas, denunciationem faciendam eſſe auctori, & ſic venditori, vt tradunt præfati in locis allegatis, & dixi ſupra numero 7. patebitque etiam infra. Vnde eſt, quòd licet venditor in inſtrumento venditionis dediſſet fideiuſſores de euictione; emptor tamen debet denunciare venditori, & non fideiuſſoribus Bald. in l. libera. numer. 2. C. de ſentent. & interloc. omnium iud. quem refert, & ſequitur Foller. in ſuis additio. ad practic. Marantæ. dicto membro quinto, num. 6. in fine.

Hinc quoque firmamus, emptorem non poſſe denunciare auctori ſui auctoris, niſi ſuus auctor, id eſt venditor expreſſe ceſſiſſet ei iura, & actiones, vel conſtituiſſet eum procuratorem in rem propriam, quod Notarij ſolent ſemper apponere in inſtrumento venditionis, quia tunc idem importat, quod ceſſio actionum, & ideo poſſet laudare auctorem ſui auctoris. l. ſi res. ff. de euiction. Bald. in l. prima, ſub numero 9. C. comm. de leg. & in l. cum ſucceſſores, numero 2. C. de euiction. Marant. in ſuo Specu. dicto membro quinto, nume. 9. & alij, quos ibi refert, & ſequitur Foller. num. 18.

12 † At præſupponamus, venditorem eſſe mortuũ; nullo ſibi exiſtente hærede ita, vt hæreditas ſit iacens, & quòd emptor non poſſit laudare aliquem alium: quæro cui denunciabitur lis mota? Reſpondeo Caſtr. conſilio 240. libro primo, quem refert, & ſequitur Foller. vbi ſupra, ſub numero 14. tenet, denunciandam eſſe hæreditati iacenti, emptoremque non teneri ad faciendum illi prouideri de Curatore: Cæterum huiuſmodi denunciatio non erit efficax, vt ipſa hæreditas iacens incurrat pœnam ob rem euictam, & non defenſam, quod tradunt, eſſe valde notandum.

13 † Sed quid ſi venditor deceſſiſſet, relicto ſibi hærede aliquo pupillo: num poterit ei denunciari? Reſpondeo, quòd ſic etiam ſi careat tutore, neque erit neceſſarium, quòd emptor faciat illi prouideri de Curatore ad litem Bal. in dicta l. libera, numero 9. C. de ſenten. & interloc. omn. iudic. vbi dicit, hoc eſſe mirabile. vide etiam Caſtren. dicto conſi. 240. & Foller. in addit. vbi ſupra num. 7.

14 † Quoad tertiam de tempore, quo eſt notificanda: Marant. in ſuo Spec. part. ſexta, dicto membro quinto, num. 5. nixus auctoritate textus, gloſſæ, & Baldi in l. ſi rem, quam §. fin. ff. de euict. tenet, quòd venditor poſſit denunciare in quacunque parte iudicij vſque ad publicationem proceſſus excluſiuè, quod etiam tenet in l. emptor, la ſecunda, numer. 2. in fine. C. eodem. ſed Foller. in addit. ad eum eo loci, motus auctoritate eiuſdem Baldi in allegata. l. libera, numero 11. ſtrictius loquens, tenet poſſe fieri intra tempus dilationis aſſignatæ ad probandum antequam labatur, quod videtur æquius dictum, quia cum venditor admittatur, vt tertius ad cauſam in ſtatu, & termino, in quibus reperitur tempore comparitionis, vt tradunt Afflict. deciſ. 15. numero primo. Crauet. conſilio 14. numero . . . Et Gail. qui hoc bene docet in pract. obſeruat. libro 1. obſeruat. 71. numero 1. ſi denunciaretur ei; lapſo termino ad probandum, vtique non foret in tempore ad docendum de iuribus ſuis: vnde æquius erit, vt ſibi denuncietur antequam labatur terminus ad probandum.

15 † Quoad quartum coram quo iudice ſit lis intimanda: dicas, coram eodem iudice, coram quo emptor eſt conuentus: quia venditor tenetur defendere emptorem in foro emptoris Afflict. deciſ. 227. ſub numero 2. & Gramm. deciſ. 21. in principio. Et eſt ratio, quia, vt dixi, Venditor eſt tertius interueniens in cauſa, qui retinet naturam actoris, & idcirco cogitur ſequi forum Rei: videlicet emptoris vulg. l. fin. C. vbi in rem actio. & tradit Gail. dicta obſer. 71. numero 2. in fine, & numero 4. cum ſequen. Hancque concluſionem amplia, vt habeat locum etiam ſi iudex inter agentem de euictione, & emptorem eſſet delegatus: quia hoc caſu iudex delegatus poterit citare auctorem laudatum, non nominatum in reſcripto delegatorio: vnde regula, quòd iuriſdictio delegata non ſit prorogabilis ad perſonas non expreſſas in delegatione, limitatur, vt non procedat, quando iuriſdictio veniret in conſequentiam Afflict. dicta deciſ. 227. nu. 2. Marant. dicto membro 5. ſub nume. 10.

16 † Limita eandem concluſionem, vt non habeat locum, quando agens de euictione, & emptor litigarent coram arbitro, quia coram eo non poſſet emptor laudare auctorem, vt diſputando concludit Foller. in ſuis addition. ad practic. Marant. dicto membro quinto, numero 2. & 3. An tamen clericus auctor laudatus poſſit declinare forum. vide Boer. deciſio. 69. numero 17. Gram. deciſ. 21. & Capic. deciſ. 197. quos ſequitur Foller. vbi ſupra num. 10.

17 † Quoad quintum, & vltimum, quomodo Nuncius debeat notificare denunciationem eiuſque relationem facere, dicas, hoc partim colligi ex prædictis in primo conſiderando, nume. 9. formaliter autem hoc potes diſcere ex his, quæ docui infra cap. 45. & ca. 48. in materia citationis.

Facta ergo denunciatione modo, & forma, qui-
18 bus ſupra: inſurgunt nonnullæ difficultates. † Et prima quem nam effectum pariat huiuſmodi denunciatio? Reſpondeo, coget venditorem, vt veniat ad defendendum cauſam, & in caſu euictionis, ſeu expenſarum coget eum ad reſtitutionem pretij, dãni, & refectionem expenſarũ. l. emptor, la ſecunda. C. de euict. Alex. in ſæpe citato. §. morte, col. ante-

penult.& penult.ff.de nou. oper.nunciatio. & in l.2, §.voluntate,colum. 3.in fine.ff. soluto matrimonio. & hoc est clarum. Dubium tamen est, an pariat semper hunc effectum? Respondeo cum distinctione.

Aut is,qui denunciat, tenet rem nomine alieno, sicuti tenent conductor, Depositarius,& similes,& tunc sumus extra terminos,quia in hoc casu non cadit laudatio auctoris,& per cõsequens, nec euictio, sed solum nominatio, vt dicam suo loco: Aut habet rem nomine proprio,& rursus distinguo,vel habet titulo oneroso,prout habet emptor rem emptã, & denuo distinguo: Aut is facta denunciatione vẽditori, assistit nihilominus adhuc defensioni rei emptæ vsque ad sententiam inclusiuè: & isto casu denunciatio indistinctè operatur hunc effectum,vt vẽditor teneatur de euictione: Aut facta denunciatione, non curat vlterius comparere ita, quòd ipse emptor condemnatur in contumaciam, & venditor non tenebitur de euictione Bald. in l.1. numero 12.& 13. C. de pericu.& commo.rei vend. & Dec. consil. 74.in principio,vbi declarat libro primo.verum Saly.in dicta l.1.declarat dictum Baldi, vt nõ procedat, quando emptor assisteret vsque ad sententiam, quamuis tempore prolationis sententiæ non comparuerit, quia secundum eum venditor, adhuc tenebitur de euictione: ita etiam refert,& sequitur Foller. in addition. ad Specu. Marant.dicto membro quinto, sub numero 17. Hoc idem est dicendum, quando ex actis notoriè constaret, quòd debebat condemnari etiam si emptor astitisset defensioni causæ, quia tunc quamuis non astiterit vnquam, venditor tamen tenebitur de euictione, vt per Bald. in l. si cum quæstio. sub numero 1. C. de euiction.& Dec.dicto consilio 74.in principio; immo bene facit, si non litigat: quia defendens scienter malam causam non recuperat expensas Bald. in l.prima, sub numero 2. C. eodem. & hæc quando habet rem titulo oneroso. Aut denunciãs habet rem titulo lucratiuo,prout eam habet donatarius, & tunc subdistinguo: Aut donatio incipit ab obligatione: Aut à traditione: si ab obligatione non resoluo hic: si à traditione,rursus distinguo: Aut donatarius vult agere ratione particularis interesse, & expensarum,& super hoc transeo sine resolutione: Aut vult agere proprie de euictione totius rei do-

19 natæ.† Et clari iuris est, quòd donator non tenetur de euictione.l.ad res donatas.ff.de ædilit.edict. vnde in hoc casu non parit prædictum effectum: vide ad hæc Papiens.in pract. in form. libell. pro donat. in glo. ad dimittendam.folio 704.

20 † Quæro etiam, nunquid auctor laudatus, videlicet venditor teneatur subministrare expensas litis emptori, pendente iudicio inter agentem de euictione, & ipsum emptorem? Respondeo, distinguendo: Aut inter venditorem, & emptorem est conuentum de sumptibus; prout notarij communiter solent hoc pactum apponere in instrumento venditionis: Et tunc non est dubium, quòd venditor vigore pacti poterit cogi ad subministrandas expensas etiam ante rem euictam secundum Marantam in suo Spec.par.sexta.dicto membro quinto,numero decimotertio. Sed contrarium tenet gl. in l.cum testamento, in verbo. quasi puram. C. de testamen.manumiss. quam ibi,vti singularem sequitur Bald.num.5.

Et supposito, quòd opinio Marantæ sit vera, illæ expensæ essent forsan subministrandæ in dies; prout fierent, & non arbitrio iudicis per ea,quæ tradit de expensis subministrandis à diuite litigante cum paupere Menoch.de arbit.iud.libr. 2. cas.169. sub numero 12.

Præfata conclusio, quòd auctor laudatus teneatur ad sumptus litis, fallit primo, quando res euinceretur ratione possessionis, quia tunc non debentur etiam, quòd in instrumento venditionis forent promissi, nisi fuerint expresse promissi etiam si res euinceretur ratione possessionis Barto.in l.ratio, numero primo.& sequen.ff.de act.empt.& Salyc.in l. prima.C.de euictio. quos refert, & sequitur Foller. in additio.ad Specu.Marant.vbi supra sub numero 13.& idem tradit Bal.in l.1.num.11.C.de pericu.& comm.rei vendi.

Fallit secundo: quando venditor suscepisset in se litem, prout solent venditores communiter promittere in instrumentis venditionis, quia tunc,cum suscipiat litem venditor, non faciet aliquos sumptus Bald. in l. absentem. ff. de procurator. quem refert, & sequitur Foller. sub dicto numero 13.& quando expensæ sunt promissę in instrumento venditionis.

Aut expensæ non sunt promissæ, & isto casu, quando debeantur, & quomodo relego te ad Bal. in dicta l.1.num.2.C.de euict. Marant. & Foller. in locis proximè allegatis.

21 † Dubitatur etiam de nonnullis alijs, & primo num emptori, petenti dilationem ad denunciandum auctori,iudex debeat ei illam concedere? Respondeo: Aut auctor est præsens,& non est concedenda: Aut est absens, & tunc iudex poterit, aliquibus causis consideratis, concedere, si ei videbitur, ita post relatas nonnullas opiniones concludit Ioannes And.in additio.ad Specu.libro secundo, particula prima,titulo de dilation.in principio, in verbo. Dubitatur.in litera G. quem etiam refert, & sequitur glos.ad pragmaticam Regni, dubitationem. Et quidem non video,cur dilatio sit concedenda, cum emptor habeat tempus ad denunciãdum vsque ad lapsum termini probatorij exclusiuè, vt dixi supra numero 14.

Et hac opinione stante,cessat illa difficultas, quã ponit Marant.in suo Specu.partic. sexta, membro quinto,numero 8.videlicet nunquid; pendente dilatione data emptori ad denunciandum, sit supersedendum in causa: si tamen demus, dilationem concedendam esse, crederem,tunc esse supersedendum; prout dispostuit etiam allegata pragmatica, dubitationem, quando emptori est concessa dilatio ad denunciandum auctori absenti.

Secundo dubitatur, an sint aliqui casus, in quibus emptori detur regressus contra venditorem pro re euicta etiam si omiserit denunciare: sed ne diutius immorer, tam in hoc, quàm in alijs quibusdam, de quibus posset dubitari, relego vos ad Docto-

Doctores, ſuperius citatos, & hæc de denunciatione incitatoria.

22 †Nunciatio prohibitoria poteſt in multis iuribus, & caſibus exemplificari, vt non otioſis leguleis ſatis patere debet, inter alios tamen antonomaſticè exẽplificari videtur in renũciatione noui operis, de qua toto titu. de noui oper. nunciatio. ff. & C. & extra in decret. & peculiariter in l. 1. in princip. & §. nunciatio. & in l. de pupillo, §. meminiſſe. ff. eodem. Hæc tamen nunciatio non videtur retinere rationem ſubſtantialis initij proceſſus, & iudicij, niſi eam conſideremus, prout præparatur ad iudicium interdicti demolitorij.

23 † Eſt ergo nunciatio noui operis quędam ad iudicium prouocatio, ſeu extraiudicialis appellatio ad tradita per Barto. in dicta l. 1. numero 18. ff. de nou. oper. nunciat. & per Bal. conſilio 112. volu. 1. & hęc eſt communis* deſcriptio, de qua perfunctoriè teſtatur Iaſon. in dicta l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori, ſub numero 16. ibi ſecundo, & fortius, † vel ad euitandas eiuſdem Iaſonis oppoſitiones in dicta l. prima. ſe habet ſaltem per modũ appellationis extraiudicialis: quia, quemadmodum appellatione pendente nihil eſt innouandum, ita quoque nunciatione noui operis pendente eſt deſiſtendum, & hoc procedit ſiue nunciatio ſit iuſta, ſiue iniuſta, vt dixi inferius ſub numero 26.

24

25 † Hæc noui operis nunciatio ita deſcripta eſt triplex: prima verbalis, de qua loquitur textus, & ibi Doctores in ſæpe citata l. 1. §. in operis. ff. de noui oper. nuncia. Secunda per iactum lapilli: tertia per prætorem, de quibus duabus vltimis loquitur text. & ibi Doctores in dicta l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. eodem in illis verbis.

Meminiſſe autem oportebit, melius eſſe eum per prætorem, vel per manum, id eſt lapilli ictum prohibere, quàm &c.

His breuiter cognitis circa eſſentiam, & quotuplicitatem nunciationis reliquum eſt, vt videamus primo loco in quibus hæ tres nunciationis ſpecies differant, & in quibus conueniant. Secundo nonnulla ad materiam facientia ſunt notanda.

Et quoad primum differunt inter ſe primo in ipſo modo nunciandi, & in hoc dupliciter: primo ratione ipſius nunciationis. Secundo ratione perſonarum nunciantium. Differunt ſecundo in modo exequendi: tertio, & vltimo differunt in effectu. differunt in ipſo modo ratione nunciationis, quia verbalis non requirit iactum lapilli, vt requirit ea, quæ fit per lapilli ictum, & vtraque iſtarum differt ab ea quæ fit per prætorem, quia iſtæ fiunt propria auctoritate abſque eo, quòd prætor aditus ſit, dicta l. prima. §. nunciatio. il primo. & ibi Iaſon. numero 1. & in dicta l. de pupillo. §. meminiſſe, ſub numero 2. & in §. ſi is, cui nuncianti. num. 3. Quæ vero fit per prętorem habet ipſius auctoritatem Iaſo. in dicta l. de pupillo, §. nunciationem, ſub numero primo, quam quidem auctoritatem prætor ſolum petenti, & non alijs debet impertiri, vt tradit idem in præcitato. §. meminiſſe, ſub nume. 7.

Differunt ſecundo reſpectu perſonæ nunciantis, quia primæ duæ videlicet verbalis, & ea quæ fit per iactum lapilli nunciantur per ipſoſmet principales, ſiue per aliam priuatam perſonam nomine eorum: quæ vero fit auctoritate prætoris nunciatur per nuntium, qui de mandato Pretoris inhibeat Iaſon. dicta l. de pupillo. §. nunciationem, ſub numero 1. circa medium, & hæ ſunt duæ differentiæ in modo nunciandi.

Secundo differunt principaliter circa modum exequendi, quia & ſi verbalis, & ea quæ fit per iactum lapilli, non habeant à lege vllum certum pręſcriptum modum, quo notificari, ac nunciari debeant, prout minus habent certa, & determinata verba, quibus concipienda ſint, vnde non refert per quæcunque verba fiat nunciatio, dummodo nuncietur nouum opus, textus eſt, & ibi glo. in l. ſi procurator. ff. eodem. & dummodo iudici conſtet de denunciatione facta, non refert quomodo conſtet, quia hic dicimus, non curamus de modo, dummodo habeamus effectum. l. 3. C. de inſtitut. & ſubſtit. tamen practica, & conſuetudo præſcribunt, vt de nunciatione debeat iudici conſtare per publicum inſtrumentum eo nomine confectum, vt tradit Gaila. in practic. obſeruat. libro primo, obſeruat. decimaſexta, ſub numero 12. vbi ita deciſum fuiſſe teſtatur in cauſa Reipubl. Lubucenſis contra Epiſcopum Lubucẽſem anno Domini 1564. die 24. Aprilis, & in multis alijs. Igitur inhærendum erit huic practicæ, quamuis iura deficerent, quoniam practica, ſeu conſuetudo eſt optima legum interpres. l. ſi de interpretatione. ff. de legib. l. cum de nouo, & ibi gloſ. C. eodem, & vbi lex omnino deficit, eſt optima illius mentis ſectatrix, prout de vſu, & ſtylo Palatij tradit Veſtri. in pract. libro 5. capit. 13. ſub numero 1. verſiculo, amplius, in fine. Adeo enim (inquit) pro ratione cuiuſque vſus ſacri Palatij, inſudo, quòd mihi perſuadere non poſſim, quicquam vſu receptum eſſe in Palatio, quod ab ipſo legis fonte non ſcateat. Sed quæro magis in indiuiduo, quæ erit practica, vt de hac nunciatione verbali, & ſimiliter de ea, quæ fit per iactum lapilli poſſit confici inſtrumentum? Reſpondeo, Nuncius ſecum ducet Notarium, & duos teſtes, & coram eis nunciabit nouum opus, de qua nunciatione notarius faciet inſtrumentum: quam practicam confirmo ea ratione, quòd ita ſeruatur in appellatione extraiudiciali, vt per Marant. in ſuo Spec. part. ſexta. in Rubrica. & quandoque appellatur ſub numero 133. fol. mihi 475. At nunciatio noui operis ſe habet, vt dixi, per modum appellationis extraiudicialis. Ergo congruum eſt, vt eadem practica, quæ ſeruatur in appellatione extraiudiciali, ſeruetur etiam in nuntiatione noui operis. Accedat pro iſta practica, quia certi iuris eſt, parti exequenti de commiſſione iudicis, non credi, niſi probetur: facilè enim poſſet mentiri in cauſa propria ad damnum aduerſarij, quare, ſi iudex commiſerit citationem parti, poterit illam exequi, ſed non ſtabitur eius relationi, niſi probetur Marant. in ſuo Specu. par. 6. primo membro iudicij, nu. 44. & 45.

Sed in nunciatione, quæ fit per Prætorem, ſatis erit quòd Nuncius referat, ſe nũciaſſe: vnde apparet differentia in modo exequendi.

Tertio differunt in effectu, quia nuncians verbaliter, amittit poſſeſſionem, textus eſt in l. prima. §. in operis, & ibi Doctor. ff. de noui oper. nunciatio. ſecus eſt, quando nunciatur per iactum lapilli, ſeu per prætorem. l. de pupillo. §. meminiſſe, & ibi Iaſon. & in dicto §. in operis, numero 1. in principio, & in verſiculo, ſecundo & fortius. ff. eodem. Aduerte tamē quia licet nūcians verbaliter amittat poſſeſſionem, tamen nunciatus eam non acquirit abſolutè per illam ſolam nunciationem, ſed mediante ſatiſdatione, quam daret, vt tradunt Iaſon. in dicta l. prima, ſub numero 12. & Gail. dicta obſeruat. 16. ſub nume. 17. in fine. vnde ſi nunciatus, non obtenta prius nunciationis remiſſione medio ſatiſdationis, vel aliter ſpreta nunciatione, pergeret ædificare, daretur contra eum interdictum demolitorium Iaſon. in dicto §. in operis, numero 2. & Gail. al. dicta obſeruat. decimaſexta, ſub numero 2. & habet locum etiam ſi iuſtè ædificaſſet, vt tradit Specu. libro quarto, particul. 4. titulo de noui operis nunciatio. in principio. vbi ponit formam libellandi ad intentandum demolitionem. Ratio autem, cur per verbalem nunciationem amittatur poſſeſſio, & non per alias duas non eſt præſentis indaginis. videas Bart. & Iaſon. & alios in dicta l. 1. & in dicto §. meminiſſe. & hæc dicta ſint de differentijs.

In reliquis conueniunt, quia quælibet nunciatio eſt facienda in ipſo opere, & alibi facta nō teneret; etiam ſi nunciaretur ad domum eius, cui nunciatur, quo caſu poſſet ſperni. l. de pupillo. §. ſi quis fortè. ff. de noui operis nunciatio. Gail. vbi ſupra, ſub numero 9. & 10. & procedit etiam ſi nunciaretur Domino perſonaliter. Et hæc eſt communis, * de qua teſtatur Iaſon. in dicta l. de pupillo. §. ſi quis fortè, numero 3. ff. de noui operis nunciatio. Et poteſt fieri etiam nunciato abſente; dummodo adſint aliqui præſentes, qui domino veriſimiliter ſint relaturi, quales ſunt domeſtici, fabri, alijque ſimiles operarij: vide Iaſon. in ſæpe allegata l. de pupillo. §. nunciationem, numero 3. & latius, numero 5. Exiſtimat tamen iſto caſu Specu. libro 4. particu. quarta, numero 9. quòd ædificatum ab ipſis opificibus poſt denunciationem, domino ignorante; non ſit demoliendum, quod an verum ſit modo non firmo: textus enim in dicto §. ſi quis fortè, per ipſum allegatus hoc meo iudicio non probat. Conueniunt pariter in remiſſione, quia quælibet earum poteſt triplici via remitti. Vide infra num. 29.

Item conueniunt in termino, quo nuncians debet docere de ſuo iure, vide Doctores in præcitato titulo, de nou. oper. nunc. ff. & C.

26 † Facta ergo nunciatione noui operis, nota tu, qui nunciaſti, & vis, vt ea pendēte, nihil innouetur, quia debes aſſumere modulos, & deſignare quomodo reperiatur opus tempore nunciationis ad effectum, vt ſi quid erit innouatum, debeat demoliri, quæ modulatio ſapienter fiet, ſi coram tabellione, & teſtibus menſuretur longitudo, & latitudo ædificij tempore denunciationis, vt docet Specu. libr. 4. particu. 4. titulo de noui operis nunciat. nume. 5. Et vbi hæc modulatio, ſeu deſignatio fuerit omiſſa, & aliquid fuerit innouatum; facilè ſuccumbes in iudicio demolitionis, vt refert, & ſequitur Iaſon. in l. nō ſolum. §. ſciendum, numero 1. ff. de noui oper. nunciatio. Hac autem deſignatione facta, & pendente noui operis nunciatione: tu eris ſecurus, quòd nihil impune poterit innouari. Et hoc procedit etiam ſi nunciatio foret iniuſta, textus eſt in dicta l. 1. & ibi glo. Barto. Iaſ. & alij, dixique ſupra nume. 24. & eſt communis * de qua teſtatur Gail. in pract. obſerua. libro 1. obſeru. 16. nume. 1.

27 † Limita hanc ampliationem, vt non procedat, quando exploratum eſſet, nūciantem nō habere ius nunciandi, quia tunc nunciatio poſſet impunè ſperni. Hæc eſt communis, * de qua Abb. in cap. 1. num. 10. de oper. nou. nuncia. quam refert, ſequitur, & aſtruit Gail. vbi ſupra numero 4. cum ſequent. à qua in iudicando ait, recedendum non eſſe, & faciunt quæ ſcribit Neuiz. conſilio 65. ſub numero 20. ver. Aduertatur. exploratum, & notorium ſecūdum eū ibidem, num. 7. dicitur tripliciter: videlicet, quando de eo conſtat per inſtrumentum, vel per rem iudicatam, vel per euidentiam facti. & ſuper hoc remitto te ad ea quæ latius docui infra cap. 76.

Limita etiam alijs modis, prout limitant Iaſo. in dicta l. 1. num. 3. & Gail. loco citato, num. 8. cum ſequen. 28 † At nunquid poſſet nūciatus ſtatim atque facta eſt ſibi nunciatio offerre ſatiſdationem, & pergere ædificium? Reſpondeo Iaſ. in dicta l. 1. num. 19. ait, quòd poſſet ſecundum leges Digeſtorum in dicto titulo, de nou. oper. nuncia. quod dictum deinde limitat, aitque eſſe communem* Doctorum limitationem, vt non procedat, quando nuncians, cui offertur ſatiſdatio, replicaret: *Hodie conſtat, hodie agatur:* quoniam tunc ſecundū ipſum eſſent expectandi tres menſes. Verum ſecundum legem Cod. eodem. credit, hodie expectandos eſſe tres menſes indiſtinctè, etiam quòd nuncians non replicaret cōtra oblatam ſatiſdationem: *Hodie conſtat, hodie agatur*: Quare concludit, per illum textum limitari omnia iura Digeſtorum aliter diſponentia: aſſerit tamen deinde, recedendum non eſſe à communi Doctorum ſententia. Sed quicquid ſentiat Iaſ. vide tu Gail. dicta obſeru. 16. numero 17. vbi ait, quòd nunciatus non poteſt ædificare, niſi elapſis tribus menſibus, & oblata deinde ſatiſdatione de opere demoliendo: & non antea, quamuis offerret ſatiſdationem, intra quos tres menſes debet nuncians docere de iuribus ſuis. l. vnica. C. de noui operis nunciatio. & ita ait, pronunciatum fuiſſe in Camera Imperiali. Nos tamen habemus ſtatuta Vrbis libro 1. cap. 148. vbi, facta noui operis nunciatione, ſeu prohibitione, conſulitur nunciato, vt poſſit offerre nuncianti ſatiſdationem de deſtruendo opere, quamuis ſit in poteſtate nunciantis an velit acceptare ſatiſdationem, vel ſuſcipere onus docendi de iuribus ſuis infra ſex dies vtiles, vtrique parti communes. His autem ſex diebus elapſis, ſi nuncians in illis, vel non plenè, vel aliquid non probauerit, nunciatus veniet admittendus ad prædictam cautionem, proceditur que ad vlteriora, nunciante etiam inuito: & quoniam prædicti ſex dies ſunt communes, idcirco poterit etiam nūciatus infra illos iuſtificare ius ſuū. Animaduerte circa hoc ſtatutum, quia & ſi teſtes produ-

producti à nunciante non ſint examinati infra prædictos ſex dies, tamen ſi intra eos ſint producti articuli nunciationis, ſitque inſtatum, illos admitti, crederem, ſatisfactum eſſe prædicto ſtatuto in eo, quod dicit, aliquid eſſe probãdum, & moueor per ea, quæ
29 tradit Gail. obſeru. 16. ſub num. 17. † Collige ex his, remiſſionem nũciationis fieri tripliciter, primo per ſatisdationem. Secundo, quando notoriè conſtat, nunciationem eſſe iniuſtam. Tertio, & vltimo, quãdo per ſententiam iudicis remitteretur, vide Gail. vbi ſupra numero 18. Et tu, Regnicola, quomodo procedatur in nunciatione noui operis habes conſuetudinem, ſi quis impediat, ſub tit. 27. de oper. no. nunc. & ibi Neapod.

Reliquas difficultates, quæ poſſunt occurrere in hac materia relinquo videndas apud Doctores in
30 locis allegatis. † Illud tamen obſeruabis in practica, quòd illæ duæ primæ nunciationes, Verbalis ſcilicet, & per iactum lapilli receſſerunt ab aula, & amplius non ſunt in vſu, & illa ſolum practicatur, quæ fit Prætoris auctoritate, de qua vide non nulla quæ ſcripſi infra in capitu. 57. numero 18. vbi docui, an iudex inhibeat cum clauſula iuſtificatoria, & inhibitio reſoluatur per ſimplicem comparitionem. Vide etiam Neuiz. conſ. 65. numer. 17. in fine ibi. Vterer hac practica, & ſub numero 18. & 19. ibi ſecunda practica, & ibi, tertia practica, in quibus locis docet practicam nunciandi nouum opus, maxime quando quis vellet perforare parietem communem, ſeu ibi facere feneſtram. & hæc ſatis.

31 † Exemplificatur quoque hæc nunciatio prohibitoria in prohibitione, quã facit ceſſionarius debitori, ſui debitoris, ne illi ſoluat, cuius denũciationis practicã docet Bar. in l. non ſolũ. §. morte nu. 35. Et ſi vis videre, an ceſſionarius teneatur fidem facere de inſtrumento ceſſionis in publica forma, legendo illud, vel tradendo copiam ei, cui prohibet ſolutionem: Et quid ſi fiat prohibitio auctoritate iudicis, & ſimilia ſpectantia ad materiam, vide etiam per Papienſ. in pract. in form. libell. de declinator. iuriſd. in glo. proteſtans numero 13. & 14. fol. mihi 167. Et quòd, ſi fiat iudicis auctoritate, ſit ei credendum, vide Iaſ. in l. non ſolum. §. morte numer. 29. ff. de nou. oper. nunc. tradens propterea cautelam, vt omnis proteſtatio, ſeu denunciatio fiat auctoritate iudicis, vnde male faciunt meo iudicio plerique iudices, qui nulla præmiſſa cauſæ cognitione, inhibent, prohibent, aliaque parti præiudicialia expediunt. De inhibitionibus vide Quintilianum Mandoſ. in tractatibus tom. 5. fol. 86.

32 † Poteſt etiam exemplificari in denunciatione, quam facit debitor fideiuſſori, ne ſoluat creditori ipſius denunciantis, quia eſt tutus exceptione pacti de non petendo, vel alterius peremptoriæ exceptionis. Vide Papienſ. ſub dicto numero 14. & Bar. dicto. §. morte, ſub num. 35.

33 † Proteſtatio differt à denũciatione in eo, quòd denunciatio fit ſuper facto dependente ab eo, cui fit denunciatio, prout patet in omnibus denunciationis ſpeciebus, de quibus egi ſupra. Proteſtatio vero fit ſuper eo, quod dependet à voluntate, vel facto ipſius proteſtantis, ita tradit Papienſ. in pract. in forma libelli declinator. Iuriſdict. in gloſ. proteſtans dicto nume. 1.

34 † Quomodo autem proteſtatio ſit definienda, Doctores multum laborant. Nam Io. Andr. lucerna iuris in cap. In generali, de reg. iur. in 6. definit, proteſtationem eſſe clamoſam teſtationem, ad cautelam proteſtantis inuentam. Hanc definitionem mordent Bar. & Iaſ. in l. non ſolum. §. morte nume. 12. ff. de nou. oper. nunc. & Alc. in l. deteſtatio. ff. de verb. ſign. Bar. vero definit, proteſtationem eſſe denunciationem, factam cum teſtatione. Papienſ. vbi ſupra numero 3. definit, proteſtationem eſſe quandam præcedentem teſtationem, prohibitoriã, ſeu derogatoriam, aut conſeruatoriam alicuius inſtantiæ, vel futuri facti, ſeu iuris, aut negotij. proprij ipſius proteſtantis. Alc. vbi ſupra breuius complectẽs definit, proteſtationem eſſe animi noſtri declarationem iuris acquirendi, vel conſeruandi, vel damni depellendi cauſa factam, & quia omnis definitio in iure periculoſa eſt l. omnis definitio. ff. de reg. iur. ideo non eſt in eis rigoroſa adhibenda cenſura, & tranſeo cũ hac Alciati. Qua præmiſſa, reliquũ eſt, vt videamus, quotuplex ſit proteſtatio. Secundo, quæ ad eam neceſſario requirantur, tertio aliquod notabile erit colligendum.

35 † Quoad primum. proteſtatio ſecundum Bar. in dicto. §. morte numero 12. & alios communiter, vt ibidem teſtatur Iaſ. numero 47. in fine, eſt quadruplex licet ipſe num. 48. addat quintam ſpeciem, quam vocat proteſtationem conſeruatoriam, ſeu reſeruatoriam iuris. Verum quia nos ſupra ſub nu. 2. ſecuti Papienſ. in dicta gloſ. proteſtans numer. 2. in fine illas tres ſpecies proteſtationis, quas ponit Bar. tradidimus, eſſe ſpecies denunciationis, & non proteſtationis, ibique de eis ſatis egimus, ideo non eſt denuo de illis agendum. Neque obſtat, quòd Bar. cæterique communiter, ſecundum Iaſ. vbi ſupra eas ſpecies non denunciationis, ſed proteſtationis eſſe velint, quia dato, & non conceſſo, quòd ita ſentiant, tamen reſpondetur, ſatis eſſe, quòd conueniant in definitione rei, licet diſſentiant in nomine rei definitæ, quod parui refert, quia nominis quæſtionem grammaticis, vel legiſtis nimis curioſis hic relinquendam cenſeo.

Ex his concludo, nobis agendum eſſe ſolum de proteſtatione declaratoria propriæ voluntatis proteſtantis, quam Bar. poſuit loco primæ ſpeciei.

36 † Hæc proteſtatio poteſt multipliciter diuidi, quemadmodum, & multipliciter poteſt conſiderari. Etenim aut conſideratur eius forma reſpectu perſonarum, & tunc facio bimembrem diuiſionem. Quædam proteſtatio requirit partis præſentiã, ſeu
37 ſaltem notificationem, quædam vero non. † Quæ requirit partis præſentiam eſt illa quæ fit ſuper eo, quod conſiſtit in propria voluntate proteſtantis, & alterius l. codicillis. §. 1. ff. de leg. 2. l. ſi debitor. §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hypot. contr. & l. cũ in plures. §. locator horrei. ff. loc. Bar. in ſæpe citato. §. morte nu. 21. & Iaſ. numero 16. & Papienſ. in dicta gloſ. proteſtans numero 5. in fine. Item, quando fieret ſuper proprio proteſtantis facto, ex quo alterius ius poſſet lædi, tunc illius præſentia requiritur vide Iaſ. vbi ſupra

pra

pra numero 15. At quæro nunquid sit necessaria sola præsentia, vel requiratur etiam consensus? Respondeo, regulariter requiri etiam consensum l.fin. §.& si prædixerit.ff. naut. caup. Verum quia materia est prolixa, & à Doctoribus multipliciter distinguitur, relego vos ad Papiens. vbi supra numero 6. vbi plures casus amplectitur, Additionē Mansuerij ad ipsum eo loci, Ias. dicto numero 15. 16. 17. & 18. qui declarant, & distinguunt.

38 † Protestatio, quæ non requirit partis præsentiā est illa, in qua nemo grauatur, quo casu sufficit præsentia testium ad probandam ipsam protestationē Bar. in dicto §. morte. numer. 15. & huiusmodi protestatio exemplificatur in multis, & primo in aditione hæreditatis, & legatorum, quæ fiunt in testamento Bar. in l. Pomponius numer. 1. ff. de neg. gest. & in l. certum. §. si quis absente numero 3. ff. de cōfess. Abb. in capitu. cumana. col. 4. de elect. Papiens. in pract. in forma libelli de declinator. iurisd. in dicta glos. protestans numero 5. & Ias. in dicto. §. morte, sub numero 12. Secundo in ratihabitione. Tertio in renunciatione beneficij ecclesiastici siue fiat renunciatio de titulo, siue de possessione, quia non requiritur alterius præsentia quàm testium capit. 2. de restit. spol. clement. gratiæ, de rescript. nisi beneficium iam esset adeptum, quia tunc debet renūciari in manibus superioris capitu. admonet, & capitu. quod in dubijs de renunc.

Quarto in repudiatione hæreditatis, vtputa, quia hæres diceret protestor, me nolle esse hæredem per aliquem actum, quem fieri contingeret, in futurū, quoniam illum facere intendo, tanquam creditor, vel negotiorum gestor, &c. vide Papiens. sub dicto numero 5. Alia exempla poteris inuenire pœnes Doctores.

39 † Aut consideratur locus, in quo fit, & erit similiter duplex, iudicialis scilicet, & extraiudicialis, iudicialis, quæ fit auctoritate Prætoris, de qua vide Ias. in l. non solum in sæpe citato. §. morte numero 29. ff. de nou. oper. nunc. Extraiudicialis dicitur illa, quę fit extra iudicium, vtputa in ecclesia, vel alio loco, de qua vide per eundem nume. 42. Possent aliæ diuisiones accidentales assignari, quæ totam protestationis materiam complecterentur, sed nimium magnam sumerem prouinciam.

Quoad secundum, quæ requirantur in protestatione, tu ex prefatis colligere potes, alia esse requisita ad vnum genus protestationis, alia ad aliud, & ꝓ vberiori doctrina relego vos ad legistas in dicto §. morte, & Canonistas in cap. cum M. Ferrariensis. de constitut.

An autem requiratur scriptura, vide Bar. in allegato. §. morte, sub numero 15. & Ias. numero 21. & Papiens. in dicta glos. protestans num. 9. sunt enim aliqui casus, in quibus est necessaria, qualis est quādo protestatio succedere in locum actionis.

40 † Quęro etiam nunquid in protestatione indistincte requirantur testes? Respondeo, quòd nō. Aut enim protestatio fit auctoritate Prætoris, & sic est Iudicialis, & satis est, quòd nuncius referat, se intimasse protestationem. Aut fit per ipsos Principales sine ministris, & auctoritate iudicis, & tūc requiruntur testes Ias. in dicto. §. morte numero 17. in fine, & ita procedant quæ tradit ibidem, sub numer. 12. & pro hac declaratione faciunt quæ dixi de nūciatione noui operis supra sub nume. 25. versic. sed quæro magis, &c.

41 † Quoad tertium, & vltimum, caue in practica tu procurator, qui protestaris, ne vnquam facias actum protestationi contrarium. Quia regulariter protestatio contraria facto non tenet, ex quo eo ipso, quòd protestans facit illum actum contrarium, videtur recessisse à protestatione, prioremque voluntatem mutasse l. cum in plures. §. locator horrei. ff. loc. capitu. solitudinem. de appell. capitu. cum M. Ferrariensis. de constit. Petr. de Anch. cons. 33. nu. 2. Simanc. de Cath. Instit. tit. 55. numer. 7. & Franc. Pegn. in comm. Ad directorium Eymerici par. 1. commen. 26. §. hactenus explicui. Hęcque est regula, quam Bar. & Recentiores firmant in sępe citato. ✲ §. morte, & Canonistæ communiter ✶ in dicto ca. cum M. Ferrariensis, vt tradunt Boss. tract. crim. tit. de confess. numero 29. Asinius in pract. §. 17. capit. 2. casu 2. numero 3. Vulp. cons. 4. numero 14. Gail. in pract. obseruat. libro 1. obseruat. 73. numero 7. & Flam. Cart. tract. de execut. sent. capto bann. cap. 2. num. 70. & 71.

Hanc tamen sentētiam declara, & limita, vt per Papiens. in dicta glos. protestans, sub numero 5. circa medium versiculo. An autem, & Ias. in dicto. §. morte, numero 14. Et hæc satis. Si enim de omnibus, quæ spectant ad hanc materiam, vellem agere vsque ad peram, & saccum, potius vitę finem imponerem, quàm operi absolutum principium. De ꝓtestatione scripserunt Constant. Rogerius in tractatibus tom. 17. fol. 221. Ioan. de Aguisel. de Cęsena eod. & Mart. de Ve. fol. 219.

De examine Summario Summariaque cognitione. Cap. XXXI.

SVMMARIVM.

1. *Examen summarium, veluti primordiale initiū iudicij prædicatur in sequentibus quatuor casibus.*
2. *Iudex non mandat citari per edictum, nisi præuio summario examine de non tuto accessu.*
3. *Iudex non decernit capturam contra debitorem allegatum suspectum de fuga, nisi præuia summaria informatione de suspitione fugæ.*
4. *Iudex non decernit sequestrum, nisi præcedente summario examine.*
5. *Iudex non expedit citationem ad informādum, nisi prius summariè cōstet de delicto, & de delinquēte.*

1 PRIMORDIALIA initia † iudicij inchoant quandoque à summario examine, summariaque causæ cognitione, quod tribus, vel quatuor casibus manifestatur.

Et primo, quādo aliquis vellet aduersarium citare per ædictum ob non tutum accessum.

Secun-

Secundo, quando creditor vellet ſuum debitorem, vti fugæ ſuſpectum, capi, & arreſtari.

Tertio, quando vellet ſequeſtrum conſequi ſuper bonis debitoris.

Quarto, quãdo vellet iudex deuenire ad citationem in criminalibus, quia debet prius eſſe capta informatio de delicto contra delinquentem, his ergo & ſimilibus caſibus debet eſſe prius ſumpta ſummaria ſaltem informatio.

2 † Redeo ad primum: iudex antequã præfatum citandi genus concedat debet examinare teſtes extraiudicialiter, qui deponant de non tuto acceſſu, quod quidem examen qualiter fiat, & qualis depoſitio ſufficiat docui infra capitu. 34. numero 11. Dubitari hic poſſet ſi iudex, antequam eſſet doctum de non tuto acceſſu, citaret per edictum, & procederet ad vlteriora vſque ad ſententiam incluſiuè, nunquid huiuſmodi ſententia diceretur ipſo iure nulla, vel potius veniret annullanda ope exceptionis? Itẽ, ſi ſententia prolata non ſit, quid dicendum eſſet de actis? Dicerem pro nunc, omnia nulla ipſo iure.

3 † Accedo ad ſecũdum, cum creditor vult ſuum debitorem, vti fugæ ſuſpectum, capi, debet iudex primo loco examinare teſtes, quibus probetur ſuſpitio fugæ. vt dixi infra cap. 37. ſub num. 12. verſ. ſed hic quæro quomodo, &c.

4 † Item hoc examen ſummarium debet fieri antequam concedatur ſequeſtrum, vt docui infra ca.

5 38. num. 28. † Similiter, quòd debeat prius conſtare de delicto, & apparere de delinquente priuſquã expediatur citatio ad informandum docui infra ca. 39. numero 1. & cap. 58. numero 4. & quòd non ſit deueniẽdum ad citationem realem, niſi poſt aſſumpta legitima indicia docui infra cap. 42. nume. 1. Et hæc dicta ſint de initijs primordialibus ad iudiciũ, nunc videamus de initijs ſubſtantialibus.

De citatione, à qua iudicium tam ordinarium, quàm ſummarium, executiuum, & delegatum poteſt ſumere initium ſubſtantiale. Cap. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Citatio eſt duplex: Verbalis ſcilicet, & Realis.*
2 *Citatio Verbalis diuiditur in plures ſpecies.*
3 *Citatio Verbalis quæ ſit.*
4 *Citatio quot modis ſit conſideranda.*
5 *Citatio vel fit coram ordinario, vel coram Delegato.*
6 *Requiſita citationis coram ordinario quæ ſint.*
7 *Commiſſio iudicis eſt neceſſaria in citatione, & nũquid de ea debeat apparere in actis, vel ſtetur aſſertioni nuncij, qui citauit?*
8 *Commiſſio iudicis nunquid requiratur ſpecialis, vel ſufficiat generalis?*
9 *Citatio num poſſit decerni tempore feriato?*
10 *Nomen iudicis requiritur in citatione, & ob quas cauſas requiratur.*
11 *Nomen eius, qui citatur, requiritur in citatione, fallit tamen, quando citarentur Priores, Conſules, & Maſſarij alicuius ciuitatis, ſeu Collegij, quia tunc expreſſio proprij nominis non eſt neceſſaria, fallit ſimiliter, quando nomen citandi ignoraretur.*
12 *Nomen actoris, ad cuius inſtantiam decernitur citatio, eſt neceſſarium in citatione, immo eſt neceſſarium, quòd appareat, ad eius inſtantiam fuiſſe decretam.*
13 *Citatio, cui deeſt aliquod requiſitum ex ſupradictis, non tenet.*
14 *Cauſa, ob quam quis citatur, debet exprimi in citatione, & quæ ſit ratio, quòd prædicta requirantur, fallit tamen in citatione, quæ fit oretenus in villis, & alijs anguſtis locis.*
15 *Cauſa, exprimenda in citatione, nunquid debeat exprimi in ſpecie, vel ſufficiat ſi exprimatur in genere?*
16 *Copia libelli, ſi fuerit tranſmiſſa cum citatione, quos effectus producat.*
17 *Terminus ad comparendum nunquid ſit aſſignandus in citatione, & qualis debeat aſſignari nu. 18.*
19 *Dies termini non computatur in termino, ſed fallit in die termini ad appellandum.*
20 *Requiſita citationis coram ordinario ſecundum conſuetudinem, & practicam ſtatus eccleſiaſtici ſunt quatuor.*
21 *Statutum, tradens modum citandi contra ius commune, non ligat extraneos.*
22 *Citatio Verbalis redacta in ſcriptis appellatur propriè Verbalis.*
23 *Citatio Verbalis nõ requirit ſcripturam neceſſario, fallit tamen, quando citatio fit domi, & non perſonaliter.*
24 *Requiſita citationis faciendæ coram iudice delegato ſunt plura, quia debet in ea exprimi locus.*
25 *Iudex Delegatus non poteſt reſidentiam ſibi conſtituere ad ſui libitum.*
26 *Citatus ad locum non tutum, non tenetur comparere.*
27 *Amplia, vt habeat locum, etiam ſi citato offerretur ſaluus conductus.*
28 *Limita iſtam ampliationem, vt non procedat, quando eſſet guerra generalis, & Duces belli conſueuerant dare ſaluum conductum.*
29 *Limita ſecundo, quando acceſſus non eſſet tutus propter bannum datum, quia conceſſo ſaluo conducto, eoque publicato, tenetur comparere.*
30 *Amplia ſecundo concluſionem poſitam ſupra numer. 26. vt procedat etiam ſi acceſſus redderetur periculoſus ex culpa ipſius citati.*
31 *Amplia tertio, vt procedat etiam ſi citaretur coram ordinario.*
32 *Citatio ad locum non tutum quando ſit ipſo iure nulla, & quando ope exceptionis.*
33 *Acceſſus non tutus, quando dicatur.*
34 *Delegatus hodie non poteſt trahere litigantem citatum vltra dietam.*
35 *Poteſtas Delegati nunquid ſit exprimenda in prima citatioue, & quando debeat apparere de illius iuriſdictione.*

DVPLICI-

DVPLICITER tractari poteſt de citatione, videlicet, prout eſt initium iudicij, & prout non eſt talis: nos, quia hic verſamur in proceſſu inchoatiuo, ideo de ea agemus in primo modo prout ordinat̃, ad initiandum iudicium. Et ſi quid de ea aliter fuerit dictum, id erit ad vberiorem intelligentiam.

Quid ſit citatio nõ explico, quia nemini eſt igno-
1 tum, † diuiditur in duas ſpecies. Altera enim dicitur Verbalis. Altera vero Realis. ita diuidunt Foller.in pract.crimin.par. . . . in verbo.notatos capiat de perſona, & in verbo. vel eos verbaliter, & Siman.de Cath.inſtit.tit.44.num.12.

2 † Hæc Verbalis poteſt rurſus diuidi in eam, quæ fit per literas, quæ fit per edictum, quæ fit per proclama, & quæ fit per campanam, ſeu tubam, vt tradit Maran.in ſuo Spec.par.6.memb.1.numero 50. folio mihi 299. & ſic ſecundum ipſum poſſunt eſſe ſex ſpecies citationis quæ optimè reducuntur ad illas duas. Nam ſub verbali cõtinentur reliquę, præ-
3 ter Realem. † videamus modo ſigillatim de ſingulis, & primo de Verbali ſpecifice ſumpta quæ eſt, quando nuncius citat verbo tantum ſine literis, vt tradit Maran.dicto numero 50. & 63. & de hac loquitur tex.in cap.cum dilecti.de dol. & contum.ibi. *Scribebat enim quòd nuncium; cui cum à nobis recederet, iniunximus viua voce, vt citaret eundem.*

Quæro igitur quot, & qualia ſint requiſita huius
4 citationis? † Antequam huic quæſito reſpondeam, præmitti oportet, citationem poſſe conſiderari tripliciter, primo prout committitur, & ſic priuſquam perficiatur. Secundo, prout perfecta mandatur executioni: tertio, & vltimo, prout executa venit in actis referenda, ita conſiderant Bal.in l.fin. ſub num. 3.C.de fer. Felyn. in capitu.gratum, & in cap. 1. de iudic.Maran.vbi ſupra numero 51.Neuiz.conſ.98. numero 20.Rol.à Val.conſ.89.numero 35.libro 1. conſ.47. numero 65. & conſ.94. numero 10. libro 2.Nicol. Grauat. in annot.ad pract. Veſtrij libro 4. capitu.4.numero 23. & Vant. tract. nullit.Rubr.de nullita.ex defectu citationis nu.145. licet ipſe addat quartum modum cõſiderandi, videlicet prout perficitur, & ſic conſiderat formam, qui modus poteſt includi in ſecundo modo conſiderandi. ſed quibuſuis modis ipſi conſiderarint, nos ſic conſideramus citationem in ſuo eſſe priuſquam ſit tradita nuncio.

5 † Sciendum ſecundo eſt, quòd citatio ita conſiderata, vel fit coram ordinario, vel coram Dele-
6 gato. † ſi coram ordinario vtique pauciora requiſita ſufficiunt, vt patebit infra. Nam Doctores com-
* muniter * videntur tradere, quòd in hac citatione requirantur ſex. quorum primum eſt commiſſio iudicis, quamuis hoc requiſitum videatur extra citationem, eiuſque formam minimè tangere, Secundum eſt nomen iudicis. Tertium nomen actoris, Quartum nomen Rei. Quintum cauſa, ob quam in iudicium vocatur. Sextum & vltimum terminus, infra quem comparere debeat vide Maran.in ſuo Spec.par.6.memb.1. numero 51.& 63. Vant. loco citato numer.31.& 48. cum ſequen.Gail.pract.obſeruat.lib.1.obſeruat.48.cum ſequen. De primo autem requiſito ob rationem, ſupra indicatam, agũt ſeparatim. Ex his ſex requiſitis tria habemus, in quibus Doctores vnanimiter tam ſecundum ius, quàm conſuetudinem cõcordant, & ſunt illa, videlicet.Nomen iudicis, Actoris, & Rei: in reliquis vero tribus, vel diſſentiunt, vel diſtinguunt.

7 Videamus de ſingulis.† Et primo de commiſſione iudicis, an requiratur, & quidem affirmatiuam tenuerunt gloſ.in l.cum clericis. in verbo.ſententiarum.C.de Epiſc.& cleric.Bar. & Bal.in l.neminem numero 3.C.de exhiben.reis.Felyn. in capit.1. col. 6.de iudic.rurſus Bal. in l. conſentaneum numer.9. C.quomodo, & quan.iud.Maran.vbi ſupra, ſub nu. 51.& 57.in fine Vant.dicta Rubr.de nullit.ex defectu citationis numer.35.Grauat.in annot. ad pract. Veſtrij dicto libro 4.capitu.4. numero 23.Gail. dicta obſeruat.48. numero 12.& ita videntur tenere
* communiter * Canoniſtæ in cap.1.de iudic. aſſerẽtes, nuncium non poſſe citare ſine commiſſione iudicis, & de communi teſtatur Aſin. in pract.§.8.ca. 1.numero 1.cum ſequen. & ratio eſt euidens, quia decretum de citando eſt ſententia interlocutoria, vt tradunt Afflic.in conſtitutione, edictorum. ſub nu. 15.lib.1.Neuiz.conſ.98.numero 17. & Vant.tract. nullit.Rubr.de nullit.ex defect.citat. nume.51. prolatio autem ſententiæ ſpectat ad iudicem, & nunquam ad nuncios, quam ſententiam de citando iudex actori non concedebat, niſi is prius cauiſſet, ſe infra duos menſes litem conteſtaturum, quia nõ ſine magno incõmodo à noſtris negotijs euocamur, vt tradit Specul.titu.de accuſat.§.1. numero 5. Res ergo de iure clara eſt quòd commiſſio iudicis requiritur, de qua debet apparere, quia in dubio nõ præſumitur, late refert Aug.ad Angel. tract. de maleſ. in verbo. iudex commiſit quòd Caius ſub numero 10.dicens, quòd non ſufficeret, nũcium retuliſſe, ſe
* citaſſe de mandato iudicis, & hæc eſt communis * de qua teſtantur inter alios Franc. Aretin.conſ.33. ſub numero 5.Felyn.in capit.quoniam contra, col. 5.de probat.quos referunt, & ſequunt̃ Vant. tract. nullit.Rubr.de nullit.ex defec.citat.nume.40. Grauat.dicto capitu.4. numero 23. & Aſin. dicto capit. 1.numero 3. Vnde debet de commiſſione apparere in actis, alias proceſſus annullaretur, vt dicit Vant.vbi ſupra ſub num.40.

* Contrariam ſententiam, vti magis cõmunem * refert, & ſequitur Iaſ. inſtit. de action.§. quadrupli.numero 18. videlicet, quòd credatur nuncio de commiſſione iudicis, & ita præſumatur, & quòd ita ſit de cõſuetudine teſtatur Vant. dicta Rubr.de nullit.ex defect. citat. numero 42. Et quòd hæc ſit cõmunis obſeruantia teſtatur etiam Auguſ.ad Angel. dicto numero 10.in fine. Et quòd ita vſu receptum ſit in pluribus locis, & præſertim in Regno Neapolitano tradit Grauat.loco citato, & adde ad hanc opinionem Neuiz.conſ.79. numero 20. priorem tamen opinionem iuri magis cõſonam eſſe arbitror,
8 † quę vbi ſeruaretur veniret dubitandum, an ſufficeret

ceret commiſſio generalis, vel requireretur ſpecialis. Et quòd requiratur ſpecialis tenuit Cyn. in l. fin. C. de requir. reis, quem ſequitur Angel. tractat. de malef. in verbo. Iudex commiſit quòd Caius num. 9. idem tenet Bar. in l. 1. C. de iure dom. impetr. quē ſequuntur Iaſ. & alij, quos refert Vant. tract. nullit. Rubr. de nullit. ex defectu citat. numero 37. & ſequitur etiam ipſe, & reprobando practicam Angeli ita tenet Iaſ. dicto §. quadrupli, numero 15. cum ſequen. Hoc idem voluit Ludouic. Rom. conſ. 497. numero 8. & quòd hęc ſit communis * opinio teſtatur glo. 1. in pragmatica, quilibet agere, vbi ita etiā expreſsè diſponitur. Contrariam ſententiā, quòd generalis commiſſio ſufficiat, & ſatis ſit, ſi nuncius dicat, ſe citaſſe de mandato, & commiſſione iudicis tenuerunt Innoc. in ca. quoniam contra de probat. & Angel. ſibimet contrarius in allegato. §. quadrupli, numero. . . . Inſtit. de action. Et quòd hæc opinio ſeruetur de conſuetudine teſtantur Bal. in l. neminem numero 4. C. de exhib. reis. Faber. dicto §. quadrupli. Corn. conſ. 95. libro 4. Clar. libro 5. recept. ſent. quæſt. 28. verſ. dictum eſt quæſt. 31. verſ. vnum autem ſcias, & quòd hæc opinio ſeruetur in Regno teſtantur Maran. in ſuo Spe. par. 6. memb. 1. numer. 52. & Grauat. ſuperius allegatus. Sed hoc forſan erat tempore ſuo: nam hodie eius pace dixerim totum oppoſitum vidi ſeruari in Prouincia Aprutij, dum eſſem in Gubernio Terræ Auezzani & aliorum locorum pro Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino Marco Antonio Columna, nuncius enim nunquam citat, niſi habeat, vel commiſſionem in ſcriptis, hoc eſt citationem manu iudicis ſubſcriptam, vel ſaltem oretenus ab ipſo iudice, & quòd ita ſeruetur etiam in Ducatu Traiecti, & in toto Regno Neapolitano teſtatur Mandoſ. in addit. ad Boſſ. tractat. crim. titulo de citatio. in verbo. de mandato iudicis. Litera B. & hoc præcipit pragmatica, quilibet agere volens, & idem ſeruatur in Regno Siciliæ, vbi præſentato actu, ſeu vt aiunt, effectu, iudex mandat citari hac ſubſcriptione.

Præſentetur parte citata. N. iudex.

Vtiturque in hoc decreto his tribus literis. p. p. c. N. iudex.

Et in Regno Neapolitano ſunt aliquæ ciuitates, quæ habent hoc priuilegium à Rege, vt homines non poſſint vocari in ius per officiales, niſi commiſſio citationis fiat in ſcriptis, vt refert de auditu Afflic. libro 1. conſtit. Rub. 96. conſti. edictorum nu. 7. in fine, & in Audientia Campaneę, vbi fui Auditor pro Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo D. Marco Antonio de Colūna ſimiliter citationes, & intimationes ſemper ſubſcribuntur ab Auditore iuxta ſtylum Regni Neapolitani.

In hac contrarietate opinionum Bal. in l. ſi quando ſub numero 12. C. de teſtib. diſtinguit, aut citatio requirit cauſæ cognitionem, & iudicis motum, & tunc eſt neceſſaria commiſſio ſpecialis, aut non requiritur cauſæ cognitio, & ſufficit generalis, quā diſtinctionem ſequitur Vant. dicta Rubr. de nullit. ex defec. citat. numero 38. eamque exemplificando, tradit, tunc requiri ſpecialem commiſſionem, quando quis eſſet citandus de longinquo, vel eſſet perſona Illuſtris, ſeu in dignitate conſtituta, vel citaretur ad comparēdum perſonaliter, & multo magis ſi eſſet capiendus: generalem vero tunc ait, ſufficere quando citandus eſſet propè, & citaretur pro obſeruatione telæ iudiciariæ, quia ageretur de modico præiudicio, & propterea non requiritur cauſæ cognitio. quæ ſanè diſtinctio, quemadmodum eſt iuridica, ita quoque generaliter eſt vſu recepta, immo hic in vrbe commiſſio generalis citandi non eſt in vſu, ſiquidem publici nuncij, exceptis caſibus, in quibus diximus, requiri ſpecialem commiſſionem, citant, nulla præcedente commiſſione, prout etiam refert Mandoſ. in loco allegato, quòd ſeruatur etiā

9 generaliter in toto ſtatu eccleſiaſtico. † vbi tamen commiſſio ſpecialis requiritur, quam dicimus eſſe ſententiam interlocutoriam, dubitatur à Doctoribus in capitu. final. de fer. num poſſit decerni tempore feriato: cui difficultati reſpondeo diſtinguendo, aut hoc decretum de citando requirit cauſæ cognitionem, aut non, ſi in primo caſu: dico, citationē non poſſe decerni tempore feriato. Si in ſecundo: dico, poſſe decerni, & hæc eſt communis * per ea, quę tradunt Rot. deciſ. 1. alias 367. numero 1. & 2. de fer. in nou. & Gail. in pract. obſeruat. libro 1. obſeruat. 53. numero 5. cum ſequen. Vnde iuxta hanc diſtinctionem extat practica in Prouincia Aprutij, vt citatio, quæ fit in ſcriptis, & cum ſubſcriptione iudicis, nunquam decernatur tempore feriato, quaſi illa videatur fieri cum cauſę cognitione.

10 † Secundo requiritur nomen iudicis l. ſi in iudicij nomine, & ibi Paul. de Caſtr. ff. de iudic. Specul. libro 2. part. 1. titu. de citat. §. iam de citatione nu. 1. Abb. in capitu. cum bonæ num. 1. de ætat. & qualit. & ord. præficien. Maran. in ſuo Specul. par. 6. mēb. 1. numero 63. Vant. dicta Rubr. de nullit. ex defectu citationis numero 48. latius Gail. in practic. obſeruat. libro 1. obſeruat. 48. numero 6. cum ſequen. Et hoc requiſitum eſt neceſſarium ob quatuor cauſas: primam, vt citatus poſſit cognoſcere, an citetur à iudice competenti, quia ſi citaretur ab incompetenti non teneretur comparere Afflic. deciſ. 2. num. 8. in dubio tamen, & quando notoriè non conſtat de incompetentia iudicis, debet comparere, & allegare incompetentiam l. 2. & ibi Doct. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit. cauſas autem ob quas iudex poſſet eſſe incompetens indicaui ſupra cap. 10. numero 4.

Secundam, vt detegi poſſit, an ſit commiſſus error in nomine iudicis, quia talis error vitiaret dicta l. ſi in iudicis nomine, & ibidem Caſtren. latè Vant. tract. nullitat. Rub. de nullit. ex defect. citat. num. 48. & Gail. dicta obſeruat. 48. num. 23.

Tertiam, vt cognoſcatur, an iudex citans ſit ordinarius, vel Delegatus: multi enim refert ob diuerſum modum citandi, ſicut docui infra nu. 24.

Quartam, vt appareat de commiſſione iudicis Gail. dicta obſeruat. 48. numero 12. ſed hæc cauſa ceſſat in citatione verbali per ea, quæ dixi ſupra, ſub numero 8.

11 † Tertio requiritur nomen citandi, Specul. titulo de citat. §. 1. numero 6. par. 2. Bar. & communiter * alij in l. demonſtratio falſa numero 12. ff. de cond. & demonſtr. Angel. in l. ſi in iudicis numero 3. ff. de iudicijs,

iudicijs, Socin. in tract. de citat. artic. 20. numer. 14. Vitall. tract. de malef. in forma relat. aparit. vel nũc. numero 22. Marant. dicto memb. 1. num. 63. Vant. dicta Rubr. de nullit. ex defect. citat. numero 31. & Gail. dicto lib. 1. obſer. 49. & hoc requiſitum eſt neceſſarium ob duas particulares cauſas, prima eſt, quia contra non nominatum procedi non poteſt l. cum quæritur. C. de excep. rei iud. cum ſimil. Secunda, ne actor poſſit variare capitu. cum multis. §. fin. de reſcrip. in 6. capitu. Paſtoralis eod. extra cum ſimil. Vnde Camera Imperialis nunquam decernit citationes contra N. & N. hæredes Titij, teſte Gailio loco citato, ſub nu. 5. & faciunt quæ ſcribit Specul. loco proximè adducto: non eſt tamen neceſſarium hoc requiſitũ, quando citaretur aliqua ciuitas vel Collegium, quia tunc citatio etiam ſine expreſſione propriorum nominum eſt valida, ſatis ergo erit, quod ad inſtantiam Titij citentur Priores, ſeu Conſules illius ciuitatis, vel Abbas, Decanus, ſeu Prior talis eccleſiæ, vt refert, & ſequitur idem Gail. vbi ſupra num. 6. & 7. Minus eſt neceſſarium, quando nomen citandi ignoraretur, quia poterit deſcribi per alias demonſtrationes, videlicet per effigiẽ, barbam, ętatem, ſtaturam, exercitium, veſtes, & alia ſigna, & ita deſcriptus poterit citari iuxta ea, quæ docui infra cap. 97. ſub num. 172. & 173.

12 † Quarto requiritur nomen Actoris capitu. quia nonnulli, & ibi Gloſ. in verbo. eiuſdem nominis. de reſcript. tradunt Maran. vbi ſupra, Vant. dicta Rub. de nullit. ex defect. citat. numero 31. & 49. Gail. dicto libr. 1. obſeruat. 50. & communiter * omnes, huiuſque requiſiti ratio eſt, vt apertè conſtet de Actore l. certum. ff. ſi cert. petat. l. 1. ff. de liber. & poſth. cũ ſimilibus, & non ſolum requiritur expreſſio nominis, ſed etiam, quòd appareat, citationem ad eius inſtantiam emanaſſe: nam citatio ſine inſtantia partis regulariter non valet l. final. ff. de bon. aucto. Iud. poſſ. l. peremptorium. ff. de iudicijs. Marant. dicto memb. 1. numero 115. Vant. vbi ſupra numero 44. Aſin. in pract. §. 8. capitu. 1. numero 4. Alex. Stiat. in pract. capitu. 1. numero 5. & Gail. loco citato num. 3. cum ſequen. & ratio rationis eſt, quoniam iudex non impartitur officium ſuum pro priuata commoditate alijs, quàm petentibus Capic. deciſ. 10. num. 23. vide etiam Alex. Stiat. loco citato capitu. 23. nu.

13 45. † Et in tantum requiritur expreſſio nominis iudicis citantis, item eius, qui citatur, & Actoris, vt ſi in illis foret erratum, & aliter non conſtaret de corpore eorum, actus corruat Rot. deciſ. 16. alias 133. de reſcript. in nou. & ibi A. M. Papaz. in addit. & cõcordat Staph. de lit. grat. Rubr. de form. impetr. cap. dignitas abſque fructu num. 4. fol. mihi 99.

14 † Quinto requiritur cauſa, ob quam quis citatur, verum Doctores in hoc aliqualiter diſſentiunt: nã Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo. ſuper dicto crimine numero 1. videtur ſentire, quòd citatio, facta ſine expreſſione cauſæ, valeat, & hoc tenet apertè Bal. in l. cõſentaneum in quarto not. numero . . . C. quomodo, & quand. Iud. loquens de citatione Ordinarij, qui præſumitur citaſſe cũ cauſa, & hãc opinionem refert, & ſequitur Afflic. deciſ. 294. nume. 2. dicens, ſatis eſſe, quòd citetur debitor coram iudice ad inſtantiam creditoris: eandem opinionem in iudice ordinario tradit idem Afflic. ſuper conſtit. ſi quem noſtrorum, ſub numero 8. libro 1. Contraria opinio, quòd cauſa ſit exprimenda, videtur probari in capitu. præterea, & ibi gloſ. in verbo. plenè, de dilat. & hanc firmat Vant. tract. nullit. Rubr. de nullit. ex defect. citat. numero 50. cum ſeq. Et eſt communis * de qua teſtantur Imol. in l. inter accuſatorem numero 2. in fine. ff. de public. iudi. & Gail. in pract. obſeruat. libr. 1. obſer. 51. in princ. huiuſque cauſæ expreſſio requiritur ad hoc, vt citatus plenè inſtructus poſſit habere liberam facultatem contradicendi, ſi voluerit, Vant. loco citato numero 30. Abb. in dicto capitu. præterea numero 8. de dilat. in hac contrarietate diſtinguit, aut ſumus in citatione, quæ mittitur in partes longinquas, & tunc ſecundum ipſum requiritur expreſſio cauſæ, aut non mittitur in partes longinquas, & non eſt neceſſaria. Quid dicendum? Reſpondeo, diſtinctionem Abbatis eſſe reijciendam, prout eam reijcit Clar. lib. 5. recep. ſenten. quæſt. 31. verſ. quæro nunc, & amplectendam eſſe illam communem opinionẽ, quòd cauſa indiſtinctè ſit exprimenda, prout admonet idem Clar. loco citato, dicens, ita ſeruari de conſuetudine, & hæc conſuetudo in pleriſque locis eſt etiã approbata per iura municipalia, vt in Regno per conſtitutionem, edictorum, ibi.

In quibus literis debent dilucidè contineri coram quo, & à quo, & de qua re, ac cuiuſmodi querimonia deferatur, & tempus. Et apertius per pragmaticam, quilibet agere volens, ibi.

Per citatorias literas continentes ipſius citationis cauſam.

Quæ municipalia iura adduxit etiam Marant. in ſuo Specul. par. 6. memb. 1. numero 69. & ratio generalis horum omnium requiſitorum ea eſt, vt citatio ſit certa, quia æquiuoca, incerta, obſcura, & vaga non valet Bal. in l. non ignorat numero 6. C. de fruct. & lit. expen. Caſtren. & alij in l. eum quem temere numer. . . . ff. de iudic. Rota deciſ. 17. alias 342. de re iud. in nou. Nec obſtat, quòd Siman. de cathol. inſtit. titulo 44. numero 12. dicat oppoſitum videlicet, quòd cauſa, ob quam Reus vocatur ad iudicium non eſt exprimẽda in citatione, quod rationi ſatis conſonum eſſe tradit Franc. Pegn. in comm. ad direct. Eymer. part. 3. comm. 33. in princ. Nam hi loquuntur in cauſis fidei, in quibus illius ſecreta non ita facilè ſunt pandenda, vt dixi infra capit. 87. nume. 20. Præterea idem Pegna eodem comment. 33. §. ſit tamen, mutat ſententiam, docetque, cauſam eſſe exprimendam: At poſtquam firma remanet hæc concluſio, & practica exprimendi cauſam, quæro de nonnullis. Et primo: nunquid citatio, facta ſine expreſſione cauſæ, valeat in locis, vbi citationes propter anguſtiam loci ſolent fieri verbotenus, nulla cauſa expreſſa? Reſpondeo, quòd ſic, & hoc non patitur difficultatem.

15 † Secũdo quero, an cauſa exprimi debeat in ſpecie, vel ſatis ſit, ſi exprimatur in genere? Reſpondeo: prima facie videtur dicendum, requiri expreſſionem in ſpecie, quoniam Cyn. Bar. & alij, relati per Aſin. in pract. §. 5. cap. 1. num. 1. & 2. tenuerunt, quòd

quòd in citatione ſit inſerendus totus tenor libelli, quod ſi verum eſt, quis ibit inficias, cauſam eſſe exprimendam in ſpecie? Verum contrariam ſententiam, quòd tenor libelli non ſit inſerendus, tenuerũt Doctores communiter, * & de communi teſtatur poſt alios Vant. loco citato numero 52. & Gail. dicta obſeruat. 51. numero 2. & de magis communi Aſinius dicto §. 5. cap. 1. numero 4. & quòd hęc cõmunis, ſeu inquam magis communis opinio ſit vſu recepta refert, & ſequitur idẽ Aſinius ibidem, ſub numero 3. & ita ſeruatur in Vrbe iuxta diſpoſitionem ſtatutorum libro 1. capit. 59. citatur enim reus ad videndum productionẽ petitionis, & illi reſpondendum, vnde non inſeritur tenor libelli in citatione. Hęc eadem practica ſeruatur Florentiæ, quamuis eius ſtatuta diſponant, copiã petitionis eſſe trãſ-

16 mittendam, Aſin. loco citato numero 4. † Bene verum eſt, quòd ſi copia libelli fuerit inſerta in citatione, citato denegantur inducię ad deliberandum, vt dicit textus in cap. præterea de dilat. ibi.

Si ex reſcripto ſibi tranſmiſſo plenè potuit inſtrui ſuper eo, de quo in iudicio conuenitur, induciæ deliberatoriæ non ſunt vlterius indulgendæ, ſed &c.

Vide Vant. vbi ſupra, & hinc practica Vrbis in citationibus ad dicendum contra commiſſionem, quare non debeat ſignari, obſeruat, vt in citatione tranſmittatur copia commiſſionis, ne citatus poſſit petere dilationem ad opponendum. Vide Stiat. in pract. cap. 1. num. 10.

Iuuat etiam huiuſmodi inſertio copiæ libelli ad inducendum litis pendentiam, ob quam nihil poteſt innouari Rom. ſing. 822. latè Felyn. in capitu. 1. num. 3. de libell. oblat. quos refert, & ſequitur Gail. dicta obſeruat. 51. ſub numero 4. Verum in Vrbe litiſpendentia de ſtylo inducitur etiam per ſimplicem citatiunculam, vt tradit Veſtr. in pract. libro 4. capitu. 1. numero 1.

Satisfaciendo ergo quęſito dico, requiri expreſſionem cauſæ in ſpecie, quamuis eorum, quæ producuntur copia non ſit neceſſario inſerenda in citatione.

17 † Sexto, & vltimo loco videndum eſt de præfixione termini, nũquid ſit neceſſaria, Doctores more ſolito ſtudent inuicem contrariari. Nã quòd non ſit neceſſaria videtur probari in ca. eos. §. 1. de ſent. excom. libro 6. & ita tenuerunt Spec. lib. 2. partic. 1. tit. de citatione. §. ſequitur numero 20. Bal. in capit. 1. col. 4. de milit. vaſal. qui cont. eſt. & in l. vt perfectius col. 2. C. de annal. except. Vitall. tract. de malefic. Rubr. form. relat. apparitor. vel nuncij nume. 19. & latè Alex. in l. liber homo. §. decem ſub num. 5. ff. de verb. oblig. Abb. in capitu. cum parati. de appell. & eſt communis * de qua teſtantur Felyn. in c. conſuluit, ſub numero 5. ibi. *Sed tenendo*. De offi. deleg. Afflic. in conſt. in ciuilibus, ſub num. 9. Vant. tract. de nullit. Rub. de null. ex defect. citat. ſub numero 71. & Grauat. in annot. ad pract. Veſtr. libr. 4. capit. 2. ſub numero 11. & ratio eſt, quia quando in citatione non eſt appoſitum tempus, intelligitur appoſitum illud, in quo citatus potuerit, adhibita diligentia, comparere, hoc eſt, cum primum potuerit.

Contrariam ſentẽtiam, quòd citatio ſine termini præfixione non arctet, tenuerunt Cyn. in l. fin. C. de fer. Bar. in dicta l. liber homo, §. decẽ, & in l. qui ante calendas. ff. de verb. oblig. Bal. ſibimet contrarius in l. fin. col. 1. per illum textum C. de iur. dom. impetr. & in l. 2. C. vbi in rem actio. Gail. in pract. obſeruat. libro 1. obſeruat. 53. & quòd ita teneant communiter * Doct. teſtatur Foll. in ſuis addit. ad Spec. Maran. par. 6. memb. 1. ſub numero 65. & licet Vant. vbi ſupra ſubſiſtat quid reſpõderi debeat in puncto iuris, aſſerit tamen cautius eſſe, quòd apponantur, & ita ſeruari in Regno teſtatur idem Foller. vbi ſupra.

In hac Doctorum varietate Ang. Paul. de Caſt. in l. per interuallum numero 2. ff. de iudic. Dec. in dicto capitu. cum parati numero 18. Et Marant. qui eoſdem refert, & ſequitur dicto memb. 1. ſub num. 65. diſtinguũt: Aut loquimur quoad mulctam, quæ imponitur non comparenti in pęnam contumacię, & ſufficit citatio ſine præfixione termini: Aut loquimur quoad faciẽdum aliquem actum inter partes, utputa quoad ſententiam ferendam, & requiritur præfixio termini, ſine qua non poſſet procedi in cõtumaciam partis citatæ, & non comparentis. Doct. in hac difficultate iuerunt, vt vidiſtis, in contrarias ſententias, ſed hoc amplius modo ſciendum eſt, quòd nonnulli infra allegati, qui neutrales ſunt, ꝓ vtraque parte allegantur. Nam Foller. vbi ſupra allegat Felyn. in dicto capitu. conſuluit Io. Mil. in verbo. citatio. col. 9. & Boer. deciſ. 235. quòd teneant, citationem ſine termini præfixione non valere, & Vant. dicta Rub. de nullitat. ex defect. citat. ſub nu. 71. & Grauat. ad pract. Veſtr. dicto cap. 2. ſub num. 11. allegant eoſdem in contrarium.

Quid dicendum? Ego teneo indiſtinctè communem opinionem, quòd citatio ſine præfixione termini valeat, & moueor illa met ratione, quam retuli ſupra ex Doctoribus. quę cõmunis opinio tunc ſine difficultate procedit, quando ſtatutum diſponeret qua d e citatus debeat comparere, prout diſponunt ſtatuta Vrbis libro 1. capitu. 51. vbi ſtatutum eſt quòd citationes fiant vna die, pro alia, niſi ſimus in caſibus, in quibus per eadem ſtatuta aliter eſt diſpoſitum, quia vbi ſtatuta aperiunt qua die citatus debeat comparere, ad illam diem intelligitur citatus, & hoc, quia debemus interpretari, ac fauere validitati actus l. vbi ita donat. ff. de donat. cauſ. mor. l. quoties. ff. de reb. dub. cum ſimilibus.

Et quòd in caſu prædicti ſtatuti citatio ſine præfixione termini valeat, probatur ex eo, quòd forma requiſita in citatione ſatis eſt, quòd tacitè includatur, vt poſt alios refert, & ſequitur Aſinius in pract. §. 3. capitu. 42. numero 2. Vnde ſciendum eſt, quòd expreſſio termini non requiritur à ſtatuto, tanquam forma, & ſic ſatis eſt, quod citatio non ſit facta ad aliam diem contra formam ſtatuti.

Accedat, quòd quemadmodũ caſus omiſſus cẽſetur relictus ſub diſpoſitione iuris communis. l. cõmodiſſimè. ff. de liber. & poſth. Bar. in l. omnes populi numero 60. ff. de iuſt. & iur. ita quoque terminus omiſſus cenſetur relictus diſpoſitioni ſtatutorum, & conſuetudinis, & his deficientibus, diſpoſitioni iuris communis.

Ad

Ad tollendas tamē omnes difficultates bona est
18 cautela, quòd apponatur. † Et vt scias qualis sit apponenda distinguo: Aut loquimur de illis tribus citationibus, quæ faciunt peremptorium, seu inquam de illa vnica, quæ fit pro omnibus: Aut de citatione non peremptoria. Si de illis tribus, seu inquam de illa vnica pro omnibus, vide quæ scripsi infra capit. 91. numero 32. Si de non peremptoria: dico, posse assignari vnam, vel plures dies. Item quinque, sex, vel plures, seu pauciores horas arbitrio iudicis, qui vbi habeat statutum, seu consuetudinem, illa serua-
19 bit. † Vna modo superest difficultas, nunquid dies termini computetur in termino, & dico quòd non vide Foller. in pract. crim. in verbo. accusentur contumaciæ numero 5. & licet Affl. in constitutione, in ciuilibus numero 8. libro 1. dicat, ex illo textu colligi, quòd dies termini computatur in termino, vocās ignorantes procuratores eos, qui aliter dicunt, tamen deinde se remittit. Hæc conclusio fallit in termino ad appellandum, qui currit de momento ad momentum, vt docent Maran. in suo Spec. par. 6. Rubr. & quandoque appellatur, sub numero 214. & Gail. in pract. obseruat. libro 1. obseruat. 139. nu. 5. in fi. Verum hæc momentanea obseruatio hic in vrbe esset ridiculosa, vt dixi in Manuale iuris in verbo, Dies termini, & dicam in secundo libro. fallit etiam in termino ad articulandum, Ioan. Paul. decisione 7.

20 † Et ex his habes, quatuor esse requisita necessaria ad citationem coram ordinario secundum consuetudinem, & stylum status ecclesiastici: primum nomen iudicis citantis. secundum, nomen eius, qui citatur: tertium, nomen eius, ad cuius instantiam fit citatio, quartam, & vltimam causam, ob quam citatur. & cum his concordat dispositio statutorum d. c. 51. Licet enim ibi disponatur, vt in citatione apponatur dies, pro qua citatus vocatur, tamen quia postea subiungit, citationem esse faciendā vna die pro alia, & aliter factam non valere, dico, quòd si omitteretur, censeretur citatus secundum dispositionē statutorum, vt dixi supra sub numero 17. stylus tamen est, vt semper apponatur etiam dies, videlicet ad primam diem, à quo stylo non recedas, saltem ad fugiendos cauillatorum causidicorum anfractus.

21 † Nota modo obiter, quòd statuta disponentia modum citandi contra ius commune, non ligant nō subiectos illis statutis Rot. diuers. decis. 982. par. 3. libro 2.

22 † Oritur hic vnum dubium: nunquid ista citatio appelletur impropriè Verbalis, cum fiat in scriptis? Respondeo, appellari propriè Verbalem, ad differentiam illius, quæ fit per literas, vt dixi infra capit. sequen. numero 2. Ita in simili, ad differentiam testamenti, quod dicitur in scriptis, & fit cum subscriptione testium, appellamus testamentum nuncupatiuum illud, quod fit sine testium subscriptione, quamuis etiam illud redigatur in scripturam per notarium.

23 † Sed oritur secunda difficultas: nunquid citatio Verbalis sit facienda semper in scriptis? Respondeo, regulam esse, quòd possit fieri verbaliter, Soci. tract. de citat. art. 20. numero 24. & Maran. in suo Spec. par. 6. memb. 1. numero 74. quos refert, & sequitur Asinius in pract. §. 6. cap. 7. num. 1.

Hæc tamen regula limitatur, vt non procedat, quando citatio fit non personaliter, sed domi, quia tunc debet fieri in scriptis, in aliqua parua schedula, assignanda in manibus domesticorum, vel affigēda in ostio domus iuxta Clem. 2. in fi. vt lit. pend. vide Luc. Pæt. in pract. Capitol. libro 1. cap. 8. numer. 14. & Asin. dicto capitu. 7. limit. 7. numero 1. & plures alios, quos referūt, & sequuntur Vant. tract. null. Rubr. de null. ex def. citat. numero 88. & Asinium dicto §. 6. cap. 6. requisito 4. Et statuta vrbis libro 1. cap. 51. hoc amplius disponunt, quòd dum affigitur citatio in ostio domus, debeat esse præsens saltem vnus testis, sed hoc non seruatur in practica, immo, quòd peius est, minus affigitur in ostio, nec relinquitur in manibus alicuius ex domesticis, sed proijcitur quomodocunque in domum, quod etiam seruatur Florentiæ, vt dicit Asinius dicto capitu. 6. requisito 4. in fine. Animaduerte tamen, quia si pars ipsa citaret ex commissione iudicis, tunc illi referenti, se citasse non crederetur sine testibus, iuxta ea, quæ tradidi supra capitu. 30. sub numero 25. vers. secundo diffiniunt, & statuta Vrbis dicto libro 1. capi. 54. enumerant alios nonnullos casus, in quibus debeat fieri citatio, ac relatio Mandatarij in scriptis, quos poteris videre. In practica tamen omnes citationes in singulis casibus fiunt Romæ in scriptis. Et hæc dicta sint de citatione verbali coram ordinario.

24 † Sciendum modo est, quòd citatio coram Delegato pluribus requisitis expletur. Nam debet in ea exprimi locus, seu inquam Tribunal iudicij, ad quod citatus vocatur. Alex. cons. 71. libr. 7. Maran. in suo Spec. par. 6. memb. 1. numero 64. & ibidem Foller. in additione ad eum, Vant. tract. nulli. Rubr. de null. ex def. cit. numero 61. in fi. dicens, quòd citatus non tenetur diuinare, Gail. in pract. obseruat.
✲ libro 1. obseruat. 52. numero 11. & est communis ✲ omnium sententia, & in tantum debet locus exprimi, vt si omittatur, citatus non arctetur ad comparendum, Alex. dicto cons. 71. quem refert, & sequitur Foller. vbi supra, estque ratio, quia citatio diceretur incerta, vaga, & obscura, & per consequens esset nulla l. aut qui aliter. §. 1. ff. quòd vi, aut clam. l. si vt proponis la secūda. C. quomodo, & quan. iud.
✲ & ibi communiter ✲ Doctores. Quæ obscuritas, & incertitudo resultans ex non expressione loci, non potest considerari in ordinario, quia citatus simpliciter sine expressione loci, intelligitur citatus ad locum solitę residentię l. si locus. ff. de iudicijs l. penul. in fi. ff. de iust. & iur. Maran. in suo Spec. dicto mēb. 1. numero 64. Vanti. & Gail. in locis allegatis, & communiter Doctores in dicta l. si vt proponis, & propterea omissio loci in citatione ordinarij non vitiat.

25 † Quæro nunc, An Delegatus possit vbi libuerit locum iudicij sibi constituere? Respondeo, quòd non: nam vel sibi est assignatus in Delegatione, & ad eum debet citare, vel non, & debet citare ad locum intra territorium, & limites iurisdictionis, & ad locum honestum, qui partibus nō præbeat multam

tam incommoditatem argumento dictæ l.ſi locus.
26 ff.de iudic.†Item debet citare ad locum tutum,aliàs citatus non teneretur comparere l.2.§.ſi quis.ff.ſi quis cautio.Spec.tit.de citatio.§.1.ſub nu.10.par.2. Bar.in l.quia poterat.§.ſi quis alio.ff.ad S.C. Treb. Affl.deciſ.289.num.20.Gail. in ſuis pract. obſeru.
* lib.1.obſeru.52.nu.3.&,eſt cõmunis, * de qua Boſſ. tract.crim.tit.de citat.nu.37.quem etiã refert Clar.
27 lib.5.recept.ſent.q.34.ver.allegatur,† quam cõmunem amplia in tribus caſibus.Primo,vt procedat ẽt ſi citato offerretur ſaluus conductus,quia non tenetur illi credere cap.accedens.il 2.& ibi Felyn. vt lit. non conteſt.Nam ſaluus conductus dicitur fragilis cautio.l.qui ita.§.1. ff. ad S.C. Trebell.& latè Maſcar.tract.de probat.concluſ.19.nu.9.& ſeqq.lib.1.
* vbi ſub nu.10. teſtatur hanc eſſe communem * opi-
28 nionem. vide etiam Gail.vbi ſupra num.7.†Limita tamen hanc ampliationem,vt non procedat,quando eſſet guerra generalis, & Duces belli conſueuerunt dare ſaluum conductum, illumque obſeruare, quia iſto caſu allegans locum ſibi tutum nõ eſſe, nõ audiretur. Rot.deciſ.12.alias 315.de dol.& cõtum. in Nou.& alij quos refert, & ſequitur Afflic. dicta deciſ.289.ſub nu.21.& poſt eum Maſcar.dicta concluſ.19.ſub nu.11.verſ. verum tamen, & Marcheſ. de commiſſ.par.1.commiſſ 2.cap.1.num.12.

29 † Limita ſecundo,vt non procedat, quãdo acceſſus non eſſet tutus propter bannum datũ: quia tũc; conceſſo ſaluo conductu,eoque publicato; ille bannitus teneretur comparere. Boſſ. dicto titu. de citat. num.36.& 37.

30 † Amplia ſecundo, vt procedat etiam ſi acceſſus redderetur periculoſus ex culpa ipſius citati: quia adhuc non teneretur comparere ſecũdum Archid. in cap.ſtatutum.§.cum verò,in verbo. non audiẽs, de reſcript.in 6.magis enim debet attendi ęquitas, & iuſtitia,quàm culpa delinquentis.l.Papinianus, libro 2.reſponſorum ait exuli.ff. de minor. cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. præben. Affl. dicta deciſ. 289.num.26. Accedat, quòd illa culpa non fuit ad hoc ordinata, Boſſ.tract.crim.dicto titu.de citat.nu. 35.in fi. Vide in contrarium Maſcar.de probat.concluſ.19.num.14.lib.1. vbi plures cumulat.

31 † Amplia tertio,vt procedat etiam ſi citaretur co-
32 ram ordinario,quia adhuc militat eadem ratio.† At inſurgit hic difficultas:Nunquid citatio prędicta ad nõ tutum locum ſit ipſo iure nulla, vel veniat annullanda ope exceptionis? Reſpondeo diſtinguendo: Aut locus,ad quem citatur,eſt notoriè non tutus, & citatio eſt ipſo iure nulla: Aut non eſt notoriè nõ tutus,& citatus debet mittere procuratorẽ, & allegare locum ſibi tutum non eſſe, & inſtare,vt ibi præfigatur terminus ad probãdum de non tuto acceſſu; quo probato:nõ tenetur comparere. Affl. dicta deciſ.289.num. 24.

33 †Ampliatiuè modo declara,vt nõ tutus acceſſus dicatur non ſolum ratione inimicitiæ,ſed etiam ratione peſtis,vel malę intemperiei.glo.in clem. ne in agro,in fin.in verbo.rationali.de ſtat.monach.Affl. vbi ſupra nu.26.in fi.Gail.in pract.obſeru.lib.1.obſeru. 52.nu. 11. Et hac ratione illi de Aprutio citati ad Neapolim poſſunt à menſe Iulij, vſq; ad menſem Septembris excipere de aere malo, vt tradit Carauit.ſup ritu.163.ſub nu.27. quod ipſe vidi ſeruari in practica, dum ius dicerem in Comitatu terræ Auezani in prouincia Aprutij, & latè Maſcar. tract.de probat.concluſ.20.nu.1.& ſeqq.lib.1. Declara etiam, vt non tutus acceſſus dicatur non ſolũ, quando periculum immineret citato,ſed etiã quando immineret Aduocato,vel procuratori, vel teſtibus,quia citatio adhuc non arctaret ad comparendum,poſt alios Gail.loco citato num. 9. & Maſcar. vbi ſupra.concluſ.19. num.7.

34 †Quæro rurſus,præſuppoſita ſecuritate loci:Nũquid Delegatus poterit citare ad locum admodum diſtantem a domicilio ipſius citati? Reſpõdeo:Delegatus poterat antiquitus trahere litigantem vſq; ad duas dietas: hodie autem ex diſpoſitione textus in c.ſtatutum.§.cũ verè,& §.cũ aũt,de reſcript.in 6. non poteſt litigantẽ trahere vltra dietã; Ordinarius verò põt trahere vltra dietã,vt ꝑ Marã. in ſuo Spe. par.6.memb.1. ſub nu.131.& 132.folio mihi. 312.

35 † Item quero: nunquid in illa prima citatione, q̃ fit coram Delegato, ſit exprimenda poteſtas ipſius Delegati? Reſpondeo, Vant.tract.null. Rubric. de null.ex def.cit.nu.47.motus auctoritate Spec.tit. de peremptorio mittendo §.ſequitur nu.7.& §.iam de citatione nu.2.par.2.Innocẽtij,Ant.de Butr. & aliorum,quos allegat,tenet,exprimẽdam eſſe, maxime ſi citatio fieret de longinquo,idem tradiderũt Pau. de Caſt.in Auth.qui ſemel nu.6. C.quomo. & quã. iud.Abb.& Fely.in c.cum in iure.nu.5.de off.deleg. Bar. in l.2.ff.ſi quis in ius voc.non ier.Maran. in ſuo Spec.par.4.diſt.5.num.59.fol.mihi 107.& par.6.1. mẽb.nu.75.fol.304.& Aſinius in pract.§.5.c.2.nu.
* 3.vbi teſtatur de communi. * Quare Delegato non creditur,niſi doceat de cõmiſſione, & copiã faciat. Vant.Rubr. de nullit.ex def.iuriſd. nu.16.17.28.& Menoch.de arbitr.iud.lib.2.cent.2.caſ.112.num.7. poſtquàm autem fuerit in citatione ſemel oſtẽſum exẽplar delegationis, non venit amplius oſtendendũ.Aſinius vbi ſupra.Pariſ.tamen conſ.99.nu.9.& 10.lib.4.tenet,ꝙ ſi delegatus adſit, vbi adeſt Delegans,non cogatur inſerere tenorem Bullæ:quia facilis eſt aditus ad Delegantem; vnde ait, Delegato eſſe credendum. Tu vide Modern.in c. quod ſuper his.col.5.de fid.inſtr. & facit diſtinctio Mariani Soci.in tract.de Citat.artic.20. quẽ refert, & ſequitur Foller.in addit.ad Maran.in dicta diſt.5.nu.60. vbi ait: Aut agitur de prçiudicio grauiſſimo, & non erit parendũ aſſerenti,ſe Delegatũ, quantumuis perſona ſit auctorizabilis; quoniam debet plenè docere de delegatione per oſtenſionẽ originalis delegationis:Aut agitur de graui prçiudicio, non tamen grauiſſimo: exempli gratia,qñ aliquis citatur de longinquo:quia tunc debet inſeri copia delegationis,& ſic eſt citandus cum inſerto tenore, aliàs citatus non arctatur ad cõparendum,& ita procedat, quod tradit Stiat.in pract.iudic.c.1.nu.7. Aut verò tractatur de leui præiudicio,vtputa quia citatus manet prope locũ,ad quẽ citatur, & tunc nõ eſt neceſſe citare cum inſerto tenore reſcripti delegatorij.Et iuxta hoc vltimum membrum practicamus in Vrbe, dum Delegatus, & citandus in ea commorãtur, quia citatur

aduersarius ad dicendum contra commissionem in actis productã ad p.d. &c.intellige tamẽ hoc dictũ; dummodo citetur per Nũtium ordinarium; aliàs si citetur per Nuntium ab ipso electũ,& incognitum, requireretẽ adhuc expressio potestatis &c. iuxta ea, quę scribit Spec.dicto §.sequitur num.7.in fi.

De citatione, quæ fit per literas, Cap. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Citatio per literas ob quas causas decernatur.*

2 *Citatio per literas in quibus differat à citatione verbali.*

3 *Citatio per literas in quibus causis habet locum. & num.15.cum seqq.*

4 *Citatio, qua vtitur Auditor Cameræ extra vrbem intra districtum, & extra districtum qualis sit, & quomodo sit concepta.*

5 *Citatio per literas, an dirigenda sit citando, vel alteri, & in quo differant isti duo modi citandi.*

6 *Iudex nunquid possit citare extra territorium suæ iurisdictionis.*

7 *Auditores Rotæ, citantes extra vrbem, quibus dirigant literas citatorias.*

8 *Auditor Cameræ, & Auditores Rotæ quare possint citare absentes ab Vrbe, & quare Papa, & eius Legatus possint prædictis Auditoribus delegare hãc facultatem citandi etiam in terris Imperialibus, & sine literis subsidialibus.*

9 *Papa in terris Imperij retinet iurisdictionẽ habitu.*

10 *Subditus Imperij offendens Papam, vel eius officialem incidit in crimen læsæ maiestatis.*

11 *Imperator non potest citare in terris Ecclesiæ.*

12 *Subiectus Ecclesiæ non committit crimen læsæ maiestatis, etiam si ipsum Imperatorem occideret.*

13 *Iudex potest mittere actorem in possessionem rei petitæ, quæ sit sub sua iurisdictione, quamuis reus aliter non sit sub sua iurisdictione.*

14 *Iudex non potest bannire, seu mulctare reum, qui nõ est sub sua iurisdictione.*

17 *Captura rerum, seu personæ dicitur, quando fit circa initium processus; sed ea, quæ fit post processum, dicitur executio.*

18 *Executor nunquid possit citare non expressos in citatione, si in ea sit apposita clausula, vt possit citare omnes, quorum interest.*

19 *Citatio per literas potest concedi tam ab ordinario, quàm à Delegato.*

1 CITATIO † per literas fit duplici occasione. Vel quia citandus non potest citari personaliter, nec domi, quo casu citatur per literas, affigendas in locis publicis, & vicinis, è quibus verisimiliter literæ citatoriæ possint citato innotescere, & ad eius notitiam peruenire, hæcque species citationis proprio nomine dicitur edictalis, seu per edictum, de qua egi infra cap.seq.

Vel quia sumus in aliquo casu, in quo requiritur citatio per literas, seu ita iudici placet, vt citatus reddatur certior de eo, ad quod vocatur: & hæc ꝓpriè dicitur citatio per literas, de qua sumus hic acturi.

2 † Differt ergo citatio per literas à citatione verbali, quæ fit in scriptis in eo, quòd citatio per literas mittitur authentica iudicis subscriptione, vel sigillo munita, secundum stylum loci, ac cõtingentiam casus: Et hæc citatio fuit introducta à iure communi, vt tradit Marianus Soc. in tracta.de citat.art.24.nu.1.cum seqq.quẽ refert, & sequitur Asinius in pract. §.7.cap.3.nu.6. & videtur probari auctoritate textus in cap. prudentiam, de offic.deleg. ibi.

Taliter respondemus, quòd cum aliquis delegatorum iudicum per certum nuntium, vel excusatorem literatoriè destinatum non ostenderit &c.

Item auctoritate textus in capit. ex literis eod. & in cap.si episcopus.dist.18.& c.quisquis. 4.quæst.5. & cap.vocato.5.q.2. & in l.consentaneum. C. quomodo, & quando iud.

3 † Casus, in quibus locum habet hæc citatio sunt plures. Primus, quando citaretur aliqua persona illustris, seu clarissima, gl.singularis, quam ibidem sequitur Bar.in l.quoties.C.de dignit.lib.12.Ias.Insti. de act.§.quadrupli.Maran.in suo Spec.par.6.1.mẽbro.nu.76.Afflict.lib.1.Constit.constitutione, edictorum.num.7.in fi.Rubr.96.Boer. decis.70. nu.5. & Asinius loco citato num.7. Et isto casu requiritur specialis commissio iudicis; quia, vt tradit Cauens. in Pragm.Regn.prag.2.num.3. quando est citanda aliqua persona, cui debetur aliqua reuerẽtia; priusq̃ citatio cõmittatẽ, requiritẽ aliqua causæ cognitio.

Secundus, quando citaretur aliquis realiter, vt tradit Bal.in l.consentaneum.num.9. C.quomodo, & quan.iud.vel vt personaliter compareret: quia citatio debet esse in scriptis, & iudicis subscriptione munita, & specialiter commissa, vt dixi infra in cap. 39.sub nume.3. Aduerte tamen antequàm vlterius progrediamur in eo, quod dixi, requiri specialem commissionem: quia non requiritur alia separata commissio; quàm ea, quæ satis colligitur ex subscriptione iudicis.

Tertius, quando citaretur subditus extra Prouinciam.Bart. in extrauag. ad reprimendum.in verbo. per Nuntium; vbi mouetur auctoritate textus in §. eos autem.Auth.de collat.Marant.dicto memb.primo.num.80.Affli. dicta Constitutione edictorum. num.8.& Asinius in pract.§.6.cap.7.limit.6.num.1.

4 † Vnde in Vrbe in Tribunali Auditoris Cameræ; si citatio fiat intra districtum; mittitur hodie quædam citatio typis impressa ad dicendum contra iura producta, & repetita, & videndum iurare testes quatenus opus sit &c.huius tenoris,

Coram Illustriss. & Reuerendissimo D.Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditore, siue eius R.P.D. in ciuilibus causis Locumtenente.

Citentur omnes, & singuli infrascripti ex aduerso principales: quatenus sexta die ab executione præsentium proxima, si iuridica fuerit, alioquin prima die iuridica immediatè sequenti compareant Romæ in iudicio coram præfato Illustrissimo, & Reuerendissimo

rendiſsimo D. Auditore Cameræ, ſiue R.P.D. Locumtenentem in actis D. Hieronymi Fabrij eiuſdem Curiæ Notarij, ad dicendum contra iura producta, & repetita, ſeu producenda, & repetenda: videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, extendi formã Cameræ in dictis iuribus appoſitam iuxta ſtylum Curiæ prædictæ: Nec non ſoluendum ſummam pecuniarum, per eos debitam, & ſeu inferius annotatam, & in futurum debendam, & maturandam ſuis loco, & tempore, ac alia feciſſe, & adimpleuiſſe iuxta formam dictorum iurium, & eorum obligationis, ac recognoſcendum manum ſuam in dictis iuribus, ac apocis, ſeu cedulis reſpectiuè appoſitam: aliàs videndum per dictum Illuſtriſſimum Auditorem Cameræ, ſeu Locumtenentem prædictum pronunciari haberi pro recognita, & inſuper exhibendum quaſcunque ſignificationes, ſeu non grauetur, aut ſaluoconductus, & alias quaſcunque dilationes, ſeu moratorias, ſi quas fortaſſe habent, aliàs videndum contra ipſos, & eorum bona quæcunque decerni mandatum executiuum, illudq́; relaxari, aliaq́; fieri, & exequi pro omnimoda executione dictæ obligationis Cameralis opportuna omni meliori modo, inſtante D. N. Fabrius eſt Notarius.

Et hæc forma ſeruatur, quando obligatio in forma Cameræ eſt recepta ab alio Notario, quàm à Notario Auditoris Cameræ, & licet hæ citationes mittantur ſine iudicis commiſſione, quæ videtur eſſe neceſſaria, tùm quia reus citatur ex longinquis partibus, quo caſu requiritur cauſæ cognitio, & per cõſequens commiſſio ſpecialis iudicis iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra capitu. præcedenti, ſub nu. 8. ibi. *In hac contrarietate*. Tùm quia tales citationes non mittuntur executioni per Nuncios proprios ipſius Auditoris, ſed per alios, quibus, vt dixi infra nu. 15. non eſſet credendum, niſi oſtenderent commiſſionem iudicis, tamen ex quo traduntur à Notarijs, & ſunt typis impreſſæ, videntur fidem habere, & vſu receptum eſt hodie, vt valeant: quòd ſi fiat extra diſtrictum, mitteretur ſcripta in membrana, cum ſubſcriptione iudicis, & appenſione ſigilli, huiuſque citationis formam poteris legere in quibuſdam formularijs, quę circumferuntur, & formam, qua vtuntur iudices Capitolini citantes intra diſtrictũ, vide apud Lucam Pæt. in pract. Capitol. libro 1. capi. 8. num. 1. quamuis huiuſmodi citatio à ſtatutis Vrbis, libro primo, capitulo 56. appelletur edictum Senatus: aduerte autem, quòd citatio per literas non eſſet neceſſaria, ſi citandus haberet ſolitam habitationem in iuriſdictione iudicis citantis, quamuis ipſe citandus eſſet abſens.

5 † Inſurgit tamen hic difficultas, cuinam hæc citatio per literas dirigi debeat: citando ne, an alteri? Reſpondeo ad libitum iudicis citantis, vt tradit Specul. libro ſecundo, partic. prima, titu. de citat. §. iam de citatione num. 3. dicens, tutius eſſe, vt citatio fiat per alium, quem etiam refert, & ſequitur Aſinius in practic. §. 7. capitulo 4. num. 1. cum ſequen. Differentia autem inter vnum, & alterum modum citandi conſiſtit in eo, quòd ſi dirigatur citando, pręcipietur ei, vt cõpareat: ſi alteri, vt illum requirat, & mo-

6 neat ex parte iudicis citantis ad comparendum. † Et quoniam hoc citandi genere per literas tunc neceſſario vtimur, quando citamus reum commorantem extra territorium noſtrę iuriſdictionis, oritur in primis grauis quæſtio inter Doctores: nunquid iudici liceat citare extra territorium ſuæ iuriſdictionis? & quidem queſtio adeo eſt ambigua, vt eam decidendam remittant Cæſari, prout dicunt Marant. in ſuo Specu. part. ſexta, membro primo, num. 40. Foller. in practic. crim. in verbo, vel eos verbaliter, num. 27. vbi diſtinguendo, latè proſequitur, & Gail. in pract. obſeruat. libro primo. obſeruat. 56. nu. 1. Sed, quicquid ſit in puncto iuris, ſecundum practicam iudex poteſt citare per literas directas iudici illius loci, vt poſt alios tradunt Marant. & Gail. in locis allegatis, & Clar. libr. 5. recept. ſentent. quæſtio. 31. verſiculo, ſed hæc quidem omnia, dicens, has literas appellari ſubſidiales, ſeu in ſubſidium iuris. Vide quæ latius ſcripſi de hac rę infra in capitu. 40. & hęc practica dirigendi literas citatorias iudici, qui moratur in loco, vbi degit citandus, eſt ſeruanda in Regno Neapolitano, ex diſpoſitione conſtitutionis: edictorum. & ibi Afflic. libro 1. Rubr. 96. num. 1. 5. &

7 13. † Auditores tamen Rotæ Romanæ, & Auditor Cameræ, quando citant de longinquo, non dirigũt literas illi citando, nec iudici illius loci, ſed vniuerſis clericis, & tabellionibus, quos requirunt ſub pœna excommunicationis, vt etiam docet Vant. tract. nullit. Rubric. de null. ex def. citat. num. 99. & 148. Vnde ceſſat illa difficultas, An is, qui citationem executioni mandauit, fuerit Nuncius? quia ſtatim atque illę literæ præſentantur alicui tabellioni, ille dicetur deputatus Nuncius ad earum executionem. Barto. in dicta extrauag. Ad reprimendum, in verbo, per Nuncium, quem refert, & ſequitur Vanti. dicto num. 149. Et quidem cum citant ita de longinquis, ac remotis partibus, ſolent citare generaliter ad totam cauſam, quoniam ob loci diſtantiam citatio non poteſt in ſingulis actibus reiterari, ſine immenſo litis diſpendio, & immortalitate Vant. dicta Rubr. de nullit. ex def. cit. num. 98. in fi. & num. 99. & 107. & dixi infra in cap. 88. num. 10.

8 † Ratio, cur Auditores Rotæ, & Camerę poſſint citare abſentes, eſt propter ſpecialem commiſſionẽ Papæ: & ratio, cur Papa, & eius legatus poſſint citare, ſeu delegare hanc facultatem citandi etiã in ter-

9 ris Imperij, & ſine literis ſubſidialibus, eſt, † quia Papa in terris Imperij habet iuriſdictionem habitu, vt tradit Boſſ. tract. crim. tit. de citatione ſub nu. 24. & tit. de for. cõpet. nu. 164. vbi etiã teſtatur de com-

✻ muni, ✻ & faciunt quæ dixi ſupra cap. 11. num. 7. &

10 10. † Et hinc eſt, quòd ſi ſubditus imperio, offenderet Papam, vel eius officialem, incideret in crimẽ læſæ maieſtatis, quia ſubiectus Imperio ſubiacet iuriſdictioni Papæ ſaltem habitu, vt dixi, & iſta ſubiectio oritur tùm ex eo, quòd Imperium pendet à Papa, vt tradit Boſſ. tit. de crim. lęſ. maieſt. num. 109. & dixi dicto c. 11. ſub num. 7. & 8. tùm ex eo, ꝙ Imperator ſe ſubiecit habitu in temporalibus iuriſdictioni Pontificis, & in ſpiritualibus etiam actu, vt tradit Caſſaneus in Catal. glor. Mundi par. 5. cõſid. 29. circa fi. in reſponſione ad quartum argumentum.

Verum tamen eſt, quòd Papa iuriſdictionem, quam habitu habet in terris Imperij, non exercet, niſi in cauſis ſpiritualibus, & eccleſiaſticis, vtputa, ſi ageretur de iuramento, quia tunc Papa eſſet iudex Marant. in ſuo Specu. part. 4. diſtinctio. 11. num. 14. & magis in propoſito Boſſ. tract. crimin. titu. de foro competent. num. 167. Vnde aliàs cum Illuſtriſſimus Comes Claudius de Gonzaga ob prætenſum commiſſum periurium ab Illuſtriſſimo D. Alphonſo de Gonzaga, Comite Nuuolariæ ex inobſeruantia contractus recurriſſet ad Papam Sixtum Quintum, is commiſit cauſam Auditoribus Rotæ, quamuis ageretur de feudo Imperiali: licet deinde cauſam remiſerit ad Imperatorem: Contra alios autem non recognoſcentes ſuperiorem Papa habet iuriſdictionem etiam actu, præterquàm contra Cęſarem, Boſſ. dicto titulo, de foro competen. num.
11 166. † At dubitatur modo, nunquid è conuerſo Cæſar poſſit citare in terris Eccleſiæ? Reſpondeo, quòd non: vnde ob hanc quoque rationem, videlicet, quia Imperator Henricus citauit Robertum Regem Siciliæ in loco infeudato ab Eccleſia, Papa Clemens Quintus declarauit, ſententiam inde ſecutam fuiſſe nullam. Clement. paſtoralis, de re iudic. in illis verbis.

Citatum extra imperium.

Et notat Boſſ. dicto tit. de citatio. ſub num. 24. & ratio diuerſitatis eſt, quia Cæſar in terris Eccleſiæ caret omnino iuriſdictione, videlicet, & actu, & ha-
12 bitu. † Hinc quoq; eſt, quòd ſubiectus Eccleſię non committeret crimen læſæ maieſtatis, quoad Imperatorem etiam ſi ipſum Imperatorē occideret Boſſ. dicto tit. de crim. læſæ Maieſtat. ſub num. 108.

13 † Subijciamus modo vnam difficultatem: Controuerſia eſt ſuper aliqua re, exiſtēti ſub iuriſdictione iudicis citantis extra territorium: quęro nunquid iſte iudex citans poterit in contumaciam citati mittere actorem in poſſeſſionem ſupradictæ rei? Reſpondeo, quòd ſic, & procedit iſta reſponſio etiam ſi ille iudex, ad quem literę fuerunt miſſæ, non ſit paſſus earum executionem, (& in hoc potuiſſet dubitari) cap. Romana. §. contrahentes. de foro compet. in 6. capit. primo, ſecundo. & fin. de eo qui mitt. in poſſ. rei ſeru. cau. & tradunt Moder. tract. de proceſſ. execut. part. 3. capitulo 7. ſub num. 36. & ratio eſt, quia reus quoad præfatam immiſſionem ſortitur forum, vbi res ſita eſt Boſſ. tract. crimi. tit. de ci-
14 tat. num. 33. † Sed quoad perſonam non habet iuriſdictionem, quare non poſſet propter contumaciam bannire, ſeu mulctare reum manentem extra ſuam iuriſdictionem. l. omnes. §. verum ſi apparitor, & ibi Barto. & Bald. C. de Epiſcop. & cleric. Rota deciſ. 15. aliàs 464. de iud. in nou. Boſſ. dicto titulo de citat. num. 33. in fin. & Gail. in pract. obſeru. libro 1. obſerua. 56. num. 4. cum ſequen. vide quę dixi infra cap. ſequen. num. 14.

15 † Quartus caſus eſt, quando citatio eſt mandanda executioni per Nuncium ſpecialiter electum, quia tunc ei non crederetur, niſi oſtenderet commiſſionem fide dignam. Barto. in l. eum qui. §. ſi epiſtola. ff. de fur. & in l. iuſtè, & ibid. Alexand. ff. de acquirenda poſſeſſ. Bald. in l. vt perfectius, C. de annal. except. Marant. in ſuo Spec. part. ſexta, membro 1. num. 46. & 79. & Aſinius in pract. §. 6. cap. 7. limit. 5.

16 † Quintus caſus, quando prima vice citatur corā iudice delegato, quia propter eandem rationem, vt ei credatur de iuriſdictione delegata, debet citare authenticè, & per literas cum inſerto tenore delegationis, vt docui ſupra cap. præcedenti, num. 35.

Alij duo caſus, quos ponunt Marant. in d. membro 1. & Aſinius in pract. dicto ca. 7. videlicet, quando citandus non reperitur perſonaliter: Item quando nuncius mittitur, ad capienda bona delata fiſco, inconſideratè ponuntur. Nam in primo caſu, quando non repertus perſonaliter citatur domi, ſufficit citatio verbalis in ſcriptis, vt dixi ſupra cap. præcedenti ſub num. 23. ibi. *Hæc tamen regula.* vnde aut decipiuntur, aut ſaltem confuſè loquuntur: Pariter in ſecundo caſu dico, quòd mittere Nuncium ad capienda bona, delata fiſco, non eſt citare, vt cuique ſani capitis apertè patet. Quare perperam etiā Boſſ. videtur poſuiſſe miſſionem in poſſeſſionem in ſuo tractatu, tit. de citat. num. 12. Neque obſtat, ſi quis ad defenſionem diceret, quòd quemadmodum captura perſonæ eſt citatio realis, ita quoque,
17 & captura rerum. † Nam replicatur, capturam dici realem citationem, quando conceditur circa initia proceſſus, quæ vero fit in executione ſententiæ, latæ, diſcuſſis prius bonis, eam non citationem, ſed executionem appellari, & propterea malè loquitur Marant. dicta par. 6. membro 1. ſub num. 58. dum ibi limitando ait, quòd citatio realis habet locum etiam in ciuilibus, quando ſumus in executione ſententiæ, vel prius eſt facta excuſſio bonorum.

18 † Occurrunt nunc duæ difficultates: prima, nunquid appoſita in citatione clauſula generali de citando omnes, quorum intereſt: poſſit executor citare etiam non expreſſos in citatione? Reſpōdeo, quòd non: In Curia tamen ob locorum diſtantiam talis facultas citandi extra curiam ſolet iudicibus concedi in commiſſionibus, & tunc executor poſſet citare etiam non expreſſos. vide Rot. deciſ. 18. aliàs 419. nu. 1. in fi. de dolo & contuma. in nou. & Vant. tract. null. Rubr. de null. ex def. cit. num. 59. Aduerte tamen, quia quando iudici conceditur prædicta facultas, non intelligitur conceſſa vltra quatuor, niſi expreſſum ſit in facultate, quòd poſsit citare etiam vltra quatuor, vide Spec. tit. de cita. §. 1. nu. 8. par. 2. & quia ſecundum eundem Spec. eod. §. nu. 6. & quoſdam alios, citandi adhuc eſſent nominandi per iudicem in citatione, ideo adinuenta eſt hęc alia clauſula. *Omneſq; alios in executione citationis præſentium vigore decernendæ nominandos.* Vt tradit Veſtr. in pract. lib. 4. cap. 2. ſub nume. 2.

19 † Secunda difficultas, nunquid pręfata citatio per literas poſsit concedi tàm ab ordinario, quàm a delegato, & contra quoſcunque? Reſpondeo, quòd ſic, vt refert, & ſequitur Aſinius in ſua pract. §. 7. ca. 4. ſub num. 5. & 6. Et ſi vis ſcire, quando Auditores Rotæ Florentinæ citent per literas, vide eundem Aſinium dicto §. 7. cap. 3. nu. 3. & 4.

De

De citatione, quæ fit per edictum,

Cap. XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Citatio per edictum differt à citatione per literas, tũ respectu iudicis citantis, tum respectu causæ, vt in numero 7. tum respectu modi exequendi, vt remisſiuè dicitur nume. 8.*

2 *Auditores Rotæ poſſunt citare per edictum.*

3 *Delegatus non poteſt citare per edictum, & cur ita ſit vide nume. 5.*

4 *Fallit in delegato Principis.*

6 *Papa ſolus, & alij iudices de eius ſpeciali mandato poſſunt citare per edictum in caſibus, in quibus hæc citatio non eſt à iure permiſſa.*

9 *Caſus, in quibus de iure conceditur citatio per edictum, & nũ. 10. 13. 14. 15. 16. 30. 31.*

11 *Acceſſus non tutus, quando dicatur non probatus ad effectum, vt concedatur citatio per edictum.*

12 *Facultas citandi per edictum non conceditur in commiſſionibus, & reſcriptis, niſi cum iſto temperamẽto, conſtito ſcilicet prius de nõ tuto acceſſu, & quid ſi ſignatura reſcriberet ſimpliciter. Fiat vt petitur vel fiat vt petitur in forma.*

17 *Citatio per edictum, & generalis contra ſua intereſſe putantes, nunquid pariat plenum præiudicium non comparentibus.*

18 *Emptor, & creditor poſterior, qua cautela vti poſſit, vt ſint ſecuri ab euictione.*

19 *Hæres, timens adire hæreditatem, vti dãnoſam, qua cautela vti debeat.*

20 *Hæres hodie poteſt ſine formidine damni adire hæreditatem, ſi illam adeat cum beneficio legis, & inuẽtarij, & quæ ſit forma citandi, & conficiendi inuentarium.*

21 *Inuentarium infra quantum tempus confici debeat.*

22 *Creditores citati ad videndum confici inuentarium, ſi non compareant, nunquid ſibi præiudicent.*

23 *Creditores certi, & cogniti nunquid ſint citandi nominatim, vel ſatis ſit, eos citari generaliter.*

24 *Bona omnia, item iura, & actiones ſunt ponenda in inuentario.*

25 *Inuentarium ritè, rectéq; confectum producit multas vtilitates, de quibus in numero ſequen. 26. 27. 28. 29.*

32 *Remedium legis diffamari præbet cautelam ei, qui timet ſe vexari.*

33 *Remedium dictæ legis habet locum, tam in cauſis ciuilibus, quam in criminalibus. Item tam in actionibus realibus, quam in perſonalibus.*

34 *Iudicium ſuper remedio dictæ legis diffamari, quomodo ſit inſtituendum.*

35 *Diffamans conſtito de diffamatione, quomodo ſit citandus.*

36 *Terminus præfigendus diffamanti ad docendum de diffamationibus eſt arbitrarius.*

37 *Termini, ſeu monitiones aſſignandæ diffamanti ad docendum de iuribus ſuis, quot eſſe debeant.*

38 *Quomodo procedatur in iudicio ordinario legis, diffamari.*

39 *Ad iudicium ordinarium non eſt deueniendum, niſi prius ſit expeditum iudicium ſummarium.*

40 *Terminus ad probandum non datur, & ſimiliter probationes non recipiuntur, niſi poſt litis conteſtationem.*

41 *Agens remedio legis diffamari, & non probans iactationes condemnatur in expenſis.*

42 *Quomodo procedatur contra diffamantem, non comparentem in termino ad docendum de iuribus ſuis.*

43 *Diffamatus coram quo iudice debeat diffamantem conuenire.*

44 *Actor ex pluribus Rei iudicibus poteſt eligere quem vult.*

1 CITATIO † per edictum fit etiam ipſa per literas, eſt tamen diuerſa ab ea, tum reſpectu iudicis eam decernentis, tum reſpectu cauſæ, ob quam conceditur, tum etiam reſpectu modi exequendi. Reſpectu iudicis, quia eam concedit, tantum iudex ordinarius in caſibus à iure permiſſis, & hoc
2 non habet difficultatem ex infra dicendis. † Poſſet tamen dubitari de Auditoribus Rotæ, nunquid ipſi poſſint citare per edictum, ex quo in definiẽdo ſunt delegati, vt dixi ſupra. capitulo 26. numero 3. Sed dicas, quòd ſic, vide Felyn. in capitulo quoniam contra. §. porrò, numero 20. verſiculo, Demum, an citatio. vt lit. non conteſta. quem refert, & ſequitur Additio ad Rot. deciſi. 18. aliàs 419. de dolo, & contumacia, in nou. dicens, quòd Auditores ſacri Palatij in prima citatione faciunt, citari perſonaliter per nuncium, & habita relatione, illum non comparentem citant per edictum, poſitum in audientia contradictarum, & procedunt ad diffinitiuam.
3 † Delegatus autem non poteſt citare per edictũ. vide Menoch. de arbitr. iudic. libro primo, quæſtio.
4 74. numero 33. † Fallit in delegato Principis, quia poterit citare per edictum in caſibus de iure permiſſis, & in caſibus reſcripto contentis argumento textus in auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. Marant. in ſuo Specul. part. quarta, diſtinctione 5. numero 57. & parte ſexta, membro primo. numero 39. in fine. & numero 82. & Gail. in practic. obſeru. libro primo. obſeruat. quinquageſima ſeptima, numero 13.

Neque obſtat, quòd Romæ ſupplices petant à Pontifice, hanc facultatem citandi per edictum concedi iudici delegando, quaſi illam forſan non habeant, quia hoc argumentum non concludit: multa enim apponuntur ad cautelam, quæ neceſſaria
5 non ſunt. † Et ratio, cur delegatus non poſſit citare per edictum eſt, quia citare per edictum eſt quid ſimile banno. vnde, quemadmodum Delegatus

non potest bannire, aut excommunicare, ita etiam citare non potest per edictum. Bal. in l. secunda, numero 3. C. quomodo & quan. iud. quem refert, &
6 sequitur Gail. vbi supra.† In cæteris casibus, in quibus à iure non est concessa citatio per edictum, solus Papa, seu iudices de eius speciali mandato possent citare per edictum ad tradita per Vant. tracta. nullit. Rubric. de null. ex def. cita. num. 125. & Grauat. in annota. ad pract. Vestrij, libro vltimo, capit. vltimo, num. 34.

7 † Respectu causæ differunt, quia ista citatio decernitur in subsidium, videlicet, quando citandus non potest citari personaliter, nec domi, vt habetur in clement. prima, & secunda, de iudi. & in clemen. causam, de dolo & contumacia, & in clemēt. prima, de foro competen. & in capit. quoniam frequenter, §. porrò. & ibi scribentes. vt lit. non contesta. Aliàs si posset citari personaliter, vel domi, & citaretur per edictum, grauaretur, & posset appellare. Barto. in extrauagan. ad reprimendum, in verbo. per edictum, quem refert, & sequitur Marant. in suo Spec.
8 part. sexta dicto membro primo, num. 82. † Quomodo differant in modo exequendi patebit infra in capitu. 45. num. 14.

9 † Casus, in quibus quis citari non potest personaliter, neque domi, & propterea conceditur citatio per edictum, sunt plures: primus est, quando citandus efficit, ne citatio ad ipsum possit peruenire. dicta clement. prima, de iudic. Rot. decisio. 22. alias 753. de dolo & contumacia, in antiqu. Vant. tracta. nullita. Rubr. de nullit. ex def. cita. sub numero 124. Vestr. in sua practic. libro quarto, capit. 2. sub num. 3. & Cumia super Ritibus Siciliæ super cap. primo, numero 13.

10 † Secundus, quando tutus non patet accessus, & sic adest perhorrescentia, eadem clemen. prima. & ibi Anchar. numero 3. de iudic. clemen. causam, de elect. Barto. in dicta extrauag. ad reprimendum, in verbo. per edictum numero 3. Rot. decis. 22. alias 693. numero 2. de rescript. & decis. 22. aliàs 753. de dol. & contum. in antiq. & notat. A. M. Papaz. in suis additio. ad Rot. decis. 5. alias 79. numero 20. eodem tit. in nou. Maran. in dicto membro primo, numero 85. Vant. dicta Rubr. de nullit. ex def. cita. numero 124. & 131. vbi etiam ponit formam huius citationis. Vestr. in pract. libro 1. cap. 5. numero 3. & libro 4. capit. 2. numero 3. & Gail. in pract. obseruat. lib. 1. obseru. 57. num. 2.

11 † Tota difficultas modo consistit, quando dicatur probatus non tutus accessus ad hunc effectum, vt concedatur citatio per edictum. Et breuiter agendo, Rota dicta decisione 22. de dolo & contumac. in antiq. ait, non sufficere iuramentum, sed Auditorem debere capere informationem cum tribus testibus. At Papaz. in addit. ad Rot. d. decisio. 5. nu. 3. de rescript. in nou. tradit, sufficere duos testes, qui deponant de non tuto accessu, & quomodo sint inducendi isti testes, vide vulgatum illud formulariū terminorum Romanæ Curiæ fol. 14. Sed qualiter debent deponere testes de nō tuto accessu? Respōdeo, sufficit, si dicant, quòd credunt impossibile, vel tutum nō esse citare eos in domo, Rot. decis. 22. nu. 2. de rescrpt. in antiq. Vestr. in pract. dicto ca. 2. sub nu. 3. & nihil refert, si hi testes sint singulares, vtputa, quia vnus dicat, citationes exequi non posse, nisi de licentia proregis, & alius dicat, quòd nullus, vel ipse non auderet exequi, & ita bis tentum fuisse à Rot. refert Papaz. vbi supra.

12 † Constito igitur de non tuto accessu, solet concedi citatio per edictum. Et propterea dum in cōmissione postulamus, concedi Auditori facultatem citandi etiam per edictum, Signatura concedere non consueuit, nisi cum isto temperamento; videlicet, *Constito summariè de non tuto accessu*. Quo casu necesse est probare non tutum accessum, vt dixi supra, & testatur Vestr. loco proximè citato. Quòd si signatura rescriberet simpliciter. *Fiat vt petitur*. tunc nulla requireretur probatio de non tuto accessu: si tamen adderet. *Fiat vt petitur in forma*, Deberet constare de non tuto accessu. Rota decisi. 23. alias 782. de dolo & contum. in antiq. Sed secundū Cassad. decis. 2. in fine, de dolo & contum. quem refert, & sequitur Papaz. dicta decis. 5. sub num. 6. de rescript. in nou. hoc dictum in dicta decisio. 23. non seruatur, quia Signatura īdistinctè solet rescribere. *Constito de non tuto accessu*. Vt etiā notauit Staph. de lit. iust. super clausula: si neutri sub num. 3. versic. si petitur, folio mihi 321.

13 † Tertius casus est, quando quis fuit semel personaliter citatus extra curiam, & est contumax, vel quia recessit, nullo procuratore relicto, quo casu iurata absentia per actorem, potest decerni processus per contradictas, vt dixi supra capit. 27. nume. 1. & forma, qua vtitur Auditor Cameræ, est talis.

Mandat Illustrißimus, & Reuerendißimus Auditor Cameræ siue R. P. D. Locumtenens citari per audientiam publicam literarum contradictarum, vt moris est, & citat quosdam N. N. ex aduerso principales, omnesq́; alios, sua quomodolibet interesse putātes, eorumq́; procuratores si qui pro eis sint in Roma. Curia, quatenus prima die iuridica proximè futura compareat in iudicio legitimè coram eorum altero ad dicendum contra iura &c.

Et reliqua sequuntur in forma solita.

Datum Romæ in eadem audientia contradictarum sub anno &c.

Exemplar edicti.

Camillus Burghesius Prothonotarius Apostolicus &c. præsenti publico edicto, aciei Campi Floræ, vt moris est, affigendo, & publicando, citamus, & citari mandamus quosdam N. & N. ex aduerso principales, omnesq́; alios &c. quatenus prima die iuridica proximè futura compareant in iudicio legitimè coram nobis, seu R. P. D. Locumtenente nostro ad dicendum cōtra nostras literas citatorias ad partes decretas, executas, & reproductas, iuraq́; producta, & repetita. Et reliqua sequuntur in forma.

14 † Quartus casus est, quando persona citanda est vagabunda, non habens certum domicilium, sed cum distinctione. Aut enim agitur de aliqua re immobili, & citatio erit affigenda in loco illius rei. l. 4. §. prætor ait, & ibi glos. & Paul. de Castr. numero sexto. ff. damn. infect. tradunt Papiens. in practica, in form. responsio. rei conuen. in glo. prima, nume. 11. folio

11. folio mihi 172. & Vant. dicta Rubric. de nullita. ex defec. cit. ſub num. 122. Cæterum ſi non ſit vagabundus, tunc erit citandus per Nuncium, ſeu per literas in loco domicilij, iuxta ea, quæ docui ſupra c. præceden. nume. 13.

Aut agitur de re mobili, ſeu pecuniaria, & tunc citabitur per edictum eo loci, vbi ſolitus, vel magis ſolitus eſt conuerſari Barto. in l. vt perfectius. C. de ann. except. Bal. in l. ſi accuſatoribus, colu. fi. C. de accuſat. Innoc. in cap. quia propter, de elect. Papienſ. vbi ſupra. Pau. de Caſt. vbi ſupra, & Marant. in ſuo Spec. par. 6. memb. 1. num. 83. cum ſequen. & num. 130. Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 57. numero 5. & plura de citatione contra vagabūdum vide per Foller. in ſua pract. crim. in 1. par. 2. par. princ. in verbo, vel eos verbaliter. & Tiraq. de vtroque retract. §. 9. gl. 2. nu. 24. verſ. ſed quid de vagabundo.

15 † Quintus, quando ſumus in obligatione in forma Cameræ, & ſolutio eſt facienda in vrbe, & debitor eſt abſens, quia adueniente termino ſolutionis, citatur debitor abſens per contradictas, de qua citatione, eiuſque modo exequendi dixi infra cap. 45. numero 14. cap. 62. numero . . & ca. 96. ſub numero 32. ibi. *Tum diuerſimodè*. Moueo vnam difficultatem. Dixi infra in caſu ſequenti, quòd vigore huius citationis conceditur excluſio à iure agendi, & non miſſio in poſſeſſionem. Vnde quæro hic, an hoc dictum procedat etiam in caſibus præcedentibus? Reſpondeo, quod non: quia in eis citatur nominatim certa perſona, ſecus in caſu ſeq.

16 † Sextus caſus eſt, quando contradictor eſt incertus, quia tunc citantur in genere omnes ſua quomodolibet intereſſe putantes. cap. fin. in fi. de elec. Bar. & Bal. in l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pig. Fely. in c. quoniam frequenter. nume. 14. vt lit. non conteſta. Marſil. ſing. 259. Afflic. deciſ. 24. ſub num. 6. & Vrſil. in annota. ad deciſ. 289. nu. 5. Maran. dicto membro 1. num. 89. Cumia ſuper Rit. Siciliæ cap. 1. nu. 13. Gail. dicta obſeruat. 57. num. 6. & 7. & communiter * omnes in ca. fin. de maior. & obedien. prout refert etiam Vant. dicta Rubr. de null. ex def. citat. ſub num. 142. vbi plures allegat.

17 † At quæro, nunquid ſententia, lata in fauorem actoris, & facto proceſſu cum dicta citatione generali contra quoſcunque ſua intereſſe putantes, proſit actori indiſtinctè, & contra omnes ita, ac ſi ſinguli fuiſſent nominatim citati, ſeu comparuiſſent in iudicio vigore dictæ citationis? Reſpondeo, diſtinguendo: Aut eſt actum pro conſeruatione, ſeu manutentione: Aut pro acquiſitione, ſeu recuperatione. Si primo caſu dico, quòd ſic, quia omnes in poſterum ſunt excluſi à iure agendi, ac ſi eis, veluti ex remedio. l. diffamari. C. de inge. & manum. eſſet impoſitum ſilentium iuxta ea, quæ verè tradunt Veſtri. in pract. libro quarto. capit. 4. numero 8. & Ioan. Anton. de Nigr. in capitu. 213. ſub numero 12. dicentes, quòd finis prædicti iudicij, & citationis eſt excluſio, & non miſſio in poſſeſſionem, & ſubinde, quòd præiudicaret eis, volentibus agere, ſed non, volentibus retinere poſſeſſionem. Declara, & reſtringe iſtam concluſionem, vt non procedat, quando ſic generaliter citatus compareret, & oſtenderet vel aliquod impedimētum legitimum, ob quod non potuit comparere, vel ignorantiam citationis, quia eſſet denuo admittendus ad agendum, ſeu excipiendum Felyn. in capitulo gratum. numero 3. in fine. de off. & poteſt. iudi. deleg. immo poſſet à die ſcientiæ quandocunque appellare, vt refert Maſcar. tractat. de probat. concluſ. 120. numero 4. volumine primo. Adde etiam pro reſtrictione dictæ cōcluſionis ea, quæ dixi infra nume. 23. & hæc de primo caſu diſtinctionis.

Si in ſecundo, dico, quòd non: quare ſi ſententia ſit lata ſuper aliqua re, in cuius poſſeſſione exiſtat citatus ſic generaliter, is adhuc remanebit in poſſeſſione, & illa ſententia nullum in hoc ſibi præiudicium pariet, teſtibus iiſdem Veſtrio, & Ioann. Anton. de Nigris in locis allegatis. & ratio, quam etiam ipſi allegant eſt, quia ſic citatus non arctatur ad ſe defendendum, ſed ſolum ad agendum. Vnde contra eum non poteſt procedi vti cōtra reum contumacem.

Iuxta primum caſum firmatæ diſtinctionis, dum ius dicerem in diuerſis locis, reperto aliquo animali ſine cuſtodia damnum dāte, & ignorato domino illius, mandabam in loco iudicij, vbi fuerat repertum, & in alijs conuicinis, & ſi opus erat cum literis hortatorijs ad iudices illorum locorum, affigi publicum edictum in locis ſolitis, quo notificaretur omnibus, ſua intereſſe quomodolibet putantibus, fuiſſe repertum tale animal cum talibus ſignis, & qualitatibus tali die, & tali loco, in eoque certus terminus præfigebatur ad comparendum &c. cum cōminatione, quod ſi non comparerent in dicto termino, fore, vt illud haſtæ ſupponeretur deliberandum plus offerenti &c. & ſeruatis ſeruandis ad inſtantiam damnum paſſi pro damni emenda, & fiſci pro pœna omnia executioni mandabam. Et quod de pretio ſupererat mandabam applicari, vel Epiſcopo iuxta Auth. omnes peregrini. C. commu. de ſucceſſion. vel pijs locis, vel Cameræ Domini temporalis iuxta ſtylum locorum ad tradita per Iodoc. in practic. crimin. capitulo 118. numero 5. & ſimiliter recordor, quòd ſemel idem ſeruaui in quibuſdam pecunijs, repertis penes quoddā cadauer incogniti viri, qui ſubitanea morte defecerat: ex quo enim erat incognitus, & nullus apparebat heres, mandaui eas conſignari Epiſcopo loci: Vnde ſatis liquet, quòd ita generaliter citati remanent ſolum excluſi à iure agendi. Cæterum animaduerte, quòd ſi ita generaliter citati comparuerint quandocunque, & doceant de aliquo iuſto impedimento, vel de ignorantia citationis, eſſent denuo audiēdi, eiſque conſtito de eorum bono iure eſſet facienda reſtitutio, quia ſicut non valenti agere, & ignoranti non currit præſcriptio, ſic & in caſibus prædictis ei, qui in termino præfixo comparere non valuit, lapſus termini non nocet, & aliter dicere eſt truffa, & faciunt quæ dixi ſupra. ibi. *Declara, & reſtringe*.

18 † Et ad docendum, quòd hæc edictalis citatio pariat præiudicium volētibus agere iuxta primum caſum diſtinctionis ſupra allatæ faciunt quæ tradit Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſerua. 57. nu. 9. lib. 1.

Vbi tradit cautelam emptoribus,vt faciant publicis edictis in locis rei emendæ vicinis citari omnes sua interesse putantes, quia erunt deinde securi ab euictione, & facit ad hoc textus in l. si eo tempore. C. de remiss.pignor.vbi notatur, quòd si creditor posterior velit vendere rem, sibi hypothecatam poterit anteriores creditores citare per edictũ, seu proclama,vt infra certum tempus veniant ad contradicendum,quo termino elapso, si non comparuerint, amplius non audiuntur Maran.in suo Spec. part.6. memb.1.num.104.Videntur enim, vt dicit ibi text. pignoris obligationem amisisse. Simili quoque practica vtimur ad excludendos creditores eius, cuius bona publicãtur,quia emisso proclamate iuxta municipalem dispositionem, quòd omnes illius delinquentis creditores compareant intra certum terminum ad docendum de eorum credito, elapso illo termino, amplius non audiuntur, Boss.tract.crimi. titulo de proclam. quod fit bon. public.numero 15. & procedit etiam si delinquenti fuissent bona publicata restituta,quia creditores adhuc remanerent exclusi secundum Odd.Perus.tract.de restit.in integr. par.2.quæst.97.artic.2.per totum num.15. & seqq. quem refert, & sequitur contra Boss. vbi supra Modern.in quæst.crim.libro 1.titu.de delict. & pœn.q. 25.numero 181.in fine,quod ipse tamen non pono pro constanti.

19 † Iuxta eandem practicam heres,timens hæreditatem esse damnosam, & vt non possit conueniri vltra vires hæreditarias, cautelatè solet citare per ꝓclama omnes creditores, vt ostendant instrumenta debiti hæreditarij, ipsi hæredi infra certum terminum,vt ijs visis,possit deliberare circa agnitionem, vel repudiationem hæreditatis, qui si ita vocati nõ comparuerint infra præfixum terminum,sibi præiudicant iuxta notata per Barto. in l.Aristo. ff. de iur. deliber,quem referunt,& sequuntur Maran. in suo Spec.par.6.memb.1.numero 108.Mising. Cent.2. obseru.47.& Mansuer. in addit. ad pract. Papiens. in forma libelli pro legat.rei singu.in glo.purè insti-
20 tuit, ibi. *Inuentarium*. † Hodie tamen hæc cautela potest cessare ex beneficio.l.fin.C.de iur.delibe. ob cuius dispositionẽ hæres potest liberè sine vlla formidine adire hæreditatem, cum beneficio legis, & inuentarij,in cuius confectione ob creditorum hæreditariorum incertitudinem faciet, citari per publicum edictum omnes creditores, tam legatarios, quam omnes quoscunque alios,sua interesse putantes ad videndum fieri inuentarium iuxta dispositionem l. fin.C. de iur.delibe.& prout tradunt Doctores in l.consulta.C. de testam. Canonistæ communiter in clem.1.de iudic.& in Vrbe solet hæc citatio sub his,vel similibus verbis concipi. *Coram &c.Citentur omnes creditores,ac quicunque sua quomodolibet interesse putantes , ad videndum adiri hæreditatem quondam N. cum beneficio legis, & inuentarij,dictumque inuentarium confici mandari pro tali die, & hora. Instante N. &c.* Et termino huius citationis adueniente, hæres coram iudice declarat, se velle adire hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij,illudque modo conficere velle, & propterea petit, illud fieri mãdari:Iudex mandat illud cõfici,& hæres eodem contextu acceptat hæreditatẽ, vt supra,ac repetita citatione, & omnium non comparentium incusata contumacia, præmisso venerabili signo Sãctæ Crucis ✠ manu ipsius hæredis designato, inuentarium inchoando, dicit, & declarat in eadem hæreditate inuenisse domum &c. Itẽ &c. protestans insuper,quòd si aliqua bona in præsenti inuentario apposita fuerint, quæ apponenda non sint, pro non appositis habere intendit, & similiter si qua non fuerint apposita,quæ apponenda sint, cũ primum ad sui notitiam peruenerint in præsenti inuentario fideliter, ac legaliter describi, & annotari curabit omni meliori modo super quibus &c. actũ &c.præsentibus quibus supra testibus.

Requiritur igitur pro forma inuentarij,quod primo loco præmittatur citatio,tam contra creditores, quam contra quoscunque alios sua interesse putantes,vt dixi supra,& tradit Papien.in pract. in forma libelli pro lega.rei sing.in glo.purè instituit num.13. folio mihi 873.

Requiritur secundo,quòd inchoetur coram iudice,decretante,idem Papien. vbi supra, & in forma libel.ad redden.rat.tut.in glo. in suo vltimo. nu.12. folio 605.facit Rot.diuers. decis. 72. sub nume.23. par.2.Nota tamen obiter hic differentiam inter inuentarium,quod fit ab herede,& quod fit à Tutore in adeptione tutelæ,quia in eo, quod fit in adeptione tutelæ sufficit,quòd fiat per Tabellionem extraiudicialiter. Papiens.dicto nume.12.vbi testatur de ✻ communi.✻

Requiritur tertio, quòd fiat coram testibus, de quorum numero dixi in sequenti requisito.

Requiritur quarto,quòd hæres,conficiens inuẽtarium,se subscribat, dicendo, qualiter *Illud est inuentarium rerum, & bonorum, ac iurium, repertorum in hæreditate N. confectum bona fide, & sine dolo*, prout præcipit textus in d.l.fi.§.sinautem dubius & ibi communiter Doctores, & præsertim Ias.nu. 4.C.de iur.delib.& tradunt Papiens.loco citato Rolan.à Vall.consil.73.nume.39.libro 2. & Rot. dicta decis.72.nume.7.& hoc casu quando hæres, sciens se subscribere, se subscribit, sufficiunt tres testes, qui sint fide digni,& possidentes bona stabilia in loco,vbi fit inuentarium : & hi testes adhibentur loco creditorum absentium.§.si verò adsunt. Authẽ. de hæred.& falc.communiter ✻ Doctores in dicta l.fi. §.cum igitur.Bald.consi.143.colum.1.libro 3.Dec. consil.633.num.15.Rota vbi supra nume.6. Quod si hæres nesciat scribere, adhibentur duo Notarij, quorum vnus se subscribat loco hæredis, nescientis scribere,duplicaturq; numerus testium,quia debent esse sex Papiens. vbi supra in form. libelli pro leg.rei sing.glos.purè instituit nume.13. in fi.& licet Iodoc.in pract.rerum ciuil.cap.18.numero 15.cum seq.dicat,requiri etiam cautionem,præstandam ab hærede de bona administratione rerum hæreditariarum, & de reddendo bonam rationem coram prætore, & creditoribus, tamen hoc mihi in praxi non contigit vidisse.

21 †Quæro modo circa prædicta de nõnullis,& primo infra quãtum tempus à die mortis eius, cui succeditur,debeat confici inuentarium? Respondeo,

Papiens.

Papienſ. in d. glo. purè inſtituit nu. 9. fol. 872. tradit, inchoandum eſſe infra menſem, & finiendum infra alios duos ſequentes, ſed tu vna cum Iodoc. vbi ſupra, diſtingue prout in dicta l. fin. C. de iur. delib. aut bona ponenda in inuentario ſunt ibi, vbi conficitur inuentarium, & tunc eſt perficiendū infra tres menſes, vt dicit Papienſ. Aut bona, ſeu maxima pars eorum eſt alibi, & tunc indulgetur ſpacium vnius anni à die mortis teſtatoris. Sed quicquid ſit de iure, hic in Vrbe nos habemus Bullam Pij Quarti reformationis ſignaturę iuſtitię, editam anno domini 1562. qua diſponitur, vt inuentarium per hæredes pręſentes in Curia debeat perfici infra duos menſes, per abſentes ab vrbe citra montes infra quatuor menſes, per abſentes vero ab vrbe vltra montes infra ſex menſes. Minores autem, qui non confecerint inuentarium infra legitima tempora, an poſſint reſtitui in integrum vide Pariſ. conſil. 65. numero 55. libro 3.

22 † Secundo quæro, an creditores citati, vel nominatim, vel per proclama non comparentes tempore confectionis inuentarij, ſibi præiudicent, vt remaneant excluſi ab eorum credito? Reſpondeo, quòd non. Non obſtant, quę dixi ſupra numero 19. quia tunc hæres citabat ad effectum deliberandi circa aditionem, vel repudiationem hæreditatis, & ne teneretur vltra vires hæreditarias, (quæ cautela hodie ceſſat, vt ibi dixi) & non vt penitus excluderet creditores.

23 † Tertio quæro, ſi creditores ſint certi, & cogniti an debeant citari nominatim, vel ſatis citati intelligantur per illud generale proclama? Reſpondeo, citandos eſſe nominatim, & perſonaliter, ſeu domi, Bar. conſil. 154. incipien. maritus numero 3. quem allegat Vrſil. in annot. ad Affl. deciſ. 262. numero 5. idem tradit Rom. conſ. 53. Viſis themate numero 3. Et quòd perſonæ certæ citari non poſſint per edictum, vide Pariſ. conſil. 101. numero 128. libro 1. & conſ. 31. numer. 29. libro 4. Maran. in ſuo Spec. par. 6. memb. 1. numero 89. Capic. deciſ. 87. numero 2. & deciſ. 101. numero 1. ratio eſt in promptu, quia ſi proclamą conceditur, vt dicebam ſupra numer. 14. propter incertitudinem, ſequitur, quòd ea ceſſante, ceſſet conceſſio, cap. cum ceſſante, de appel. cum ſimilibus, & hinc animaduertas, quòd ſententia, lata virtute memoratæ generalis citationis nullo modo afficit eos, qui poterāt nominatim citari, Pariſ. conſ. 35. numero 42. libro 1. Rot. diuerſ. deciſ. 545. num. 2. par. 3. libr. 3. dicens, citationem contra ſua intereſſe putantes eſſe ſolum monitoriam, & non arctatoriam ita, vt non comparenti præiudicium inferat, quòd dictum intellige ſecundum ea, quę dixi ſupra numero 17. & ſeq. Vnde ſi quis vigore huius citationis apprehenderet poſſeſſionem alicuius rei, non citato in ſpecie poſſeſſore, incurreret pœnam legis, meminerint. C. vnde vi, vt bene oſtendit Bart. conſi. 91. in nomine Domini numero 4. nec audiretur poſtea dicens, non citaui poſſeſſorem nominatim, quia ignorabam, quis eſſet poſſeſſor. Nam replicaretur, quòd cum debebat inueſtigare, idem Bar. loco citato numero 4. adde Fely. in capit. 2. ſub numero 8. de conſtit. & in capitu. gratum, ſub num. 2. de offic. & poteſt. iud. deleg. vbi refert, & ſequit quòd citatio generalis eſt nulla non ſolum quando ſciebatur aduerſarius, ſed etiam quando potuiſſet facile ſciri. Quare prędicta citatio per proclama cōceditur in ſubſidium, quando ſcilicet ignorantur ij, qui veniunt citandi, vnde debet prius conſtare per ſummariam informationem, captam à iudice iuxta ea, quæ dixi ſupra numero 11. & tradit in ſpecie Capic. dicta deciſ. 87. numero 2. & pro prædictis uide Vant, qui alios allegat tract. null. Rubr. de nullit. ex def. cit. numero 142.

24 † Quarto quæro, quæ bona ſint ponendo in inuentario? Reſpondeo, omnia, tam mobilia, quàm immobilia, iura, actiones, & nomina debitorum, Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio ſub numero 23. ff. ſi cui pluſquam per falcid. licuer. legat. eſſe dica. & latius Rot. diuerſ. deciſ. 72. numero 1. cum ſequen. par. 2. Et hæc omnia fideliter memorię mādes, quia ſunt ſeruanda ad vnguem ſub pęna nullitatis: vna enim ſi deficiat tibicen, tota ruit domus, vide Rot. dicta deciſ. 72. numero 11. 17. 18. & 19. Quare dicebat Bal. conſ. 147. libr. 4. Inuentarium hęredis eſſe rem ſcrupuloſam, & fieri debere cum multa diligentia, quia ſæpe etiam induſtrioſos fallit.

25 † Vbi autem ritè recteque fiat, multæ inde oriūtur vtilitates, quarum omnium illa eſt prima, quòd hæres detrahet falcidiam, & non tenebitur vltra vires hæreditarias, Papienſ. in practi. in form. libel. ꝑ leg. rei ſingul. in glo. purè inſtituit numer. 9. Crauet. conſil. 33. ſub numero 22. libro 1. & eſt communis.* Et quia non tenetur vltra vires hæreditarias, ideo contra eum non poterit relaxari mandatum perſonale, licet is, cui ſucceſſit, fuerit obligatus in forma Cameræ, vel penes acta, vel per publicum inſtrumentum iuxta ritum Neapolitanum 166. Bar. in l. fin. §. in computatione in fi. C. de iur. delib. Alex. in l. poſtulante numero 4. ff. ad S.C. Trebel. Dec. in l. ſi debitori. C. de pact. quos refert, & ſequit Luc. Pæt. in pract. Capitol. libro 3. capitu. 6. numero 7. dicens, ſtatutum, quòd poſſit fieri executio realis, & perſonalis, non habere locum, quando hæres adiuit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, quòd expreſſe hodie declaratur per ſtatuta noua libro 1. capitu. 86. licet hoc procedat etiam de iure communi, vnde licet is, cui ſucceditur, obligauerit ſe, ſuoſque hæredes iureiurando in forma Cameræ ſecūdum receptam, & conſuetam formam, attamen illa obligatio non tranſit in hæredem quoad effectū periurij, præſuppoſitis aditione hęreditatis cum beneficio legis, & inuentarij, & adimplemento obligationis defuncti iuxta vires hæreditarias, quibus ſuppoſitis ceſſat diſputatio, & reſolutio, quam firmat Galleſ. ad form. Cam. oblig. ad prim. partic. quæſt. 1. numero 3. cum ſequen. fol. 32. Ceſſabit etiam iſto caſu reſolutio Rotæ deciſ. 15. alias 338. de ſenten. excom. in antiq.

26 † Secūda vtilitas illa eſt, quòd hæres poterit quibus vult, etiam poſterioribus creditoribus ſatisfacere, relictis anterioribus, vt tradit Iodo. in pract. rerum ciuil. capitu. 18. numero 5. & anteriores creditores non poterunt moleſtare hæredem, ſed debēt ſe dirigerę contra illos poſteriores creditores. Rol. à Val.

à Val. conſil. 14. numero 20. cum ſequent. libro 1.

27 † Tertia vtilitas, poterit hæres aſſignare creditoribus ſchedulas, hoc eſt credita ipſius defuncti, vt illa exigant, nec ipſis tenetur aliquo modo in expenſis pro illorum conſecutione. Idem Iodo. dicto cap. 18. numero 7.

28 † Quarta, non tenebitur creditoribus de damno, quòd eueniret ſuper rebus hæreditarijs, vide de prædictis Iodo. vbi ſupra numer. 8. cum ſeq. cui tamen tu credas quantumlibet, quia nullam adducit auctoritatem.

29 † Quinta, non poterit côueniri à creditoribus hæreditarijs intra tempus conficiendi inuentarium, quamuis ipſe poſſit conuenire debitores. Bart. in l. fin. §. donec numero. . . . C. de iur. delib. Nec obſtat textus in l. die ſabbati. C. de Iudæis, vbi diſponitur, quòd Iudei non poſſint conueniri, nec cõuenire in die ſabbati, quia nititur reſpõdere Staph. de lit. gratiæ. de vi, & effec. clauſ. §. 3. numero 4. fol. mihi 156. Conſeruat denique omnia illa, quæ ſibi erant debita à defuncto, ſeu in bonis defuncti, Papienſ. in dicta glo. purè inſtituit numero 12. & Pariſ. conſil. 63. numero 25. lib. 1. Et ipſum ſemper illeſum, ac ſi hereditatem nunquam adiuiſſet, idem Pariſ. conſ. 65. numero 48. libro 3. & hæc ſufficiant, ne poſſit nobis illud obijci, maiorem eſſe mãtiſſam, quàm opſonium, & vbi plura de inuentario libeat videre, vide Bald. in tractatibus tom. 8. par. 2. folio 323. Ang. de Vbal. fol. 155. Ioan. Corraſ. Toloſat. fol. 165. Phanuc. de Phanuc. fol. 285. Sebaſt. Monticul. folio 200. Franc. Porcellinum fol. 156. Guid. Pap. fol. 323. & Rol. à Val. fol. 166.

30 † Septimus caſus, conceditur hæc citatio in odiũ ſpolij notorij, & erit quædam limitatio ad caſum præcedentem, quia iudex ſæcularis cum non poſſit citare perſonam eccleſiaſticam ſpoliatricem, citabit generaliter per proclama omnes ſua intereſſe putantes ad allegandũ, quare N. ſpoliatus reſtitui non debeat, & iſte modus procedendi ſapiet potius extraiudicialem quandam defenſionem, quàm ordinariam, & iudiciariam cognitionem Affl. deciſ. 24. numero 6. cum ſequen. & Maran. dicto memb. 1. numero 88. Hæcque extraiudicialis defenſio tunc poteſt tranſire in iudiciariam cognitionem, quãdo illa perſona ſpolians compareret, quia tunc comparendo efficeretur actor, quo caſu iudex laicus poteſt cognoſcere de cauſa clerici Affl. vbi ſupra, & deciſ. 2. num. 9. & vtrobique Vrſill. in annot. ad eũ, quòd ſi non compareat, an tunc iudex ſæcularis poſſit reſtituere ſpoliatum ad poſſeſſionem, ego nihil firmo, quamuis firmet Affl. vbi ſupra.

31 † Practicus Andreas Gail. in pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 57. numero 9. in fi. vult hanc citationem per edictum poſſe decerni etiam in iudicio legis. diffamari. C. de ingen. & manumiſ. dicens, poſſe per publica edicta citari omnes ſua intereſſe putantes. Sed loquitur eo loci ſecundum conſtitutionem imperialem, de qua tractat eod. libro obſeruat. 9. cum ſequen. An autem hoc ſit verum etiam de iure cõmuni, hic non agam.

32 † ſumpta tamen occaſione nõnulla hic exarabo circa remedium dictæ legis, poſtquam illius materia eſt practicabilis, & quotidiana, & præbet optimam cautelam ei, qui non vexatur, ſed timet poſt mortem ſuam, vel teſtium moueri aduerſus hæredem quæſtionem de aliqua re, quia poterit ſupponere aliquem tertium diffamantem, cum quo fundabit iudicium, & illius occaſione poterit facere, citari alios, de quibus timet ſecundum Cæpol. cautel. 239. quem refert, & ſequitur Boer.

33 deciſ. 255. numero 6. † Sciendum eſt igitur, remedium huius legis habere locum in omni genere cauſarum, videlicet, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, vt tradunt Rom. conſ. 53. numero 1. & Boer. dicta deciſ. 255. numero 7. Itemque in omni actionum ſpecie tam in perſonalibus, quàm in realibus,

34 vt tradit Gail. dicta obſeruat. 9. numero 2. † Videamus nunc, quomodo hoc iudicium legis. diffamari, inſtituatur, & reſolutiuè agendo, ſciendum eſt huius l. remedium complecti duplex iudicium, alterũ, quòd eſt ſummarium, quo ve experitur, & agit diffamatus contra diffamantem, probando diffamationes, ſeu iactationes ſummarie coram iudice, etiã non exiſtenti in figura iudicij, vide Gail. dicto libro 1. obſeruat. 11. numer. 2. Vnde ad probandas, has iactationes non requiritur vlla litis cõteſtatio, quòd etiam notauit Cagnol. in dicta l. diffamari. numero 24. & poſt eum Gail. dicto libro 1. obſeruat. 12. nu. 2. Huius iudicij hæc eſt praxis, diffamatus porriget libellum diffamationum iudici, qui libellus quomodo ſit formandus ſume ex Boer. deciſ. 255. numero 9. & collige ex his, quæ tradunt Affl. deciſ. 264. & vberius Foller. in addit. ad Spec. Maran. d. ſt. 21. numero 20. & Cagnol. in dicta l. diffamari. numero 23. qui omnes concludunt in ſumma, quòd diffamatus debet narrare diffamationes, & iactationes, & petere, quòd diffamanti præfigatur terminus ad docendum de ſuo pretenſo iure, quo libello porrecto, & per iudicem, ſi & inquantum admiſſo, diffamatus debet, vt dixi, docere ſummarie ſine vlla litis conteſtatione de iactationibus, & arbitror, citationem ad videndum examinari teſtes non eſſe neceſ-

35 ſariam. † Conſtito iudici de moleſtijs, ſeu iactationibus, de quibus debet in primis conſtare, vt tradit Boer. dicta deciſ. 255. ſub numero 7. verſus finem, citabitur diffamans ad docẽdum de iuribus, de quibus ſe iactauit, ſi de ijs confidit, videndumque ſibi præfigi terminum, & iſta citatio quomodo concipi poſſit, vide per Foller. & Cagnol. in locis allegatis, & faciunt annotata per Vrſil. ad Affl. dicta deciſ.

36 274. † Hac citatione executa, & reproducta, iudex præfigit ſuo arbitrio diffamanti terminum ad agendum. Et quòd iſte terminus ſit arbitrarius tradunt glo. in l. à quo fundus, in fi. ff. de dam. infec. Cæſar Contard. in repetit. dictæ l. diffamari. in quæſtionibus cap. 5. quæſt. 8. num. 50.

37 † An autem ſufficiat vnica termini aſſignatio, vel requiratur bina monitio, poſſet deduci in controuerſiam. Nam Pariſ. conſil. 99. numero 8. libro 4. ait, ſufficere vnicam monitionem ad agendum ita, vt ſi non egerit intra terminum ſibi præfixum, non ſit vlterius monendus, comparenſque poſtea ad agendum, amplius non audiatur, & ita contra Ang. referſt firmaſſe Moderniores in l. fin. ff. de fer. & Canoniſtas in cap. ex literis, de conſtitut.

Contra-

Contrariam vero ſententiam, quòd requiratur bina monitio, tenuerunt Affl. vbi ſupra num. 3. Luc. Pæt. in ſua pract. Capitol. libro 2. cap. 1. ſub numero 3. Gail. dicta obſeruat. 12. nume. 4. & hæc eſt com-
* munis, * & ſeruatur coram Auditore Cameræ, à qua nullo pacto eſt recedendum.

38 † Expedito iſto primo iudicio ſummario, ſi diffamans compareat in termino ſibi præfixo, velitque docere de iuribus ſuis, deuenietur ad ſecundũ iudicium ordinarium, in quo diffamans primo loco porriget libellum, & ſeruatis ſeruãdis, adhibitis ſcilicet deinde iuramento calumniæ, litis conteſtatione, & alijs requiſitis, procedetur ad expeditionem
39 cauſæ. † Vnde nota, ad iudicium ordinarium non deueniri, niſi ſit prius expeditum iudicium ſummarium, in quo conſtet de diffamationibus, vt dixi, & quandoque vidi ignaros iuriſtas in hoc erraſſe, & nuperrimè in vna iactationum pro Roccho de Gadino contra Lucium Mazzam, quidam pragmaticus in foro Capitolino, patrocinãs diffamatum, curauit, non aliter docto in ſummario iudicio de diffamationibus, præfigi diffamanti terminum, ſtatutariaſque dilationes ad probandum etiam per omne genus probationis, item eidẽ diffamanti minus præfixo termino ad agendum, hoc eſt ad proponendũ libellum, inſtituendamuè actionem. Quare, ſuborta difficultate, an huiuſmodi proceſſus poſſet ſuſtineri, in Aſſettamento Capitolij die 9. Februarij 1591. in actis Piroti fuit reſolutum, non poſſe ſuſtineri. Neque diffamato ſuffragabatur ſtatutum, quòd allegabat de præfigendis dilationibus, quia facilè reſpondebatur, illud ſtatutum procedere poſt libelli oblationem, litiſque conteſtationem, & ca-
40 lumniæ iuramentum. † non enim prius recipiuntur probationes, & in neceſſarium antecedens minus datur terminus ad probandum, prout bene tradit etiam Iaſ. in l. admonendi numero 77. in repetit. vlt. ff. de iureiur. Et hæc dicta ſint pro inſtructione iudicij in quo diffamatus probaret iactationes, & diffamans non eſt contumax.

41 † Quæro modo, quid agendum, ſi diffamationes non probarentur? Reſpondeo, agentem remedio dictæ legis diffamari eſſe condemnandum in expenſis. Gail. dicta obſeruat. 12. ſub num. 2.

42 † Item quæro, quid ſi diffamans nõ comparuerit in terminis ſibi aſſignatis, ad agendum, & docendũ de iuribus ſuis? Reſpondeo, accuſabitur illius contumacia, & deinde in contumaciam proferetur contra ipſum ſententia, qua imponetur perpetuum ſilentium, & tradit Gail. loco citato numero 5. & 6. Aduerte tamen, quia ante huius ſententiæ prolationem requiritur citatio ad ſententiam, vt tradit Foller. in dicta addit. ad Spec. Maran. diſt. 21. num. 24. & 25. & ita ſeruatur in Vrbe coram Auditore Cameræ, elapſis etenim illis duobus terminis, iudex, præuia citatione ad ſententiam, pronuntiat, diffamatum à quibuſcũque impetitionibus, diffamationibus, iactationibus, & impedimentis per diffamantem eidem diffamato ſuper tali re præſtitis, illatis, ac inferri comminatis abſoluẽdum fore, & eſſe, prout abſoluit, & illi ſuper eis perpetuum ſilentium imponit, &c. Vnde, vt vides, Auditor Cameræ procedit in hoc iudicio ſummariè, nõ ſeruatis terminis alias ſubſtantialibus.

43 † Reſtat modo, vt pro complemento videamus coram quo iudice debeat agere diffamatus, coram iudice ſuo ordinario, an coram ordinario diffamantis? eſt quæſtio à Doctoribus ſatis agitata. Nã Caſtren. in l. in criminali. la 1. C. de iuriſd. om. iud. & Affl. deciſ. 268. tenent, eum debere agere coram iudice diffamantis, quę opinio fundatur in ea ratione quòd diffamatus efficitur actor, & fundatur hæc opinio in l. in tribus. C. de iudic.

Contrariam opinionem, quòd debeat agere coram iudice ſuo, tenuerunt Alex. conſil. 103. libro 2. Felyn. in capitu. ea quę in principio, de re iud. Rom. conſil. 412. Aret. conſ. 143. Capic. deciſ. 18. Contar. in dicta l. diffamari numero 8. quæſt. 1. Foller. vbi
* ſupra ſub numero 19. Et eſt communis, * de qua teſtantur Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 1. comm. 6. capitu. 1. ſub numero 13. & 15. & Moderni. in dicta l. diffamari, & præſertim Cagnol. numero 9. dicens, hanc opinionem intantum eſſe veram, vt ſi ipſe diffamatus habuerit duos iudices, ambos cõpetentes, poſſit quẽ maluerit adire. Et hæc opinio fundatur in eo, quòd diffamatus nõ efficiatur abſolutè actor, vt dicunt auctores contrariæ opinionis. Immo iudicatur tanquam reus, vt patet ex eo, quòd, quemadmodum reus in dubio abſoluitur, ita quoque, & diffamatus, & ex alijs adductis per Marcheſ. vbi ſupra.

Non obſtat, quòd diffamans eadem ratione in primo iudicio ſummario videatur reus, ex quo ſi diffamatus non probauerit diffamationes, diffamans in dubio venit abſoluendus, vt dixi ſupra, quia reſpondetur, iſtam propoſitionẽ, quòd in dubio præſumatur pro diffamante, non probari aliquo iure, & dato millies, quòd probaretur, attenditur natura cauſæ principalis. Et hæc opinio ſeruatur in Francia, vt refert Carauit. ſuper ritu. 190. num. 5.

Et ab hac communi concluſione, quòd diffamatus poſſit conuenire diffamantem coram iudice ipſius diffamati non diſſentit, immo concordat diſtinctio, quam affert Gail. dicto libro 1. obſeruat. 11. ſub num. 2. Licet enim dicat, in primo iudicio ſummario diffamatum haberi pro actore, & in ſecundo diffamatorem, tamen ait deinde, in primo iudicio locum eſſe præuentioni ex ſola citatione ita, vt iudex concurrens non poſſit ſe intromittere. Vnde cum ſolus diffamatus ſit, qui vocat diffamantem, apertè conſtat, præuentionem oriri à diffamato, & proinde poſſe adire ſuum proprium iudicem, & nõ cogi agere coram iudice diffamantis. In ſecũdo vero iudicio diffamator aget neceſſario coram iudice diffamati, qui ſi habeat plures iudices poteſt ipſe diffamator agere coram quo vult. Soc. in capitu. propoſuiſti de foro competen. quem refert, & ſequitur Gail. loco citato ſub num. 5.

44 † Et hoc eſt clarum in iure: quòd, ſi reus habeat plures iudices, actor poteſt eligere, & conuenire coram quo vult ex eis ad tradita per Bar. in l. ſi per errorem, circa finem. ff. de iuriſd. omn. iud. & tradunt Paul de Caſtr. in l. 3. numero 6. & ibidem Iaſ. num. 5. in 3. not. ff. de eo, quod cer. loco, & Thom. Triuit.

qui

qui alios congerit decis.7.nume.6.libro 1. Et quòd hæc sit communis * opinio testantur Abb. in capit. dilecti.numero 10.de foro competen.Fely.in capit. dilectus il secundo numero 16. de rescrip. & Moderni tract.de proces.execut.par.2.capitu.1. nume. 43. Quare facto calculo prædictorum iudex diffamati semper est iudex, quia in primo iudicio stat in electione diffamati, & in secundo diffamator illum necessario debet adire.

Et iuxta hanc opinionem, quòd sit adeundus iudex diffamati vidi resolutum per signaturam Iustitiæ coram Illustrissimo Castruccio. Nam diffamatus intendebat obtinere commissionem, qua committeretur causa iactationis, & iactationum Auditori Cameræ, diffamans vero replicabat, causam esse committẽdam alicui ex iudicibus Capitolinis, vel saltem iudici deputato Orphanorũ, ex quo diffamatus erat Orphanus. Ego pro parte diffamantis contra commissionem propositam, dicebam, causam non esse committendam Auditori Cameræ, ex quo non agebatur de obligatione Camerali, sed potius esse committendam iudici Capitolino, qui erat iudex ordinarius diffamantis, & allegabam dictam decisionem 268. Et coram quo iudice fuerat etiam præuentum ex parte ipsius diffamantis, & præuentio habet locum in materia legis diffamari, vt tradit post alios Boss. tract. crimin. titulo de foro competen.numero 107. Vel si veniebat cognoscẽda coram iudice diffamati, allegabam committendam esse iudici Orphanorum, & quatenus ipse diffamatus allegasset, se non esse amplius Orphanum, prout allegauerat, replicabam, ipsum remanere incolam, & sic adhuc iudici Capitolino esse necessario committendam, quia & diffamatus, & diffamãs fuissent incolæ, quo casu iudex Capitolinus est eorum iudex etiam priuatiuè quoad alios. His tamen non obstantibus, causa fuit commissa Auditori Cameræ, & cogitans mecum diebus sequentibus ex qua causa potuisset moueri Signatura, hanc vnam consideraui, quia diffamans volebat Orphanum illum excludere à quadam successione, veluti illegitimum, & sic agebatur de causa illegitimitatis, & matrimoniali, vel saltem annexa, quæ est cognoscenda à iudice ecclesiastico. Rot.diuers.decis.200. numero 1.par.2. & decisio Afflicti fuit etiam reiecta veluti contra communem, quamuis illa seruetur in Regno, tum quia ibi facit ius, tum quia est approbata per ritum.190. vt ibi tradit Caraui. in fine, & numero 6. Sat prata biberunt, transeamus ad alia.

De Citatione, quæ fit per proclama.

Cap. XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Citatio per proclama habet tantum affinitatem cum ea, quæ fit per edictum, vt à Doctoribus vna sumatur pro altera.*

2 *Citatio per proclama in quo differat à citatione per edictum.*

3 *Citatione per proclama vtitur Parochus, quando est contrahendum aliquod matrimonium.*

4 *Denunciationes faciendæ per Parochum in ecclesia antequam contrahatur matrimonium, non sunt præcisè necessariæ.*

5 *Citatio per edictum est firmior citatione per proclama, & quare.*

1 HAEC † citatio per proclama habet tantam affinitatem cum ea, quæ fit per edictum, vt à Doctoribus promiscuè, & indifferẽter vna sumatur, pro altera. In ijsdem enim casibus, in quibus tradunt, posse citari per edictum, admittunt, posse citari per proclama. Et quòd hoc verum sit, legite inter alios, qui de hac citatione scripserunt, Maran.in suo Spec.par.6 memb.1.numer. 87.Item numero 89.iuncto numer.98.Item Cumi. super ritibus Siciliæ capit.1.numero 13.& 14. apud quos apparet, quòd in casibus, in quibus aiunt, quẽpiam posse citari per edictum, tradunt posse citari
2 per proclama. † Differunt tamen in eo, quòd citatio per edictum videtur firmior, quia affigitur etiam in locis publicis, vt possit inspici, & transire in notitiam citati, & habet proprie locum, quando non est tutus accessus ad citandum, quo casu citatur in duobus ex locis conuicinis per affixionem, vt dixi infra cap.45.numero 15.

Citatio vero per proclama, & si ipsa quoque cõcedatur, vel ratione incertitudinis, vel quia persona citanda est vagabunda, vel alia de causa iuxta ea, quæ dixi supra capitu.præcedenti numero 13.14.& 16.tamen ista solum legitur per publicum nuncium, seu Præconem in publica platea alta, & intelligibili voce sine vlla affixione Maran. dicto memb.1.nu. 97.cum sequen. vbi enumerat casus, in quibus ali-
3 quis potest citari per proclama.† Et inter eos enumerat num.102.vnum, quem hic cæteris alijs omissis, recenseo. Videlicet quando est contrahendum aliquod matrimonium, quoniam tunc secundum inueteratum stylũ Parochus in ecclesia requirit, & admonet omnes, qui noscerent aliquod impedimẽtum, vt eant ad manifestandum illud iuxta dispositionem cap.cum inhibitio, & ibi Doctores, de clandest.desponsat.& cap.cum tua. Qui matr. accus.nõ pos.& hec citatio sunt illę tres denunciationes, quas Concilium Trident.capit.1.sess.24. de reform. vult tribus diebus festiuis in ecclesia proprij Parochi in-
4 ter missarum solennia publicè præmitti. † Obiter tamen nota hic, tu Reuerende Vicari, denunciationes prædictas non esse precisè necessarias, quia possunt ex causa, vel omitti penitus, vel saltem præmitti in minori numero. Et hoc non solum ex dispositione Sacri Concilij loco citato, sed etiam ex dispositione iuris communis, vt post alios ostendit Menoch.de arbitr.iud.libro 2.Cent.5.cas.443. numer. 5.Quæ autem sit iusta causa, vt possint omitti, relinquitur arbitrio Episcopi. Et ad quem effectum sint faciendæ vide Thom.Triuis.decis.9.nume.4.lib.1.

† Dixi

5 † Dixi initio, quòd citatio per edictū eſt firmior ea, quæ fit per proclama, quia vox præconis paucis innoteſcit. Auth. qui ſemel. C. quomo. & quan. iud. & tradit Bal. in l. Conſentaneum, num. 2. C. eod. & in hoc ipſo propoſito notauit etiam Neuiz. cōſ. 70. num. 12. quòd nō dicimus de edicto Alex. in addit. ad Bar. in l. 1. §. præſides. ff. de requir. reis, quem refert, & ſequitur Maran. vbi ſupra num. 95. Et quoniam valet argumentum à proclamate ad edictum hoc modo, poteſt citari per proclama, ergo à fortiori poteſt per edictum, vt tradit Maran. dicto num. 95. ideo conſulerem, vt potius quis citaretur per edictum, quàm per proclama, quòd malè ſeruatur in Regno, vbi citationes per edictum non vidi in vſu, ſed ſolum per proclama.

Argumentum verò à citatione per edictum ad citationem per proclama non valet. Vnde qui citandus eſt per edictum, non ſufficienter citaretur per proclama. Et hæc ſatis.

De citatione, quæ fit per Campanam.

Cap. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Citatio per Campanam in quibus caſibus habeat locum, & arctet citatos.*

2 *Citatio per Campanam quandoque innocat, & indicat ſine arctatione.*

VT ab huiuſmodi citationis ſpecie, quæ parum noſtrū ſcopum collimat, me breuiter expediam, referam vnum, vel alterū caſum, in quibus ſolemus citare
1 per Campanam. † Sit igitur primus, quando eſt cōuocandum conſilium generale, ſeu particulare alicuius ciuitatis, ſeu Collegium, vel Capitulum ad not. in l. 2. C. de decur. libr. 10. in capitu. ſi capitulo, de conceſſ. præben. in 6. tradunt glo. & Card. in clem. 2. in tertia oppoſitione, de ſent. excom. Vide Maran. in ſuo Spe. par. 6. memb. 1. num. 111. & Cumiam. ſuper Ritib. Siciliæ cap. 1. num. 15. Sit ſecundus caſus, quando ſunt conuocandi Officiales, Sindici, & alij homines Ciuitatis, Terræ, Caſtri, ſeu loci ad ſuſcipienda arma, ijſque ſuſceptis, proſequendum bannitos, exules, & delinquentes, prout diſponit Regia Pragmatica incipiēs. Hauendo noi di continuo &c. Rub. de perſequendis malefactoribus fol. 358. cui quidem pragmaticæ contraueniens punitur pœna mille ducatorum, & alijs etiam perſonalibus ad arbitrium.

Et de hoc citandi genere firmiter recordari potuit Foller. qui, vt recenſet in practic. crimin. par. 7. Rubr. de laudibus, & fructib. offic. ſub num. 10. ſub iſto colore, quòd ad ſonum Campanæ non præſtiterit auxilium cuidam presbytero, capto à foraſcitis, fuit carceratus, & detentus per ſex menſes. Et
2 his duobus caſibus Campanę ſonus arctat. † In alijs autem indicat, & conuocat ad aliquid faciendum, prout eſt, quando Campana pulſatur ad ſignificandas horas, Item ad indicandum aliquod gaudium, vtputa, quando Princeps reuerteretur, ſeu ingrederetur Ciuitatem, vel Populus ab eodem aliquod beneficium acciperet, vtputa, ſi Princeps extingueret alicuius gabellæ impoſitionem, vel quid ſimile. Significat etiam ſonus Campanæ futurā celebrationem miſſarum, pulſatur quoque de ſero ad dicendum Aue Maria. Item ad multa alia ſigna, de quibus vide Io. Andr. & Abb. in capit. 1. de offic. cuſto. & Maran. dicto memb. 1. num. 211. cum ſequent.

Sum expeditus à prima ſpecie citationis, videlicet à Verbali. Reſtat, vt agamus de Reali, quę eſt ſecunda ſpecies.

De citatione Reali in ciuilibus.

Cap. XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Citatio realis eſt duplex.*

2 *Citatio realis habet peculiariter locum in cauſis criminalibus, & præſertim in his, in quibus non admittitur procurator.*

3 *Citatio realis in cauſis ciuilibus regulariter reijcitur: fallit, vt infra num. 6. & 22.*

4 *Auditores Rotæ non citant ad perſonaliter comparendum, etiamſi cauſa eſſet criminalis, niſi haberent ſpecialem commiſſionem citandi ad comparēdum perſonaliter.*

5 *Ab executione, aut à præcepto, ſeu comminatione nō eſt inchoandum.*

6 *Citatio realis quando, & quibus caſibus ſit permiſſa in cauſis ciuilibus & num.*

7 *Vbi periculum eſt in mora, recedimus à regulis iuris communis.*

8 *Creditor, qui debitorem fugientem capit, debet illum remittere, & præſentare iudici infra viginti horas.*

9 *Quot, & quæ requirantur, vt debitor ſuſpectus de fuga poſſit ſine iudicis commiſſione capi.*

10 *Debitor fugiens, & reſiſtens cum armis poteſt ad effectum, vt poſſit capi, vulnerari, ſecus ſi ſolum fugiat, & armis non reſiſtat.*

11 *Debitor ſuſpectus de fuga non poteſt propria auctoritate capi, quando poteſt capi auctoritate iudicis.*

12 *Quot, & quæ requirantur ad hoc, vt conſtet de ſuſpicione fugæ, & quomodo illa requiſita ſint probanda.*

13 *Quomodo debeat iudici conſtare de credito priuſquā mandet, capi debitorem ſuſpectum de fuga.*

14 *Clericus debitor, ſuſpectus de fuga poteſt capi mandato iudicis laici.*

15 *Citatio realis contra ſuſpectum de fuga poteſt decerni, & exequi etiam tempore feriato in honorem Dei.*

16 *Debitum probatur ſolo iuramento creditoris, quando inſtat præſens fuga.*

17 *Debitor ad hoc, vt poſſit capi tanquam ſuſpectus de fuga, quæ requirantur ſecundum ſtatuta Vrbis.*

18 Captu-

18 *Captura facta vigore suspitionis fuga non inducit attentatum.*

19 *Creditor, qui iurauit, debitorem non possidere bona stabilia, nunquid hoc teneatur, debitore capto, probare per testes.*

20 *Debitor captus vti suspectus de fuga, nunquid teneatur ad expensas mandati.*

21 *Debitor, possidens bona stabilia dotalia, nunquid possit allegari suspectus de fuga.*

1 CITATIO realis,† seu psonalis est duplex: altera, qua citando literis præcipitur, vt compareat personaliter, & hanc exequitur nuncius: altera, quę importat capturam, & huius executio satellitibus committitur. glo. Bar. Alex. & cōmuniter omnes in l. 2. ff. de iurisd. omniū iud. Hæcque dicitur propriè citatio realis.

2 † Vtraque harum citationum habet peculiariter locum in causis criminalibus, & præsertim in his, in
3 quibus non admittitur procurator. † In ciuilibus vero citatio realis regulariter non decernitur l. non est singulis. ff. de reg. iur. Bar. in l. cum eo, num. 2. ff. ad l. iul. pecul. Panorm. in cap. 2. num. 3. de pign. & quòd à iure communi pro debito ciuili permittatur captura est de raro contingentibus, glos. in l. 3. §. tutores. ff. de suspect. tut. Bal. in l. consentaneum. C. quomo. & quan. iud. & Bened. de Barz. tract. de guarentig. par. 1. quæst. 9. fol. mihi 215. quia in his liberum est comparere per se, vel per procuratorem l. 1. & vlt. ff. de procura. capitu. querelam, eodem titu. & notat Grauat. in annotat. ad pract. Vestrij. libro 4. capitu.
4 2. num. 16. † Et hoc in tantum seruatur, vt Auditores Rotæ nunquam citent ad comparendum personaliter, etiam si causa esset criminalis, nisi haberent specialem commissionem citandi ad comparendum personaliter, glo. in cap. fin. in verbo. personaliter. de dilat. Rot. decis. 7. aliàs 389. de dol. & contum. in antiq. Staph. de liter. iust. folio mihi 306. sub num. 5. cum seq. & Vestr. dicto libr. 4. capitu. 2. nume. 8.

Multæ tamen extant causæ, ob quas citatio ad comparendum personaliter decerni potest. Sed nō est præsentis indaginis eas recensere. Vide Rot. decis. 2. aliàs 272. de libel. oblat. quæ quidem causę essent exprimendæ in citatione, vt dicit Bal. in l. 1. §. Vsus. in fin. ff. de procur. & latius Dec. in cap. consuluit. de appella. quos refert, & sequitur Menoch. de arbitr. iud. libro 2. cent. 1. cas. 52. num. 23. Videas etiam Boss. tract. crimin. titu. de examin. reor. num. 7. & 8 Vbi ait, quòd citatio ad comparendum personaliter iustificatur, si fiat ad indagandam veritatem.

5 † Quare si citatio realis reijcitur regulariter ab omni parte processus ciuilis, à fortiori reijcietur ab initio, quippe cum ab executione non sit inchoādum l. 1. C. de execut. rei iudic. l. Si nulla. ff. eod. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procons. Aret. Instit. de actio. §. curare. num. 10. tradunt communiter * Parisien. vt refert, & sequitur Zicheus tractat. de iur. sisten. & man. iniectio. capitu. 1. num. 4. Et tradūt Galles. ad form. Cam. oblig. ad tertiam partic. quæst. 6. Gail. in pract. obseruat. libro 1. obseruat. 13. num. 1. & Moder. tract. de process. in præfat. sub num. 1. Immo neque à præcepto, & comminatione. tot. tit. commin. Epist. C. glo. Bar. & alij in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de oper. nou. nunc. Boss. tract. crimin. tit. Quomodo proceda. per præcep. num. 3. & dixi infra cap. 57. num. 16. An tamen mulieres, item Doctores, & nonnullæ aliæ similes personæ possint capi in causa ciuili, & sic pro debito, est quæstio quæ respicit executionem sententiæ, de qua dicemus, Deo fauente, in tertio libr. & dixi infra capitu. 46. num. 14. cum seqq. & multa scripsi in Manuale iuris. in verbo. captura. pro debito ciuili.

6 † Hæc tamen regula, quòd in ciuilibus non liceat incipere à captura; fallit duobus principaliter casibus: primo, quando ita instaret præsens fuga debitoris, vt iudicis auctoritate coerceri non posset, quia tunc liceret etiam creditori propria auctoritate capere debitorem. l. ait prætor. §. Si debitorem. & ibi. glo. in verbo. locum. ff. quæ in fraud. credit. Par. de Put. tract. de Synd. in verbo. captura. capitu. 1. num. 13. Mars. sing. 43. Soc. reg. 78. Affl. super constitutione, Pacis cultum num. 10. libro 1. Maran. in suo Spec. par. 6. memb. 1. num. 62. Vāt. tract. null. Rubr. de null. ex def. cit. sub nu. 34. Carauit. super ritu 170. num. 14. in fine, & Moder. tract. de process. par. 1. capitu. 2. num. 97. quæ conclusio procedit etiam in clerico debitore, quia si sit suspectus de fuga, & sit periculum in mora, poterit capi à creditore laico etiam propria auctoritate, vt refert, & sequitur Ias. in dicta l. de pupillo. §. si quis riuos, num. 2. ff. de oper. nou. nunc. Vide etiam quę dixi infra cap. . . num. . . .

7 † Nam, vbi periculum est in mora, recedimus à regulis iuris communis, vt latè exemplificando ostendit Mars. in pract. crimin. §. constante. à num. 7. vsque ad num. 12. inclusiuè, firmans omnem legem, omnemque canonem posse contemni vbi periculum est in mora. Vide etiam Gail. in pract. obseruat. libro 1. obseruat. 13. num. 4. & obseruat. 16. num. 9. Vbi tradit, posse noui operis nunciationem sperni, quando periculum est in mora. Et ego ius dicens habui quandoque in facto creditorem, qui propria auctoritate, & nullo meo præcedente mandato, duxit ad me suum debitorem, vti suspectissimum immo fugientem. Consulo tamen creditoribus, vt ab hoc Birruariorum officio quantum possunt, abstineant, ne sibi, vel facto debitoris, vel iustitia mediante, propter excessum aliquid deterius cō-
8 tingat. † Et vbi debitorem ceperint, studeant, vt illum quanto citius præsentent iudici, ipsumque captum vllo modo non detineant vltra 20. horas, ne incidant in pęnam priuati carceris, iuxta ea, quę do cui infra cap. 78. num. 6.

9 † Vt autem debitor licitè sit captus, tanquam de fuga suspectus sine commissione iudicis, tria requiruntur: primum, quòd deinde appareat de debito, vel per instrumenta, vel per testes: Secūdum, quòd talis

talis immineat fuga debitoris, vt tempus non ſuppetat ad obtinendam iudicis commiſſionem. Tertium, vt creditor non excedat modum in capiẽdo.
10 † Nam etſi debitor reſiſtens, ac ſe armis defendens poſſit vulnerari, & etiam occidi, dummodo vulneretur, ſeu occidatur in propulſione reſiſtentiæ, vt tradit Bal. in l. ſi vt allegas num. . . C. ad l. Corn. de Sicar. quem refert, & ſequitur Iaſ. Inſtit. de act. §. 1. num. 76. & facit tex. in l. ſi ex plagijs. §. tabernarius. ff. ad l. Aquil. Tamen fugiendo ſolum non poteſt offendi, & ſi offenderetur, creditor amitteret etiam ius ſuum, Bal. in Auth. Sed omnino. num. 14. C. ne vxor pro marito. Iaſ. vbi ſupra num. 75. quos refert, & ſequit̃ Gail. in pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 44. num. 4. caueat tamen creditor, ne vnquàm occidat ex propoſito potius occidendi; quàm conſequẽ
11 di debitũ, quia hoc ſibi eſt perpetuò vetitũ. † Quòd ſi debitor ſuſpectus de fuga poſſit iudicis autoritate capi, tunc non licet creditori propria autoritate in eum manus inijcere, iuxta ea, quæ dixi ſupra num. 9. in ſecundo requiſito. Sed debet adire iudicem, qui; conſtito ſibi de fuga, & de credito, vel melius è conuerſo, de credito, & de fuga, debet relaxare
12 mandatum de capiendo. † Tota tamen difficultas conſiſtit in definiendo, quando dicatur conſtare de ſuſpitione fugæ, & de credito, & breuiter agendo, quantum ad primum: Ad docendum de ſuſpicione fugæ, quatuor copulatiuè requiruntur: Primum, ꝙ debitor non poſſideat bona, excludentia fugam: bona autem, quæ remouent ſuſpicionem fugæ, ſunt bona ſtabilia, item mobilia, quæ de facili aſportari non poſſunt, ſed hęc dummodo ſufficiant pro debito: & per oppoſitum bona includentia fugam, ſunt bona mobilia, quæ de facili aſportari poſſunt, item ſtabilia, quæ tamen non eſſent ſufficientia pro debito, glo. in l. ſi fideiuſſor §. vlt. in verbo. officium, & ibi Iaſ. qui alios refert nume. 26. ff. qui ſatiſd. cog. Par. de Put. tract. de Synd. in verbo. captura. cap. 1. num. 11. & Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 87. ſub num. 10. cum ſeqq. & præſertim num. 13. &
* eſt communis. *

Secundum, quòd debitor mutauerit conditionẽ, ſaltem attẽta credulitate creditoris, qui debitorem veriſimiliter pro idoneo reputauerit tempore contracti debiti. Nam ſi non mutauerit conditionẽ ſaltem, vt dixi, ſecundum credulitatem, tunc non poterit allegari ſuſpectus de fuga, quamuis poſſideat bona, includentia fugam, eſtque ratio: quia creditor iam illius fidem, & ſtatum, in quo reperiebatur approbauit. Bar. in l. cum pro eo. num. 2. ff. ad l. iul. pecul. Ang. & Iaſ. in l. ſi ab arbitro. §. qui ex cauſa nu. 2. ff. qui ſatiſd. cog. Soci. reg. 78. fall. 1. Panorm. ca. 2. de pign. Alex. conſ. 241. nume. 2. vol. 6. Carauit. ritu. 170. num. 16. Menoch. vbi ſupra num. 13. Gail. in pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 44. num. 5. Vrſil. in annot. ad Affl. deciſ. 170. num. 4. debet igitur creditor iſto caſu damnum ſuæ leuitati aſcribere, quia ſcienti, & volenti non fit iniuria. l. cum donationis C. de tranſact. cum ſimilibus, & qui cum alio contrahit, non debet illius conditionem ignorare. l. qui cum alio ff. de reg. iur. Curt. de Sequeſtr. quæſ. 2. princip. num. 33. & bene Modern. tract. de proceſ. par. 1. ca. 2. num. 107. & 108. & faciunt, quę dixi cap. ſequenti, ſub num. 10. ibi. *Cenſeo pariter*.

Tertium, quòd debitum non ſit alicuius modicæ ſummæ, quia pro modica ſumma non eſt aliquis capiendus, tanquàm ſuſpectus de fuga. Bal. in Auth. Sed iam neceſſe num. . . . C. de donat. an. nup. quem refert, & ſequitur Aſinius in pract. §. 26. cap. 1. num. 5.

Quartum, & vltimum, quòd creditor iureiurando aſſerat, ſe prefatum ſuum debitorem habere ſuſpectũ de fuga. Imol. & nonnulli alij in l. 2. in princ. ff. ſol. matr. Ang. in l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. lib. 10. & hoc iuramentum eſt ante omnia deferendum, tanquàm iuramentum calumniæ, vt tradit Guid. Pap. deciſ. 247. num. 4. loquens de Sequeſtro.

Sed hic quęro, quomodo iudici conſtare debeat de primo, ſecundo, & tertio requiſito. Nunquid ſtabitur aſſertioni creditoris iuratæ? Reſpondeo: Bal. in l. conſentaneum ſub num. 32. C. quomodo, & quando iud. Salyc. in l. apertiſſimi C. de iudic. Ang. Imol. Paul. de Caſtr. & alij, in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infec. & Vrſil. in ſuis annot. ad Afflic. vbi ſupra num. 4. tenent negatiuam, videlicet, quòd non ſit ſtandum ſoli aſſertioni, & iuramento creditoris, ſed requiratur, quòd de his debeat eſſe ſumpta informatio, ſaltem ſummaria per duos teſtes,
* parte non citata, & eſt communis, * de qua teſtatur Iaſ. in d. l. apertiſſimi ſub num. 22. C. de iudic. & ꝙ hæc ſit vera opinio teſtatur Alex. conſ. 241. num. 5. lib. 6. & quòd videatur communis teſtatur Iaſ. vbi ſupra; & quòd ita practicetur teſtatur Carauit. ſuper Ritu 170. num. 15. in fine. Contrariam ſententiam, quòd cauſæ ſuſpitionis poſſint probari ſolo iuramento, tenent Ang. in d. l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. lib. 10. & Alex. conſ. 19. num. 2. 3. & hanc opinionem ſequitur totus mundus, vt tradit Paul. de Caſtr. conſ. 28. pro pleniori examine quam ſequi videtur etiam Iaſ. vbi ſupra. Ego tamen hoc relinquerem arbitrio iudicis, qui; ſi exiſtimet, temporis, ac fugæ periculum ita imminere, vt plenior probatio adhiberi nequeat, admittet ſolum iuramẽtum, ſin minus, faciet doceri ſummariè per duos teſtes, & ita concordarem, pro qua concordia adduco Anch. conſ. 123. num. 8. quem refert. & ſequitur Carauit. in dicto ritu. 170. nume. 14. An autem debeat poſtea plenè probari ſuſpicio, vide quæ dixi infra num. 19. Et hæc quoad probandam ſuſpicionem fugæ.

13 † Quoad ſecundum: ad docendũ ſcilicet de credito, dico non in forma iudicij ſed ſummariè de eo eſſe docendum: vel per chyrographum, vel per publicum inſtrumentum, vel per teſtes, debitore aliter non citato; Bar. in l. ait prętor. §. ſi debitorẽ nu. 6. ff. quæ in fraud. cred. Soc. reg. 406. fall. 6. Felyn. in cap. parochianos num. 2. de ſent. excom. latè Iaſ. Inſtit. de act. §. 1. num. 55. quem allegant omnes, & ad quem ſe remittũt Maran. in ſuo Spe. par. 6. memb. 1. num. 59. in fine. Grauat. in annot. ad pract. Veſtr. lib. 4. cap. 2. num. 17. & Gail. dicta obſeru. 44. nume. 6. Et quòd de credito debeat conſtare aliter, quàm per iuramentum, & captura aliter facta non iuſtificaretur,

caretur, ſi poſtea produceretur inſtrumentum vide Ioan. de Amic.conſ.52.ſub num.13.verſ.ſexto. His requiſitis concurrentibus poterit Iudex liberè
14 capturam decernere. † Iſta concluſio videtur ampliãda, vt procedat etiam in clerico debitore, quia; his concurrentibus, & deficiente iudice Eccleſiaſtico; poterit Iudex laicus decernere capturam, etiam
✲ contra clericum debitorem ſecũdum communẽ, ✶ de qua teſtatur Felyn. in cap. cum non ab homine num.4.de iudic.quem refert, & ſequitur Moder. in quæſt.crim.lib.1.quęſt.8.num.119.& quęſt.27.nu.71. Verum hunc clericum captum volunt, quanto citius eſſe præſentandum Iudici Eccleſiaſtico, &; vbi offerret cautionem idoneam, creditorem, ſeu famulum Curiæ debere abſtinere à captura, aliàs incurrere in excommunicationem: Vide Hoſtien. in cap.ſi vero.de ſent.excom.Felyn.in dicto cap.cũ non ab homine,& Moder. dicta quęſt.8. ſub. num. 119.

15 † Amplia etiam, vt decerni poſſit, & exequi etiã tempore feriato, & in honorem Dei.glo.in l. fin. in verbo fideiuſſionis C. de ferijs: Bal. in l.1.C. qui bon.cede.poſ.& in l.fin.C. de exhiben.reis, & in l. omnes iudices.C.de ferijs.Alex.in l.2.num.8.ff. de fer.& quòd hæc ſit communis teſtatur Alber.in l.feriat.ff.de fer.quem refert, & ſequitur Moder.dicta quæſt.27.num.107.lib.1.vbi alios allegat.

16 † Limita quando allegaretur inſtans fuga, quia tunc ſufficeret ſolum iuramentum creditoris, vt tradit Vrſil.in addit.ad Affl.dicta deciſ.170.num.5.& faciunt, quæ dixi ſupra num.7. Et hæc dicta de iure communi ſufficiant. Si quas tamen coniecturas libeat videre, quibus iudex moueri poteſt ad habendum debitorem ſuſpectũ de fuga legito Menoch. dicto caſ.87.per totum, vbi tradit, ſpectandam etiã eſſe perſonam creditoris, & debitoris. Sed ego credo, vltra prædicta non eſſe quicquam aliud neceſſario inſpiciendum.

De conſuetudine modo prædicta requiſita non omnia obſeruantur, præſertim contra debitores forenſes, contra quos ſtatim, atque creditor dat fumũ aliquem ſui crediti, iuratque, ſe habere illum debitorem ſuſpectum de fuga, Iudices ſolent relaxare mandatum, vt etiam teſtatur Gail. in pract. obſeru.lib.2.obſeru.44.num.10.

17 † Cæterum nos habemus claram diſpoſitionem ſtatutorum Vrbis lib.1.cap.98.quòd creditor teneatur docere extraiudicialiter de ſuo credito arbitrio iudicis; Item quòd iuret ſuum debitorem nec in Vrbe, nec in diſtrictu habere bona immobilia. Quòd ſi dies ſolutionis adhuc non venerit, debet etiam docere de deterioratione conditionis debitoris. His requiſitis conceditur mandatum perſonale contra debitorem.

18 † Occurrunt modo mihi in mentem nonnullæ difficultates.

Et prima: Nunquid captura, facta vigore ſuſpitionis fugæ, inducat attentatum? Reſpondeo, quòd non. Rot.diuerſ.deciſ.1426.par.3.lib.3.

19 † Secunda: Nunquid creditor, qui iuramento aſſeruit, ſuum debitorem nõ poſſidere bona ſtabilia, & ob id is debitor fuit carceratus, teneatur, debitore capto, aliter, videlicet per teſtes, docere, quòd non poſſideat bona ſtabilia? Reſpondeo, quòd ſic ſecundum Ang.in d.l.nemo carcerem, & Alex.dicto conſ.19.per totum lib.3.in practica tamen hoc ſeruari non vidi, crederem autem, debitore opponente, ꝙ teneretur, vt, vbi vellet ipſe debitor probare contrarium, & probaret; creditor non euaderet forſan pœnam periurij, & ſimiliter teſtes ſummariè examinati, ſi depoſuiſſent, debitorem non poſſidere bona ſtabilia; & poſtea debitor doceret oppoſitum; videlicet, quòd poſſidet bona ſtabilia, vtique illi teſtes venirent puniendi de falſo, & etiam is, qui illis vſus eſſet.

20 † Tertia: Nunquid debitor captus, vti ſuſpectus de fuga, teneatur ad expenſas mandati? Reſpondeo, diſtinguendo: Aut creditor fecit, citari debitorem ad cauendum, aut non: Si fecit citari, & in contumaciam obtinuit mandatum de capiẽdo, debitor tenebitur ad expenſas mãdati, & iſto caſu ſufficit, creditorem ſimpliciter iuraſſe debitorem ſuſpectum de fuga, vt diſponunt ſtatuta Vrbis lib.1. cap.98. Si verò non fecit citari, tunc creditor tenetur ad expenſas mandati, ſine ſpe recuperationis, vt diſponitur in capitulis declaratorijs iuriſdictionum Sixti IIII.verſic.*Item quicunque &c.*ad finem ſtatutorum fol.36.& in dicto cap.98.quæ ſanè Põtificia, ac Statutaria diſpoſitio non diſſentit meo iudicio à ratione naturali, in qua fundatur etiam ius commune. Vide multa cognitu digna in materia debitoris capti vti ſuſpecti de fuga tradita per Neuiz.conſ.52.num.26.27.& alijs num.

21 † Quarta: Nunquid debitor, poſſidens bona ſtabilia dotalia, poſſit allegari ſuſpectus de fuga? Reſpondeo.Alc.in l.3.§. ex contrario, ſub num.17.& in l.Pomponius.§.in dotem.ff.de acquir.poſſ.tenet, quòd nõ.& facit, quòd tradit Marſ.Rub.de fideiuſſ.num.306.dicens eum, qui poſſidet bona, ſubiecta reſtitutioni, non teneri ad ſatiſdandum. Ego nihil firmo. Multa tamen dixi in meo Manuale iuris, in verbo.ſuſpectus de fuga.

22 † Secundo fallit, quando reus citatus peremptoriè eſſet contumax, quia tunc poſſet decerni captura, vt tradunt Bar. in l. Conſentaneum in fine.C. quom.& quan.iud. & ibidem Alex.in additionibus in litera l.Bal.in l.qui legati.C.vt in poſſeſſ.leg. & alij, quos allegat, & ſequitur Iaſ.in l.vnica num.23.ff. ſi quis iuſdic. non obtemp.idem tradunt, idem Bal. in l.ſi fideiuſſor.§.fin.in 1. repetit.nu.2. ff. qui ſatiſd. cog.Rom.cõſ.224.incipien.iſta captura nu.3. Dec. in l.iubere cauere num.16.ff.de iuriſd.om.iud. Maran.in ſuo Spec.par.6.memb.2.nume.18. Carauit. ſuper Ritu 220. num.8. & Moder. tract. de proceſſ. par.1. cap.8. nume. 37. Sed iſtam capturam intelligas decerni, quando non poteſt ſatisfieri per miſſionem in poſſeſſionem, ad tradita per Ang. in l. nemo carcerem, verſ. ſecũdo oppono.C. de exact. tribut. lib.11. quem refert Additio ad Dec. vbi ſupra, & nos notauimus infra cap.96. nume.14.

De ſequeſtro, ſaximento, & Arreſto. Cap. XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrum varijs nominibus nuncupatur.*
2 *Sequeſtrum eſt duplex.*
3 *Sequeſtrum neceſſarium quid ſit.*
4 *Sequeſtrum regulariter eſt prohibitum.*
5 *Fallit in multis caſibus, & primo, quando reus eſſet contumax.*
6 *Fallit ſecũdo in caſu, quo quis poteſt capi de perſona.*
7 *Fallit tertio, quando dilapidarentur res, ſeu fructus rei, de qua eſſet controuerſia.*
8 *Fallit quarto in rebus litigioſis, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*
9 *Res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, quæ dicantur.*
10 *Dilapidationis ſuſpitio, quando dicatur adeſſe.*
11 *Iudices noſtri temporis de conſuetudine decernunt ſequeſtrum ad ſolam inſtantiam creditoris, etiam nulla præcedente ſuſpitione.*
12 *Fallit quinto in caſu legis. Imperatores. ff. de appella. de cuius intellectu multa circa iſtam materiam reſolutiuè traduntur.*
13 *Fallit ſexto in caſu Clem. vnicæ de ſequeſtr. poſſ. & fruct.*
14 *Iſta fallentia recipit infraſcriptas limitationes, & primam, vt procedat ſolum in ſententia diffinitiua, & non in interlocutoria.*
15 *Secundam, vt non habeat locum, ſi ſententia ſit lata contra actorem petentem ſequeſtrum.*
16 *Tertiam, vt non habeat locum, ſi ſententia, lata pro actore, ſit ſuper poſſeſſorio tantum.*
17 *Quartam, quando reus aduerſus ſententiam opponeret defectum iuriſdictionis.*
18 *Quintam, quando actor, qui obtinuit ſententiam fauorabilem, aliàs contrariam ſuſtinuiſſet.*
19 *Sextam, quando ſequeſtrum peteretur ab alio, quàm ab eo, ad cuius fauorem fuiſſet prolata ſententia.*
20 *Septimam, quando reus poſſeſſor pacificè poſſediſſet per triennium ante motam litem.*
21 *Clementina vnica, concedens ſequeſtrum, vt dixi ſupra nu. 13. habet locum, etiam ſi fuerit appellatum à tertio, & non à reo poſſeſſore.*
22 *Habet pariter locum, etiam ſi reus ante diffinitiuam ſententiam contra ſe latam ſuper petitorio, reportaſſet aliam fauorabilem ſuper poſſeſſorio, quæ trãſiiſſet in rem iudicatam.*
23 *Sequeſtrum, quod conceditur ex diſpoſitione dictæ clementinæ, conceditur etiam ſi non adſit timor depopulationis fructuum.*
24 *Sequeſtrum, vt concedatur debet plenè conſtare de credito.*
25 *Citatio eſt neceſſaria in conceſſione ſequeſtri.*
26 *Fallit quando debitor eſſet ſuſpectus de fuga.*
27 *Sequeſtrum nunquid concedatur ſi creditum probetur per teſtes, an verò ſolum, quando probatur per publicum inſtrumentum.*
28 *Dilapidationis ſuſpitio, quomodo ſit probanda ad hoc, vt concedatur ſequeſtrum.*
29 *Sequeſtrum regulariter tollitur per ſatiſdationem.*
30 *Fallit in caſu Clementinæ, de qua dixi num. 13.*
31 *Fallit etiam, quando eſſet conceſſum in vim obligationis in forma Cameræ.*
32 *Sequeſtrum, quod reuocatur per ſatiſdationem, nunquid, ſtante paupertate, reuocetur etiam per cautionem iuratoriam.*
33 *Nec ſequeſter, neque is, ad cuius inſtantiam conceditur ſequeſtrum, habent vllam poſſeſſionem rei ſequeſtratæ: vnde is, contra quem decernitur ſequeſtrum, poſſet intentare ſolum interdictum retinendæ, & non recuperandæ.*

1 SEQVESTRVM, † ſeu inquam ſequeſtratio, eſt vox Latina, vt tradunt etiam Modern. tracta. de proceſ. par. prima. cap. 2. num. 157. qua nos in Vrbe, & in pleriſque alijs Italiæ locis vtimur. Saximentũ eſt vox, qua vtuntur Monteferratenſes, vt licet colligere ex Papien. in form. ſequeſtri, ſeu ſaximenti, & in glo. prima, nume. 1. fol. mihi. 279. Arreſtum eſt vox gallica, Pekchius de iur. ſiſten. cap. primo. num. 4. & Moder. vbi ſupra. Germani vero vocant etiam, fommer, vt referunt Moder. dicto cap. 2. num. 60. Significant tamẽ iſta nomina vnum, & idem; vnde ſuper his amplius non inſiſto. † Sequeſtrum eſt duplex: alterum quod dicitur voluntarium, ſeu conuentionale; & hoc eſt ſemper permiſſum, transfertque poſſeſſionem in ſequeſtrarium: alterũ dicitur neceſſarium, quod iudicis miniſterio conceditur, & de hoc ſumus acturi.

2

3 † Hoc igitur ſequeſtrum nihil aliud importat, quàm ſeorſim ſeparationem, ſeu poſitionem rei cõtrouerſæ penes tertium. glo. & Bal. in l. prima. C. de prohib. pecun. ſequeſtr. Curt. de ſequeſtr. quæſt. prima. num. 20. Ang. de Peruſ. de ſequeſtr. numero 2. quos referunt Modern. dicta par. 1. cap. 2. num. 54. ſeu dicas cum Pariſienſ. in conſuetud. Pariſien. titu. 2. glo. 1. in verbo. arreſt. nu. 1. eſſe impedimentum, vel interdictum, ne res loco, vel ſtatu ſuo moueatur, vel dicas vberius cum Modern. dicto cap. 2. nu. 58. eſſe rei controuerſæ, ſiue mobilis, ſiue immobilis ex iuſta cauſa, & iuſſu Magiſtratus factam depoſitionem penes officium, vel ædem publicam, vel penes manus alicuius Commiſſarij, quem ad hoc iuſdicẽs deputauerit, quæ deſcriptiones omnes tendunt ad idem: vnde amplius non inſiſto.

4 † Hac generica cognitione pręmiſſa, de pluribus eſt videndum. Et primo, ne in caſſum laboremus; Nunquid ſequeſtratio ſit permiſſa? Reſpondeo, regulariter eſſe prohibitam. l. vnica. C. de prohib. ſequeſtr. pecun. & cap. 1. vt lite penden. cap. 2. iuncta ibi gl. in verbo. ſequeſtrari, de ſequeſtr. poſſeſ. & ibidem latè Panorm. nu. 5. cum ſeq. Papienſ. in pract. in form. ſequeſtr. ſeu ſaxim, in glo. ſapiens vir. nu. 1. fol. mihi. 279. & Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 148. nu. 1. & de hoc nulli eſt dubium, vt dicit etiam Afflict. deciſ. 98. nume. 2. eſtque vſitata, & vulgata concluſio, quòd ſequeſtratio tã de iure ciuili, quam

de iure canonico ſit prohibita, vt referunt, & ſequũtur Modern. dicto cap. 2. par. prima. ſub nume. 81.

5 † Hæc concluſio fallit in quam pluribus caſibus, quorum decem enumerat Papien. in dicta glo. ſapiens vir à num. 1. vſque ad num. 3. incluſiuè, & viginti-quinque Modern. dicto cap. 2. par. 1. à nu. 84. vſque ad num. 156. incluſiuè; poteris etiam videre glo. & Doctores de ſequeſtr. poſſ. & fruct. extra, & in l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. qui ſatiſd. cog. Ego tamen non omnes, ſed aliquos referam. Sit ergo primus caſus, quãdo eſſet contumax, vt tradunt Bal. in l. ſi fideiuſſor. §. fin. in prima repetitione. num. 2. ff. eod. & in l. conſentaneum. num. 8. C. quomo. & quan. iud. Papien. in dicta glo. ſapiens vir, ſub nume. 2. fallen. 6. Salyc. in dicta l. vnica, num. 4. & alij, quos referunt, & ſequuntur Moder. dicta par. 1. cap. 2. ſub num. 84. ſed hunc caſum intellige iuxta ea, quæ docui infra cap. 96. num. 14.

6 † Sit ſecundus, & generalis, quoties quis capi poteſt de perſona; quia à fortiori poterunt ſequeſtrari res, argumento eius, quod in oppoſito tradit Bal. in l. conſentaneum. num. 32. C. quom. & quan. iud. & eſt clarum. Poteſt capi de perſona, quando eſt ſuſpectus de fuga, quo caſu arreſtabitur donec reddiderit ſecurum iudicium per ea, quæ dixi ſupra cap. præcedenti nu. 6. cum ſeqq. & in propria ſpecie tradunt Moder. dicto cap. 2. num. 97. cum ſeqq. & nu. 106. vbi alios allegant. Circa hunc ſecundum modum inſurgunt duæ difficultates. Prima, cur ob prę ſumptam, & veriſimilem fugam debitoris debeat concedi ſequeſtrum in rebus, maximè in ſtabilibus cum inter fugam debitoris, & rem, ſuper qua petitur ſequeſtratio, nulla ſit coniunctio? res enim ſtabilis ſemper ſtat, debitor vero poteſt fugam arripere. Secunda, quæ requirantur ad inducendam ſuſpicionem fugæ? Et breuiter agendo, quantum ad primam dic, ſequeſtrum contra debitorem, poſſidẽtem bona ſtabilia, vel æquiualentia ad ſufficiẽtiam, non poſſe concedi, vti cõtra ſuſpectum de fuga per ea, quæ tradidi ſupra cap. præcedenti nu. 12. & tradunt Moder. dicto cap. 2. par. 1. ſub num. 86. & 100. Quod ſi non poſſideat bona ſtabilia, neque mobilia ſufficientia, tunc intrat ſequeſtratio contra res, quæ aſportari poſſunt, & ijs deficientibus, arreſtum contra perſonam. vide Bal. in l. apertiſſimi, num. 9. C. de iudic. Papienſ. in dicta glo. ſapiens vir. 2. num. qui allegat tex. in l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cog. & in l. ſi creditores. ff. de priuileg. cred. vide etiam Alex. conſil. 242. num. 3. lib. 6. Iaſ. poſt Accur. in l. ſi fideiuſſor. §. vltimo. ff. qui ſatiſd. cog. & Curt. tract. de ſequeſtr. quæſt. 6. nu. 33. & huc tendit quartum requiſitum, quod ponit Guid. Pap. deciſ. 246. nu. 5. Et quidem, ſi contra non poſſidentem bona ęquiualentia debito ſolet decerni captura perſonæ, à fortiori, quanto magis decerneretur ſequeſtrum rerum aſportabilium? Ad ſecundam ſufficientem poteſtis habere reſponſionem, ex his quæ docui ſupra ca. pręcedenti num. 11. cum ſequen.

7 † Tertius caſus eſt, quando dilapidaretur res, ſeu fructus rei, de qua eſſet controuerſia. Papien. vbi ſupra num. 1. in fi. & Modern. dicto cap. 2. nume. 102. quia, ne iudicium reddatur eluſorium, conceditur ſequeſtratio, vide Soci. reg. 372. fallen. 1. & Gail. in

8 pract. obſeruat. lib. primo. obſeru. 147. nume. 3. † ob eandemque rationem, quòd concedatur in rebus litigioſis, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, docet Gail. dicto lib. 1. obſeru. 148. num. 2. & 3. tunc enim debet res illa vendi, & pretium extractum loco rei ſequeſtrari, vt tradit Papien. dicta glo. ſapiens vir in fi. & ita obſeruatum fuiſſe in Camera Imperiali

9 teſtatur idem Gail. ſub num. 3. † Res autem, quę ſeruando ſeruari non poteſt dicitur illa, quæ vltra triẽnium in ſua naturali bonitate, ſine corruptione nequit conſeruari. glo. ſingu. in l. 1. in verbo vſucapione. C. ſi aduerſus vſucap. Iaſ. in l. prima. §. fuit quæſitum, num. 31. cum ſequen. ff. ad S.C. Trebel. in ſecunda lectura. An tamen fructuum ſequeſtrũ, quod concedi ſolet poſt latam ſententiam, concedatur indiſtinctè, ſiue ſententia ſit interlocutoria, ſiue definitiua: Item ſiue timeatur depopulatio, ſiue nõ, dicam inferius.

10 † Difficultas modo inſurgit, quando quis ſit ſuſpectus de dilapidatione: reſolutiuè agendo. Gloſſa in dicta l. ſi fideiuſſor. §. fin. in verbo. officium. ff. qui ſatiſd. cog. quam refert, & ſequitur Papien. in pract. in form. ſequeſtr. ſeu ſaximenti, in gl. ſapiens vir num. 2. fol. mihi. 279. ait, ſuſpectum reddi quando non poſſidet bona ſtabilia, vel ſaltem non æquiualentia rei, ſuper qua eſt mota quæſtio. Item ſi habeat malos mores de preſenti. Item ſi ſit in ſimilibus aliàs verſatus. Addunt etiam nonnulli, reddi ſuſpectum, ſi hucuſque fuerit moroſus in ſolutione, habeatque nunc plures creditores, qui eum impetant. vide Ang. de Aretio in l. Imperatores. §. fin. ff. de appel. & Goden. ſub Rubr. de ſequeſtr. conſ. 3. alias eſt in ordine. 106. num. 4. quos referunt, & ſequuntur Moder. tract. de proceſſ. par. 1. cap. 2. num. 104. Ego tamen, re diligenter inſpecta; arbitror, ſuſpectum reddi ex prædictis: maximè ſi omnia concurrant; cæterum iudico, poſſe reddi ſuſpectum, ẽt ſi vnum tantum ex prædictis concurrat iuxta rectũ iudicis arbitrium, cui tota iſta ſuſpitio eſt committẽda. vide Curt. tract. de ſequeſtr. quæſt. 6. nume. 33. Caccialup. tract. de debit. ſuſpec. 1. quæſt. princ. nu. 9. cum ſequen. & facit, quod tradit Abb. in cap. 2. nume. 9. in fi. de ſequeſtr. poſſ. quos omnes referunt, ſequunturque Moder. loco citato, & quòd conceſſio ſequeſtri ſit arbitraria tradit Archid. in cap. quia plerique. 11. quæſt. quem refert, & ſequitur Manſuer. in addit. ad pract. Papien. in dicta glo. ſapiens vir, in verbo. prohibita. Cenſeo pariter, lapſos eſſe eos omnes, qui arbitrati ſunt, quempiam ſuſpectũ reddi ex vita ante malè acta, & propterea ſequeſtrum eſſe concedendum: in ea enim ſum ſententia, quòd quidem ſit ſuſpectus ob malos præteritos mores, non tamen arbitror, concedendum eſſe ſequeſtrum. Siquidem iura iſto caſu dicant apertè, quòd qui cum alio contrahit debet exploratam habere conditionem illius. l. qui cum alio. ff. de reg. iur. Vnde ſi ante contractam obligationem iam habebat malos mores, ſibimet imputet, ꝙ cum eo cõtraxerit. Et propterea vellem, vt creditor ad obtinẽdũ ſequeſtrũ, potius doceret de bonis moribus in pterritũ, & ſubſequenter de malis in præſenti, quia tunc ex quo

ex quo indicium suspitionis superuenit post contractam obligationem, sequestrum venit concedendum, vt tradunt Papien. loco citato, & cōmuniter * omnes. Habes igitur, quòd de iure sequestrum conceditur contra suspectū de dilapidatione, Itē quando quis dicatur suspectus.

11 † Nunc verò scias, quòd de consuetudine iudices nostri temporis decernunt sequestrum ad solam instantiam creditoris, nulla etiam existente suspitione, vt testatur Iac. de Aren. tract. de sequestr. nu. 8. & de consuetudine Germaniæ Gail. in pract. obseru. lib. 2. obseru. 44. num. 10. quos referunt Moder. tract. de proces. par. 1. cap. 2. num. 106. in fi. & par. 3. cap. 7. num. 21. Ratio autem cur iudices nostri temporis, non ita exactè obseruēt requisita sequestri, est forsan illa, quam assignauit Papien. in dicta glo. sapiens vir, in princ. loquens de iudicibus Montisferrati, & aliorum quorundam locorum, videlicet, quia ius, & iustitia ministratur per bones, & ignorantes, cuius dictum referunt etiam Moder. tract. de proces. par. 3. cap. 11. nu. 68.

12 † Quartus casus est in terminis legis. Imperatores. in fi. ff. de appel. in illis verbis.

Iidem rescripserunt (quamuis vsitatum non sit, post appellationem fructus agri, de quo disceptatio sit deponi) tamen cum depopularentur ab aduersario, æquum sibi videri apud sequestrum deponi.

Ex quo textu apertè patet, sequestrum concedi isto casu propter dilapidationem. Vnde insurgunt duę difficultates: & prima, nunquid ista lex seruiat nobis de vento, sitque superflua, quippe cum, existente dilapidatione; indistinctè concedatur sequestrum, vt dixi supra casu præcedenti, & tam in secūda, quam in prima instantia, vt admonet eruditus Gail. in pract. obseru. lib. primo. obser. 145. in fine? Vt verum fatear Doctores circa istam legem intricatè loquuntur, sibique adinuicem contrarij existunt: nam Alex. cons. 163. lib. 6. quem refert, & sequitur Paris. cons. 141. num. 45. lib. primo. tradit, sequestrum non concedi in prima instantia, etiam si fructus dilapidarentur: quia lite pendēte; nemo est priuandus sua possessione. l. vnica. C. de prohib. sequestr. pecun. textus est notabilis in cap. 1. vt lit. pen den. cum alijs concordantibus: in secunda verò instantia, appellatione pendente, ideo sequestrum cōcedi tradunt: quia vltra fructuum dilapidationem, præsupponunt, actorem obtinuisse sententiam fauorabilem, & ita intelligunt textum in dicta l. Imperatores, & quòd iste sit communis * intellectus testātur Alex. vbi supra, & Gail. dicto lib. primo. obseru. 147. num. 6. qua intelligentia pręsupposita, Tertius casus redditur falsus, & Gail. sibimet existeret contrarius. Quid igitur dicendum ad euadendam, & superfluitatem dictæ legis Imperatores, & contradictionem opinionum? Papien. in pract. in form. sequestr. in glo. sapiens vir. num. 5. fol. 280. ait; sequestrum factum, lite pendente ante prolatam sententiam, posse satisdatione euitari, secus si sit lata sentētia, quia satisdatione non tollitur: qua distinctione recepta l. Imperatores, non seruiret de vento; quamuis ibi nullum verbū de hac distinctione: possetque contrarietas conciliari, quia qui aiunt, lite pēdente, non concedi sequestrum, loquuntur de sequestro, quod satisdatione non tollitur: vel concilia tur aliter: Aut enim possessor rei litigiosæ est soluendo, consumptis etiam fructibus, & tunc, quia actor in omnem euentum potest recuperare, quod prætendit, nihil sua intererit, si fructus non sequestrentur, vt considerarunt etiam Moder. tract. de proces. execut. par. 1. cap. 2. num. 126. Vnde sufficiet isto casu descriptio fructuum, vt sciatur eorum valor iuxta ea, quæ tradunt Moder. dicto cap. 2. nu. 153. Aut possessor est non soluendo, & tunc meo iudicio est concedendum sequestrum, ne iudicium reddatur elusorium: & ita procedat opinio eorū, qui tradunt, etiam in prima instantia posse cōcedi sequestrum, cui opinioni adderem, vt debeat constare iudici saltem summariè de bono iure actoris, quia aliàs decernere sequestrum esset contra omnes regulas iuris, quę neque capturam, neque aliud simile permittunt, nisi prius saltem summariè constet de credito, seu de bono iure, iuxta ea, quæ dixi infra nume. 24. Quòd si simus in casu dictæ l. Imperatores, tunc sequestrum erit concedēdum, etiam si possessor esset soluendo, vide pro vberiori doctrina Aufr. ad Capell. Tolos. quęst. 477. vbi post plura cōcludit, quòd lite pendente; fructus non debent sequestrari: Tu tamen non recedas à prædictis nostris conciliationibus.

Secunda difficultas, nunquid prædicta l. Imperatores. habeat locum in diffinitiua tantum, an etiam in interlocutoria? Resp. in diffinitiua tantum Bal. in l. si fideiussor, vers. quærit Archid. ff. qui satisd. cog. quem referunt, & sequuntur Moder. vbi supra, nu. 119. Nota obiter pro complemento, quòd vbicunque conceditur sequestratio propter dilapidationē, debet de ea prius legitimè constasse, & fuisse probata, vt post alios docet etiam Gail. dicta obser. 147. num. 5. Scias etiam, quòd si petatur sequestrū post interpositam appellationem, antequam sit præsentata iudici ad quem, tūc sequestrum conceditur per iudicem à quo. Secus verò si appellatio sit pręsentata iudici ad quem, quia decernitur per ipsum. Vide Maran. in suo Spec. par. 6. Rub. Et quandoque appellatur num. 188. fol. 185. vbi testatur de com- * muni. *

13 † Quintus casus est in terminis Clem. vnicæ. de sequestr. poss. & fruct. vbi disponitur, quòd lata sententia super beneficio, ad tollendas litigantium malitias concedatur sequestrū possessionis, & fructuū dicti beneficij. Vide Vestr. in pract. lib. 7. cap. 2. nu. 1. & Moder. dicto cap. 2. nume. 121. Hæc tamen dispositio Clementinæ concedentis sequestrum recipit nonnullas limitationes, seu declarationes.

14 † Et primam, vt habeat locum solum in sententia diffinitiua vt dicebamus de l. Imperatores, & non in interlocutoria, & ita loquuntur Cassad. decis. 5. de sequestr. poss. & fruct. ibi.

Cum decretum sequestri soleat fieri statim lata diffinitiua. Et Vestr. in pract. dicto c. 2. sub nu. 1. ibi.

Et contra possessorem beneficij prima feratur sententia, quæ diffinitiua sit &c.

15 † Secundam, vt non habeat locū, si sit lata contra actorem petentem sequestrum: concedit enim sequestrum actori, qui reportauit fauorabilem sentē-

tiam pro ſe contra poſſeſſorem,& non aliàs. Milis. in verbo ſequeſtrum num.3.quem refert, & ſequitur Veſtr.dicto cap.2.num.7.

16 †Tertiam,vt non habeat locum, ſi ſententia lata pro actore ſit ſuper poſſeſſorio tantum non principaliter de per ſe intentato, ſed ſimul cum petitorio, poſtea ſuſpenſo,quia tūc reputatur ſententia interlocutoria, & non diffinitiua,teſte Caſſad. deciſ.2.in fi.quem refert,& ſequitur Veſtr.dicto cap.2. ſub nume.7.ſuper intelligentia tamen huius tertiæ limitationis, cogita melius.

17 † Quartam, vt non habeat locum, quando reus aduerſus ſententiam contra ſe latam opponeret de nullitate ex defectu iuriſdictionis,quia tunc impediretur ſequeſtratio, vt refert, & ſequitur idē Veſtr, dicto lib.7.cap.2.ſub num.5.& 7.in fine.

18 † Quintam,vt nō habeat locum, ſi actor, qui modo obtinuit ſentētiam diffinitiuam pro ſe; aliàs aliā ſuper petitorio contrariam habuerit, quia iſto caſu præſumptio vnius ſententię eliditur per præſumptionem alterius ſententiæ; vnde non venit concedendum ſequeſtrum.Veſtr.ſub dicto num.7.& tradit Rot.diuerſ.deciſ.634.nu.3.par.3.lib.3. & procedit iſta limitatio, etiam ſi iſte actor fuiſſet reſtitutus in integrum aduerſus ſententiam, primo loco contra ſe latam,quia feciſſet tranſitum in rem iudicatā, vt per Caſſad.quem refert, & ſequitur idem Veſtr. vbi ſupra.

19 † Sextam, vt non habeat locum, quando ſequeſtrum peteretur ab alio, quàm ab eo, in cuius fauorem fuit prolata ſententia: quoniam tunc ad inſtantiam illius tertij non concederetur ſequeſtrum: glo. in dicta clem. vnica, in verbo contra poſſeſſorem. Milis in verbo,ſequeſtrum,num. 3. quos refert, & ſequitur Veſtr.dicto cap.2.num.7.

20 † Septimam,vt non habeat locum, quando reus poſſeſſor conuentus iam ante motam litem pacificè poſſediſſet per triennium, vt docet Veſtr.loco citato num.8.

21 † Occurrunt modo nonnulla dubia.

Et primum,nunquid diſpoſitio prædictæ Clemētinæ,concedentis ſequeſtrum ad inſtātiam actoris, qui fauorabilem ſententiam reportauit, & accedente appellatione Rei poſſeſſoris,procedat etiā ſi fuerit appellatum ab aliquo alio tertio, & non à poſſeſſore condemnato? Reſpondeo,quòd ſic. Rot. deciſ.11.aliàs 394.de ſent. & re iud. in antiq. & deciſ. 4.aliàs 390.de ſequeſtr.poſſ.& fruct.in no.& Veſtr. dicto cap.2.nu.5.eſtque ratio,quia huic tertio nullū ſit præiudicium,Rot.in locis præallegatis.

22 †Secundum dubium,nunquid habeat locū,quādo reus poſſeſſor conuentus ante diffinitiuam ſentētiam, aduerſus ſe latam ſuper petitorio, fauorabilē prius reportaſſet ſuper poſſeſſorio, quæ in rem iudicatam tranſiuiſſet? Reſpondeo, quòd ſequeſtrum adhuc veniret concedēdum actori: quippe cum ſententia,lata ſuper poſſeſſorio,non faciat aliquam pręſumptionem contra eum, qui obtinuit in petitorio: poſſeſſionis namq; cauſa nihil commune habet cū proprietate.l.naturaliter.§.nihil cōmune. ff. de acq. poſſ.vide Veſtr.dicto lib.7.cap.2. num.6.

23 † Tertium, nūquid ad hoc, vt cōcedatur ſequeſtrum ex diſpoſitione præfatę Clementinæ requiratur depopulatio fructuum? Reſpondeo, quòd non:& hoc nullam patitur difficultatem. Et hęc dicta ſint circa ſequeſtrum,quod conceditur ex diſpoſitione Clemētinæ,vnicę.de ſequeſtr. poſſ.& fruct. Nunc in genere quęro de nonnullis alijs pertinentibus ad materiam.

24 †Et primo, num ad obtinendum ſequeſtrum requiratur plena, vel ſemiplena, ſeu qualis probatio crediti? Reſpondeo, requiri plenam probationem iuxta ea, quæ tradit Alex.conſ.241.num.1.lib.6. de probatione crediti facienda ante capturam debitoris ſuſpecti de fuga. Et hoc intantum eſt verum, vt, pro indubitato admiſſo; diſputent ſolum, an requiratur neceſſario probatio per inſtrumentum publicum,ſeu aliter fide dignum, vel ſufficiat probatio ꝑ teſtes iuxta ea,quæ ſcripſi infra num. 27.

25 † Secundo quęro,an in iſta plena probatione facienda ſit neceſſaria citatio? Reſpondeo affirmatiuè,Alex.conſ.6.num.9.lib.4.Iaſ.in l.ſi fideiuſſor. §. fin.ff.qui ſatiſda.cog. quos refert, & ſequitur Manſuer.in ſuis addit.ad pract.Papien. in forma ſequeſtri, in glo.ſapiens vir,ſuper verbo,latam ſententiā, eſtque verior opinio,de qua teſtatur Curt. tract. de ſequeſtr.num.40.quem referunt, & ſequuntur Moder.tract.de proceſ.par.3.cap.11.num.56. & 58. & ideo ſine partis citatione conceſſum dicitur nullum Alex.vbi ſupra,& apertius Pariſ.conſ.41.num.23.

26 par.1. † Fallit tamen iſta concluſio,quando debitor eſſet ſuſpectus de fuga, quia tunc citatio non eſt neceſſaria, ne inſtruat ad fugam iuxta ea, quæ docui ſupra cap.antecedenti num.13. & tradunt Soc.reg. 406.Fallen.6.& Gail.in ſuis pract.obſeru.lib.2.obſeru.44.num.6.& 8.

27 † Tertio quæro, an creditum petentis ſequeſtrū ſit neceſſario probandum per publicum inſtrumentum, an verò ſufficiat probari per teſtes? Reſpondeo, videtur dicendum, ſatis eſſe ſi doceatur ſummariè per teſtes,& ita tenent Ioan.de Platea in l.iubemus per hanc.C.de erog.milit.anno.lib.12.Abb. in cap.2.num.18.de ſequeſtr. poſſ. & fruct.Imol. in l.Imperatores.§.fin. propè fin.ff. de appel. Alex. & Iaſ.in l.ſi fideiuſſor.§. ſatiſdatum.ff. qui ſatiſd. cog. alter num.8.alter num. 12. Felyn. in cap. examinata num.10. de iudic. Corſet. in verbo. ſequeſtrum. Curt. tract. de ſequeſtr. quæſt.12. & Vinc. Caroc. par.3.quæſt.2.nu.2. & certè ſi Doctores numerentur hæc eſt communis, * & magis communis * opinio,pro qua faciunt etiam,quæ ſcribunt Bar.in l.ait prætor.§.ſi debitorē num.6.ff.de his, quæ in fraud. cred.Soc.dicta reg.406.fal.6.Port.lib.1.comm.cōcluſ.concl.43.limit.2. & Gail.lib.2. obſeruationum obſeru.44. num.6.& 8. & ſuadet ratio, quia inſtrumentorum appellatione etiam teſtes continentur.l. 1.ff.de fid.inſtr.Contrariam ſentētiam,quòd ſit neceſſariò probandum per publicum inſtrumentum, ſeu chirographum,aliàs fide dignū; tenuerunt Bar. in d.l.iubemus,la ſecunda.num.6.C.de erogat.mili. anno lib.12.& in l.litibus.nu.21.C.de agric.& cenſ. lib.11.Bal.in ca.olim ex literis.nu.4. de reſcrip. Iaſ. in § 1.num.86.Inſtit.de act.Corſet.ſing.324. Matthesil.tract.de carcer.Gram.conſ.27.nu.2.Et quod

hæc

* hæc ſit magis communis * opinio teſtatur Curt. tracta. de ſequeſtr. num. 50. quem referunt, & ſequuntur Modern. tract. de proceſ. par. 3. cap. 1. nume. 14. & ſignanter nu. 28. Quid dicendum? Reſpondeo, Aut loquimur de concedendo ſequeſtro, aut de relaxando: ſi de concedendo, teneo primam opinionem: ſi de relaxando, teneo iſtam ſecundam, quòd requiratur probatio per inſtrumentum publicum, quia vbicunque à ſtatuto, vel conſuetudine conceditur executio parata, conceditur in caſu inſtrumẽti publici, quod dicitur probatio probata, & veritas apparens: Caſſan. in conſuet. Burgund. Rubr. 1. §. 7. verbo. Souffiſament. nu. 21. cum ſequen. dicitur etiam probatio miraculoſa, Crauet. conſ. 56. nume. 21. lib. 1. & tollit omne dubium: quia quemadmodum dicimus, de hoc eſt caſus legis: ita etiam dicimus de hoc eſt caſus inſtrumenti publici, quod habet vim definitionis cauſæ, & de quo poſſumus dicere, noli me tãgere, vt ex Bal. refert idem Crauet. conſ. 31. in fi. ſecus eſt in teſtibus, quorum probatio non operatur, niſi præcedente litis conteſtatione: vnde vigore eorum depoſitionis, non poteſt procedi executiuè, vt bene oſtendit Galleſ. ad form. Came. oblig. quæſt. 2. par. 3. num. 8. fol. mihi 97. illudẽs quendam bene veſtitum, qui, vt ipſe ait, paſſus fuit vigore teſtium examinatorum proceſſum executiuum coram Auditore Cameræ, cum tamen executiuè minimè procedi potuiſſet, quia vbi examinantur teſtes, requiritur litis conteſtatio, vbi litis conteſtatio, ibi excluditur proceſſus executiuus, vt latè oſtendunt etiam Moder. tract. de proceſſ. par. 3. cap. 1. num. 15. cum ſequen. Concludendum igitur eſt, ſequeſtrum concedi ex quauis ſpecie probationis, ſed non relaxari; niſi doceatur de credito per publicum inſtrumentum, ſeu aliter fide dignum. Et pro hac diſtinctione bene faciunt, quę ſcribunt Paul. de Caſt. in l. ſi fideiuſſor. §. ſatiſdatum. num. 5. ff. qui ſatiſd. cog. Galleſ. ad form. Cam. oblig. in quæſtionibus incidentibus poſt proceſſum num. 39. fol. mihi. 163. & Stiatic. in pract. cap. 11. num. 14. cum ſequẽ. qui dicunt, quòd ſequeſtrum ad effectum agitandi litem conceditur ex ſimplici probatione, & reuocatur per ſatiſdationem: ſecus quando ſequeſtrũ conceditur ad effectum faciendæ executionis, quia tũc probatur creditum per inſtrumentum, & ſequeſtrum non relaxatur per ſatiſdationem, ſicuti etiam docui infra num. 31.

28 † Quarto quæro, qualiter ſit probanda ſuſpitio dilapidationis ad hoc, vt concedatur ſequeſtrũ iuxta ea, quę dicebam ſupra num. 7. & ſeqq.? Reſpondeo, ſatis eſſe, ſi doceatur ſummariè, & ſemiplenè, etiam qñque per ſolum iuramentum creditoris, & ſine partis citatione iuxta periculum, ac ſuſpitionẽ fugæ, tota enim iſta probatio, illiuſque modus relinquitur arbitrio iudicis. vide Alex. conſ. 6. nu. 10. lib. 4. & quæ firmius tradunt Moder. dicto tract. de proceſ. par. 1. cap. 2. num. 106.

29 † Quinto quæro, num per ſatiſdationem tollatur ſequeſtrum? Reſpondeo, ꝙ ſic regulariter l. Si fideiuſſor. §. fin. & ibi Doct. ff. qui ſatiſd. cog. & l. fin. C. de ordin. cogn. Canoniſtæ in cap. examinata in glo. 2. de iudic. Gail. in pract. obſer. lib. 1. obſer. 148. num. 5. Manſuer. in ſuis addit. ad pract. Papien. in form. ſequeſtri. in glo. audeat, in verbo. fideiuſſionẽ fol. 284. & Moder. dicto ca. 2. ſub nu. 83. Vnde dici-

30 mus, fideiuſſionẽ eſſe medicinam ſequeſtri. † hæc tñ concluſio patitur multas limitationes, quarũ vna eſt in caſu Clementinæ vnicæ. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. vt tradit Io. Andr. in addit. ad Specul. & Milis. in verbo. ſequeſtrum nu. 3. quos refert, & ſequitur Veſtr. in pract. lib. 7. ca. 2. num. 9. dicens, ꝙ non reuocaretur, etiam ſi poſſeſſor poſt decretum ſequeſtrum obtineret ſententiam pro ſe, quia eſſet nihilominus expectandus finis cauſæ, & denique non reuocatur vbicunque lex præcipit illud fieri, vt ex Io. Andr. refert, & ſequitur idem Veſtr. loco citato.

31 † Fallit etiam in obligatione in forma Cameræ, quia debitor non poſſet ſequeſtrum à creditore obtentum per ſatiſdationem cum fideiuſſione reuocare, quia ſi creditor iam produxit inſtrumentum obligationis, opus eſt ſolutione, non fideiuſſione, Galleſ. dicto nu. 39. fol. 163. Alias limitationes poteris videre apud Iaſ. in dicta l. ſi fideiuſſor. §. fin. num. 17. cum ſeq. vbi ponit, & regulam, & fallen-

32 tias. † Sed nũquid in caſu, vbi ſequeſtrum per ſatiſdationem tolli poteſt, tollatur per iuratoriam cautionem, ſi fideiuſſorem propter paupertatem inuenire non poſſit? Reſpondeo, quòd non, Iaſ. dicto §. fin. num. 18. Contrarium tamen reſpondet Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 148. nume. 6. quando offerens cautionem prædictam eſſet vitæ integritate conſpicua, & probatæ exiſtimationis.

Reliquos caſus, in quibus decernitur ſequeſtrũ omiſſos facio, poteris tu eos videre apud pręmemoratos Doctores.

33 † Nota vltimo loco pro complemento, quòd neque is, ad cuius inſtantiam fit ſequeſtrum, neque ſequeſter habent vllam poſſeſſionem rei ſequeſtratę, nec ciuilem, nec naturalẽ: retinent enim ſolã quandam aſininam detentionem, vide Bal. in cap. 1. nu. 9. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Archid. in cap. quia res. 11. q. 1. & Fely. in cap. examinata, num. 10. de iud. Quare remanet poſſeſſio penes priorem poſſeſſorẽ Dyn. & Salyc. in l. vnica, vterq; nu. 2. C. de prohib. pecu. ſequeſtr. Grauat. in annot. ad pract. Veſtr. lib. 7. cap. 2. nu. 17. & Moder. tract. de proceſſ. par. 1. ca. 2. num 68. & cum remaneat poſſeſſor, nõ poſſet intentare interdictum recuperandæ, ſed ſolum retinẽdæ, quia dicitur turbari in poſſeſsione, non ſpoliari, Moder. ibidem num. 69. & hæc dicta ſint de ſequeſtro neceſſario.

De Citatione in Criminalibus, & primo de verbali. Cap. XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Citatio in criminalibus de per ſe ſola non poteſt præmitti, & ideo non poteſt decerni, niſi præceſſerit informatio ſufficiens.*

2 *Citatio in criminalibus expletur iiſdem requiſitis, quibus expletur in ciuilibus.*

3 *Commiſſio iudicis, quæ requiritur in citatione, nunquid debeat apparere in ſcriptis, vel credendum ſit nuncio, referenti, ſe citaſſe de commiſſione iudicis.*

 4 Nomen

4 *Nomen iurisdictionale iudicis requiritur in citatione.*

5 *Nomen proprium, & cognomen iudicis, nunquid sit apponendum in subscriptione.*

6 *Nomen accusatoris est exprimendum in citatione.*

7 *Expreßio causæ, ob quam quis citatur, est necessaria.*

8 *Præfixio termini ad comparendum nunquid sit necessaria.*

9 *Terminus ad comparendum non debet apertè cadere in diem feriatam.*

10 *Terminus ad perquirendum reum citatum quando sit concedendus, & quando non.*

11 *Scriptura nunquid sit necessaria in prima citatione.*

12 *Locus iudicij est exprimendus in citatione, quæ fit coram delegato.*

13 *Citatio Verbalis, quando agitur de delicto graui; est in vsu subsidiario tantum.*

1 IN † criminalibus causis regulariter nō potest initio deueniri ad citationem; requiritur enim ante eā, quòd sit capta summaria saltē informatio, ex qua detectus sit delinquens. Quare secundum hodiernam practicā debet præcessisse diffamatio, seu querela cum aliquo alio inditio, sicut docui infra cap.84.num.6. & 7. & antiquitus secundum dispositionem iuris communis, vbi procedebatur via accusatorij libelli, debebat accusans in primis comparere coram iudice, eique exponere intentionem, quam habebat accusandi, ac alia facere, vt retuli supra cap.8. nume. 13. illisque adimpletis, decernebatur citatio, quæ in hoc retinet effectu naturam interlocutoriæ; siquidem non decernitur sine præfata causæ cognitione, teste etiam Boss.tract.crim.titu.de exam.reor. nume.6. 7. & 8. Postquam ergo potest deueniri ad citationem; reminisci oportet, citationem esse duplicem: verbalē scilicet, & realem, vt dicebam supra cap.32. nume.
2 1. † Ago hic de verbali: Et quæro in primis, quæ requirantur in ea? Respondeo, illa eadem, quæ requiruntur in citatione ciuili, quia citationes in criminalibus fiunt, prout in ciuilibus. l.absentē.ff. de pęn. l.in accusatore.ff.de publ.iud.l.qui crimen.C.qui accus.non poss. & tradit Gandin.tract.de malef.Rub. de citat.facien.num.1.& quòd in criminalibus procedatur ad instar ciuilium etiam in materia citandi tradit Ang.tract.de malef. in verbo. iudex commisit.sub nume.1. arguens de citatione in ciuilibus ad eam, quæ fit in criminalibus, idem quoque asserit Boss.tract.crim.tit.de sent.num.7.

3 † Quare, vt id in singulis requisitis ostendamus; requiritur primo loco commissio iudicis, quia si requiritur in ciuilibus, vt dixi supra dicto cap. 32. nu. 7. à fortiori in criminalibus, vbi agitur de maiori p̄iudicio, prout post alios tradunt Ang vbi supra nume.9. Boss. tract.crim.titulo de citat.num 9.& Clar. lib.5.recept.sent.quest.31.versi.vnum autem scias,

* Et hæc est communis, * quæ de iure nullam patitur difficultatem, vt per eundem Clar.ibidem. Cæterū difficultas vertitur in eo: nunquid debeat de commissione apparere in actis, vel credendum sit Nuntio, referenti, se citasse de commissione iudicis? Respondeo, Ang.in dicto verbo. Iudex commisit, ꝙ Caius num.10.tenet, satis esse, quòd in actis posita sit relatio Nuntij cum assertione, quòd citauerit de mandato Iudicis, quia ei, citanti intra territorium, est credendum sine alia fide, vt tradit idem in verbo. Petro publico.num.3. Contrarium verò refert, & sequitur de iure ibidem August.in addit.ad eum. concludit tamen, frustra disputari super huiusmodi materia, ex quo præualuit consuetudo non scribendi prædictas commissiones. Quid dicendum? Respondeo, quòd in criminalibus, præsertim grauibus, primisque citationibus requiritur commissio specialis, de qua debet etiam apparere in scriptis: & ita seruatur de cōsuetudine in multis locis, & maximè in Campanea in Audientia Excellentissimi Domini Marci Antonij Columnæ, & in Regno, vbi omnes citationes subscribuntur à Iudice, quia rei citantur in scriptis cum subscriptione iudicis citantis, quæ etsi fungatur vice commissionis; tamen adhuc in exordio ipsius citationis expressè committitur, quòd ille citetur: formatur enim citatio in vrbe sub his, vel similibus verbis. Citetur N. ad respōdendum querelæ &c. vel fit monitorium, vt dixi infra cap.86. sub nu.17.& . . Et in Regno: Ad omnem instantiam Coadiutoris Curię per vnum &c. citetur &c. referatur &c. quæ citatio ex quo reproducitur in actis, satis dicetur de commissione apparere penes acta: Cæterū Romæ, aut citationes mittuntur extra vrbem, aut non: Si mittūtur, vtique Locumtenens Gubernatoris citans, se subscribit suo proprio nomine, & citationem format sub nomine Gubernatoris. Si vero citat in Vrbe, nō subscribit, nec aliter facit apparere de commissione, quod mihi admodum displicet, præsertim in grauibus, primisque citationibus.

4 † Requiritur secundo, & tertio loco nomen iurisdictionale iudicis, vtputa coram domino potestate, seu iudice maleficiorum, & nomē Rei: Nam eędem penitus rationes, ob quas requiritur expressio horum nominum in ciuilibus, militant etiam in criminalibus, quæ autē sint illæ rationes docui supra in dicto cap.32.num.10. Fallit tamen quando ignorantur iuxta ea quæ dixi infra cap. 97. sub numero 172. & 173. & remissiuè dicto cap.32. numero 11. in fin.

5 † Insurgit modo difficultas circa subscriptionem, quam solet apponere iudex: nunquid debeat subscribere nomen proprium, cognomen, & iurisdictionale? Respondeo, aut per actuarium hæc omnia sunt expressa in tenore citationis, & tunc satis esset, si nomen, & cognomen apponatur: immo in Regno Neapolitano, iudices apponunt solum cognomen familiæ in hunc modum. Carauita, seu de Nigris, & ita faciūt etiā si à Magistro actorū cætera nō sint expressa. Sed nos in Vrbe, & ī toto statu Ecclesiastico subscribimus nomē, cognomē, & iurisdictionē: hoc modo. Desiderius Guido Gubernator,

Pompeius

Pompeius de Amatis Auditor &c. Vbi tamen iuriſdictio eſſet expreſſa in tenore actus, prout fit in ſententijs, tunc omittitur nomen iuriſdictionis, quia dicetur. Ita pronuntiaui ego Pompeius de Amatis.

6 † Requiritur quarto nomen accuſatoris, vel eo deficiente, & in caſibus, in quibus procedi poteſt ex officio, quòd appareat de inſtantia fiſci, vt tradit Vital. tract. de Malef. in form. relat. apparit. vel Nuntij nume. 22. quia hodie fiſcus ſucceſſit in locum accuſatoris, vt dicit Mill. in ſua pract. fol. 3. nu. 31. quem refert, & ſequitur Clar. lib. 5. recept. ſent. quæſt. 3. verſ. ſed certè. Cæterũ animaduerte, quòd in quibuſdam paruis, & anguſtis locis, in quibus nemo facit partes fiſci, citatio valeret; etiam fiſco non inſtãte, quia officium ipſius Iudicis repræſentat perſonã fiſci; vnde adhuc diceretur, inſtante fiſco.

7 † Requiritur quinto loco expreſſio cauſæ, ob quã citatur, vt docui ſupra cap. 32. num. 14. Verum difficultas vertitur in eo, quæ nam expreſſio ſit neceſſaria, ſpecifica ne, an generica ſufficiat? Bal. in l. nullus num. 1. C. de exhib. reis, motus ex illo ipſo textu tenuit genericam ſufficere. Contrarium nimirum, ꝙ exprimi debeat delictum in ſpecie, tenuit Card. in Clem. 2. vt lit. pen. motus auctoritate textus, & gl. in cap. Maximianus. diſt. 81. quem refert Augu. in addit. ad Ang. tract. de malef. in verbo. Iudex commiſit, quòd Caius ſub num. 6. & quòd hæc ſit communis * opinio teſtantur Imo. in l. inter accuſatorem. num. 2. in fi. ff. de pub. iud. Marian. Soci. in cap. qualiter, & quando num. 212. in fi. de accuſat. & Blanc. in pract. crim. fol. 13. nume. 22. quos refert Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 31. verſiculo, quæro nunc, & verſi. quæro nunquid. Quid igitur dicendum? Reſpondeo, eſſe ſpecificè exprimendam in ipſa citatione, aut ſaltem per relationem, vtputa: quia citatur ad reſpondendum cuidam querelę contra ipſum porrectæ per N. &c. ſeu cuidam inquiſitioni contra ipſum formatæ per Dominum N. Cõmiſſarium &c. vt tradit Ang. tract. de Malef. in dicto verbo. Iudex commiſit, quòd Caius nu. 2. in fine, & ita ſentit Bal. in loco ſuperius citato, quẽ refert, & ſequitur Affl. in Conſtitutione. Humanitate. nu. 49. lib. 2. & hanc credo eſſe veriorem opinionem, quæ adeo in practica ſeruatur, vt in ipſamet citatione inſeratur integer tenor libelli, ſeu inquiſitionis formatæ, ſicuti teſtantur Ang loco citato num. 3. & Clar. locis proximè allegatis. verum tamen eſt, in quibuſdam locis extare conſuetudinem citandi ad reſpondendum inquiſitioni formatæ &c. vt dixi ſupra, hæcque conſuetudo viget in Prouincia Romandiolæ, & in Prouincia Campaniæ in Audientia Excellentiſſimi D. Marci Antonij de Columna, in quibuſdam verò locis citant ad reſpondendum inquiſitioni formatæ, occaſione talis delicti, prout ſeruatur Peruſiæ, de quibus conſuetudinibus teſtãtur Flam. Cart. tracta. de execut. ſent. capto ban. cap. 1. numer. 388. & Modern. in quæſt. crim. lib. 1. quæſt. 11. num. 40. verſicu. *Bene verum eſt*: nos habemus ſtatuta Vrbis lib. 2. cap. 2. diſponentia, quòd delinquens, manens extra Vrbem vltra tria milliaria, ſed in diſtrictu, citetur edicto Senatus cũ inſerto tenore accuſationis, ſeu querelæ. Quòd dixi ſupra inſerendum eſſe tenorem inquiſitionis intellige, quando in eo loco formaretur: nam Romæ, & alijs quibuſdam in locis, in quibus inquiſitionis forma omittitur, iuxta ea, q̃ ſcripſi infra cap. 86. ſub nume. 16. ibi. *Si vero loquimur &c.* Illius tenor, nec expreſsè, nec per relationem ad eam poteſt inſeri; verũ quia expreſſio delicti eſt omnino neceſſaria, ſaltem per relationem ad inquiſitionem, vt dixi, ideo cum inquiſitio non formetur, requiritur expreſſio delicti, & qualitatum illius, & ita ſeruatur Romæ iuxta ea, quæ dixi in dicto cap. 86. ſub num. 17. & ab iſta obſeruantia recedendum nõ cenſeo, etiam ſi eſſemus in loco, in quo formaretur inquiſitio, quia adhuc deberet exprimi delictum cum ſuis qualitatibus iuxta ea, quæ ſcribit Clar. in locis proximè citatis: nam ſi in loco, vbi inquiſitio formatur ſufficeret in practica expreſſio ꝑ relationem ad eam, ergo in loco, vbi ea omittitur, deberet in practica ſufficere per relationem ad informationes; hoc modo: Moneatur N. ad comparendum, & ſe defendendum à criminibus, & delictis, de quibus apparet indiciatus in informationibus contra eum captis.

8 † Sexto, & vltimo loco videamus, nunquid in citatione requiratur præfixio termini ad comparendum: & dicas, loquendo de iure, veriſſimam cõcluſionem eſſe, quòd iudex in qualibet illarum primarum trium citationum, quæ fiunt contra abſentem, debet aſſignare terminum triginta dierum, qui dantur ad componendos męſtos penates. l. 2. C. de exhib. reis, notantque Ang. tract. de Malef. in verbo. iudex commiſit, quòd Caius nu. 7. & Maran. in ſuo Spec. par. 6. memb. 1. nume. 68. in fi. & quòd hæc ſit communis * opinio, vide Boſſ. tract. crim. tit. de cita. num. 4. & tit. de ſenten. num. 7. 8. & 9. & 10. & Clar. lib. 5. recept. ſent. quæſt. 18. verſic. hoc facto, & hoc de iure: & ſi citaretur vnica pro omnibus deben: aſſignari nonaginta dies, vt refert, & ſequitur Decia. conſil. 18. 163. lib. 1. & qui ſint iſti mœſti penates ſatis declarat apertè Spec. tit. de accuſ. §. 1. ſub nume. 7. Cæterum de conſuetudine, & per ſtatuta aliter eſt prouiſum, quia iſte numerus dierum, & dilationum non ſeruatur: De conſuetudine teſtãtur Spec. in titu. de peremptorio mittendo. §. viſo de temporum interitiitijs. num. 2. Clar. dicto verſ. hoc facto, & Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 53. nu. 20. De ſtatutis aliter prouidentibus teſtãtur Ang. dicto verbo. Iudex commiſit, quòd Caius nu. 7. & Boſſ. dicto tit. de ſentẽ. nu. 10. in fi. & nos hic in Vrbe habemus Statuta lib. 2. cap. 2. ſuper hoc aliter etiam diſponentia: Practica tamen vniuerſalis eſt, quòd habito reſpectu ad diſtantiam loci, & qualitatem perſonæ; iudex ſuo arbitrio aſſignet terminum ad comparendum, vt tradit Vital. tract. de malef. Rubr. de form. relat. apparit. vel nuntij nu. 11. & poſt eum Clar. vbi ſupra, quod idem diſponunt Statuta Vrbis loco citato: Licet enim, quando delinquens diſtat ab Vrbe tribus milliaribus, & vltra; dicat, aſſignandum eſſe ſpatium viginti dierum; tamen ſubiungit deinde, vel alium terminum arbitrio iudicis. Et ſimiliter, ꝙ Inquiſitor poſſit citando præfigere terminum arbitrarium ad comparendum, vide Frãc. Pegn. in cõm. ad Direct. Inquiſ. par. 2. cõmẽ. 72. §. cui, vt cõ-

pareat; & ita ſeruaui, ſeruari que vidi. Immo in tantum poteſt iudex ſuo arbitrio terminum apponere; vt liceat ei citare ad comparendum ſtatim; habita citatione, vt tradit Clar. loco citato: & quòd talis citatio valeat, tradit Vital. vbi ſupra num. 20. dicens, quòd eo modo citatus tenetur comparere quãto citius potuerit commodè venire: ſubiungit poſtea, ꝙ citatus ad comparendum in continenti; poterit ſecundum aliquos comparere infra tres dies, quia illud aduerbium, *Incontinenti*, importat ſpatiũ triũ dierum, vt dixi in Manuale iuris. in verbo exceptio num. verſ. exceptiones peremptoriæ. Cæterum in iſta materia credo, aliam ſortiri interpretationem: videlicet, quòd ſi commodè poterit comparere die immediatè ſequenti, non debet expectare aliũ diẽ. At quæro, diſcretus iudex vult præfigere honeſtũ terminum, quem præfiget? Reſpondeo, ſi reus manet de longinquo, debet in primis illi pro quibuſlibet viginti milliaribus aſſignari vna dies iuxta ea, q̃ docui infra cap. 91. num. 32. & hoc eſt in tantum verum, vt ſi aſſignaretur terminus breuior, citatus non arctaretur ad comparendum etiam poſt lapſum terminum, Affl. deciſ. 124. num. 3. Veſtr. in pract. lib. 4. cap. 2. num. 5. & ibidem Grauat. num. 10. & Gail. dicta obſeru. 53. num. 19. qui alios allegant, & facit, quod ſcribit Spec. tit. de citat. §. 1. nu. 12. par. 2. Vnde & citatio, quę fieret in Tribunali Auditoris Cameræ ad hodie per totam, niſi perſonaliter intimetur; eſt nulla, nec reconualeſcit pro prima die iuridica. At quid dicendum, ſi citatus ad ſententiam, non compareat, & iudex procedat ad ſententiam: nunquid ſententia poterit dici nulla propter breuitatem termini? Ex prædictis videtur dicendum, ꝙ ſic. Tamen Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 40. num. 13. videtur ſentire cõtrarium. Sed animaduerte, quia loquitur de termino ad perquirendum, qui eſt diuerſus. Quæro etiam, poſtquam illa iura de præfigendis triginta diebus receſſerunt ab aula; nunquid poterit expediri citatio ſine vlla termini præfixione? Reſpondeo, quòd ſic per ea, quæ deduxi ſupra cap. 32. ſub nu. 17. & hic in proprio quęſito addo auctoritatẽ Vitallini tract. de malef. Rub. de form. relat. apparit. vel nuntij num. 19. & faciunt ea, quæ dixi hic ſuperius in diſcurſu. Cæterũ in practica ſolet ſemper præfigi terminus, & vt plurimũ, trium dierum, vt teſtatur etiam Clar. libr. 5. recept.
9 ſent. q. 31. verſ. vltimo quæro. † Sed caueat iudex in prefixione termini, ne aſſignet expreſſe diem feriatam ad comparẽdum, vtputa: in die Dominico, vel in decima die huius menſis, quæ eſſet feriata, quia citatio non valeret. Rot. deciſ. 1. aliàs 367. nu. 1. de fer. in nou. latius Maran. in ſuo Spe. par. 6. 1. memb. num. 120. Vbi diſtinguit, aut error eſt expreſſus, vt in caſibus prædictis, & non valet, aut non eſt expreſſus, vtputa; quia dicat: do tibi terminum decem dierum ad comparendũ, & iſto caſu; licet ille decimus dies cadat in diem feriatam; tenet, citationem adhuc valere, quia tenebitur comparere prima die iuridica, immediatè ſequenti. Sed ad tollendam hãc difficultatem ſolet in ſimilibus citationibus apponi iſta clauſula. Quòd ſi dies termini inciderit in feriatam, compareat die ſequenti, vt refert etiam Vant. tract. null. Rubr. de nullit. ex def. cit. nu. 66. in fine. & hæc habent locũ in cauſis, in quibus, non poteſt procedi tempore feriato, quales ſunt cauſę ciuiles ordinariæ.

10 † Verum quia vt plurimum rei, citati ad informandum &c. ſolent in die contumaciæ antequã reputentur cõtumaces, mittere quoſdam fictos excuſatores, qui petunt terminum ad perquirendum, dubitatur: nunquid iſte terminus veniat concedendus? Reſpondeo diſtinguendo, aut reus citatus fuit viſus in loco commiſſi delicti eo met die, quo fuit patratum delictum, ſeu die ſaltem præcedenti; & tũc non eſt concedendus terminus, quia preſumitur potius fuga, quàm abſentia: idque multo magis procederet ſi abſentia emanaſſet poſt citationẽ, ſeu poſt habitam notitiam, quia tunc magis præſumeretur malitiosè abeſſe, vt latè comprobat Maſcard. tract. de probat. concl. 6. nu. 3. volu. 1. aut non fuit viſus, & tunc poteſt concedi, vt tradit Io. Ant. de Nigris ſuꝑ Capit. Regni. cap. poſt commiſſum à delinquẽte flagitium. nu. 1. & 5. & ita expreſſe eſt diſpoſitum per illud capitulum.

Concludo tu denique, quòd vbicunque abſentia ſapit fraudem, ſeu fugam, nunquam ſunt audiendi eiuſmodi excuſatores, quod dum eſſem in Gubernio Auezani in Aprutio, ego ſeruaui.

11 † Poſtremo loco dubitatur: nunquid huiuſmodi prima citatio requirat ſcripturã neceſſario? Reſpõdeo, aut loquimur de iure, aut de conſuetudine. Si de iure dico, ſcripturam non eſſe neceſſariam teſte Aſinio, qui generaliter loquitur in ſua pract. §. 6. ca. 7. num. 1. & dixi ſupra cap. 32. num. 23. & hoc maximè, tenendo alteram earum opinionum, videlicet, vel quòd cauſa non ſit neceſſariò exprimenda; vel quòd ſufficiat ſi exprimatur cauſa generica, vt referebamus ſupra ſub nu. 7. adhibe tamen declarationem, ſeu fallentiam, quam docui ſupra dicto ca. 32. ſub nume. 23. verſ. hæc tamen regula: poſſet igitur Nũtius verbaliter notificare reo, qualiter citatur ad reſpondendum cuidam querelę, ſeu inquiſitioni. Si verò loquamur de conſuetudine; dico, neceſſariò requiri ſcripturã, quia vbi formatur inquiſitio, ſeu libellus, eſt integer illius tenor inſerendus in citatione, &; vbi non formatur, debent omnia ſpecificè exprimi in ipſa citatione, ſeu monitorio. Igitur ſemper requiritur ſcriptura, vt in ſimili deducit Maran. in ſuo Spec. par. 6. memb. 1. num. 75. & ita ſeruatur in practica, à qua fatuus eſſet, qui auderet recedere, & proceſſum aliter fabricatum crederem, nõ tene-
12 re. & hæc de citatione coram ordinario. † Quòd ſi fiat coram Delegato, debet vltra prædicta exprimi etiam locus, ad quem citatur cum expreſſione delegatæ poteſtatis eo modo, quem docui ſupra dicto cap. 32. num. 35. verſ. item quæro.

13 † Nota tamen vltimo loco; citationem hanc verbalem apud Criminaliſtas non eſſe admodum in vſu, præterquam in delictis leuibus, in quibus reus non ſit ſuſpectus de fuga; vtputa, quia vltra delicti leuitatẽ inquiſitus eſt diues: quòd ſi ſimus in delicto graui, hæc citatio erit ſubſidialis; cũ ſcilicet reus capi non põt, vel quia ignoratur vbi ſit, vel quia captura foret periculoſa, quibus caſibus citaretur domi, vel per edictum, vt docui infra ca. ſeq. nu. 11. Ratio

autem

autem cur, omiſſa citatione verbali, ſit deueniendũ ad capturam eſt, quia citatio verbalis eſſet explorator quidam, qui reos inſtrueret ad fugam, vt tradũt Boſſ. tract. crim. tit. quom. proced. per præcepta ſub num. 8. & tit. de exam. reor. num. 7. & 8. Clar. lib. 5. recept. ſent. quæſt. 11. verſ. Item quæro, circa finẽ, & facit tex. in l. nullus. C. de exhib. reis. & in l. fin. C. de cuſtod. reor. & in l. 1. ff. eod. quę quidem ratio militat in omni ſpecie citationis, quæ perſonæ capturam non importet.

De Citatione, quę fit per literas in criminalibus. Cap. XL.

SVMMARIVM.

1 *Citatio per literas in criminalibus habet locum in caſibus, in quibus habet locum in ciuilibus.*
2 *Perſona grauis, quæ dicatur, relinquitur arbitrio iudicis.*
3 *Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, obligati in forma Cameræ, & deficientes ab obligatione non excommunicantur, ſed ſolum interdicitur eis ingreſſus ad Eccleſiam.*
4 *Citandus realiter debet citari per literas.*
5 *Delinquens manens extra iuriſdictionem debet citari per literas.*
6 *Iudex nunquid poßit citare extra ſuam iuriſdictionem, & quomodo differant ſubditus eſſe, & ſequi forum alicuius iudicis, & ex qua cauſa quis dicatur ſubditus.*
7 *Remedium aduerſus Iudicem, nolentem, citari reum, commorantem in ſua iuriſdictione.*
8 *Iudex originis an poßit citare per literas originarium, commorantem extra ſuam iuriſdictionem.*
9 *Iudex domicilij, nunquid poßit citare incolam delinquentem extra iuriſdictionem, & quid ſi iſte incola mutaſſet domicilium.*
10 *Iudex loci commiſſi delicti nunquid poßit citare extra ſuam iuriſdictionem.*
11 *Practica citandi delinquentes abſentes.*

DE hac ſpecie citationis nõnulla fatus ſum ſupra ca. 33. Vnde hic non alia mihi dicẽda eſſe reor, quàm illic omiſſa.
1 † In criminalibus ergo habet locũ iſta citatio, quando habet locum in ciuilibus. Nam ꝑ literas citaretur aliqua illuſtris, ac grauis perſona, quia licet apud Deum nõ ſit acceptio perſonarum, Leuit. cap. 19. tamen apud noſtrates iudices non eſt ita, præſertim in modo procedendi.

2 † Quæ autem dicatur perſona grauis, committitur arbitrio boni iudicis; ex cuius perſona venit ẽt metienda qualitas, & grauitas aliorum. Si quidem vnus qui non eſt grauis apud Pontificem, ſeu alium ſummum Prætorem, erit grauis apud alium longè inferiorem iudicem. Vnde relinquitur arbitrio iudicis. Bal. in cap. ſi pro debilitate. in fi. de off. deleg. Marſ. in l. quęſtionis modum. num. 40. ff. de quæſt. quos refert, & ſequitur Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 69. num. 4. & quæ dicatur perſona illuſtris vide per eundem caſu præcedenti. Dixi, in modo procedendi: immo dico, etiã in modo exequen-
3 di. † Nam Cardinales, Patriarchę, Archiepiſcopi, & Epiſcopi pro obligatione in forma Cameræ nõ, vt cæteri, excommunicantur, ipſis enim interdicitur tantum ingreſſus Eccleſiæ: Denique, vt aiunt, nobilitati ſemper eſt deferendum. Quare excellentes laici minus eſſent excommunicandi ſecundum Goffr. quem refert Hoſtien. in ſumm. de dol. & contum. §. fin. ſed hoc pro executione obligationis in forma Cameræ non ſeruatur, quia laici excommunicantur quantumuis ſint excellentes, vt teſtatur etiam Galleſ. ad form. Camer. oblig. fol. mihi 139. ſub num. 21.

4 † Item ſi quis eſſet citandus realiter, per ea, quæ notaui infra cap. 42. in fi. & ſupra cap. 33. ſub nu. 3. verſ. *Secundus quando, &c.*

5 † Similiter delinquens, manens extra iuriſdictionem iudicis, & non habens in ea ſolitam habitationem, veniret citandus per literas, directas ad iudicem illius loci, vbi reperitur reus. §. ſi verò quis cõpræhenſorum: Auth. vt nulli iudicum; alias, ſi haberet ibi ſolitam habitationem, citaretur domi, & non per literas, quamuis eſſet abſens, & cum hoc grano ſalis intellige iſtam materiam. Sed quia adhuc vel non rectè, vel ſaltem nõ facile intelligi poſſe arbitror, niſi altius, quàm à Doctoribus factum eſt, exordium ſumamus; Vnde quæro, & quæſito;
6 diſtinguendo; reſpondebo. † Quęro igitur nunquid iudex poſſit citare extra ſuam iuriſdictionem? Reſpondeo. Aut ſumus in cauſis ciuilibus: Aut in criminalibus. Si in ciuilibus, rurſus, vel ponimus queſtionem in eo, qui nullatenus ſequitur forum iudicis citantis, & tunc ex quo præſupponimus terminos inhabiles, & quæreretur de eo, quòd nullo caſu verificari poteſt, quæſtio redditur inſulſa, & fruſtratoria. l. ſucceſſionis legata. C. ad l. Falc. cum ſimilibus, vel ſumus in eo, qui aliqua via ſequitur forum iudicis citantis, & hunc intrat queſtio, pro cuius diſſolutione eſt rurſus inſpiciendum: nunquid is, qui forũ ſequitur ſit ſubditus, vel non; quia, licet forum ſequi, & legibus alicuius loci alligari, paria ſint cap. licet ex ratione, ibique Soci. num. 45. de for. compet. & conſ. 129. num. 3. cum ſeq. vol. 1. Alex. conſ. 157. num. 15. & conſ. 150. num. 3. lib. 2. Dec. conſ. 284. num. 9. Gozad. conſ. 49. num. 13. tamen forum ſequi, & eſſe ſubditus differunt tanquam genus, & ſpecies, vt tradit Gail. in pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 36. num. 14. & tract. de pignorat. obſer. 15. nu. 3. & 6. vbi ex Dec. dicto conſ. 284. hanc refert, &
* ſequitur eſſe communem * opinionem: forũ enim ſequi ſe habet per modum generis, ſubditus verò eſſe ꝑ modum ſpeciei. Quare licet inferre, eſt ſubditus: ergo ſequitur forum, ſed non è contra. ſequitur forum, ergo eſt ſubditus. Nam ſortiri forum alicuius iudicis in cauſis ciuilibus poteſt ſecundũ Marian. Soc. in Rubr. de foro compet. relatũ per Boſſ. tract. crim. tit. de citat. nume. 32. in fine euenire propter

pter centum decem, & nouem cauſas, quarum ipſe quinque tantummodo hic proſequar, & ſit prima: propter originem paterni domicilij, Bal. in l.omnes §. verum ſi apparitor. nume.2. C. de Epiſc. & cler. Abb. in cap.poſtulaſti num.4. de for.compet & nota, quòd ad cauſandam ciuilitatem, non alia attenditur origo, quàm propria, & paterna. Si etenim attenderetur origo antiquorum, oporteret quærere agrum Damaſcenum, vbi natus fuit Adam, vt dicit Boſſ.tract.crim.tit.de for.compet. num.27.

Secunda: propter domicilium proprium.l.2.C. de iuriſd.om.iud.l.aſſumptio.§.filius, cum l.domicilium.ff.ad municip.

Tertia: propter locum celebrati contractus.l.hęres abſens.§.1.& §.proinde.ff. de iudic.cap.Romana.§.contrahentes, de for.compet. in 6.& hoc ſiue agatur ad obſeruantiam cōtractus, ſiue ad reſciſſionem.l.in contractibus.§. in omni.C.de non nu. pec. quem textum dicunt, eſſe vnicum, & quaſi ſingularem Moder.tract. de proceſ.par.2.cap.1. ſub num. 18.vide Bar.in l.qui certo.nume.1. & 2.ff. de cond. indeb.& in l.2.nu.2.C.vbi, & apud quē, & licet Bal. & Caſtr.in dicta l.2.tenuerint contrarium, quando ageretur ad reſciſſionem contractus, tamen à priori ſententia haud eſt recedendum, quia eſt communis, * de qua teſtatur Anch.quæſt.14.num.2. quam intellige, dummodo obligatus reperiatur in loco celebrati contractus, prout loquuntur Moder. vbi ſupra, & dixi infra hoc eodem num.verſus finem. ibi. *Illa ergo &c.* Immo forus, quem ſortimur ratione contractus dicitur immutabilis, vt per Abb.in cap. propoſuiſti num.8.de for.compet.

Quarta: propter locū deſtinatæ ſolutionis l. contraxiſſe.ff. de act. & oblig. dummodo ibi reperiatur præſens, vt dixi infra cap.101. ſub num.30. verſus finem.ibi. cæterum.&c.

Quinta: propter ſituationem bonorum, de quibus vertitur controuerſia, dicto cap.Romana.§.cōtrahentes. Hoſtien.in ſum.eod.tit.§.2.verſ. Item ratione contractus, & Gail.in ſuis pract. obſeru.lib.1. obſeru.56.num.5. & 6. vbi ait, potius monitionem quandam eſſe litis mouendæ, quàm citationem: vide etiam Moder. loco cit.num.20.

Quòd autem quis ſit ſubditus, ab vna tātum cauſa procedit, nimirum propter electum domicilium, & habitationem.l. domicilium.ff.ad Municip.l. ſi in patria.C.de incol.lib.10. Dec. in ca.ad noſtram.nu. 3.de appellat.& conſ.661.num.6. Soci. in dicto ca. licet ex ratione num.8.de for.compet.Alex.in l. penul.num.12.ff de iuriſd.om.iud.quos omnes refert, & ſequitur Gail. dicto tract. de pign. obſeru.15.nu. 7.Redeo modo ad diſtinctionem. Si eſt ſubditus, tunc Doctores valde cruciantur, adeo quòd poſt lōgas eorū paleſtras, & diſceptationes dixerint, quæſtionem Ceſareę determinationi remittendam eſſe, vt tradunt Ang. & Iaſ. in l. fin. primus num.6. & ſecundus nume.24.ff. de iuriſd. om. iud. quos referunt Maran.in ſuo Spec.par.6.memb.1.num.40.& Gail.in pract.obſeru.lib.1.obſeru.56.num.1. qui tamen inaduertenter loquitur de non ſubdito. Vt autem intelligas punctum difficultatis, conſidera tres caſus: primum, quando iudex vult mittere literas ad Iudicem loci, in quo reperitur ſubditus citandus, illiſque Iudicem rogare, vt ſubditum illum faciat citari, & iſto caſu dicas, quòd poteſt per tex.in l.1.§. 1.ff. de requir. reis. & in §. Si vero quis comprehēſorum. Auth.vt null.iud.& in l.1.§.hæc autem.ff.de ſeru.fugit. & in l.2. C. eod. quo caſu iudex rogatus remittit ſolo verbo, & non inuenio aliquem Doctorem, qui aſſerat, hoc modo ſubditum citari non poſſe, vt patet ex his, quæ deducunt Andr. de Iſern. & Matth.de Affl. in conſt tutione. In ciuilibus nu.11. & 12.& in conſtitutione. edictorum. num.13.lib.1. & Moder. tract. de proceſ.par.3.ca.7. ſub num.35. & quòd hęc reſolutio ſit clara tradit in terminis Iaſ. in dicta l.fin. num.24. Et hic eſt bonus citandi modus teſte Oldr.conſ.88.incipien.tertio queritur.circa fin.num.5. & ſeruatur cōmuniter * vt dicit Clar. lib.5. recept. ſent. quęſt.31. verſ. ſed hæc quidem omnia.

Secundum caſum: quando vellet mittere nuncium, ſeu Satellitem ad capiendum reum: & iſto caſu non poteſt teſte Iaſ.vbi ſupra: ratio eſt, quia occuparetur aliena iuriſdictio, vt bene deducunt Moder.vbi ſupra ſub nume.32.& faciunt ea, quæ dixi infra cap.42.num.12.

Tertium caſum, quando vellet per propriū nuncium citare verbaliter, & hic iacet lapis ponderoſus, militantque Doctores, quos allegat Iaſ. dicto num. 24.Nam Bar. in extrauag.ad reprimendum.in verbo.per edictum, & alij, quos refert, & ſequitur Boſſ. tract.crim.tit.de citat.num.20.tradunt, quòd poſſit Alber.in l.1.ſub.nu.2.ff.de requir.reis. dicit, ſe credere, ꝙ de ſubtilitate iuris iudex poſſit citare reum extra ſuum territorium. Pro contraria tamen opinione facit textus in Clem. paſtoralis, de re iudic. quem allegat Affl. dicta conſtitutione. Edictorum. num.15. facit etiam communis * concluſio de iure, quæ vult, vt iudex debeat citare per literas, directas iudici illius loci, vt de hac communi concluſione teſtatur Maran. in ſuo Spec.par.6.memb.1. num.40. facit quoque generalis conſuetudo, quæ vult, citari per literas, vt dixi ſupra in primo modo: & hac conſuetudine attenta, non eſt ſuper hoc amplius inſiſtēdum, vt dicit etiam Clar. dicto verſ. Sed hæc quidem omnia.

Inſurgit tamen rurſus difficultas: nunquid hæc communis concluſio, & practica procedat etiam ſi vterque locus, is ſcilicet, vbi manet iudex citans, & is, vbi manet reus citandus, ſit ſub eodem domino, ſeu dominio? Reſpondeo, aut loquimur de iure: aut de conſuetudine, & ſtylo. Si de iure, res reincidit in priorem controuerſiam: Nam, quòd concluſio ſupra firmata adhuc procedat, tenuerunt cōmuniter * Canoniſtæ, vt ex Aret.conſ.135.refert Clar. lib.5.recept.ſent.quæſt.31.verſ.poſſet forte. Videturque confirmari ex ijs, quæ ad hoc ipſum propoſitum adducunt Moder.tract.de proceſſ.par.3. cap. 7.nu.29. cum ſeq. vbi recenſent apologum, ſeu inquam fabulam illam de Richardo Rege Angliæ, qui non cognitus accepit alapam à quodam ruſtico, ex quo recuſabat lauare manus in ſua domo: & ille ruſticus dicebat ei, quòd quilibet eſt Rex in domo propria. Contrariam ſententiam, quòd concluſio

cluſio non procedat, poſſitque iudex mittere proprium nuncium ad citandum, non aliter requiſito iudice illius loci, tenuit Bar.in dicta l.1.§.1.num.3. ff.de requir. reis. quem communiter* ſequuti ſunt legiſtæ, & cæteri omnes, prout de legiſtis teſtatur Aret.dicto conſ.135.col. fin. & de reliquis indiſtinctè Iaſ.in dicta l.fin. ſub nu.24.ff. de iuriſd.om. iud. quem referunt, & ſequuntur Marſ. in eadem l.fin. num.34.& alij, quos refert Clar. dicto verſ. Poſſet fortè,& huic communi opinioni conformẽ eſſe traditconſtitutionem. in ciuilibus. Affl.in eadem conſtitutione not.6.num.10.lib.1.dicens,in Regno poſſe vnum iudicem citare extra Prouinciam, non requiſito Iuſtitiario illius loci,quia ex quo Rex eſt vniuerſalis Dominus illius Regni, potuit Iudicibus dare illam iuriſdictionẽ, quod idem ſentit Boſſ. tract. crim.tit. de citat. num.24. & 26. Cæterum And. de Iſern. ibidem, & Maran.in ſuo Spec. par.6.memb. 1.ſub nume.40. contra Affl.dicunt, hoc non colligi ex allegata conſtitutione, propterea que requirendum eſſe iudicem illius loci. Verum licet ex illa cõſtitutione non colligeretur,quòd Rex dederit hanc facultatem Iudicibus citãdi extra Territorium per proprium nuncium,quòd non concedo. Sed diſcutiendum relinquo Regnicolis: tamen, quia Statuta recipiunt interpretationem à iure communi, vt tradunt Bar.in l.omnes populi ſub nume.60.ff. de iuſt. & iur.& Bal.in l. maximum vitium.C.de lib.prçter. & Menoch.de arb.iud.lib.2. cent.4.caſ.321.nu.13. dico,quòd attenta hac communi cõcluſione, quòd iudex poſſit citare extra Territorium, quando loca ſunt ſub eodem Domino. Affl. in ſubſtantia bene, ac uerè videtur locutus. Crederẽ nihilominus,huic communi opinioni,& interpretationi Afflicti neceſſario addendam eſſe hanc diſtinctionem. Aut iſta loca ſunt ſub eodem Domino tum reſpectu dominij directi, tum reſpectu dominij vtilis, & iſto caſu indiſtinctè procedat concluſio. Aut ſunt ſub eodẽ Domino directo, & ſub diuerſis vtilibus, hoc eſt Feudatarijs, & tunc vel loquimur de iudice Domini directi,& ſimiliter procedat concluſio: vel loquimur de iudice Feudatariorum,& concluſio non ꝓcedit, quia iudex vnius Baronis non citabit in terra alterius Baronis. & hęc dicta ſint de iure. Si loquamur de conſuetudine: rurſus diſtinguo. Aut iudices ſunt æquales,hoc eſt vnus nõ recognoſcit alium vti ſuperiorem, ſeu Auditorem reclamationum recurſuum,& appellationum, & tunc indiſtinctè rogatur iudex illius loci, vt permittat citationem executioni mandari prout de hac practica contra Bar. teſtantur Boſſ.tract.crim.tit.de citat.ſub num.24.& 26. & Clar. dicta quæſt.31. verſ. poſſet fortè dicens in fine,ab hac practica vllo modo recedendum non eſſe, & hæc practica in tantum ſeruatur, vt etiã in terris eiuſdem Baronis in Aprutio vnus Iudex non citet in iuriſdictione alterius iudicis,quamuis vterque ſit iudex eiuſdem Baronis: quicquid in cõtrariũ ſentire videatur Maran.iſto caſu dicto memb.1.nume. 40. in fine. finge ergo, quòd Iudex Tiburtinus velit citare in ciuitate Tuſculana, vtique debet hortari commiſſarium ciuitatis Tuſculanæ, quãuis vtraque ciuitas immediatè ſubiaceat ſedi Apoſtolicæ.

Aut iudices non ſunt æquales: vtputa,quia vnus eſt ſuperior, qualis eſt Auditor Cameræ, Gubernator Vrbis, & alij Auditores reſpectu iudicum primarũ cauſarum,& hi citant, non requiſito iudice illius loci. Vnde nuncius Regius, qui accedit cũ prouiſione Regia ad citandum aliquem in terra Baronis,nõ tenetur accedere ad Baronem, ſeu officialem illius pro licẽtia antequam citet, quia Curia Regalis non tenetur requirere,& ita ſeruatur in Audientijs Regijs Regni Neapolitani, quia citant ſine requiſitione Baronis,vide Foller. in pract.crim.in verbo. fiat relatio nuncij. num.17.Pro complemento ſcias, ꝙ iudex hortatus ad permittendam executionem citationis, debet illam libenter indulgere: quia, vt dicit Gand.tract.de Malef.Rubr.de citat. ſub nu.2. omnis Magiſtratus tenetur alteri Magiſtratui obedire in his,quæ pertinent ad eius officium,& manus manum fricat, vnuſque Magiſtratus alterius armis indiget, vt tradunt Moder.tract.de proceſ.par.3.cap. 7.nu.35.& ſolet hortari potius de vrbanitate,quàm ex neceſſitate iuris. Et hæc dicta ſint, quando citatur ſubditus extra iuriſdictionem. Si verò non eſt ſubditus,& tunc ſunt cõſiderandi plures caſus. Aut enim ſequitur forum propter locũ geſti contractus, & iſto caſu circumferuntur duæ ad minus opiniones,vt innuit etiam Bar. in l.hæres abſens, §.ſi quis tutelam.ff.de iudic.altera, quòd iudex loci geſti cõtractus poſſit citare per proprium nuncium,vt tenet Io. Andr. in cap. Romana.§.contrahentes. de for. compet.in 6.quia vt ex Ioan. Monac. & Domin. in dicto §. contrahentes refert Affl.in cõſtitutione edictorum,ſub num.15.lib.1. Citatio habet duo extrema:vnum, quando iudex dicit,fiat citatio,& hęc eſt ſententia interlocutoria.l. omnes.§. præterea, & l. cum clericis. in fi.C. de Epiſc. & cler. & l. fin.C. de procur.quæ interlocutoria ferri nõ poteſt extra territorium: alterum, quando citatio intimatur parti, & quia hæc intimatio haud eſt iuriſdictionis, ideo non mirum, quòd poſſit executionem habere extra Territorium, vel ſaltẽ debet poſſe citari per literas ſubſidiales,vt dicebamus paulo ſuperius ibi. *Vt autem intelligas*. Suadeturque hæc opinio, quoniam contrahens alicubi, licet non exprimat vbi velit cõueniri, ipſa tamen lex præſumit, ſeu potius fingit, contrahentem intelligere, ſe velle conueniri, ac iudicari vbi negotiũ gerit. l.1.& 2. C. vbi de ratiocin. agi opor.l. hęres abſens.§. ſi quis tutelam.ff. de iudic.

Contrariam opinionem, quòd iudex minus per literas ſubſidiales citare poſſit extra territorium, tenuerunt quàm plures, moti ex textu in dicto cap. Romana.§.cõtrahentes. quem textum veluti deciſiuum caſus in terminis adducit Bar.dicto §. ſi quis tutelam,ſub num.1.dicens, per illum textum apparere, in contractibus non eſſe locum remiſſioni, & hæc eſt communis* opinio,de qua teſtatur Marian. Soci.in cap.dilecti num.38.de for.compet.quem referunt,& ſequuntur Moder.tract.de proceſ.execut. par.2.cap.1. nume.37.Hacque communi opinione ſtante, videlicet, quòd in contractibus non ſit locus remiſſioni,quis ibit inficias, quòd iudex non poteſt citare extra territorium? Illa ergo concluſio, quòd

contra-

contrahens ſortiatur forum loci geſti contractus, ꝓcedit, quatenus ibi reperiatur, & non aliter. Bar. dicto. §. ſi quis tutelam, & copioſius Moder. dicto ca. 1. num. 18. & 36. & cap. 3. num. 2. cum ſeqq. vel ſi ibi non reperiatur, quatenus ibi habeat pergulam, tabernam, armarium, officinam, aut alia bona, maximè ſi doloſè ſe abſentaſſet a loco contractus, quia tunc adhuc poſſet ibi procedi, proceſſuque compilato, poſſet executio relaxari cõtra bona ibidem ſita, vide Moder. dicto ca. 1. num. 38. cum ſeqq.

Aut ſequitur forum propter originem vel ſuam, vel paternam, & ſimiliter dico, originarium poſſe conueniri in loco originis, quatenus ibi reperiatur, & non aliter. Bar. in l. aſſumptio. §. 1. ff. ad municip. Abb. in cap. poſtulaſti. col. 1. de for. compet. Paul. de Caſtr. in l. 2. C. de iuriſd. om. iud. Ant. de Butr. conſ. 21. quos refert, & ſequitur Affl. deciſ. 384. nume. 6. idem quoque firmat Gail. in pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 36. num. 6. cum ſeqq. & præſertim nu. 10. Quare iudex originis non poteſt citare extra territoriũ, & hæc eſt communis, * de qua teſtatur Boſſ. tract. crim. tit. de for. compet. num. 73. & tit. de cit. nu. 30. quẽ refert, & ſequitur Clar. lib. 5. recept. ſent. quæſt. 39. in princ. & notat Mandoſ. in addit. ad Boſſ. vtroque loco.

Aut ſequitur forum propter ſituationem rei, & tunc poterit iſte iudex citare per literas ſubſidiales, vt tradit Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 56. nu. 5. & 6. dicens, eas habere vim quandam inſinuationis futuræ litis, earumque virtute poſſe in illius contumaciam procedi ad miſſionem in poſſeſſionem illius rei petitę. vide omnino quæ ſcripſi ſupra ca. 33. num. 13. verſ. *Subijciamus.* & cap. 34. num. 14. verſ. *Quartus caſus.* & ſi vultis ſcire, qualis eſſe debeat citatio per literas in ſtatu eccleſiaſtico, legite conſtitutiones Marchiæ lib. 4. cap. 10.

7 † Poſtquam vidimus, an & quando poſſit iudex citare extra ſuum territorium per ſubſidiales literas directas iudici illius loci, fingamus modo, quòd iudex recuſet, illum citari, prout faciunt multi iudices, qui non ſolum nolunt permittere, quòd citetur, ſed quod peius eſt, inhibent ei, qui eſſet citatus, ne illuc compareat, & Principes, adherẽtes æmulationibus poteſtatum, & non cognoſcentes ſuggeſtiones eorũ qui ſunt à lateribus, & ſæpe lac, & lanam captant, & pro ſuo commodo laborant, ac placentia loquuntur, hoc tolerant, vt ex Zaſ. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. num. 32. ff. de verb. oblig. referunt Moder. dicto tract. de proceſ. par. 3. cap. 7. num. 35. in fine, quæro quid erit agendum? Reſpondeo, duplex remedium ſupereſſe. Poteſt enim talis iudex coram ſuo Superiore querelari ex quo non facit id, quod iuris eſt, vt eum compellat, Felyn. in cap. fin. num. 1. in fine de for. compet. & priuet iuriſdictione, vt ex Hoſt. & Dyn. refert Affl. in cõſtitutione edictorum. num. 14. lib. 1. Poterit etiam tunc iudex citans citare per ſe ipſum quoad omnes effectus condemnationis, vt tradunt Bar. in extrauag. ad reprimendum, in verbo. per edictum. ſub nu. 12. Neuiz. conſ. 70. nu. 4. Boſſ. tract. crim. tit. de citat. num. 23. & Moder. in quæſt. crim. lib. 1. quæſt. 11. ſub num. 43.

Expedito primo membro, quãdo ſcilicet ſumus in ciuilibus, reliquum eſt, vt aggrediamur ſecũdum, quando ſumus in criminalibus, quomodo citentur abſentes. Sed priuſquam vlterius progrediamur, reminiſci oportet, quòd ad hoc, vt quæſtio habeat locum, debemus præſupponere competentiam iudicis citantis: aliàs ſi eſſet incompetens, fruſtra quęreremus, quomodo debeat citare: competẽtia pręſuppoſita, ſciendum eſt, reum poſſe triplici ex capite forum ſortiri: primo ratione originis: Secundo ratione domicilij: tertio ratione loci commiſſi criminis. Quòd ſi reus ea ratione poſſet ſequi forũ, quia eſſet ibi captus, iſte eſt caſus extra terminos, cum loquamur de reo abſente, citando per literas. His præſuppoſitis, ſciendum quoque eſt, conſtitui in propoſito differẽtiam inter Iudicem originis, domicilij, & loci perpetrati delicti, vnde de ſingulis diſtinctè venit agendum.

8 † Quæro igitur primo loco. An Iudex originis poſſit citare per literas? Reſpondeo, videtur dicendũ, quòd ſic, quia Doctores admittunt, Iudicem originis poſſe procedere contra originarium delinquentem in aliena iuriſdictione, licet poſt cõmiſſum delictum mutauerit domicilium originis l. 2. & ibi Bar. C. de iuriſd. om. iud. Alex. in l. cum quædam puella. col. 1. & 2. ff. eod. Aret. conſ. 236. col. 2. & 3. & in ca. propoſuiſti, de for. compet. quos refert Boſſ. tract. crim. tit. de citat. num. 18. Idem quoque tradit Clar. lib. 5. recept. ſent. quæſt. 39. in princ. Si poteſt procedere, ergo citare. Cæterum tu, re diligentius excuſſa, conſidera plures caſus, quia reperies argumenti debilitatem, & ſimul veram quæſiti deciſionẽ. Aut ergo originarius deliquit in loco originis, & tunc cõtra eum poſſet dari proceſſus etiam ratione loci cõmiſſi delicti, de quo dicam inferius, propoſitęque difficultatis thema ſimpliciter non retineremus, vt innuit etiam Boſſ. loco citato num. 19. quia eſſemus in duobus vinculis, & non in vno, quod minus ſtringit vulg. iur. Aut deliquit extra territorium originarium, & hic eſt proprius caſus, in quo rurſus diſtinguo. Aut quærimus in genere, an iudex originis poſſit procedere contra iſtum originarium delinquentem in aliena iuriſdictione, & tunc proprium ſcopũ propoſiti quæſiti adhuc non attingimus, quia licet Doctores dicerent, poſſe procedi, tamen quis nobis reuelat, an id intelligant, quando reperiretur præſens, vel etiam quando eſſet abſens? quod ſeruiat pro reſponſione ad argumentum, quod ſupra ſumpſimus ex l. 2. C. de iuriſd. om. iud. Bar. Alex. & alijs. Sed quamuis ita ſit, ne tamen difficultatem ſubterfugere videamur, hanc quoque difficultatẽ ita ambiguè poſitam ſtatui diſſoluere. Aut igitur præcedit Accuſatio, ſeu inquam querela partis offenſæ. Aut non præcedit, ſed Iudex vult procedere ex officio. Si primo caſu, tunc clara res eſt, quòd Iudex originis poteſt procedere, vt dicit Boſſ. tract. crim. tit. de for. compet. num. 182. quinimo, vt teſtatur Clar. dicta quæſt. 19. verſ. Sed quæro: de hoc nullus dubitat, & faciunt quæ tradit Gand. tract. de maleſ. in q. poſita in fine tractatus. Si verò ſumus in ſecundo caſu, quando vellet procedere ex officio, tunc inſurgit conflictus opinionum, quarũ aliquę ſunt de diametro contrarię, aliquę verò conciliatrices. Etenim

Odoffr.

Odoffr. & Iac. de Beluiſio in l. 1. C. vbi de crimine agi oportet, & in l. fin. C. de iuriſd. om. iud. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de compet. iudi. §. 1. in additione. incipien. antequam. verſ. longè plus, & Alber. in 3. par. Statut. quæſt. 36. num. 6. tenent negatiuam, quòd iudex nõ poſſit procedere, & quòd * hæc ſit magis communis * opinio teſtantur Gram. deciſ. 26. ſub num. 10. Bologni. conſ. 8. col. 2. Ioan. de Amic. conſ. 60. num. 10. Rol. à Val. conſ. 19. nu. 20. lib. 2. & hanc opinionem ſecutus eſt Senatus Pedemontanus de anno Domini 1567. die 12. Augusti in cauſa Gatinariæ, vt refert Theſſau. Foſſan. deciſ. 90. num. 6. in fine, & ratio, qua mouentur auctores huius opinionis eſt, quia illi Reipublicæ, & poteſtati, in cuius territorio delictum patratum nõ eſt, non dicitur facta offenſio, & propterea eam vindicare non habent, quia de his, quę foris ſunt, nihil ad nos, cap. gaudemus de diuort. Boſſ. tract. crim. de for. compet. num. 14. & Thom. Triuiſ. deciſ. 67. ſub num. 20. verſ. nec obſtat lib. 1. & hęc opinio, quæ eſt magis communis ſecundum allegatos Doctores, tunc procedit ſecundum Marſ. in pract. crim. §. cõſtante nume. 90. in fi. quando proceſſiſſet etiam iudex loci delicti.

Contrariam opinionẽ, quòd iudex originis poſſit procedere, & inquirere etiam ex officio tenuerunt Cyn. & Caſtren. in dicta l. 1. C. vbi de crim. agi oport. Bar. in l. 1. nu. 45. & ibid. Bal. C. de ſum. Trin. Ang. tract. de Malef. in verbo. Hæc eſt quædam inquiſitio. nume. 83. Vincent. de Franc. deciſ. 66. & Theſſaur. Foſſanen. dicta deciſ. 90. num. 7. & quòd * iſta ſit communis * opinio teſtantur Affl. in conſtitutione. Eos, qui ſcienter, ſub num. 21. lib. 3. dicens ab hac neminem diſcrepare. Auguſt. ad Ang. vbi ſupra num. 83. in fine. Marc. deciſ. 986. nu. 6. & quòd hæc ſit crebrior, verior, & maioris ponderis teſtatur Syluan. conſ. 103. lib. 2. & quòd ſit magis communis nouiſſimè teſtať P. Io. Anch. Regienſ. quæſt. familiar. lib. 3. quęſt. 7. num. 3. & ſeq. & quòd ſeruetur in practica, & vſu teſtantur Boſſ. tract. crim. tit. de for. compet. in fine, concludens propterea, ſuper hoc non eſſe inſiſtendum. Cagnol. in l. fin. nu. 153. ff. de iuriſd. omn. iud. & Clar. dicta quæſt. 39. verſ. Sed quæro nunquid, dicens à practica recedẽdum non eſſe, præſertim in criminalibus. Quid ergo dicendum? res enim adeo controuerſa eſt, vt alij eã irreſolutè tractauerint, prout fecerunt Alex. conſ. 111. col. 2. lib. 1. & Bal. in ſua margarita. §. iudex col. 3. verſ. *Iudex in decidendo*. Alij verò ſibimet contrarij extiterint, vt de Bolognino notat Clar. dicto verſ. Sed quæro, & alij diſtinctionis fœdere conciliare conati ſint, tenentes iudicem originis procedere poſſe, ſi præuenerit, ſecus ſi fuerit præuentus, quod etiam ſentire videtur Boſſ. tract. crim. tit. de citat. num. 18. in fine. Sed hæc conciliatio non placet Claro loco citato, vbi ait præuentioni, & per conſequens remiſſioni locum nõ eſſe, ſi iudices ſint ſub diuerſis Præſidibus, quòd ſi ſint ſub eodem Præſide ait, locum eſſe non præuentioni, ſed remiſſioni ad iudicem loci delicti, quod etiam tradit Theſſau. Foſſanen. dicta deciſ. 90. num. 6. dicens, præuentioni locum eſſe inter plures iudices, iudicantes in eadem ciuitate, & ſeparatam habentes inter ſe iuriſdictionem. Et quòd de conſuetudine non fiat remiſſio teſtatur etiam Boſſ. tract. crim. tit. de for. compet. ſub num. 96.

Alij verò, inter quos fuit Bal. in l. 1. §. in initio, ſub num. 7. ff. de off. præf. vrb. quem refert etiã Auguſt. ad Ang. tract. de malef. in verbo. Hæc eſt quædam inquiſitio. num. 83. diſtinguunt inter ius canonicum, & ciuile, vt de iure Canonico nõ poſſit procedi pro delictis, commiſſis in aliena iuriſdictione, quod Auguſt. loco citato tradit notandum, quia in terris Eccleſiæ iudex fortè non poterit punire malefactorem committentem delictum extra territorium. Secus de iure ciuili, & ita cenſent, opiniones concordari.

Alij diſtinguunt inter delicta grauia, doloſè, & appenſatè cõmiſſa, vt pro his delinquens poſſit vbique puniri, ita poſt Plot. defendit Ludou. deciſ. Lucenſ. deciſ. 16. num. 18. cum ſeqq. quam diſtinctionem amplectitur etiam Theſſ. Foſſanen. dicta deciſ. 90. in fine, cum hoc tamen moderamine, quòd iudex originis puniat extraordinariè ſolum. Quæ nam igitur harum opinionum eſt tenenda? etenim ſi teneamus opinionem negatiuam, iam erit plenè ſatisfactum noſtro peculiari quæſito, quia ſi non poteſt procedere, minus poterit citare. Sublato enim fine, cenſentur ſublata principia, & media ad illum tendentia.

Breuiter, & declaratiuè procedendo. Si originarius, qui deliquit extra territorium originarium, reperiatur in loco originis, dico, quòd iudex originis poteſt procedere, & punire. Bar. in l. aſſumptio. §. 1. * ſub num. 2. ff. ad municip. & hęc eſt communis, * de qua teſtatur Alex. in l. cum quædam puella, col. 2. ff. de iuriſd. om. iud. quam referunt, & ſequuntur Boſſ. tract. crim. tit. de for. compet. num. 73. & tit. de citat. nume. 30. & Gail. in pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 36. nume. 10. & iſta concluſio à fortiori habet locum in iudice loci commiſſi delicti, item in iudice domicilij, vt per eundem Boſſ. dicto tit. de citat. num. 20. & 21. maximè in iudice domicilij dicentem, quòd poterit procedere etiam ſi foret abſens, & ab hac opinione non recedas, quia eſt vſu, & practica comprobata per ea, quæ adduxi, paulò ſuperius, & qui vidit, poteſt teſtimonium perhibere, vt ait Cagnol. in l. fin. nu. 153. ff. de iuriſd. om. iud. relatus per Clar. dicta quæſt. 19. verſ. Sed quæro.

Si verò eſt abſens, & tunc intrat punctus noſtræ difficultatis, nunquid ſcilicet Iudex originis poſſit originarium delinquentem in aliena iuriſdictione citare per literas.

Reſolutiuè procedendo teneo, quòd non per ea, quæ ſuperius retuli ex Bar. in l. aſſumptio. §. 1. ſub num. 2. ff. ad municip. ex Boſſ. & Gail. in locis allegatis, & ita procedat opinio negatiua, & ab iſta noſtra diſtinctione non recedas, quia non ſolum ſeruatur in practica, ſed concordat opiniones. Neque obſtat, ꝙ Clar. lib. 5. recept. ſent. quęſt. 19. in principio dicat, iſtam diſtinctionem procedere ſolum in ciuilibus, & non in criminalibus, in quibus credit cõtra originarium poſſe inquiri, & procedi indiſtinctè ſiue ſit pręſens, ſiue ſit abſens, quia reſpondetur, ip-

ſum

ſum loqui cõtra quamplures Doctores ex ſuperius allegatis, qui loquuntur in materia criminali. Et dato, quòd Alex. & aliqui alij loquantur in materia ciuili, ergo non procedit in criminalibus, nego conſequentiam, & ita ſit ſatisfactum quæſito.

9 † Quæro ſecundo de Iudice domicilij, nunquid poſſit citare incolam delinquentem extra territoriũ domicilij? Reſpondeo, Bar. in extrauag. ad reprimendum, in verbo. per edictum, ſub num. 9. quem refert, & ſequitur Boſſ. tract. crim. tit. de citat. nume. 20. tenet, quòd ſic: idẽ etiam firmat Gail. dicta obſeru. 36. num. 11. inferens, potentius eſſe ius domicilij, quàm originis ratione fori, & quando dicatur contractum domicilium vide l. 2. C. de incol. Bar. in l. lex Cornelia. ſub num. 1. verſ. Si tamen fundum. ff. de iniur. Riminal. Senior. conſ. 237. nu. 1. & alios, quos refert, & ſequitur Thom. Triuiſ. deciſ. 23. nu. 3. & ſeqq. lib. 1. ex quibus concluditur, requiri habitationem decennalem, & quòd fuerit non ratione alicuius officij, ſeu lucri, ſed melius ac magis diſtinctè Luc. Pæt. videndus in pract. capit. lib. 1. cap. 6. nume. 4. & ſeq. At quid erit dicendum, ſi iſte delinquens mutaſſet domicilium? Reſpondeo, Bar. in l. 2. C. de iuriſd. om. iud. tenet, quòd adhuc poſſit conueniri, tam in primo, quàm in ſecundo loco domicilij. Contrarium tamen concludit poſt Aret. Marian. Soc. in cap. fin. verſ. decimo principaliter quæro. de for. compet. quos refert, & ſequitur Boſſ. dicto tit. de citat. num. 18. in fine. Non obſtat textus in dicta l. 2. C. de iuriſd. om. iud. quia, vt bene reſpondet Abb. in cap. propoſuiſti ſub num. 8. de for. compet. loquitur eo loci Imperator de domicilio, vbi cõtraxit, habendo reſpectum ad id, quod communiter fit, quo caſu concurrit forus ratione prioris domicilij, & forus ratione contractus, vnde non eſt mirum, ſi poſſit eo loci conueniri, non obſtante mutatione.

10 † Quæro tertio de Iudice commiſſi delicti? Reſpondeo, quòd non poteſt, quia de eo dicimus idẽ, quod aſſerimus de iudice originis: videlicet, quòd poteſt procedere contra delinquentem, ſi ibi reperiatur, & non aliter. Gail. dicta obſeru. 36. nume. 13. lib. 2. Rot. tamen deciſ. 15. aliàs 464. de iudic. diſtinguendo ait, aut delictum commiſſum eſt leue, aut graue, ſi leue, tunc neque citatio, neque remiſſio habet locum. Si graue, tunc Iudex loci, vbi delinquẽs moratur, ad requiſitionem Iudicis loci cõmiſſi delicti citabit delinquentem, qui arctabitur ad comparendum ita, vt ſententia contra ipſum lata teneat, ſitque locus remiſſioni. Et cum hac deciſione concordant Boſſ. tract. crim. tit. de citat. nume. 21. & tit. de for. compet. num. 47. & 48. & Clar. lib. 5. recept. ſent. quæſt. 31. verſ. Sed hæc quidem omnia, qui tenent, poſſe citari per literas ſubſidiales. Et hunc citandi modum dicas ſeruandũ eſſe per Iudicem domicilij: quamuis Bar. in dicta extrauaganti. Ad reprimendum. in verbo, per edictum: teneat, poſſe citari etiam per proprium nuncium. Et hæc dicta ſint de iure. Cæterum de conſuetudine iſte modus citãdi per literas ſubſidiales receſſit ab aula, vt etiam teſtatur Boſſ. dicto nume. 21. in fi. & ratio receſſus eſt

11 id, quod dixi ſupra nume. 7. † Practica ergo citandi delinquentes abſentes eſt, vt citentur in loco ſolitæ habitationis, ſi illam habeant, dimiſſa copia, & pro abundantiori cautela, etiam per edictum in valuis Curiæ, vtrobique per affixionẽ, ſi domi non ad ſint domeſtici, & familiares, qui illam recipiant, & ita vidi ſeruari, & ſeruaui in ſtatu eccleſiaſtico, vt dixi infra cap. 45. ſub num. 23. ibi. *Quæro modo.* Quòd ſi iudex ignoret vbi forenſis delinquens habeat domicilium, prout hanc ignorantiam regulariter fingunt Iudices maleficiorum, tunc citabitur per edictum, & non per literas, Felyn. in cap. fin. ſub num. 1. circa fin. de for. compet. Et quòd ita ſeruetur in ſtatu Mediolani teſtatur Boſſ. tit. de for. compet. nu. 47. Hæc eadem practica ſeruatur hic in Vrbe, vt teſtatur etiam Proſp. Farinac. vbi ſupra nume. 43. verſ. *Sed quicquid ſit dẽ iure.* Quòd ſi iudex loci commiſſi delicti ſciat domicilium, deberet citare per literas ſubſidiales, vt tradit idem Felyn. vbi ſupra. Non obſtat, quòd Gandin. tract. de maleſ. in Rub. de citat. ſub nu. 4. dixerit, vltra citationem factam domi requiri citationem perſonalem, faciendam per literas directas illi Magiſtratui, vbi reus degit, quod probari videtur in l. 1. ff. de requir. reis. Nam idem Gand. vbi ſupra in fin. & Boſſ. vbi ſupra tit. de citat. nu. 17. tenent, quòd in practica ſufficiat citatio facta domi:

* immo quòd ita de iure ſe habeat communis * opinio teſtatur Rom. conſ. 454. num. 5. licet prẹſupponat diligentiam factam de reperienda perſona. Sat prata biberunt.

De citatione per edictum, per proclama, & per Campanam in criminalibus. Cap. XLI.

SVMMARIVM.

1 *Citatio per edictum in criminalibus habet locum nõ ſolum in caſu non tuti acceſſus, ſed etiam in caſu abſentiæ malefactoris.*

SATIS ſuperius cap. 34. explicuiſſe videmur naturam, & proprietates huius citationis, eiuſque practicam in criminalibus docuimus cap. proxime prẹcedenti in fine, † hic repeto tantum, quòd hẹc citatio in criminalibus fit non

1 ſolum in caſu nõ tuti acceſſus, ſed etiam in caſu abſentiæ malefactoris, qui ſi exiſtat in alieno Territorio, & in loco commiſſi delicti domicilium nõ habeat, fingitur ignoratus locus, vbi habitat, citaturque per edictum tanquam vagabundus. De reliquis duabus ſpeciebus citationis, videlicet per proclama, & per Campanam, ſimiliter verba facienda non ſunt, quia neceſſaria tradidimus ſupra cap. 35. & 36.

De

De citatione Reali, ſeu captura in criminalibus. Cap. XLII.

SVMMARIVM.

1 *Captura non eſt concedenda, niſi præcedente legitima informatione, quia proceſſus non poteſt ſumere initium à captura.*

2 *Informatio præcedens capturam qualis, & quanta debeat eſſe relinquitur arbitrio Iudicis.*

3 *Captura ad ſolam querelã partis non eſt concedenda.*

4 *Captus ſine legitima informatione debet ſtatim relaxari ſine vlla impenſa.*

5 *Captura quando poſſit concedi ad ſolam querelam partis.*

6 *Captura an poſſit decerni, quando ſumus in delicto facti permanentis, & nõ conſtat de corpore delicti.*

7 *Captura in grauibus delictis requirit maiorem informationem, quàm in leuibus, & ſimiliter captura diuitis requirit maiorem informationem, quàm captura pauperis, & abiecti.*

8 *Informatio, quæ debet præcedere capturam, nunquid debeat eſſe iudicialiter redacta in ſcriptis per notarium Maleficiorum.*

9 *Captura nunquid poſſit decerni ob ſolam ſuſpitionem fugæ.*

10 *Suſpitio fugæ ex quibus probetur.*

11 *Captura in caſu prohibito decerni non poteſt, quamuis præcedat legitima informatio.*

12 *Iudex non poteſt mandare capturam ſubditi in alieno territorio.*

13 *Iudex non poteſt mandare, vt reus capiatur in eccleſia, & quid in hoc ſeruetur de conſuetudine.*

14 *Iudex ſæcularis non poteſt decernere capturam perſonæ eccleſiaſticæ.*

15 *Captura nunquid poſſit decerni pro delicto, pro quo non ſit impoſita pœna corporis afflictiua.*

16 *Captura, an poſſit decerni ante formatam inquiſitionem.*

17 *Malè captus nunquid ſit relaxandus, ſi appareat, quòd eſt denuo capiendus.*

18 *Capturæ mandatum quæ debeat continere, & quòd ſemper eſſet illud apponendum in proceſſu.*

1 IN hac † materia capturæ traduntur tria inconcuſſa præcepta: primum, ꝙ captura nõ ſit ex abrupto concedenda, ſine aliqua legitima informatione p̃cedente, ad tradita per Marſ. in pract. crim. §. cõſtante. nume. 1. & Rol. à
* Val. conſ. 17. num. 2. lib. 3. Eſtque communis * ſententia, de qua teſtantur Nouel. in ſua pract. crim. §. 1. nu. 23. fol. mihi 25. & Bonacoſ. in ſuis com. opin. par. 1. verſ. Carceratio, & retentio fol. mihi 21. quos refert, & ſequitur Moder. in queſt. crim. lib. 1. queſt. 27. nume. 112. & corroborat numeris ſeqq. teſtantur etiam de communi Boſſ. tract. crim. tit. de captura num. 3. & Ioan. Ant. de Nigris ſuper capit. Regni in cap. Subditorum, ſub num. 127. vbi plures adducit. Et hęc opinio ſeruatur in practica tam in ſtatu eccleſiaſtico, quàm in Regno: quicquid dicant nõnulli, qui aiunt, iudicem poſſe incipere à captura, nullis etiam pręcedentibus indicijs, quorum opinio eſt omnino erronea, quia certum eſt, proceſſum initiari non poſſe à captura l. nullus in carcerem l. fin. &, ibi Bar. Sal. & Bal. C. de exhiben. reis. Gomeſ. tom. 3. Var. reſol. cap. 9. num. 1. Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 28. in princ. & nonnulli alij, quos refert, & ſequitur Pegn. in comm. ad Director. Eymer. par. 3. comm. 17. ſub num. 73. §. Ergo in hoc articulo. Et quia ex nihilo nihil fit, vt in hoc ipſo propoſito dicit Boſſ. vbi ſupra. Et licet Statuta Vrbis lib. 2. cap. 6. dicant, per illud ſtatutum non cenſeri ſublatam facultatem Iudici incipiendi etiam à captura inculpati iuxta diſpoſitionem iuris communis, tamen reſpondetur, quòd Statutum loquitur de captura, vt poſt aſſumptas informationes poſſit ab ea inchoari, omiſſa inquiſitione. Limita hanc concluſionem, vt non procedat, quando reus reperiretur in flagranti, quia tũc poſſet capi ſine vlla pręcedente informatione redacta in ſcriptis, & etiam ſine mandato Iudicis, glo. in l. neminem. C. de exhib. reis, & dixi infra ca. 78. ſub num. 5.

2 † Secundum, quòd illa informatio præcedens qualis, & quanta eſſe debeat relinquitur arbitrio Iudicis, qui ad plura debet reſpicere, vt dicit Iureconſultus in l. 1. ff. de cuſtod. & exhibit. reorum in illis verbis.

Hoc autem vel pro criminis, quod obijcitur, qualitate, vel propter honorem, aut propter ampliſſimas facultates, vel pro innocentia perſonæ, vel pro dignitate eius, qui accuſatur, facere ſolet.

Vide Clar. lib. 5. recept. ſent. quæſt. 20. in princ. & dicta quæſt. 28. verſ. ſcias autem, & quæ diximus nos infra in cap. . . . num. . . Videto etiam Moder. dicta quæſt. 27. num. 126.

Quale autem debeat eſſe hoc arbitrium, quibuſve præceptis veniat regulandum ſunt plures ſentẽtiæ, quàm capita. Ego tamen aliorum veſtigia, vti nimis polixa, ac confuſa haud ſequens, duabus, vel tribus concluſionibus id totum, quantum natura ſubiectæ materiæ patitur, complectar.

3 † Sit igitur prima concluſio negatiua, quòd ad ſolam partis querelam non eſt procedendum ad capturam, quia ſi aliter diceremus, eſſet in facultate cuiuſcunque vilis perſonæ facere carcerare quemlibet probum, & inſignem virum, vt tradit Clar. dicta quæſt. 28. verſ. ſcias autem, in princ. & iſta con-
* cluſio eſt communi * vſu recepta, vt teſtantur Ang. de Caſtr. inter conſ. crim. diuerſorum conſ. 94. nu. 2. lib. 1. & Blanch. in pract. crim. fol. 25. nume. 68. in fine, quos refert, & ſequitur Clar. vbi ſupra. Verum Blanc. eo loci loquitur de inquiſitione, & non de captura, quod animaduertit etiã Moder. dicta quæſt. 27. num. 113. & de inquiſitione loquitur ad effectũ cognoſcendi an ſit admittendus procurator: vnde parum facit ad propoſitum, non tamen recedas ab iſta concluſione, quia eſt communis, & ſeruatur in practica, & vbi eam vos, Domine iudex non ſeruaretis, teneberis in Syndicatu, vt dicit Clar. loco allegato, quem etiam ſequitur Moder. dicta quæſt. 27.

4 sub num. 122.† Et captus sine legitima præcedente informatione debet statim relaxari sine vlla impensa. Bal.& Ias.in l. si pacto quo penā. C. de pact. & Ang. tract. de Malef. in verbo fama publica, quos refert,& sequitur Boss.dicto tit.de captura nu. 4.& ex eo Farinac.vbi supra sub num.123. Et ita vidi seruari, & rescriptum quandoque Officialibus à Sacra Consulta. Vide pro intelligentia, quæ dixi infra num.17.

5 † Hanc conclusionem, quòd iudex non possit ad solam querelam partis decernere capturam, limita duobus casibus.primo,quando querelatus esset homo non multæ conditionis, & dignitatis, vrgeretque aliqua suspitio fugę,essemus in delicto magno, & querelans se obligasset de soluendis expensis casu, quo incontinenti non dederit debitas informationes. Boss.dicto tit.de captura, sub nu.3.in fi. quē refert,& sequitur Moder dicta quęst.27.num.121. & licet ita seruetur,tamen testatur vterque, non esse de iure.Vnde prębetur mihi ansa dubitandi.Nūquid suspicio fugę,de qua loquitur Boss.loco citato, requiratur de per se,an sufficiat illa,quæ resultat ex grauitate delicti, & qualitate querelati, qui sit non multæ conditionis,& dignitatis? Etenim si requiritur de per se, prout videt sentire Moder.in illis verbis. *Et concurrente etiam suspicione fugæ.* Dico,capturam posse decerni, etiam alijs qualitatibus non concurrentibus, & de iure, quia vbi periculum est in mora, de iure recedimus à regulis ordinarijs iuris communis, vt docui supra cap.37.num.7.& tradit Mars.in pract.crim.§. constante num.7. Et propterea debemus intelligere de suspitione fugæ, quę resultat ex eo ipso, quòd delictum est graue, & accusatus est persona vilis.Nam si per clara indicia sit suspectus de fuga,non est dubium, quòd potest capi sine alia consideratione, quia satis facit indicium fuga, vel actualis, vel præparata, vt dixi infra sub num.9.Et in Manuale iuris,in verbo,fuga: consulerem tamen isto casu iudici, vt si suspitio fugæ processerit à quibusdam signis remotis, & non multum euidentibus,abstineat à carcere,querelatumve quo poterit honestiori modo faciat coram se duci, ab eoque ita ducto fideiussionem exigat de non discedendo vel à Palatio,vel ab eius domo, vel à ciuitate, aut de se repræsentando iuxta qualitatem suspitionis fugæ,qua premebatur. Et denique, quia, vt dicitur, traditur officium,& non discretio, ita se vrbanè,& prudenter in omnibus gerat, vt querelatus quoad fieri potest nullo modo valeat coniecturare intentionem Curiæ, ne interim ita solutus faceret aliquam Stropham, & imposturam, corrumpendo testes,vel quid simile. Et ita ego in similibus casibus vsus sum. Nam si pro leui suspitione, seu debilibus indicijs leuibus mancipetur carceribus nō est,quòd timeas in Syndicatu, siquidem, sicut leuis febricula non dicitur febris l.1.§.proinde,& l.ob quæ vitia.ff. de ædil. edic.traduntque Vital.tract.de malef. Rub. forma relat.apparit.vel nuncij.num.48. & Maran. in suo Spec.par.6. memb.2. num.2. & leuis tortura non dicitur tortura. Bal. in l.2.C. quorum appellationes non recipiuntur. Mars. in l.repeti nume.5.ff. de quæst.& in pract.crim.§.quoniā. num.3.& Boss. tract.crim.tit.de tortura num.15.Crauet.cons.287. num.6.vers.item illud quòd dicitur, & communiter omnes in diuersis locis: ita quoque leuis carcer non dicitur carcer: accedatque, quòd est commensuratus qualitati indiciorum.

Limita secundo, quando querelans esset lethaliter vulneratus, quo casu iudex posset ad eius solam querelam, seu depositionem procedere ad capturā iuxta practicam, quam tradit seruari in Vrbe Moder.dicta quæst.27.sub nume.129. quia constitutus in periculo mortis non censetur immemor salutis æternæ,& pręsumitur propterea dicere veritatem: maximè si propè laboraret in extremis.Si vnquam enim habetur ab homine Christiano veritas,habetur quando constitutus in articulo mortis est recessurus ab hoc sæculo, vt latè in casu magis dubitabili conatur ostendere Mars. in pract. crim.§. diligēter sub num.18.vsque ad num.121.inclusiuè. Et faciūt tradita per Crauet. cons. 6. nume.51. cum seqq. & cons.158.nu.7.Brun. inter cons. crim. diuers. cons. 115.num.19.lib.2.Rol.à Val.cons.37.num. 2.lib.3. & Mascard.de probat.conclus.144.num.1.& 2. lib. 1. Accedat quia si facit indicium ad inquirendum, vt refert,& sequitur Boss.tract.crim. tit. de Inquisit. num.47.infero ego, quòd faciat indicium ad capturam,quia pro ea sufficiūt minora indicia, vt dixi infra sub nume. 16. Præterea si Doctores disputant, an faciat indicium ad torturam,vt per Mars.vbi supra. Ergo quis ibit inficias,quòd faciet indicium ad capturam?

Tunc autem ista limitatio procederet procul dubio, quando vulneratus decessisset cum illa depositione,quo casu extat communis * opinio, & practica, quòd faciat indicium ad capturam, vt refert, & sequitur Clar.lib.5.recept.sent. quæst.21.vers.asser tio vulnerati,circa medium. Poteris etiam pro vberiori doctrina videre quæ scripsi infra cap. 73. sub num.2. præsertim, ibi. *Insurgit modo difficultas.*

6 † Secunda conclusio erit, quòd ad capturam deueniri non potest,quādo sumus in delicto facti permanentis, nisi prius constet de corpore delicti, sed aduerte, quia Doctores in hoc puncto sunt varij. Nam Clar.lib.5.recept. sent.quæst.4.in princ. quoad decernendam capturam tenet, sufficienter dici constare de delicto per querelam, seu denunciationem.Et textui in l.1.§.item illud.ff.ad S.C. Silla. respondet, quòd loquitur de tortura non inferenda, nisi prius constet de corpore delicti. Aliter ergo ait constare debere respectu capturæ decernendæ,aliter vero respectu torturæ. Contrariam tamen opinionem firmant Mars.in pract.crim. in princ. num. 4.Anton.Gomez.in tit. de capt. reorum nu.1. Boss. tract.crim. tit.de delict.num.53.& de communi* testatur Bonacos. quem refert, & sequitur Moder. in quæst.crim.lib.1.quæst.2.sub num.1.vers.*Ratio autem*. Quæ conclusio adeo est vera in captura clerici, vt si is capiatur, nō constito prius de corpore delicti, detur lapsus in excommunicationem, secundum communem * sententiā,de qua testatur Corn. cons.325.litera C.lib.4.quem referunt, & sequuntur Clar.lib.5.recept.sent.quæst.28. vers.quæro nū quid. Et Moder. dicta quæst. 2. sub nume.2. vers.

Et

Et in clerico. Circa totam iſtam concluſionem, vide quæ tradidi infra cap. 83. num. 5. & 6. vbi etiam docui, debere conſtare non ſolum de corpore delicti, ſed etiam, quòd fuerit ſcelere cōmiſſum. Et aduerte, quia etſi de iure non dicatur conſtare de delicto ad effectum carcerādi ante publicationem proceſſus ad tradita per Affl. in conſtitutione. humanitate nu. 21. lib. 2. tamen in practica non ſeruatur.

7 † Tertia concluſio erit, quòd maior informatio debet præcedere capturam in leuibus, quàm in grauib[9], vt bene declarat Brun. in tract. de indic. & tort. par. 2. q. 9. nu. 6. & confirmat Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 27. nu. 124. Item maior requiritur pro captura diuitis, & bonæ famæ, quàm pro paupere abiecto, humili, & malæ famę, vt ad hæc omnia animaduertendum eſſe admonet etiam Clar. dicta q. 28. verſ. ſcias autem. Hoc igitur decretum capturæ requirit prudentem, circumſpectum, ac ſagacē Iudicem, qui ab vno latere reſpiciat, ne nimia deliberationis maturitate ſequat̄ fuga, & ab altero, ne nimia capturæ celeritate ſequat̄ indebita, ac calūnioſa læſio famę.

Sed ne curioſis ſicco pede tranſijſſe videamur. Quæro quid reſpondendum ſit ijs, qui dixerunt, ad capturam deueniendū non eſſe ſine indicijs: & Angelo Aretino, qui in tract. de malef. in verbo. Quòd fama publica. nu. 4. ait, ad capturā deueniri nō poſſe, niſi præcedentibus indicijs, aut diffamatione?

Breuiter agendo, dico, quòd ad eos, qui aiunt requiri indicia, ſatis, ſufficienterque reſponſum eſt à Claro dicta q. 28. verſ. ſcias autem.

Ad Ang. reſpondet Boſſ. tract. crim. tit. de captura. nu. 3. vbi eū declarat: & ꝙ de mēte Angeli ſit, vt etiam aliqualis informatio ſufficiat, patet expreſſe, quia hoc dicit in terminis terminantibus eod. tract. in verbo. iudex cōmiſit, ꝙ Caius nu. 4. in illis verbis. *Sed cauti iudices prouident, quia habita qualiquali informatione de delicto, iubent reum capi &c.*

Quæro etiam, quid reſpondēdum ſit Boſſio, qui dicto tit. de captura nu. 84. ait, in criminalibus poſſe incipi à captura, quod eſt contra noſtram primā cōcluſionem poſitā ſupra nu. 1. & 3. & contra ſeipſum eod. tit. nu. 3.? Reſpondeo, ꝙ ipſe loquitur de captura pro executione pœnæ ciuilis iā impoſitæ, in qua ait poſſe incipi à captura, omiſſa excuſſione bonorum: Vnde non loquitur de captura in initio proceſſus. hæcq; ſint obiecta, & diſſoluta potius pro curioſorū pruritu, q̄ pro aliqua ſagacium ſtudioſorū neceſſitate.

8 † Poſtremo loco vtiliter quęro, nunquid huiuſmodi informatio, ſeu indiciorū aſſumptio debeat neceſſario ante capturę decretum eſſe iudicialiter ſumpta, & redacta in ſcriptis per Notariū maleficiorum? Reſpondeo, Saly. in l. 2. num. 2. C. de cuſtod. reor. allegans notata per Iac. Butr. & Iaco. de Aretio, tradit, dici cōſtare ſemiplenè Iudici per informationē ab eo habitam à pluribus, non in figura iudicij, & hoc inquit ſufficere quoad ſubeundā tantum cuſtodiam. & ꝙ ita ſeruetur in practica, quādo delictum eſt enorme, teſtatur Cauen. ſuper ritu. 41. nu. 10. in fine. practicam eſſe in contrarium docent communiter * Doctores, & in ſpecie Marſ. in pract. crim. §. conſtante ſub nu. 11. dicens, ꝙ Notarius maleficiorum ſcribet dicta teſtium nō in libro authentico maleficiorum, ſed in quadam Vachetta, ſeu Baſtardello, & quòd hæc ſit communis * theorica, & practica teſtatur Moder. dicta q. 27. nu. 130. & confirmatur, quia ſi hoc requiritur, etiam ante citationē verbalem ad comparendum, vt docet in practica Boſſ. tract. crim. tit. de exam reor. num. 7. & 8. Ergo à fortiori ante capturam. Immo, quemadmodum in probatione diffamationis, aſſumendę ante Inquiſitionem per Notarium in Baſtardello, debet idem ſcribere. *Et prædicta facta fuerunt ad banchum iuris, Iudice pro tribunali ſedente.* ſicuti hoc pro notabili docet in practica Ang. tract. de malef. in verbo, quòd fama publica. num. 1. quem etiam retulit Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 31. verſ. fama publica: ita quoque nō abs re erit, quòd idem annotetur in omni genere informationis, aſſumendæ ante capturā. In Regno tamen, & in pleriſque alijs locis huiuſmodi informationes recipiuntur in ipſomet proceſſu ordinario, qui fabricatur, & non ſeorſim in Baſtardello, ſeu Vachetta, aut alio quouis libro.

Hęc concluſio, quòd informatio debeat eſſe redacta in ſcriptis: limitatur, vt non procedat, ſed liceat etiā ex informatione extraiudiciali procedere ad capturā, quando capiendus eſſet ſuſpectus de fuga, per ea, quæ dixi ſupra ſub num. 5. Circa hanc tamen limitationem, inſurgit duplex difficultas.

9 † Prima, nunquid ſola ſuſpicio fugæ ſufficiat? ſecunda, qualiter ſit probanda? ad primam reſpondeo, ꝙ Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 28. verſ. ſcias autē, in fi. nu. 10. requirit etiam, quòd delictum ſit graue. Et Moder. dicta q. 27. nu. 131. addit tertium requiſitum: videlicet, quòd iudex ſit ſecurus, quòd poſt capturam factam venient teſtes ad ſe examinandum, his tribus concurrentibus cenſet vna cum Cauēſe, iudices eſſe excuſandos, & prudenter agere, ſi proceſſerint ad capturā ex informatione extraiudicialiter, & non in forma iudicij recepta. Ego autē credo, Clar. non bene expreſſiſſe, & Moder. etiā parū accuratè locutum. Nam eſto, ꝙ pro delicto veniat imponenda pœna centum ſcutorum, & ſic, ꝙ nō ſit graue; tamen, ſi delinquēs foret ſuſpectus de fuga, cur iudex non poſſet capturā decernere, cum in caſu ſuſpicionis fugę veniat decernenda etiam in cauſa ciuili, vt docui ſupra cap. 37. nu. 6.? Crederem tamen, quòd ſi delictum eſſet admodum leue, ꝙ eſſet tunc abſt nēdum à captura, per ea quæ dixi eodem cap. 37. ſub num. 12. verſ. *Tertium, quod.*

Eſto quoque, Iudicem non eſſe ſecurū, ꝙ teſtes poſt capturā ſint vēturi ad ſe examinandos, & ꝙ nihilominus ꝓceſſerit ad capturā: & deinde iudicialiter examinauerit teſtes pro iuſtificatione capturę, quos antea ob fugæ periculum extraiudicialiter tātum audierat: An dicetur ad eam procedere nō potuiſſe, quia nō erat ſecurus, vt dicit Modernus? certè nō. Quòd ſi intēdat dicere, vt credēdū eſt, capturā, factam ex informatione extraiudiciali, declarari nullā, niſi deinde teſtes venerint ad ſe examinādū: hoc non patitur difficultatem, quinimo iudex tenebitur in ſyndicatu. Dubium tamen remanet, an ipſe intelligat de teſtibus, qui deponant ſuper ſuſpicione fugæ, quæ ante capturam vrgebat, vel de teſtibus, qui deponant ſuper alijs indicijs proximis delicto,

& quicquid ipse intelligat; satis erit si deposuerint de suspicione fugæ, quæ de per se facit indicium ad capturam, vt dixi supra sub num. 5. Sed finge, ꝙ testes, qui iudici exposuerunt extraiudicialiter imminens periculum fugæ, post secutam capturam se absentauerint ita, vt iudex non possit probare præcedentem suspicionem fugæ; habeat tamẽ testes, qui dicant, se audiuisse illos testes, deponentes extra iudicium suspicionem fugæ, promittentesve, se de suspicione prædicta testimonium laturos, nunquid iudex excusabitur? Respondeo, quòd sic per ea, quæ in simili refert, & sequitur Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 321. num. 19. quem videto.

10 † Ad secundam respondeo, suspicionẽ fugæ probari ex multiplici specie indiciorũ arbitrio iudicis. Hoc tamen certo scias, neminẽ posse haberi suspectum de fuga, qui prius vel per querelã, vel per denunciationem, vel aliter nõ sit suspectus de delicto.

11 † Tertium, ac postremum præceptum erit, vt captura, quæ ex præcedenti, & sufficienti informatione potest decerni, decernatur in casu nõ prohibito. Vnde pro integra huius præcepti declaratione quęro: quando, etiam legitima pręcedente informatione, dicatur adhuc captura prohibita? Respon. quoties deficit iurisdictio, quæ potest deficere respectu

12 loci, & respectu personarum. † Dico, respectu loci, quia iudex non potest mandare, vt subditus capiat in alieno territorio. l. fin. & ibi Ias. ff. de iurisd. omn. iud. l. quis sit fugitiuus, §. apud Labeonẽ, & ibi Bar. ff. de ædilit. edic. cap. ex parte, de verb. sign. tradunt Papien. in pract. in forma Inquisitionis in glo. 1. sub nu. 30. Fely. in cap. fin. col. 2. nu. 3. de for. compet. & Boss. tract. crim. tit. de captura nu. 34. Licet hoc malè seruent nonnulli officiales Papæ; maximè in territorijs Baronum, quod certè iniustè faciunt. Bene verum est, quòd si appareret de negligentia Baronis in prosecutione, & punitione facinorosorũ, posset Papa manum apponere iuxta ea, quæ scripsi infra cap. 66. sub nume. 5. & hinc videmus sæpe, vel à summo Pontifice, vel à sacra Consulta expediri cõmissarios contra bannitos, aliosque facinorosos homines, qui Commissarij discurrunt, capiunt, & puniunt delinquentes tam in territorijs immediatè subiectis Cameræ, quã in mediatè subiectis: sed prius debet corã D. Papa constare de negligentia. Et procedit ista conclusio, etiam si capturæ insecutio, seu insectatio veniret inchoanda in proprio territorio, & sine digressione cõtinuaretur vsque ad ipsam capturam, quia adhuc captura esset iniusta. Fely. dicto cap. fin. nu. 3. de for. compet. Ang. tract. de malef. in verbo. Quòd fama publica nu. 62. dicẽs, quòd Dominus territorij, vbi est completa captura, potest illum captum repetere, & vbi eum non repeteret, Iudex capiens adhuc deberet ex se illum relaxare, & ✲ ꝙ hæc sit communis * opinio testatur Barbat. cons. 26. col. 2. quem refert, & sequitur Boss. dicto nu. 34. circa fin. Et ꝙ ita in alieno territorio captus debeat statim dimitti, tradunt Bar. in dicto §. apud Labeonẽ, & Ias. in dicta l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. & ꝙ ita practicetur testantur Ant. Gomez. Delict. c. 9. num. 5. & Clar. lib. 5. recept. sent. q. 29. vers. fin. quos refert, & sequitur Mandos. in addit. ad Boss. loco citato: licet, vt refert Clar. quandoq; fuerit contrarium seruatum. Quid tamen circa hoc sit dispositũ in Regno, vide per Foller. in pract. crim. in verbo. Notatos capiat de persona. nu. 3. quo loci ait, posse insequi per alienum territoriũ vsque ad quindecim mil

13 liaria. † Dixi etiam respectu loci, quia captura non potest fieri in ecclesia, quamuis ea sit intra propriũ territorium. l. præsenti. C. de his, qui ad eccles. confug. cap. sicut antiquitus. 17. q. 4. & c. inter alia. de immun. eccl. Et quòd hæc sit vera opinio testatur Gomez. Instit. de act. in princ. nu. 67. traditurq; à Legistis, & Canonistis pro regula, vt asserit Remig. de immun. eccles. fol. 14. quos refert, & sequitur Clar. ✲ lib. 5. recept. sent. q. 30. in princ. ad quam cõmunẽ * comprobandam plures congerit Moder. in q. crim. q. 28. nu. 1. Quare captus ĩ ecclesia, vti malè captus, est eidem ecclesiæ restituendus, cap. sæpe, de restit. spol. Bar. in dicta l. præsenti, C. de his, qui ad eccles. cõfug. & alij, quos refert, & sequitur Moder. dicto lib. 1. q. 27. nu. 90. Hęc conclusio, vt supra relata, nullam prorsus patitur in iure difficultatẽ. An tamẽ de consuetudine contrariũ seruetur, venit hic dubitandum. Et videtur dicendum, ꝙ sic per ea, quæ refert, & sequitur Clar. dicta q. 30. vers. scias autẽ; vbi testatur, ꝙ hodie propter ingentem numerum ecclesiarum, & frequentiã delinquẽtium ista immunitas est à cõsuetudine valde restricta, cuius restrictionis ea secundum eum est ratio, ꝙ ecclesia efficiebatur potius Asylum delinquentium, & spelũca latronũ, quàm refugium eorum, qui humana fragilitate, aut casu in aliquod crimen incurrissent, de hac etiã consuetudine testãtur Berberius in suo Viatorio iuris. Rubr. 33. de violator. immun. nu. 3. in fi. Nicol. Moron. tract. de fid. treg. & pac. q. 103. ad fi. num. 10. & Boss. tract. crim. tit. de captura nume. 31. & Foller. in pract. crim. in verbo. Notatos capiat de persona. nu. 6. in fi. & licet Boss. vbi supra, & pariter Moder. dicto lib. 1. q. 28. sub nu. 73. ad idem adducãt testimoniũ Papien. in eius practica in forma Inquisitionis nu. 31. tamen vel in libro meo corruptè legitur, vel ipsi decipiuntur, quia ibi, testatur de consuetudine Italiæ in contrarium, quærit enim eo loci dubitatiuẽ: nunquid homicida, latro, & similes possint extrahi ab ecclesia, & ait.

Videtur quòd non, & ita bene prudenter obseruat Italia, quæ est omnium Prouinciarũ Domina, in qua residet Monarchia, omnisq́; virtus scientiarum, & fructuum affluentia, & locorum, & Ciuitatum pulchritudo, & magna copia.

Ego tamen censeo, corruptè legi: quia non est verisimile, ꝙ Papiens. dixerit, homicidam, & latronẽ extrahi non posse ab ecclesia, cum hoc sit nõ solum contra consuetudinem, sed etiã contra iura. Testantur igitur communiter * Doctores, immunitatẽ hãc ecclesijs concessam in fauorem delinquentiũ ad eã confugientiũ non seruari. Cæterum hodie ex dispositione Concilij Tridentini cap. 20. sess. 25. videtur dicendum non cõsuetudinem istam, sed dispositionem iuris communis esse seruãdam. Siquidem renouat ibi omnis dispositio, & apostolica sanctio, edita in fauorẽ libertatis, ac immunitatis ecclesiasticæ. Quid ergo dicemus? Respond. non esse recedendũ à dispo-

à diſpoſitione iuris communis, cum ſit approbata à Concilio Tridentino. De facto tamẽ adhuc nõ ſeruatur, niſi in delictis leuibus, & pro debito ciuili, pro quo nemo capi debet in Eccleſia, etiamſi aliter conſuetudo, vel ſtatuta dictarent, vt refert, & ſequitur Boſſ. tract. crim. tit. de captura nu. 26. & poſt eũ Moder. dicta q. 28. nu. 30. & 74. & de communi teſtantur Doctores in l. plerique. ff. de in ius voc. In reliquis verò grauibus delictis delinquens non eſſet tutus in Eccleſia, & ita vidi ſeruari, & hæc obſeruantia in multis caſibus, quos enumerant Clar. dicta q. 30. & Moder. 28. eſt conformis diſpoſitioni iuris cõmunis: & ſcias, ꝙ vbi quis licitè poteſt capi in eccleſia, poteſt iudex laicus, illum capi facere ſine vlla licentia Epiſcopi, ſeu alterius ſuperioris, vt teſtantur Clar. dicta q. 30. verſ. Quæro nunc nunquid, & Moder. dicta q. 28. ſub nu. 75. Reliqua ſpectãtia ad materiam, vide apud allegatos Doctores, & nos infra in cap. 46. nu. 4. cum ſeq. vbi docuimus, quæ ſint loca, in quibus non eſt licita captura.

14 † Dixi, reſpectu perſonarum, quia Iudex laicus non poteſt exercere iuriſdictionem in perſonas eccleſiaſticas, vide quę dixi ſupra ca. 12. nu. 1. & ſeqq.

15 † At dubitatur, nunquid hęc iuriſdictio poſſit deficere etiam reſpectu cauſæ? Reſpondeo, prima facie videtur dicendum, quòd ſic. Nam Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 28. in fine principij, & in verſ. ſcias autem, & ſimiliter Bonacoſ. qui eũ refert in ſuis com. opi. par. 1. verſ. captura ad hoc vt cõcedatur, fol. mihi 19. arbitrati ſunt, capturam concedendam nõ eſſe, niſi pro delicto, quod veniat puniendum pœna corporali, idẽ videtur ſentire Ang. tract. de malef. in verbo. Iudex commiſit, ꝙ Caius nu. 4. in illis verbis.

Iudices mandant reum capi, ſi crimẽ ſit tale, quod pœna ſit corporis afflictiua.

Contrariam ſententiam, ꝙ captura poſſit decerni etiam pro delicto, qđ nõ ſit puniendum pęna corporis afflictiua, tenuerũt Boſſ. tract. crim. tit. de Carcerat. fideiuſſ. commit. nu. 2. & Io. Ant. de Nigr. ſuper capit. Regni. cap. ab illo. nu. 16. & ita cõtra Clar. firmauit Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 27. nu. 39. Sed ego ſemper arbitratus ſum, Angelum, & Clarum in locis allegatis lapſos potius eſſe in modo loquendi, quàm in ſenſu, & in intellectu: quia Marſ. in Rubr. de fideiuſ. nu. 247. ff. Boſſ. dicto titu. de carcer. fideiuſ. commit. num. 1. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 303. nu. 3. & cõmuniter omnes Doctores, & ipſemet Clar. eodem lib. 5. q. 46. verſ. plerunque, & verſ. ſequenti, tradũt, reum carceratum pro crimine, in quo non eſt impoſita pœna corporalis, eſſe relaxandum ſub fideiuſſione, quæ ſit idonea, & oblata in actis. Ergo præſupponunt, etiam huiuſmodi reum capi, & carcerari. Vnde Clarus, ne ſibimet contrarius videatur, dum ait, non poſſe capi, quãdo pro delicto non eſt impoſita pęna corporalis, eſt intelligendus, vt loquatur de captura cum carceratione, quæ per oblationem fideiuſſionis non tollitur, quando pro delicto imponeretur pęna corporalis.

16 † Remanent duæ difficultates: prima, nunquid captura poſſit decerni ante formatam inquiſitionẽ? Reſpondeo ſecundum theoricam de qua dixi infra cap.... nu.... Et practicam, quam tradit Gaſp. Cabal. ſuper conſtitutionibus Marchiæ lib. 4. c. 3. in verbo. Inquiſitio, nu. 9. videtur dicendum, ꝙ non. Contrarium eſt verum: quia capta informatione, ſi aliquis appareat ſuſpectus, ſeu inquã indiciatus de delicto poterit capi abſque eo, quòd fuerit formata vlla inquiſitio ſpecialis, ſecundum Innoc. in ca. bonę, il 1. ſub nu. 5. de elect. quem ita interpretatur Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 5. in fine. Minora etenim indicia requiruntur pro captura, quàm pro inquiſitione; vt arguendo tradit Boſſ. tract. crim. titu. de captura ſub nu. 2. idem tradit Blanc. in pract. crim. §. ijs ſic premiſſis num. 26. fol. 126. quem refert, & ſequitur Moder. dict; q. 27. nu. 117. & ita ſeruatur de conſuetudine maximè attenta illa practica, ſecundum quam inquiſitio amplius non formatur, vt dixi infra cap. 86. ſub num. 16.

17 † Secunda, nunquid malè captus ſit relaxandus, ſi priuſquam relaxetur eſſet denuo capiendus? Reſpondeo, quòd non per ea, quę ſcripſi infra cap. 94. ſub nu. 1. verſ. *Neque obſtat illa, &c.* Quo te relego. Et hæc ſunt, quæ realis citationis mandatum extrinſecus reſpiciũt.

18 † Quæ autem formæ inſunt, ſunt nomen Iudicis: nomen Rei: cauſa in genere, videlicet, ob nonnulla indicia: locus, ad quem captus duci debeat, qui vt plurimum eſt carcer ſecretus, cum adiectione, quòd inde extrahi non debeat ſine expreſſo ordine: inſtantia fiſci, quamuis hæc non ſit in vſu, neque neceſſaria, dies, menſis, & annus, & ſubſcriptio iudicis, & hoc mandatum deberet ſemper poni in proceſſu, vt dicit Franc. Pegn. in ſuis comm. ad Direct. Eymer. par. 3. comm. 108. §. iam vbi fuerit. ſed hoc malè ſeruatur in practica.

De citatione verbali, per literas, & per edictum in cauſis hæreſis. Cap. XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Citatio in cauſis fidei, an & quando requirat expreſſionem cauſæ.*

2 *Forma citandi verbaliter qualis ſit.*

3 *Citatio verbalis in cauſis fidei quando ſit in vſu.*

4 *Inquiſitor nunquid poſſit citare in alieno territorio per proprium Nuncium ſine literis ſubſidialibus.*

5 *Inquiſitor poteſt in alieno territorio citare non ſolũ verbaliter, ſed etiam realiter, & mandare, vt ad ſe transmittantur libri, & alia ſimilia neceſſaria ad cauſam.*

6 *Inquiſitoribus pluribus procedentibus contra reum; quis eorum ſit præferendus.*

7 *Remiſſio inquiſiti de hæreſi quando fiat, & quando non.*

8 *Remiſſio in crimine hæreſis fit etiam à maiori Tribunali ad minus.*

9 *Forma citandi per literas quæ ſit remiſſiuè.*

10 *Citatio per edictum in cauſis fidei habet locum contra abſentes, qui ignorantur vbi ſint.*

CITATIO verbalis in cauſa hæreſis non videt̃ pluribus, ſeu paucioribus expleri requiſitis, quàm ea, quę fit in alio genere de-
1 lictorum.† Vnũ tñ ſingulariter omittit̃: videlicet, expreſſio cauſę, quã ſubticuendam docent Conrad. Brun. lib. 4. c. 6. de hęret. Simãc. de Cath. Inſtit. ti. 44. nu. 12. & Pegn. in cõm. ad Director. Eymer. par. 3. cõm. 33. in princ. ſubdens hoc rationi admodum conſonũ eſſe, ne reus, cauſa audita, fugam arripiat. vnde tradunt citandũ eſſe ad comprehendum coram Inquiſitore, quoniã opus eſt ab eo quædam ſcire. Verum animaduertas, ꝙ pręmiſſa hac citatione, Reus vel comparet, vel non: ſi comparet, nõ eſt opus alia citatione: ſin minus, & Inquiſitor intẽdat procedere vlterius, dicò, requiri aliam citationẽ cũ expreſſione, ꝙ compareat in tali loco infra tale tempus, reſponſurus de fide Catholica, & eius articulis, ſeu reſponſurus in cauſa fidei inquiſitioni, ſeu accuſationi contra ipſum porrectę; vt patet ex varijs citãdi formulis, quas ponit Eymer. in ſuo Direct. par. 3. nu. 131. cũ ſeqq. & nu. 213. vbi ponit formam citandi abſentem, conuictum de hæreſi, vnde apertè conſtat, requiri expreſſionem cauſę ſaltẽ in genere. Et ꝙ ſi capturę locus non ſit, debeat exprimi, docet idẽ Pegn. loco citato. §. fit tamẽ interdũ, & in cõm. 72. §. in literis citationis. par. 2. dicens, ꝙ ſi reus facilè capi non poſſit, vel iam ſit contumax, debeat citari, vt veniat reſponſurus de fide, & in ſpecie de citatione, quæ fit contra fugitiuũ, qui erat carceratus, ꝙ ſint ſignanter exprimendæ omnes hæreſes, & errores, pro quibus detinebat̃, docet Eymer. dicta par. 3. ſub nu. 135. Rub. de forma citandi fugitiuum &c. Inquiſitor igit̃, qui intendit procedere contra abſentem vſq; ad ſententiam incluſiuè debet citare cum expreſſione cauſæ ſaltẽ in genere, & ſatis erit, ſi dixerit, ad reſpondendum Denuntiæ, ſeu accuſationi in cauſa fidei, ſicut etiam dicebamus in cauſis ciuilibus, & alijs criminalibus ſupra c. 32. nu. 15. & c. 39. nu. 7. Quare, vt vides, aut nulla, aut parua reperitur
2 ſpecialitas in modo citandi verbaliter;† formam autem citandi fugitiuos, & alios poteris per extenſum legere apud Eymer. in locis allegatis. Ego vna cum Pegn. in comm. ad eum par. 3. cõm. 49. §. quantũ verò. Hoc ſolum te admonitum eſſe volo, quòd hodie citationes breuius concipi ſolent, ſubſtantialia tamẽ omittenda nunquã ſunt. Poteritque reus citari ſub interminatione excommunicationis, quam Inquiſitor poteſt proferre in ipſamet citatione ſub illis verbis. *Ex nunc prout ex tunc*, Vt docet Eymer. dicta par. 3. ſub nu. 134. ibi. *Nos frater*. Vbi formam per extenſum ponit.

3 † Poſtremo loco notandum eſt, huiuſmodi verbalẽ citationem contra hæreſis reos non eſſe admodum in vſu: Tunc enim ea vtimur, cum agitur de leuiori crimine, vt tradit Simanc. de Cath. Inſtit. titu. 16. ſub nu. 2. & dict. tit. 44. nu. 12. & Pegn. in cõm. ad Director. Eymer. par. 3. cõm. 33. in fi. principij. Neque obſtat, ꝙ crimẽ hęreſis ſit ſemper graue, vt tradit idem Pegn. eodẽ cõm. 33. §. quinto, ꝙ delictũ. Nam verum eſt, ꝙ hæreſis ſtrictè ſumpta eſt ſemꝑ grauiſſimum delictũ iuxta ea, quæ docui infra c. 59. nu. 4. hæreſis tñ impropriè, & largè ſumpta, non eſt ita graue delictum, vtputa propoſitio aliquo modo temeraria, ſeu piarum aurium offenſiua. Item cum agitur de leui ſuſpicione, ſicuti tradunt præfati Doctores in locis allegatis.

De citatione per literas ſatis ſuperque diximus:
4 Nunc vnum tantũ ſe mihi offert diſcutiendũ.† Nũquid ſcilicet Inquiſitor poſſit citare in alieno territorio per proprium nũcium, ſine literis ſubſidialibus? Reſpondeo, aut loquimur reſpectu Dominorũ tẽporalium, aut Dñorum ſpiritualium: Si Dñorum temporalium: dico, ꝙ Inquiſitor poterit citare per proprium Nuncium, ſeu proprias literas irrequiſito Dño temporali, & ratio eſt, quia hæreſis eſt crimen meri fori eccleſiaſtici, quod priuatiuè quoad laicos ſpectat ad Inquiſitores, quibus quidem Inquiſitoribus ſunt ſubiecti non ſolũ iudices præfatorum Dominorũ temporalium; ſed etiam ipſimet Dñi Barones. Vnde eorum aſſenſus non eſt requirẽdus neq; de iure, neq; de vrbanitate, ſed ſolũ in auxilium, ad quod præſtandũ tenentur ſub pęna excõmunicationis, & alijs arbitrarijs. ca. vt Inquiſitionis, de hęret. in 6. & in Cõſtitutione Pij Quinti, traditq; Eymer. in Direct. Inquiſ. par. 3. q. 35. & q. 58. nu. 2. & nõ habet difficultatẽ: quia poſſunt etiã capturã facere in aliena Prouincia, vt dixi infra nu. ſeq. Vnde ſi hæreticus moret̃ in aliquo loco, qui ſit nullius Diœceſis, & delictũ commiſerit in territorio iuriſdictionis alicuiꝰ Inquiſitoris, poterit ille Inquiſitor mittere illuc propriũ nunciũ ad citandũ per literas; Dño temporali non aliter requiſito, qui tñ ſi requireretur, deberet pręſtare auxilium, & fauorẽ, vt dixi. Aut loquimur reſpectu Dñorum ſpiritualiũ, quales ſunt Epiſcopi, & Inquiſitores locorũ: & tunc, attenta illa diſtinctione, ꝙ iudex poſſit citare per proprium Nuncium, quando loca ſunt ſub eodẽ Pręſide, vt dixi ſupra c. 40. ſub nu. 6. verſ. *Inſurgit tamen rurſus*. Eſt ſimiliter reſpondendum, ꝙ poſſit, quia omnes Epiſcopi ſubſunt Papæ, omneſq; Inquiſitores ſunt Iudices delegati Pontificis: qua ratione eiuſdẽ, & non alterius Imperio ſubſunt, teſte etiam Pegn. dicto comm. 33. §. ſexto, ꝙ remiſſio. Cęterum ſecundum practicã non eſt ambigendum, Inquiſitorum alterũ alteri literas requiſitorias mittere, vt docet̃ Eymer. dicta par. 3. num. 132. & 133. & Simanc. dicto tit. 2. nu. 13. vbi tradit, ita quoque epiſtolis Senatus Sanctæ Inquiſitionis eſſe cautum, remque bene explicauit Guido Fulcodius in Conſultationibus ad Inquiſitores q. 5. cuius formalia verba ſunt tranſcripta ꝑ Franc. Pegn. eodem comm. 33. §. ſi autem. Aduerte tamen, quòd huiuſmodi literæ differũt ab illis, quæ mittuntur in alio genere cauſarum, quia iſtæ ſunt requiſitoriæ tantum, illæ verò ſubſidiales, & hortatoriæ, quibus iudex requiſitus potius de vrbanitate, quàm neceſſitate obedit: & iuxta hanc theoricam intelligas textum in cap. vt commiſſi, de hæret. in 6. Et pro intelligentia prænotatæ differentiæ faciunt, quæ ſcripſi infra cap. 63. ſub nume. 7. verſ. *Contrariam ſententiam*.

† Hanc

5 † Hanc conclusionem, quòd vnus Inquisitor possit alterum requirere, amplia primo, vt procedat ēt pro capienda persona delati, & ita loquuntur Eymer. & Simanc. in locis allegatis, & statuit Conciliũ Tolosanum cap.8. in illis verbis.

Statuimus etiam, vt quilibet in terra alterius possit inquirere, & capere hæreticos &c. Quæ refert Pegn. in sæpe citato comm.33.§. & si inueniat, vbi hoc notat contra Regulos, & quoslibet Dominos, qui non verētur, se Inquisitorũ ministris opponere.

Amplia secundo, vt non solum possit citare verbaliter, & realiter, vt dixi in aliena iurisdictione, sed possit etiam requirere, vt sibi trãsmittantur libri, seu quaterni, & alia scripta, in quibus inquisitiones, & processus continentur, sicuti dispositum est in dicto cap. vt commissi, & habetur in Concilio Narbonensi cap.21. ibi.

Ita tamen, vt Inquisitores cæteri, quicquid de illo nosse poterunt, inquirant nihilominus, & scribant Inquisitoribus illis, quibus idem culpabilis sit adstrictus: sic enim quasi vir vnus pugnabitis, & vincetis. Quæ verba retulit etiam Franc. Pegn. dicta par. 3. comm. 91.

Limita è conuerso hanc ampliationem, vt si expediat, causam expediri in loco, vbi moratur, tũc Inquisitor procedens transmittat ad illum Inquisitorem processum, quem fabricauerit: vide Eymer. dicta par.3.nu.132.& 133. vtrobiq; in fi. & ibi Pegn. §. vel si vult, quia non conuenit, vt pro eodem crimine duæ ferantur sententiæ: alter enim forsan absolueret, alter vero condemnaret, vnde facilè oriretur locus discordiæ, ex qua non leuia incommoda possent prouenire, quæ sunt omnino præcauēda: & ita est de mente dicti Concilij Narbonēsis, & cuiusdã Instructionis Valladolitanæ, vt considerat Pegn. dicta par.3.com.91.§. quòd si quæras.

6 † At quæro quis Inquisitor, pluribus concurrētibus, debeat procedere, & punire? Respondeo, regulariter is, in cuius iurisdictione delictum fuit cõmissum, Auth. vt nulli iudicum. §. si vero quis compræhensorũ, cum similibus, & hæc est cõis * opinio, de qua testatur Ioan. Roias. in singularibus fidei, sing. 174. incip. remittendus est reus, quem refert Franc. Pegn. in com. ad Director. Eymer. par. 3. com. 33. §. ac primum, & ꝙ hæc sit generalis regula testatur idem, eadem par.3. comm.91.§. iam quantum.

Verum vtrobique. §§. sequentibus limitat eam, vt non habeat locum in crimine hæresis, multosq;, quos omitto, adducit, rationem limitationis eã assignans, ꝙ hæreticus vbique offendit diuinam Maiestatem, omnemq́ue creaturam lædit, cum etiam elementis iniuriam faciat.

7 † Dixi igitur: regulariter, quia etsi limitatio sit vera; nihilominus in causa hęresis sępe solet reorũ fieri remissio concurrentibus requisitis, q̃ ponit Pegn. dicto cõm.33.§. q̃uis, cum pluribus seqq. Et è conuerso quamuis quandoque deberet fieri, tñ ob nõnulla iustè denegatur, vtputa si timeretur, ꝙ reus in itinere interciperetur à suis amicis, seu fautoribus, vel esset longum iter, & immodica impensa, & alia huiusmodi, quę suaderent, melius fore, vt puniretur in loco, vbi moratur, q̃ vt remitteretur ad locũ cõmissi delicti, prout bene animaduertit Pegn. ĩ dicto com.33. in fi.

8 † Illud tamen notandum est, ꝙ; & si in alijs delictis nõ fiat remissio à maiori ad minus Tribunal, sed solum ad maius, vel saltem æquale, vt dixi supra cap.12.nu.57. in crimine tamē hæresis hoc non attenditur, quia fit indistinctè, vt tradit idem Pegn. loco citato. §. septimo in alijs.

9 † Formam, qua absentes per literas citantur, poteris per extensum videre apud Eymer. in locis allegatis, & maximè in parte 3. nu. 131. vbi animaduertes, literas citatorias posse dirigi etiã ad ipsummet citandum, quod etiam notauit ibidem Pegn. §. Dilecto nobis &c. & hæc satis.

10 † Citatio per edictum, de qua satis diximus supra in cap.34. habet etiam ipsa locum in crimine hæresis. Etenim absens, qui ignoratur vbi sit iuxta ea, quę docebam supra cap.40. in fine, citatur tribus publicis edictis, seu vno peremptorio pro tribus cũ dilatione triginta dierũ ad ostendendã suam innocentiam, quorũ decem pro prima, decem pro secunda, & decē pro tertio, vltimo, & peremptorio termino, & canonica monitione assignantur. Quibus elapsis, si reus non cõparuerit, Promotor Fiscalis contumaciam incusabit, & accusatoriũ libellum edet iuxta dispositionem Hispalensis Instructionis ca.19. quã allegat Simanc. de Cath. Instit. tit.2.nu.7.& 11.& latinè redditam refert Pegn. ad Direct. Eymer. par. 3. comm.91.§. similiter decreuit. vbi habes tres modos procedendi contra absentes, de quibus nos diximus infra c.98. interim videas Simanc. dicto titu. 2.num.6.7.& 11.& Pegn. dicta par. 3. comm.49.§. si primo modo, & seq.

De citatione Reali in crimine hæresis. Cap. XLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Citatio realis in causis fidei non debet esse initium processus.*

2 *Citatio realis in causis fidei non debet relaxari, nisi præcedant vel plenæ probationes, vel saltem maxima indicia, seu vehementes suspiciones.*

3 *Indicia, quæ debent præcedere capturam, debent etiã esse apud acta conscripta.*

4 *Delicti qualitas, item personæ delatæ est ante capturam consideranda.*

5 *Practica circa decretum capturæ.*

1 CITATIO realis † non debet, vt alias sepe protestatus sum, esse initium processus maximè in causis fidei, vbi captura famam non modicè lædit, teste etiam Pegn. in comm. ad Director. Eymer. par.3. com.17.§. Dixi vero. etenim durior est infamia, quæ inde oritur, quàm aliorum quorundam criminũ pęna, vt asserit Simãc. de Cath. Instit. ti.16.nu.2. & fama in huiusmodi causis est quoad fieri põt conseruanda, vt ꝑ eundē Pegn.
2 d.par.3.com.108.§. quæ propterea. † Meritò igitur requiritur non solũ aliqualis præcedēs informatio, vt di-

vt dicebam in alijs cauſis criminalibus; Sed requiruntur vel plenę probationes, vt dicit Simanc. vbi ſupra,& tit.44. num.12.vel ſaltem maxima indicia, ſeu vehementes ſuſpitiones, vt docet Eymer.in Direct.Inquiſ.par.3. num.33. quem Eymerici locum, vti inſignem, prudentiæ plenum, & Inquiſitoribus valde conſiderandum annotauit ibi Pegn.Et quòd in cauſa hæreſis nemo capiendus ſit, niſi ex vehementibus indicijs, tradit idem Pegn. dicta part. 3. comm.142.§.veruntamen,& dicto com.108.§.poſtremo. Vnde nota, fortiora indicia requiri pro captura, quàm pro verbali citatione,ſeu ſpeciali inquiſitione. Et quòd pro leui ſuſpicione non poſſit deueniri ad capturam,tradit Pegn.ad Director.Eymer. par.2.ſuper cap.excommunicamus,il 1.in fi.comm. 12. quamuis leuis ſuſpicio ſufficiat ad inquirẽdum, & citandum verbaliter,vt dixi infra cap.59.nu.9.&
3 10.† Et vbi plenę probationes, vel maxima indicia appareant,illa debent ante capturam eſſe ritè apud acta conſcripta iuxta ea, quæ docui ſupra ca.42.nu. 8.& in propria ſpecie tradit Pegn. dicto comm.17.
4 §.rurſus.† Conſideranda eſt etiam qualitas delicti: num ſit leue,vel graue,quia ſi eſt leue,citatur verbaliter,niſi eſſet plenè probatum iuxta ea, quæ tradit Simanc.dicto tit.16.ſub nu.2.& ſi ſit graue,conſideranda eſt etiam qualitas delati,num ſit perſona nobilis,inſignis,religioſa, vel literis conſpicua, quia ſi huiuſmodi perſonæ veniant capiendæ, laudarem vna cum Pegn.dicto com.108.§. ſi perſona delata, vt non prius caperentur, quã poſt tranſmiſſam ſummariam indiciorum informationem ad ſuperiores, & habitam ab eiſdem reſponſionem. Et quòd perſona religioſa capi non poſſit, Senatu inconſulto, ſtatutum eſt.5.Inſtructione Hiſpalenſi cap.4. vt refert Simanc.dicto tit.16.nu.2. in fine,niſi forſan timeretur de fuga, vel delatus foret hæreticus manifeſtus,quia his caſibus immediatè proceditur ad capturam. Repert.Inquiſ.in verbo.Carcer. §. viſo de carcere,& §.ſequen.Zanch.tract. de hęret.c.10.nu.
5 1.Pegn.dicto comm.108.§.verum hæc.†His omnibus conſideratis,practica erit, vt Inquiſitores ſimul conueniant,& conuocatis viris peritis (ſi ita expedire arbitrentur) conferant, & perſcrutentur teſtimonia,& Promotore Fiſcali poſtulante, capturam decernant,ſi ita viſum fuerit.Simanc. de Cath. Inſtit. tit.44.nu.11.quæ practica eſt fundata in Madruliana Inſtructione ca.3. quæ de anno ſeſquimilleſimo ſexageſimo primo laudabiliter ſtatuit, vt Inquiſitores capturam non decernant ſine conſilio Conſultorum eiuſdem Inquiſitionis, ſi id commodè fieri poſſit,vt inquit Pegn.dicto com.17.§.Hęc res.Quę ſanè Inſtructio ſumma fulcitur ratione, quia actus, qui ſunt magni præiudicij, non poſſunt expediri ab vno tantum ex Inquiſitoribus,vtputa à Diœceſano ſine Inquiſitore,vel è contra.

Quare ſententia condemnatoria ab vno ſine altero ferri nõ poteſt.Lud.Carrer.tract. de hæret.nu. 70.Clar.lib.5.recept.ſent.§.Hæreſis,verſ.ſed quis, & Thom.Triuiſ.deciſ.66.num.9.& 10.lib.1.At capturæ actus videtur magni præiudicij argumento plenę probationis,quæ requiritur in leuibus,vt dixi ſupra num.4. Ergo mirum non eſt ſi requiratur ſaltem conſilium Cõſultorum. Quantum vero ad id, quod dixi de ſententia,vt ferri non poſſit ab vno ſine altero eſt veriſſimum: ſed de captura,& tormentis quid ſtatutum ſit,vide Clement.primam.§. propter quod,de hæret.& hæc de captura.

De modo exequendi citationes, tam in Ciuilibus, quam in Criminalibus, Cap. XLV.

SVMMARIVM.

1 *Nuncius debet diuerſimodè exequi citationes, ſicut diuerſæ etiam ſunt ipſæ inter ſe, ſed quando à iudice eſt ei præſcriptus certus modus, illum ſeruare debet.*

2 *Nuncius, cui nõ eſt à iudice, ſeu ſtatuto datus certus modus exequendi, debet exequi ſecundum diſpoſitionem iuris communis, & quæ ſit hæc diſpoſitio iuris communis.*

3 *Citatio de facie ad faciem quomodo fiat, & an ſit tradenda citato copia illius.*

4 *Citatio quando poſſit fieri domi, omiſſa diligẽtia reperiendi perſonam, & nu.5.6.& 7.*

8 *Citatio per literas quomodo mandetur executioni.*

9 *Notarius, qui in partibus exequitur citationem Auditoris Cameræ, num debeat prius perquirere perſonam citandam.*

10 *Citationes Auditoris Cameræ non ſunt de neceſſitate mandãdæ executioni per Notarium, ſed poſſunt exequi etiam per ipſummet principalem, quia licet citatio eſſet minus legitimè executa, tamen ſatis eſſet, quòd ante termini obſeruationem perueniſſet ad perfectam notitiam citati.*

11 *Citatio, notoriè nulla, nunquid arctet citatum ad cõparendum, ſi plenè peruenerit ad eius notitiam.*

12 *Diligentia Nuncij in inuenienda perſona citanda quanta eſſe debeat, & quid ſeruetur in practica, & an ſtetur aſſertioni ipſius Nuncij.*

13 *Diligentia de inuenienda perſona citanda, num ſit neceſſaria, quando citatio mittitur extra Curiam.*

14 *Citatio per edictum quomodo mitti debeat executioni.*

15 *Ratio, cur citatio per edictum arctet ad comparendum.*

16 *Citatio per edictum quot in locis affigatur ſecũdum ſtylum Cameræ Imperialis.*

17 *Citationis per edictum, an debeat affigi originale ipſius, vel ſufficiat affixio copiæ.*

18 *Citatio per edictum, an debeat affigi in omnibus locis, expreſſis in ipſa citatione.*

19 *Citatio per edictum extra Curiam, affixa in paucioribus locis, quàm quatuor, an arctet citatum.*

20 *In affixione citationis per edictum, nunquid requiratur præſentia teſtium.*

21 *Citatio per edictum nunquid arctet citatum æquè, ac ſi eſſet perſonaliter citatus.*

22 *Citatio per edictum eſt diligenter exequenda, quia eſt magni præiudicij.*

23 *Citatio contra vagabundos, incertos, & contra quoſcunque ſua intereſſe putantes quõ ſit exequenda.*

24 *Di-*

24 *Diligentia de inuenienda perſona abſente, an ſit neceſſaria, priuſquam citetur per affixionem ad hoſtium domus, ſeu valuas Curiæ.*

25 *Citatio per edictum antequam decernatur cõtra vagabũdum, nunquid debeat eſſe ſumpta prius informatio ſummaria, quòd citandus eſt vagabundus.*

POSTQVAM egimus de citatione; prout pfecta traditur exequenda in manibus Nũcij, reliquum eſt, vt agamus de modo, quo
1 illã exequi tenetur.† Vno namq; , eodemq; modo omnes exequi nõ debet, ſed diuerſimodè, vt dicit Veſtr.in pract.lib.4.c.3.in fi.quemadmodum diuerſæ inter ſe ſunt etiam ipſæ. Quare, aut ei eſt certus modus exequendi præſcriptus à iudice, vel à ſtatuto, & tunc ille in ſubſtãtialibus debet obſeruari, aliàs nulliter exequeretur. Doct.in l.4.§.Prætor ait.ff. de dam.infec. Maran.in ſuo Spec.par.6.memb.1.ſub nu.126.Vant.tract.null.Rubr.de null.ex defe.citat.
* nu. 132.& 152.& eſt communis, * de qua teſtatur Alex.in dicto §.Prætor ait, quem refert, & ſequitur
2 Maran.vbi ſupra.† Aut non eſt præſcriptus, & tunc debet ſeruari modus iuris cõmunis, in quo Doctores more ſolito ſunt cõtrarij, & varij: nonnulli enim arbitrati ſunt, citationem poſſe fieri domi, non præmiſſa diligentia de inuenienda perſona: ita tenuit Dyn. qui poſtea variauit, vt refert Bar. in dicto §. prætor ait, nu.2.& poſt eum Papien.in pract. in forma reſponſionis rei conuenti, in gl. in termino nu.7. fol.mihi 173.& ꝙ multi tenuerint hanc opinionem teſtatur Rot.diuerſ.deciſ.12.nu.3.par.1.qui mouentur auctoritate textus in l.ſcire oportet.ff.de excuſa. tut.vbi Iureconſultus loquitur alternatiuè, cuius alternatiuę natura eſt, vt ſufficiat, alteram partẽ adimpleri, vt notant Doct.in l.generaliter. C. de inſtit. & ſubſtit. Contrariam ſententiã, ꝙ primo loco ſit perquirenda perſona per Ciuitatem, eaque inuenta ſit citanda perſonaliter de facie ad faciem, non inuenta vero poſſit in ſubſidium citari tunc domi, videtur probare tex.in l.1.§.1.ff.de liber.agnoſc.& dicto §. prætor ait.& ibi Bar.nu.2.gl.in c.cauſam, de dol. & contum. Lud.Rom.conſ.454.num.5.Rot.deciſ.22. aliàs 228.& apertius additio ad eam nu. 5.& 6. de
* reſcript. in nou.& cõiter * legiſtæ in dicto §.prætor ait, & Canoniſtæ in c.fi.de eo qui mitt.in poſſ. & de cõi teſtantur Abb.conſ.83.lib.2.Maran.in ſuo Spec. par.6.dicto memb.1.ſub nu.124.Vant.tract.null.dicta Rub.de null.ex def.cit.nu.83.90.& 93. vbi plures allegat, & Grauat.in annot.ad pract. Veſtrij lib. 5.cap.13.nu.11.à qua recedendum non eſt. Neque obſtat textus in allegata l.ſcire oportet, quoniam illa alternatiua eſt ordinis, nõ electionis, ſic exponũt præfati Doctores. Neque eſt perpetuo verum, ꝙ in
* alternatiuis ſufficiat, alteram adimpleri, ita cõiter * notant omnes in d.l. generaliter: ordo igitur eſt, vt prius perquiratur perſona, quæ vbi fuerit inuenta, eſt citanda de facie ad faciem, quia iſte modus excludit omnem fraudem, eſtq; ſuper omnibus alijs cõmendabilis: eoq; vſus fuit Deus, qñ citauit Adã
3 Gen.c.3.† Sed quæro, quomodo citabitur inuentus de facie ad faciem? Reſpon. Veſtr.in pract. lib.4.c. 3.nu.3.& Grauat.in ſuis annot.ad eum lib.3. cap.6. nu.12.& 13.tradunt, dandã eſſe copiam citationis, ſi fuerit petita, & non aliàs: vnde Clarum, qui lib.5. recept.ſent.q.31.ver.ſcias tamen: indiſtinctè ait, copiã eſſe tradendam, intelligas tu, ſi petatur, quia allegat Veſtr.loco citato. Sed tu diſtingue: Aut ſumus in prima citatione, quæ deuolueret cauſam, & tunc Rot.diuerſ.deciſ.762.par.3.lib.3.fol.204.tradit, nũcium debere offerre copiam citationis, etiã non petitam, quã; ſi citandus annuerit, tenetur nuncius eã tradere ſumptibus mandantis citari, & ita ſeruatur in Vrbe, & extra ĩ citationibus Auditoris Camerę, & Auditorum Rotę: Nuncij enim ferunt ſecũ copias citationum, quas citatis tradũt, ſi eas velint, ſin minus citationũ tenorem legunt. Aut ſumus in executionibus, ſeu alijs ſecundis citationibus, & tũc ſatis eſt, ꝙ nuncius citationis tenorẽ legat: illius enim copiam tradere non tenetur, niſi fuerit petita, & tũc expenſis petentis. Quòd ſi ab hoc lectionis onere ſe cupiat eximere, tunc ſuis ſumptibus, vel mandantis citari, debet copiam citato relinquere: & ita ſeruãt mandatarij, & curſores hic in Vrbe; vide Rot. vbi ſupra.& Vant.dicta Rub.de null.ex def.cit.nu.151. Ratio autem diuerſitatis, cur primę citationis copia offeratur non petenti, tradaturq; citantis expenſis, & non itẽ in alijs citationibus ea eſt, ꝙ Reus in principio cauſę non eſt certus de qualitate litis, ſibi mouendę, quæ ratio non militat poſtea. Et hęc, qñ citãdus reperitur perſonaliter. Quòd ſi non inueniatur, ſitq; perſona laica; tunc citabitur domi ſolitæ habitationis modo, & forma, quos docui ſupra c.32.ſub nume.23.quam ſi non habeat, agaturque de aliqua re immobili, citabitur per affixionem cedulę illi rei. Quòd ſi ageretur de re mobili, fiet diligentia de reperiendo eum in loco, vbi contraxit, ſeu quaſi contraxit, eoque non inuento, citabitur per edictum, vt docui c.34.nu.14. Et iſte ordo adeo eſt ſubſtãtialis, vt ſi Iudex in decreto citationis illum inuerteret, decretum eſſet ipſo iure nullum, vt refert, & ſequitur Vant.vbi ſupra nu.122.& 123.

Hæc communis theorica, & concluſio circa ordinem citãdi declaratur, vt habeat locum tam in citatione verbali, quàm in citatione per literas, vt patet ex his, quę ſcripſit Veſtr.dicto lib. 4. cap.3. nu.1.& quia nulla diuerſitatis ratio poteſt aſſignari.

4 †Limitatur modo in nonnullis caſibus: & primo, vt procedat ſolum in primis citationibus, & non in ſecundis, in quibus põt de directo citari domi: omiſſa diligentia de inuenienda perſona. Alex. conſil.2. ſub nu.2.lib.3.Maran. in ſuo Spec. par.6. memb.1. nu.126.in fi.& Vant. d. Rubr.de null.ex def.cit.nu. 91.& procedit iſta limitatio etiã ſi citaretur ad ſententiã Rot.deciſ.8.aliàs 369. de dol.& cõtu.in antiq. & deciſ.1.aliàs 48.eod.ti.ĩ nou. ibiq; notat additio, in verbo. Ad domũ.in fi.ibi. *Vide in hac deciſione.* & tradit Grauat.ĩ annot.ad prac. Veſtr. li.5.c.13.n.12.

5 †Limitatur ſecũdo de cõſuetudine, quia ſufficit, ꝙ Nuncius de directo eat ad domum citandi, nulla facta perquiſitione perſonæ, Maran. ſub d.nu.126,

Clar.lib.5.recept.ſent.quæſt.31.verſ. ſed nunquid requiritur.Flam.Cart.de execut.ſent.capto ban.ca. fin.ſub num.183.& Moder.in quæſt. crim. lib.1.q. 11.ſub num.41.

6 † Limitatur tertio, vt non procedat ſecundum diſpoſitionem pragmaticarum Regni,ſtatutorum Vrbis,& Conſtitutionum Marchiæ. Nam in Regno per pragmaticam. Quilibet,quæ eſt ſecunda.Item in Vrbe per ſtatuta lib.1.cap.51.& lib.2.cap.2.Item in toto ſtatu eccleſiaſtico per Conſtitutiones Marchiæ lib.4.ca.10. diſpoſitum eſt,vt poſſit citari, perſonaliter ſcilicet, vel domi, quæ diſpoſitiones ſunt intelligendæ,vt loquantur electiuè, & non diſpoſitiuè,alias eſſent ſuperfluæ,cum diſponerent id, quod diſpoſitum fuit à iure communi, vt dixi ſupra nu.2. & tradunt Bar.in l.4.§.prætor ait, nu. 15. & ibidem Bal.& Alex.ſub num. 10. ff. de dam.infec. & Abb. conſ.42. nu.2.lib. 2. Luc. Pæt. in pract.Capit.lib.1. cap.8.nume.9.Flam.Cart.dicto cap.fin.nume.181. loquens de Conſtitutione Marchiæ.Et ita vſu receptum eſt hic in Vrbe etiam ſi ſimus in primis citationibus,quia ſufficeret,illã fieri domi de directo, relicta copia: Vnde meminiſſe oportet, quòd citatio, facta domi, debet eſſe in ſcriptis, vt dixi ſupra cap. 32.ſub num.23.verſ. *Hæc tamen regula*. An tamen valeret,ſi fieret oretenus coram duobus teſtibus, vide Vant.tract.null.Rub.de nullit.ex def.citat.num. 89.Et nunquid valeat citatio, ſi fieret in Apotheca, vel in Porticu,ſeu in Stabulo:vide Bart.Alex. & alios.in dicto §.prætor ait,ad quos ſe remittit Marã. dicta par.6.memb.1.num.125.& quòd debeat fieri domi ſolitæ habitationis,vide quæ dixi infra ca.45. ſub nume.23.verſ. *Et quòd citatio*. Et quæ dicatur domus ſolitæ habitationis,vide Ludou.Rom.conſ. 454.num.8.& Maran.dicto memb.1. ſub nu.124.

7 † Limitatur quarto,quãdo ageretur de cauſa alicuius Eccleſiæ,requirentis reſidentiam, eſſetque citandus clericus illius eccleſiæ,& citaretur in illamet eccleſia,quia tunc ſufficeret citatio, facta in dicta eccleſia,ex quo clericus tenetur ibi reſidere. Rot. deciſ.83.alias 523. de appel. in antiq. & additio ad eã in deciſ.1.de dol.& contum.in nou.& tradit eadem Rot.diuerſ.deciſ.75. par.3.lib.2. idem ſcriptum reliquit Vant.dicta Rub.de nullit.ex def.citat. nu.120. Cautius tamen foret, perquirere prius perſonam, & domum ſolitæ habitationis,quod ſi omiſſum fuerit,citatio nihilominus valebit,vt deciſum fuiſſe refert additio ad Rotam deciſ.22.ſub nu.8.de reſcri. in nou.Idem eſſe dicẽdum,ſi ageretur de matrimonio,Additio ad Rot.dicta deciſ.1.de dol. & cõtum. in nou.& hæc quarta limitatio procedet etiam de iure communi.

Reliquum eſſet docere,an Nuncius debeat citare coram teſtibus, & an pars ipſa poſſit de commiſſione Iudicis citare. Sed hęc docui ſupra dicto cap. 32.num.23.verſ. *Hæc tamen regula*.

8 † Modo agendum eſt de forma exequendi citationem per literas: & breuiter agendo,literæ citatoriæ vel diriguntur officiali, quia citandus non eſt de iuriſdictione citantis, vel diriguntur ipſimet citãdo. Si diriguntur officiali,erunt literæ ſubſidiales, quæ continebunt hortatoriam ad illum officialem,prout vidi ſeruari in Prouincia Aprutij, vbi ſi Vicedux Talleacotij,velit citare in iuriſdictione Vicecomitis Albę,mittet citationem ordinariam cum hortatoria in calce ad Vicecomitem, qui ex quo ambo ſunt ſub eodem Duce, & Comite,ſtatim in caſibus de iure ſtatutis,nulla mora poſtpoſita, licentiam citandi impartietur cum propria ſubſcriptione, qua licentia habita,Baliuus Albæ citabit,relationemq; faciet ſtylo ordinario: Verum conſtitutio, Citationis literæ, in executione citationis requirit præſentiam duorum,vel trium teſtium,qui ſi ſciant ſcribere; ſe ſubſcribent, ſin minus eorum præſentia per propria nomina, & cognomina annotabitur in relatione per nuncium, & in Regno hoc eſt in viridi obſeruantia, quando citatio mandatur executioni alibi, quàm in loco vbi reſidet Iudex citans, vt notat Affl.in dicta conſtitutione, Citationis literæ. nu.5. in fine.Si vero dirigantur ipſi citando, tunc nulla habita licẽtia à Iudice,poterit citari,vel per proprium nuncium,vel per nũcium illius loci, & bona erit cautela, vt ſimiliter citet coram teſtibus. Cęterum Auditor Cameræ Apoſtolicæ,& Auditores Rotæ, qñ citent extra Curiam per patẽtes literas eorum ſubſcriptione,& ſigillo munitas, illas dirigũt vniuerſis, & ſingulis DD.Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis,Archidiaconis,Scholaſticis,Cantoribus, Cuſtodibus,Theſaurarijs,Sacriſtis,Canonicis;parochialiũ Eccleſiarum Rectoribus, eorum Locatenentibus,Plebanis,Viceplebanis,Capellanis,Curatis,& non Curatis, cæteriſq; Presbyteris, Clericis, Notarijs, & Tabellionibus publicis quibuſcunque per Ciuitatem,& Dięceſim &c. Vnde non mittunt literas hortatorias, ſeu ſubſidiales, quia ſunt Iudices Ordinarij,ſeu Delegati Pontificis. Ex his omnibus perſonis,quibus diriguntur, de generali obſeruantia accipiuntur Tabelliones, veluti publicæ perſonæ, qui citationes prædictas exequuntur coram duobus teſtibus,quam executionem ſub proprio ipſorum ſigno,& propria manu in calce citationis referunt,relationemq; huiuſmodi extendunt per modum publici inſtrumenti, vt teſtatur Vant. in dicta Rubr.de null.ex def.citat. num.149. Et ita ego vidi

9 ſemper obſeruatum.† At hic quæro de quatuor, & primo:nũquid Notarius,qui citationem exequitur, teneatur prius diligenter perquirere perſonã citandam? Reſpondeo,ꝙ ſic: Additio ad Rot. deciſ.22. nu.5.& 6.de reſcript.in nou.& Veſtr.in pract. lib.4. ca.3.in principio,& vbi non poterit inuenire perſonam principalis, perquiret procuratorem, vt tradunt Vant.vbi ſupra nu.84.& Veſtr.dicto.ca.3.ſub nu.1.Quòd ſi procurator conſtitutus non ſit, vel minus reperiatur,tunc citatio eſt facienda domi,vel in eccleſia,prout latè proſequitur Vant.loco citato nu. 122.& 139.Vbi ait, prius perquirendam eſſe perſonam,& deinde domum,& in ſubſidium eccleſiam, vel parochialem,vel Collegiatam, quod etiam docuit additio ad Rot.dicta deciſ.22.nu.8. de reſcript.

10 †Secundo quæro,an huiuſmodi citationes extra Curiam ſint ſemper neceſſario exequendæ per Notarium,ſeu ſaltem aliũ ex ijs,ad quos ſunt directæ? Reſpondeo, quòd non: quia poſſet exequi etiam per ipſummet principalem; dummodo legitimè

conſtaret

conſtaret de executione citationis: & hoc ea rõne, quia ſufficit, citationẽ perueniſſe ad notitiã citati, vt tradit Veſtr. vbi ſupra num.7.& 8. licet enim citatio nõ ſit executa legitimè; ſuperueniẽte tñ notitia; ita ligat, ac ſi legitimè emanaſſet Lud. Rom. conſ. 360. nu.4.& conſ.410.nu.2. Fely. in c. cum contingat, nu. 8. de reſcript. Marſ. Sing.259. in fine, & in l. de vnoquoque num.181. ff. de re iudic. & alij, quos refert, & ſequitur Rot. diuerſ. deciſ.151. num.6. par.2. idẽ tradũt Boer. deciſ.335. Et Gomeſ. in Reg. Cancell. de non iudicando iuxta formam ſupplicationum q.16. nume.68. Grauat. in annot. ad pract. Veſtrij lib.3. cap.6. num.11. ipſemet Veſtr. lib.4. cap.3. num.8. & lib.5. cap.13. ſub nu.1. verſ. *Amplius*. Rol. à Val. conſ.47. num.22. lib.2. & Gail. in ſuis pract. obſeruat. lib.1. obſeruat.48. ſub num.4. Et multo magis ligat, ſuperueniente citati comparitione, quæ tolleret omnem defectum l.1. §. Sed ſi. & ibi Alex. num.3. ff. de fer. clem. cauſam. in fine, de elect. Bar. in l.1. num.1. ff. de in ius vocando. Alex. in l. de pupillo, §. meminiſſe. ff. de op. nou nunc. Abb. conſ.38. lib.1. Felyn. in cap. illud nume.8. de præſcrip. Dec. conſ. 449. num.8. Vant. tract. null. Rub. de null. ex def. cit. num.17. Rol. à Val. conſ.9. num.36. lib.1. Gail. in dicta obſeru.48. num.4. Et eſt communis,* de qua teſtantur Balb. tract. de præſcript. in 2. Spec.2. par.6. par. principalis quæſt.1. Grauat. in annot. ad pract. Veſtr. lib.7. cap. vlt.32. in fine. Et Gail. dicto lib.1. obſeru.58. num.2. Etſi iſta opinio non eſſet veriſſima, prout eſt, illa practica, quam docui infra cap.48. ſub num.4. abſtinẽdi à reproductione citationis ad effectum, vt citatus, ignorato vitio citationis, compareat, eſſet fruſtratoria. Quare licet citatio fuerit minus legitimè executa, tamen valet, & dato, quòd non valeret, nos poſſemus confugere ad Signaturam, quæ ad partis poſtulationem ſolet concedere Sanatoriam proceſſus cum clauſula. *Dummodo ad citati notitiam peruenerit*, Seu, *Parte tamen legitimè citata*. Vt docent Vant. tract. null. Rub. Qualiter ſenten. & proceſſ. qui dicuntur nulli, &c. nu.124. & Veſtr. dicto cap.13. ſub num.2. Cui quidem clauſulæ ſatisfactum erit quoquo modo probetur hæc notitia, dummodo plena, & certa, vt per eundẽ Veſtr. loco citato, immo ſi cauſa verteretur in Tribunali Dominorum de Rota, ipſemet Auditor poſſet defectum citationis ſupplere, & ſanare abſque alio reſcripto, quia eſt eis conceſſa hæc facultas ab Innoc. VIII. in Bulla facultatis RR. PP. DD. ſacri Palatij cauſarum Apoſtolic. conceſſæ. ibi.

Et quòd Auditores cauſarum prædictarum, conſtito eis, quòd citatio per eos decreta in cauſis, minus tamen legitimè executa, ad partis citatæ notitiam deueniret, ante terminorum obſeruationem, ad expeditionem cauſarum earundem abſque alia commiſſione, perinde ac ſi citatio legitimè executioni demandata foret, procedere. &c.

Quod notarunt etiam Vant. dicta Rubr. Qualiter ſent. &c. num.22. in fine, & Veſtr. dicto cap.13. num.8. & quomodo probetur, citationem perueniſſe ad notitiam citati vide Maſcar. de probat. cõcluſ. 292. num.1. & ſequen. vol.1. Sed eſt aduertendum, quòd non ſatis eſt, citationem perueniſſe ad notitiam, niſi peruenerit ante obſeruationem termini, vt expreſſe ordinauit etiam Innoc. vbi ſupra, & ratio eſt euidens, quoniam notitia ſuperueniens poſt termini obſeruationem, caret effectu, ex quo citatus non eſt amplius in tempore comparendi. † Sed

11 quid dicemus, ſi citatio eſſet nulla, quia eſſet notoriè iniuſta, vel peccaret in ſui forma, quia careret aliquo ſubſtantiali: Nunquid citatus tenebitur comparere, ſtante plena notitia citationis? Reſpondeo, Aut eſt nulla, quia continet aliquam pœnam inſolitam, ſeu quid aliud iniuſtum, & tunc reus poteſt impunè illam ſpernere, quia citatio, quæ continet mulctam, ſeu pœnam inſolitam, & contra Stylum, dicitur nulla. Crauet. conſ.103. nume.11. videturque communis * opinio, ex his, quæ congerit Caroc. in Reg. Cum quid prohibetur lib.6. par.1. limit.3. nu.29. cum ſequen. Vnde non comparens non poteſt reputari contumax. Vant. Rub. de null. ex def. citat. nu.75. & 78. vbi reddit rationem, quia ea, quę ſunt contra ſtylum, inducunt latentis fraudis ſuſpitionem, vt etiam tradit Crauet. conſ.44. num.5.

Aut peccat in executionis modo, ſeu relatione, & tunc ſecundum Rom. dicto conſ.410. nume.2. & alios ſuperius allegatos, tenetur comparere ſi probaretur plena, & certa ſcientia citationis, vt dixi. Aut peccat in ſui forma, vtputa, quia careat nomine Iudicis citantis, ſeu actoris, vel aliquo alio requiſito, & tunc res eſt ambigua, quia Doctores, qui aiunt, citationem ſanari per plenam notitiã ſuperuenientem, loquuntur, quando citatio languet ob defectum executionis, ſeu relationis. Contrariũ tamen videtur dicendũ ex his, quæ tradit Lud. Rom. dicto conſ.410. nume.2. vbi loquitur generaliter de errore, commiſſo in modo, ſeu forma citandi traditis à iure, dicens quòd citatio adhuc ſanaretur per ſuperuenientem notitiam, eum referunt, & ſequuntur Marſ. Sing.259. circa fin. & Rol. à Val. conſ.47. num.22. lib.2. ita generaliter quoque loquitur Grauat. in addit. ad dictum cap.6. num.11. nonnullos tamen in contrarium ſignat Marſ. dicto Sing.259. in fi. Ego non recedo à prima opinione, ſi citatio remanet incerta.

12 † Tertio quæro; qualis, & quanta debeat eſſe iſta diligentia nuncij in perquirendo perſonam principalis, procuratoris, & domum, vt his non repertis, valeat vltimo loco affigere citationem in parochiali Eccleſia? Reſpondeo, aut loquimur de citatione facienda in Curia, aut de facienda extra Curiam in partibus. Si de prima, rurſus vel loquimur de iure, vel de conſuetudine. Si de iure: dico, communem * eſſe opinionem, quòd citandus debeat perquiri per loca publica ipſius ciuitatis, ſeu loci, iuxta ea, quæ tradunt Doct. in l.4. §. prætor ait. ff. de damn. infec. & Maran. in ſuo Spec. par.6. memb.1. nume.126. Quinimo ſecundum ea, quæ tradit Vant. vbi ſupra num.93. & 94. debet etiam perquiri in Suburbijs, Villis, & Comitatu, vbi prædia, ſeu manſionem haberet: dicens, quòd, quemadmodum fit diſcuſſio bonorum, an quis ſit ſoluendo, ita quoque fiet perſonarum, an citãdus ſit reperibilis, adde his ea, quæ ſcribit Thom. Triuiſ. deciſ.55. num.1. & ſequen. lib.1. Si verò loquamur de conſuetudine, iſta diligentia

tia de reperienda perſona per Vrbem receſſit ab vſu, quia ſatis erit, quòd nūcius eat de directo ad domum citandi, interrogetque familiam, an ibi reperiatur ille talis, Bal. in l. Conſentaneum num. 44. C. quom. & quan. iud. & quòd ita ſeruetur in Regno teſtatur Maran. loco proximè citato. Et quòd ita ſeruetur Romæ poſſunt teſtimoniū perhibere, qui in ea verſati ſunt. Sed quid dico ita ſeruari? immo peius, quia Mandatarius vadit ad domum, & nulla præmiſſa interrogatione, an citandus adſit in domo, relinquit citationem in manibus alicuius ibi cōmorātis, vel eam proijcit per rimulas hoſtij, vt etiā dixi ſupra ca. 32. ſub num. 23. verſ. *Hæc tamen regula*. Et hæc de citatione exequenda in Curia. Vnde, attenta iſta cōſuetudine, ceſſat difficultas, an ſit credendum nuncio, referenti, ſe non potuiſſe inuenire perſonam. Item an poſſit admitti probatio in contrarium. Si tamen has difficultates videre libeat, hac conſuetudine circumſcripta vide eos, quos allegat Aſinius in pract. §. 9. cap. 6. nu. 1. Si loquamur de ea, quæ fit extra Curiam, dicas, quòd ſecundum Stylum, & inueteratam conſuetudinē, quæ eſt optima legum interpres, citatio, facta in eccleſia cathedrali Diœceſis, vel Collegiata eſt valida, quāuis de diligentia reperiēdi perſonam principalis, vel procuratoris non conſtet aliter quàm per aſſertionem eius, ad cuius inſtantiam citatio emanauit, quia pro validitate prædictæ executionis citationis, ſufficit, quòd is iurauerit, ſe illos non potuiſſe perſonaliter apprehēdere Aeg. concl. 319. in exeq. de iud. quem refert, & ſequitur Veſtr. in pract. lib. 4. cap. 3. nume. 1. in fine. Vnde nota ex prædictis differentiam inter citationem per literas, & per edictum in modo exequendi, quia affigere eam in valuis Eccleſię conuenit ſolum citationi per edictum, vt notat addit. ad Rot. deciſ. 5. aliàs 79. num. 12. de reſcrip. in nou.

13 † Quarto, & vltimo quæro: nunquid diligentia reperiendi perſonam, quando citatur extra Curiam ſit neceſſaria, ſtante illa generali conſuetudine, de qua dixi ſupra num. præcedenti in tertio quæſito? Reſpondeo quòd ſic per ea, quæ dixi ſupra ſub nu. 9. in primo quæſito. circa finem. Neque obſtat illa conſuetudo, quia in citationibus per literas, in quibus exigitur ſolennior executio, non habet locum. Vnde videmus, quòd in executione citationis per literas adhibentur teſtes, vt dixi ſupra ſub num. 8. ſecus in executione citationis verbalis.

14 † Videamus nunc de modo exequendi citationē per edictum. Et in primis diſtinguo. Aut loquimur de citatione Iudicis eccleſiaſtici, aut de citatione Iudicis laici. Si de citatione Iudicis eccleſiaſtici, rurſus diſtinguo, aut loquimur de ea, quæ mittitur executioni ſolum in Curia, aut de ea, quæ exequi debet etiam extra Curiam. Si loquimur de ea, quæ venit exequenda in Curia tantum, rurſus diſtinguo, vel mandatur executioni tempore iuridico, vel tempore feriato. Si iuridico, tunc dicas, citationem hāc ſcriptam in cedula papyri legendam eſſe publicè die iuridico in Audientia Contradictarum per notarium ipſius Audientiæ, vel ſuum ſubſtitutum. Et lectam ſubſcribi debere per lectorem cum appoſitione ſui nominis, cognominis, & ſigilli dictę Audiētię, quod apponitur à tergo in vno ex capitibus dictæ citationis in cera rubea diſcoperta, vt tradit quoddā Formularium terminorum Rotæ fol. mihi 15. Et ita abſolutum debere affigi in hoſtio palatij, & in valuis eccleſiæ maioris, videlicet Diui Petri, vel Pontifice abſente, in valuis eccleſiæ maioris illius loci, vbi Pontifex adeſſet, & Curia regeretur, Etrauag. vnica, de dol. & contum. & clem. 1. de iudic. Rot. deciſ. 8. aliàs 223. de dol. & contum. & deciſ. 1. aliàs 367. num. 3. de fer. & deciſ. 5. aliàs 79. & ibi. Additio nu. 19. de reſcript. in nou. Vant. tract. null. Rub. de null. ex def. citat. num. 133. & Veſtr. in pract. lib. 1. cap. 5. num. 3. & lib. 4. cap. 3. num. 4. Et prædictum Formularium terminorum Rotæ dicto fol. 15. & 18. Et ꝙ vt plurimum affigatur in valuis eccleſiæ tradit etiā Neuiz. conſ. 70. num. 15. Et fiunt hæ citationes exēplo eorum, quæ in Albo edicebant Prætores, toto tit. de alb. ſcriben. vel, vt alij dicunt, ad exemplum earum publicarum citationum, quæ exequebātur per affixionem ad Columnam in Monte Citatorio,

15 qui à nobis hodie vocatur Citorius. † Ratio autem cur introductū ſit, vt huiuſmodi citationes per edictum arctent, eſt: quia ex multa hominum frequentia, quæ verſatur in dictis locis publicis, violenter præſumitur in citandorum notitiam peruenire, vt refert Veſtr. dicto cap. 3. ſub nume. 4. Sed vt inquit Rota dicta deciſ. 1. circa fin. de fer. (proh dolor) pauci hodie viſitant eccleſias, prẹſertim Procuratores Romanæ Curiæ, qui citius, & omni die de mane currunt ad Tabernas, quā ad eccleſias. Si vero mandatur executioni tempore feriato, vtputa Vacationum, quæ ſingulis annis indicuntur à Kalendis menſis Iulij vſque ad Kalendas Octobris, tunc dicas, citationem prædictam non legi in Audientia contradictarum propter vacationes, ſed ſolum affigi in valuis Baſilicæ Diui Petri, ſeu Palatij Cancellarię, & in Acie Campi Floræ, vt tradunt Rot. dicta deciſ. 5. ſub num. 9. in additio. de reſcript. in nou. & Vant. dicta Rub. de null. ex def. citat. ſub num. 131. Et hæc forma ſeruatur in Curia. Si verò ſit exequēda in partibus extra Curiam, tunc vltra prædictam executionem, prius faciendam in Curia, dicas, more introductum eſſe, vt exequatur etiam in partibus in duobus alijs locis, ex expreſſis in citatione, qui ſint vicini Prouinciæ, in qua degit citandus, vt magis in eius notitiam poſſit tranſire: Rot. Vant. & Veſtr. in locis ſuperius allegatis. Et ita ſeruatur, quando huiuſmodi citatio eſt decreta in Vrbe. Cęterum ſi decernatur alibi, tunc debet ſeruari Stylus illius

16 loci. † Quare in Camera Imperiali debet affigi in tribus locis, quæ ſint vicina loco citandi, debentque illa exprimi in ſupplici libello, quo petitur, poſſe citari per edictum, vt docet Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 57. num. 10. Et hæc de citatione Iudicis eccleſiaſtici. Si loquamur de citatione iudicis laici, dicas, citationem affigendam eſſe non in valuis eccleſiæ, ſed in Albo Prætoris, vel in foribus Palatij illius loci, vt dicit Bal. in l. Conſentaneum. num. 2. C. quom. & quan. iud.

17 † Modo dubitandum venit de nonnullis, & primo, an huius citationis per edictū debeat affigi originale, vel copia ſufficiat? Reſpondeo debere affigi cita-

gi citationem ipſam originalem, quia copia non facit fidem, & originali credere tenemur. Rot. dicta deciſ. 8. de dol. & contum. & deciſ. 22. nume. 11. in additio. de reſcript. in nou. & Vant. vbi ſupra num. 136. Et ita de omni citatione diſponunt ſtatuta Regij Lombardiæ ca. 1. de citat. lib. 2. Sed inſurgit difficultas, quia ſi eſt affigenda originalis videntur ſequi duo abſurda. primum, quòd forſan non poterit reproduci. Secundum, quòd requirerētur quatuor, ſeu duæ originales iuxta numerum locorum. Dic, quòd eſt relinquēda affixa per aliquot horas, & deinde aufertur, in eiuſque loco eſt relinquenda copia, dicta Clem. 1. de iudic. Rot. vbi ſupra, & Veſtr. dicto lib. 4. cap. 3. num. 5.

18 † Secundo dubitatur, præſuppoſito, quòd in citatione ſint expreſſa tria, aut quatuor loca in partibus, nunquid ſufficeret, citationem exequi in duobus tantum? prima facie videtur dicendum, quòd non, quia forma mandati eſt diligenter ſeruanda c. cum dilecta. de reſcript. l. diligenter. ff. mand. cū ſimilibus. Quare non ſeruata forma expreſſa in citatione, & ipſa citatio, & proceſſus inde ſecutus redduntur nulli l. 1. §. Offilius, & ibi Bal. ff. ne quis eum, qui in ius voc. Affl. deciſ. 2. num. 6. & latius Vant. in ſæpe citata Rubr. de null. ex def. citat. num. 132. Stylus tamen cōtentus eſt, quòd exequatur in duobus locis tantum, Aegid. deciſ. 14. de iudic. quem refert Additio ad Rot. deciſ. 5. ſub nume. 9. de reſcript. in nou. idem teſtantur Veſtr. dicto lib. 4. cap. 3. ſub nu. 4. Vant. loco citato nu. 133. & Bellamer. deciſ. 194. quem refert, & ſequitur Neuiz. conſ. 70. nume. 17. quem poteris videre in iſto paſſu, quia illum diſcutit, & tandem firmat ſatis eſſe, quòd citatorium fuerit affixum in duobus locis.

19 † Tertio dubitatur: quid dicendum, ſi citatio exequenda in partibus, exequeretur in paucioribus locis, quàm in quatuor, videlicet duobus in Curia, & duobus extra, vt dixi ſuperius ſub num. 15. nunquid valeret? Reſpondeo, quòd non, Rot. dicta deciſ. 5. num. 1. & deciſ. 1. ſub num. 3. de fer. in nou. & Pariſ. conſ. 31. num. 31. par. 4. quē refert, & ſequitur Rol. à Val. conſ. 68. num. 28. lib. 2.

20 † Quarto dubitatur: Nunquid in affixione citationis requiratur pręſentia teſtium? Item nunquid debeat prius exequi in partibus, & poſtea in Curia, vel è contra? Reſpondeo, ſuper 1. vide Rot. diuerſ. deciſ. 1016. par. 3. lib. 3. & ſuper ſecundo vide Addit. ad Rot. dicta deciſ. 5. num. 19. de reſcrip. in nou.

21 † Quinto dubitatur: Nunquid citatio per edictū arctet citatum ad comparendum æquè, ac ſi perſonaliter fuiſſet citatus? Prima facie videtur dicendum, quòd non, quia ad hoc, vt quis poſſit excommunicari non ſufficit citatio, facta domi, ſeu ad Parochiam Innoc. in ca. fin. ſub num. 3. de eo, qui mitt. in poſſ. Paul. de Caſtr. in l. 4. §. prætor ait, ſub nume. 3. ff. de dam. infec. Rot. deciſ. 1. aliàs 367. num. 4. de fer. & Addit. ad eam in deciſ. 5. aliàs 79. num. 21. de reſcrip. in nou. vbi ait, de ſtylo Auditoris Cameræ eſſe, vt monitoria exequātur perſonaliter, quia aliàs ipſe non procederet. Et ita cum Innoc. videtur ſentire omnes ſecundum Foller. in pract. crim. Can. in verbo. reperti culpabiles citentur fol. 133. num. 15. & facit Rot. deciſ. 21. aliàs 771. de dol. & contum. in antiq. quam refert, & ſequitur Vant. dicta Rubr. de null. ex def. citat. num. 141. dicens, non ſufficere præſumptiones, & coniecturas, quòd citatio peruenerit ad notitiam citati, quando agitur de magno præiudicio. Contrarium tamen cenſeo eſſe verum, videlicet, quòd citatus per edictum reputetur, ac ſi perſonaliter fuiſſet citatus iuxta Extrauag. Rem nō nouam, Bonifacij VIII. de dol. & cōtum. & ibi glo. in terminis, in verbo. perſonali, quam refert, & ſequitur Addit. ad Rot. dicta deciſ. 5. ſub nume. 9. Idē tradunt Imol. in allegata Extrauag. Rem non nouā, num. 15. Philip. Franc. in cap. bonæ memoriæ num. 22. de appel. quos refert, & ſequitur Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 57. num. 12. Et eſt ratio, quia doloſus non permittens, ſe citari, non debet ex hoc dolo commodum reportare, ſed debet haberi perinde, ac ſi fuiſſet citatus perſonaliter l. dies cautioni, §. toties. ff. de dam. infec. quem reputat valde ſingularem. Gail. vbi ſupra obſeru. 55. nu. 2. vbi etiā teſtatur de communi. * Et de conſuetudine, quòd cōtumax, qui fuit citatus domi, poſſit banniri teſtatur Clar. lib. 5. recept. ſent. quæſt. 31. verſ. Dictum eſt. Non obſtant adducta in contrarium, quia loquuntur de citatione ad domum, ſeu parochiam, & non de citatione per edictum, vt bene animaduertunt Additio ad Rot. dicta deciſ. 5. num. 9. & Foller. vbi ſupra, qui bene declarat. Vnde nō obſtat, quòd tradit Vant. dicto num. 141. quia, vt reſpondendo Aegidio, tradit eadem Rot. ibidem num. 8. illa procedunt in ſimplici citatione. Et quod diximus de Auditore Cameræ eadem ratione non obſtat, quia illud monitorium non eſt citatio per edictum. In obligationibus tamen hodiernæ formæ Cameræ, quia ponitur verbum. *Moneri*, ante verbum excommunicari, ideo ſtante pacto, poterit debitor abſens, & obligatus in forma Camerę excommunicari, etiam quòd aliter non ſit monitus, ſeu citatus, Galleſ. ad form. Cam. oblig. ad 3. partic. quæſt. 3. nume. 5. fol. mihi 50. & faciunt quæ dixi de bannito infra ca. 97. ſub. num. 40. verſ. *Contraria &c.*

22 † Vnde hęc citatio eſt diligenter exequēda, quia eſt magni pręiudicij, & exorbitans à iure communi, dicta Clem. 1. de iudic. Rot. dictis deciſionibus 1. nume. 3. de fer. & 8. de dol. & contum. in nou & latius Vant. tract. null. dicta Rub. de null. ex def. citat. num. 125. & Grauat. in annot. ad pract. Veſtrij lib. 8. cap. vlt. num. 34

Et hic erit modus citandi certum contradictorē per edictū, quando citandus perſonaliter citari non poteſt vel ob perhorreſcentiam, ſeu quia aliter efficit, ne perſonaliter citetur, vel quia tutus non patet acceſſus.

23 † Sed quid dicemus de executione citationis cōtra Vagabundos, & incertos, & de executione generalis citationis contra quoſcunque ſua intereſſe putantes? Reſpondeo, ſi eſt vagabundus, citabitur per affixionem citationis in ea ciuitate, ſeu loco, vbi ſolitus eſt conuerſari. Quòd ſi controuerſia ſit ſuper aliqua re immobili, tunc poterit affigi ad illam rem iuxta ea, quæ dixi ſupra cap. 34. num. 14. Si vero citantur incerti ſua intereſſe putantes, affigetur citatio

tio in hoſtio Curiæ, ſeu ciuitatis, vel Terræ ſecundum Stylum illius loci. Et hæc in ciuilibus.

Quæro modo quomodo ſit exequenda in cauſis criminalibus? Reſpondeo, ſi loquimur de eo, qui non poteſt citari perſonaliter, neque domi, vel propter non tutum acceſſum, vel propter perhorreſcẽtiam, ſeu quia aliter efficit, ne poſſit citari, tunc citatio mandabitur executioni, vt in ciuilibus. Si vero loquimur de eo, qui eſt vagabundus, ſeu cuius domicilium ignoratur, prout hanc ignorantiam fingunt regulariter latrunculatores iuxta ea, quæ dixi ſupra cap. 40. ſub nume. 11. tunc citatio affigitur in valuis Curiæ, & poſſet affigi etiam in aliquo alio publico loco pro abundantiori Cautela, ſed non eſt neceſſarium, vt patet ex ſtatutis Vrbis lib. 2. cap. 2. Si verò habeat domicilium, tunc eſt citandus domi ſolitæ habitationis, & pro abundantiori Cautela etiam in valuis Curię, vt diſponũt ſtatuta Vrbis dicto lib. 2. cap. 6. & ita ſeruatur in Vrbe de Stylo, de quo teſtatur etiam Moder. in quæſt. Crim. lib. 1. quæſt. 11. ſub num. 41. verſus finem, & num. 44. Et quòd citatio debeat exequi domi ſolitæ habitationis tradunt Bar. in l. 4. §. prætor ait. num. 8. ff. de dam. infec. & in l. Item apud Labeonem. §. conuicium nume. 3. ff. de iniur. Paul. de Caſtro in dicto. §. prætor ait. num. 4. in fine. & ibidem eod. num. Alex. & in conſ. 2. lib. 3. Maran. in ſuo Spec. par. 6. memb. 1. nu. 127. & Boſſ. tract. crim. tit. de citat. nume. 16. & tit. Banniti quid amit. num. 18. Vant. tract. null. dicta Rubr. de null. ex def. citat. num. 87. Foller. in pract. crim. in verbo. Vel eos verbaliter citari faciat. nu. 28. & Luc. Pæt. in pract. Capitol. lib. 1. cap. 8. nume. 10. eſtque com-
* munis, * de qua teſtatur Alex. in dicto. §. prætor ait. num. 3. in fine. ff. de damn. infec. & ſi aliter exequatur, quòd ſit nulla, vide Boſſ. vbi ſupra, tit. de bann. nul. & alios, quos refert, & ſequitur Moder. in quęſ. crim. lib. 1. dicta quæſt. 11. ſub nume. 41. verſ. *Et in propoſito*.

24 † Quæro poſtremo loco, an priuſquam affigatur domi ſolitę habitationis, ſeu in valuis Curię debeat adhiberi diligentia inueniendi perſonam per Ciuitatem? Reſpondeo, quòd non eſt neceſſarium de conſuetudine per ea, quæ adduxi ſupra nume. 5.
25 & 6. † At inſurgit difficultas, quæ (quos viderim) à Doctoribus hucuſque non eſt tacta. Nunquid ſcilicet in decernenda citatione per edictũ contra Vagabundum requiratur ſummaria præcedens informatio, quòd citandus ſit vagabundus? Et quidem, loquendo de iure, reſponderem, quòd ſic per ea, quæ dixi ſupra cap. 31. num. 2. & ſeq. & cap. 34. nu. 11. De conſuetudine tamẽ nõ ſeruatur. Et hęc ſatis.

De modo exequendi Citationem realem, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. Cap. XLVI.

S V M M A R I V M.

1 *Executor debet in facienda captura perſonæ inſpicere quatuor.*

2 *Executori non habenti mandatum à iudice, ſed deferenti inſignia executoris, nunquid ſibi, exequenti poſſit impunè reſiſti.*

3 *Executori, habenti mandatum, & illud exequenti, ſi non deferat inſignia, nunquid poſſit impunè reſiſti.*

4 *Captura nunquid poſſit fieri in Eccleſia. Et quid in circuitu ipſius num. 5. Et quid in hoſpitalibus nu. 6. Et quid in Palatio Epiſcopi nume. 7. Et quid ſi capiendus confugiſſet ad ſacerdotem &c. nume. 8. Et quid in domo. num. 9. Et quid ad ſtatuam Principis num. 10. Et quid in Scholis nu. 11. Et quid in prædictis locis quando agitur de captura pro cauſa criminali, vide num. 22.*

12 *Captura prohibita, erit prohibita etiam obſeſſio.*

13 *Captura pro cauſa ciuili, an poſſit fieri diebus feſtiuis.*

14 *Captura perſonæ laicæ non poteſt decerni à iudice laico.*

15 *Mulier non poteſt capi pro debito ciuili; fallit in Regno Neapolitano: fallit in meretrice: fallit etiam in tutrice debitrice pupilli ex adminiſtratione tutelæ.*

16 *Infantes, & impuberes non poſſunt carcerari pro debito.*

17 *Epiſcopi, & alij Prælati, & viri illuſtres de conſuetudine non carcerantur.*

18 *Perſonæ, quæ pro cauſa ciuili non poſſunt carcerari, nunquid poſſint carcerari ſi ſint ſuſpectæ de fuga.*

19 *Perſonæ, quæ non poſſunt carcerari pro debito, nunquid poſſint cogi ad cedendum bonis cum infamia.*

20 *Executor an, & quando debeat abſtinere à captura perſonæ, quamuis habeat mandatum.*

21 *Executori, volenti ſine mandato iudicis capere repertum in flagranti, num poſſit impunè reſiſti.*

22 *Captura pro cauſa criminali an, & quando poſſit fieri in Eccleſia.*

23 *Item an poſſit fieri in palatio Cardinalium, Epiſcoporum, in ſtatuis Principum, in Scholis, & in domibus.*

24 *Captura in cauſis criminalibus poteſt fieri etiam tempore feriato in honorem Dei.*

25 *Perſonæ Eccleſiaſticæ, & mulieres quando poſſint capi, & carcerari pro cauſa criminali, & in quibus carceribus ſint detinendæ mulieres.*

26 *Meretrix maritata, an poſſit carcerari pro debito.*

27 *Doctores, item minores carcerantur pro grauibus delictis.*

28 *Reſiſtẽtia aduerſus Birruarios iuſtè exequentes non eſt licita, & quomodo puniatur.*

29 *Reſiſtentia facta à tertio grauius punitur, quàm facta ab ipſomet capiendo.*

30 *Executoribus iniuſtè exequentibus, an & quando impunè poſſit reſiſti.*

31 *Captura quando dicatur notoriè iniuſta.*

32 *Executoribus, iuſtè exequentibus, quid liceat aduerſus reſiſtentiam capiendi.*

33 *Capiendo quæ reſiſtentia ſit permiſſa aduerſus executores iniuſtè exequentes.*

34 *Carcerati ſunt ſeparatim detinendi.*

1 SI loquamur † de executione realis citationis in ciuilibus, debet circũſpectus executor quatuor diligẽter conſiderare. Primum, vt ſecum habeat mandatum Iudicis in forma ſolita, & conſueta, nomen, & cognomen capiẽdi clarè continens, vt ei, illud quærenti in actu capturæ, poſſit oſtendere. Dico hoc, quia executori, exequẽti ſine mandato Iudicis, poteſt impunè reſiſti, vt dixi infra num. 31.

2 † Difficultas poſſet inſurgere. Nũquid hæc cõcluſio procederet, etiamſi executor portaret inſignia executoris, & ſatellitum ſecundũ ſtylum, & conſuetudinẽ illius loci? Reſpondeo, Clar. dicta quæſt. 29. in fine principij, alternatiuè loquẽdo, videtur ſentire, quòd non: dum ait, requiri, ꝙ ſatellites habeant ſecum vel licentiam in ſcriptis capiendi illum, vel ſaltem inſignia, quòd ſint ſatellites. Idem ſentire videtur Bar. in dicta l. prohibitum. num. 1. Par. de Put. tract. de Synd. in verbo. familiaris, ſeu familia cap. 2. num. 3. & Auguſt. ad Ang. tract. de Maleſ. in verbo. Quòd fama publica. num. 54. in fine: dicentes, poſſe reſiſti familiæ Poteſtatis, quando non habent aliqua inſignia. Quare à contrario ſenſu ſentiunt vna cum Claro, quòd ipſis, habentibus inſignia, non poſſit reſiſti etiã quando non oſtendant mandatum, & ita in terminis tenet Boer. deciſ. 170. num. 3. quando exequuntur intra iuriſdictionem, quia tunc præſumuntur cogniti. Ego tamẽ ſum in contraria ſententia, quòd ipſis ſine mandato iudicis (quod tenentur oſtendere) exequentibus poſſit impunè reſiſti, quamuis portarẽt inſignia ſolita illius loci, quia nemo poteſt citari realiter ſine expreſſa commiſſione iudicis, de qua debet apparere in ſcriptis, vt dixi ſupra cap. 33. ſub nume. 3. verſ. *Secundus*. Et cap. 42. ſub nume. 18. & ita ſeruatur in Vrbe, & in omnibus locis, in quibus verſatus ſum, & fatuus eſſet Birruarius, qui vellet quempiam capere ſine mandato Iudicis.

3 † Inſurgit ſecunda difficultas. Nunquid vltra mandatum capiendi in ſcriptis debeat habere inſignia? Reſpondeo Moder. lib. 1. quæſt. crim. quæſt. 32. nume. 33. & 37. videtur ſentire, quòd vtrunque copulatiuè requiratur. Vnde ait, quod capiendus, reſiſtens, poſſet ſe excuſando dicere, quòd ignorabat illos eſſe executores iuſtitiæ, immo quòd credebat ſuos inimicos, & cum hac ſententia tranſit, quando ſumus in loco, vbi ſatellites ſoliti ſunt portare inſignia, quę veriſſima eſt, ſi credamus Bartolo in dicta l. prohibitum, vbi allegat textum in l. Item apud Labeonem. §. ſi quis virginem. ff. de iniur. Quid dicendum? Ego diſtinguo, aut ſumus in loco, vbi ſatellites non portant aliqua inſignia, & tunc ſatis eſt, quòd oſtendant mandatũ Iudicis, & ita ſeruatur Romæ, & in pluribus alijs locis, in quibus verſatus ſum. Aut ſumus in loco, vbi ſolent portare inſignia, ſicuti in Regno Burdeg. vbi nuncij deferunt veſtes ex rubro, & viridi diſpartitas, teſte Boer. dicta deciſ. 170. nume. 5. & tunc rurſus diſtinguo. Aut ibi extat aliqua lex municipalis, diſponens, quòd teneantur in exercitio eorum officij gerere inſignia, & aliàs officiũ exercere non poſſint. Et dico, quòd iſto caſu propter huiuſmodi municipalem diſpoſitionem procederet dictum Bartoli in dicta l. prohibitum. Aut non extat, ſed ſolum viget illa conſuetudo, & iſto caſu crederem, quòd executori, habenti mandatum Iudicis in forma ꝓbanti, non poſſet reſiſti, quamuis careret inſignibus illius loci, & maximè quando ab eo contra quẽ exequeretur eſſet cognitus. Per oppoſitum verò, quando nõ eſſet cognitus, probabiliter vè is, aduerſus quem exequebatur, potuiſſet ſuſpicari, illum nõ eſſe de familia poteſtatis, crederem, excuſari, ac mitius puniendum iuxta coniecturas, & facti qualitatem, prout ob hanc conſiderationem moderatam, fuiſſe ſententiam capitalem, latam per Iudicem ordinarium, refert Boer. deciſ. 170. num. 5. in fine. Nõ obſtat textus in dicta l. Item apud Labeonem. §. Si quis virginem, per quem textum aliàs Marſ. Sing. 520. firmat, quòd qualitas, ſuperueniens enti, reponat illud ens in diuerſa ſpecie, vt dixi infra cap. 51. ſub nume. 39. verſ. *Ego tamen*. Quia reſpondetur, quòd in caſu noſtro præſupponimus mandatũ, cuius oſtenſio, ac exhibitio ſatis indicat illud ens, quamuis deficiant inſignia, quod non eſt in Virgine, induta veſte meretricali, cuius cognitio tota dependet ab habitu. Conſulo tamen Birruarijs, vt in loco, vbi de ſtylo portantur inſignia, illa nunquam deſerant, immo quo magis poſſunt ſtudeant, vt diſtinctè ab alijs cognoſcantur, quia huiuſmodi clara cognitio erit propugnaculum malæ intentioni, durumvè frenum fingendę inſcitiæ. Portent etiam ſecum manicas ferreas, & alia ligamina, ac demũ aliter ſe gerant cum nobilibus, aliter cum plebeis.

4 † Secundũ, quod debet inſpicere, eſt locus, quia multa ſunt, in quibus non licet manus inijcere in capiendum: Vnus eſt Eccleſia, in qua non poteſt deueniri ad capturam, & hoc ſeruatur etiam de conſuetudine in cauſis ciuilibus, vt dixi ſupra ca. 42. ſub num 13. Hanc concluſionem, quòd debitor nõ poſſit capi in Eccleſia amplia pluribus modis. Et primo, vt habeat locum etiã in ſchalis Eccleſiæ, & Cimiterio, ſeu Clauſtro. Ang. tract. de maleſ. in verbo. Quod fama publica, ſub num. 59. & in verbo. In ſchalis Sancti Petronij. num. 3. & multi alij, quos refert, & ſequitur Moder. dicto. lib. 1. quæſt. crim. quæſt. 28. num. 14. vbi teſtatur de communi. *

5 † Amplia ſecundo, vt habeat locum etiam in Eccleſiæ circuitu, qui ſi loquimur de Eccleſia matrice, extenditur per quadraginta paſſus circumcirca. Si de alijs Eccleſijs, per triginta. Vide Ang. in dicto verbo. In ſchalis num. 3. & Moder. dicta quæſt. 28. nu. 12. Hæc tamen ſecunda ampliatio in Vrbe non ſeruatur vide Clar. lib. 5. recept. ſent. quæſt. 30. verſ. Hinc eſt &c.

6 † Amplia tertio, vt procedat etiã in Hoſpitalibus, Ang. in dicto verbo. Quod fama publica, ſub num. 59. & multi alij relati per Moder. vbi ſupra nu. 36.

7 † Amplia quarto, vt habeat locum etiam in Palatio Epiſcopi, & eſt communis, * de qua teſtatur Barbat. conſ. 33. nu. 7. lib. 4. & procedit etiamſi Palatium maneret vltra circuitum: & quòd ita ſe habeat communis, * teſtantur ij, quos refert, & ſequitur

tur

tur idem Moder. quem poteris videre nu. 38. Contrariũ tamen retulit, & secutus est Clar. dicta quęst. 30. vers. Scias etiam. Tu vide quæ dixi infra nu. 22.

8 † Amplia quinto, vt habeat locum etiam, quando capiendus confugisset ad sacerdotem, portantẽ in manibus Sacram Eucharistiam, eumque amplexus esset, quia non posset capi. Clar. dicta quæst. 30. vers. Vltimo quæro. Et Moder. loco citato num. 11.

9 † Secundus locus erit domus, in qua tutus manet capiendus pro causa ciuili argumẽto textus in l. plerique. ff. de in ius voc. vbi dicit Iureconsultus, domum esse tutissimum cuique refugium, atque receptaculum, & in l. nemo de domo. ff. de reg. iur. Ferrat. caut. 22. Boer. decis. 230. num. 4. & Maria. tract. de citat. artic. 17. ampliat. 5. quos refert Moder. dicto lib. 1. quæst. 27. num. 91. Cæterum hæc conclusio de consuetudine non seruatur, nisi quando domus maneret clausa, & Birruarij non haberent licẽtia ingrediendi, aperiendique portam per vim, quã quidem licentiam Iudex concedere non solet, nisi debitore prius citato ad tenendum portam apertam, aliàs mandari aperiri per vim. Et hoc etiam si debitor foret obligatus in forma Cameræ.

10 † Tertius locus erit statua Principis. l. vnica. C. de his qui ad Stat. confug. & est communis, * de qua testat̃ Remig. tract. de immunitat. Eccles. ampliat. 23. fol. 97. Sed de consuetudine non seruatur, Restaur. tract. de Imperat. quæst. 96. quem referunt, & sequuntur Clar. dicta quæst. 30. in fine, & Moder, quæst. 28. num. 49. lib. 1. quæst. criminal.

11 † Quartus locus erunt Scholæ, à quibus Scholares extrahi non possunt. Vide Clar. vbi supra vers.

12 In hoc autem proposito. † Pro complemento modo, ac declaratione Scias, quòd, quemadmodum captura in prædictis locis est prohibita, ita quoque prohibitum est impedimentum, & obsessio in illis. Quare non licet Iudici, seu inquam Executoribus impedire, quominus capiendo, in aliquo dictorum locorum moranti, deferantur vestitus, alimenta, aliaque necessaria, quia esset impedire, ac violare ecclesiasticam immunitatem, & hæc est communis, * de qua testatur Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 20. nu. 17. quẽ refert, & sequitur Clar. vbi supra vers. Quęro modo &c. Vbi testatur etiam, quòd seruatur in Ducatu Mediolani, refertque contrarias consuetudines quorundam aliorum locorum: poteris addere Moder. dicta quæst. 28. num. 9.

13 † Tertium inspiciẽdum est tẽpus, de quo, si fugæ suspitio immineat, seu morę periculũ, nulla habetur consideratio, Vide ad hoc quæ dixi supra. ca. 37. nu. 15. Cęterum semotis fugę suspicione, & morę periculo, distinguo. Aut est tempus feriatum in honorem Dei: Aut est feriatum in vtilitatem hominum. Si in honorem Dei, rursus distinguo. Aut sumus in causis ciuilibus. Aut in criminalibus. Si in ciuilibus: dico, capturam esse prohibitam per textum in l. fin. Et ibi communiter * Doctores. C. de fer. hoc idem tradunt Bal. tract. de carcer. cap. 1. nume. 6. & 9. Par. de Put. in tract. de Synd. in verbo. Captura cap. 5. nume. 6. & Tessaur. Fossanen. decis. 95. nume. 1. & ita Sanctè Sanctæ memoriæ Pius Quintus sanciuit, vt etiam refert Moder. dicto lib. 1. quæst. 37. nu. 106. Si in criminalibus: dico, quòd & si idem respõdendum esset de iure, tamen de consuetudine non seruatur maximè in delictis grauibus iuxta ea, quæ dixi infra. nume. 24. Si sumus in tempore feriato ad vtilitatem hominum, rursus distinguo: Aut est renũciatum ferijs, seu est dispositum à statuto, quòd possit procedi &c. Et sic non loquimur in terminis iuris communis. Aut non est renunciatum, & sic loquimur in terminis iuris communis. Si primo casu: dico, capturam, & executionem posse fieri, quia ferijs inductis ad vtilitatem hominum potest renunciari de consensu partium, vt referunt, & sequuntur Maran. in suo Spec. par. 4. distinct. 16. num. 83. & Tess. Fossanen. decis. 39. nume. 1. Et per statuta possunt tolli, vt dicit Maran. Vbi supra distinct. 9. num. 19. in fine, vbi ait, in Regno per constitutionẽ. Baiulos. correctam esse legem. 1. C. de fer. & iuxta hanc constitutionem vidi in Regno, & particulariter in Prouincia Aprutij ferias messium, & vindemiarum nullatenus seruari, & in Vrbe habemus statuta antiqua lib. 4. cap. 28. & noua lib. 1. cap. 58. in fine disponentia, ferias, inductas in vtilitatem hominum, non seruari in causis summarijs, criminalibus executiuis, appellationum, nullitatum, & restitutionis in integrum. Et quòd non seruentur in summarijs est etiam de iure communi iuxta ea, quæ tradunt Papiens. in pract. in form. libell. actio. real. in gl. summariè. num. 5. & 6. fol. mihi. 118. Maran. dicta distinct. 9. num. 19. Et Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæst. 30. num. 2. & quod dico de statuto, intellige etiam de cõsuetudine Clar. lib. 5. recept. sentent. dicta quęst. 97. vers. Quæro etiam. Et ex hac distinctione collige differentiam inter ferias inductas ad vtilitatem hominum, & ferias inductas ad honorẽ Dei, quia primis potest renũciari, & per statuta possunt tolli, sed nõ secundę. Vide Moder. dicta quęst. 27. sub num. 106. & quæ diximus nos infra cap. 53. sub num. 23. & 38. in fine. Si in secundo casu, quando scilicet non est renunciatum ferijs, neque sunt à statuto sublatæ, sed attenditur solum dispositio iuris communis, & dico idẽ, quod dixi de ferijs inductis ad honorem Dei, nimirum, quòd non possit fieri captura, seu executio, teste Bal. in dicto. tract. de carcer. cap. 1. num. 9. quem refert, & sequitur Moder. dicta quęst. 37. sub num. 106. Et hoc est clarum in ciuilibus. Sed in criminalibus de cõsuetudine nullatenus seruatur. Restringe hanc conclusionem, vt non sit vera, quando ageretur de executione sentẽtiæ, quia illa posset fieri tempore feriato ad vtilitatẽ hominum, vt testantur Alex. cons. 130. in causa strazarolorum. num. 2. lib. 4. & cons. 53. quæritur an statuto. num. 7. & 10. lib. 5. & Vant. tract. nullit. Rub. de nullit. ex defec. iurisdict. num. 131. & est ratio, quia in executiuis non requiritur strepitus, Bal. in l. etiã col. 1. C. de execut. rei iud. quem refert, & sequitur Natt. ad hoc propositum in 1. addit. ad Alex. dicto cons. 130. Et quia istam materiam quàm latè prosecutus sum in meo Manuale iuris, in verbo. Diebus feriatis. integram reassumam, Deo fauente, lib. seq. ideo pluribus non insisto.

14 † Quartum, & vltimum, quod erit inspiciendum, est persona capienda. Nunquid sit Ecclesiastica, & manda-

mandatũ de capiendo ſit iudicis laici: quia, ſi tũc capiendus reperiatur ab Executore in habitu, & tonſura, debet abſtinere à captura, aliàs tam Iudex, quàm ipſe inciderent in pœnam Canonis. Si quis ſuadente Diabolo. 17. quæſt. 4. vt dixi ſupra cap. 11.
15 nume. 47. † Quòd ſi ſit laica, debet reſpicere, nunquid ſit exempta, vt puta, quia ſit mulier, quæ pro debito ciuili regulariter capi non debet argumento textus in §. neceſſarium. Auth. Vt nulli Iudicum, & in Auth. Sed hodie nouo iure. C. de offic. diuerſ. Iud. & tradunt Vitall. tract. de malef. Rub. de carcer. priuat. num. 3. Soc. reg. 259. mulier, Duenn. reg. 312. ampliat. 1. & Gail. in pract. obſeruat. lib. 1. obſeru. 48. ſub nume. 14. & lib. 2. obſeruat. 90. num. 3.
* Et eſt communis* opinio, de qua teſtatur Boer. in repetit. l. conſentaneum. nume. 144. C. quomo. & quan. Iud. & ita ſeruatur in Vrbe, etiã ſi mulier eſſet obligata in forma Cameræ. Fallit hæc concluſio in Regno Neap. quia ex diſpoſitione Ritus. 166. Itẽ quòd ſi debitores, aut debitrices. ſub Rub. De Inſtrumentis, & eorum præſentationibus. Si præſentetur inſtrumentum cõtra mulierem via executiua, adſintque in eo iuramentum, & pęna, & ſit liquidatum, poterit ipſa carcerari, vt notant ibi Carauit. nume. 1. & Maran. in ſuo Spec. par. 6. actu. 8. nume. 20. Fallit etiam in meretrice, quæ de iure communi poteſt carcerari, vt tradunt Bal. in dicta l. conſentaneum. col. vlt. C. quomo. & quan. Iud. Soc. dicta reg. 259. limitatio. 2. Iaſ. in l. plerique. num. 35. ff. de in ius voc. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quęſt. 88. nu. 13. & Giacch. in additio. ad Clar. lib. 5. recept. ſent. quæſt. 28. Fallit etiam in muliere tutrice, quę ob debitum pupillare carceratur, vide Gail. dicta obſer. 90. num. 4. lib. 2. Sed iſta limitatio an ſit vera diſcutiam, Deo fauente, in 3. lib. interim vide eos, quos allegat Moder. in quæſt. crim. quæſt. 27. num. 61. & 62. lib. 1.

16 † Item pro debito carcerari non poſſunt Infantes, & Impuberes, Vide Gail. lib. 1. pract. obſeruat. obſer. 48. num. 16.

17 † Item Epiſcopi, & alij Prælati, Virique illuſtres de conſuetudine non carcerantur, quod etiã in Militibus, & Doctoribus fuit à iure ſtatutum l. medicos, & ibi glo. in verbo. exhiberi. C. de profeſſ. & med. lib. 10. Bar. in l. Si libertus. ff. de in ius voc. Alex. Iaſ. & Rip. in l. miles. ff. de re iud. & alij, quos in puncto iuris refert, & ſequitur Moder. dicta quæſt. 27. nume. 77. cum ſeqq. De conſuetudine tamen hic in Vrbe hoc priuilegium eis non ſeruatur, maximè ſi extent obligati in forma Cameræ ob renunciationem, quam faciunt omni legum auxilio, & expreſſum pactum, ꝙ ineunt, vt poſſint carcerari &c. vt conſiderat etiam Moder. loco citato nu. 85.

18 † Sed quid dicendum, ſi huiuſmodi perſonę, quę pro debito carcerari non poſſunt, ſint ſuſpectæ de fuga: nunquid poterunt capi? Reſpondeo Moder. dicta quæſt. 27. num. 64. loquens de muliere ſuſpecta de fuga, firmat opinionem negatiuam, quod adhuc capi non poſſit, moueturque eo fundamento, quòd in ea militet ratio diuerſa, quia, inquit, quamuis in ea militet eadem ratio ſuſpicionis fugæ, ob quam conceditur captura, militat tamen honeſtas, ob quam prohibetur. Item, inquit, ſi mulier condẽnata ad ſoluendum non poteſt carcerari, vt dixi ẽt ſupra num. 15. ergo minus poterit capi vti ſuſpecta de fuga, quia ſi eſt prohibita captura pro executione debiti, erit etiam prohibita pro ſuſpicione fugæ, cum hæc tendat, in ordine ad illam. Vnde ad cõfirmationem adde regulam cap. Cum quid prohibetur. de reg. iur. in 6. Confirma etiam iſtam opinionem Moderni ex regula, quæ habet, quòd, concurrentibus duabus cauſis, permiſſiua ſcilicet, & prohibitiua, prohibitiua in dubio attenditur ad tradita per Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & alios quos cõgerit, & ſequit Vant. tract. null. Rub. Quot, & quib. mod. &c. num. 55. verſ. *Et nota*. Et faciunt quæ tradit Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 80. num. 27. & ratio huius regulæ ea eſt, quia poſteriora ſemper derogant prioribus, & non è cõtra, vulg. iur. Et cauſa prohibitiua ſemper ſe habet per modũ poſterioris ad cauſam permiſſiuam. Nam generalis concluſio eſt, quòd omne, quod non reperit prohibitum, cenſetur permiſſum, ſicque prohibitio ſe habet per modum limitationis, ſeu ſpeciei ad permiſſionem, & ſic conſideratur vti poſterior, & per conſequens eſt attendenda. Vnde cum in muliere concurrant prędictę duę cauſę, attendenda eſt prohibitiua, videlicet honeſtas.

Contrariam opinionem, quòd poſſit capi, tenuerunt Bar. in l. 1. num. 24. ff. de pecul. & in l. iura. num. 2. ff. de leg. & Bal. in l. quicũque. num. 10. C. de ſeru. fugit. quos refert, & ſequitur Duen. reg. 312. limitat. vltima, & Petr. à Placha. in Epito. delict. lib. 1. ca. 34. num. 14. verſ. *Illud ex præmiſſis*. Hæcque opinio confirmatur ex eodemmet Moderno, in cõtrarium allegato, qui propterea videtur ſibimet tacitè pugnare. Nam ipſe eod. lib. 1. quæſt. 8. num. 119. & ead. quæſt. 27. num. 71. tenuit, quòd clericus, ſuſpectus de fuga, poſſit capi, & tamen in eo militant eædem rationes, ob quas contrarium reſpondit in muliere; militat enim honeſtas, & reuerentia, quæ debetur ordini clericali, militat pariter illa ratio, quòd pro ipſa debiti executione non poteſt carcerari, ex quo nõ tenetur ad plus, quàm facere poteſt, gl. Bar. & alij in l. miles. ff. de re iud. & eſt cõmunis,* de qua * teſtantur Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 1. ſub num. 9. & Moder. dicta quæſt. 27. nume. 65. & probatur ex cap. Odoardus. de ſolutio. & cap. 2. de fideiuſſ. Niſi tu forſan ad eum ſaluandum diceres, non eſſe indiſtinctè verum, quòd clericus non poſſit pro executione debiti carcerari, quia ſecundum ipſum ead. quæſt. 27. num. 70. ſequentem Gomeſium in Compend. Vtriuſque Signat. col. fin. contra Couar. dicto lib. 2. cap. 1. num. 9. verſ. *Quoties vero*. Clericus poteſt duobus caſibus carcerari: primo, ſi eſſet cõdemnatus ad ſoluendum per tres ſententias confor mes: ſecundo, ſi debitum eſſet iuratum, & maximè ſi extaret obligatus in forma Cameræ, quo caſu teſtatur, ſe vidiſſe practicari capturam clericorum, & teſtor etiam ego. Vnde, reſpiciendo illas rationes, quas ipſe conſiderauit in fauorem mulieris, tacitè colligitur, quòd ipſe intelligat, clericum non poſſe capi, vti ſuſpectum de fuga niſi in duobus relatis caſibus, in quibus poteſt verificari, & ſaluari limitatio

ipſius

ipsius in dicta q.8.nu.119.& q.27.num.71.

Quid dicendum? Ego teneo indistinctè, quòd tã Clericus, quam mulier, & similes suspecti de fuga possint capi, quia militat in eis eadem ratio suspicionis fugæ, & sic non discedo ab opinione Bartoli, & aliorum, quæ videtur communis. * Nõ obstant adducta in contrarium. Nam ad primam considerationem Moderni de honestate respondeo dupliciter: primo, quòd eiusmodi personæ erũt honestiori modo, & via capiendæ. Et quòd, cum eiusmodi captura tendat solum ad assecurãdum iudicium in quantum facere poterunt: facilè poterunt honestatem conseruare; dando fideiussionem de stando iuri, seu de non discedendo.

Secundo respondeo, multa inhonesta, & illicita esse, quæ tamen propter fugæ suspicionem, & moræ periculum sunt & honesta, & licita. Nõ ne enim est inhonestum, & illicitum, quòd Clericus possit capi de mandato iudicis laici? non ne inhonestum, & illicitum quoque est, carcerari eum, qui adhuc non apparet debitor? non ne inhonestũ est, fieri aliquid contra legem? Certè sic: & tamen propter moræ periculum, & fugæ suspicionem omnia prędicta veluti honesta, & licita conceduntur iuxta ea, quæ dixi supra in pluribus locis, & præsertim cap.37.num.7.

Ad secundam considerationem respondeo, non valere consequentiam, quia ista captura pro suspicione fugæ non ordinatur ad executionem debiti, nec personalem, nec realem, sed ordinatur ad assecurationem iudicij, vt captus promittat non discedere, seu caueat de stando iuri, & soluendo iudicatum in quantum facere poterit. Vnde retorquendo argumentum, quia potest deueniri ad executionem realem, ergo poterit deueniri ad illam capturam, quæ tendit pro assecuratione dictæ executionis.

Minus obstat illa nostra confirmatio de regula, quòd sit attendenda causa prohibitiua, quia respondeo, illam regulam esse verã in illis terminis, in quibus eam adduximus; videlicet, quatenus prohibitio retinet naturam speciei, seu limitationis derogãtis, & non aliàs. Quare, cum in casu nostro suppositio fugæ, & periculum moræ, quæ permittunt capturã, se habeant per modum limitationis derogantis; dicendum est, attendendam esse permissionem, & nõ prohibitionem. Quòd se habeant per modum limitationis patet ex eo, quia illud retinet naturam limitationis, & posterioris, quod tendit contra iuridicas dispositiones, quæ sunt fundatæ in regulis: sed quãdo propter moræ periculum capiuntur suspecti de fuga, recedimus à regulis iuris cõmunis, & iura cõtemnuntur, vt dixi dicto cap.37.nu.7. Quare teneas de iure, clericos, item mulieres, & similes personas, quæ non possunt carcerari pro debito, posse capi si sint suspectæ de fuga, quòd si in loco vbi versaris aliter seruetur, inhæreas consuetudini. Et hæc satis.

19 † Quæro etiam, nunquid personæ, exemptę à captura pro debito, cogi possint ad cedendum bonis cum infamia? Respondeo, quòd non, quia si ad euitandam infamiã est prohibita carceratio, ergo multo magis prohibetur cessio bonorum cũ dedecore. Et propterea in Clericis, qui non sunt soluẽdo, seruabitur dispositio Capituli. Odoardus. de solutio. iuxta ea, quæ dixi supra sub numẽ. præcedenti. ibi. *Nisi tu forsan &c.* Et quòd communis * intellectus ad dictum cap. Odoardus. sit vt Clerici non cogantur cedere bonis testatur Couar. var. resolut. lib.2. cap.1. sub nu.9. quem refert, & sequitur Moder. in qq. crim. lib.1. q.27. num.66.

20 † Postremo, & vltimo loco quæro, quomodo huiusmodi quatuor considerationes possint spectare ad Birruarios, & maximè illa vltima circa personæ qualitatem, quæ cum semper inhæreat inseparabiliter, posset considerari à Iudice ante decretum capturæ. Etenim si persona capienda est mulier, vel Sacerdos, seu Doctor, ipse, & non Executor debet animaduertere, an sint exempti à sua iurisdictione, vel qui ex priuilegio capi non possunt? Respondeo, Aut qualitas, impediens capturam est dubia, vt puta, quia non clarè pateat, an clericus capiendus incedat in habitu, & tonsura: & sic neque, an sit clericus, & tunc cognitio absolutè spectat ad iudicem, & quidem Ecclesiasticum priuatiuè ad laicum, vt dixi supra cap.11. num.88. Aut qualitas, est notoria, vt puta, quia clarè pateat, capiendum esse mulierẽ ex habitu, & effigie, seu sacerdotem, vel infantem, aut similem, & tunc vel iudici constat de ea, vt puta ex actis ipsis, & isto casu cognitio spectat principaliter ad iudicem: secundario tamen in actu executionis spectabit etiam ad Birruarios, quia & si ipsi sint meri executores, nihilominus in his, quæ notoria sunt, & spectant ad eorum officiũ, possunt & debent etiã ipsi esse cognitores iuxta ea, quæ dixi infra nu. 30. in fine. Vel iudici non constat, & isto casu à fortiori spectabit ad Birruarios, vt puta si Doctor capi non posset, & iudici non constaret de Doctoratus qualitate. Vnde de his considerationibus fuit hic agendum. Et hæc de executione realis citationis in ciuilibus.

Si loquamur in criminalibus, Executor debet præ oculis habere easdem quatuor cõsiderationes; laxioribus tamen habenis. Nã & si in ciuilibus exequi non possit sine mandato iudicis in scriptis, ostendendo etiam, si fuerit requisita ostensio, vt dixi superius. nu.1. Tamen in criminalibus, vbi reus esset repertus in flagranti, vtique posset capi sine vllo iudicis mandato, vt dixi infra. cap.78. num. . . .

21 † Difficultas remanet, nunquid reus repertus in flagranti possit resistentiam facere Birruarijs, exequentibus sine mãdato, & sine solitis insignijs? Respondeo, Aut sumus in loco, vbi Satellites non portant insignia, & tunc clarum est, quòd non: Aut sumus in loco, vbi Satellites portant insignia, & tunc crederem, resistentiam esse licitam per ea, quæ dixi dicto cap.78. quia exequi videntur tanquam personæ priuatæ, prout in simili dicimus de clerico nõ incedente in habitu, & tonsura: quia si tunc temporis ita incognitus offenderetur, offensor non incideret in canonem si quis suadente Diabolo. 17. q.4. teste Rol à Vall. cons.4. nu.28. lib.1. & faciunt, quæ dixi de virgine, induta veste meretricali infra ca.51. sub nu.39. vers. *Ego tamen*. Vnde laudo ad hunc effectũ, quòd familia potestatis ex aliquo signo dignoscatur.

† Circa

22 † Circa ſecundam conſiderationem, videlicet loci, attendite, quia illa concluſio de captura non facienda in Eccleſia pro debito ciuili; loquendo in criminalibus; recipit diſtinctionem: Aut enim ſumus in delictis grauibus, qualia ſunt hęreſis, aſſaſſinium, homicidium proditorium, ſeu per inſidias, publica latrocinia, item nocturna, blaſphemia, læſæ maieſtatis, ſimulata mercatorũ decoctio, & ſingula, quæ in ipſa eccleſia committũtur, vel prope eam animo tamen, perpetrato delicto; ſtatim ſe in ea recipiendi. Et his caſibus, ſeu ſaltem in multis eorum ſecundum communes,* & receptas ſententias captura eſt licita etiam in Eccleſia, & in omnibus ſecũdum practicam & conſuetudinem iuxta ea, quæ retuli ſupra cap. 42. ſub num. 13. verſ. *De facto tamen*. ex Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 30. verſ. ſcias autem. & cum ſit licita in Eccleſia, à fortiori erit licita in circuitu, & in Hoſpitalibus, alijſque pijs locis. Dixi, ſeu ſaltẽ multis eorum, quia multi ex Doctoribus; loquendo de iure; tenuerunt, quòd delinquens ſit tutus in Eccleſia, quantumuis graue crimẽ commiſerit; dummodo non ſit vnum, vel ſimile ex his, de quibus in cap. inter alia. de immunit. eccleſ. Et quòd ita firmauerit de iure Senatus Mediolani refert Boſſ. tract. crim. tit. de captura. num. 32. illius tamen deciſio reprobatur per ea, quæ in contrarium adducit Gig. tract. de crim. lęſæ maieſt. lib. 3. q. 3. ſub Rub. de pluribus, & diuerſ. quæſtion. & ita ſeruatur in practica, teſtibus iiſdem Boſſio loco citato, Claro dicta q. 30. verſ. quæro nunquid. in fine, & Gig. vbi ſupra. nu. 17. & Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 28. nu. 72. & ſic in multis alijs caſibus Doctores diſputant, quos, ne prolixior ſim, poteris diſcurrere apud Clar. dicta q. 30. per totam & Moder. qui eum ſectatur ferè in omnibus dicta quæſt. 28.

Aut ſumus in delictis leuibus, & tunc dicas, eandem immunitatem, quam ſeruari diximus pro debito ciuili, ſeruari etiã pro delicto leui, pro quo neminem capiendũ eſſe in eccleſia tradiderunt Hoſt. Abb. & alij in cap. fin. de immun. eccle. & licet Boſſ. dicto tit. de captura. ſub nu. 32. dixerit, Marſilium, qui teſtatus fuit, hanc immunitatem ſeruari ſolum in leuioribus delictis, & nõ in grauibus, ineptè locutum; tamen eſt cõis * opinio, de qua teſtantur Ang. Caſtr. conſ. 459. col. 1. lib. 2. cõſiliorũ Pau. de Caſtr. ſui patris, & Couar. var. reſolut. lib. 2. c. 20. num. 15. verſ. 25. quos vna cũ alijs refert, & ſequit̃ Modern. d. q. 28. nu. 63. & ꝙ ita ſeruet̃ de conſuetudine dixi ſupra d. c. 42. ſub nu. 13. Quæ autẽ ſint leuia, quæ vè grauia delicta nõ eſt pſentis indaginis, recurrite ad ea, q̃ dixi... cap... nu... & interim videto Auguſt. ad Ang. tract. de malef. in verbo. Hæc eſt quædam inquiſitio. nu 68. & M. Ant. Cucch. Inſtit. maior. lib. 4. tit. 12. nu. 95. & 142.

23 † Occurrit tñ difficultas, nunquid delinquens poſſit capi in Palatijs Illuſtriſſimorũ Dñorum Cardinaliũ, & aliorũ Illuſtriſſimorũ Principũ, & Virorũ? Reſpondeo: Aut loquimur de iure, Aut de cõſuetudine. Si de iure dico, ꝙ, quẽadmodũ capi nõ poteſt in Palatio Epiſcopi iuxta ea, q̃ dixi ſupra num. 7. ita minus debet poſſe capi ĩ Palatio Cardinalis, & hãc eſſe cõem * obſeruantiã teſtatur Manfred. tract. de Cardinal. c. 8. quẽ refert, & ſequit̃ Clar. dicta q. 30. verſ. Item adde. Si de conſuetudine; dico, diuerſis tẽporibus diuerſimodè fuiſſe ſeruatũ: qñq; enim in eorũ domibus, & circuitu, ſeu plateis erant tuti non ſolũ debitores ex cauſa ciuili, ſed ẽt rei cuiuſuis ardui, & grauis ſceleris; & etiam capitaliter banniti ꝓ crimine aſſaſſinij. Verũ hæc tutela procedebat non ex iure, ſeu Principis voluntate, ſed ſolũ ex timore Birruariorũ, qui non audebant accedere ad huiuſmodi Palatia propter potentiã Dñorum, qui in illis habitabant: Vnde, cũ hæc res eſſet peſſimi exẽpli; fęlicis record. Greg. XIII. hos Aſylos, ſeu, vt dicebant franchitias ſub grauiſſimis pœnis, particulari deſuper edita conſtitutione, ſubſtulit, q̃ conſtitutio fuit qñque his temporibus practicata. Et propterea delinquentes nõ ſunt tuti neq; in Palatijs Cardinalium, neq; Epiſcoporũ. Debitores tamen, & forſan rei leuis criminis manerent tuti, nõ ꝙ ita iuris ſit, ſed ob reuerentiã, quã Satellites ipſis Illuſtriſſimis Dominis gerunt. Quare ſiue Palatiũ Epiſcopi, ſeu Cardinalis ſit extra circuitũ, ſiue intra circuitũ eccleſiæ, delinquentes nunquã in eo erũt tuti. & ꝙ dixi de eccleſia, & Palatijs Illuſtriſſimorũ Cardinaliũ, à fortiori procedet in domibus, ſtatuis Principũ, & ſcholis, quia in illis poterunt capi non ſolũ rei grauiũ criminum; ſed etiã leuiũ iuxta ea, quæ de domibus dixi ſupra c. 46. nu. 9. & ſi domus clauſę ſint, poterunt Birruarij pro capiendo delinquẽte frãgere ianuas, & feneſtras, vt tradũt Par. de Put. tract. ſynd. in verbo. Captura. c. 5. nu. 2. & 3. & Foller. in pract. crim. in verbo. Notatos capiat de perſona. nu. 4. & poſſunt, etiam ſi non habeant ſpecialem licentiam à Iudice, vt tradit Iodoc. in pract. crim. c. 15. nu. 17. quem refert, & ſequitur Moder. dicto lib. 1. q. 27. nu. 93.

24 † Circa tertiam conſiderationẽ, ſcilicet temporis dico, in criminalibus reũ poſſe capi, & cõtra eũ exequi etiã tempore feriato in honorẽ Dei, maximè in grauib⁹, in leuibus tñ ꝓcederẽ vrbanius. Et hæc de conſuetudine iuxta ea, quæ ſcribit Clar. lib. 5. recep. ſent. quęſt. 64. verſ. quæro an tortura. & q. 97. verſ. quæro etiam: ſed de iure eſſet reſpondendum oppoſitum, teſte eod. Clar. loco citato.

25 † Circa vltimã cõſiderationẽ de pſonis aduerte: quia ea, q̃ diximus in cauſis ciuilibus ſupra nu. 14. 15. 16. & 17. non ꝓcedũnt in criminalibus, niſi cum diſtinctionibus, quas mõ ſubijcio. Aut ergo delinquẽs eſt pſona Eccleſiaſtica. Aut laica. Si eccleſiaſtica: tũc rurſus diſtinguo. Vel reperit̃ in flagrãti crimine, ſeu eſt ſuſpecta de fuga, & vtroq; caſu poteſt capi, etiam ſine mandato Iudicis, prout dixi ſupra cap. 11. num. 99. & cap. 37. ſub num. 6. & 14. & infra cap. 78. num. 5. Vel non reperitur in flagranti, nec eſt ſuſpecta de fuga, & tunc nullo modo poteſt capi de mandato Iudicis laici. Vide quæ dixi ſupra num. 14. Et hęc quando perſona eſt eccleſiaſtica. Si verò ſit laica, & tunc denuò diſtinguo, vel delictum, de quo quæritur eſt graue, vel eſt leue: ſi graue dicas, omnem perſonam ſubiectã iuriſdictioni poſſe, legitimis præcedentibus indicijs capi, & carcerari, ſiue ſit mulier, ſiue impubes, ſiue miles, ſiue Doctor: Nam quòd mulier pro grauiſſimo crimine poſſit carcerari, & detineri probant tex. in § neceſſarium,

ceſſarium, prope fin. Auth. vt nulli iud. & in Auth. hodie nouo iure, poſt l.quoniam.C.de cuſtod.reor. & tradunt Vital. tract. de malef.Rubr.de carc. priuat.vel fract.& cuſtod.eorum.nume.3.Paul. Ghirl. tract. de relaxat. carcer. Rubr. de fideiuſſ. reorum, nume.2.Menoch.de Arbitr. iud. lib. primo. quæſt. 88.num.20.& alij,quos refert Moder. dicto lib.primo,quæſt.27.num.52. Difficultas tamen remanet, in quibus carceribus ſit detinenda: & quidē Auth. in dicto §. neceſſarium, & C. de cuſtod. reor. volunt, mittendam eſſe in Monaſterium, ſeu Aſſiſterium, vel tradendam eſſe mulieribus, per quas cuſtodiatur: ſed de conſuetudine hoc, quod dicimus de iure, fuit quandoque obſeruatum in mulieribus nobilibus, ſeu honeſtæ conditionis, quæ pro grauiſſimo crimine poſſunt arbitrio iudicis carcerari in aliquo Monaſterio, vt dixi, vel in Pretorio in aliquo cubiculo ſub honeſta cuſtodia, & fideiuſſione inſpecta qualitate delicti, & perſonarum, vt admonent Clar.lib.5.recept.ſent.quæſt.28. verſ.quęro igitur. & Gramm.Deciſ.33. num.12.qui refert, tempore ſui iudicatus in magna Curia Vicariæ, quandam Magnificam Lauiniam de Annichino, inquiſitam de homicidio in perſonam ſuæ famulę, fuiſſe carceratam in Monaſterio Monialium Sanctæ Mariæ de Anglone, & quandā nobilem Cianciam Dentice,inquiſitam de veneno,in carceribus Caſtrinoui, & nobilem Sabbam de Sancto Mango, inquiſitam de mandato ad occidendum in perſonam ſui cognati, in Caſtronouo penes Illuſtriſſimum Arconum Caſtellanum, & deinde ſupradictæ Lauiniæ de Annichino gratioſa prouiſione Illuſtriſſimi D.Proregis fuiſſe aſſignatam pro carcere domum coniunctæ perſonæ, quod approbat etiam Clar.vbi ſupra,& Moder.dicta quæſt.27. ſub nume.57. aſſerente poſſe aſſignari pro carcere domum alicuius nobilis, & honeſtę matronæ ſub idonea fideiuſſione. Ego tamen domum pro carcere haud aſſignarem, niſi poſtquam inciperet conſtare de innocentia, ſeu quando poſt longam carcerationem alia non ſuperueniſſent indicia. Et Clar. & Moder.in locis allegatis loquuntur,quando delictū non eſſet atrox: & Gram.in caſu gratioſo.

Mulieres autem ignobiles, & non ſpectatę conditionis ſolent indiſtinctè detrudi in carceres, qui tamen ſint ſeparati à carceribus virorum; etiam ſi carceratæ eſſent meretrices,Imo.in cap.2.num.16. de pigno.Gramm.dicta deciſ.33.nume.11.& alij, quos referunt,& ſequunt̄ Clar.vbi ſupra, & Franc. Pegn.in comm.ad Direct.Eymer.par.3.com.108. §.Rurſus id obſeruandum,& poſt eos Moder.loco citato ſub nu.52,verſiculo *Limitando*.Et hæc quando delictum eſt graue.

Si vero ſit leue, concludas, mulieres capiendas non eſſe; quamuis earum præſentia eſſet neceſſaria cap.mulieres.de iudic.in 6. Menoch. de arbitr. iud. lib.1.quæſt.88.num.11. & Moder. dicta quæſt.27. num.49. Eſtque communis * de qua teſtatur Boer. in repetitione l.conſentaneum,num.144. C.quom. & quand.iud.quem refert & ſequitur Clar.dicta q. 28.verſ.quæro igitur,& pro ea apprime faciūt quæ dixi in præcedenti membro diſtinctionis.

Limita iſtam concluſionem, vt non procedat in muliere meretrice,quæ,vt dixi ſupra ſub nu.15.car-
26 ceratur etiam pro debito pecuniario. † At quid dicendum,ſi ſit maritata? Reſpondeo, Doctores iuiſſe in contrarias ſententias. Nam quòd poſſit capi, & carcerari tradunt Alex.conſ.99.nu.9.lib.6.Dec. in cap.paſtoralis nu. 28. de iud. & alij quamplures.

Contrariam ſententiam,quòd non poſſit carcerari tenuerunt Ioan.Andr.in add. ad Spec. in Rub. de iniur.in 1.additione. Rom.in l.ſi verò.§.de viro. ff.ſol.matr.Iaſ. in l. plerique nu. 35.ff. de in ius voc. & multi alij, quos, breuitati ſtudens,omitto. In hac contrarietate aliqui, ſumentes conciliationem ex ſcientia,ſeu ignorantia Mariti, ita diſtinguunt: Aut Maritus eſt conſcius, & ſic particeps turpitudinis, malæque vitæ ſuæ vxoris, & procedat prima opinio: Aut eſt ignorans, & procedat ſecunda opinio negatiua:vide Menoch.de arbitr.iud.lib.1.q.88.nume.14.cum ſeqq. quē etiam refert & ſequitur Moder.vbi ſupra num.58.

27 † Item quòd Doctores carcerētur pro grauibus delictis, & non pro leuibus, vide Clar. dicta q. 28. verſiculo. Item quæro, vbi alios allegat, teſtaturq; de facti contingentia,& eūm refert, & ſequitur Farinac.dicta q.27.nu.86. Idem dico ſeruandum eſſe in minoribus impuberibus,alijsque ſimilibus, contra quos, vel ratione ætatis, vel alicuius dignitatis, ſeu reuerentiæ debet cum maiori temperamento procedi.

Ex his quatuor cōſiderationibus habuimus quæ requirantur ad hoc,vt Birruarius iuſtè dicatur procedere ad capturam, tam in ciuilibus, quam in criminalibus.

Nunc occurrunt nonnullæ difficultates.

28 † Et prima, nunquid capiendo ſit licita reſiſtētia aduerſus ſatellites, iuſtè volentes procedere ad capturam? Reſpondeo, quod non per ea, quæ in terminis tradunt Soci.reg.442. Diaz.381.Duēn.192. limitat.4.Pariſ.cōſ.147.nu.3.par.4. & alij, quos refert,& ſequit̄ Moder.in qq.crim.lib.1.q.32. nu.86. & ego in re adeo clara de induſtria omitto. Et hæc concluſio in tantum eſt vera, vt reſiſtens ſit varijs pęnis puniendus iuxta qualitatem reſiſtentię: quia, ſi reſiſtendo, vulnerauerit Satellites,poterit puniri pęnā mortis naturalis per ea,quę tradit Boer.deciſ. 170.nu.5.verſ. *Vnde in caſu noſtro*. quem refert, & ſequitur Moder.vbi ſupra nu.27.in fine.Et ꝙ ita ſępe fuerit ſeruatum Romæ teſtatur Vulp.conſ.137. num.17.vbi recenſet quendam,qui vnum ex ſatellitibus,eum inſequentibus, grauiter vulnerauerat, ab alijs captum;fuiſſe manę ſequenti ſuſpenſum in loco delicti: verum illa pęna erat impoſita à Gubernatore in ſuis proclamatibus contra opponentes ſe Curiæ.Et quòd iudex iſto caſu poſſit extendere arbitrium vſque ad mortem incluſiuè,ſentit expreſsè Moder.loco citato nu. 28. Et ita ego tranſeo.

Si vero non vulnerauerit, ſed ſolum denudauerit enſem, poterit puniri in pęnam pecuniariam, & in defectum illius, in corporalem,prout in facti contingentia conſuluit Pariſ.dicto conſ.147. num.3.in fine,& nu.17. vnde Mediolani extat ordo,puniens eum,qui iuriſdictionem impedit, in pęnam ducentorum

torum aureorum, & in defectum illius, in pœnam trium ictuum funis, qua pęna fuit punitus quidam, qui enſem euaginauerat, vt refert Boſſ. tract. crim. tit. de captura nume. 18. & 20. quem etiam allegat Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 29. verſiculo. Quæro etiã.

Si vero aliam vim ſine armis intulerit, vtputa, quia Birruarij gulam manu conſtrinxerit, ſeu quid ſimile fecerit, puniatur aliqua pœna vel pecuniaria, vel corporali iuxta qualitatem violẽtiæ & impetus, vt tradit Iodoc. in pract. crim. cap. 15. ſub nume. 29. Quare concludo, pœnam eſſe arbitrariam, eamq; poſſe extendi vſque ad mortem naturalem incluſiuè, vt dixi ſupra.

29 † Dixi etiam, *iuxta qualitatem perſonæ*: quia aliter puniendam arbitror reſiſtentiam, factam ab ipſomet capiendo, aliter factam ab aliquo tertio. Etenim, ſi capiendus reſiſtat, diſtinguo: Aut reſiſtentia conſiſtit in ſola fuga, quę non proprie habet nomẽ reſiſtentiæ, vt declaraui infra ſub num. 32. ibi. *Si vero fiat ſine armis*. Aut conſiſtit in reſiſtenti propugnatione. Si in ſola fuga: rurſus diſtinguo, vel aufugit priuſquam ſatellites in eum manus inijcerent, & tunc nulli dubium eſt, quòd neque de iure, neq; de conſuetudine punitur: vel aufugit poſtquam fuerat captus, & iſto caſu Auguſt. ad Ang. tract. de malef. in verbo. Quod fama publica. ſub nume. 56. & Clar. loco citato arbitrantur, puniendum eſſe, ac ſi è carcere fugiſſet: eoſq; ſequitur Moder. dicta q. 32. nu. 3. & 26. & comprobatur iſta opinio tum ex his, quæ tradit Boſſ. vbi ſupra, tum ex illa concluſione, quòd eximens è manibus Birruariorum cõfeſſum, ſeu conuictum puniatur, ac ſi è carcere exemiſſet, vt tradunt Bar. in l. cuiuſque. num. 3. ff. ad l. Iul. maieſt. Luc. de Pen. in l. quoties. num. 5. C. de exact. tribut. lib. 10. Alex. conſ. 35. ſub nu. 4. lib. 2. & alij communiter * quos refert, & ſequitur Moder. vbi ſupra nume. 2. Quæ autem ſit pœna fugientis à carcere dixi in Manuale iuris in verbo. fugiens à carceribus, & non eſt præſentis inſtituti. Si vero conſiſtat in reſiſtenti propugnatione punietur acrius arbitrio iudicis. Verum quia hodie habemus bullam fœlic. recor. Papæ Sixti Quinti cõtra Bannitos, homicidas, latrones &c. quæ eos, qui impediunt miniſtros iuſtitiæ, punit vti reos læſæ maieſtatis indiſtinctè. Dubitatur, an habeat locum ſolum in tertio, eximente captum è manibus Birruariorum, vel etiam in eximẽte ſeipſum: & quidem Farinac. dicta quæſt. 32. nu. 22. & 23. motus per ea, quæ tradunt Boſſ. & Clar. in locis proximè allegatis, arbitratur, quòd ſic: Ego vero huic ſententiæ non poſſum me ſubſcribere, maximè quando eximens ſe eſſet penitus inermis, & moueor, quia de iure communi pro eodem facto exemptionis aliter punitur tertius eximens, ſeu carceres frangens, aliter captus ipſe, ſeu carceratus ex ſeipſo exemptus: Nam capiendus, ſi fugiat antequã ſit captus, nullamvè iniuriam Curiæ intulerit, nullam prorſus patietur pœnam per ea, quę dixi ſuperius, ſed ſi fugerit notificatione alicuius tertij, ille tertius non euadet impunitus ad trad. per Bal. Anchar. Alexan. & Ioan. de Anan. quos allegat, & ſequitur Marſ. ſing. 137. & in Rubr. de fideiuſſ. nume. 16. & poſt eum ipſemet Moder. dicta quæſt. 32. nume. 15. qui volunt, eum teneri ad ſolutionem illius, in quo ille capiendus erat obligatus, & tamen capiendus propter fugam non teneretur ad aliquid amplius, ſed ſolum ad prius debitum. Item ſi captus fugiat è carceribus, vel è manibus familię nunquam ex iſta ſola fuga poterit puniri veluti reus læſæ maieſtatis, ſed ſolum alia pœna arbitraria. Tertius vero, eripiens carceratum, poteſt quandoque quibuſdam requiſitis concurrentibus, puniri tanquam reus criminis læſę maieſtatis, vt patet per ea, quæ tradit idemmet Moder. loco citato. quæſt. 30. num. 22. in fine, & 34. iunctis ijs, quæ ſcripſit num. 101. Item ſi reus ſit periurus non punitur de periurio, Alexan. in l. prima. ff. de bon. eor. qui ſibi mor. conſc. quem refert Boſſ. dicto titu. de captura. num. 19. in fine, & dixi in Manuale iuris in verbo. Reus non punitur de periurio in foro contentioſo. & tamen puniretur tertius; quinimo de iure communi in tantum procedit iſta diuerſitas, vt non ſolum ipſe principalis excuſetur, ſeu mitius puniatur pro facto ad ſui defenſionem, ſed etiam conſanguinei leuius puniantur, quam extranei. vnde receptans Bannitum conſanguineum mitius puniretur, vt teſtantur plures, quos congerit Moder. dicta q. 30. nume. 99. & 100. ratio prædictę diuerſitatis inter principalem, & alium tertium eſt, quia vnicuique licet ſanguinem ſuum redimere, & ſe per modum defenſionis ſine aliqua vi offenſiua à punitione iuſtitiæ ſubtrahere dicta l. 1. ff. de bon. eorum, qui ſibi mortem conſc. gloſ. in l. tranſigere in verbo. prohibitum. C. de tranſact. & eſt commune * dictum, de quo teſtãtur ibidem Curt. Iun. num. 4. Don. Ant. de Padilla nu. 2. Mantua nu. 18. & approbatur ab omnibus ſecundum Purpur. num. 17. quem refert, & ſequitur Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 57. verſiculo ſucceſſiuè videamus, & faciunt quæ ad idem adduxi infra.

Sed, & eſt minor propoſitio, Bulla recipit interpretationem à iure communi, vt dixi.

Ergo, quemadmodum de iure communi aliter punitur tertius eximens, & aliter captus; Ita quoque debemus reſpondere de Bulla ſuperius allegata.

Et niſi ita intelligeretur, ſequeretur ſecundum tenorem ipſius Bullæ, quòd debitor captus ad inſtãtiam creditoris, ſi fugeret è manibus ſatellitum, vel ab ipſis carceribus puniretur, veluti reus læſæ maieſtatis pœna vltimi ſupplicij, qua ita puniretur tertius eum eximens, vt dicit idem Moder. in qq. crim. lib. 1. quæſt. 32. nu. 6. ſed hoc conſequens eſt pluſquam abſurdum: & ideo nunquam illud vidimus, ſeu videbimus practicari. Nam poſt prædictã Bullam quidam Nannius, ſeu Ioannes Caſſiani Etruriæ, inquiſitus de homicidio: fractis carceribus Turris Nonæ, aufugit, & à mea familia captus de anno Dom. 1590. de menſe Maij, dum eſſem Commiſſarius Ciuitatis Tuſculanæ, fuit remiſſus ad perilluſtrem, & Reuerẽdiſſimum Archiepiſcopum Mattheuccium, tunc temporis Gubernatorem Vrbis, qui, viuente Sixto Quinto Pontif. opt. max. qui prædictam Bullam condiderat, præfatũ Nannium, quamuis vltra carceris fracturam, & fugam inde ſecutam nonnulla alia delicta commiſiſſet, ſolummodo condemnauit ad triremes.

Ergo ſi conſequens eſt abſurdũ, erit abſurdum etiam antecedens.

Non obſtant adducta in contrarium per Boſſ. dicto tit. de captura ſub num. 19. & primum, quòd fugiens dicatur reſiſtere, & propterea poſſit impunè offendi: Nam reſpondeo, quòd Bal. in l. fin. in fine. C. de exhiben. reis per ipſum allegatus non dicit, ꝙ fugiẽs dicatur reſiſtere, & licet impunè poſſit offendi, tamen non tenet conſequentia, Ergo ſtatutum, puniens eximentem captum è manibus familiæ, habet locum in eximẽte ſe ipſum ſine vi offenſiua. Minus obſtat ſecundum, quòd, quemadmodum impediens executionem in bonis punitur; ita etiam puniri debeat impediens executionem in perſona, quia ſi præſupponimus, executionem in perſona iam eſſe factam, concedo quòd ſit puniendus, veluti è carcere fugiens, vt dixi ſupra ſub num. 29. non tamen eadem pœna qua puniretur tertius eximens, neq; eadem, qua puniretur ſi impediret executionem in bonis, & ratio diuerſitatis eſt, quia eximẽs ſemetipſum ratione propriæ perſonæ (maxime in criminalibus arduis, in quibus, vt dixi ſupra licitũ eſt redimere proprium ſanguinem) videtur facere actum minus illicitum, quàm eximens perſonam alienam, quippe cum, vt ait Cic. lib. 1. offic.

Omni generi animãtium à natura tributum eſt, vt ſe, vitam, corpusq́, tueatur.

Quæ tuitio, & ſi ceſſare debeat aduerſus iuſtitiã; tamen negare non poſſumus, quòd natura ad eam nos procliuiores reddit, quàm ad defenſionem aliarum rerum. Et vbi captus ſemetipſum exemit, & ſine vi offenſiua, exemptio videtur proceſſiſſe nõ magis ex propria violentia, ſi ita eam appellare liceat; quàm ex ignauia, & negligẽtia Satellitum, qui eum habebant in fortijs. Quando vero eximitur ab alio, ſeu ipſe debitor pignus captum aufert, videtur dicẽdum totum oppoſitum: videlicet, quòd exemptio, pignoriſque ablatio proceſſerit potius ex violentia, quàm ex ignauia: Etenim ſi captus ſemetipſum eximat, non poſſumus præſumere in eo tantam violentiam, quantam poſſumus præſumere in tertio eximente, & in ipſo debitore, quando pignus captum aufert, quia prior exemptio procedit ab homine capto: ſecunda vero ab hominibus ſolutis, & in ſua libertate poſitis: & quia vbi minor violentia, ibi minor pęna: ideo non mirum ſi mitius puniatur in primo quam in ſecundo caſu.

Et hæc de fuga, & reſiſtentia ipſius capiendi.

Si vero fiat reſiſtentia à Tertio, punietur acrius arbitrio iudicis ſecundum ius commune, & pęna vltimi ſupplicij ſecundum Bullam prædictam Sixti Quinti. vt iam dixi, & hic non repeto.

30 † Secunda difficultas, & eſt antitethon primæ: Nunquid executoribus, iniuſtè exequentibus, poſſit impunè reſiſti? & reſolutiuè procedendo, diſtinguo: Aut captura, ſeu inquam executio eſt notoriè iniuſta: Aut non: ſi ſumus in primo caſu, dico, poſſe impunè reſiſti per ea, quæ tradunt Socin. reg. 442. fallentia ſecunda, Maran. in ſuis diſpp. diſp. 1. num. 36. Mill. in pract. crim. perſequen. fol. mihi 64. num. 22. & Modern. qui multa congerit in qq. crim. lib. 1. q. 32. num. 100. 107. 118. 119. & 121. in fine, & hæc concluſio in tantum eſt vera, vt etiam tertius poſſit reſiſtere, & captum impune è manibus familię eximere, vt ex Luc. de Pen. in l. quoties. nu. 7. in fine. C. de exact. tribut. lib. 10. refert, & ſequitur Moder. loco citato nu. 33. ſi vero ſumus in ſecundo, rurſus diſtinguo, vel conſtat apertè de iuſtitia capturę, vel ſumus in dubio: ſi conſtat, tunc antonomaſticè procedunt ea, quæ in proprijs terminis dixi ſupra nu. 28. ſi ſumus in dubio: & tunc, quia eſt præſumendum pro iudice iuxta regulam, de qua in l. Herennius. §. primo. ff. de euictio. & per Vant. tract. null. Rubr. à quo, & quibus mod. ſub nu. 7. verſiculo. *Viſo proceſſu.* & nu. 10. ideo minus iſto caſu reſiſti poteſt. Dyn. de reg. iur. quod quis. lib. 6. ad quẽ ſe remittit Luc. de Penn. in l. prohibitum. nu. 9. C. de iur. fiſc. quem refert, & ſequitur Modern. dicto nume. 118. vbi ſupra.

Neque obſtat, ſi quis dixerit, cognitionem capturæ, an ſit iuſta, vel iniuſta non pertinere ad Birruarios per ea, quæ tradit Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 29. in principio, quia reſpondeo, hoc verum eſſe, quando iniuſtitia eſt dubia, & ita procedat dictum Clari, ſecus ſi iniuſtitia ſit notoria; & ita procedat dictum Amodei tract. de ſynd. nu. 100. vnde habes inter ipſum, & Clarum euidentem conciliationẽ, & faciunt quæ dixi ſupra ſub num. 20. verſiculo. *Secundario tamen.*

31 † Tertia difficultas eſt, quando captura dicatur notoriè iniuſta? Reſpondeo, poſſe dici notoriè iniuſtam, quando Satellites vellent quempiam capere ſine mandato iudicis, quod tenentur oſtendere in ſcriptis. l. neminem. C. de exhiben. reis, & l. prohibitum, & tradunt ibi Bar. num. 1. & Luc. de Pen. nu. 5. C. de iur. fiſci. lib. 10. Iaſ. in l. cum proponas, nu. 7. C. de pact. Boer. deciſ. 170. nu. 2. verſiculo. *Quia habens mandatum de capiendo.* Boſſ. tract. crim. titu. de captura nu. 39. Clar. vbi ſupra. q. 28. verſiculo Dictum eſt, & dicta q. 29. in fine principij, & Modern. dicta q. 32. nu. 32. vel quærerent facere executionẽ in bonis pro maiori ſumma, quàm expreſſa in mandato, quia dicerentur excedere modum in exequẽdo, quo caſu, quia iniuſtitia proueniret ex facto eorum, poſſet ſine difficultate reſiſti, vt tradunt Bar. in l. contra noſtrã. C. de exact. & exequut. lib. 12. Corſet. in ſing. in verbo. officialis. 2. incipiente, officiali excedente modum &c. Maran. in ſuis diſpp. diſp. 1. num. 28, vbi alias allegat Maſcar. de probat. lib. 1. concluſ. 189. nu. 26. & Moder. dicta q. 32. nu. 101. Item, quando vellent exequi contra perſonam omnino exemptam à iuriſdictione iudicis decernentis capturam, vt puta contra clericum de mandato iudicis laici per ea, quæ tradunt Bal. Fely. & alij, quos allegant, & ſequuntur Duen. reg. 281. & Petr. à Placha in Epit. delict. lib. 1. ca. 38. nu. 7. verſus finem, & Farinac. remiſſiuè ad eos vbi ſupra ſub nu. 72. & faciunt quæ idem congerit ibidẽ nu. 107. Sed nũquid captura poterit dici notoriè iniuſta ratione loci, ſeu tẽporis: vt puta, quia capiendus maneat in eccleſia, vel in alio loco ꝓhibito, ſeu illa dies ſit feriata in honorẽ Dei iuxta ea, ꝗ ſcripſimus ſupra nu. 4. & ſeqq. Reſpondeo, diſtinguendo: Aut ſumus in criminalibus: Aut in ciuilibus; Si in criminalibus dico, quòd

non

non: quia, ſi ſimus in delicto atroci, delinquens poteſt capi etiam in eccleſia, & tempore feriato, vt dixi ſupra num. 22. & 24. Hæc autem cognitio, an delictum ſit atrox, vel leue, cum reſideat in pectore proceſſus, cuius præcordia ſoli iudici pateſcunt; merito non poterit pertinere ad Birruarium: & quoad eum nec reſpectu loci, nec reſpectu temporis poterit dici notoriè iniuſta: ſi vero ſumus in ciuilibus, crederem, quòd ſi fieret tempore feriato in honorē Dei, & remota ſuſpicione fugæ: vel in eccleſia, ꝙ diceretur notoriè iniuſta: & licet in Senatu Pedemõ. videatur deciſum cõtrarium, vt refert. Teſſaur. deciſ. 95. num. 3. tamen, ſi rectè intuemur; deciſio non eſt contraria, ſed amica: quia ibi allegabatur ſtylus in contrarium, vt illi dies hebdomadæ ſanctæ non ſolemnizarentur integraliter, & ideo ibi fuit reſiſtens punitus, & mitius: ſed ſi demus, inquit, de ſtylo executionem fieri non potuiſſe, tunc poterit iudici de facto exequenti, de facto reſiſti; ſeruata tamē diſtinctione Ioannis de Platea in l. prohibitum. C. de iur. fiſci. lib. 10. & Aquen. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. Quare, quod dixi de diebus feriatis, intelligo nõ ſolum de illis, qui etiam obſeruantur à populo, ſed etiam de illis, qui non obſeruantur quales ſunt dies hebdomadæ ſanctę: quia ſatis eſt, quòd ad Dei reuerentiam obſeruentur à Curia, vt in terminis tradit Bal. in l. omnes. C. de ferijs.

32 † Quarta difficultas: Præſuppoſitis capturæ iuſtitia, & reſiſtentia, ſeu defenſione capiendi; quæro q̃ propugnatio Birruarijs, exequentibus, ſit licita? Reſpondeo: moderata iuxta qualitatem reſiſtentię: ita, vt non poſſit argui de exceſſu: Etenim reſiſtentia fit, vel cum armis, vel ſine armis: ſi cum armis, rurſus diſtinguo: Vel non poſſunt deuenire ad capturam, quin offendantur, & iſto caſu, quia non debet expectari vulnus, ſeu inquā offenſio, vt ex Demoſthene in oratione cõtra Ariſtogitonem, & Philone lib. 2. de ſpecialibus legibus eleganter refert Simanc. de Cath. Inſt. tit. 2. num. 17. Inquit Demoſthenes.

Oportet Athenienſes, hanc belluam exterminare, eÿcere è ciuitate, tollere è medio, nec eo vſque ſpectare, dum accipiatis malum &c.

Et Philo ita loquitur.

Sicut viperas, ſcorpios, aliaſq́; venenatas beſtiolas priuſquam mordeant, aut ſaucient, aut omnino ſe commoueant, ſine mora ad primum aſpectum occidimus, præcauendo eorum genuinā malitiam priuſquam noceant, eodem modo &c.

Et in propinquioribus terminis Gail. de pace public. lib. 1. cap. 2. num. 6. & facit quod tradit in pract. obſeruat. lib. 2. obſeru. 23. num. 6. Ideo poterunt licitè capiendum vulnerare, offendere, & etiam occidere priuſquam ipſi vulnerētur, ſi aliter eum capere non poſſent. Hanc ſententiam tenent Ioan. Maria Monticell. reg. crim. ſub nu. 28. Iodoch. in pract. crim. cap. 15. nu. 27. & 28. Vbi ait, ſatellites vulnerātes, ſeu occidentes capiēdum, excuſari propter magnam reſiſtentiam, & violentiam, quæ capturæ victoriam reddebant dubiam, & Moder. dicta q. 32. nu. 51. Amplia iſtam ſententiam; vt procedat ēt ſi eſſet capiendus pro debito ciuili, vt tradit Amod. in tract. ſynd. nu. 100. verſ. *Sed pone, miles ſocius.* Imò per ea, quæ ibi ſcripſit, amplia, vt procedat etiam ſi executio non in perſona, ſed in bonis eſſet faciēda.

Nec obſtant quæ in contrariū ſcripſerunt Frãc. Caſo. poſt tract. de indic. & torm. in qq. c. 9. Rub. de captura, & carcere nu. 13. & Aug. ad Ang. tract. de malef. in verbo. quod fama publica, ſub nu. 54. vbi ita declarat Bal. in Auth. ſed omnino num. 14. C. ne vxor pro marito: quia auctoritas Caſoni eſt longè poſterior auctoritati Amodei, cui quia in exercēdis optimè magiſtratibus omnes alios lõgè ſuperauit, multum credit Boſſ. vt teſtatur tract. crim. tit. de captura nu. 13. Minus obſtat Aug. vbi ſupra, quia relinquit cogitãdum, & nihil determinat, & cõtra eos firmat expreſsè Moder. vbi ſupra nu. 56. & iſta ampliatio; vltra ꝙ procedit de iure cõmuni; attēta bulla, de qua dixi ſupra ſub n. 29. nullā hēt difficultatē:

Vel poſſunt deuenire ad capturam abſq; imminenti periculo offenſionis, & iſto caſu ſatellites caueant, ne capiendum offendant: quia procul dubio venirent puniendi ſaltem pœna extraordinaria, vt deciſum fuiſſe per Curiam Neapolitanam teſtatur Gram. deciſ. 41. in fine, dicens, Birruarium, qui vulnerauerat quendam inquiſitū, qui ceciderat in terram, capiq; poterat manu ſalua, cum eſſent tres Birruarij, fuiſſe condemnatum ad remigandum in Regijs triremibus per quinquennium, quam deciſionē refert, & ſequitur Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 29. in fine principij, & poſt eum Moder. vbi ſupra nu. 48. in fine. & apprimè faciunt, quæ tradunt Iodoc. vbi ſupra, & Fab. à Mõte Leone in pract. arbit. part. 4. fol. mihi 333. num. 32. Et hæc quando reſiſtentia fieret cum armis.

Si vero fiat ſine armis, rurſus diſtinguo, vel ipſa reſiſtentia conſiſtit in ſola fuga iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra nu. 29. vel conſiſtit in reſiſtenti propugnatione manuum: ſi primo caſu, dico, ꝙ Doctores ſunt inter ſe contrarij. Nā Bal. in l. final. in fi. C. de exhib. reis ait, ſe audiuiſſe Piſis, ꝙ quidam malefactor fugiebat ante familiā, & familia currebat poſt eū, & eū non poterat iungere, & quidam Birruarius eum percuſſit, & in iſto caſu ait, ſe credere ꝙ dictus Birruarius non debeat puniri: & hãc Baldi opinionem ſecuti ſunt Auguſt. ad Ang. trac. de malef. in verbo. quod fama publica Par. de Put. & Amod. quos refert & ſequit Gram. dicta deciſ. 41. ſub nu. 1. Boer. dicta deciſ. 170. ſub nu. 7. Ant. Gomez. var. reſol. & Fab. à Monte Leone, relati per Moder. dicta q. 32. nu. 43. eandē ſententiā videtur approbare Clar. vbi ſupra: quia ſi tunc ſatellites vulnerantes non euaderent pęnam, quando aliter potuiſſent capere, vt ipſe ait: Ergo à cõtrario ſenſu fugiens, qui aliter capi non poteſt impunè offendet, & ita tenet etiam Ant. Scapp. tract. Iur. non ſcrip. lib. 5. cap. 94. num. 18.

Contrariā opinionē videtur ſentire Imol. in l. ex cõſenſu. §. eū qui ſub nu. 39. ff. de appel. dum ait, capiendum nõ poſſe cum armis offendi à Birruarijs, niſi is ſe cum armis defendat, & propterea Birruarijs eſt licita propulſatio reſiſtētiæ cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ; prout, referendo eundē Imol. vbi ſupra; tradunt Additio ad Bal. in d. l. fi. in fin. in litera G. & Boer. loco citato ſub num. 6.

Et ego huic ſententiæ me ſubſcribo, quia reſiſtentia non dicitur, niſi manualis actus interuenerit Luc.de Pen.in l.prohibitum circa finem ſub nume. 20.C.de iure fiſci lib. 10. ſed in fuga non reperitur manualis actus: Ergo in fuga non reperitur reſiſtentia, ſed vbi non reperitur reſiſtentia ceſſat licentia offendendi. Ergo à primo ad vltimum Birruarij non poſſunt offendere capiendum fugientem, qui ſe manuali actu non defendit; & iuxta hanc cõcluſionem alias bene locutus fuit idem Bal.in l.ſi vt allegas.C.ad l.Corn. de ſicar. dicens, debitorem fugientem, & ſe telo defendentem, poſſe impunè offendi, quaſi per ſubauditum intellectum dixerit, quòd non poſſit offendi, ſi telo non ſe defenderit; prout expreſsè hoc dixit in dicta Auth.ſed omnino num.14. iuncta additione ibi in litera B. C.ne vxor pro mar. & certè, vt dicit Marſ.in l. prima.ff. ad l. Corn.de ſicar.relatus etiam per Gram.dicta deciſ. 41.num.5. Si iſti Birruarij poltroni, & viliſſimi haberent iſtam licentiam offendendi impune, fierent audaciores; immo dicam inſolentiores ac temerarij, & hanc ſententiam tenuit Moder. dicta quæſt. 32.num.44.&45. fallit tamen iſta concluſio, quando fugiens poſſet impunè offendi ex diſpoſitione iuris, ſeu ſtatutorum, vt puta, quia eſſet bannitus pro delicto capitali iuxta ea, quæ dixi infra cap.93. num.2.quia tunc licet telo non reſiſtat, poſſet tamẽ impunè occidi.

Si verò reſiſtentia conſiſtat in reſiſtẽti manuum propugnatione, tunc rurſus diſtinguo: vel capiendus eſt adeo robuſtus, vt plus valeat eius pugnus, quàm vulnus ab imbecilli illatum, & tunc liceret Birruarijs, ſi eum aliter capere non poſſent, illum offendere per ea, quæ in terminis ſcribit Imol.in dicto §. eum qui. nume. 39. ſed vbi reperitur iſte vir, cuius pugnus ſit lethalior, quàm percuſſio armorum? Vel non eſt ita robuſtus, & dico, quòd Birruarijs non licet illum offendere aliquo lethali inſtrumento, ſed ſolum eiuſdem generis, vel ſimili, quia defenſio, ac reſiſtentiæ propulſatio cum moderamine inculpatæ tutelæ debet regulari ſecundum menſuram, & qualitatem offenſionis ad tradita per Doct. in l. vt vim.ff.de iuſtit.& iur.vbi eſt propria materia, & per Clar.lib.5.recept.ſent.§.homicidiũ.verſiculo. ſcias tamen: quæ menſura ſi excederetur, excedens puniretur de illo exceſſu, vt per eundem Clar.ibidem & Menoch.de arbit.iud.lib.2.cent.3.caſ.277.num. 4.cum ſeqq.

Sed concluſimus ſupra Birruarijs licitam eſſe propulſationem reſiſtentiæ cum moderamine tamen inculpatę tutelę.

Ergo ſi reſiſtens reſiſtat manu vacua ita, vt ſine diſcrimine vitæ capientis, ac ſine grauis offenſionis periculo capi poſſit, non debet aliquo modo vulnerari, & armis offendi.

33 † Quinta & vltima difficultas, præſuppoſita per oppoſitum iniuſtitia capturæ: quæro quæ reſiſtentia ſit licita capiendo aduerſus Birruarios? Reſpondeo: Aut iniuſtitia capturæ eſt dubia, aut eſt notoria: ſi dubia, tunc dico, nullam reſiſtentiam eſſe licitam per ea, quæ dixi ſupra ſub num.30.& ita procedant quæ dicit Clar.lib.5.recept. ſent. quæſt. 29. in princ.aſſerens, Birruarios poſſe impunè offendere reſiſtentem, quia non ſpectat ad eos cognoſcere, an captura ſit iuſta vel non: Si notoria, dico, capiendo licitam eſſe reſiſtentiam aduerſus Birruarios, per ea, quę dixi ſupra dicto num.30.in fine, vbi conciliaui Amodeum cum Claro vbi ſupra. Hæc tamẽ reſiſtentia debet fieri gradatim, incipiendo à leuiori, ac vrbaniori, videlicet ab appellatione, quæ eſt remedium ordinarium oppreſſorum, vt dixi infra. cap.97. ſub nume. 119. & vbi hoc remedium ſufficiat, non poterit deueniri ad remedium facti, hoc eſt reſiſtentiam Cyn. & Bart.in l. ab executore. C. quor.appell.non recip. quos referunt, & ſequuntur Aug.ad Ang.tract.de malef.in verbo. præſente dicto Caio ſub nume. 29. Par. de Put. tract. ſynd. in verbo. reſiſtentia cap.1. An ſi iudex ſub nu. 3. Maran.in ſuis diſpp.diſp.prima. nume. 13. & Mille. in pract.crim.perſequen.fol.mihi 64.nume.25.Quòd ſi grauamen nõ ſit reparabile per remedium appellationis, vt puta, quia agatur de damno irretractabili, tunc in ſubſidium deueniri poſſet ad reſiſtentiam, vt docet Abb.in cap.ſi quando, num.2. de off. & poteſt.iud. del. & poſt eum Moder. dicta quæſt. 32.num.121.in fine, & multa notatu digna ad repellendam iniuſtam capturam, vide per Luc.de Penn. in dicta l.prohibitum col.2.in fine, & col.3. Verum ſi Iudex grauaret extraiudicialiter poſſet ei reſiſti, omiſſo medio appellationis, vt per Abb. vbi ſupra.

Hæc tamen reſiſtentia facti intelligitur cum moderamine inculpatæ tutelæ iuxta ea, quæ dixi ſupra nu.præcedenti verſus finem. Verum conſulo, tam Birruarijs exequentibus, quam ijs, cõtra quos exequuntur, vt quantum poſſunt abſtineant à vulneribus, & occiſionibus, ne ſequatur aliquod ſcandalũ, & tumultus in Populo; prout ſequutum fuiſſe Peruſij contra Poteſtatem eiuſque familiam teſtatur Amad.tract.de ſynd.ſub num. 101. quem referunt & ſequuntur Gram.deciſ.41.num.3. & Clar. dicta quæſt.29.in principio circa medium, & tradit etiã Luc.de Penn.in l.prohibitum, nume.12.in fine iuncto num.13.C.de iure fiſci lib.10. & hæc ſufficiant: Reliquas quæſtiones: Nunquid ſcilicet Iudex poſſit dare licentiam executoribus contra capiendum, vt ſi eum capere non poſſunt viuum, capiant mortuum, & alias ſimiles omitto, ne ſim prolixior: poteris tu, vbi caſus hic non deciſus occurrat, recurrere ad Doctores ſuperius allegatos. Capto reo, eſſet agendum de qualitate carceris, cui veniret mancipãdus, ſed breuitati ſtudens, ſimiliter omitto.

34 † Illud tantum commonefaciam, quòd Rei quoad fieri poteſt cuſtodiantur diuiſim, & maximè cõplices, ne ineant conſilium; prout hoc ipſum admonet Franc.Peg.in comment.ad Direct.Eymer.par. 3.comm.108.§.His ita &c.cum ſeqq.

Vbi tamen caſus in hac re oriatur recurre ad eũ loco citato, & ad Moder.in qq.crim. lib.1.titu.4. de carceribus, & carceratis, in pluribus locis, & præſertim quæſt.31.

De

De modo exequendi Citationem in cauſis hæreſis. Cap. XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Citatio per literas in cauſis fidei ſolet præſcribere certum exequendi modum, qui eſt ſeruandus.*
2 *Citatio per edictum habet locum contra fugitiuos, & quomodo ſit exequenda.*
3 *Reſiſtentia, facta miniſtris, & executoribus ſancti officij, grauiter punitur ex diſpoſitione Bullæ Pij Quinti.*

PAVCA admodum mihi dicẽda ſunt de executione huius citationis, quippe cum quæ in alijs cauſis fatus ſum, huic congruè adaptentur. Quæ tamen peculiarem ſtylum in hæreſis cauſa habent, modo exarabo. † Sciendum
1 igitur eſt, quòd vbi quis citetur in ſcriptis per literas directas alicui Parocho, ſolet ei in illis præſcribi certus modus, quo citare debeat: & ex forma relationis faciendæ, quam ponit Eymer. in Direct. Inquiſ. par. 3. ſub num. 131. ibi. *Cum talis Parochianus &c.* in fine, colligere licet, quòd eã exequi de-
2 bet coram duobus teſtibus. † Et vbi citandus ſit fugitiuus, & abſens, debet citari per edictum, exequẽdum in tribus locis; videlicet in Eccleſia Cathedrali illius Diœceſis, cuius eſt, & etiam in Eccleſia Parochiali illius Villæ, vel Ciuitatis, in qua commorabatur, ac etiam in domo propria, vel vbi communiter degebat, vt docent Franc. Pegn. in comm. ad direct. Eymer. dicta par. 3. comm. 34. §. ſi autem, & ipſemet Eymer. ſub num. 212. Rub. de tertiodecimo modo terminandi proceſſum &c. verſiculo. *Circa quemlibet*. Et huiuſmodi citatio eſt affigẽda in valuis prædictarum eccleſiarum, vt per eundem Eymer. ibidem ſub nume. 213. in fine Rubr. forma ci-
3 tandi conuictum de hæreſi. † Quantum attinet ad capturam hoc ſolum dico, quòd, quemadmodum capiendi pro alijs cauſis, quàm fidei, ſi reſiſtant, executoribus, grauiter puniuntur ex diſpoſitione Bullę Sixti Quinti, de qua dixi ſupra cap. præcedenti ſub num. 29. verſiculo. *Si vero ita conſiſtat*. Ita quoq; grauiſſimè puniuntur reſiſtentes Officialibus, Executoribus, & Miniſtris ſancti Officij ex diſpoſitione Bullæ Pij Quinti, Rubricatæ: contra offendentes ſtatum, res, & perſonas ſacri inquiſitionis hæreticę prauitatis officij. Datæ apud Sanctum Petrum Anno Domini. 1569. Kalend. Aprilis. anno quarto eius Pontificatus.

De relatione executionis citationis verbalis, per literas, & per edictum, illiusque neceſſitate in omni ſpecie cauſarum. Cap. XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Relatio executionis citationis eſt ſubſtantialis, & debet fieri ante actum, ad quem emanauit ipſa citatio.*
2 *Relatio executionis citationis quibus caſibus non ſit neceſſaria, & nu. 3. 4. & 5.*
6 *Relatio executionis citationis fit in genere, & in ſpecie.*
7 *Relatio executionis citationis in genere, an valeat.*
8 *Facta relatione in genere executionis citationis, nũquid præſumatur executa perſonaliter, vel domi.*
9 *Nuncius nũ poſt relationẽ genericã admittatur ad declarandum, an citauerit perſonaliter, vel domi.*
10 *Citatio, an in dubio præſumatur executa domi ſolitæ habitationis.*
11 *Relatio executionis citationis facta in ſpecie, an valeat.*
12 *Nuncius nunquid debeat referre, ſe citaſſe coram teſtibus.*
13 *Relatio executionis citationis, nunquid debeat fieri in ſcriptis.*
14 *Relatio executionis citationis per literas debet continere corã quibus teſtibus fuerit citatio executa.*
15 *Relatio executionis citationis per edictum quomodo fiat à Tabellionibus extra Curiam.*
16 *Relatio executionis citationis, an ſit cautior ſi fiat in genere, quàm ſi fiat in ſpecie.*
17 *Nuncius an debeat referre, ſe legiſſe citationem.*
18 *Relatio an ſit facienda iudici, vel ſatis ſit, eam fieri coram Notario, abſente Iudice.*

1 OPERAE pretiũ † modo eſt agere de relatione, & reꝑductione citationis: ſiquidem relatio eſt ſubſtantialis, vt luculẽter tradit Gail. in pract. obſer. lib. 1. obſeru. 54. num. 7. & quidẽ fieri debet ante actum, ad quem emanauit ipſa citatio, aliàs ille actus non teneret; quamuis eum ſubſequeretur relatio: exempli gratia, quãdo relatio citationis ad ſententiam fieret poſt latã ſententiam: quo caſu ſententia corrueret, quia Iudex ante relationem nõ erat certus de iuriſdictione ad ferendam ſententiam argumẽto textus in l. hec autem. §. 1. & ibi tradit Bar. nu. 1. & 2. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. & in l. ſi finita. §. Iulianus. nume. 18. ff. de damn. infec. in quibus locis ait, ſe propterea reprobaſſe vnum proceſſum, & in l. multum. ff. de cond. & demonſtr. Innoc. in ca. cum contingat. de off. deleg. Marſ. in l. de vnoquoq; nu. 142. ff. de re iud. Veſtr.
✲ in pract. lib. 4. cap. 4. num. 5. & eſt cõmunis, ✲ de qua teſtatur Vant. tract. null. Rub. de null. ex defectu citat. num. 146. vbi plures congerit. Et quidem ſententia, ſeu actus eſſent ipſo iure nulli, vt dicunt Bar. in dicto §. 1. nu. 2. & Rol. à Vall. conſ. 47. nu. 64. lib. 2. Et ꝙ ante condemnationem faciendã in cõtumaciam vigore ſtatutorum, diſponentium, contumacẽ haberi pro confeſſo, requiratur relatio Nuncij, illiusque annotatio, facienda per Notarium, tradit etiam Ang. tract. de malef. in verb. Qui dominus iudex videns. ſub num. 31.
2 † Hęc communis cõcluſio de relatione citationis

facienda fallit quatuor casibus, quorum tres sunt ad fauorem actoris, vt valeat procedere contra Reum, etiam non reproducta citatione: quartus verò est ad fauorem Rei, vt is valeat procedere contra actorem; similiter nō reproducta citatione: Casus in fauorem actoris sunt hi. Primus, quando periculum esset in mora, quia tunc possumus recedere à regulis iuris communis, vt dixi supra cap. 37. nu.
3 7. † Secundus, quando, commissa causa alicui Domino Auditori Rotæ à Domino Papa, & decreta per Auditorem ad instantiam actoris citatione reperiretur in Curia procurator Rei cum sufficienti mandato, quia tunc licet Auditor ignoret, an citatio fuerit executa ex quo non reproducitur; tamen valet contra reum procedere Rot.decis.16. aliàs 638. de iud.in antiq.& Vestr.in pract.lib.4.cap.4.sub nu. 5.allegans Bal.in l.falsus. C.de furt. qui tamen nihil dicit in terminis, & isto casu valeret etiam procedere reus contra actorem etiam per Audientiam contradictarum, vt dixi infra.

4 † Tertius, quando actor, seu eius procurator, qui hic in Curia citasset de longinquis partibus, allegaret, citationem fuisse executam, quam allegationē practici vocant productionem verbo factam. Aduerte tamen, quòd vigore huius verbalis reproductionis non potest procedere ad sententiam diffinitiuam, sed solum vsque ad conclusionem in causa exclusiuè, quia cum citatio sit realiter reproducenda, & in reproductione sint examinandi testes, qui recognoscant relationem executionis, & per cōclusionem renuncietur vlteriori probationi, vt dicam, Deo fauente, in secundo libro, sequitur necessario, quòd sit reproducenda ante conclusionem, quia postea testes non possent examinari super recognitione, nisi diceremus, quòd ista reproductio verbalis, facta in termino operaretur, vt realis subsecuta retrotraheretur ad terminum, vt ex not.per Bal.in ca. 1.in principio, de fid.instr. & per Felyn. in cap. causam, col. 13. de probat. dubitatiuè asserit Vestr.dicto cap.4.nume.7. Ratio autem, cur actor quamuis habeat in manibus citationem cum relatione executionis soleat abstinere à reali reproductione vsque ad conclusum in causa, ea est, ꝙ si citatus interim compareret, citans releuaretur ab onere realis reproductionis; vnde si in ipsa citatione seu eius executione fuisset aliquis defectus, redditur sanus per comparitionem, à qua citatus abstineret, si defectū sciuisset: sed quia illum non potest agnoscere, quando citatio non reproducitur, ideo fuit introductus iste stylus, sicuti considerat Vestr.dicto cap.4. nu.6.

Neque obstat, si quis aduersus hanc practicam obijceret, citatum teneri ad comparendum etiam si in executione citationis adesset aliquis defectus per ea, quæ dixi supra cap.45. sub nume.10. & sub num.11.vers. *Aut peccat.* Et propterea istam cautelam abstinendi à reali reproductione esse inanem: quia citatus, licet resciuerit defectum citationis; tenebitur adhuc comparere. Huic obiectioni respondeo, quòd tunc citans grauaretur onere probandi plenam sciētiam citationis, vt dixi in dicto cap.45. quod non est, quando citatus comparuit, & in hoc
5 consistit vtilitas.† Casus vero ad fauorem rei citati, qui similiter valet procedere, etiam citatione non reproducta est; quando causa commissa, & decreta citatione, vt dixi supra num.3. in 2. casu ad fauorem actoris, reus ipse comparet in termino citationis, vel mittit procuratorem cum mandato sufficiēti, quo casu, si actor recessisset; procuratore non relicto; posset ad fauorem rei instantis procedi cōtra actorem per Audientiam cōtradictarum vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè, Rota decis. 17. aliàs 402. sub num.2, cum seqq. de dol. & contum. in nou.& Vestr.dicto lib.4.cap.4. num.2. præsumitur enim isto casu, quòd fuerit citatus, vt tradūt Rota dicta decis.17.sub num.5.& Rol.à Vall.cons.47. num.24.lib.2.& sibi actor imputet, qui recessit, non relicto procuratore, quare procedetur, etiam citatione non reproducta.

6 † Hisce prælibatis, videamus, qualiter Nuncij debeant facere relationes de executione citationis: & breuiter agendo: dico, relationem hanc dupliciter fieri posse; videlicet in genere, & in specie. In genere, quādo refert, se citasse, & omnia fecisse: prout habuit in mandatis, & cōtinetur in literis citatorijs: In specie, quando absque relatione ad aliud exprimit specialiter modum, quo citauit.
7 † Circa vtrumque modum venit nunc dubitandum, & primo circa modum in genere: Nunquid huiusmodi relatio generalis valeat? Nam Alex. cons.201. num.2.lib. 2.& Vestr.in pract. dicto lib.4.cap.3.nu.9. Vbi allegat Aegid.conclus.200.si Commissarius. de re iud. tenent, quòd non: quia est obscura, & incerta.

Contrariam sentētiam, quòd valeat tenuit Bal. in l.properandum.§.& si quidem num.23.C.de iudic.quem referunt, & sequuntur Rot. decis. prima, aliàs 48.in addit.de dol.& contum.in nou. & Vant. tract.null. Rub.de null.ex def.cit. nume.97. & satis probari videtur ex eo, quòd certum dicitur non solum illud, quod est certum de per se, sed etiā illud, quod est certum per relationem ad aliud argumento textus in l.asse toto.ff. de hæred. instit.l. si ita scripsero.ff.de cond.& demōstr.cum alijs allegatis per Osasc.decis.128.num.2.& notant Abb.cons.28.nume.3.lib.1.Dec.cons.538.num.7.& post alios in casu, de quo loquimur, tradit Vant. vbi supra nu.137. & dixi infra cap.102.sub num.5.

Alij in hac contrarietate declarando dixerunt, vt prima opinio negatiua procedat in relatione executionis citationis, quæ non est per edictum: secunda vero opinio procedat in relatione executionis citationis per edictū. Ita arbitratur Vant. dicta Rub. de nul.ex def.citat.num.138.& 139.sed oppositum de diametro, nimirum, quòd relatio generalis non valeat in executione citationis, quæ fit per edictū. & valeat in ea, quæ non fit per edictum tradit Grauat. declarando Vestrium vbi supra sub nume. 13. in fine. sed possunt concordari, quia Vant. loquitur forsan de citatione per edictum, quæ debeat exequi vno tantum certo, & expresso modo; quo casu, quia modus exequendi est vnicus, & certus, relatio etiam, quæ ad illum se refert; dicitur certa, expressa, & nōn ambigua: Grauat. vero loquitur de ea, quæ pluribus modis exequi potest, & licet remaneat contrarietas etiam in relatione executionis

nis citationis, quæ non eſt per edictum, tamen ex infra dicendis in ſequenti alia diſtinctione poteſt etiã illa conciliari.

Alij verò diſtinguendo aiunt. Aut iudex cõmittit executiomem citationis alternatiuè, videlicet vel perſonaliter, vel domi: Aut committit ordinatè. videlicet, quòd citet perſonaliter, & vbi perſonam non inueniat, quòd citet domi. Si ſumus in primo caſu, aiunt, relationem generalem non valere, quia illa alternatiua non eſt certa, niſi per relationem ad diſpoſitionem iuris, quę reſoluit alternatiuam in copulatiuam ſubſidialẽ, id eſt, vt citetur perſonaliter, ſi reperiatur, ſin minus domi: quę iuris diſpoſitio, quia præſumitur manifeſta Iudici, ideo eius commiſſio ad eam refertur, vt dicit Bar. in l.4.§. prætor ait nu. 13.ff.de damn.infect. quem referunt, & ſequuntur Alex.conſ.2.ſub nu. 3. lib.3. & Aſinius in ſua pract. §.9.cap.7.num.7.& dixi infra num.10. in fine. Sed diſpoſitio iuris eſt certa. ergo & commiſſio Iudicis ad eã relata. ſecus eſt in relatione Nuncij; qui, cum ignoret diſpoſitionem iuris, non poſſumus dicere, quòd eius relatio referatur ad eam. Vnde remanet incerta, & obſcura, ſicuti tradunt Alex. dicto conſ. 2.num.3. & 4. Maran. in ſuo Spec. par.6. memb. 1. num.127.& Aſinius, qui alios congerit dicto.§.9.c. 6.ſub num.3.verſiculo. *Id autem*. Neque obſtat ꝙ Bal.in dicto.§. Et ſi quidem. ſub nume.13. dixerit, generali relatione facta, intelligi citationem fuiſſe executam domi, & non perſonaliter ad excludendum dolum, quia, vt bene reſpondet Alex. vbi ſupra, dato quòd hoc dictum Baldi ſit verum, loquitur, quando commiſſio Iudicis erat ordinata. In iſto ergo primo caſu procedat opinio negatiua.

Si verò ſumus in ſecundo, quando citatio eſt cõmiſſa ordinatè tunc aiũt, generalem relationem valere, & ita loquuntur Bal. Alex.& Rot. in locis allegatis, & Aſinius dicto cap.7.num.5.cum ſeqq.& ratio eſt, quia iſto caſu relatio Nuncij ſe refert ad factum, quod cum ſit certum ab eoque bene potuerit percipi, ſequitur per ea, quæ dixi de commiſſione Iudicis in primo caſu, quòd ipſa relatio dicatur certa, & non obſcura. Poſſet tamen quiſpiam, arguendo, dicere quòd relatio valeat etiam in primo caſu, quia teſtamentum, quamuis teſtator ſit iuris ignarus recipit in dubijs interpretationem à iure cõmuni, & ſtatutis locorum, vt eſt notum, & in terminis ſtatuti tradit Rota diuerſ.deciſ.775.num.5.& 6. par.1. Sed non recedas à prædicta diſtinctione, quę
* eſt communis, * & obiectioni quilibet curioſus poterit ſuo marte reſpondere.

8 † Verum poſtquam in ſecundo caſu relatio generalis valet, quæro de nonnullis, & primo quomodo illa citatio præſumatur executa: perſonaliter ne, an domi? ſiquidem multi refert, fuerit executa vno, vel altero modo? Nam citatus perſonaliter, ſi non compareat, conſtituitur in vero dolo, efficiturque verus cõtumax, citatus vero domi, dicitur in culpa, efficiturque fictus contumax. Vnde poterit appellare à ſententia infra decem dies a die ſcientiæ, vt tradunt Rot. deciſ.2.aliàs 49.de dol. & cõtum.in nou. Vant.tract.null.Rub.de null.ex def.citat. nume.92. quod non eſt in vero contumace, vt dixi infra cap. 97.ſub num.26.verſ. *Secundo quia*. Et verſ. *Non obſtat ſecundo*.

Huic quæſito reſpondeo, quòd præſumitur citatus domi Bal.in dicta l.properandum.§. Et ſi quidẽ num.13.C.de iud. quem referunt, & ſequuntur Alex.dicto conſ.2.nu.7. lib.3. Additio ad Rot. deciſ. 1.de dol.& cont. in nou. Maran. in ſuo Spec. dicto memb.1. ſub num. 127. & Aſinius dicto cap.7. ſub
* num.5. eſtque communis, * & fundatur in ea ratione, quòd ſit facienda interpretatio, quæ excludat maius delictum: argumento l.meritò.ff. pro ſocio.

9 † Secundo quęro. An admitteretur Nuncius, qui vellet generalem relationem declarare ac ſpecificare? Reſpondeo, quòd ſic, dummodo declaratio non eſſet adeo tarda, vt poſſit præſumi ſuſpecta, vel dummodo aliqua alia ſimilis coniectura obliuionis, vel doli non reſiſtat, quæ omnia ſagaci Iudicis arbitrio ſunt deleganda.

10 † Tertio quæro: poſtquam præſumitur facta domi: Nunquid præſumetur domi ſolitæ habitationis? Reſpondeo, diſtinguendo. Aut Iudex expreſſit in commiſſione, vt citaret domi ſolitæ habitationis ſi eum perſonaliter apprehendere non potuerit. Aut commiſit, vt citaret domi ſine expreſſione ſolitæ habitationis.

Si ſimus in primo caſu dico, præſumi executam domi ſolitæ habitationis, quia debemus fauere validitati actus, quãdo ſubiecta materia patitur l. Vbi ita donatur.ff.de donat.cauſ.mor.cum ſimilibus. Et ſi aliter pręſumeretur, relatio non teneret, quòd eſſet contra doctrinam Bartoli in dicto.§. prætor ait. num.6. & aliorum, qui aiunt, illam relationem eſſe validam, vt retuli ſupra ſub nume.7. in ſecundo caſu.

Neque obſtat, ſi quis arguendo obijceret. Tantum operatur præſumptio in caſu præſumpto, quãtum veritas in caſu vero vulg.iur. Sed veritas in caſu vero non operatur validitatem, quia ſi mandatarius referat, ſe citaſſe domi, non expreſſo ſolitæ habitationis, relatio non tenet. ergo neque præſumptio operabitur validitatẽ in caſu præſumpto. Nec tollitur argumẽtum ſi reſpondeatur, poſitionem caſus veri eſſe diuerſam à poſitione caſus præſumpti, quoniam in caſu vero citatio dicetur executa domi, in caſu autem præſumpto præſumitur executa domi ſolitæ habitationis, quia replicãdo dicitur, quòd iſta reſponſio includit duas fictiones, ſeu præſumptiones: primam, quòd præſumatur executa domi: ſecundam, quòd ſolitæ habitationis.

Huic ſecundæ, & poſtremæ obiectioni (quia prima iam eſt ſublata) reſpondetur, eſſe vnam tantũ præſumptionem, & non duas, ſiquidem in ſubſtantia præſumitur vnus locus, & is cum adiumento veritatis, hoc eſt relationis Mandatarij. Præterea illa regula de non inducendis duabus pręſumptionibus non eſt perpetuo vera, & hæc ſatis.

Si verò ſumus in ſecũdo caſu, quando iudex cõmiſit, vt citaret domi ſine expreſſione ſolitæ habitationis, tunc quia non poteſt eſſe plus in relato, quàm in referente dico, relationem non ſubſiſtere iuxta ea, quæ dixi infra num.ſeq.ibi. *Vel iudex commiſit.* Et licet commiſſio iudicis teneat, id tamen eſt, quia illa

illa recipit interpretationem, seu suppletionem à iure, quam nō potest recipere relatio Nuncij iuris cōmunis expertis per ea, quæ dixi supra sub nume.7. ibi. *Secus est in relatione &c.* Et hæc de relatione in genere.

11 † Videamus modo: nunquid relatio in specie teneat, & breuiter agendo distinguo. Aut mandatarius renunciat, se citasse personaliter, & tūc nulli dubium, quòd huiusmodi relatio est valida, quia est cęteris alijs efficacior, vt dixi supra cap.45. nume.2. in fine. Aut renunciat, se citasse domi, & tunc, faciendo membra diuisionis, rursus distinguo. Aut refert simpliciter, se citasse domi, & est primum membrū diuisionis, & dico, relationem esse inualidam, Bar. in dicta l.4.§.prætor ait num.12.ff. de damn.infect. Et apertius Alex. dicto cons.2. nume.8. lib.3. quem refert, & sequitur Maran.in suo Spec.dicto memb. 1.num.127.& tradit Gram.cons.152. num.11. quē refert, & sequitur Asin. dicto cap.7.num.3. Aut renunciat, se citasse domi, & alia fecisse iuxta formam commissionis, & iuris, & est secundum membrum, in quo rursus distinguo. Vel Iudex commisit simpliciter, quòd citaret, quæ commissio est valida, quia est intelligenda ciuiliter, vt tradit Bar.in sępe citato. §.prætor ait.nume.13. & 14.& faciunt quæ dixi supra sub num.7.ibi. *Si sumus in primo casu aiunt &c.* Vel commisit ordinatè, quod citaret personaliter, si poterat inuenire personam, sin minus quòd citaret domi. Si in primo casu, quando simpliciter commisit, dico, relationem esse inualidam ex duplici capite. Primo, quia refert, se citasse domi, & non exprimit solitæ habitationis, quo casu relatio non sufficit vt dixi hic superius ibi. *Aut refert simpliciter.* Secūdo, quia cum in commissione alia iniunctio non cōtineatur, relatio ad illam nulliter refertur, minusvè, potest referri ad dispositionem, seu formam iuris, quam ignorat per ea, quæ dixi supra. sub num.7. ibi. *Secus est in relatione &c.* Si sumus in secundo casu, quando iudex ordinatè commisit, vt prius perquireret personam &c. & tunc rursus distinguo. Vel Iudex commisit, vt citaret domi sine alia expressione, & isto casu relatio non tenet per ea, quæ dixi supra ibi. *Aut refert simpliciter &c.*

Vel commisit quòd citaret domi solitę habitationis, & tunc videtur dicendum, quòd relatio sit valida propter illam generalem relationem, vt dixi supra. sub nume.7. in secundo casu, & ita videtur expressè sentire Asinius dicto §.9.cap.6. num.3. & c. 7.sub num.7.ibi. *At secus &c.* Iunctis superioribus. Contrarium tamen credo verum, quia illa verba. *Et alia fecisse.* Indicant separationem à relatione facta in specie ita, vt illa relatio generalis nullatenus respiciat domum, sed solum perquisitionem personæ, seu quid aliud ei in commissione iniunctum. Vnde relatio facta in specie remanet in suis puris terminis. Sed in suis puris terminis non valet, vt dixi supra ibi. *Aut refert simpliciter,* & additionem non recipit à subsequenti generali relatione. Ergo sequitur, quòd sit inualida.

Aut refert, se citasse domi solitæ habitationis, & est tertium membrum diuisionis, in quo rursus distinguo, vel loquimur de iure communi, vel secundum statuta, & consuetudines. Si de iure communi, rursus distinguo, vel loquimur de secundis citationibus, vel de primis: si de secundis, dico, relationē esse validam, quia perquisitio personæ non est necessaria per ea, quæ dixi supra cap.45. nume.4. si de primis, tunc intrant opiniones. Nam Bal. in l. scire oportet.§.multa verò in fine. ibi. *Contra seruatur.* ff.de excus.tut.Paul.de Castr.in l.4.§.prætor ait nu. 2.ff.de damn.infect.& Franc. Aret.in l.hæres institutus versiculo. *Sed ad primam quæstionem.*ff.de acquir.hæred.allegando Bal.vbi supra tenent affirmatiuam, quòd relatio valeat.

Contrariam verò opinionem, quòd adhuc non teneat, nisi expresserit etiam, se prius diligenter perquisiuisse personam, eamque non potuisse inuenire, tenent Bar.in dicto §.prætor ait num.12. & 14. & apertius Rom.cons.454.sub num.4.dicens, hanc esse solemnitatem extrinsecam, quæ non præsumitur. Et quòd hæc sit verior, & magis cōmunis * opinio testatur Asinius dicto cap.6.num.3.

Si verò loquamur secundum statuta, & cōsuetudines dico, relationem esse validam, quia ista perquisitio personæ omittitur etiam in primis citationibus, vt dixi supra dicto cap.45. num.6.

Aut refert, se citasse domi solitæ habitationis, aliaque fecisse, prout habuit in mādatis, & est quartum, & vltimū membrum in quo denuo distinguo. Vel iudex commisit ordinatè, quod citaret personaliter, si poterat personam appręhendere, sin minus, quòd citaret domi, & tunc dico relationem esse validam, quia illa verba. *Et alia fecisse.* Idoneè possunt denotare perquisitionem personæ, & ita procedāt quæ tradit Asin.dicto cap.6.num.3.& versiculo. *Id autem.* Et cap.7.sub num.7. Vel commisit simpliciter, quòd citaret, & tunc dico, non valere, quia non constat de perquisitione personæ, vt dixi supra ibi. *Contrariam verò opinionem.* Et ita intelligas Rom. dicto cons.454.& alios Doctores, & hæc omnia diligenter nota, quia habes declarationem ad multas doctrinas Doctorum, quam alibi non reperies.

12 † Quæro modo circa vtramque speciem relationis: Nunquid Nuncius debeat referre, se citasse coram N. N.testibus? Respondeo, videtur dicendum, quòd sic, quia statuta Vrbis lib.1. cap.51. disponunt, copiam citationis, affigendam esse in ostio domus coram vno saltem teste. Et quòd in Regno Neapol. Nuncius ita debeat referre tradit Foll. in pract.crim.in verbo. fiat relatio nuncij nu.2. Immo vult, vt si citetur domi, Nuncius referat, se accepisse iuramentum ab aliquo ex familia citati de notificādo ei citationem. Sed in practica neutrum seruatur in citatione verbali, sicut dixi etiam supra ca. 32.sub num.23.

13 † Quæro postremo: nunquid relatio Nuncij debeat fieri in scriptis? Respondeo, quòd non de iure communi, & ita seruatur in pluribus locis status ecclesiastici, vbi Mandatarij executionem citationis referunt Notario, qui illam scribit. In Vrbe autem habemus statuta lib.1.cap.54. Vbi disponitur, relationem esse faciendam in scriptis in his casibus, videlicet in productione libelli, seu petitionis ad vidēdum pronunciari aliquem pro confesso, ad sententiam

tiam audiendam in cauſis ordinarijs, ad videndũ pronunciari inſtrumẽta etiam dotalia, apochas, ſententias, ſeu teſtamenta fore exequenda, & in cauſis interdictorum retinendæ, adipiſcendæ, & recuperandæ, & pariter in actu ad ſententiam, in alijs verò caſibus diſponunt, verbalem relationem ſufficere. Cæterum Nuncij, abundantes in cautela, de ſtylo referunt in ſcriptis indiſtinctè in omni caſu, prout etiam faciunt Baliui in Prouincia Aprutij: de ſtylo etiã Auditoris Cameræ Notarij in eorum Manualibus, & regeſtris extendunt, quòd Curſor retulit in iudicio coram Domino Locumtenẽte, ſibi notario &c. quamuis, vt dixi Curſor citationem ſolum ſubſcribat. & hæc ſatis.

Videamus nũc aliqua de relatione facienda exe-
14 cutionis citationis per literas, & per edictũ. † & breuiter agendo, quantum attinet ad citationem per literas hoc ſolum ijs, quæ dixi de relatione executionis citationis Verbalis, addo, quòd Nuncius debet in ſcriptis referre coram quibus teſtibus citationem fuerit executus, vt dixi ſupra cap. 45. ſub nu. 8. ver-
15 ſus finem. † Quantum vero attinet ad relationẽ executionis citationis per edictum illud præcipuè reminiſci oportet, quòd hæc citatio ſecundum ſtylũ Romanæ Curiæ exequitur in partibus per Tabelliones, qui coram duobus teſtibus citant, ac copiam petitam relinquunt, & deinde eorũmet propria manu, & publico ſigno referunt Iudici citãti modum, quo citationem ſunt executi, & quibus teſtibus præſentibus, qua citatione reproducta, ac recognitis manu, & ſigno Tabellionis, proceditur ad vlteriora, vt di-
16 xi infra cap. 89. in fine. † At quæro quenam relatio magis expediat ea, quæ fit in genere, an quæ fit in ſpecie? Reſpondeo diſtinguendo. Aut modus exequendi in cõmiſſione præſcriptus, ac iniunctus fuit diligenter obſeruatus. Aut non: ſi primo caſu, dico, quòd magis expedit relatio in ſpecie: ſi in ſecundo, dico oppoſitum, quòd magis expedit relatio in genere. Vnde quia earum executores, vt plurimum titubant an bene executi ſint, ideo ſolent vti relatione generali in hunc modum: citaui, monui, & requiſiui, & alia feci iuxta retroſcriptarum literarum formam, & tenorem, vt notat. Rot. deciſ. 5. aliàs 79. ſub nume. 14. & 16. in additionibus de reſcriptis in nou. Neq; obſtat Grauat. in annot. ad pract. Veſtr. lib. 4. cap. 3. in fine qui ait, generalem relationẽ non valere in citatione per edictum, vt ex eodem retuli ſupra ſub num. 7. quia reſpondeo, hoc non eſſe verum, & ita teneas. Item quæro, nunquid debeat referre, quòd tunc temporis ibi adfuerit populi multitudo? Reſpondeo, quòd non, Rota vbi ſupra nu.
17 13. & 16. † Quæro etiam, nunquid debeat referre, ſe legiſſe? Reſpondeo, ſatis eſſe, ſi dixerit, ſe publicaſſe, quia idem importat, Rot. dicto num. 16. deciſ.
18 22. aliàs 237. num. 14. in addit. eod. in nou.

† Poſtremo quæro, an huiuſmodi relatio ſit facienda neceſſario Iudici citanti, vel ſatis ſit, eam fieri notario cauſæ? Reſpondeo, ſatis eſſe, quòd fiat notario, etiam abſque præſentia Iudicis, vt refert, & ſequitur Maran. in ſuo Spec. par. 6. memb. 1. nu. 57. & hoc non patitur difficultatem, quia ita ſeruatur vbique: in Tribunali tamen Auditoris Cameræ Notarij extendunt, quòd ſibi retulit in iudicio coram Domino Locumtenente, Et hæc de relatione executionis citationum non realium, tam in ciuilibus, quam in criminalibus.

De relatione executionis citationis realis in omni ſpecie cauſarum.

Cap. XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Quod prædicatur de genere, prædicatur de ſingulis illius ſpeciebus.*

2 *Relatio executionis citationis realis non eſt neceſſaria.*

3 *Indefinita non æquipollet vniuerſali, quando repugnat ſubiecta materia.*

4 *Quod prædicatur de genere, prædicatur de ſpeciebus illius, intelligitur de prædicato ſubſtantiali.*

5 *Aequiparatio non currit, quando apparet diuerſa ratio.*

QVIA quod aſſerimus de gene-
1 re, † aſſerimus de ſingulis eius ſpeciebus argumento eorum, quæ tradit Bar. in l. Celſus, nu. 3. ff. de vſuc. allegans notata in l. 1. ff. de ſuis, & legit, eſtque ꝓpoſitio canonizata apud Dialecticos, ſed Doctores aſſerunt de citatione in genere, quòd ſit neceſſaria relatio executionis illius: Igitur idem eſt aſſerendum de executione citationis realis.

Neque obſtat quòd hęc citatio ſoleat habere locum in criminalibus: quoniam, vltra quod argumẽtum adhuc ſubſiſtit, ego aliàs proteſtatus ſum, in criminalibus procedendum eſſe ad inſtar ciuiliũ l. abſentem. ff. de pœn. Boſſ. tract. crim. tit. Quom. proced. per act. in delict. nu. 35. & Gram. deciſ. 36. nu. 48. & dixi infra in pluribus locis.

2 † His minime obſtantibus, veritas eſt, quòd relatio executionis realis non ſit neceſſaria, quia relatio eo tendit, vt Iudex, habita notitia, citationem innotuiſſe citato, actum, pro quo emanauit citatio, poſſit expedire iuxta ea, quę docui ſupra c. proximè præcedenti ſub num. 1. Sed actus, pro quo emanat citatio realis, eſt captura, quæ iam eſt expedita, & expeditio fieri nõ poteſt ſine perfectiſſima ſciẽtia realiter citati; Igitur omnis relatio eſſet ſuperuacua. Accedat etiam, quòd vbi de re aliqua conſtat per rei euidentiam, ceſſat alia probatio: ex quo rei euidẽtia ſuperat omne genus probationis, vt dixi infra c. 71. ſub num. 3.

3 † Nõ obſtant ex aduerſo adducta, quia & ſi Doctores loquantur indefinitè, tamen indefinita non æquipollet vniuerſali, vbi ſubiecta materia reſiſtat.
4 l. 2. ff. de libe. & poſthum. & hoc eſt tritum. † Poſſet etiam pro curioſis reſponderi, quòd illa maior propoſitio. Quod prædicatᷣ de genere, prædicatur &c. procedit tantum in ſubſtantialibus, & non in alijs, ſic declarant ſcribẽtes ſuper 2. Topic. loco. 10. quæ decla-

declaratio, nisi fuisset incognita cuidam meo condiscipulo dum in Academia Palladia interpretaretur textum in l. Vinum. ff. si cert. petat. assereretque vna cum Dec. ibi sub num. 2. aliud seruari in obligatione generis, aliud in obligatione speciei, vtique mihi, qui in argumentum adducebam prædictam propositionem, non ignorasset omnino respondere.

5 † Minus obstat æquiparatio causarum criminaliũ, & ciuilium in modo procedendi, quia vbi est diuersa ratio, non procedit, vt patet per ea quę tradit Boss. in dicto tit. quom. proc. per act. in delic. & per ea, quæ dixi supra cap. 4. sub num. 5.

Quare cum relatio nõ sit necessaria, & superflua præsertim in hac facultate sint fugienda, transeamus ad alia. Ait enim Seneca, relatus per Papien. in fine proœmij suę pract.

Quanta dementia est superuacua discere in tanta temporum egestate, vt ex hoc tempore, quod sufficere nec ad necessaria quidem potest, etiam si diligentissime custoditum fuerit maiorẽ partem in superuacua erogare.

De libellis in Ciuilibus. Cap. L.

SVMMARIVM.

1 *Libellus conuentionalis, de quo nos agimus, quid sit.*
2 *Partes substantiales libelli sunt duæ, facti scilicet narratio, & petitio.*
3 *Narratio facti quot requisita debeat habere, & subinde quot requisitis expleatur libellus.*
4 *Libellus vnde dicatur.*
5 *Libellus, cui deficiat vnum requisitum, vniuersus corruit: vide etiam infra num. 7. & 25.*
6 *Nullitas, resultans ex ineptitudine libelli, dicitur notoria, & propterea potest opponi, etiam lapso termino, & non intelligitur exclusa à statuto, prohibente opponi nullitatem.*
7 *Nullitas, resultans ex ineptitudine libelli destruit non solum ipsum libellum, sed etiam litis contestationem, receptionem testium, & denique totum processum.*
8 *Sententia, lata super libello inepto, dicitur ipso iure nulla.*
9 *Libellus dicitur ineptus, quando ex remedio ordinario concluditur ad remedium extraordinarium.*
10 *Remedium l. 2. C. de rescind. vend. differt à remedio restitutionis in integrum.*
11 *Ineptitudo libelli est duplex. Visibilis scilicet, & inuisibilis.*
12 *Libellus in dubio præsumitur aptus.*
13 *Scriptura, continens obscure, & generaliter intentionem actoris, an sit libellus.*
14 *Libellus generalis, vagus, & obscurus, parte non opponente, tenet.*
15 *Libellus obscurus, & generalis nn teneat in summarijs, parte opponente, & num. 17. Vbi declaratur.*
16 *Libellus, vbi non est necessarius, si ibi interueniat ineptus, processus non vitiatur.*
18 *Libellus quot modis poßit dici obscurus.*
19 *Scriptura an sit necessaria in libello.*
20 *Nomen actionis quando sit necessarium in libello, & quando non.*
21 *Conclusio an sit necessaria.*
22 *Libellus porrigendus à Prælato in causis ecclesiæ à Tutore in causis Pupilli, & à Syndico in causa Vniuersitatis cuius nomine sit concipiendus.*
23 *Libellus, porrigendus contra Ecclesiam, contra Pupillum, & contra Vniuersitatem, quomodo sit concipiendus.*
24 *Causa, seu ius concludens, exprimẽda in libello, quomodo sit exprimenda, cum in qualibet actione reperiantur duæ causæ.*
25 *Libellus est fundamentum iudicij, quo sublato, corruit iudicij ædificium.*
26 *Super quibus omnibus, & eorum singulis peto mihi ius, & iustitiam ministrari.*
27 *Omni meliori modo &c.*
28 *Non se astringens &c.*
29 *Et protestatur de expensis &c.*
30 *Deducens omne ius, omneq; remedium.*
31 *Non in vim libelli, sed qualisqualis petitionis.*
32 *Saluo iure addẽdi, minuẽdi, & corrigẽdi.*

(26–32: Istæ clausulæ salutares quid operentur in libello.)

33 *Causidicorum, & procuratorum quæ natura sit.*
34 *Statuta disponentia, procedi summariè.*
35 *Statuta prædicta sunt laudabilia, quia lites debent esse exosæ.*
36 *Libellorum disputationes hodie non sunt necessariæ, quia Statuta disponunt, vt procedatur summariè &c.*
37 *Libellus secundum practicam hodiernam quomodo sit concipiendus.*

OMISSIS libelli acceptionibus, de quibus per Spec. tit. de libell. concept. §. quot autem modis. Bar. & Ias. in l. nec quicquam nu. 4. & Bal. ibidem. §. Vbi decretum nu. 3. ff. de off. procons.

1 † Nos hic agimus de libello conuentionali, seu contradictorio, de quo loquitur Auth. offeratur. C. de lit. contest.

Et isto modo sumptus, est quædam scriptura, in qua continetur res, quæ petitur, & causa petendi, & nomen actoris, & rei secundum glos. in cap. 1. de libell. oblat. & coram quo secundum Hostien. ibidẽ, vel secundum Cyn. in dicta Auth. offeratur, quem refert, & sequitur Abb. in Rubr. de iud. extra num. 1. in fine, est breuis scriptura, claram continens intentionem actoris, seu, & clarius. Est breuis, & ordinata scriptura claram continens, & Iudici, & parti demonstrans intentionem agentis. Ita Papien. in pract. in form. libell. in actio. real. nu. 3. fol. mihi 18. allegans Cyn. vbi supra, singulorumque verborum declarationem tradens, ac prosequens num. 4. cũ seqq. Alias descriptiones habes apud Odofredum Beneuentanum in tract. de libell. par. 1. Rubr. quid sit libellus. Vbi poteris videre, quia hic non intendo pluribus insistere.

2 † Videamus modo, quę sint partes substantiales libelli, quæuè earum requisita. Et quidem campus est latus, in quo aliorum more possem integrum tractatum

ctatum exarare, ſed paucis agam. Papienſ. in dicta form. libell. act. real. in gloſ. coram vobis num. 1. fol. mihi 23. diuidit libellum in duas partes, in narrationem ſcilicet facti, & petitionem, & quidem rectò iudicio, quia iſti ſunt cardines in quibus libellus vertitur, vt colligitur ex ſententia Angeli, Iaſ. & Zaſij.
3 nu. 21. cum ſeq. §. omnium Inſt. de actio. † Facti autem narratio ſecũdum ipſum expletur quinque requiſitis, quorum primum eſt nomen iuriſdictionale Iudicis: verbi gratia Gubernator, Commiſſarius, Locumtenens, & ſimilia, ſecũdum eſt nomen actoris. Tertium nomen Rei. Quartum res, quę petitur, deſignata per duas demonſtrationes, ſeu duo confinia, Quintum ius, quo petitur, ideſt cauſa, concludens. Remanet ſecunda pars, & quia ipſamet ſtabit loco requiſiti, cum non habeat aliud requiſitum, dicemus, libellum ſecundum Papien. abſolui ſex requiſitis. Odofred. verò dicta par. 1. Rub. Quæ debeat continere libell. fol. mihi 17. conſiderat tria tãtum principalia requiſita, videlicet facti narrationẽ ſufficientem, vt puta, emptionem, locationem, vel quid ſimile. Secundo obligationem, quæ ex narrato facto habuit ortum. Tertio actionem deſcendẽtem ex obligatione. Etenim factum approbatum à iure eſt veluti pater, ex quo deſcendit obligatio, & ab obligatione, veluti à matre deſcendit actio. Vnde factum erit Pater obligationis, & Auus actionis, & ſub his tribus requiſitis alia latentia enumerat, inter quę continentur nomen Imperatoris, ſeu Papę, prout alteri eorum eſt ſubiectus ille locus, vbi ius dicitur. Item tempus dati libelli, deſignatum per diẽ, menſem, & annum ad effectum, vt poſſint enumerari illi viginti dies, qui dantur reo ad deliberandũ, an velit cedere, vel cõtendere iuxta diſpoſitionem textus in auth. offeratur. C. de lit. conteſt. verum huiuſmodi requiſita nominis Imperatoris, & temporis dati libelli in omnibus locis, in quibus verſatus ſum vidi omitti, quia nomen Pontificis, item Regis Hiſpaniarum omnino tacetur, tempus verò deſcribitur à Notarijs, & actuarijs, quando annotant exhibitionem libelli. Vnde mihi magis placet, vt dicamus cum Spec. in tit. de libell. concept. §. 4. quem refert, & ſequitur Maran. in ſuo Spec. par. 6. memb. 3. nu. 8. in fine, libellum expleri illis quinque requiſitis, quæ retulimus ex Papienſe vbi ſupra, pro quibus gloſ. in cap. 1. de libell. oblat. ponit hos duos verſus.

Quis, quid, coram, quo iure petatur, & à quo.
Rectè compoſitus quiſque libellus erit.

Quòd ſi ſtylus, ſeu conſuetudo alicuius loci plura, vel pauciora requirat, dico, eo loci ſeruãdum eſſe ſtylum, vt tradũt Ang. conſ. 114. & Dec. in l. edita num. 2. C. de eden. dicens, libellum formandum eſſe ſecundum loci conſuetudinem. Nam cõſuetudo fori derogat iuri ſcripto l. 3. in fine. ff. de teſti. & tradit in propoſito Papien. in dicta form. libelli act. real. in principio num. 8. fol. mihi 18.
4 † Et dicitur libelllus ſecundum aliquos à libra, ideſt iuſtitia, quia ius dicens debet geſtare ſtateram in manibus cap. omnes. diſt. 45. & alibi dicitur. *Non afferamus ſtateras doloſas.* cap. non afferamus 24. q. 1. Vel ſecundum aliquos, & melius dicitur à libro, vt tradit Spec. quem refert, & ſequitur Abb. dicta Rubr. de iud. extra num. 2. & hæc de definitione, re-
5 quiſitis, & etymologia libelli † ſcias modo quòd id, quod dixi, libellum eſſe formandum cum ſuis debitis requiſitis, & ſecundum ſtylum, ac conſuetudinẽ loci, in tantum procedit, vt ſi vnum requiſitum omitteretur, totus libellus corrueret, quia veniret reijciẽdus, tãquam ineptus, eſſetque ipſo iure nullus, Dec. in dicta l. edita num. 35. C. de eden. Et quòd Iudex debeat dentibus lacerare ineptum libellum eſt textus, vbi notant Bar. Paul. de Caſt. Iaſ. Dec. & alij in l. 1. ff. de off. Aſſeſſor. & tradũt Papienſ. in ſua pract. in form. libell. act. real. in gloſ. Dẽtibus lacerare fol. mihi 193. & in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 66. nume.
6 4. † Et quia iſta nullitas reſultat ex facie actorum, & dicitur notoria, ideo poterit opponi, etiam lapſo termino, Vant. tract. null. Rub. Quis poſſ. dicer. de null. num. 55. & 56. & in terminis ſtatuti Florentini, excludentis nullitatem tradit Aſin. in pract. §. 31. ca. 41. quòd non cenſeatur excludere eam, quæ prouenit ex libelli ineptitudine aſſerens, eam poſſe opponi etiam ſi ſententia tranſiuiſſet in rem iudicatam, & de hoc eſt textus ſingularis in cap. cum dilecti, de emptio. & vendit. qui ſecundum Bal. relatum à Rota deciſ. 10. ſub num. 4. de ſent. excom. in nou. in Ad
7 ditio. non eſt alibi. † Et hac nullitate ſtante, ruit non ſolum libellus, ſed etiam litis conteſtatio, teſtium receptio, & denique totus proceſſus, vt tradit Matthe-
8 ſil. ſing. 9. nu. 2. † Quinimo ſententia, lata ſuper inepto libello, dicitur ipſo iure nulla, etiam ſi de libelli ineptitudine non ſit oppoſitum, Gail in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 66. nu. 1. Et actor vltra nullitatẽ, quam ſuſtinet, venit condemnandus in expenſis Vant. tract. Null. Rub. de null. ex def. proceſſ. nume.
9 22. † Et quòd vbi libellus ſit ineptus, Iudex nihil ſuppleat, ſed ſolum eum laceret, nullaque ſit opus exceptione vide per Crauet. conſ. 7. nume. 12. quo loci conſuluit, ineptum fuiſſe libellum, in quo ad fauorem minoris allegabatur enormis læſio, videlicet vltra dimidiam, & poſtea, concludendo, petebatur reſtitutio in integrum, quia ſi ex remedio ordinario concludatur ad extraordinarium ineptè agitur, ſiquidem, durante remedio ordinario, ceſſat extraordinarium. Dicebatur præterea ineptus ex alio capite, quia ſcilicet minor iurauerat, quo caſu malè agi-
10 tur ad reſtitutionem in integrum. † Et multi refert, an quis agat ex remedio ordinario l. 2. C. de reſcind. vendit. vel ex remedio extraordinario reſtitutionis in integrum, quia in remedio l. 2. concluditur alternatiuè ad electionem Emptoris, vel ad rẽ, vel ad pretium: in remedio verò reſtitutionis in integrum præciſè agitur ad rem, vt agens reponatur in priſtinum ſtatum. Vnde libellans, cui competit remedium ordinarium dictæ l. 2. non debet auferre emptori electionem. Et proinde vnus libellus pro alio non eſt ſuſtinendus. Vide Crauet. vbi ſupra. Et licet regula ſit, quòd libellus alternatiuus, vti obſcurus, reijciatur, vt dixi infra ſub nume. 18. ibi. *Tertio &c.* tamen in caſu dictæ l. 2. contrarium neceſſariò ſeruatur, vt tradit etiam Gail. dicto lib. 1. obſer. 62. num. 10.
11 † Vt autem cognoſcas ineptitudinẽ libelli ſcias, quòd

quòd illa eſt duplex. Viſibilis ſcilicet, & inuiſibilis, vt bene tradit Additio ad Rot.dicta deciſ.10. num. 4. Viſibilis dicitur,quando libellus peccat in ſui forma,vtputa, quando in eo deficeret nomen actoris, ſeu Rei,vel deficeret narratio facti, vel petitio, ſeu in ſumma aliquod requiſitum. Item diceretur viſibilis, quando in ipſo libello foret expreſſa ineptitudo vtputa,ſi dicerem:peto talem rem ſacram,vel dicerem. Ago ex pacto nudo: diceretur etiam viſibilis, quando ex libello non inferretur ius agendi, vtputa,quia ex eodemmet libello cōſtet,actori actionem non competere,vel quia nūquam nata fuerit, vel quia ſi fuerit nata, appareat extincta, vel quia ſperetur ſolum naſci, quia obligatio ſit conditionalis, vt tradit Matthesil.ſing.9.num.1.quem refert,& ſequitur Gail. dicta obſeru.66. nu.14. Item diceretur viſibilis, qn̄ in actione perſonali ad cōcludendū exprimeretur ſola cauſa proxima, vt tradit Matthesil.vbi ſupra nume.5. in additione, & dixi infra ſub num.24. Quoniam his caſibus ineptitudo libelli videtur ex ipſomet libello ſine vlteriori proceſſu. Inuiſibilis dicitur per oppoſitum,quādo peccat in materia, & nō apparet ex facie libelli,ſed ex alijs actis: exempli gratia,quando peto aliquam rem,vti meā, quæ poſtea apparet ſacra, vel quando ago ex promiſſione, quæ poſtea apparet nuda. Et hæc ſufficiant. Quòd ſi libeat vberius agnoſcere libelli ineptitudines,vide plenè poſt Soc. in cap.2. num.118. de libelli oblat. Ant.de Butr. in cap. examinata, nu. 22.cum ſeqq.de iudic.& Vant.qui loquitur remiſſiuè tract.de null.Rub.de null.ex def. proceſſ. nu.23.

12 †In dubio tamen, quando non apparet de ineptitudine libelli debet preſumi aptus, vt tradunt Doct. in cap.examinata, de iudic. & Additio ad Rot. vbi ſupra in fine, quia libellus debet ſuſtineri quantum poteſt l.ſi quis intentionem.ff. de iudic. Bar. in l. ſed & ſi poſſeſſori.§. item ſi iurauero. num.5.ff. de iureiur.Panor.in ca.examinata num.18. de iud.Immo, vt ſuſtineat̄,ſunt impropriand a verba libelli, vt tradit Caſtr.in l.qui ſtipendia num.6. ff.de procur.quē etiam refert Māſuer.in addition.ad pract. Papienſ. in form.libell.actio.real.in gloſ.coram vobis in fine fol.mihi 24. & in gloſ. dentibus lacerare, & tradit Afflic.deciſ.77.num.8.

13 Occurrunt modo nonnullæ difficultates.† Et prima circa definitionem libelli. Nunquid ſcriptura, continens obſcurè, & generaliter intētionem actoris ſit libellus? Reſpondeo,quòd nō,niſi impropriè, & ex ſuppoſitione,videlicet,dummodo pars nō op-
14 ponat. † Etenim libellus generalis, vagus, alternatiuus,& obſcurus, parte non opponente,tenet;aliàs nō,Papienſ.in pract.in form.libelli act.real. in gloſ. generalis.fol.mihi 191.Dec.in l.edita num.5.C. de eden.Vant.tract.null.Rub.de nullit.ex def. proceſſ. num.26.Grauat.in annot.ad pract.Veſtr.lib.5. cap. vltimo num.20. Aſinius in pract.§.3.cap.6. num.8. & §.4.cap.2.num.2.& ſeqq. Luc. Pæt.in pract.Capitol.lib.2.cap.8.num.14.Et lib.6.cap.1. nu.4. Gail. in pract.obſeru.lib.1.obſeru.62.num.11.& Rot. diuerſ.deciſ.256.ſub num.2.par.1.Sed dicet quiſpiā, poſſe nihilominus appellari libellum, quia etiam libellus ineptus poterit dici libellus ad differentiam eius, qui eſt aptus, quemadmodum dicitur animal rationale ad differentiam eius,quod eſt irrationale. Reſpondeo, libellum ineptum non poſſe appellari libellum,quia eſt nullus, vt dixi ſupra nu.5. & ſeqq. Si eſt nullus: Ergo non habet ens,neque qualitates, ſi non habet ens,ergo nihil eſt. Si nihil eſt: ergo non poteſt appellari libellus, nec quicquam aliud: quēadmodum,& de falſo,quia non ſubſiſtit, dicitur nihil, & conuertuntur falſum,& nullum,vt tradit Bal. in l.falſus nume.1.C.de fur. Non obſtat exemplum allatum, quia animal rationale habet eſſe.

15 † Secunda difficultas: Nunquid libellus, obſcurus,vagus,& generalis teneat in ſummarijs? reſpōdeo,quòd ſic,etiam parte opponente, Dec.Grauat. & Aſinius ī locis allegatis,& Rot.diuerſ. deciſ.251. num.3.& deciſ.254.num.6.par.1. Neque obſtat, ꝙ Alex.conſ.32. ſub num.7.lib.4. relatus per Maran. in ſuo Spec.par.4.diſtinct.9. ſub nume.13. tenuerit contrarium, quia; ſi declaretur, vt per Maran. loco citato,non contradicit, & vbi illam declarationē non recipiat,loquitur cōtra alios Doctores, à quorum ſententia puto non recedendum. Immo venit amplianda,vt procedat, etiamſi huiuſmodi libellus contineret contraria, vt tradit Rot. dicta par.1. deciſ.256.num.2.& ratio eſt in promptu, quia ſi libellus non eſt neceſſarius in ſummarijs, vt dixi infra c. 53. Ergo non mirum, ſi obſcurus, & ineptus admittatur iuxta Rotæ deciſionem 257. nu. 6. vbi ſupra;
16 † quoniam concluſio eſt, quòd; vbi libellus non eſt neceſſarius,proceſſus non vitiatur propter ineptitudinem ipſius. Maran. in ſuo Spec. dicta diſtinct. 9. num.208.Gail. dicto lib.1. obſeru.66. nume.15. & Rot.dicta deciſ.257.num.6.& iuxta hanc cōcluſionem Rom.conſ.497.nu.5. infert, quòd vbi non requiritur ſolemnis citatio, nihil refert, ſi non legitimè interuenerit, & Bar.in extrauag. Ad reprimendum in verbo. Et figura ſub num.8. loquens de cōcluſione petitionis,ait,nihil referre, an bene, vel malè facta ſit,ex quo non eſt neceſſaria. Ex quibus firma regulam generalem,quòd vbi actus non eſt neceſſarius, ſi ille actus ineptè interueniat,nō vitiabit, & dic, quòd libellus ineptus in ſummarijs admittitur, non vti libellus, ſed in forma petitionis, quæ ſufficit talis qualis ſit,vt dixi dicto cap.53.

17 † Hæc tamen concluſio, quòd libellus obſcurus & generalis admittatur in ſummarijs, limitatur cū diſtinctione. Aut enim obſcuritas non eſt tanta, vt auferat reo facultatem deliberandi, & tunc procedat concluſio,ſuperius firmata,quia dicitur generalitas, ſeu obſcuritas tolerabilis, vt dicit Afflic.in cōſtitutione Dilationes ſub num.37.lib.2. Aut eſt tanta, vt auferat facultatem deliberandi, & tunc libellus obſcurus eſſet reijciendus ſecundum Aff.loco citato,quia eſſet obſcuritas intolerabilis,quod intellige, parte opponente, vt declarando Alexandrum dicto conſ.32.lib.4.tradunt Maran.in ſuo Spec. dicta diſtinct.9.ſub num.13.& par.6.memb.3.nume. 24.& Aſin. in pract.§.3. cap.6.nu.7.Quare reo non debet vnquam auferri facultas ſe defendendi.

Hoc dictum de non admittenda obſcuritate intolerabili, parte opponente, amplia, vt habeat locū etiam in caſu, vbi procedi poſſet, ſola facti veritate inſpecta,

inſpecta, vel per denũciationem ex officio iuxta ea, quæ dixi infra cap. 71. quia & ſi dicas, in his caſibus non requiri petitionem, & per conſequens, eã ineptè interueniẽte, proceſſum nihilominus valere iuxta ea, quæ dixi ſupra in ſecunda difficultate nu. 15. de inepto libello in ſummarijs: tamen dico, quòd obſcuritas, cum ſit intolerabilis, parte opponente non eſt tolerabilis, quia non debet reo auferri facultas ſe defendendi, & Iudex altero de duobus modis neceſſario procedet, vel ad inſtãtiam partis, vel ex officio; ſi ad inſtantiam partis: Ergo non ſine petitione, quia continebitur in ipſa inſtantia, quæ nõ refert, an explicetur per viam alicuius petitionis in ſcriptis, vel denunciationis, vel articulorum, vel citationis, vel reproductionis reſcripti: nam commiſſio ſeu inquam reſcriptum reproductũ in ſummarijs ſtat loco petitionis, vt bene declarat Vãt. tract. null. Rub. de null. ex def. proceſſ. num. 20. ſecus eſt in ordinarijs, quia non poteſt ſtare loco libelli, vt tradit idem nume. 19. Nec obſtat l. 1. C. quand. lib. princ. dat. quia loquitur quoad effectũ perpetuandæ actionis, & non ad effectum, vt ſuper illo poſſit ferri ſententia, vt tradit ibi Bal. in 1. notab. quem refert, & ſequitur Vant. dicto nume. 19. Si ex officio, debent aliqua præcedere quæ fungantur vice actoris, ſeu accuſatoris, vt dixi ſupra cap. 2. num. 8. & cap. 100. ſub num. 11. verſ. *Tertio quia, &c.* Et quia facultas ſe defendendi eſt conceſſa à iure gentiũ: ergo obſcuritas quę Rei defenſionibus tenebras obducat, non minus eſt intolerabilis in vno modo agendi, quàm

18 in alijs. † At priuſquam vlterius progrediar, quæro quot modis libellus dici poſſit obſcurus? Reſpondeo, quinque ſecundum Mantu. ſing. 273. & 531. quem refert, & ſequitur Gail. dicto lib. 1. obſer. 62. nume. 3. Et primo ratione æquiuocationis, quando oratio, ſeu verbum ęquè patitur plures acceptiones l. quoties in ſtipulationibibus. ff. de verb. oblig. verbi gratia. Canis, qui, quia ſignificat piſcem quendam, item canem terreſtrem latrabilem, & quoddã cœleſte ſydus; dicitur nomen ęquiuocum ſecundũ Dialecticos. Secundo ratione generalitatis: exempli gratia; ſi contra aliquem experiatur actione famoſa, neque quid certum factum iniuriæ exprimatur l. prætor edixit in principio. ff. de iniur. Tertio ratione alternatiuæ, vtputa, ſi quis peteret hoc, vel illud. Quarto ratione locutionis non coarctatę. Quinto ratione indefinitatis: quamuis hæ duæ poſtremę obſcuritates in eandem quam dixi ſecũdo loco incidant. Vnde ſecundum Mantu. libellus poteſt tribus principalioribus modis dici obſcurus: tu adde alium: videlicet ratione contrarietatis, quando libellus contineret contraria, quo caſu libellus adeo diceretur obſcurus, vt actor videatur nihil petijſſe l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. & propterea talis libellus ſecundum Bal. in l. edita num. 83. C. de eden. in repetitione patauina eſſet ipſo iure nullus: vide tu quæ in hoc dixi infra num. . . .

19 † Tertia difficultas: Nunquid in libello ſcriptura ſit neceſſaria? Reſpondeo, quicquid ſit de iure antiquo, hodie eſt neceſſaria per Auth. offeratur C. de lit. conteſt. & tradũt Papien. in pract. in form. libell. act. real. num. 7. fol. mihi 18. Felyn. in cap. 1. nume. 1. & 5. de libell. oblat. & latius Aſin. in pract. §. 4. cap. 10. & §. 18. cap. vltimo nume. 3. Et ideo ſecundum Marſ. in ſing. 364. ſi quis accederet corã Iudice ad Notarium, eique diceret, ſcribe, qualiter ego peto centum à Titio, in quibus peto, eum condemnari, & Notarius ſcriberet in actis, libellus nõ teneret, quia non diceretur in ſcriptis. Et nos in Vrbe habemus ſtatuta lib. 1. cap. 59. diſponentia, quòd in ordinarijs exhibeatur petitio in ſcriptis: vnde bene dicitur in deſcriptione, quòd libellus eſt ſcriptura &c. Hæc tamen cõcluſio fallit in quibuſdam caſibus, de quibus remiſſiuè per Papien. loco citato.

20 † Quarta difficultas eſt circa requiſita libelli. Nũquid ſint diminutè aſſignata, ex quo nõ fuit inter ea numeratum nomen actionis, quod videtur omnino exprimendum in libello? Breuiter, & reſolutiuè procedendo, reſpondeo, fuiſſe ſufficienter aſſignata, & actionis nomẽ maximè de iure Canonico poſſe omitti cap. dilecti, & ibi Abb. num. 12. de iudic. & tradunt Spec. tit. de actio. ſeu petitio. §. vtrum ſub nu. 3. par. 2. Vacon. à Vacu. in nou. declarat. iur. lib. 6. declarat. 243. Rot. diuerſ. dicta deciſ. 257. num. 4.
* par. 1. & communiter * Doctores in l. 1. ff. de eden. eſtque ratio, quia ex cauſa, & iure petendi qualitas actionis clarè dignoſcitur, vt refert, & ſequit Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 61. nume. 8. in fine, & nume. 9. Et ideo ineptè expreſſum non vitiaret per ea, quæ dixi ſupra num. 16. de ineptitudine libelli in ſummarijs. Limita, quãdo ex cauſa cõtenta in libello poſſent competere plures actiones, quia tunc actor teneretur vnam, qua vellet experiri, exprimere, vt tradunt Spec. dicto tit. de actio. ſeu petitio. §. vtrum num. 1. & 2. par. 2. Abb. vbi ſupra Mattheſil. ſing. 9. ſub nu. 7. in additione, & Gail. vbi ſupra ſub num. 21. id exemplificantes in caſu coloni conuenti ob cæſas arbores, aduerſus quem cum proditę ſint plures actiones l. 1. & 2. ff. de arbor. furt. cæſ. debet exprimi qua actione agatur.

21 † Quinta difficultas: nunquid concluſio ſit neceſſaria in libello? Reſpondeo, quòd ſic per ea, quę dixi ſupra ſub nume. 2. ibi. *Papien. in dicta &c.* Et infra cap. ſeq. num. 25. fallit tamen de iure Canonico, ſecundum quod concluſio non eſt neceſſaria, teſte Io. Andr. in cap. dudum de decim. fallit ſecundo, qñ cauſa ageretur in Conſiſtorio Principis, quia ibi ſatis eſt proponere factum ſimpliciter ſine concluſione, vt vtramq; fallentiam refert, & ſequitur Afflic. deciſ. 3. ſub num. primo, & 2. Eſtquè ratio huius ſecundæ, quia coram Principe, vt puta Papa proceditur ſine ordine iuris, vt tradit Gail. dicto lib. 1. obſeruat. 66. nume. 16. Et vbi proceditur ſine iuris ordine libellus non eſt neceſſarius per ea, quæ dixi ſupra ſub nume. 15. Ergo nec concluſio, quæ eſt pars libelli.

22 † Sexta difficultas verſatur circa vſum requiſitorum ſub quo ſcilicet nomine Prælatus in cauſis eccleſię, Syndicus in cauſis vniuerſitatis, & Actor cõſtitutus à Tutore, ſeu Pupillo cum authoritate Tutoris in cauſis pupilli debeant concipere libellũ, ſeu petitionem? Reſpondeo: Foller. in addit. ad Spec. Marantæ par. 6. memb. 3. nume. 6. 7. & 8. concludit, quòd Prælatus debeat agere nomine eccleſiæ, &

Syndi-

Syndicus in Ciuilibus nomine vniuersitatis, in criminalibus autem nomine proprio, & non Syndicatorio, & Actor nomine pupilli: sed tu poteris videre Marian. Soc. in cap. 1. num. 107. & nume. 118. de libell. oblat. & alios, quos allegat, quia ego nihil firmo, sed solum retuli.

23 † Septima difficultas est, quomodo libellus concipi debeat, quando præfata loca, & personæ conuenirentur vti Rei: Respondeo, Foller. vbi supra num. 8. cum seqq. ait, quòd in causis ecclesiæ debet concipi contra Prælatum nomine ecclesiæ hoc modo. Ago contra N. Prælatum, qui nomine ecclesiæ mihi debet &c. Quòd si agatur contra Pupillum, distinguit. Aut pupillus est minor septénio, habetque tutorem, & debet agi contra Tutorem, sicuti etiam docet Gail. in pract. obseru. lib. 2. obseruat. 107. nu. 7. & ita vtimur hic in vrbe, quia minor septennio nō potest in ius vocari. Ad hanc materiam de iudicio contra infantem vide omnino Neuiz. cons. 17. per totum, ad quem, ex quo copiosè loquitur de omnibus, sufficiat me hic remisisse. Quòd si non habeat Tutorem, tunc ab eo, qui vult agere, debent citari agnati, & cognati infantis, vt veniāt ad illum defendendum, sicuti tradunt Affl. decis. 262. sub nume. 2. & Gail. vbi supra. Et ita seruatur in vrbe, quia citabitur Mater tanquam necessaria, & legitima administratrix, & tutrix filij, seu aliquis agnatus, seu cognatus, vel is denique, sub cuius potestate degit ad comparendum, & minorem defendendum, ac petendum, ei Tutorem, seu Curatorem, & Actorem ad lites, aliàs videndum per Dominum deputari. Et precedentibus debitis dilationibus; Iudex in cōtumaciam deputabit aliquem agnatum, seu aliquo modo attinentem. Et casu quo periculum in mora versaretur, puta si bona infantis essent peritura, vel alia necessitas celeritatem requireret, tunc Iudex ex officio curatorem liti in subsidiū dare posset, vt refert, & sequitur Gail. dicta obseru. 107. nume. 8. Et quòd dixi de minoribus septennio extende, vt habeat locum in furiosis.

Aut est maior septennio, & habet Tutorem, & tunc contra pupillū poterit formari libellus in hunc modum. Conqueror de N. Pupillo, & N. eius Tutore. quòd si non habeat Tutorem, tunc debet prius citari ad legitimè cōparendum, vt per Affl. & alios vbi supra. Et de modo procedendi in vrbe contra minores septennio, & maiores, habentes, & non habentes Tutores, vide statuta Vrbis lib. 1. cap. 49.

24 † Octaua difficultas, Diximus supra num. 3. in libello esse exprimendū ius, seu inquam causam concludentem, qua quid petitur, quia illud ius, seu causa est medium ad concludendum, vt dicit Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 61. nume. 2. Modo insurgit difficultas, quomodo debeat exprimi? Respondeo cum distinctione. Aut libellus formatur super actione personali. Aut super actione reali. Si super actione personali: dico, exprimendam esse causam remotam eamque expressam de per se sufficere: exempli gratia. Peto à te decē ex mutuo, vel ex deposito, vel ex aliquo simili; sicuti docet Spec. de actione, seu petitione §. vtrum in principio par. 2. estque ratio, quia obligatio, quę est causa proxima p̄sumitur ex mutuo, deposito, vel alio contractū, quæ est causa remota. Quare si in contrarium, tacita remota, exprimeretur proxima hunc in modum. Peto à te decem, quia ad ea tu mihi es obligatus, libellus esset incertus, & per consequens ineptus: si super reali, dico, per oppositum sufficere expressionē causæ proximæ: exempli gratia. Peto talem rem, quia est mea iure dominij, seu quasi: hæc enim causa dicitur proxima, quia habet ortū ab alia, estque generalis apta comprehendere omnes alias in specie, vt dixi infra. factum verò, quod est causa remota, & specialis: vtputa, quia fuit mihi vendita, donata, seu legata potest taceri. Et quòd libellus in actione reali ita conceptus sine expressione causę remotæ, & specialis ex communi * Doctorum sententia teneat, refert & sequitur Gail. vbi supra nume. 6. & 7.

In omni igitur actione duæ causæ reperiuntur remota scilicet, & proxima. Prima est exprimenda in libello super actione personali: secunda in libello super actione reali. Ex quibus ita expressis resultat nō solum aptitudo libelli, vt dixi, sed in actione reali ipsi exprimenti quandoque etiam vtilis cautela, quia is, licet tunc temporis careret dominio, seu quasi dominio, tamen si superuenerint, iudicio pendente, adhuc debet ex eodem libello obtinere, quia clauduntur sub illa causa proxima, & generali, quod nō esset, si expressisset causam remotam, hoc est in specie, & dominiū, seu quasi dominium sibi ex alia causa quàm ex expressa superuenisset, vt tradit Papien. in pract. in form. act. reali in gl. deducendo nume. 1. & sub num. 2. ibi. *Aut dominium, vel quasi &c.* fol. mihi 124. & dilucidius hoc totum declarat Matthesil. sing. 9. in additione, quem videto. Verum quia, quemadmodum expressio causæ proximę in genere, & simpliciter prodest actori, vt ad sui fauorem possit ferri sententia, etiam ex genere dominij non expressi in specie, & lata contra reum sibi pareat exceptionem rei iudicatę in omnibus, ita per oppositum, quia lata contra se, pareret reo eandem exceptionem rei iudicatæ in omnibus; dico, quòd isto casu vtilius sibi esset, expressisse causam remotam in specie, hoc est titulum sui dominij, quia non pareret exceptionem rei iudicatæ in non expressis, & proinde posse denuo agere ex iure non expresso, & hunc modū agendi propterea securiorem pro actore vocat Papien. dicto num. 1. & Bulgar. Doctor antiquus, quem eo loci refert, ait, quòd Reus percutit sibi pedem cum ligone, si petat, causam exprimi ab actore in actione reali, cuius dicto leporis gratia adde si placet illa duo.

Tuo te gladio iugulas,
Heu pateris telo vulnera facta tuo.

25 † Cum igitur libellus possit subiacere multis nullitatibus, & defectibus, & ita, vt si vni subiaceat corruat, & ipse, & tota causa, actorque veniat condēnandus in expensis, vt dixi supra num. 7. Est namque libellus fundamentum Iudicij, quo sublato labitur ædificatum, vide Barth. Brunat. in sua pract. Rub. de libell. oblat. cumque de iure cōmuni sit admodum difficile, illum bene dictare, vt tradit Papien. in pract. in form. libel. act. real. in glos. Denibus

26 bus lacerare num.2. folio mihi 193.† Hinc Doctores ſtuduerũt quamplures inuenire clauſulas, quas ſalubriter in calce libelli ponunt, quarum illa prima eſt.

Super quibus omnibus, & eorum ſingulis peto mihi ius, & iuſtitiam miniſtrari, quæ clauſula ſaluat libellum ab omni ineptitudine, vt refert & ſequitur Maran.in ſuo Specu.par.6.memb.3.numero 15.& poſt eum Aſinius in pract.§.4.cap.4. nume. 6. Et in ſpecie, quòd ſaluet à defectu concluſionis, ſuppleatque ignorantiã procuratoris neſcientis, quod remedium, ſeu quæ actio ſibi competat, ac operetur, vt iudex poſſit pronunciare etiam ſuper non narratis, vide Gail. in pract.obſeru.lib. primo, obſeruat. 108. nume. 7. & obſeruat. 61. nume. 11. & 12. vbi ait, per hanc clauſulam intelligi intentatum omne remedium, omnemque actionem, quod forſan non expediet per ea, quæ retuli ſupra numero 24. in fine ex Bulgarino, vide etiam Alex. Stiat. in pract.cap. 22.nume. 54. vbi ampliat, hoc à fortiori procedere in exceptione, quia eſt fauorabilior, & quòd hæc clauſula ſaluet ſententiam latam informem libello, vide Dec.in l. vinum, num. 22. ff. ſi certum petat.Et denique, quòd huiuſmodi clauſula ſit magnæ importantię, habeatque vim herbæ bethonicæ, ad omnia valens, refert ex Iaſ. Aymo. Crau.conſi. 201. nume. 45. dicens in ſpecie, habere vim, vt intelligatur intentatum Saluianum interdictum, & quòd per iſtam clauſulam liberetur ſuccumbens à condemnatione expenſarum, ad quas aliàs veniret condemnandus, ſi dediſſet libellum ineptum,vide Vant.tract.nullitat.Rub.de null. ex def.proceſſ.num.25. in eo tamen quod diximus, Iudicem virtute huius clauſulæ poſſe pronunciare etiam ſuper non petitis aduerte, quia contrarium voluerunt Alex. conſ. 121. ſub nume. 11. verſus finem lib.1. & ibi Natt. in add. litera C. allegat concordantes, & Alexandrum refert, & ſequitur Pariſ. conſ.7. nume.22. lib.1. vbi allegat etiam Corn. conſ 8.col.9.lib.1.eandem opinionem tenet Thob. conſ.67.nu.5. quem refert, & ſequitur Alex. Stiat. vbi ſupra: eandem opinionem tenet rurſus, idem Pariſ.conſ.131.num.9.lib.1.vbi alios allegat.

Sed nunquid hæc clauſula ſaluabit libellum à contrarietate? Reſpondeo, Alex.conſ.96.nume.7. & conſ.110.num.2.lib.5.& Pariſ. dicto conſ.7. nu. 21.& dicto conſ.131.num.11.tenent, quòd non,& ideo ſi creditori facta fuiſſet adiudicatio terrarum, quæ aſcenderet ad ſummam totius crediti, poſteaque reciperet partem debiti, aſſereretque, ſe creditorem in reliquis, videretur receſſiſſe ab adiudicatione ſibi facta; non obſtãte præfata clauſula, quia non ſaluat à cõtrarietate,vt per Caroc.in reg.Cum quid prohibetur. de reg.iur. in 6.par.2. in principio nume.3. Contrarium tamen,quòd ſaluet à contrarietate; tenuit Grat.conſ. 156. num. 25. quem refert, & non impugnat Rot.diuerſ.deciſ.256.nume. 7.& 2.& deciſ.257. nu.7.part.prima. dicens, quòd libellus, continens contraria, procedit etiam in ordinarijs, parte non opponente, & appoſita in eo clauſula: *Ius, & iuſtitiam miniſtrari*: ſecus verò ſi pars opponeret, & ita ego tenerem.

27 † Secunda clauſula eſt illa: *Omni meliori modo &c.* Quæ operatur, vt in caſu dubio libellus interpretetur, prout eſt fauorabilior actori: Maran. dicto memb.3.nume.16. vbi alios allegat: & quòd per iſtam clauſulam cenſeatur etiam intentatum aptum, & neceſſarium remedium, vide Aſinium dicto §.4. cap.4. numero 7. Item quòd actus, qui non valet eo modo, quo factus eſt, virtute huius clauſulæ valeat eo, quo poteſt, conſuluit Rolan. à Vall. conſ. 8.nume.24.lib. primo. vbi tradit, donationem cauſa mortis, factam coram tribus teſtibus valere in vim donationis inter viuos, ſi ſit appoſita huiuſmodi clauſula, & aduerte, quòd ponitur ſemper in fine: quia de eius natura eſt, vt referatur ad omnia præcedentia Rot. diuerſ. deciſ. 181. nume. 6. & 7. par. 2. Et maximè, quando ei eſt adiecta copula, *Et alias*, quia augeret alios modos vltra expreſſos, & ſtaret ſemper ampliatiuè, Rota deciſ.329.num.3.par.1.

Quòd tamen iſta clauſula,appoſita in teſtamento nihil operetur, ſi deinde fiat aliud teſtamentum, vide Crauet.conſ.25.per totum, & quod operetur ac ſi dictum eſſet: *Non obſtantibus quibuſcunque clauſulis derogatorijs*, vide Neuiz. conſ. 63. nume. 15.

28 † Tertia clauſula, *Non ſe aſtringens &c.* Quæ operatur, vt actor non obligetur ad probandam qualitatem, deductam in libello, cum alias, ea non probata, & ſine huiuſmodi clauſula, ſuccumberet, quamuis probaret factum principale, vide Maran. dicto memb. 3. nume. 17. vbi alios allegat. Vide etiam Papien. in pract. in form. libell. act. real. in gloſ. non ſe aſtringens nume. 2. fol. mihi 135. Et quòd liberet etiam eum à condemnatione expenſarum, ad quas aliter teneretur, ſi omnia contenta in libello non probaret, vide Aſinium in ſua pract. §. 32. cap. 2. ampliatio. 63.num.3.& in criminalibus quoque, quòd liberet querelantem ab onere probandi omnia deducta in accuſatione tradunt Auguſt.& Angel. tract. de Malef.in verbo. de anno præſenti nume.4. Clar. lib.5. recept.ſent.quæſt. 12.verſicu.ſed quid ſi accuſator, & Ant.Scap.tract.iur.non ſcript.lib.5.cap.21. num. 4.Et de huius clauſulæ efficacia,vide Bar.in l. circa. ff.de probat.Bal.in c.ſignificauit,de appell. & Alex. conſ.121.volu.1.& conſ.43. lib.3. & alios, ad quos ſe remittit Additionator in pract.Papien.vbi ſupra.

29 †Quarta clauſula. *Et proteſtatur de expenſis &c.* quæ interpellat iudicem, vt neceſſario condemnet victum victori in expenſis, ad quas ſine iſta clauſula poſſet etiam non cõdemnare. vide Maran. dicto memb.3.nume.18. Et in tantum iſta clauſula interpellatur, vt ſi condemnationem prætermitteret, faceret litem ſuam, Papien. in form.libell. act.real.in gloſ. Et expenſis num.8.fol. mihi 107.& quòd hæc ſit communis* opinio, vide Viu. in ſuis com. opin. in verbo, iudex tenetur condemnare, & Aſin.in dicto §.32.cap.2.ampl.39.num.5.

Has quatuor clauſulas,quas ex pręcitatis Doctoribus retulimus,ponit etiam Luc.Pęt.in pract.lib.2.

capit.2.nume.2. Alij tamen ſunt, qui libellum abſolutum, ita in calce claudunt: *Super quibus omnibus &c. Intentans &c. Saluis alijs &c. Omni meliori modo &c.* vt tradit Alex. Stiat. in pract. cap. 11. nume.45. Alij ita eum concipiunt *Peto mihi dari omnia iura, & bona, quæ ad me ſpectant, & pertinent ex tali hæreditate vigore talis rei, vel quocunque alio modo mihi competentia &c.* Quæ verba ſimiliter operantur, vt cenſeatur intentatum omne remedium, & officium Iudicis, vt tradit Grat. conſ.79. num.12. lib.2. quem refert & ſequitur Aſinius in pract. §.4. cap.4. nu.4. & 5.

30 † Alij addunt. *deducens omne ius, omneq; remedium* quæ clauſula eſt vulgaris, & communis ſecundum Papien. in dicta form. libell. act. real. in glo. deducendo, in principio folio mihi 124. Verum quia, vt idem ait ibidem num.7. hæc clauſula porrigitur ſolum ad eos caſus, in quibus permittitur cumulatio plurium actionum, ſeu iurium, & non ad alios, hinc infert ipſe num.6. quòd parum operatur vltra ius commune: ait tamen, omittendam nõ eſſe, quia expreſſio magis confirmat ius commune, quàm vitiet: vide etiam quæ de prædictis clauſulis ſcribit Ioan. de Amic. conſ.61. num.15. & Neuiz. conſ.17. in fine, & 18.

31 † Solent præterea actores initio libelli addere iſtam clauſulam: *Non in vim libelli, ſed qualisqualis petitionis:* quæ clauſula videtur ſeruire de vento iuxta ea, quæ tradit Papien. in form. libell. act. real. in gloſ. qualisqualis. folio 27.

Aut enim ſumus in cauſa ſummaria, ſeu ſimili, in qua libellus non requiritur, & tunc eſt ſuperflua, vt animaduertit etiam Luc. Pæt. in pract. lib.2. cap. 3. ſub num.2. verſiculo *Statutum*.

Nam eſto, quòd reus opponeret contra iſtum libellum: tamen adhuc procederet tanquam petitio, vt dixi ſupra nume.15. in ſecunda difficultate: Aut ſumus in caſu, vbi libellus eſt neceſſarius, & tunc non ſolum non prodeſt, teſte etiam Crauet. conſ. 151. num.3. Sed ab hoc tantum abeſt, vt noceat, niſi ſubiunxerit illam aliam clauſulam, *niſi ſi & quatenus opus ſit, vel à iure requiratur,* vt tradit Iaſ. in l. eleganter. §. ſi quis poſt tranſactionem. ſub num. 5. ff. de condict. indeb. & in l. non ſolum. §. morte, num.46. ff. de nou. oper. nunc. quem refert, & ſequitur Manſuer. in addit. ad Pract. Papien. loco citato, vbi alios allegat, quos poteris videre, ſed nunquid hæc clauſula operabitur, vt actor non teneatur ſuis ſumptibus dare Reo copiam libelli iuxta ea, quæ dixi infra cap.100. nume.10.? Reſpondeo, Manſuer. vbi ſupra refert, quòd Maranta in cap.13. num.15. hoc eſt diſtinctione 9. num.15. teneat, virtute huius clauſulæ non eſſe edẽdam ſumptibus actoris, quod Manſuer. ſubdit, ſe nunquam vidiſſe ſeruatum, & bene loquitur: ceterum parcat mihi dominatio ſua, quia Maran. eo loci non loquitur de iſta clauſula: ſed loquitur de propria petitione, cuius copiam ait, tradendam eſſe ſumptibus Rei, & nõ actoris, quod etiam nos de iure communi aſſeruimus infra cap. 53. num.9. ſed in caſu propoſito ſentio contrarium, quia vel requiritur libellus, vel non: ſi requiritur, dico, quòd eius copia eſt tradenda ſumptibus actoris, non obſtante iſta clauſula, quoniam ſi nõ habet vim commutandi iudicium ordinarium in ſummarium, minus habet commutandi naturam libelli in petitionem: eſſet namque repugnantia, quòd iudicium remaneret ordinarium, & procederetur via petitionis: ſi verò non requiritur, tunc forſan crederem, indiſtinctè dandum eſſe ſumptibus Rei etiam ſine hac clauſula, vt dixi infra cap.53. nume.9.

32 † Alij addunt etiam in fine libelli: *Saluo iure addendi, minuendi, corrigendi &c.* Verum iſta clauſula ſtabit in libello, tãquam circulus ad tabernam, quia nihil operatur vltra ius commune Gloſ. & Innoc. in cap. inter dilectos in principio, de fide inſtru. Bar. in dicta l. non ſolum. §. morte. ff. de nou. oper. nunc. quos refert & ſequitur Papien. in form. libel. act. real. in gloſ. ſaluo iure nume.1. folio mihi 128. & hæc eſt communis opinio ſecundum Purpu. quẽ refert, & ſequitur Neuiz. conſ.94. num.14. & num. 15. vbi ſubdit, ſecus eſſe, quando dicitur *Saluo iure &c.* quia ſub illa dictione &c. compræhenditur dictio ſuperflui, & num.16. & 17. vbi agit etiam de clauſula: ſaluo errore calculi.

Verum quia experientia compertum eſt, adhuc ſuper libello, & clauſulis iſtis diſputari, † ſi quidem 33 Aduocati, teſte Innocentio lib.6. de vtilitate conditionis humanæ: ſæpe cauſas tantum differunt, vt litigantibus plusquam totum auferant, quia maior eſt expenſarum ſumptus, quàm ſententiæ fructus: Nec terminantur negotia pauperum cœpta quouſque eorum marſupia ſint euacuata. Hæc ille: vnde, vt ait Caſſi. ſuper Pſal.73. Apud Cauſidicos etiam ipſum ſilentium venale eſt, ac lingua eorum damnifica, niſi funibus argenteis ligetur, & teſte Papiẽ. vbi ſupra in glo. ſummariè. in principio. folio mihi 17. Cauſidicorum natura eſt procliuior ad querendas lites, atque ex illis alias ſuſcitandas in graue eorum animarum irreparabile detrimentum. Et vt multa alia, quæ Caſſiodorus contra Cauſidicos dicit, vti nimis aſpera omittam Cauſidici, vt teſtatur Gregor. relatus à Fel. Malleoli tract. de empt. vnius pro viginti nume.9. Cauſidici ſunt peiores Dæmonibus, quia Dæmones ſunt concordes, Aduocati verò, Procuratores, alij que Cauſidici ſunt diſcordes: & ideo quoad hoc ſunt etiam peiores. Quod ſit dictum pace, & ſine iniuria eorum, qui bene vtuntur legibus, quia ij meliorem eligunt vitam, quam Religioſi ſecundum Iaſ. in Rubr. nume.8. ff. de iuſt. & iur. relatum per Manſ. in addit. ad pract. Papien. in dicta forma libell. act. real. in gloſ. veris in verbo. Aduocatus. Litera M. & ſecundum ea, quæ latè exornat Alex. Stiat. in pract. iudiciaria ca. 24. num.26. & 27.

34 † Vnde Principes, & Reſpublicæ condiderunt ſtatuta, quibus diſpoſuerunt, in cauſis ciuilibus procedendum eſſe ſummariè, libellive ſolemnitates ſuſtulerunt, prout ſuper cauſis ciuilibus, & mixtis diſponit pragmatica Regni incipiens Diſpendia litium, & ſuper ciuilibus, & ſuper criminalibus Ritus Curię 289. incipiens. Iſabella Dei gratia Hieru-

Hieruſalem &c. qui ordinarunt,vt in prædictis cau ſis coram quibuſcunque iudicibus procedatur ſum mariè, & ſola veritate facti inſpecta: hoc referunt Maran.in ſuo Specu.par.4.diſtinct.9.ſub nume.14. & par.6.memb.3.num.24. & Foller. in pract.crim. in verbo audiantur exceptiones proponendæ per eos num.12. & Ioan.de Amic.conſ.6.num.38. hoc idem diſpoſitum eſſe per ſtatuta Ciuitatis Florentiæ, refert Aſinius in pract.§.4.cap.primo, num.1. Et nos in vrbe habemus ſtatuta lib.1.cap.59.vbi,& ſi non diſponatur,omnes cauſas eſſe ſummarias, diſponunt tamen quòd in omnibus ſatis ſit, ſi offeratur petitio,vt patet ex Rubrica,& nigro,quod idem diſpoſitum erat per ſtatuta antiqua iuxta ea, quæ tradit Luc. Pæt. in ſua pract. Capitolina lib.2.cap. 2.nume.1.& 2.verſiculo. *Statutum de quo &c.* Et habemus Motum proprium Pij Quarti ſuper reintegratione iuriſdictionum Curiæ Capitolij, diſponentem, quòd in Curia Capitolina nulla habeatur ratio de nullitatibus,præterquam de his tribus prouenientibus ex defectu iuriſdictionis, citationis, & mandati, quem motum proprium habes ad finem ſtatutorum Vrbis fol. mihi 46.

35 † Quæ ſtatuta ſunt laudabilia, quia lites debent eſſe exoſæ,vt tradit Papien.in ſua pract.in form.libell.act.real. in gloſ. Dentibus lacerare num.2. fol. mihi 193. Et in villis, ac alijs locis idiotarum, & Ruſticorum proceditur ſummariè, quamuis deficiant huiuſmodi ſtatuta, vt conſuluit Neuiza.conſ. 32.num.7. quem refert & ſequitur Menoch. de arbitr.iud.lib.primo.quæſt.18.nume.5. Immo, vt verum fatear, iſte modus procedendi ſummariè expedit non ſolum actoribus idiotis, ſed etiam pleriſque iudicibus, qui ignorantes huiuſmodi iuridicas ſolemnitates, procedunt ex eorum capite, & manu regia: & ſi libeat legere nonnullos caſus, in quibus etiam de iure communi non requiritur libellus, vide Specu.titu.de libell.concept.§. nunc dicendum. per totum.

36 † Quare,ſtantibus huiuſmodi ſtatutis, & conſuetudinibus procedendi ſummariè, de plano, & ſine figura iudicij: non eſt quòd de libellis plura verba faciamus: illud tamen vobis redigam in memoriã, quòd & ſi illæ clauſulæ ſalutares, de quibus egi ſuperius, vigore prædictorum ſtatutorũ non videantur neceſſariæ,tamen ad abundantiorem cautelam approbo, quòd illæ ponantur ſemper in libello, ſeu petitione,quia erunt vtiles ſaltem ad tollendas pertinacium diſputationes,vt tradit Luc. Pæt.in pract. Capitol.lib.2.cap.2.ſub num.2.in fine, & ante eum Maran.dicto memb.3.num.15.

37 †Quare ſubſtantiales partes libelli,ſeu petitionis poterunt hunc in modum diſponi *Coram vobis Illuſtris, ac Excellens Domine Dioniſi Ginnaſi, Iudex meritiſſime comparet N. ſuo proprio nomine contra, & aduerſus N. omnemque aliam perſonam pro eo in iudicio legitimè comparentem, dicens, & exponens non in modum ſolemnis libelli, niſi ſi & quatenus opus ſit, ſed qualiſqualis petitionis, & ſimplicis facti narrationis, quòd præfatus N. &c. & licet fuerit dictus N. Aduerſarius amicabiliter requiſitus, & interpellatus; tamen ceſſauit, prout hodie ceſſat &c.*

Quare petit & requirit N. à vobis Domine N. quatenus ex officio veſtro, & omni meliori modo, iure via, & forma, quibus melius de iure poteſtis per veſtram diffinitiuam ſententiam pronuncietis, & declaretis &c.

Et prædicta petit & requirit, tam coniunctim, quam diuiſim, ac tam narratiuè quam diſpoſitiuè per vos fieri debere, & executioni mandari ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, Deducens omne ius, omneque remedium &c. Petens ſuper his omnibus, & ſingulis ſibi ius, & iuſtitiam miniſtrari, ac officio veſtræ dominationis quatenus opus ſit implorato.

Saluo iure minuendi, addendi, mutandi, corrigendi, & faciendi alteram, & quamcunque petitionem.

Et proteſtatur &c. non ſe aſtringens &c.

Et hæc omnia non ſolum modo prædicto, ſed omni alio meliori.

Quòd ſi libellus porrigatur à Procuratore, tunc mutatur modus tantum comparendi in hunc modum: *coram vobis &c. comparet Procurator, & eo nomine Quinti Tuberonis contra, & aduerſus &c. Quare petit & requirit procurator prædictus nomine, quo ſupra &c.*

Particulares autem formas, aptas ſingulis negotijs debes tu ex propria iuris ſupellectile depromere iuxta naturam negotij, ſeu cauſæ, conſulendo Petrum Iacobi, & Papienſem in eorum practicis, Item Hermanum Barenſem, Odofred. Beneuen. Benuenu. Strach. & alios, qui ſcripſerunt de libellis: Interim poteris videre formam, quam ponunt Papien. vbi ſupra in forma libell. in act.real.folio mihi 16. & Luc. Pæt. dicto lib.2.cap. 2.num.2.

De libello Accuſatorio.

Cap. LI.

SVMMARIVM.

1 *Libellus accuſatorius quid ſit.*

2 *Libelli requiſita quot à Doctoribus conſtituantur, & de his quantum confuſè, & intricatè loquantur.*

3 *Tempus commiſſi delicti non eſt neceſſario exprimendum in libello, quando delictum eſt ſucceſſiuum.*

4 *Annus, qui eſt exprimendus in libello, quando initium ſumat.*

5 *Locus loci delicti* } *an ſint neceſſarij in libello.*
6 *Scriptura* }

7 *Subſcriptio ad pœnam talionis in libello de iure eſt neceſſaria.*

8 *Limitatur iſta concluſio tribus caſibus, & nume. 9. & 10.*

11 *Subſcriptio ad pœnam talionis, an ſit neceſſaria ſimpliciter, vel accuſato tantum petente.*

12 *Subscriptio ad pœnã talionis quid importet, & quid significet talio.*

13 *Subscriptio ad pœnam talionis non est amplius in vsu, quia abijt in desuetudinem etiam ipsa pœna talionis. hæcq; conclusio ampliatur dupliciter, & limitatur, vt non procedat in impetratione beneficij per priuationem alterius.*

14 *Subscriptio ad pœnam talionis, & pœna ipsa quare recesserint ab aula.*

15 *Nemo est dominus membrorum suorum, quomodo intelligatur.*

16 *Accusator, qui se subscripserit ad pœnam talionis, an veniat puniendus, si defecerit in probatione.*

17 *Subscriptio ad pœnam talionis, an sit facienda ante, vel post libellum.*

18 *Accusator, deficiens in probatione, an sit puniendus, tanquam calumniator pœna extraordinaria.*

19 *Statutum Vrbis, & constitutio Regni Neapolitani, disponentia, accusatorem non esse audiendum, nisi fideiusserit, seu se subscripserit non seruantur.*

20 *Annus dati libelli*
21 *Mensis*
22 *Dies*
23 *Nomen Papæ, seu Imperatoris*
24 *Indictio*
25 *Conclusio*
26 *Iuramentum Calumniæ*

} *An sint necessario ponenda in libello.*

27 *Modus procedendi via libelli accusatorij recessit ab Aula, & proinde recessit etiam ipse libellus.*

28 *Modus procedendi via libelli accusatorij qualis erat de iure.*

29 *Modus procedendi per querelam qualis sit, & quæ requisita debeat habere querela.*

30 *Processus criminalis hodie fit extraordinarius, summarius, & de plano.*

31 *Processuum, & modi procedendi diuersitas, & mutatio vnde procedat.*

32 *Libellus accusatorius, an sit necessarius in casibus, in quibus procedi potest solum ad instantiam partis.*

33 *Processus qualis deberet formari, si accusator in casu, quo potest procedi solum ad instantiam partis, dedisset solemnem libellum.*

34 *Querela generalis sine expressione loci, aut temporis an teneat, accusato opponente.*

35 *Querelans, an teneatur ad instantiam querelati exprimere diem.*

36 *Querelans, an declarato per iudicem, quod tenetur exprimere diem obiecti criminis, debeat illum semper exprimere.*

37 *Querelans si non tenetur exprimere diem, querelatus, qui intendit, se excusare, quòd delictum commisit ad sui defensionem, quid debeat facere.*

38 *Querelans, qui cogitur exprimere diem, infra quantum tempus illum debeat exprimere.*

39 *Querelans si expresserit diem in querela, omniaque præter diem, probauerit, num querelatus ob non probatum diem veniat absoluendus, & quid, si probato delicto, non sit probata qualitas.*

40 *Querelans, an possit quicquam detrahere à querela.*

41 *Querela, & modus procedendi per eam qualis esse debeat, quando sumus in casu, in quo potest procedi solum ad instantiam partis, & non ex officio.*

42 *Clausula, quare petit pro omnibus prædictis, & eorum quolibet puniri &c. quid operetur.*

43 *Clausula pro quibus omnibus, & singulis emergentibus, dependentibus, annexis, & connexis, &c. quid operetur, & quæ dicantur emergentia, & dependentia.*

44 *Clausula secundum formam iuris, & statutorum, an sit superflua, vel quid operetur.*

1 LIBELLUS † Accusatorius est scriptura deferẽs quempiam alicuius criminis ad vindictam publicam, legitima interueniente subscriptione argumento l. libellorum. ff. de accusat. Pluribus non insisto, quia ex eius requisitis, quæ modo subijcio, & declarabitur, & reformabitur iuxta hodiernam consuetudinem: † sciendum ergo est, quòd Doctorũ more solito alij pauciora, alij plura tradunt huius libelli requisita: vt tamen collegi non vltra septem, & decem: & de his non parum intricate, ac confusè loquuntur: Excipiamus primum ea, in quibus Doctores, & de iure & de consuetudine omnes vnanimiter conueniunt vel expressè, vel tacitè, & sunt hæc septem: Annus, Mensis, & locus commissi delicti, nomen accusatoris, accusati, Iudicis, & species perpetrati criminis, quam, qui de Monomachia scripserunt, tradiderunt etiam in querela duellica esse exprimendam: In his Doctores conuenisse semper arbitratus sum, & id colligi licet ex traditis in dicta l. libellorum, ex Gandin. tract. de malef. Rubr. Qualiter fiat accusatio nume. 3. Ang. tract. de malef. in verbo. Ad querelam Titij nume. 55. Boss. tract. crim. tit. de accusat. num. 2. Placent. de accusat. tit. primo. num. 1. Franc. Cason. in suis singul. qq. crim. cap. 3. nume. 7. Maran. in suo Specu. par. 6. memb. 3. num. 12. & Clar. lib. 5. recept. sent. quæst. 12. versiculo, Præterea in libello, & versiculo, Dixi etiam, qui in prçcitatis locis, licet non omnes omnia enumerent, tamen inter se haud contrariantur, & si quæ eorum
3 omittunt pro certis, & alibi dictis supponunt. † Illud tamen vos moneo, quòd & si annus, & mensis sint regulariter exprimendi in accusatione, vt dixi; tamen hoc fallit in delictis successiuis, quale est ebrietas, item in delictis leuibus, vt trad. Rot. diuers.
4 decis. 431. nume. 2. part. prima. † hic tamen insurgit difficultas: Nunquid is, qui vult exprimere annum commissi delicti, debeat sumere annum à die commissi delicti, vel à die Natiuitatis Domini nostri, sicut currit millesimus, vtputa, si delictum esset commissum die prima Decembris, & accusatio fieret die decimaquinta Ianuarij: Nunquid accusator dicet hoc anno, vel anno præterito, respiciendo tempus 365. dierũ? Respond. Bar. in dicta l. libellorum, sub

ſub nume. 15. tenet, quòd debeat ſumere annum à die Natiuitatis, quia ita ſumunt Notarij in principio quaternorum, ad quorum ſtylum debet haberi relatio.

In reliquis verò requiſitis, quæ ſunt iſta decem, locus loci commiſſi criminis, ſcriptura, ſubſcriptio, & reſpiciendo tempus oblati libelli: Annus Domini, menſis, dies, Regnatio Papæ, ſeu Imperatoris; & indictio, concluſio, & iuramentum; Doctores ſunt diſcordantes, vel in ipſo iure, vel ſaltem con-
5 tra ius adducunt conſuetudinem. † Videamus breuiter de ſingulis, & primum de loco loci, quem exprimendum eſſe tradit Specu. lib. 4. part. 4. titulo de accuſat. inquiſit. & denunc. §. primo. num. 1. dicens, eſſe exprimendum angulum domus, ſeu pomerij, vel vineæ exemplo Danielis c. 13. in teſtam. Veteri: qui à Deo inſpiratus teſtes, qui de adulterio deponebant contra Suſannam, ſemotim interrogauit de loco loci in Pomerio; videlicet, ſub qua arbore: eandem ſententiam tenent Gandi. tract. de malef. Rubr. qualiter fiat accuſatio nume. 3. & Auguſt. ad Ang. tract. de malef. in verbo, in platea communis nume. 2.

Contraria tamen ſententia videtur, & commu-
* nis, * & verior. Nam Doctores ſimpliciter aſſerunt eſſe exprimendum locum, & de loco loci nihil tradunt, vt videre poteſtis apud Clar. dicta quæſt. 12. verſiculo: dixi exprimendum, & verſiculis ſequentibus, & apud Simanc. de Cathol. inſtitut. titu. 4. nu. 9. qui ait, ſatis eſſe, ſi dicatur in tali oppido, vel in tali ciuitate: & cum ibidem dixerit, non neceſſario eſſe exprimendum locum, ſatis conſtat, eum intelligere de loco loci, alias ſibimet exiſteret incontinenti contrarius: & hæc opinio poteſt confirmari, arguendo de tempore ad locum, quod genus argumenti eſt validum in iure l. vinum, & ibi Bar. Alex. Dec. & alij. ff. ſi cert. pet. ſed tempus temporis; videlicet, dies, menſis non eſt neceſſariò exprimendum in libello l. libellorum, & ibi notant Bart. num. 2. & alij. ff. de accuſat. & tradunt Ang. tract. de malef. in verbo. de anno præſenti, num. 2. Simanc. vbi ſupra, Rota diuerſ. deciſ. 431. num. 2. par. prima. immo Maran. in ſuo Specu. par. 6. memb. 3. nume. 13. admonet accuſatorem, ne diem cõmiſſi delicti apponat in libello, quicquid inconſideratè dicat Frãc. Caſon. tract. de accuſat. ſiue libell. cap. 3. nu. 7. dum aſſerit, exprimi debere diem: ſiquidem loquitur cõtra communem Doctorum ſententiam, & textum ipſum in dicta l. libellorum: ſi non eſt exprimẽdum tempus temporis, ergo neque locus loci.

Quinimo miror, quòd Spec. tenuerit aduerſam opinionem, cum alibi in lib. primo. partic. 4. tit. de teſte. §. iam de interrogatorijs ſub num. 9. tenuerit, teſtem interrogandum eſſe de loco, locum tamen nõ eſſe reſtringendum ad angulum: Nam ſi non eſt neceſſarium in teſte: ergo neque in accuſatore. Poſſent tamen hæ duæ opiniones conciliari: nam vel locus eſt expreſſus nimis obſcurè, & generaliter ita, vt reus non poſſit perfectè ſe defendere, vel eſt ſtrictè expreſſus ita, vt reo non ſit ſublata facultas ſe defendendi: ſi ſumus in primo caſu, puta, quia Titius accuſetur de homicidio, commiſſo in perſonã Seij in diſtrictu Vrbis, ſeu in Territorio Tuſculi, & tunc dico, exprimendum eſſe locum loci: ſi verò ſumus in ſecundo caſu: puta, quia ſit accuſatus de homicidio commiſſo, in vinea Petri de Oliuarijs in loco vulgariter dicto Teſtaccio, non requiritur vlterior expreſſio, ſed quid ſeruetur in praxi dixi infra nume. . . & quando locus dicatur obſcurè expreſſus, & quando non, iudicabitur ex facultate defenſionis, quæ ſi remanet Reo, dicetur expreſſus ſufficienter, ſin minus, ſecus iuxta ea, quæ dixi paulò ſupra: hoc autem iudicium relinquetur regulato Iudicis arbitrio iuxta ea, quæ tradunt Siman dicto titu. 4. num. 10. & Rota dicta deciſ. 431. licet loquatur de expreſſione diei. Hæc cõmunis opinio, quòd non ſit neceſſariò exprimendus locus loci vertitur in dubium, nunquid procedat, quãdo locus loci reponeret delictum in diuerſa ſpecie, ſeu illud alteraret? Ang. de malef. in verbo. in platea communis num. 2. tenet quod nõ: & bene, præſuppoſito, quòd Accuſator intendat, illum puniri ea pœna, quæ eſt impoſita pro delicto, commiſſo in illo loco, quia tũc eſt exprimendus locus loci.

6 † De ſcriptura, quòd requiratur eſt textus expreſſus in cap. 1. 2. quæſt. 8. ibi.

Accuſatorum perſonæ nunquam recipiantur ſine ſcripto.

* Et hanc eſſe communem * opinionem teſtatur ibi Card. immo quòd ſcriptura requiratur etiam in ſimplici accuſatione, ſeu querela tradit Gand. tract. de malef. Rub. qualiter fiat accuſatio num. 6. quem poſt alios refert, & ſequitur Clar. lib. 5. recept. ſent. quæſt. 10. verſiculo ſcias autem, & hæc eſt vera de iure, alias definitio redderetur manca. Contrariam opinionem, quòd non ſit neceſſaria tenuit Salic. in l. penult. num. 2. C. de accuſat. Et hanc eſſe vſu receptam teſtantur Clar. dicto lib. 5. quæſt. 12. verſic. quæro, quæ ſit forma, & Franc. Peg. in Comment. ad Direct. Eymerici par. 3. Commen. 14. §. vbi autem, & Ant. Scapp. tract. iur. non ſcrip. lib. 5. cap. 26. num. 3. Sed quid dicendum hic in Vrbe, vbi habemus ſtatutum expreſſum lib. 2. cap. 2. diſponens, quòd Accuſator teneatur dare in ſcriptis accuſationem? Reſpondeo, ſeruari adhuc opinionem Saliceti.

7 † De ſubſcriptione ad pœnam Talionis, quæ à Doctoribus communiter vocatur etiam inſcriptio, vt teſtatur Felyn. in cap. ſuper his, nu. 4. de accuſat. Et facit ille textus cuius verba retuli infra num. 16. ſed minus propriè, quia textus in dicta l. libellorũ, eam vocat ſubſcriptionem ibi.

Item ſubſcribere debet is &c.

Et quòd ita debeat appellari teſtatur Card. Alex. in dicto cap. primo, col. 3. verſiculo. *Inſcriptio*. ſecunda quæſt. 8. quem refert, & ſequitur Clar. dicta quæſtione 12. verſiculo, dixi quoque, & inſcriptio ſignificat ipſam accuſationem, vt refert & ſequitur Bar. in l. ſi cui. nume. 1. ff. de accuſat. ſed mittamus hæc, quia à iure Canonico regulariter vocatur inſcriptio, vt patet etiam in cap. qualiter, & quando, il ſecundo. de accuſat. cuius verba retuli infra num. 17. Quæro an hæc ſubſcriptio ſit neceſſaria in libello? Reſpondeo diſtinguendo, aut loquimur

 de iure,

de iure, aut de consuetudine: si de iure, dico, magis communem, * & veram opinionem esse, quòd requiratur, de qua testatur Clar. dicta quæst. 12. versiculo dixi quoque. Affl. tamen, qui allegatur non testatur in libro meo de communi opinione; prout aduertit etiam Clar. is enim loquitur de inscriptione in constitutione. si quis aliquem. sub nu. 21. & 22. & in constitutione, pessimam, sub num. 7. & 8. & in constitutione. præsenti lege. la 2. num. 1. lib. 1. & nullibi horum locorum tale testimonium perhibet, & non habet difficultatem, quia est fundata nõ solum in textu aperto dictæ l. libellorum, sed etiam in multis alijs iuribus, congestis per Pegn. in comment. ad Direct. Eymeri. par. 3. comment. 14. in princ. Hanc communem opinionem amplia, & limita: Amplia, vt procedat etiam si maritus iure suo accusaret vxorē de adulterio, quia licet præsumatur accusare ob immensum dolorem, sicque veniat excusandus à præsumpta calumnia, tamen, quia non excusaretur à vera, ideo tenetur etiam ipse se subscribere, vt refert, & sequitur Clar. dicta quæst. 12. versiculo, sed retenta &c. A qua sententia non recedas, quicquid in contrarium obiter dicat Foller. in practica crim. in verbo. audiantur exceptiones proponendæ per eos sub nu. 30. vbi hanc communem limitat etiam in crimine abigeatus.

8 † Limita, vt non procedat de iure Canonico, quando mulier accusat in casibus permissis, quia non tenetur se subscribere, Augu. ad Ang. tract. de malef. in verbo. & ad querelam Titij sub nume. 17. & ibidem Hier. ad eum nume. 18. & hanc esse communem * opinionem Canonistarum tradit Clar. dicta quæst. 12. vers. quæro etiam.

9 † Limita secundo, vt non habeat locum in eo, qui accusaret, hoc est denunciaret ex necessitate officij, quia non tenetur se inscribere ad pęnam Talionis Cępol. cons. crim. 17. num. 8. quem refert, & sequitur Carauit. super ritu 199. nu. 5. in fine, & facit, quia si non tenetur se subscribere iudex, inquirens, quoniam inquirit ex necessitate officij, vt dixi infra cap. . . num. . . ergo neque alius officialis, qui similiter accusat ex necessitate officij.

10 † Limita tertio, vt non procedat, quando crimen obijceretur in exceptione, quia tunc non requiritur subscriptio secundum Crauet. cons. 28. in fine, sed tu in hoc vide Salic. in l. Diuus Adrianus. ff. de cust. reor. & Foller. qui eũ sequitur in pract. crim. in verbo. audiantur exceptiones proponendę &c. sub nu. 3. quia distinguunt, vt ista limitatio non procedat, quando excipiens non solum excipit, sed etiam petit, puniri: vide latius per eos.

11 † Modo circa hanc communem opinionem, ꝙ subscriptio, scilicet sit necessaria insurgunt duæ difficultates: prima, nunquid sit necessaria simpliciter, vel secundum quid, hoc est, accusato eam petente, & non aliter? Respondeo, esse necessariam secundum quid, & nõ simpliciter: est namque introducta ad fauorem Rei, qui potest, tacendo, ei renunciare, vulgatis iuribus, & apprime facit distinctio Felyni in c. super his. sub nu. 4. de accusat. Et moueor, quia licet subscriptio sit omissa, nihilominus processus nõ vitiatur secũdum communem * opinionem, de qua testatur Card. in cap. 1. col. 3. in fine. 2. q. 8. quem refert Clar. dicta quæst. 92. versiculo. de iure autem ciuili. & licet ipse, circumscripta consuetudine, sentiat in hoc contrarium; tamen meo iudicio fallitur, quia ipsemet eo loci fatetur, accusatorem deficiẽtem in probatione delicti puniri de iure pœna Talionis, quamuis non se subscripserit.

Vnde si processus vitiaretur, vt ipse asserit, alterum horum necessariò sequeretur, vel esset falsum, quòd accusator puniretur, quia processus non subsistit; & tunc esset sibimet contrarius, vel valeret solum respectu pœnæ infligendæ accusatori deficienti in probatione, & hoc esset valde absurdum, tum quia vnica determinatio, respiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare. l. 4. ff. de vulgar. & pupill. l. eum qui. ff. de vsucap. & notat. Dec. in l. in testamento, nume. 8. C. de test. mil. tum quia repugnat omni naturali rationi, vt accusator ob nõ probatum delictum puniatur pœna talionis, & accusatus cõuictus, seu inditiatus de crimine euadat impunitus ob non appositam subscriptionem contra illud: *Non patieris maleficos super terram*. & contra textum in l. iustissimè. ff. de ædil. edict. & in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & propterea cum processus valeat, quamuis sit omissa subscriptio, vt dixi, & accusator deficiens in probatione adhuc puniatur pœna talionis, ac si se subscripsisset, vt tradit glo. in l. 2. in verbo. periculi. C. de fid. instrum. & est communis * opinio, de qua testantur Abb. in dicto cap. super his, num. 8. & Fely. nume. 4. de accusat. & Clar. vbi supra; concludẽdum est, subscriptionem nõ esse simpliciter necessariam, quia omissa suppletur à lege, fingiturque apposita eo ipso, quòd est oblatus libellus: & quòd non sit necessaria, nisi sit petita faciunt quæ dixi infra nu. 19. versus finem. de fideiussione ad certam pœnam, quæ solet præstari loco illius.

12 † Secunda, quid importet subscriptio ad pœnam talionis? Respondeo, importat obligationem ad eandem pęnam, qua veniret puniendus accusatus, quando delictum obiectũ probaretur, Talio enim in legibus 12. tabularum, vt ait Festus lib. 18. relatus à Pegn. in comment. ad Direct. Eymer. par. 3. comm. 14. in principio significat parem vindictam: verba autem ipsius legis recenset Gell. lib. 20. cap. primo. Noct. Attic. seu secundum Isid. lib. 5. cap. 25. relatum per Gaspar. Caballinum super constitut. Marchiæ lib. 4. cap. 1. in glos. inscriptione, significat similitudinem supplicij, quæ quidem Talionis pęna non solum fundatur in iure ciuili, & Canonico, vt ostendit Pegn. vbi supra, sed etiam in iure diuino Nam Exo. 21. Deuter. 19. Leuit. 24. & Matth. 5. legitur. *Non misereberis eius, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente exiges*. Et in libro Esther. cap. 8. dicitur quòd Aman fuit suspensus eo laqueo, quo per falsam accusationem factam Regi Assuero calumniosè curauerat suspẽdi Mardocheum, qui fuit absolutus, sicuti notant etiam Affl. dicta constit. pessimam nume. 7. in fine, & Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 332. in fine.

Et certè hęc Talionis pœna est admodum iusta, omnium-

omnium que discursui rationabilis iuxta illa vulgata carmina.

Nec lex iustior vlla
Quam necis artifices arte perire sua
Iudice me, fraus est cõcessa repellere fraudem,
Armaq. in armatos sumere iura sinunt:
Fallere fallentem, fraudemq. repellere fraude.
Exemploq. licet ludere quemque suo.
Discat in auctorem pœna redire suum.

Franc. Petr. nel Trionfo d'Amore.

Chi si prende diletto di far frode
Non si dè lamentar s'altri l'inganna.

Faciunt etiam illi duo versus Persij Saty. 14. relati etiam per Gail. tract. de pace publ. lib. 1. cap. 4. sub nume. 34.

Ergo ignem, cuius scintillas ipse dedisti.
Flagrãtem latè, & rapientem cuncta videbis.

Et illud commune prouerbium: *parauit mihi foueã in eam incidit*, forma autẽ se subscribendi est multiplex, vt tradunt glo. & Bar. in l. si cui, nu. 2. ff. de accusat. vbi poteris videre, & hæc dicta sint de iure.

13 † Si vero loquamur de consuetudine: dico, subscriptionem non apponi, Spec. lib. 3. tit. de accusat. §. 1. nu. 4. in fine, Gandin. tract. de malef. Rub. de filiofam. & vtrũ poss. accus. nu. 38. & Rubr. qualiter fiat accus. sub nu. 6. Ang. tract. de malef. in verbo ad q̃relã Titij. sub nu. 5. & ibi Additionator, Afflic. suꝑ constitutione, pessimã. nu. 8. lib. 1. Carauit. suꝑ ritu. 20. nu. 1. & Clar. qui plures allegat, lib. 5. recept. sent. q. 12. versiculo. cęterũ hodie. & non patit̃ difficultatẽ, tũ quia libellus ipse, eiusq; solẽnitates recesserũt ab aula, vt dixi infra, tũ quia pęna ipsa talionis abijt in desuetudinẽ, vt tradunt Bal. in l. athletas. §. calũniator, nu. 6. ff. de his, qui not. infam. Boss. tract. crim. tit. de accusat. nu. 17. in fin. & ti. de præuaricat. & calum. nu. 8. & tit. de tortur. accusat. nu. 1. Afflict. suꝑ cõstitutione. p̃senti lege la 2. nu. 1. lib. 1. Clar. lib. 5. recep. sent. q. 81. versi. Sed q̃ro nũquid. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 322. nu. 3. Simanc. de cath. instit. tit. 64. nu. 93. Gail. in pract. obseru. de pace publ. lib. 1. c. 9. sub nu. 3. & Frãc. Pegn. in com. ad direct. Eymer. par. 3. cõm. 14. §. his positis, vbi testatur de communi, ✲ & plures alij ex antiquis per eos in locis citatis allegati.

Hanc communem conclusionẽ, ꝙ subscriptio & pęna talionis non seruentur de cõsuetudine amplia vt ꝓcedat ẽt in curia Romana: quidquid in contrariũ dubitatiuè dixerit Bar. in l. si cui nu. 2. in fin. ff. de accusat. & ẽt in Regno Neapolis, nõ obstante cõstitutione, p̃senti lege la 2. quia q̃uis illa constitutio disponat idem, quod ius cõe, tñ intelligit̃, vt loquat̃ de pęna desistẽtię, & nõ talionis. vide ibi Affl. nu. 1. ĩ fi.

Amplia secundo, vt hodie ꝓcedat ẽt de iure per textum in §. poena Instit. de iniur. vt notarunt etiam Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 79. num. 5. & Gail. dicto cap. 9. sub num. 3. versus finem.

Limita modo, vt non ꝓcedat in impetratione beneficij ꝓ priuationẽ alterius ex aliquo crimine, quia impetranti non dat̃ signatura quoad priuationẽ, nisi iuxta formã iuris se subscripserit ad pęnã talionis vt ex Card. Alex. in c. libellorũ. circa finẽ. 2. q. 8. refert, & sequit̃ Clar. lib. 5. recept. sent. q. 12. vers. scias tũ: & ꝙ huiusmodi subscriptio in forma iuris requiratur, & satis sit, si fiat ꝑ Procuratorẽ; dũmodo deinde ꝑ principalem ratificet̃: vide Rot. diuers. decis. 138. par. 2. & ꝙ deficiens in ꝓbatione teneat̃ ad pęnã talionis, vel saltẽ diffamationis tradit Staph. de lit. signat. iustit. Rubr. signatura iustitiæ ad quid seruiat nu. 2. fol. 317. vnde nu. 3. ibidem infert, in causa priuationis non decerni ꝓcessum summariũ, quia interest partis ꝓpter pęnã talionis, & ꝙ pęna talionis isto casu sit extraordinaria, quia similitudo supplicij, hoc est priuatio nõ põt cadere in accusatore; qui nõ hẽt illud beneficiũ: vide Foller. in sua pract. crim. in verbo. audiant̃ exceptiones &c. sub nu. 3. & Rota d. decis. 138. nu. 3. & de forma p̃dictæ signaturę, vide Staph. vbi sup. n. 7. f. 318. & Mãdos. trac. de signat. grat. ti. de priuat. vers. priuationes ꝓ ꝑ crimẽ.

Circa has conclusiones positas hic in secũdo mẽbro distinctionis occurrunt quatuor difficultates.

14 † Et prima cur ista subscriptio ad pęnã talionis, & ipsa pęna recesserint ab aula? R̃deo, quia nemo reperiret̃, qui accusaret; vnde delicta remanerent impunita, vt tradunt Gand. tract. de malef. Rubr. qualiter fiat accusatio sub nu. 6. Fely. in ca. super his, sub nu. 5. de accusat. Affl. in cõstitutione p̃senti lege sub nu. 1. Clar. lib. 5. recept. sent. q. 81. versic. sed quæro. circa mediũ Gail. de pace. publ. lib. 1. c. 9. nu. 3. & Pegn. in cõm. ad direct. Eymer. par. 3. com. 14. §. his positis in fi. & cõiter ✲ oẽs in diuersis locis. Verũ hęc ratio non vt̃ subsistere, quia attendere, ne delicta remaneãt impunita, & laxas accusatorũ temeritati dare habenas, est vnũ altare expoliare, vt alterũ cõtegat, quod nõ est faciẽdum, Crauet. cõs. 6. nu. 86. & certè, si antiquitus Iurisperitorũ iudicio fuit similitudine supplicij repriméda calũniosa audacia petulãtiũ, quãto magis repriméda esset his exulceratis tẽporibus in tãta obtrectatorũ frequentia, vt dicit etiã Gail. d. lib. 1. c. 5. nu. 3.? Vnde melius forsan est, si dicamus cũ Simãc. de cath. instit. ti. 64. nu. 93. quia est pęna ꝓ q̃ dura, ad q̃ nemo debet se posse obligare, quia nemo est dñs mẽbrorũ suorũ l. liber homo. ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. ff. eodẽ cũ alijs cõcordãtibus, & latè ostendit Fr. Michael Solon. in cõm. ad D. Tho. 2. 2. q. 3. art. 2. cõclus. 2. & est cõis, ✲ de qua per Fely. in ca. ex rescripto, nu. 7. de iureiur. vnde si debitor se obligauerit, vt in casu moræ possit poni ĩ bãno imperiali, pactũ nõ valet per tex. in l. ob ęs, & ibi Bal. nu. 1. & tex. in l. Titio. §. Titio 2. ff. de cõd. & demõst. & ꝙ ita seruet̃ in Camera Imperiali testat̃ Gail. de pace publ. lib. 2. c. 2. nu. 13. sicuti etiã minus valẽt obligatio Rei de dicẽda veritate sub pęna manus, vt in facto decidit Guid. Papę decis. 278. Itẽ obligatio, vt debitor possit cõueniri ad locũ nõ tutum Gail. in prac. obser. lib. 1. obseru. 52. nu. 10. & alia similia cõgerũt Moder. trac. de ꝓces. par. 1. c. 6. n. 25. cũ seqq. & ista doctrina, ꝙ nemo sit dñs mẽbrorum suorũ recipit fomẽtũ ab illo p̃cepto Dei. *Nõ occides.* quod refert, & ad proximum, & magis ad seipsum, vt ostendit Fr. Michael in comment. ad D. Thom. q. 64. art. 5. versiculo. circa hunc articulum. Quare Iudas, qui voluit esse dominus membrorum suorum, damnatus est cap. & si non licet. 23. quæst. 5.

15 † Sed ne decipiaris aduerte, quia illud dictum:

nemo eſt Dominus membrorum ſuorum recipit duas declarationes: primam, vt quando non ſubeſt cauſa; procedat indiſtinctè, quia tunc neque ipſe de ꝑ ſe, neque iudex poteſt eſſe dominus. Secundam, vt quando ſubeſt cauſa: procedat reſpectu ſui ipſius tantum, non autem reſpectu iudicis, qui ſubſiſtente cauſa, hoc eſt delicto, habet facultatem ſuper membris ipſius delinquentis, & ita procedat, quod dicit Dec. in l. ſi fugitiui. nu. 101. C. de ſeru. fug. dum ait, quòd. Reſp. eſt domina, & habet poteſtatem membrorum hominis.

In propoſito, quia accuſator, deficiens in probatione, veniret propter huiuſmodi ſubſcriptionē puniendus, etiam quòd non malo animo accuſauerit, quod eſt abſurdum per ea, quæ tradit D. Thom. 2. 2. q. 68. artic. vltimo, quem refert, & ſequitur Fely. dicto cap. ſuper his. ſub nu. 5. de accuſat. poſſet deficere in probatione, quamuis delictum eſſet verum, & propterea non calumnioſè obiectum: vnde ſi puniretur, videretur puniri non tam ob calumniā quā ob ſuam voluntariam ſubſcriptionem, ſicque efficeretur per indirectum dominus membrorum ſuorum contra iura, & exēpla ſuperius adducta: ex qua doctrina infero, ꝙ ſi calumnioſè quis accuſauerit, debeat puniri, quia ſubeſt cauſa, hoc eſt calumniæ delictum: & ita ſeruatur in practica, vt dixi infra nu. 18. Vel ſi minus placeat iſta ratio: dicas, ſubſcriptionem, ac pœnam ipſam ideo nō eſſe in vſu, quia modus ipſe procedendi via accuſatorij libelli receſſit ab aula, ſicuti teſtantur etiam Boſſ. tract. crim. tit. de accuſat. nu. 2. & Clar. lib. 5. de recept. ſent. q. 10. verſiculo. ſcias autem: receſſit autē modus, quia receſſit etiam illa lex, vt nemo ſine accuſatore damnaretur, ſicuti in hoc propoſito teſtatur Boſſ. dicto tit. de accuſat. nu. 7. & dixi infra cap.... nu.... Vnde cum deficiat iſta prima lex, & modus procedendi, qui ſunt ſubſtantia, & totum, mirum non eſt, quòd defecerit ſubſcriptio, quæ eſt pars ipſius modi. Defeciſſe autem arbitror illam legem, & modum procedēdi via accuſatorij libelli non tam ob delictorum impunitatem, quæ inde ſequebatur, vt cōmuniter Doctores num. 14. allegati exiſtimarunt, quàm ob auiditatem latrunculatorum quorundam, qui, vt canes leporum, ita ipſi hominum prædæ, & marſupiorum euacuationi manent accincti, & ad lucrum anhelāt, vt in ſimili propoſito tradunt Boſſ. tract. crim. tit. de for. compet. nu. 182. & Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 18. verſiculo, debet autem; ſed veh illis, de quibus non mentitur Xenocrates, dum; videns latronem quēdam duci ad patibulum; ſubridendo; dixit ꝙ magni fures minores morte damnabant. Ex qua auiditate non ſolum ipſi, ſed etiam Graphiarij maximè hi; qui Cācellarias habent titulo oneroſo, vt dixi infra ſub nu. 30. multas alias introduxerunt conſuetudines, & ſtylos contra aperta iura: Si quidem auaritia eſt radix omnium malorū; & nihil ſceleſtius auaro, qui ex potu ſitim multiplicat. Quòd ſi adhuc inſufficiens hæc ratio tibi videatur, coniunge vtramque, vel aſſigna tu, quam vis.

16 † Secunda difficultas: nunquid accuſator, qui, attenta conſuetudine; non tenetur ſe ſubſcribere, ſi ſe ſubſcripſerit, veniat puniendus pœna talionis? Reſpondeo, ꝙ non: ſed erit puniēdus pęna extraordinaria argumento textus in c. ſuꝑ his. de accuſ. ibi.

Ad extraordinariam pœnam ſecundum arbitriū iudicis diſcreti citra vinculum inſcriptionis eſt excipiens adſtringendus. ſi defecerit in probando.

Et ita vſu receptum eſſe in Tribunali ſanctæ Inquiſitionis teſtatur Franc. Pegn. in comm. ad Direct. Eymer. par. 3. comm. 14. §. ſed quid ſi re uera.

Quæ concluſio tunc maximè procedit, quando accuſator adduceret vnum teſtem, quia tunc ceſſat pęna talionis, vt apud Specu. tradit Bal. quē refert, & ſequitur Marſ. in pract. crim. §. conſtante. nu. 97. & ſing. 47. & vtrumque Pegna dicto com. 14. §. Tādem accuſatori. Idem dico, ſi doceret de publica fama, vt per Bar. in l. fin. ff. de hære. inſt. quod diligenter eſſe notandum tradit Pegn. loco citato, & faciūt quæ refert & ſequitur Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 18. verſiculo. ſed pone. Amplia hoc dictum, vt habeat locum, etiam ſi ſubſcriptio, & pœna ipſa non eſſent ſublatæ à cōſuetudine, quia is, qui ſe ſubſcripſiſſet, adhuc veniret mitius puniendus, vt tradunt allegati Doctores: aduerte tamen, quia ille textus in cap. ſuper his. allegatus etiā à Pegna loco citato, non ſtringit, ex quo loquitur in excipiente, qui clari iuris eſt, ꝙ non tenetur ſe ſubſcribere, & per conſequens minus ad pœnam talionis, vt dixi ſupra numero 10. tamen non recedas ab his, quæ dixi.

17 † Tertia difficultas: nunquid ſubſcriptio in caſibus, in quibus admittitur, debeat fieri in fine libelli, vel ante libellum? Reſpondeo, Bar. in l. ſi cui. nu. 1. ff. de accuſat. aſſerit, faciendam eſſe in fine, ſed tex. in cap. qualiter, & quando, il 2. in fine, de accuſat. diſponit, quòd debet pręcedere. ibi.

Sicut accuſationem legitima debet pracedere inſcriptio, ſic &c.

Tu dicas cum Bar. ſubſcriptionem debere apponi in fine libelli, & ad textum in cap. qualiter, & quādo. dicas, quòd loquit̄ de libello, prout à Iudice admittitur, quia non debet illum prius habere pro admiſſo, quin ī eo ſit appoſita ſubſcriptio: debet enim iudex dicere accuſatori: ex quo vis illum accuſare: obliga te ꝙ ſubſcribes &c. vt refert Clar. li. 5. recep. ſent. q. 18. verſiculo. debet autem: & dixi ſupra c. 8. ſub num. 13. & ſic ſubſcriptio debet præcedere admiſſionem libelli.

18 † Quarta difficultas poſtquā ſubſcriptio, & pęna Talionis abijerunt in deſuetudinem: nūquid accuſator, deficiens in probatione, ſit ſaltem puniendus pęna extraordinaria, veluti ſycophanta, & calumniator? Reſpondeo: Videtur indiſtinctè aſſerēdū, quòd ſic, quia vt vox Domitiani fert, Princeps, qui delatores nō caſtigat, irritat: Cęterum tu diſtingue: Aut conſtat de calumnia verè: Aut pręſumptiuè. Si verè, dico, eſſe puniendum extraordinariè arbitrio iudicis: vt tradit Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cēt. 4. caſ. 322. num. 2. in fine, & in loco, quem retuli ſupra ſub nu. 13. ampliatione ſecunda, & me iudice; ſemper acrè puniretur, quia calumniator græcè dicitur Διάβολος, & Imper. in proœm. Inſtitutionū, cum voluerit exprimere iniquitates omnium delinquētiū, dixit calumniantium. & hanc pœnam arbitrariam extenderem quādoque iuxta nequitiam calumnię,

&

& obiecti criminis grauitatem vſque ad mortem, prout ſeruatum fuit in nonnullis caſibus, quos receſuit Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 81. in fine. Si vero conſtet pſumptiuè. Rurſus diſtinguo, vel loquimur de pęna criminali, hoc eſt corporali, ſeu pecuniaria applicãda Fiſco. Vel de pęna ciuili, hoc eſt pecuniaria, applicando parti, ſi de criminali: dico, non puniri, & ita vbique ſeruari, quamuis de iure poſſit contra eũ agi actione iniuriarum, vt tradunt Alex. Soc. & alij, quos refert, & ſequitur Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 321. num. 33. Si verò loquamur de ciuili, hoc eſt pecuniaria applicanda parti: rurſus declaro: aut loquimur de pœna tendenti ad lucrum captandum: aut de pœna ad damnum euitandum. Si de pœna ad lucrum: dico ſimiliter, accuſatorem nõ puniri: ſi de pœna ad euitandum dãnum, qualis eſt ea, qua accuſator condemnaretur accuſato in expẽſis, vel etiam in damnis, Et tunc extant opiniones. Nam Clar. dicto lib. 5. recept. ſent. q. 62. verſiculo. Sed nunquid &c. poſt relatas opiniones tenet vna cum Bal. in l. qui crimen. ſub num. 28. C. qui acc. nõ poſſ. quòd nũquam aut raró accuſator condemnetur in expenſis, & hoc, ne querelantes metu huiuſmodi condemnationum deterreantur ab accuſando, & delicta impunita remaneant. Contrariã ſententiam refert, & ſequitur Menoch. dicto caſ. 321. nu. 34. vna cum Boſſ. tract. crim. tit. de accuſat. num. 28. qui dicunt, calumniatorem non excuſari à refectione expenſarum, niſi ob magnam, & pluſquam iuſtam cauſam. Ego diſtinguerem. Aut nos ſumus in caſu, in quo procedi poteſt ex officio, & ita proceditur, parte inſtigante, & dico, opinionem Baldi, ꝙ non condemnetur in expenſis ſeruari in pract. Aut poteſt procedi ſolum ad inſtantiam partis, & non ex officio, & iſto caſu ſentio cum Boſſ. & alijs, qui aiunt, non excuſari à refectione expenſarum.

19 † Veruntamẽ, Nos in Vrbe habemus ſtatuta lib. 2. ca. 3. quibus cauetur, volentem accuſare, non antea audiri, quàm idoneè fideiuſſerit iuxta grauitatẽ delicti obiecti, ſi in accuſatione ſuccubuerit, & ꝙ ſemper teneatur ad intereſſe partis. Et in Regno Neap. lib. 1. conſtit. extat conſtitutio ſub his verbis.

Præſenti lege ſancimus, vt nec magiſter Iuſtitiarius Curiæ noſtræ, nec alij Iuſtitiarij Regionum Accuſatores, aut criminum delatores aliter ad iudiciorum ſuorum ingreſſum admittant, niſi prius vinculum inſcriptionis accipiant.

Super qua conſtitutione vide Affli. & Foller. in pract. crim. in fragmentis fol. mihi 414. nume. 146. idem apertius diſponitur in Ritu 199. itẽ ſeruat ipſa Curia nõ recipere, & ibi Carauita. Cæterũ quẽadmodum omnes fideiuſſiones, quas actor ſeu accuſator tenebatur de iure communi præſtare initio Iudicij iuxta tex. in l. 3. C. qui accuſ. non poſſ. & tex. in auth. generaliter C. de Epiſc. & cler. receſſerunt ab Aula; ita quoque receſſerunt iſtę, quas tenebantur præſtare de iure municipali, vt tradunt etiã Boſſ. tract. crim. tit. de accuſat. num. 4. Foller. vbi ſupra, & in verbo. audiantur exceptiones proponendæ. nu. 3. in fine, & Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 18. verſiculo. eodem etiam contextu. & verſiculo ſequenti. Et licet Carauita ſuper dicto ritu 199. num. 4. allegatus per Clar. vbi ſupra dixerit, Accuſatorẽ debere pręſtare cautionem de ſoluendis expenſis ad inſtantiã accuſati, tamen ego hoc non vidi ſeruari in Prouincia Aprutij, niſi in cauſis ciuilibus. Sed quid dicendum, ſi Accuſator eſſet Aduena? Reſpõdeo, quod eſſet rationi conſonum, vt fideiuberet, vt refert, & ſequitur Foller. in pract. crim. in verbo. audiãtur exceptiones proponendæ per eos. nume. 6. maximè, quando non proſequeretur ſuam, vel ſuorum iniuriam iuxta ea, quæ tradit Boſſ. loco citato: ſed neque hoc ſeruatur Romæ, quia eſt patria communis, & in omnem euentum, quando accuſator tenetur ſatiſdare, intelligitur: ſi ſatiſdatio fuerit petita, vt annotat etiam Carauit. dicto ritu 199. nu. 4. etiã ſi diſpoſitio procederet annullando, vt puta: quia ſtatutum mandaret præſtari ſatiſdationem ſub pœna nullitatis actorum: adhuc enim; ſi non ſit petita, proceſſus valet, vt tradit Marſ. in pract. crim. §. nũc videndum ſub num. 4. & hęc de calumnia præſumpta, quam ſi velis dignoſcere à calumnia vera, vide quæ ſcripſit Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 62. verſiculo. ſed nunquid. & verſiculo. Dixi ſupra &c.

20 † De anno dati libelli. Reſolutiuè procedendo, dico, illum neceſſario eſſe exprimendum, & hoc non patitur difficultatem: verum tamen eſt, quòd ſufficit, ſi apponatur à Notario, vt tradunt Bar. in l. libellorum num. 1. & 2. ff. de accuſat. Ang. tract. de malef. in verbo. De anno præſenti. nu. 13. & Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 12. verſiculo. Præterea: ſolent namque Notarij, vt pręcitati Doctores teſtãtur apponere in principio quaterni, ſeu libri annum Domini, & nomen Imperatoris, ſeu Papę, & ille annus. ſi deinde non exprimatur in querelis, ſatis intelligitur repetitus, vt tradit Ang. loco citato: vbi autem non reperiretur iſte ſtylus ſcribendi querelas in quaterno, tunc deberet annus exprimi ab accuſatore in ipſa querela, vel à Notario in exhibitione illius.

21 † De menſe, quòd eius expreſſio requiratur vide Gand. tract. de malef. Rub. qualiter fiat accuſatio ſub num. 3. & hoc non patitur difficultatem, quia cum requiratur expreſſio diei, vt modo dicam: ergo requiritur expreſſio menſis, & anni, quia altero ex his tribus, & præſertim anno, vel menſe deficiẽte, tempus non dicitur expreſſum. Quòd ſi dicas, per ſolam expreſſionem diei integrè tempus deſignari ſine expreſſione anni, aut mẽſis, quia dies expreſſa, puta Iouis, vel Veneris referenda ſit ad proximiorem, reſpondeo, tunc non alia ratione tempus dici integrè expreſſum, niſi, quia ſub relatione ad proximiorem continetur etiam menſis, & annus.

22 † De Die, quòd eius expreſſio ſit neceſſaria patet ad literam in textu l. libellorum. in principio ff. de accauſat. & tradit. ibi Bar. nu. 2. & tradunt Gand. & Clar. in locis proximè allegatis. Et certè dicendo Iureconſultus, quòd debet exprimi dies, non tacuit, quòd debeat exprimi etiam mẽſis, & annus per ea, quæ dixi hic num. præcedenti: magis enim in caſu propoſito valet iſta conſequentia, Requiritur expreſſio diei: ergo requitur expreſsio menſis, & anni, quàm hæc: requiritur expreſſio anni: ergo requiritur expreſſio menſis, & diei. At fingamus, Notarium,

rium, recipientem querelam, non expreſſiſſe diem, qua fuit porrecta: nunquid vitiabitur? Reſpondeo, Clar. dicta q. 12. verſiculo. præterea. in fine, tenet, quòd non: ait tamen, quòd ille Notarius vti imperitus ſeu ſuſpectus poſſet priuari officio. quod tu declara, vt non ſit verum, quando poſſet per relationẽ ad alias querelas cognoſci qua die fuerit porrecta, vtputa, quia Notarius ſolitus ſit ſuper prima tantũ querela exprimere diem, quia tunc reliquæ vſque ad aliam diei expreſſionem includũtur ſub illa die.

23 † De nomine Papæ, ſeu Imperatoris, quòd debeat apponi patet ex dicta l. libellorum: quia, quòd ibi dicitur de Conſule venit extendendum ad Papam in ſtatu eccleſiaſtico, & Imperatorẽ in Imperio, quippe cum hi hodie regnent loco Conſulũ, qui iam non ſunt amplius teſte etiam Bar. in dicta l. libellorum num. 1. Et quòd de conſuetudine debeat apponi regnatio Imperatoris tradit Maran. in ſuo Spec. par. 6. memb. 3. num. 12. ſed decipitur in duobus: primo, quia de conſuetudine veritas eſt in contrarium, videlicet quòd regnatio nõ apponatur, de qua conſuetudine teſtantur etiam Clar. dicto verſiculo. præterea. & Ant. Scapp. tract. iur. non ſcript. lib. 5. cap. 26. num. 4. Secundo decipitur, dum aſſerit, quòd Bar. in l. libellorum, ait, de iure non requiri appoſitionem regnationis: Bartolus enim non dicit hoc, ſed dicit quòd Conſules hodie non ſunt in vſu.

24 † De Indictione, vt vnico verbo me expediam: eam exprimendam eſſe tradit Maran. loco proximè allegato: ſed quicquid ſit de iure, de conſuetudine nunquam apponitur.

25 † De concluſione, quòd non ſit neceſſaria in libello accuſatorio eſt textus in l. 1. §. 1. ff. ad Turpill. & tradunt Bar. in dicta l. libellorum num. 19. ff. de accuſat. & in l. 2. §. ſi publico nu. 13. ff. ad l. Iul. de adult. Ang. tract. de malef. in verbo. Hæc eſt quædam inquiſitio. num. 53. & 66. & in verbo. Et ad querelã. num. 56. & in verbo. ſuper quibus num. 1. & ibi Auguſt. ſub num. 5. Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 61. num. 18. & 19. Et quod hęc ſit communis * opinio omnium Doctorum teſtantur Marian. Soc. in cap. qualiter, & quando. nu. 211. de accuſat. & Bal. in l. ſi quis ſe. in fine C. de accuſat. quos refert, & ſequitur Clar. dicta q. 12. verſiculo vltimo, & ratio eſt, quia in criminalibus venit infligenda pœna ſecundum diſpoſitionem iuris, quæ cum non debeat variari, non eſt neceſſaria concluſio: res enim ipſa ſupplet concluſionem, vt tradunt Papien. in ſua pract. in forma inquiſit. in gloſ. ſup quibus fol. mihi 1029. & Ang. in dicto verbo. Et ad querelam, ſub dicto num. 56. Secus eſt in ciuilibus: quia, ſi actor concludat ad minus eo, quod ſibi iuſtè deberetur, Iudex condemnabit non tãtum ad id quod eſt iuſtum, ſed ad id quod eſt, & iuſtum, & repetitum in concluſione: etenim ſententia ferenda debet eſſe, & iuſta, & conformis concluſioni, vt tradit idem Papien. in eadem pract. in form. libell. act. real. in gloſ. Quare petit. & ibi. Manſuer. in ſuis addit. fol. mihi 78. & dixi ſupra cap. antecedenti nume. 21. in quinta difficultate.

Cęterum de conſuetudine ſolet concludi etiam in libello accuſatorio, vt tradunt Bar. in dicto §. ſi publico num. 13. Ang. trac. de malef. in verbo. & ad querelam Titij. ſub num. 56. Boſſ. tract. crim. tit. de inquiſit. num. 80. & plures alij, quos refert, & ſequitor Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 31. verſiculo. ſuper quibus. & quòd Procurator Fiſcalis cõcludat etiam in cauſis hæreſis tradit Simãc. de Cath. inſtit. tit. 4. nu. 11. & tit 44. nu. 21. & hanc eſſe practicam optimam tradit Ang. in l. ea quidem ſub nu. 7. C. de accuſat. veruntamen iſta concluſio, quę fit in Criminalibus, videtur ſeruire de vento, & eſſe fruſtratoria, quia vel concludit generaliter, & ſecundum formam, & diſpoſitionem iuris, vtputa per iſtam clauſulam: *Super quibus &c.* De cuius efficacia dixi infra nume. 42. & 43. vel concludit ad maiorem, ſeu minorẽ pœnam, quàm determinatam à iure: ſi primo modo: concludit concluſum, quia res ipſa, & ius concludũt, vt tradunt omnes * Doctores, qui propterea aiunt non eſſe neceſſariam: ſi ſecundo modo: concludit non concludendum, quia non poteſt cõcludere cõtra formam iuris: vnde vtroque caſu redditur ſuperflua. Illa tamen clauſula. *Super quibus &c.* quã aiunt, concludi, ſemper vtiliter apponitur nõ ad effectum concludendi, ſed ad effectus, de quibus dixi dictis num. 42. & 43.

Hęc doctrina, quòd concluſio in criminalibus tã de iure, quàm de cõſuetudine inutiliter apponatur: tã de iure, quàm de conſuetudine limitatur ſecundũ Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 61. nume. 19. vt non procedat, quando pœna partim veniret applicanda Fiſco, & partim accuſatori. Verum tu ſublimita eam, attentis conſtitutionibus, & conſuetudine, ſecundum quas in criminalibus proceditur ſummariè iuxta ea, quæ dixi infra num. 30. vt concluſio adhuc non ſit neceſſaria per ea, quæ ſcripſi ſupra c. 50. num. 21. in quinta difficultate, & infra ca. 53. nu. 7. in quarta difficultate.

26 † De Iuramento calumnię, quo accuſator porrecta querela iureiurando affirmat, omnia contẽta in querela eſſe vera, ſeque hoc non facere animo calumniandi, quòd ſit neceſſarium patet ex exemplo, quod ponit Gãd. tract. de malef. Rubr. qualiter fiat accuſat. num. 6. & in terminis tenuit Bar. in l. 1. num. 6. C. de iuram. calum. vbi aſſerit hunc eſſe communem vſum Italiæ, & eum referunt, & ſequũtur Auguſt. ad Ang. tract. de malef. in verbo. & ad querelã ſub num. 4. Mantua in l. tranſigere ſub nu. 23. C. de tranſact. & Xuarez. in lib. repetitionũ fol. 485. quos omnes refert etiã Clar. lib. 5. recep. ſent. q. 18. verſ. Dicit etiam. Et quòd Aſſeſſores faciant iurare accuſatorem tradit rurſus idẽ Bar. in l. is qui reus ſub nu. 4. ff. de publ. iud. quem refert, & ſequitur Ang. in dicto verbo. Et ad querelam num. 4. & quòd hęc ſit generalis conſuetudo teſtatur etiam Alber. in l. libellorum num. 11. ff. de accuſat. quem refert, & ſequitur Clar. vbi ſupra, & ita diſponunt Statuta Vrbis lib. 2. cap. 2. Foller. tamen in ſua pract crim. canoni. in verbo. Accuſatione porrecta fol. 50. nume. 51. Clar. dicto verſ. Dicit etiã, in fine, & Ant. Scapp. tract. iur. non ſcripti lib. 5. cap. 25. num. 4. reſtringũt hanc conſuetudinem, vt procedat ſolum, accuſato petente, & non alias. Ego, vt in qualibet re meam

aperiam

aperiam ſententiã, dico quòd de conſuetudine que relans ſemper debet iurare, maximè ſi querelaret ex neceſſitate officij, de qua dixi infra cap.71. num. 2.bene verum eſt, quòd iuramentum calumniæ nõ vidi præſtari, niſi parte petente, & ita ſeruatur in Vrbe, non obſtante prædicto ſtatuto, cuius ſolennitates in criminalibus quando reſpiciunt ius poſitiuũ parum ſeruabantur, & minus ſeruantur hodie ſtantibus facultatibus à Sixto Quinto Senatori tunc tẽporis conceſſis, quæ hodie debent extendi ad omnes Senatores ſucceſſores, & hæc ſunt quæ de iure communi, & generali conſuetudine mihi dicenda occurrebant circa libelli accuſatorij ſolennitates, & requiſita: ſcias modo, quòd in Vrbe habemus Statuta dicto cap.2.lib.2. diſponentia, quòd accuſator teneatur etiam deſcribere in ipſa accuſatione nomina teſtium, quos putat de delicto informatos nõ plures numero, quàm decem: ſed hoc requiſitum non eſt ſubſtantiale.

27 † Verum & ſi, vt alias ſupra ſub nume.15. verſ. *Vel ſi minus &c.* proteſtatus ſum, tot⁹ iſte modo ꝓcedendi via accuſatorij libelli, & per conſequens illius ſolennitates receſſerint omnes ab aula, ita vt ſuper illis amplius non diſputetur, teſtibus Foller. in pract. crim. in verbo. Audiantur exceptiones proponendę per eos.num.12. Boſſ.tract.crim.tit.de accuſat. num.2. cum ſeqq.& num. 6.& 7. & Clar.lib. 5.recept.ſent.q.10.verſiculo.ſcias autem: nihilominus accuſatores in eorum querelis plurimas apponunt ſalutares clauſulas, quæ erant inuentæ ad defenſionem libellorum, & de ijs dixi infra nume.42. cum ſeqq. Sed poſtquam amplius non proceditur via accuſatorij libelli, quæro de duobus: primo, nũ aliquid ſucceſſerit in locum ipſius libelli? Reſpondeo, Gand.tract. de Malef. Rub. qualiter fiat accuſatio, ſub nu.6.& Clar.loco proximè citato, & paſſim cęteri Doctores aiunt, quòd querela ſucceſſerit loco libelli: ego vero arbitror, eos decipi, quia libellus fuit conſuetudine radicitus auulſus è limine Iudicij, & in eius locum nihil fuit ſubrogatum, vt bene animaduertit etiã Boſſ.dicto titulo. de accuſat.nu.6. quicquid pro illius declaratione enixè dixerit Clar. dicto verſiculo.ſcias autem.& comprobatur euidẽti ratione. Nam ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur l. ſi eum.§. iniuriarum ff. ſi quis cautio.l. ſi donatæ.§.ſponſus ff.de donat.inter vir.& vxor.l. item veniunt §.cum prædiximus ff.de pet.hered. maximè quoad naturalia, vt tradit Soc. Reg.383.fall.1.ſed querela non ſapit aliquo modo naturam libelli. Ergo &c.

28 † Quòd non ſapiat naturam libelli patet, quia natura libelli eſt, vt poſt ſui oblationem accuſator debeat ſe ſubſcribere ad pœnam talionis, vt dixi ſupra nu.7. & 17. in tertia difficultate, & his peractis, vel ſumus in delicto, pro quo imponitur pœna corporalis, & tunc ſtatim, atque ipſe accuſator obtulerit libellum cum ſubſcriptione, debet ſe conſtituere in carcere, ſicut accuſatus ad effectum, vt in caſu ſuccumbentiæ poſſit puniri pœna talionis, l. nullus C.de exhib.reis l.fin. & ibi Bar.& alij Doctores.C. de accuſat.Io.Ant.Rub.tract.de poteſt.proc. & defenſ.in cauſ.crim.num.6.& 7.Boſſ.tract.crim.tit. de accuſatio.num.1.in fine,& num.38. & tit. de tortur. accuſat.num.1.& Clar.lib.5. recept.ſent.q.18.verſiculo. Quando deinde, vel ſumus in delicto, pro quo non venit imponenda pœna corporis afflictiua, & tunc debet fideiubere, vt dixi ſupra ſub num. 19.& tradit Boſſ. dicto titulo de accuſat.num.38. & dicto titulo de tortur. accuſat. num.4. quæ minimè conueniunt querelæ, vt patet ex his, quæ dixi infra num.ſequenti. Ergo querela non ſucceſſit loco libelli. Nec dicat aliquis, quòd ſubſcriptio, & carceratio accuſatoris, & alia ſimilia ſunt accidentia, & nõ naturalia libelli, quia, vltra quòd de contrario patet ferè ad ſenſum, reprobatur ex eo, quòd ſi eſſent accidentia non vitiarent libellum, prout vitiaret defectus ſubſcriptionis, loquendo de iure, neque ſuper illis vti accidentibus eſſet diſputãdum. Probatur ſecundo, quia ſi querela ſucceſſiſſet in locum libelli ſe queretur, quòd cum ea non poſſit formari inquiſitio: ſiquidem querela eſſet remedium ordinarium, vt tradit Innoc.in cap.cum oporteat.de accuſat. eſtque communis * opinio, de qua teſtatur Clar. dicto lib.5.recept. ſent.q.3. verſiculo. debes autem: vbi alios allegat, quod quidem remedium ordinarium faceret ceſſare inquiſitionem, quæ eſt remediũ extraordinarium, vt conſuluit Cępol.conſ.65. col. 2. quem refert, & ſequitur Boſſ. dicto tit. de accuſat. nume.6.ſed conſequens eſt falſum, quia inquiſitio formatur ſuper querela, vt practicis liquet, & teſtatur Boſſ. loco proximè citato. Igitur falſum eſt antecedens. Probatur tertio, quia, ſi querela ſucceſſiſſet in locum libelli, vtique diſputaretur ſuper illius requiſitis, quemadmodum diſputabatur ſuper requiſitis libelli, & hodie diſputatur ſuper requiſitis inquiſitionis: vnde, vt dicit Boſſ.vbi ſupra, datur in-

29 telligi, ꝙ inquiſitio ſtet loco libelli. † Secundo quæro quomodo hodie procedatur ad inſtantiam partis? Reſpondeo procedi per querelam, quæ ſecundum Gand. tract. de Malef. Rub. Qual. fiat accuſ. nume.6. quem referunt, & ſequi videntur Aug.ad Ang.tract.de malef.in verbo. Et ad querelã nume. 4.Boſſ. dicto titulo de accuſat. nume.2. Carauit.ſuper ritu 20.num.4. & ritu 202.nu.6. debet continere nomen accuſatoris, accuſati, ac Iudicis, item ſpeciem commiſſi criminis, locum, annum, & mẽſem, quibus fuit commiſſum, & diem dati libelli, hoc eſt querelę: & vbi aliquod ex his requiſitis deficiat, tradunt, querelam etiam deficere, quia, vt dicũt Gãd. & Clar. ipſa ſucceſſit in locum libelli, qui, ſi vnũ ex his deſit, vtique integer redditur nullus ſecundum Bar. Alex.& alios, & præſertim Dec.in l.edita num. 34.35.& 38.C.de eden. eſtque communis * opinio, de qua teſtatur Clar.lib.5.recept. ſent.q.12. verſiculo. dixi exprimendum. Et licet Inn.Io. Andr. & alij Canoniſtæ in cap.fin.de purgat. Canon. loquentes ſecundum æquitatem canonicam dicant, præfatas circunſtantias loci, & temporis eſſe exprimendas, parte opponente, tamen de iure ciuili eſt aliter reſpondendum, quia ſecundum Bar. quem refert, & ſequitur Additio ad Rot. deciſ. 10. aliàs 35. in fine de ſent. excom. in Nou. & ſecundum communem opinionem, quam modo retuli, libellus eſſet ipſo iure nullus, etiam parte non opponente. Sed tu teneas

neas contrarium, quia aut sumus in casu, vbi non potest procedi, nisi ad instantiam partis: aut in casu, vbi procedi potest etiam ex officio. Si in primo casu, qui est proprius noster, videto quæ dixi infra nume.41. Si in secundo, & tunc quamuis iste casus non spectet ad præsens caput, quia, quando proceditur ex officio, querela solum aperit viam inquisitioni, & non est modus procedendi de per se, nihilominus etiam isto casu dicas, quòd querela admittitur qualitercunque porrigatur, dummodo in ea appareat de nomine querelantis, & de specie obiecti criminis: dixi, de nomine querelantis, ad effectum, vt in casu, quo querelans cõperiretur calumniator, posset condemnari in expensis. Reliqua verò, videlicet nomen accusati, & Iudicis, tempus, & locum, nõ sunt simpliciter necessaria, quia huiusmodi querela aperit viam Iudici ad ea inquirenda. Et sic non remanet tanquam modus procedẽdi de per se, sed famulatur inquisitioni, in qua Iudex poterit cætera inuenire, & supplere. Is tamen Iudex, seu Notarius diligenter interrogabit querelantem tam de nomine, cognomine, & alijs qualitatibus Rei delati, qui si sit illi incognitus, interrogabit de statura, habitu, & similibus, vt docui infra cap.86. versus finem ibi. *Ex hac recognoscendi.* Quàm de multis alijs, quę videbuntur opportuna ad reperiendum malefactorem, eumque conuincendum iuxta ea, quę docui dicto c.86. per totum. Et ratio, cur in huiusmodi querela non sint necessaria illa requisita, de quibus in l. libellorum ff. de accusat. & in statutis vrbis lib.2. ca. 2. & per Gand. Boss. & alios supra relatos, est duplex: prima, & præcipua, quia cum ipsa querela cõcurrit inquisitio, vt docui infra cap.85. num.4. & 10. Vnde non est illa querela, de qua nos hic agimus, & de qua loquuntur Doctores.

30 † Secũda, quia hodie in criminalibus potest procedi extraordinariè, sicuti tradit Ant. Colum. in cõtrouers. crim. art. 2. & est dispositum in constitutionibus Marchiæ lib.4. cap.1. vbi statuitur, quòd in criminalibus possit procedi summariè, & de plano, prout iudici videbitur, & in Ritu Neapolitano, quẽ retuli etiam supra cap. antecedenti sub nume.34. licet Ant. de Nigr. super cap. Reg. cap. frequens, & ineffrenata. sub num.62. in fine ibi. *Sexto intellige.* Et Carauit. super illo ritu 289. tradant, illum ritum fuisse localem solum in magna Curia, & ibi etiã non seruari, quia in criminalibus in Regno proceditur semper ordinariè. Et potuit quidem Princeps hoc statuere, quia habet arbitrium in sanguine mali hominis Ad. Rom. c. 13. & l. 1. in fine C. de sum. Trin. Ex quo extraordinario, seu summario, & arbitrario modo procedendi tot pullularũt genera, & modi procedendi, & circa illos variæ Doctorum practicæ, & opiniones, vt possimus simul cum quodam dicere. Ad hoc cœperunt esse tot styli, & opiniones,

31 vt nullus sit stylus, nullavè sit opinio. † Et quia huiusmodi varietas, & confusio in modo procedendi semper mihi displicuit, dicam etiam, quòd, quemadmodum illa pronomina. *Meum, & tuum.* Turbarunt otium humanum, & fuerunt inuẽta propter iniquitatem ca. dilectissimis 12. q. 1. ita etiam isti tot styli practicæ, & consuetudines turbarunt ordinem Iudiciarium, & fuerunt quandoque inuenti ob alteram ex his causam. Vel propter auidam ingluuiẽ, & voraginem latrunculatorum, & Notariorum, eorum præsertim, qui habent Cancellarias titulo oneroso, siquidem hac auaritiæ caligine excœcati sępe formant inquisitiones, legitimis non pręcedentibus indicijs, aut saltem grauiores, quàm indicia demonstrent, sicuti testatur etiam Flam. Cart. tract. de execut. sent. capt. ban. in præfatione nume. 114. & 115. & in summa, anhelantes ad lucrum, non quid iuris, sed quid quæstus respiciunt, quo arbitrium sibi datum potius, quàm æquo, ac iure disponunt, & regulant: sit tamen hoc dictum pace, & ad laudem eorum, qui recta conscientia iudicãt, vel propter ignorantiam: siquidem, cum rarò obseruarentur omnes solennitates iuris ciuilis, indeque lites ex litibus orirentur, Principes disposuerunt, vt procederetur sola facti veritate inspecta: aduerte tamen quia in criminalibus arduis quamuis procedatur summariè, nihilominus requiruntur semper probationes luce meridiana clariores, vt dixi infra ca.95. sub num.1. ibi. *Nam respondeo.*

Sed priusquam vlterius progrediar, quæro quid sit in causa, quòd statuta Vrbis loco proximè citato disponunt, in accusatione exprimenda esse qualitatem delicti, locum, & tempus, & nullum verbum faciunt de nomine accusatoris, accusati, & Iudicis? Respondeo, quia, quòd nomina istorum sint exprimenda, satis colligit ex illo relatiuo. qui. & illo pnomine. aliquem. & de expressione Iudicis, ex eo, quod dicit. *Coram Senatore, vel illius Iudice maleficiorum.* Et si cupis videre casus, in quibus etiam de iure communi non requiritur libellus, vide Spec. tit. de libell. concept. §. nunc dicendum.

Vidimus, quòd libellus accusatorius eiusque solennitates recesserunt ab Aula, & quòd hodie proceditur extraordinariè, & per querelam, famulantem inquisitioni, seu modo procedendi ex officio, de quo dixi infra cap.68. cum seqq.

32 † Veruntamen, quia reperiuntur nonnulli casus, in quibus, vel ex consuetudine, vel ex iure communi, vel municipali non potest procedi aliter, quàm ad instantiam partis, vtputa in crimine adulterij sicut dixi infra. Item ex dispositione municipali in Regno super verbis iniuriosis, quia super his non proceditur, nisi oblato legitimo, & ordinato libello, vt refert etiam Foller. in pract. crim. in fragmentis nu. 139. fol... immo non potest in Regno formari inquisitio in alijs delictis, quàm in maximis, vt tradit Io. Ant. de Nig. super capit. Regni in cap. 143. num. 14. Vnde in Prouincia Aprutij nonnulli Officiales Baronum super huiusmodi querelis verborũ iniuriosorum, vt lucrentur vnum Tarenũ, statim absoluunt querelatum, reseruato querelanti iure melius libellandi, insurgunt ideo nonnullæ difficultates.

Et prima, nunquid in prædictis casibus requiratur solemnis libellus accusatorius iuxta l. libellorum ff. de accusat.? Respondeo, Clar. lib.5. recept. sent. q.10. versiculo. Scias autẽ. in fine, arbitratur, quòd sic, dum ait, contra querelam, & querelantem posse opponi ea omnia, quæ possent opponi contra accusationem, & accusatorem: vnde secũdum eius sententiam

tendam

tentiam querela his caſibus differt à ſolemni accuſatione ſolo nomine. Ego verò ſum in cõtraria ſententia, quòd ſufficiat aliqualis querela, quæ contineat, vel ea, quæ retuli ſupra num.29. vel aliqua ex illis ita, vt querela non ſit adeo obſcura, & generalis, vt Reo videatur ſublata facultas ſe defendendi, & moueor, quia ſi in ciuilibus, quando poteſt procedi ſummariè, & de plano, ſufficit qualisqualis petitio iuxta ea, quæ dixi ſupra cap.proximè prçcedẽti nu. 15. cur non item in criminalibus ſufficiet qualisqualis querela, ſi in his quoque procedi poteſt ſola facti veritate inſpecta, & arbitrariè, vt dixi ſupra num.30.? Quare Clarus allucinatur meo iudicio in duobus, & primo in hoc, quòd dixit, contra querelã, & querelantem poſſe opponi ea, quæ poſſunt opponi contra accuſationem, & accuſatorem. Nam, loquendo de iure, contra accuſatorem poteſt opponi, quòd non ſe ſubſcripſerit ad pœnam talionis. Item, quòd non ſe conſtituerit, ſeu fideiuſſerit iuxta qualitatem criminis, de quo accuſauit iuxta ea, quæ dixi ſupra nume. 28. quæ contra querelantem haud opponuntur iuxta ea, quæ dixi ſupra num.29.

Allucinari videtur ſecundo in eo, quòd credit, ſuper querelis ideo non diſputari, quia Iudex, procedendo ſimul ex officio, tollat omnes defectus. Nam dicimus, ſuper querelis nõ diſputari, quia hodie poteſt procedi ſummariè, & arbitrario modo, vt dixi ſuperius nume.30. & ratio per eum allegata omnino redderetur falſa in caſu, in quo procedi non poteſt aliter quàm ad partis inſtantiam, ſicuti loquimur modo hic. Et nota obiter, quòd vbi eſt prohibitus proceſſus ex officio, iudex nec ante publicatas atteſtationes, nec poſtea poteſt pro accuſatore, ſeu querelante inducere aliquas probationes, ſiue querelans ſit præſens, ſiue abſens, vt tradit Clar.lib.5. recept.ſent.q.61.verſicu. Sed hæc quidem &c. circa medium.

33 † Secunda difficultas: Si accuſator in caſu, vbi procedi poteſt ad ſolam inſtantiam partis, dediſſet ſolẽnem libellũ, nunquid tunc in ſequentibus actibus eſſet procedendum iuxta antiquam iuris diſpoſitionem, videlicet ad carcerationem accuſatoris, ſeu fideiuſſionem, prout dixi num.28. & demum in caſu ſuccumbentiæ ad pœnam talionis? Reſpondeo, quòd non, quia accuſator non carceraretur, neque ſuccumbens veniret puniendus pœna talionis, etiam ſi adſit ſubſcriptio per ea, quæ dixi ſupra nu. 16. in ſecunda difficultate.

34 † Tertia difficultas: Nunquid querela generalis ſine expreſſione loci, aut temporis procedat in prçdictis caſibus, etiam accuſato opponente? Reſpondeo, quòd ſic, dummodo non ſit tanta obſcuritas, quæ defenſioni ſit impedimento iuxta ea, quæ dixi ſupra cap.præcedenti nume.17. Et moueor, quia ſi in ciuilibus, quando ſummariè proceditur, libellus generalis, & ineptus procedit, & admittitur, veluti qualisqualis petitio, vt dixi dicto ca.præcedenti nu. 15. & ſeqq. Ergo idem debemus dicere de querela in criminalibus, quippe cum etiam in his procedi poſſit ſummariè, vt dixi ſupra num.30.

35 † Quarta difficultas: nunquid querelans teneatur ad inſtantiam accuſati exprimere diem? Hæc quæſtio eſt ſatis ventilata apud Doctores. Nam Imol. in l.is qui reus.col.23.verſiculo item adde prædictis ff.de publ.iud.& ibidem Alex.in apoſt.ad Bar, quos refert, & ſequitur Maran.in ſuo Spec.par.6.memb. 3.nume.14. tenent negatiuam, quòd non teneatur exprimere, quod idem ſecuti ſunt Signoroll. conſ. 244.num.22.& Paul.de Meren.conſ.88.num.3.inter conſ.crim.diuerſ.lib.2. Contrariam ſententiam tenuit Bar.in dicta l.is qui reus num.10. & in l. arbitraria.§.ſi quis Epheſi nume.6.ff. de eo, quod certo loco, & in l.libellorum num.12.in fine.ff.de accuſat, & quòd hæc opinio Bartoli ſit verior teſtãtur Ang. tract.de malef.in verbo.de anno preſenti.ſub num. 2. & ibidem Auguſt. ad eum, & quod hæc ſit communis * teſtantur Iaſ. in dicta l. arbitraria.§. ſi quis Epheſi ſub num.1.& Clar.qui alios allegat lib.5.recept.ſent.q.12.verſiculo. Dixi etiam, & poſt alios Moder.in qq.crim.lib.1.q.1.nu.20. Ego tamen concordãdo opiniones, diſtinguo. Aut reus poteſt abſque diei expreſſione ſe defendere, ſeu ex diei omiſſione ſibi defenſio non tollitur, & tunc iudex non coget querelantem, vt exprimat diem, & ita procedat opinio negatiua, ſed difficile eſt inuenire caſum, in quo expreſſio diei non proſit reo ad ſe defendendum. Aut non poteſt facere ſuas defenſiones, niſi exprimatur dies, vtputa, quia intẽdat arguere teſtes de falſo, & tunc nulli dubium, quòd iudex debet interloqui, vt dies exprimatur. Quando autem reus poſſit ſe defendere, & quando nõ, ſine diei expreſſione relinquitur Iudicis arbitrio: vnde tota iſta cõtrouerſia venit dirimenda ab illius recto arbitrio, vt ſentiunt Boſſ.tract.crim.tit.de Inquiſ.num.92. & Simanc.de Cath.inſtit. tit.4. nu. 10. & optimè Rot. diuerſ.deciſ.431.par.1.num.3.& cum hoc grano ſalis loquuntur etiam Bar.Iaſ.& alij, qui aiunt, querelantem ad inſtantiam querelati cogendum eſſe, vt exprimat diem, quod patet, tum quia Rota vbi ſupra eoſdem allegat, tum quia cum hoc grano ſalis apertè loquuntur. Studeat ergo iudex, vt libellus accuſatorius ſit clarior libello ciuili, quia agitur de maiori præiudicio, vt in facto conſuluit Vulpell. conſ. 1.nume.1.& 2. quem refert etiam, & ſequitur Moder.in qq.crim.lib.1.q.1.ſub num.11. eatenus tamẽ requiritur iſta claritas, vt reo defenſio non ſit ſublata, prout concludit etiam Moder.loco citato, loquẽs de inquiſitione ſpeciali, & ab hac ſentẽtia, quòd relinquatur iuſto iudicis arbitrio non recedas, quicquid dixerit in contrarium Thom.Triuiſ.deciſ. 20. ſub num.2.& ſeqq.lib.2.

36 † Quinta difficultas: fingamus, arbitrium iudicis pronunciaſſe diem eſſe exprimendum: Nũquid querelans indiſtinctè cogitur ad exprimendũ? Reſpondeo, quòd non: Aut enim querelans veriſimiliter debet recordari de die, & tunc eſt cogendus, ſicuti tradit Franc.Caſon. tract. de accuſat. & libel. cap.3.num.8. Aut veriſimiliter non recordatur, & tunc non eſt çogendus, vt tradunt Boſſ. dicto tit. de Inquiſ.num.92.in fine, & Clar.dicta q.12.verſ. Dixi etiam: in fine, qui ait, hanc obliuionem eſſe iureiurando firmandam. Quando autem obliuio ſit veriſimilis, & quando non, relinquitur ſimiliter arbitrio iudicis, vt per Boſſ.vbi ſupra. Nota tamen obiter

ter

ter vnum casum, in quo querelans tenetur necessario, etiam non requisitis exprimere diem, quia que rela aliàs non procederet, quando scilicet delictum impunè committeretur quibusdam diebus, seu quibusdã horis, vtputa in ambulatione nocturna, quæ sine accenso lumine est prohibita post pulsatam secundam horam in quibusdam terris vigore statutorum, quia tunc debet exprimi hora, per ea, quæ tradunt Bar. in l. libellorum nu. 12. ff. de accus. & Ang. tract. de malef. in verbo de anno præsenti nume. 5. & faciunt quæ dixi supra nu. 5. in fine de exprimendo loco loci.

37 † Sexta difficultas: Quando querelans de vulnere non cogitur exprimere diem, quid aget querelatus, si prætendat, excusari, quia fecerit ad sui defensionem? Respondeo, Aut delictum est reiterabile, vtputa percussio. Aut non est reiterabile, vtputa mors, seu mutilatio mẽbri. Si sumus in delicto reiterabili, tunc, aut ipsemet fassus fuit delictum, aut negauit, sed est probatum. Si fassus est, tũc satis erit, quòd testes deponant, factum fuisse ad sui defensionem, quia ista depositio, & defensio refertur ad delictũ, quod est fassus. Si verò negauit, & est probatum, tunc faciat duos articulos, primum, quòd inter ipsum querelantem, & querelatum vna tantum interuenerit rixa, in qua fuerunt præsentes testes ascripti in querela: secundum, quòd ipse querelatus vulnerauerit insultatus, sicuti docet Bar. in l. is qui reus, sub nume. 10. ff. de publ. iud. & post eum Ang. tract. de malef. in verbo. De anno præsenti. sub nu. 2. Et hæc quando delictum est reiterabile. Si verò non est reiterabile: tunc, quia non potest defensio referri ad aliud delictum, testes inducti ad defensionem poterunt probare etiam sine dictis articulis, vt refert, & sequitur Ang. dicto verbo. De anno præsenti num. 2. in fine.

38 † Septima difficultas: Quando querelans cogitur exprimere diem, infra quantum tempus debet exprimere? Respondeo, donec præfigatur querelato terminus ad faciẽdas suas defensiones, vt ex Bertran. cons. 16. lib. 2. refert, & sequitur Clar. vbi supra.

39 † Octaua difficultas: Si querelans spontè, vel coactè expresserit diem, probaritque delictum iuxta querelam, nunquid querelatus erit absoluendus, si non probauerit etiam, quòd fuerit commissum illa die, quam expressit in querela? Respõdeo, quòd resolutio huius difficultatis comprehenditur sub resolutione illius generalis quæstionis. Nunquid probato delicto, & non probata qualitate illius, expressa in querela, debeat sequi absolutio, & ideo videamus generaliter quid dicendũ, quando aliqua qualitas non probatur: Iacob. de Are. in l. possessores. C. de probat. quem ibidem refert, & sequitur Cyn. & vtrumque Lud. Rom. cons. 110. in princ. & cons. 167. num. 8. Bar. in l. denunciasse. §. quid tamen nu. 2. ff. ad l. Iul. de adult. Cæpol. cons. 62. nume. 5. cum seq. Felyn. in cap. licet causam nu. 4. de probat. Boss. tract. crim. tit. de inquisitio. nu. 82. & plures alij Doctores, quos allegant, & sequũtur Mars. in sua prac. crim. §. quoniam num. 52. Mansuer. in suis addit. ad pract. Papien. in form. libel. in act. real. in gl. non se astringens. in verbo. Qualitas, fol. mihi 139. tenent, quòd non, probata qualitate, sequi debeat absolutio, tum quia proponens delictum qualificatum, videtur se adstrinxisse ad duo probanda, seu factum qualificatum censetur indiuiduum, ad tradita per Felyn. vbi supra, tum ob alias rationes, quas adducit Iacob. de Are. vbi supra, & referũtur ibidem nu. 1. per Bal. & quòd hæc sit communis * opinio testãtur Bal. ibidem Ang. tract. de Malef. in verbo. De anno pręsenti nu. 3. Rom. dicto cons. 110. in princ. Alex. cons. 166. sub nu. 6. lib. 7. Curt. Iun. cons. 124. num. 11. Rol. à Val. cons. 11. num. 4. lib. 3. & Gail. de pace: publ. lib. 1. cap. 13. num. 10. nonnulli alij, quos allegat Clar. lib. 5. recept. sent. q. 66. vers. Sed quid pro parte, & plura in proposito adducit Mars. loco citato. Et quòd hæc opinio fuerit seruata in Camera Imperiali in causa. *Gnorren* contra *Mesthagen*, die 20. Nouembris 1566. testatur Gail. vbi supra num. 19. Hancque communem opinionem ampliat Boss. dicto tit. de Inquis. nu. 83. vt secundum Alex. vbi supra procedat etiam si in querela esset apposita illa clausula. *Peto ius, iustitiamq; ministrari.* De qua dixi cap. præcedenti num. 26. Item ampliatur, vt habeat locum, etiamsi procederetur per Inquisitionem iuxta ea, quę tradunt Mars. loco citato num. 57. & Rol. à Val. dicto cons. 11. num. 4.

Contrariam sententiam, quòd etiam qualitate non probata, sequi debeat condemnatio, tenuerũt Guliel. de Cu. in l. quid ergo. §. pœna grauior ff. de his, qui not. infam. & Bal. in dicta l. possessores num. 2. & quòd hęc opinio seruetur communiter* in practica testantur idem Bal. ibidem, & plures alij, quos refert, & sequitur Clar. dicto vers. Sed quid si pro parte, & maximè si forent appositæ illę clausulę salutares super quibus &c. vt tradunt Bal. vbi supra, & Clar. dicto lib. 5. recept. sent. q. 12. vers. Sed quid si accusator. Quamuis Rom. dicto cons. 100. sub nu. 4. dicat, quòd hęc theorica Bal. salua reuerentia tãti Doctoris, non est vera.

Quid ergo dicendum in hac contrarietate? Bar. in dicta l. denunciasse. §. quid tamen, sub num. 2. distinguit. Aut qualitas adiecta, quæ non probatur, facit cessare actionem propositam: Aut non. Si facit cessare, tunc debet sequi absolutio. Si non facit cessare, rursus distinguit. Aut illa qualitas alterat factũ hoc est crimen. Aut non: si alterat, & tunc similiter sequitur absolutio. Si non alterat, & tunc potest ex eodem processu sequi condemnatio. Verum inquit ipse, aduerte, quia si effectus condemnationis esset diuersus propter illam qualitatem, tunc illa qualitas debet, pendente iudicio, prius detrahi.

Ego tamen, circunducta illa prima opinione negatiua Iacobi de Are. & aliorum, quæ est communis, & in puncto iuris verissima, circunductis pariter hac Bartoli distinctione, & ijs, quæ latè tradit Felyn. in cap. licet causam num. 40. cum seqq. de probat. dico, in practica seruari opinionem affirmatiuam, de qua testantur Bal. & Clar. qui alios refert, in locis proximè allegatis: videlicet, quod condemnatio sequi debeat ex eodem processu, quamuis nõ sit probata qualitas, dummodo (quod ipse addo) adhuc remaneat substantia delicti, hoc est delictũ, &

& hoc addo, quia qualitas habet potestatem faciẽdi quandoque de delicto non delictum, & per oppositum faciendi quandoque de non delicto delictum. facit de delicto non delictum, exempli gratia, habitus meretricalis reddit stuprum, vt non iudicetur stuprum, quia si quis haberet rem cum virgine, induta infula, seu chlamyde meretricali, non potest puniri, quia ille habitus, qui est qualitas, facit de stupro non stuprum, & sic de delicto non delictum argumento textus in l. Item apud Labeonẽ. §. si quis virgines. ff. de iniur. & plura in hoc proposito congerit Mars. Sing. 520. dicens, quòd qualitas superueniens enti reponit illud ens in diuersa specie. Facit de non delicto delictum, exempli gratia. Consanguinitas in coitu meretricali facit, vt ille coitus, qui non erat punibilis, ex quo erat simplex fornicatio, euadat delictum incestus, vbique punibilis. Itẽ sunt quædam, quæ fieri non possunt die Sancti Herculani, quamuis omni alio tẽpore sint permissa, vt tradunt Bar. in l. libellorum nume. 12. ff. de accusat. & Clar. dicta q. 12. vers. Sed quid si accusator, & sic illa qualitas diei facit de non delicto delictum. Vnde, redeũdo ad propositum, quemadmodum in primo casu, quando facit de delicto non delictum, si illa qualitas probetur, debet sequi absolutio, ita & in secundo, si non probetur, & ratio est, quia vtroque casu remanet factum sine delicto, in primo: quia probatur: in secundo, quia non probatur.

Quod si, etiam qualitate non probata, remaneat delictum, tunc semper ex eodem processu debet sequi condemnatio: Nam, Aut qualitas illa nec reponit delictum in diuersa specie, nec alterat: Aut reponit, seu alterat: Si non reponit, nec alterat, tunc nulli dubium, quòd potest sequi condemnatio, vt tradunt Bal. in l. 1. ff. de Eden. & C. de condict. indeb. Papien. in pract. in form. libel. act. real. in glo. non se astringens, sub num. 3. fol. 135. Felyn. in dicto cap. licet causam num. 41. de probat. & Gail. dicto lib. 1. cap. 13. nume. 21. cum seqq. de pace publ. & probatur argumento textus in l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxal. act. & proinde si testes, inducti ad probandum homicidium commissum cum gladio, deponant alternatiuè, quòd fuerit commissum vel cũ gladio, vel cum claua, adhuc debet sequi condemnatio, vt refert, & sequitur Mars. in pract. crim. §. quoniam num. 61. Neque obstat, quòd probatio videatur incerta, & ambigua: quia, vt ipse ait, satis est, ꝙ vterque intellectus concludat homicidium, sitque verificabilis, & cõclusiuus. Si reponit in diuersa specie, seu alterat, vtputa, si quis esset accusatus de percussione cum sanguinis effusione, quo casu percussor punitur ex dispositione statutorum Vrbis lib. 2. cap. 65. in ducatis auri Centum, & in exilium arbitrio Senatoris, cum tamen sine sanguinis effusione puniretur mitius. Item si quis esset accusatus de stupro incestuoso, quia longè grauius punitur etiã solus incestus, quàm stuprum, sicuti sciunt omnes: His inquam casibus, si probarentur delicta principalia: nimirum percussio, & stuprũ, quamuis non probarentur qualitates illæ, sanguinis effusio, & incestus, nihilominus illa delicta essent adhuc ex eodẽ processu punienda in suo esse, vt tradunt Bal. in dicta l. possessores num. 2. C. de probat. & alij, quos refert, & sequitur Clar. lib. 5. recept. sent. q. 66. vers. Sed quid si pro parte: maximè etiam, quia solent querelantes in querela, & Iudices in inquisitione apponere illas clausulas. *Quare petit &c. Super quibus omnibus, & singulis &c.* Vt dicit idem Clar. vbi supra, de quibus egi infra. Vnde Papien. dicta glo. Non se astringens, sub num. 3. in fine, & pariter Gail. dicto cap. 13. num. 19. qui opinantur, qualitate non probata, reum esse absoluendum, & in alio iudicio posse denuo processari, & puniri, maxime quando esset absolutus cum reseruatoria, vt loquitur Gail. allucinantur, quia in practica deuenitur ad condemnationem ex eodem processu, & ratio est, quia hodie, vt dixi supra num... & num. 30. in delictis proceditur sola facti veritate inspecta. Redeundo modo ad difficultatem propositam in specie de die: Sic distinguo: Aut ille dies est talis, vt de non delicto faciat delictum iuxta ea, quæ dixi supra ibi. *Item sunt quædam*, & tunc debet exprimi, & probari. Bar. in l. libellorum num. 12. ff. de accusat. Ang. tract. de Malef. in verbo. De anno præsenti, num. 5. & Clar. lib. 5. recept. sent. q. 12. vers. Sed quid si accusator: Aut non est talis, & tunc non astringitũ accusator ad probationem illius, Bar. dicto num. 12. in fine, & Clar. vbi supra, & faciunt, quæ dixi supra ibi. *Ego tamen.* Sed fingamus Iudicem, imperitia ductum, ob non probatam qualitatem absoluisse reum, iuxta communem opinionem, quæro an querelans poterit nouum iudiciũ inchoare? vide eos, quos allegat Boss. tract. crim. tit. de Inquis. nu. 88. vide etiam Papien. in dicta glo Non se astringens nu. 4. fol. mihi 135.

40 † Nona difficultas: Nunquid querelãs possit quicquam detrahere à querela? Respondeo, quòd sic ante litis contestationem, sed non postea, vide, quæ dixi infra cap. vltimo sub num. 8.

41 † Decima, & vltima difficultas: Diximus supra sub num. 29. ibi. *Si in secundo*, quòd vbi procedi potest ex officio, admittitur qualisqualis querela, dummodo contineat nomen querelantis, & speciẽ obiecti criminis. Sed quando potest procedi solum ad instantiam partis, qui est proprius casus præsentis capitis, non diximus qualis debeat esse querela ad hoc, vt admittatur: quamuis egerimus de multis difficultatibus ad eam pertinentibus: Vnde dubitatur hic: Nunquid sufficiat etiam isto casu qualisqualis querela? Respondeo, quòd sic per ea, quæ dixi supra dicto nu. 29. Aduerte tamen, quia vltra expressionem nominis querelantis, ac speciei obiecti criminis, debet etiam exprimi necessario nomen querelati, & hæc omnia ita clarè, vt reo non sit sublata facultas se defendendi, quia procedi potest summariè, vt dixi supra nu. 30. Iudex tamen non debet aliquid supplere in facto, sicuti obiter etiam dixi supra num. 32. in fine ibi. *Et nota obiter.* Reliquas difficultates, qualis est illa: Nunquid, qui semel accusauit, iterum possit admitti ad accusandum, cum sit effectus inimicus, Item infra quantum tempus accusator possit denuo accusare reum, qui fuisset absolutus ab obseruatione iudicij, attingam, Deo annuente, libro secundo: Interim videto Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 4. num. 29. & 30.

† Vltimo

42 † Vltimo loco est sciendum, quòd etsi etiam in libello criminali, ex quo proceditur summario, & arbitrario quodã modo, timeri non debeant illæ ineptitudines, generalitates, & obscuritates libellorũ, ex quibus multæ scatebant nullitates, nihilosecius querelantes solent in querelis ad maiorem cautelã apponere illas clausulas salutares, quæ fuerant inuentæ pro libellis, quando solemniter erat procedendum. Quarum hanc, quę pręcipua est, referam. *Quare petit pro omnibus prædictis, & eorũ quolibet puniri &c.* Quæ in primis continent in se virtualiter conclusionem generalem iuxta ea, quæ tradunt Bar. in l. 2. §. si publico, num. 13. ff. ad l. Iul. de adult. Ang. tract. de malef. in verbo. Hæc est quædam inquisitio num. 66. & in verbo. Et ad querelam Titij sub num. 56. Boss. tract. crim. tit. de Inquis. nume. 80. & Clar. lib. 5. recept. sent. q. 12. vers. Vltimo quæro, & q. 31. vers. super quibus omnibus &c. vbi post Boss. plures allegat, quos studio omitto, ne ad instar quorundam inutili relatorum relatione dilatare videar filaterias, ac magnifacere fimbrias iuxta ea, quæ de huiusmodi Aduocatis scribit Par. de Put. tract. Synd. in verbo. De excessibus Aduocat. cap. 1. nu. 1. Sed quoad hunc effectum ista clausula redditur inutilis per ea, quæ dixi supra num. 25.

Operatur secundo, vt iudex, qui, nõ probata qualitate delicti, deberet reum absoluere secundum cõmunem opinionem in puncto iuris, de qua dixi supra nu. 39. in octaua difficultate, virtute huius clausulę possit eum condẽnare pro simplici delicto probato, Bal. in l. 2. sub num. 2. C. de probat. & in l. 1. nu. 68. C. qui accus. nõ poss. Ang. tract. de malef. in verbo. Super quibus omnibus nume. 4. & Clar. dicto vers. super quibus, & hoc non patitur difficultatem, quia est verum etiam sine huiusmodi clausula, cum in delictis procedatur arbitrario, ac summario modo, vt dixi supra num. 30. Et propterea, si quis esset inquisitus, seu querelatus de mandato, & in processu appareret conuictus solum de consilio, adhuc tamen ex eodem processu veniret puniendus de consilio probato, vt tradit Placa lib. 1. delictorum, cap. 16. dicens, quòd maior pars interpretum accedit huic sententiæ, pro qua faciunt ea, quæ de hac clausula scripsi supra cap. antecedenti, & licet Clar. dicto vers. super quibus. in fine de hoc valde dubitet, tamen apud me hodie nullam habet difficultatem, non propter huiusmodi clausulam, sed quia proceditur sola facti veritate inspecta, & modo quodam arbitrario, vt sæpius dixi.

Operatur denique ista clausula secundum Ang. in dicto verbo. Super quibus omnibus, sub num. 4. & 5. omnes illos effectus, quos operantur illæ quatuor clausulæ. *Non se astringens ad probandum. Et prædicta dicit, proponit, & petit fieri simul, & diuisim. Petens sibi ius, & iustitiam ministrari. Et prædicta petit, non solũ dicto modo, sed etiam omni alio meliori modo &c.* de quarum clausularum effectu, & efficacia satis locutus sum supra cap. antecedenti. Cæterum si de hac clausula. *Super quibus omnibus, & singulis &c.* Plura cupias videre, legas Ang. vbi supra. Rom. consi. 110. Maran. in suo Spec. par. 6. memb. 3. num. 15. Boss. tract. crim. tit. de Inquisit. nu. 80. & alios, quos allegat Mars. in addit. ad pract. Papien. in forma libel. act. real. in glo. non se astringens, in verbo. Qualitas fol. mihi 140. & in forma Inquisitionis, in glo. Super quibus fol. mihi 1029. & vide, quæ de ea scripsi supra cap. antecedenti num. 26.

43 † Solent quoque nonnulli, vberius extendendo prædictam clausulam, dicere. *Pro quibus omnibus, & singulis emergentibus, dependentibus, annexis, & connexis &c.* Quæ verba, *emergentibus, & dependentibus,* operantur hunc effectũ, vt si fuerit formata inquisitio super vulneribus, eaque pendente fuerit secuta mors, iudex virtute dictorum verborum *emergentibus &c.* possit reum condemnare nõ amplius de vulneribus, sed de morte inde secuta, & sic non vt vulnerantem, sed vt homicidam, vt tradunt Ang. tract. de malef. in verbo. Emergentibus. num. 1. & ibi August. ad eum nume. 3. & Boss. tract. crim. tit. de Inquisit. num. 105. non appositis autem dictis verbis, posset solum condemnare de vulneribus, vt refert, & cõprobat Menoch. de Arbitr. iud. lib. 1. q. 80. num. 124. quæ dicantur emergentia, & dependẽtia vide Spec. tit. de inciden. quæstion. Bar. in l. Aurelius. §. idem quęsijt, sub num. 3. ff. de liber. legat. Felyn. in cap. cum inter, sub num. 7. de sent. & re iud. & Doct. in l. quod iussit. ff. de re iud. & in l. quoties C. de iud. & in l. 1. C. de ord. iudic. ad quos se remittunt Boss. dicto tit. de Inquis. num. 108. in fine, & Additio. ad pract. Papien. vbi supra.

44 † Solent præterea distributiuè, & non alternatiuè addere illa alia verba. *Secundum formam iuris, & statutorum*, quod dicit esse menti tenendũ Ang. tract. de malef. in verbo. Super quibus, num. 2. Cæterum in puncto iuris tantum abest, vt ista verba videantur salutaria, vt potius sint iudicanda morbosa. Nam vel statuta, & ius commune idem disponunt, & tunc huiusmodi verba sunt struma clausulæ, quemadmodum, & statuta ipsa, nõ statuta, sed strumæ municipalium dispositionum essent appellanda: vel disponunt diuersa, & tunc hæc verba cõtinent repugnantiam, aut saltem incertitudinem, sicut notauit etiam Clar. dicta q. 31. vers. Secundũ formam iuris. Quare ob istam incertitudinem daretur ansa dubitandi, nunquid ista querela, seu libellus esset admittendus, sicut in terminis notant Bal. in l. Gallus §. si eius, sub nu. 2. ibi. *Item est argumentum.* ff. de lib. & posth. & August. ad Ang. tract. de malef. in verbo. Et contra formam iuris, sub num. 1. Et hæc de iure. De consuetudine tamen hæc verba indistinctè adduntur, vt testatur Clar. loco proximè citato, & huiusmodi consuetudo secundum Doct. egit radices in glo. magna, in l. Senatus, ff. de accusat. vt patet ex his, quæ latius scripsit August. vbi supra. Quare integram clausulam sic formabis. *Pro quibus omnibus, & singulis eorum emergentibus, dependentibus, annexis, & connexis petit, ipsum repertum culpabilem puniri secundum formam iuris, & statutorum.*

Sed præsupposita huiusmodi pœnarum diuersitate inter ius cõmune, & statuta, quæro iudex quã pœnam imponet? Respondeo, de hoc est magna quęstio inter Doct. videto Papien. in pract. in forma In-

ma Inquiſitionis, in gl. debita forma fol. mihi. 103 1. & Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 85. verſ. debet etiam, vbi tradit quid ſeruetur de conſuetudine, & hæc ſufficiant.

De libello in cauſis hæreſis. Cap. LII.

SVMMARIVM.

1 *Libellus in cauſis fidei quid ſit.*
2 *Proceſſus in cauſis fidei fit ſummariè &c.*
3 *Summariè procedi quid importet.*
4 *Libellus in cauſis fidei non eſt neceſſarius, quia ſuffi cit qualisqualis querela.*
5 *Proceſſus in cauſis fidei quoad ſubſtantialia eſt ritè formandus.*
6 *Procedere ſuper querela de per ſe, an magis expediat quàm procedere ſuper ea, prout aperit viam ad inquirendum, vel è conuerſo.*
7 *Abolitio in cauſis hæreſis non conceditur.*
8 *Modus inſtituendi proceſſum, & quis accuſet in cau ſis fidei.*

1 LIBELLVS, † ſeu inquã querela in cauſa hæreſis eſt delatio ſummaria alicuius hæreſis corã Inquiſitore, vt colligi licet ex dictis eorũ, qui de hac labe ſcripſerũt.
2 † Dico *ſummaria*, quia in delatione huius criminis proceditur ſummariè, de plano, & ſine Aduocatorum, ac iudiciorum ſtrepitu, & figura, vt dicit tex. in cap. ſtatuta. de hæret. in 6. quod ante Bonifacium VIII. eo loci diſpoſuerant Papa Alexãder IIII. in quodam reſcripto, incipien. Cupiẽtes, vt inquiſitionis, & Vrbanus IIII. in reſcripto, incipien. Licet ex omnibus, quæ reſcripta Franc. Pegn. in Comm. ad Director. Eymer. par. 3. comm. 103. §. verum ante, teſtatur, ſe vidiſſe authentica in Bibliotheca Sixti Quinti, tunc temporis Cardinalis de Montalto: Et quòd in hoc crimine procedatur ſummariè teſtantur Boſſ. tract. crim. tit. de hæret. nume. 7. & copioſè Gundis. eod. tract. queſt. 12. nu. 1. & 2. & communiter * omnes, nemine diſcrepante, vt ex infra dicendis liquido cõſtabit. Quinimò poterit procedi modo arbitrario, quia ſi iſte modus arbitrarius conceditur in crimine læſæ maieſtatis extrauag. Ad reprimendum, & ibi Bar. in verbo. videbitur. ergo à fortiori concedetur in crimine læſæ Diuinæ maieſtatis, quale eſt delictum hæreſis: probatur conſequentia per ea, quę dixi infra cap. 59. num. 7. & ſeqq. Accedat præterea, Conſtitutio Marchiæ lib. 4. cap. 1. quæ indiſtinctè permittit, vt ſuper delictis procedatur ſummariè, & prout iudici videbitur, ſicuti retuli etiam ſupra capit. proximè præcedenti num. 30.

3 † Summariè, ac de plano procedi illud importat, vt in delatione criminis non ſint neceſſariæ ſolemnitates legis. Libellorum. ff. de accuſat. tex. eſt expreſſus, & ibi notatur in Clem. ſæpe. de verb. ſign. tradunt Eymer. in Direct. Inquiſ. par. 3. nume. 70. fol. mihi 448. Corn. conſ. 315. ſub nume. 1. col. 1. lib. 3. Felyn. in cap. 1. nume. 7. in fi. de libel. oblat. Lud. Carrer. tract. de hæret. nume. 27. Lucerna Inquiſit. in verbo. litis Conteſtatio. Simanc. de Cath. inſtit. tit. 4. nume. 9. & Franc. Pegn. vbi ſupra cõm. 104. §. Itaque cum ſummariè, & nonnulli alij, quos refert, & ſequitur Simanc. dicto tract. de Cath. inſtit. tit. 44. num. 30. & vide, quæ vberius dixi infra cap. 53. num. ...

4 † Cum igitur nec libellus, neque illius ſolemnitates requirantur, ſequitur, quòd erit admittenda qualisqualis querela: Etenim vel Inquiſitor intendit procedere ſuper querela, prout ea eſt modus procedendi de per ſe ad inſtantiam partis, & tunc debet continere nomen querelantis, item querelati, & ſpeciem commiſſæ hæreſis iuxta ea, quæ dixi ſupra cap. præcedenti nume. 41. & ita deberet eſſe clara, vt reo remaneat locus iuſtę defenſionis, vt dixi ſupra cap. 50. num. 17. & ita procedat, quod tradit Simanc. de Cath. inſtit. titu. 4. num. 9. Reliquæ autem ſolemnitates, quæ ſunt iuris poſitiui, minimè neceſſariæ ſunt, quare non erit neceſſaria expreſſio diei: Simanc. vbi ſupra, neque expreſſio loci. Lud. Carrer. tract. de hæret. nu. 24. Fallit ſi obijceretur in cauſa ciuili, quia requiritur expreſſio loci, vt tradit Rot. diuerſ. deciſ. 486. nu. 20. par. 1. Vel intendit ſuper ea procedere non prout eſt modus procedendi de per ſe, ſed prout famulatur, ac viam aperit proceſſui ex officio, vt dixi infra cap. 73. nu. 2. & tunc minus eſt neceſſarium, quòd exprimatur querelatus, quia Inquiſitor poterit, quis ille ſit, inueſtigare, & probare ex officio iuxta ea, quę dixi ſupra cap. pręcedenti ſub num. 29.

5 † Cęterum, Reuerendiſſimi Domini Inquiſitores; attendite, quia etſi in crimine hæreſis vobis liceat procedere ſummariè, tum quia hodie generaliter in omni ſpecie delictorum eſt permiſſum, vt dixi ſupra cap. præcedenti num. 30. tum quia id peculiariter erat conceſſum in hoc deteſtabili crimine, vt dixi ſupra nume. 2. tamen debetis bene formare proceſſum in ijs, quæ ſpectant ad ſubſtantiam cauſæ, alias acriter eſſetis coercendi, vt tradit Pegn. in comm. ad Direct. Eymer. dicta par. 3. comm. 32. §. ſed ſint diligentes.

6 † Modo circa prædicta occurrunt excitãdæ duæ difficultates, Et prima, quid magis expediat, procedere ſuper querela primo modo, an ſecundo? Reſpondeo, ſecundo: prout ſcilicet aperit viam ad inquirendum, quia primus modus, prout ſcilicet querelans vult facere partes in iudicio, & accuſare, eſt admodũ accuſatori periculoſus, litigioſus, & in cauſis fidei parum vſitatus, vt dicit Eymer. dicta par. 3. nu. 67. fol. mihi 444. vnde conſulit Inquiſitoribus, ne hunc procedendi modum libenter admittãt. Ratio, cur iſte modus ſit accuſatori periculoſus, eſt multiplex: prima, quia, etſi in hoc quoque crimine, vt generaliter in cæteris alijs, ſit ſublata ſubſcriptio ad pœnam talionis, vt teſtantur Ioan. Roias in ſingularibus fidei, ſing. 6. & Simanc. de Cath. inſtit. tit. 64. num. 93. dicens, eam abijſſe in deſuetudinem, &, niſi magna exiſtat cauſa, Inquiſitores ea vti non debere: licet pariter in alijs cauſis minus ſit in vſu pęna extraordinaria, quæ imponebatur loco pœnæ

 talionis,

talionis, nisi apertè constaret de calumnia: Si quidē pro præsumpta minus condemnaretur in expensis, vt dixi supra cap. proximè præcedenti sub num. 18. Tamen in hæresis accusatione specialiter receptū esse videtur, vt accusator, deficiens in accusatione extraordinariè sit puniendus acri arbitrio Inquisitoris, vt ex Couar. & Ioan. Roias refert, & sequitur Pegn. dicta par. 3. ad Direct. Eymer. com. 14. §. ex his redditur, & quòd ita fuerit quandoque seruatū testatur Iacob. de Are. in l. vlt. C. de accus. relatus

7 per eundem §. præcedenti.† Secunda ratio est, quia etsi regulariter accusator, abolitione petita, possit ab accusatione impunè desistere, tamē in causa hæresis, prout in nonnullis alijs minimè conceditur: Simanc. de Cath. instit. tit. 4. num. 6. & 7. & Pegn. dicto comm. 14. §. iam si reus: Ratio autem harum rationum est, quia cum hoc delictum sit grauissimum, & cæteris alijs eo detestabilius, quo grauior est offensio, quæ fit Deo, ea, quæ fit hominibus: sequitur quòd fama, & honor illius, qui de eo querelatur, grauiter lædatur: vnde congruum est, vt accusatores, qui ad accusandum temerè prosilire audent de tanto delicto, non sine eorum periculo, & facilè admittantur.

8 † Secunda difficultas: postquam iste modus procedendi via accusationis, vti periculosus, ac litigiosus recessit ab aula; qualiter procedetur? Respondeo hodie est constitutus publicus minister, quem Romæ appellamus fiscalem Sanctæ Inquisitionis, qui personam accusatoris induit, reosque accusat, nec se ad vllam pęnam obligat, quia accusat ex necessitate officij, vt tradit etiam Pegn. dicto comm. 14. §. sed cum hodie: Verum attende, quia etsi is, deficiens in probatione, vlla pœna non puniatur; tamen abstinet se ab accusando, nisi habitis prius testibus, sumptaque diligenti in formatione: sicuti testantur Simanc. de Cath. instit. tit. 4. nu. 8. & titu. 44. num. 21. & Pegn. vbi supra; & hoc, quòd fiscalis accuset videtur speciale in crimine hæresis: siquidem in alijs delictis Fiscus non accusat: sed solum, eo instante, proceditur ad informationē, vt ait Carauit. ritu 20. sub nu. 4. quem refert, & sequitur Clar. lib. 5. recept. sent. quęst. 10. in fine. sed, substantia rei attenta, hæc specialitas seruiret de vento: vnde etsi prefati Doctores, quos vberius retuli infra cap. 87. sub nu. 27. dicant, quòd promotor fiscalis accusat: tamen ego Melitæ, & plerisque alijs in locis vidi, & audiui procedi absque eo, quòd Fiscalis accuset, vt dixi dicto cap. 87. in fine.

De Petitione in causis ciuilibus.

Cap. LIII.

SVMMARIVM.

1 *Petitio est initium processus summarij.*
2 *Petitio quid sit.*
3 *Petitio quæ debeat continere.*
4 *Obscuritas intolerabilis, & obscuritas tolerabilis in quo differant.*
5 *Petitio inepta, an reijciatur parte non opponente.*
6 *Scriptura, nunquid sit necessaria in petitione, vide etiam num. 10.*
7 *Conclusio, an sit necessaria.*
8 *Petitio generalis, & obscura an reijciatur.*
9 *Petitionis copia, an sit edenda sumptibus actoris.*
11 *Iudicium summarium in quo differat ab ordinario, & quæ sint solemnitates processus secundum ius ciuile.*
12 *Agens in iudicio summario ex vna causa, & probās ex alia non succumbit.*
13 *Causæ summariæ species est multiplex: nā causæ electionum, postulationum, & similes sunt summariæ vigore iuris communis · multæ verò sunt summariæ ex Principis rescriptis, & multæ ex dispositione statutorum.*
14 *Summariè, seu simpliciter causam committere quid importet.*
15 *De plano causam committere quid operetur.*
16 *Sine strepitu.*
17 *Sine figura iudicij, & num. 19. 20. & 22.*
18 *Summariè, de plano, & sine strepitu.*
21 *Substantialia ordinis iudiciarij, seu inducta à iure ciuili quæ sint.*
23 *Diebus feriatis in honorem Dei, an possit procedi, quando causa cognoscitur sine figura iudicij.*
24 *Arbitrium secundum Doctores diuiditur in duas species, sed ista diuisio latè impugnatur à num. 26. vsque ad num. 37. exclusiuè.*
25 *Arbitrio iudicis causa commissa à iure, vel à statuto, vel à partibus, quomodo possit procedi.*
27 *Lex debet esse imposita rebus, & non verbis.*
28 *Arbitrium in quibus casibus concedatur iudici à iure communi.*
29 *Priuatio præsupponit habitum.*
30 *Princeps nec potest, nec debet tollere ius alteri quæsitum, & num. 35.*
31 *Ius quæsitum quando dicatur.*
32 *Princeps, an possit legitimare filium ad feudum antiquum in præiudicium agnati, ad quem spectat ex prouidentia primi acquirentis, & sub nu. 33. versi. si igitur vasallus.*
33 *Princeps debet esse constās &c. debet seruare iura iuxta exemplum Antiochi, Agesilai, & Anastasii.*
34 *Princeps potest legitimare filium naturalem quoad bona, etiam agnatis non citatis, quia &c.*
35 *Princeps non potest tollere ius, alteri quæsitum, etiāsi sit quæsitum de iure ciuili contra ius gentium.*
36 *Iudex, qui habet liberum arbitrium, non potest dirimere controuersiam contra legem.*
37 *Causa commissa, dirimenda sine vlla iuris solemnitate, iudex quomodo possit procedere.*
38 *Causa commissa sola facti veritate inspecta, iudex quam facultatem habeat.*
39 *Termini substantiales sunt seruandi, quamuis causa sit summariè commissa.*
40 *Causa commissa cū facultate procedendi extraiudicialiter, & omnibus diebus etiam festiuis in honorem Dei, quam facultatem iudex habeat.*
41 *Causa commissa cum facultate procedēdi velo leuato, seu manu regia, quomodo possit procedi.*
42 *Causa summaria est duplex secūdum statutū Vrbis.*
43 *Substantialia iudicij, seu termini substantiales, an possint*

poßint omitti in cauſis, in quibus proceditur ſummariè ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis.

44 *Articuli, ſeu reproductio commißionis, vel quid ſimile, nunquid in ſummarijs fungantur officio petitionis, vel requiratur formaliter petitio.*

45 *Clauſula, ſummariè, quid importet, & an operetur idem, quod operatur clauſula, ſine figura iudicij.*

46 *Reſcriptum: Frater N. audiat, & procedat ſummariè &c. ſi in commißione fuerit petitum, cauſam committi ſimpliciter, ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, quid operetur.*

47 *Reſcriptum: Audiat, vt petitur: ſi in commißione fuerit petitum, cauſam committi, vt in nume. præcedenti, quid operetur.*

48 *Reſcriptum: Audiat ſummariè, prout petitur, quid operetur.*

49 *Reſcriptum: Audiat ſummariè, & iuſtitiam faciat, ſeu: Audiat, & iuſtitiam faciat, quid operetur.*

50 *Reſcriptum: Audiat ſummariè, ſeu cauſa ſummariè commiſſa, quomodo iudex hodie de ſtylo procedere valeat.*

EGIMVS in præcedentibus de initijs, quibus inchoatur proceſſus in cauſis ordinarijs,
1 † reliquum eſt, vt aggrediendo initia, à quibus exordimur in ſummarijs, agamus hic de petitione, à qua iudicium ſummarium regulariter initium ſumit: Clem. ſæpe. de verb. ſign. Et licet de ea velatè nonnulla ſcripſerim ſupra cap. 50. num. 15. & num. 17. tamen res hic altius, & apertè repetenda eſt.

2 † Petitio igitur ſecũdũ Papien. in pract. in form. libell. act. real. in glo. qualisqualis folio mihi 27. eſt breuis facti narratio minus ſolemniter, apud acta deſcripta, quæ ſolum in ſummarijs cauſis admittitur. Hæc deſcriptio quadrat ſanè ijs, quæ de ea ſcripſerunt, Bar. in Extrauag. ad reprimendum, in verbo. & figura iudicij num. 8. Paul. de Caſtr. in l. fin. num. 5. C. de edic. Diu. Adr. tol. Maran. in ſuo Spec. par. 4. diſt. 9. nu. 14. Grauat. in annot. ad pract. Veſtr. lib. 5. cap. 2. nume. 10. Aſin. in pract. §. 4. cap. 1. nume. 3. & alij in diuerſis locis communiter.

Circa eam modo occurrunt plures difficultates.

3 † Et prima quid debeat contineri in hac breui facti narratione? Reſpondeo: nomem actoris, Rei, & res petita, & hæc tria ita exprimi debent, vt tacitè poſſit elici concluſio, ac intentio ipſius actoris. Aliàs petitio, vti intolerabiliter obſcura, reijceretur, parte opponente, vt dixi ſupra dicto cap. 50. nume. 17. parte tamen non opponente, adhuc procederet.

4 † Et hæc differentia conſtituitur inter obſcuritatem intolerabilem, & tolerabilem: quòd tolerabilis toleratur in ſummarijs, etiam parte opponente, intolerabilis verò minimè, parte opponente, vt dixi dicto cap. 50. num. 15.

5 † Secunda difficultas: nũquid petitio inepta reijciatur, etiam parte non opponẽte, quemadmodum reijcitur libellus? Reſpondeo, quòd ſic, quando ineptitudo eſt viſibilis in forma, vel in materia: in forma, vtputa: quia deficeret nomen actoris, vel res petita: In materia, vtputa, quia peteretur res ſacra, vel quid ſimile, iuxta ea, quæ dixi ſupra cap. 50. nu. 11. & ita tenet Curt. in ſua addit. ad pract. Papien. in dicta glo. qualisqualis, dicens hoc eſſe aureũ verbum. Et licet caſus, de quo loquitur Petr. de Anch. conſ. 33. per eum allegatus, ſit longe diſſimilis, tamẽ tu non recedas ab hac opinione, quæ nititur euidenti ratione, vt diſcurrentibus patebit.

6 † Tertia difficultas: nunquid in petitione ſit neceſſaria ſcriptura? Reſpõdeo, Moder. tract. de proceſ. par 3. cap. 5. nu. 22. aſſerit, communem * opinionem eſſe, quòd requiratur, & allegat Zucchar. in l. fin. nume. 91. C. de edic. Diui Adr. toll. Contrariam opinionem, quòd poſſit fieri oretenus ſine ſcriptura tenuerunt Bar. Paul. de Caſtr. Maran. Grauat. & Aſin. in locis allegatis. Item Anch. in Clem. ſæpe, nu. 13. de verb. ſign. & Papien. in dicta form. libel. act. real. in gl. ſummariè nu. 4. fol. mihi 117. & communiter * omnes in diuerſis locis, & quia habemus textũ expreſſum in dicta Clem. ſæpe, in illis verbis.

Eſt in ipſo litis exordio petitio facienda, ſiue in ſcriptis, ſiue verbo &c.

Et in ſtatutis Vrbis lib. 1. cap. 89. in illis verbis.

Suam verbalem petitionem qualem qualem &c.

Ideo non eſt amplius hęſitandum: debet tamen redigi in ſcriptis per Notarium apud acta: vt teſtãtur omnes * Doct. & diſponunt allegati textus in Clementinis, & ſtatutis. Non obſtat, quod dicit Moder. quia loquitur ex ſuo capite, & Zuchardus, quem allegat, & vidi, non ſolum non teſtatur de communi, vt ipſe eum adducit, ſed tenet contrarium, ꝙ poſſit fieri ſolo verbo; dũmodo deinde redigatur in ſcriptis. poſſet tamen prior opinio procedere ſi pręſupponeremus, à reo peti, vt offerretur in ſcriptis, quo caſu receptior * opinio eſt, vt actor debeat eã offerre in ſcriptis, ſecundũ Ant. Trem. in addit. ad pract. Bonac. in tit. de except. impedien. execut. nu. 17. quẽ refert, & ſequit̃ Grauat. dicto ca. 2. nu. 10. ad pract. Veſtr. lib. 5. vide ĩ hac re, q̃ remiſſiuè dixi infr. nu. 10.

7 † Quarta difficultas: nũquid in petitione ſit neceſſaria concluſio? Reſpondeo, ꝙ non, Bar. in dicta extrauag. ad reprimẽdum, in verbo. figura iudicij, ſub nu. 8. Papien. in pract. in form. libel. act. real. in glo. ſummariè, ſub nu. 4. fol. mihi 118. & eſt cõmunis, * pro qua faciunt, quæ dixi ſupra cap. 50. num. 21.

8 † Quinta: nunquid petitio generalis, & obſcura ſit reijcienda? Reſpondeo, quòd non, ſed cũ declaratione, de qua ſupra dicto cap. 50. num. 17.

9 † Sexta: nunquid copia petitionis ſit edẽda ſumptibus Actoris, ad inſtar copiæ libelli? Reſpondeo, quòd non, ſed ſumptibus Rei, vt tradunt Papien. in pract. in form. libell. act. real. in glo. prima. ſub num. 25. folio mihi 20. & Maran. in ſuo Spec. par. 4. diſt. 9. nu. 15. & Ioan. de Amic. conſ. 135. num. 4. in Regno tamen ex diſpoſitione pragmaticæ, comparente reo, non ſeruatur, quia eſt danda ſumptibus actoris, & bene, quia non datur libellus, ex quo omnes cauſæ ſunt ſummariæ: & ex his difficultatum reſolutionibus, iunctis ijs, quæ dixi dicto c. 59. nu...

poteris discurrere, quæ sint differentiæ inter libellum,& petitionem.

10 †Septima,vigore statutorum vrbis etiam in ordinarijs sufficit petitio: dubitatur modo, nunquid in ea requiratur scriptum? vide quæ dixi supra dicto cap.50.num.19.in tertia difficultate.

11 †Octaua difficultas, diximus supra initio huius capitis, nos agere de petitione, quia iudicium summarium,seu causa ab ea regulariter sumit initium. Vnde dubitatiuè quæritur in quibus differat iudicium summarium ab ordinario? Respõdeo,in hoc quòd in ordinario,& non in summario, requirũtur solemnitates iuris ciuilis, solemnitates autem iuris ciuilis, quæ sint in hoc proposito prohibitiuè exprimuntur à Clem. V. in sæpe citata Clem. sæpe, de verb.sign.in illis verbis.

Sancimus, vt iudex, cui taliter causam committimus,necessariò libellum non exigat, litis contestationem non postulet, tempore etiam feriarum,ob necessitates hominum indultarum à iure,procedere ualeat,amputet dilationum materiam, litem quãtum poterit faciat breuiorem, exceptiones, appellationes dilatorias,& frustratorias repellendo, partium, aduocatorum,& procuratorum contẽtiones, & iurgia, testiumque superfluam multitudinem refrenando &c.

Videas ad hæc Bar. in dicta extrauag. ad reprimendum: Alex.cons.6.sub num.1.&2.&latè Maran.dicta dist.9.num.8.cum seqq. & Doct. in dicta Clem.sæpe,& in diuersis alijs locis, quæ citat Maran.vbi supra num.10.in fine. Remotis igitur solemnitatibus iuris ciuilis,remanent ea,quæ sunt de iure gentium,& illa debent necessariò attendi,& obseruari: sunt autem de iure gentium,qualisqualis petitio,citatio,& probationes necessariæ, vt tradit Maran.dicta dist.9.num.12.in fine.9.& 10. & hæc tria sunt semper necessaria, siue procedatur summariè, siue manu regia, prout procedebatur tẽpore iurisgentium,vt per eundem Maran. loco citato nu. 8.

12 †Et iuxta hunc modum procedendi summariè inferas,quòd agens ex vna causa,& probans aliam in iudicio summario,non succumberet per ea, quæ tradunt Maran.dicta dist.9.nume.17.maximè si,vt ibi dicit, procederetur sola facti veritate inspecta. Luc. Pet.in pract.Capitol.lib.4.cap.1.nu.7. & Rot. diuers.quæ loquitur generaliter decis.256. sub nu. 2.& 7.par.1.licet debeat regulariter succumbere in iudicio ordinario,vt per eundem Maran.vbi supra.

13 †Nona difficultas,quæ versabitur circa cognitionem iudicij,seu inquam causæ summariæ, diuidetur in plures dubitationes. Quæro igitur quot sint species causæ summariæ? Respondeo, esse multiplices: Aut enim consideramus in ea causam efficientem: Aut formalem. si efficientem,constituo triplicem speciem: primam, quæ descendit ex iure cõmuni,& ad hanc speciem spectant causę electionũ, postulationum,personatuum,officiorum, & aliæ similes,notatæ in Clem. Dispendiosam, de iudic. & aduertit obiter Mar. Ant.Cucch.Instit.maior.lib.4. tit.2.num.352.& quod dico *ex iure communi* intelligo non solum de iure Canonico, vt videtur sentire Papien.in pract.in form.libel.act.real.in gl. summariè num.12.folio mihi 119. sed etiam de iure ciuili per ea,quæ tradunt idem Papien.in dicta form. libell,act.real.in glo. prima. sub nu.25.fol.mihi 20. & latius Afin.in pract.§.3.cap.31.num.3. cum pluribus seqq.ex quibus locis habes multas causas summarias etiam de iure ciuili, quales sunt omnes causæ breues Auth.nisi breuiores. C. de sent. ex peric. recit.de quibus dixi infra num. seqq.

Secundam,quæ emanat ex rescripto Principis, non recognoscentis superiorem, gl.in Clem. sæpe, in verbo.mandamus,de verb.sign.Felyn.qui pluribus modis ampliat,& declarat, in cap. sicut Romana,sub num.2.de rescript.Maran.in suo Spec. part. 4.dist.9.num.3.& Grauat.in annot.ad pract.Vestr. lib.3.cap.2.nu.15.& 16.qui plures allegant, & licet in Regno Neapolitano, Barones in eorum Baronijs committant causas summariè, & expeditè decidendas,tamen, vt ait Afflict. super Constitutione. Auctoritatem num.3.lib.1. folio mihi 198. hoc eis licet,quia de iure constitutionum,vt etiam retuli supra cap.50.num.34.omnes causæ in Regno sunt summariæ: vnde dicitur potius excitatio iurisdictionis ordinariæ,quam delegatio: Cæterum de facto Comites,& Barones eorum iudicibus causas delegant summariè, & sola facti veritate inspecta decidendas, aliaque etiam Principi reseruata faciunt, & gerunt,& subdito tutum nõ esset sui Domini potestatem in dubium deducere; vide ad hæc Corn. cons.315.vbi ad hoc propositum allegat Bal.dicentem in quodã suo consilio, quòd mundus est ita cultiuatus,vt isti Domini temporales faciant in eorum terris,quæ facit Princeps in vniuerso; & quòd nos non possumus reuangare Mundum:& de legato,quod possit ex recepto stylo causam summariè delegare, vide Felyn.in cap.olim,sub nume.3.de accusat. vbi sibi in contrarium allegantiait,ita fuisse responsum. Hæc secunda species superflua est, si habeamus primam, hoc est frustra cõceditur rescriptum,vt summariè procedatur in causa, quando causa de iure communi est summaria, sicuti notat etiam Vestr.dicto lib.3.cap.2.nume.5. in fine. vnde sæpe miratus sum de Baronibus regnicolis,qui Officialibus ĩ omnibus supplicationibus rescribunt, vt causam summariè expediant:nisi dicamus,quòd hoc faciunt ad exequendum,non ad delegandum.

Tertiam,quæ profluit ex iure municipali, & hãc distinctionem amplexus iam fuit Papiens. in dicta glo.1.sub num.25.

Si consideremus formalem: tunc tot summariæ causæ species constituo, quot modis ordo iuris positiui in ordinarijs potest minui, & breuiari, vt licet colligere ex his, quæ scripserunt Bar. in extrauag. Ad reprimendum, in verbo. Summariè,de plano, sine strepitu, figura iudicij, & in verbo:prout videbitur,Papien.in pract. in form.libell.act.real.in glo. summariè, & distinctius in terminis statutorum Vrbis Luc. Pæt. in pract. lib.4.cap. primo. per totum: faciunt quæ scribunt Vant. tract. null. Rubr. de nullit. ex def. process. nume. 54.& 55. quo loci ait,diligenter aduertendum esse,quia quicquid statuenti, seu Principi, quod obseruetur, & sit ordo, placuerit,censetur ordo substantialis, maximè quãdo

do ſtatutum haberet decretum irritans, quo caſu ordini per illud tradito renunciari non poteſt etiam de conſenſu partium, vt refert, & ſequitur Alexan. Stiat.in pract.cap.10.num.20.&21.& Staph.de lit. iuſt.cap.1.de ſignat.lit.iuſt.nu.1. & 2. fol. mihi 269. qui ait, ſignaturam fieri varijs modis ſecundum varietatem caſuum, & propterea eſſe mare magnum, & campum latiſſimum ad currendum, & opus arduum, ac difficile, cum plura ſint negocia, quàm vocabula.l.4.ff.de præſcrip.verb.

Nos tamen breuiter, quãtum noſtra materia patitur, pro uiribus agemus, & aggredior.

14 †Sit ergo prima ſpecies illa, quæ dicitur ſimpliciter cauſa ſummaria: & hæc habet locum, quando cauſa committitur ſummariè, vel ſimpliciter, quod idẽ importat, vt tradit Bar. vbi ſupra in verbo. ſummariè, & hæc ſpecies conuenit cum cauſa ordinaria in omnibus, præterquã in dilationibus, quæ breuiores in ſummaria præfiguntur: vnde in ea requiruntur libellus, litis conteſtatio, & aliæ ſolemnitates ſubſtantiales iuris ciuilis, vt tradunt Bar. in dicta extrauag. ad reprimendum, in verbo, ſummariè num. 1.& 2, Papiẽ. in dicta gl. ſummariè, nu. 13. & Corn. conſ.5. nume.5. lib.2. Cum. ſuper Rit. Sicil. cap.38. num.37.& Luc.Pæt. loco citato. num.2. vide etiam Guid.Pap.ſing.987.

Contrariam tamen ſententiam, quòd libellus non ſit neceſſarius, ſequuntur Rom.in l.1. num.5.ff. de arbitr. Menoch.de arbitr.iud. lib.1. quæſt.18. in fine. Non obſtant Bar.& Papien. ex aduerſo allegati: quia ſecundum Rom. loco citato, loquuntur, quãdo cauſa ſummaria eſſet maximi momenti, ſecus ſi parui, ſeu ſecundum Menoch. vbi ſupra debent intelligi, vt loquantur de petitione. Mihi tamẽ neutra harum expoſitionum quadrat: & propterea nõ recederem à priori ſententia: verum hic inſurgit difficultas, nunquid hæc ſpecies cauſæ ſummariæ dicatur propriè cauſa ſummaria? Et quidem quamuis ſit punctus potius ſcholaſticus, quàm Doctoralis, tamen; breuiter agendo, dicam quid ſentio: Credo igitur, quòd impropriè dicatur cauſa ſummaria, & ſi Doct. hoc non aduertant, & moueor, quia illa dicitur cauſa ordinaria, in qua interuenit ordo iudicij ordinarij, videlicet libellus, litis conteſtatio, & alia: At in hac ſpecie interueniunt hæc omnia, ergo non poteſt appellari cauſa ſummaria, ſed ordinaria: vnde infra num.45. diximus, quòd cauſa non dicitur ſummariè commiſſa, ſi fuerit reſcriptum, Procedat ſummariè: Non obſtat, quòd in ea poſſint præfigi breuiores dilationes, quia breuitas, vel longitudo dilationum eſt accidẽs ad cauſam ordinariam: vnde in cauſa ordinaria ſi iudex præfixerit breuiorem dilationem, & non appelletur, proceſſus adhuc tenet, & cauſa remanebit ſimiliter ordinaria. Et denique non poteſt dici ſubſtantiale cauſæ ordinariæ, quia non ſunt neceſſariæ, niſi petantur, ſeu inquam appelletur, cum breuiores præfiguntur. Quòd ſi eſſent de ſubſtantia; neceſſariò & non conditionaliter requirerentur: illud enim dicitur eſſe de ſubſtantia, ſine quo res ſtare nõ poteſt, prout eſt pretium in emptione, l. pretia. ff. de contrah. empt. iuncto §. pretiũ. Inſtit. de empt. & vend. & tradit Vant. tract. nullit. Rub. de null. ex def. proceſ. nu.9.& 10. Sed in cauſa ordinaria poſſunt præfigi breues dilationes, & præfixio tenet, niſi appelletur, ergo quòd longiores præfigantur non eſt de ſubſtantia.

15 †Secunda ſpecies cõſtituitur per verbum *de plano*, quod operatur varios effectus iuxta naturam, & qualitatem cauſæ: Aut enim cauſa eſt grauis, & põderis: Aut vilis, & modicæ ſummę, forſanque agitur inter perſonas viles: ſi ſumus in primo caſu: operatur, vt poſſint breuiari dilationes, poſſit procedi etiam tempore feriato in vtilitatem hominum, & iudex valeat procedere, & iudicare etiam alibi, quàm in loco, vbi tenetur facere reſidentiam. Cęterę autẽ ſolemnitates: nimirum, libellus, litis conteſtatio, & alię ſimiles ſunt ſeruãdę; vide Bar. vbi ſupra in verbo. De plano. num.2.& in l. nec quicquam. §. de plano, & ibidem Bal. num.5.ff. de offic. proconſ. & leg. & Felyn. in cap. olim num.5. de accuſ.

Si verò ſimus in ſecundo caſu, operatur, vt ſint remiſſæ omnes ſolemnitates iuris ciuilis, ac ſi cauſa eſſet commiſſa ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij: vide Bar. in dicto verbo, de plano, nume.1.& in dicto §. de plano, & ibidem Bal. ff. de off. proconſ. & leg. & licet Fely. vbi ſupra dicat, quòd, cauſa commiſſa de plano, poſſint omitti libellus, & aliæ ſolemnitates, ſi veritas cognoſcatur, tamẽ hoc dictum non procedit, niſi in cauſis leuibus iuxta traditam diſtinctionem: ſed circa hoc ſecundum membrum diſtinctionis poteſt dubitari de duobus: primo, quæ nam dicatur cauſa modicæ ſummę? Reſpondeo, nonnulli, moti auctoritate textus in l. ſi oleum, §. fin. cum l. ſequenti. ff. de dol. declarant, cauſam modicæ ſummæ dici infra duos aureos. Magis tamen communis opinio eſt, vt relinquatur arbitrio iudicis, qui, perſonarum, & cauſæ qualitate inſpecta, arbitrabitur, vt referunt, & ſequuntur Aſin. in pract. §.3. cap.31. nu.32. & Ioſeph. Cumia. ſuper Rit. Sicil. cap.38. num.52. & proinde cauſa centum aureorum inter magnos, & diuites poteſt dici modicæ ſummæ, & vnius bouis, vel ſuis inter pauperes magni ponderis, vt tradunt Bal. in Auth. niſi breuiores. C. de ſenten. ex peric. recit. & plenè Iaſ. in plena repetitione. l. admonendi, num.222.& 223. ff. de iureiur.

Secundo poteſt dubitari, quia ſi hoc verbum *de plano* operatur relaxationem ſolemnitatum iuris ciuilis ſolummodo in cauſis modicis, ſequitur, quòd in illis nihil operetur, & fruſtratoriè apponatur: ſiquidem huiuſmodi cauſæ ſint ſine alio reſcripto ſummariè cognoſcendæ, & vbi ſint breuiores, eo ipſo, quòd breuiores ſunt, cognoſcuntur etiam ſine ſcriptura per textum in dicta Auth. niſi breuiores, & ibi Doct. & tradit Maran. in ſuo Spec. par.4. diſt. 9. nu.188. Huic dubitationi reſpondeo, quòd quamuis cauſa, quæ eſt vilis, & modicæ ſummæ, ſit cognoſcẽda ſummariè eo ipſo, quòd eſt modicę ſummæ; tamen non propterea poſſunt omitti ſolemnitates iuris ciuilis per ea, quæ dixi ſupra. Secus erit, ſi fuerit ex reſcripro Principis cognoſcenda etiam de plano: vt dixi hic ſupra in ſecundo membro diſtinctionis. Non obſtat Auth. niſi breuiores, quia, cõſtituendo differẽtiã inter cauſas breuiores, & modicę

summæ, dico, causam modicæ summæ esse minus breuem; vnde dicebamus supra sub num. *6.* in causis summarijs posse fieri petitionem verbalem, redigendam tamen continuò in scriptis apud acta, & in breuioribus causis dicebamus, quòd iudex procedit sine scriptura. Item in causis summarijs requiritur plena probatio, vt dixi infra sub nume. 23. ibi. *Item nunquid*, secus est in istis breuibus, quia sufficit vnus testis, vt refert, & sequitur Ioseph. Cumia super Rit. Sicil. cap. 38. nu. 22. cum seqq. dicetur autem in isto proposito probationis causa breuis, quoties sententia, super ea fereda, non pararet plenum præiudicium, vt per eundem Cumiam eodem loco num. 25. propriè tamen secundum Iaſ. dicto nume. 223. vbi allegat Bar. Causa breuior dicitur illa, quæ non pluris valet, quàm expensa, quæ fieret in eius scripturis: Ex quibus clarè liquet de differentia: & cum nos loquamur de causis modicæ summæ, tollitur obiectio, sumpta ex dicta Auth. nisi breuiores.

Nonnulli alij dicebant hoc verbum *de plano*, idē importare, quod verbum *simpliciter*, sicuti recēset Iaſ. in l. cohæredi, §. cohæres, nu. 5. ff. de vulg. & pupil. Neque obstat, si quis diceret, quòd cū in rescriptis causa soleat committi simpliciter, & de plano coniunctim, vt patet in Clem. sæpe, de verb. sign. daretur in eis superfluitas, quæ est euitanda, vt dixi infra num. 19. quia potest responderi, vt infra eodem nume. 19. tamen non recedas tu à predicta distinctione.

16 † Tertia species constituitur per illa verba *sine strepitu*, quæ verba, vt ostendit Afin. in sua pract. §. *3*. cap. *32*. nu. 2. in iure significant illam partium, & procuratorum conclamationem, quæ fit in iudicio; & operantur, vt iudex debeat requisitus audire, & auscultare partem in occulto, cum aliàs in causis ordinarijs non cogatur audire partes, nisi palam ante Tribunal. l. iubemus. C. de episcop. & cler. notat Bar. in dicta extrauag. Ad reprimendum in verbo. Sine strepitu nume. 2. operantur secundo, quòd iudex, quem altera pars secretè in aurem fuisset allocuta, non possit allegari suspectus: quamuis posset allegari, si causa non esset sibi ita commissa per ea, quæ refert, & sequitur Maran. in suo Spec. par. *6*. in verbo. & quandoque appellatur. vers. recusatio. nu. 44. fol. mihi 464.

Operantur tertiò, vt parti non detur dilatio ad quærendum Aduocatos, quamuis aliàs esset illi cōcedenda, vt tradit Bar. vbi supra num. 3. Vnde iuxta prædicta habemus textum in cap. statuta, de hæret. in *6*. vbi disponitur, quòd Inquisitor hæreticæ prauitatis possit procedere simpliciter, & de plano & absque Aduocatorum, & iudiciorum strepitu, & figura: vide Simanc. de Cath. instit. titu. 5. & Barth. de Capua super ca. subditorum nostrorum, qui motus auctoritate Dyni, ait, hæc verba *sine strepitu*, habere eandem vim, quam habent illa, *sine figura iudicij*, quod dictum non credo verum, tum quia frustra diceretur in dicto cap. statuta, & in dicta extrauag. ad reprimēdum, & passim in rescriptis *sine strepitu, & figura iudicij*, tum quia (& hæc est valida ratio) hæc verba *sine figura iudicij* habent maiorē vim, vt dixi hic infra num. 18.

17 † Quarta species constituitur per illa verba, *sine figura iudicij*, quæ iudici propriè tribuunt facultatem procedendi summariè, hoc est sine ordine iudicij. vnde operantur de per se illud idē, quod operantur omnia præcedentia simul iuncta, videlicet. *Summariè de plano, & sine strepitu.* Ioan. Andr. & Lanfr. in Clem. sæpe, in verbo. figura, & in verbo. Libellus, de verb. sign. Bar. in dicta extrauag. ad reprimendum, in verbo. & figura, sub num. 5. ibi.

Sed si proponeretur istud vltimum: scilicet, sine figura iudicij, licet omnia verba præmissa essent omissa idem importaret &c.

Papien. in pract. in forma libel. act. real. in gl. summariè num. 1. & 2. in fine, fol. mihi 117. Corn. consf. 54. sub nu. 7. lib. 2. & Maran. in suo Spec. par. 4. dist. 9. num. 11. & est communis. ✱ † Occurrit tamen du-

18 bitare de nonnullis. & primo, nunquid è conuerso illa verba: *Summariè, de plano, & sine strepitu*, simul iuncta operentur idem, quod operatur hæc de per se *sine figura iudicij*? Respondeo, quòd non: vide Io. Andr. quem refert, & sequitur Bar. vbi supra. aiunt enim, quòd Clem. sæpe haberet locum, si omissis cæteris verbis, essent apposita ista sola *sine figura iudicij*: secus autem si omnia alia essent apposita, & ista forent omissa: Ergo clarè constat, quòd ea omnia etiam simul iuncta non operantur tantū, quantum operantur ista de per se, & latius patet ex his, quæ dixi infra num. 22. & seqq.

19 † Secundo dubitatur, nunquid hæc verba: *sine figura iudicij*, idem operentur de per se sola, quod operantur associata cum illis alijs: *Summariè de plano, & sine strepitu*? Et certè videtur dicendum, quòd non: quia hoc modo Clementina, sæpe, & multa rescripta superfluitatis vitio possent notari, contra textum in l. prima. ff. de eo, quod met. caus. & contra gl. in cap. solitæ, de maior. & obed. quæ loquens de literis Papæ ait, quòd nec sillaba debet vacare, quod etiam refert Staph. de lit. grat. De vi, & effec. clausul. in fine, folio mihi 158. & meritò quidem, quia propterea Breuia solent appellari. Contrarium tamen est verum, vt sentiunt Bar. dicto num. 5. & Papiens. nume. 2. in fine, in locis allegatis. & licet Ioan. Andr. in dicta Clement. sæpe, in verbo. figura: hoc non sentiat constanter, sed dubitatiuè, per verbum *fortè*, tu tamen huic opinioni firmiter adhæreas. Non obstant, quæ dicebamus de superfluitate, quoniam ea, quæ sunt ad maiorem declarationem, ac expressionem, qualis est verborum inculcatio, non sunt superflua, teste glo. in cap. vnico, in verbo filio. de summ. Trinit. in *6*. quam refert, & sequitur Dec. in l. de quæstione. num. *9*. C. de pact.

20 † Tertio dubitatur: nunquid per huiusmodi verba, *sine figura iudicij*, censeantur remissa omnia substantialia iudicij? Respondeo, Ioan. Andr. in dicta Clement. sæpe, in verbo. figura: quem refert Bar. in sæpe citato verbo. & figura. sub num. 4. tenet, quòd sic. Cæterum tu dicas, remitti substantialia ordinis iudiciarij, & non iudicij, vt aiunt: Siquidem substantialia iudicij, nunquam remittuntur, suntque seruanda semper in quouis etiam summario iudicio, sicuti animaduertit etiam satis peritus Frāc. Pegn. in cō. ad Direct. Eymer. par. 3. cō. 103.

§. est

§.eſt autem.& tradunt Domini de Rota diuerſ.deciſ.445.num.6.par.1. Vel dicas cum Bar. ſub dicto num.4.& Menoch.de arbitr. iud.lib.1. q.9. num.2. & q.13.nu.4.remitti ſubſtantialia iudicij, inducta à iure ciuili,non autem inducta à iure naturali, ſeu gẽtium,quæ quoniam reſpiciunt naturalem defenſionem,tolli non poſſunt: vide Lud. Carrer. de hæret. num.24.vel diſtingue cum Vant.tract.null.Rub.de null.ex def.proceſ.ſub nu.38. inter ſubſtãtialia ordi
21 nis iudicij, & ſubſtantialia iuſtitiæ. † At dubitatur quarto: quæ ſint iſta ſubſtantialia ordinis iudiciarij, ſeu inducta à iure ciuili? Reſpondeo, Doctores hac in re eunt in diuerſas ſententias: Alij namque enumerant hæc ſeptem: videlicet,libellum, litis cõteſtationem,iuramentum de calumnia, ſcripturam depoſitionum teſtium, publicationem earum, ſcripturam ſententiæ,& eius prolationem iudice ſedẽte: alij vero tradunt eſſe iſta quinque,citatio, libelli oblatio,conteſtatio litis, iuramentum calumniæ, & ſententia.Nos tamen,quia res altiorem requirit indaginem,parumve modo noſtrum collimat ſcopũ, alibi dicemus: Tu interim videas, quæ ſatis copioſè ſcripſit Vant.dicta Rub.de nul.ex def.proceſ.nu
22 me.16.cum pluribus ſeqq.† Dubitatur quinto:quæ ſaltem ſint ea,quæ vigore horum verborum, *Sine figura iudicij* ſint remiſſa? Reſpondeo, plura:

Primũ eſt libellus,quia iudex poterit ſine eo procedere in cauſa per ea, quæ dixi ſupra c.50.nu.16. & cap.52.num.3.& 4.& hoc eodem cap.nu.1.& tradit Maran.in ſuo Spec.par.4.diſtin.9.num.12. Sed nunquid poſſit omitti petitio? Reſpondeo,formaliter poteſt omitti, ſed non virtualiter: quia continebitur in articulis,vt dixi infra cap.60. num.1.& nu.15.Secũdum, quia poterit procedere etiam diebus feriatis in vtilitatem hominũ:vide Papien.in pract. in form.libel.act.real.in glo.ſummariè num.5.& 6. Maran.vbi ſupra num.19.Menoch.tract.de arbitr. iud.lib.1.q.30.nu.2. Et hoc non habet principium
23 dubitandi: † difficultas ſola remanet:Nunquid poſſit procedere tempore feriato in honorẽ Dei? Bar. in l.filiusfamilias, nume.5. ff. de donat.quem ſecuti ſunt Anch.in Clem.ſæpe de verb. ſign. & Ang.in l. milites.C.de milit.teſtam. tenuit quòd ſic. Contrariam ſententiam tenuerunt Papien. dicto nu.6. Felyn.Alex.& alij,quos refert, & ſequitur Luc. Pæt. in pract.Capitol.lib.4.ca.1.num.5.in fine, qui loquitur,etiam ſi iudex poſſet procedere ſine vlla iuris ſolemnitate.Et ab hac opinione, quæ meo iudicio eſt
* communis,* & ſeruatur in practica, tam hic vigore ſtatutorum lib.1.ca.88.in fine,quàm in Regno Neapolitano, vbi omnes cauſæ ſunt ſummarię, vt alias dixi,non recedas, huiuſque ratio eſt, quia tertium Decalogi præceptum inquit. *Sabbatha ſanctifices.* vt conſiderauit Papien.loco citato, vbi reſpondet illi contrario.

Beati, qui diligunt iuſtitiam, & iuſtitiã faciunt omni tempore.

In actibus tamen volũtarię iuriſdictionis poteſt procedi etiam tempore feriato in honorem Dei,vt dicam in ſecundo libro, cenſuit etiam Gail.in prac. obſeru.lib.1.obſeru.53.nu.13.in quibuſdam cauſis poſſe de iure communi procedi etiam tempore feriato in honorem Dei:quæ ſunt hæ, alimentorum, carceratorum,pupillorum,aliarumque miſerabiliũ perſonarum:Item omnes illæ cauſæ, quæ celeritatem deſiderant, veluti ſi res tempore peritura ſit: Papien.tamẽ in pract.in form.libel.pro leg.rei ſing. in glo.coram vobis nume.141.fol.849. loquens de cauſa alimentorum,videtur ſentire,quòd poſſit procedi ſolum tempore feriato in hominum vtilitatẽ: Ego autem quid ſentiam dicam eo loci, vbi agam de ferijs: multa tamen de eis ſcripſi in meo Manuale iuris.in verbo.Diebus feriatis, & in verbo.Iudicium aliud validum: verſ.30. dicitur &c. Tertiũ eſt litis conteſtatio,quia poterit iudex ſine ea procedere.Quartum eſt publicatio proceſſus, quę poteſt omitti. Quintum eſt concluſio, quæ ſimiliter poteſt omitti. Sextum, quia iudex poterit in ſententia condemnare dominum, quamuis lis ſit agitata cũ procuratore. Septimum, quia non cogetur pronunciare ſuper emergenti, ſed poterit illud decidere ſimul cum principali. Octauum,quia poterit proferre ſententiam pro abſente, etiam non citato, qui poterit deinde illam ratificare. Nonum, quia poteſt ad partis inſtãtiam interrogare principalem, & teſtes,etiã poſt concluſum in cauſa. Decimum,quia poteſt abbreuiare dilationes. Vndecimum, quia non cogitur iudicare in loco ſolitæ reſidentiæ. Duodecimum, quia requiſitus debet audire partem, requirentem etiam extra Tribunal, & in occulto, & ſine ſtrepitu Aduocatorum,& partium. De quibus omnibus vide inter alios Bar.in extrauag. ad reprimendum. in verbo.& figura. nume.4. & 10. Papien. in pract. in form.libel.act. real.in glo.ſummariè nu.2. cũ ſeqq. folio 117.Luc.Pæt.dicto lib.4.cap.1.num.3. & Maran.dicta diſt.9.à num.12.vſque ad num.31.qui de omnibus copioſè ſcripſit.& de decimo, vndecimo, & duodecimo, vide etiam quæ dixi ſupra num. 14. & ſeq.& nu.16.iunctis ijs,quæ dixi nu.17.

Sed quid dicendum de teſtibus, vbi procederetur ſine figura iudicij,nunquid deberẽt iurare? Reſpondeo,Bar.in dicto verbo.& figura nu.3.tenet,ꝙ ſic,& quòd requiratur præſentia,vt tenet idem in l. filiusfamilias,ſub num.4.ff.de donat.etiamſi procedi poſſet ſine vlla iuris ſolemnitate: licet tunc ſecundum eum poſſit omitti iuramẽtum: quod etiam ſentit Papien.in dicta glo.ſummariè num.8. Item nunquid requiretur plena ꝓbatio,vel ſufficiet ſemiplena,admitteturq; iuramentum in ſupplementũ? Reſpondeo, requiri plenam probationem, vt per Bal. in l.præſcriptione,ſub nu.32. & ibi additio ad eum.
* C.ſi contra ius,vel vtil.publ.& eſt cõmunis,* de qua teſtantᷣ Alex.conſ.139.ſub nu.14.lib.6.Vant. tract. null.Rub.de nul.ex def.proceſ.num.38.Ioſeph.Cumia ſuper Rit.Sicilię c.38. nu.13. Bene verum eſt, ꝙ ſententia, lata ſine ſufficientibus probationibus, valeret, & tranſiret in rem iudicatam in quacũque cauſa,quia diceretur ſolum iniuſta,vt per Vant.vbi
* ſupra,qui teſtatur de magis communi.* Rot.tamen diuerſ.deciſ.27.nu.6.par.3.lib.2.tenet contrarium, quando eſſet lata ſine probationibus;de hac tamen re copioſè alibi dixi,& dicã, Deo annuente, libro 3.

Ex his quatuor ſpeciebus habes declarationẽ illorũ verborum: *Sũmariè, ſimpliciter, de plano, ſine*

 ſtrepitu,

strepitu, & figura iudicij, iuxta textum in dicta Clemen. sæpe, de verb. sign. quæ quia fuit condita à Clemente Quinto, anno Domini 1307.13. Calen. Decembris, anno secundo eius Pontificatus; ideo tibi cauendum erit ab Hostiensis, aliorumve antiquorum Doctorum interpretatione, qua huiusmodi verba in cap. olim, de accusat. extra, & cap. statuta. de hæret. in 6. variè interpretati sunt, cum adhuc non haberent dictã Clem. sæpe; sicut notauit Frãc. Pegn. in comm. ad Direct. Eymer. par. 3. cõm. 104. §. olim ante.

24 † Quinta species constituitur per concessionem arbitrij, iudici factam, vt ex his, quæ inferius dixi, satis liquido cõstat. Duplex autem arbitrij genus Doctores constituunt: Regulatum, scilicet, & liberum: Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo. videbitur nu. 2. Dec. in l. in personam, §. generaliter. ff. de
* reg. iur. Natt. cons. 115. nu. 6. lib. 1. & communiter * omnes in diuersis locis. Regulatum dicitur illud, quod iuris, rationis, ac æquitatis regulæ subiacet, ab eisque regulatur. Liberum per oppositũ, quod nulli horum est suppositum: sed solum appetitui, dolo carenti: ita vtrumque describit Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 6. nu. 2. & 3. vide eundem ibidem quæst. 13. nu. 1. 2. & 3. Regulatum secundum eundem quæst. 8. his verbis solet constitui: *prout tibi, prout tuo iudicio iustè videtur, seu videbitur, tuæ prudentiæ, tuæ discretioni, tuæ misericordiæ, tuo arbitrio committimus*, & his similibus, de quibus per Menoch. vbi supra: & de illa dictione, *prout*, vide Bar. in dicta extrauag. ad reprimendum, in verbo. Prout. Liberũ vero per hæc verba. *Altè, & bassè, secundũ sensum, secundum appetitum; secundum liberam voluntatem*, & his similia, de quibus latè per Menoch. dicto lib. 1. quæst. 7. per totam.

Circa hæc, quæ vnico Doctorum calamo videntur scripta, de duobus venit dubitandum.

25 † Et primo, nunquid iudex, cui datũ est arbitriũ, possit vigore illius arbitrij summariè procedere, sine iuris positiui solemnitatibus? Respondeo, ꝙ sic per ea, quæ tradunt Bar. vbi supra, in verbo. videbitur. num. 9. & 10. Papien. in dicta glo. summariè nu. 16. Thom. de Piperata tract. de fama, sub num. 58.
* Clar. qui sequitur, & refert hanc esse communem * opinionem lib. 5. recept. sent. q. 31. vers. arbitrio, atque balia: & in specie, quòd is iudex possit procedere sine libello, sine litis cõtestatione, sine publicatione processus, sine conclusione, & denique sine alijs solemnitatibus, quia procedit summariè, vide Menoch. dicto lib. 1. q. 18. num. 1. & 2. q. 33. num. 1. & 4. & q. 35. num. 11. & q. 60. nu. 1. & in multis alijs quæstionibus, & certè si arbitrium quicquam non operaretur esset frustratorium: vnde cũ aliquid debeat operari, admittamus, quòd operatur circa solemnitates iuris positiui, quia minus lædet.

Non obstat, ꝙ is iudex teneatur sequi iura, & regulas legis, sicuti testantur Barbat. cons. 47. col. 5. & seq. lib. 1. & cons. 59. col. 2. in fine lib. 3. qui loquitur etiam de iudice, habente liberum arbitrium, Mars. in sua pract. crim. §. constante nu. 24. cum seq. & §. diligenter. nu. 24. cum seq. & Mansuer. qui multos congerit, in addit. ad pract. Papien. in dicta gl. summariè, in verbo. liberum arbitrium. fol. mihi 122. Et ꝙ propterea non possit interlocutoriã proferre contra iura, teste Amad. tract. de sind. nu. 147. quem refert Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 13. nume. 20. quia hoc procedit in definiendo, non autem in procedẽdo, & in his, quæ leuis præiudicij sunt iuxta ea, quæ dixi infra num. 27. versus finem, & seq.

26 † Dubitatur secũdo, & erit clauis ad multas alias dubitationes: Nunquid relata distinctio arbitrij, tradita per Doct. ꝙ alterum, scilicet sit regulatum, alterum verò liberum, sit vera? Respondeo, ꝙ nõ: quia distinctio non habet locum, vbi non est differentia, sed inter arbitrium regulatum, & liberum non est differentia in materia, de quã agimus; ergo frustra distinguitur. Quòd non sit differẽtia probatur, quia debere sequi ius naturale, seu gentium, & æquitatẽ, & esse solutus à solemnitatibus iuris positiui sunt in effectu vnum, & idem: At de iudice, qui habet liberum arbitrium, asserimus, quòd tenetur sequi ius gẽtium, & æquitatem, vt tradunt Bart. in dicto verbo. videbitur nu. 10. & in l. filiusfamilias nu. 3. ff. de donat. Alex. cons. 33. col. 1. lib. 1. Dec. in cap. dilecti filij. num. 5. de iudic. Natt. in Clem. sæpe. §. non sic tamen. col. 18. de verb. sign. Calcan. cons. 11. num. 33. cons. 51. nu. 7. & 8. Crauet. cons. 263. nu. 3. & de iudice, qui habet arbitrium regulatũ, asserimus, quòd est solutus solemnitatibus iuris positiui, vt dixi supra, ergo non remanet differentia: Secundo confirmatur, quia arbitrium de sui natura secũ fert, quòd sit liberum, alias repugnaret, sibi quemet contradictionem implicaret. Quare, qui addit liberum, exprimit, quod inest, & expressio illa nihil iuuat: Ete-
27 nim si iuuaret, sequeretur, quòd lex videretur † imposita potius verbis, quàm rebus contra textum in l. 2. C. comm. de leg. seu potius verborum, quàm rerũ sensui videretur adhærere, contra tex. in l. 3. in fine. C. de lib. preter. & tradit Papien. dicta gl. summariè nu. 15. fol. mihi 119. Verum & si de sui natura sit liberum, tamen restrictionem patitur, ac recipit à subiecta materia: & proinde si iudici fuerit collatum in dirimendis iurgijs, & cõtrouersijs, semper debet restringi, & reduci ad semitã, & naturale dictamen rationis iuxta ea, quæ dixi supra, & infra, ita vt perpetuo sint ab eo exclusi dolus, & enormis læsio, sicuti testantur Bal. in Rub. nu. 2. C. de pẹn. iud. qui mal. iud. & plures alij, quos refert, & sequitur Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæst. 13. num. 8. & patet ex his, quæ dixi infra; maximè quando versatur circa iura partium, & confertur à Principe, à quo iura profluunt: Etenim turpe esset, vt inde iniuriarum occasio nasceretur, vnde iura emanare debent. l. meminerint. C. vnde vi, cum simil. Quantumuis igitur sit liberè, generaliter, amplè, absolutè, & secũdum voluntatem concessum, semper debet restringi ad dictamen rationis, & non extendi ad appetitum more belluarum. quia homini, qui rationalis est, confertur, & hoc rationis dictamine attento, nullum arbitrium videtur posse dici liberum: Cæterum, quia vt ex Philosopho refert Staphil. tract. de grat. expect. in præfatione nume. 1. folio 8. sermones nostri veriores efficiuntur, cum ad indiuidua descendimus: ideo vt hæc nostra opinio contra communem appareat

pareat vera, diſcurramus eam in ſingulis caſibus. Aut ergo ſumus in modo procedendi: Aut in definiendo. Si in modo procedendi, vtique illa diſtinctio prorſus euaneſcit, quia iudex, qui habet arbitrium, poteſt indiſtinctè omittere ſolemnitates iuris poſitiui, ſicuti dixi ſupra ſub num. 25. Si in definiẽdo, rurſus diſtinguo. Vel arbitrium conceditur ab alio, quàm à partibus, vel à partibus ipſis altercantibus. Si ab alio, quàm à partibus: conſidero plures caſus: aut enim conceditur à iure communi: aut à Principe: aut à ſtatuto. Si à iure communi, dico ſi-
28 militer, quòd illa diſtinctio euaneſcit, † quia arbitrium à iure communi conceditur in omnibus caſibus, quos ipſum ius, ſeu conſuetudo non definiuerunt, vt egregiè tradit Ioan. Corraſ. lib. 5. Miſcella: iuris. cap. 12. nu. 6. quòd ſi à iure, ſeu laudabili conſuetudine ſint definiti, ceſſat arbitrium per ea, quæ tradunt Bal. in l. quicunque nu. 17. in fine C. de ſeru. fugit. Ioan. de Anan. in cap. iudei de iudæis. Felyn. in cap. inter cæteras num. 11. de reſcript. Rip. in l. ſi conſtante num. 31. ff. ſolut. matr. Neuiz. lib. 5. Syluæ nupt. num. 74. Affl. in conſtitutione. humanitate. num. 19. verſ. *Et primo ſi accuſatus*. lib. 2. Carauit. ſuper Ritu 41. nume. 16. Clar. lib. 5. recept. ſent. §. ludus. verſ. Sed quæro, & q. 83. & alij, quos refert, & ſequitur Menoch. dicto lib. 1. q. 14. nume. 5.
* & 6. & eſt communis, * à qua nemo diſcrepat. Hoc ſuppoſito, ſi tu quæris, an in determinatione illorũ caſuum debeat attendi, ſeu poſſit omitti determinatio iuris communis ſuper illis facta, dico, quòd quę-
29 ſitum redditur inſulſum: † quia, non præſuppoſito habitu, fruſtra quæritur de priuatione argumento textus in l. decem. ff. de verb. oblig. cap. ſicut. de iureiur. Inſtit. de capit. diminut. §. ſeruus autem. Si verò quæris, an debeat attendi deciſio iuris communis, facta ſuper ſimilibus caſibus, dico, quòd ſic per textum in l. non poſſunt, cum l. ſeq. ff. de leg. & deficiente deciſione iuris, dico, quòd iudex debet indiſtinctè ſequi rationem naturalem, & æquitatem, & facere id, quod faceret in re propria. Vide ad hæc Dec. in l. in perſonam, §. generaliter. ff. de reg. iur. & Menoch. dicto lib. 1. q. 13. num. 17. & 18. quæ autẽ, & qualis ſit hæc naturalis, & æqua ratio legite Vac. à Vacu. in ſuis noũ. decl. iur. lib. 1. declarat. 35. Si à Principe, dico idem, quòd illa diſtinctio non tenet.
30 † quia Princeps non debet, neque poteſt, vt iuſtus Princeps, iudici dare facultatem, vt poſſit alteri ius quæſitum auferre. l. venditor, §. ſi conſtat. ff. comm.
* præd. & hęc eſt communis * ſententia, de qua teſtatur Crauet. conſ. 5. num. 5. & conſ. 241. nu. 20. Vbi Angelum, qui cõtrarium tenuit, dicit, locutum fuiſſe, non vt Angelum, ſed vt hominem mendacem, eandem, vti communem, refert, & ſequitur Menoch. conſ. 103. ſub num. 75. & dicto lib. 1. q. 48. nu. 6. & 7. & ratio eſt, quia ſacræ ſcripturæ iubent, etiã Papam ſubiectum eſſe legibus ca. ſatagendum 25. q. 1. & ſacra ſcriptura præcipit vt alterius bona non tollantur. Amplia, vt procedat etiam ſi iuris acquiſitio emanauerit à iure ciuili, quia licet modus acquirendi ſit de iure ciuili, tamen poſtquam eſt quæſitum, tranſit in dominium, quod eſt de iure gentiũ, vt ſcitis omnes, aduerſus quod Princeps poteſtatẽ non habet, refert ex Bar. Rol. à Val. conſ. 3. nume. 31. lib. 1. Et etiamſi velit poteſtatis plenitudine vti, vt cumulat, & ſequit Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 6. nume. 18. & quòd Princeps minus vtile dominium poſſit tollere tradit Bar. in l. 3. nu. 3. C. de fund. patr. lib. 11. licet Bal. in l. reſcripta, ſub num. 11. cum ſeq. C. de precib. Imp. offer. malè ſenſerit contrarium. Et quòd dicto Papæ non ſtetur, quando eſt contra iura, & in præiudicium iuris, alteri quæſiti, quod nõ eſt ſuæ intentionis vnquam tollere, tradit Staph. de liter. iuſtit. cap. de commiſ. ſuper red. penſ. num. 15. fol. mihi 297.

31 † Dicetur in propoſito noſtro ius quæſitum, quãdo ante reſcriptum iam extat deciſio iuris in caſu, ſuper quo Princeps reſcriberet.

32 † Non obſtant ea, quæ de acquiſitione dominij, orta ex iure ciuili ſcribunt in contrarium Rol. à Val. dicto conſ. 3. num. 143. & 144. & 145. lib. 1. & pariter Gail. in ſuis pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 142. nu.
* 13. cum ſeq. quo loci concludit, communem * eſſe opinionem, quòd Princeps ex plenitudine poteſtatis, & certa ſcientia poſſit legitimare filium, ad feudum antiquum in præiudicium agnati, ad quem ex prouidentia primi acquirentis ſpectaret. Nam hęc opinio eſt ſatis controuerſa, & pro contraria facit textus, in l. digna vox. C. de leg. & in l. 2. in fine ff. de natal. reſtit. vbi dicitur, quòd Imperatores non facilè ſolent quenquam natalibus reſtituere, niſi conſentiente patrono: faciunt etiam, & punctualiter, quæ tradunt Bal. in cap. 1. §. filij nati num. 2. & §. naturales num. 2. cum ſeq. ſi de feud. fuer. contr. inter Dom. & agnat. & Zaſ. in tract. de feud. par. 8. nu. 74. vbi apertè tenet contrarium: facit etiam, quia in bonis proprijs, ſeu allodialibus poſt mortem patris inteſtati in præiudicium eorum, quibus ius ſuccedendi ab inteſtato quæſitum eſt, non poteſt quempiam legitimare, vt refert, & ſequitur Gail. vbi ſupra num. 16. facit apprimè quoque deciſ. 87. num. 5. cum ſeqq. Teſſauri Foſſanen. qui ait, Principem non poſſe reſcripto diſpenſare, vt impubes valeat condere teſtamentum, quamuis huiuſmodi prohibitio ſit de iure ciuili, rationemvè aſſignat, quia prohibitio eſt fundata in ratione naturali, & agitur de pręiudicio venientium ab inteſtato. Et certe ego ab
33 iſta opinione non recederem. † quia in Principe, veluti in fonte iuſtitiæ, debet eſſe conſtans voluntas: Conuenit enim Principibus illud verbum. *Semel locutus eſt Deus, & quod ſcripſi ſcripſi.* Quare debet Princeps habere vnum calamum, & vnam linguã, & eſſe immobilis, ſicut lapis angularis, & polus in cœlo, quia ſcriptum eſt. *Quæ proceſſerunt de facie mea non faciam irrita*, vt refert Bal. conſ. 327. num. 4. lib. 3. quem referunt, & ſequũtur Boſſ. tract. crim. tit. de princip. & priuil. eius nu. 18. Rol. à Val. conſ. 13. nu. 55. cum ſeqq. lib. 3. & alij communiter, quos pariter refert, & ſequitur Gail. in pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 55. num. 4. lib. 2. Vnde fertur, quòd tria fecerunt Romanos dominari: Sanum conſilium in Repub. paupertas priuata, & dictis ſuis pertinaciter inhærere, non frangendo fidem, vt refert Boſſ. vbi ſupra num. 10. Si igitur vaſallus ex prouidentia primi acquirentis, & mediante Principis conceſſione, &

ne,& volũtate, debet veluti agnatus admitti ad successionem feudi antiqui, quomodo idem Princeps, seu eius successor, qui eundem repræsentat, vult in fraudem agnati legitimare aliquem ad illud feudum? Quæras tu preterea ab eodem Gailo dicta obseru. 142. num. 16. & 17. an iste Princeps peccaret? & quidem motus ex sententia Innoc. in cap. inuocamus num. 1. in fin. de Cens. affirmatiuè respondet. Si ergo peccat, quia terminos iustitiæ excedit, profecto parum piè loquimur, si dicamus, eum posse. Abstineant ergo Principes, ne quicquam contra ius, in tertij præiudiciũ faciant, quia vterentur non plenitudine potestatis, sed tempestatis, credantque se ea minime posse, quę inhonestè possunt argumẽto textus in l. filius, qui fuit. ff. de condit. instit. l. nepos Proculo. ff. de verb. sign. & ca. faciat homo 22. q. 2. & tradunt glo. in Clem. sæpe, in verbo poterit. de verb. sign. Rol. à Val. dicto cons. 13. num. 54. & Gail. dicto lib. 2. obseru. 56. nume. 10. Sumantque in primis exemplum ab Ape, quæ electa in Regem, amittit aculeum ne possit offendere, vt tradit Par. de Put. tract. Synd. cap. 1. de Reg. Princ. & Duc. excess. nu. 9. Sic & ipsi amittant hanc potestatis plenitudinem, si cuipiam nocitura sit, vel sumant exẽplum ab Antiocho tertio Asiæ Rege, qui omnibus Regni sui vrbibus scripsisse traditur, quòd, si quid in literis, quæ eius nomine scriberentur, esset, quod legibus aduersari videretur, crederent, se ignaro, eas scriptas fuisse, & propterea eis non parerent, vt referunt Gig. tract. de crim. læs. maiestat. tit. qualiter in crim. læsę maiestatis proced. q. 16. nume. 9. Gail. dicta obseru. 58. num. 10. & Flam. Cart. tract. de execut. sent. capto ban. cap. fin. num. 341. & Agesilaus non aliter promissa præstare voluit, quàm si iusta essent: quod & Anasthasius Imperator salubriter sanciuit in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. publ. vt refert etiam Gail. dicto lib. 2. obseru. 58. nume. 10. cum seq.

Quòd si aduersus hæc dicas, de Principis potestate non esse disputandum: possem facilè respondere. Sed, ne nimis progrediar, sume responsionẽ ex his, quæ dicit Gail. dicta obseru. 58. num. 6. 7. & 8. Dato præterea, & non concesso, quòd Princeps in præiudicium agnatorum posset habilitare feminam ad feudum, seu legitimare spurium, vt consulendo tradit Rol. à Val. dicto cons. 3. præsertim nu. 118. lib. 3. tamen hoc forsan posset procedere, ex quo ius nõ est adhuc acquisitum, sed solum in spe, vt acquiratur: multa autem possunt inter calicẽ, supremaque labra cadere, seu posset procedere ex quo ipsemet Princeps fuerat ex sua sola voluntate causa illius acquisitionis, vt dicit idem Rol. ibidem num. 143. & 144. & copiosè Felyn. in cap. quę in ecclesiarum num. 48. de constitut. Sed certè, quemadmodum non placet illa opinio, ita neque placent

34 huiusmodi responsiones. † Multò minus obstat, ꝙ Princeps possit legitimare filium naturalem, etiam quoad bona patre viuo, & consentiente, non citatis agnatis, quia in hac legitimatione cõsideratur principaliter interesse patris, qui de rebus suis nulli fideicommissi oneri subiectis pro arbitrio, exclusis agnatis, potest disponere, & etiam dissipare, ac in extraneos transferre, vnde poterit etiam natalium restitutioni consentire. Vide Gail. dicto lib. 2. obseru. 142. nume. 1. vnde Princeps non lædit ius tertij.

35 † Hanc ampliationem, vt Princeps non possit auferre ius quæsitum emanatum à iure ciuili, maximè vallato naturali ratione, subamplia, vt habeat locũ etiamsi ius ciuile videatur de directo contra ius gẽtium. Vnde & si Asini. in pract. §. 3. cap. 26. num. 2. cum seqq. & Menoch. tract. de Arbitr. iud. lib. 1. q. 57. sub num. 3. cum seqq. teneant, vti veriorem opinionem, quòd iudex, qui habet liberum arbitrium, facultatemque decidendi sola facti veritate inspecta, possit bonam fidem agnoscere, & promissorem cogere ad satisfaciẽdum, quamuis promissio sit nuda, & inefficax. Tamen ego vna cum Bal. in Rub. de constit. pecun. sub nume. 11. C. & Par. de Put. tract. de Synd. tit. de arbitrarijs eorum nume. 19. Maran. in suo Spec. par. 4. dist. 9. nume. 39. & Mansuer. in addit. ad pract. Papien. in form. libel. act. real. in glo. Contra ius elicitum. in verbo. Rescripta. fol. mihi 352. sum in contraria sententia, nimirum, quòd, circumducto iure Canonico, de quo dixi infra hoc eod. num. & cap. sequenti sub num. 2. non possit, & moueor, quia licet Princeps possit legem corrigere, & penitus auferre, nihilominus effectus, qui inde processerunt, tolli non possunt, quando ex ablatione sequeretur deceptio, quoniam si hæc abesse debet à priuatis, quanto magis à Principe, qui eam in alijs reprimit, & qui, vt supra dicebam, habet vnum calamum, & vnam linguam? Sequeretur preterea, quòd suos subditos vellet, & non vellet viuere sub legibus, à se latis, & quòd vna, eademque lex vni esset mater, & alteri nouerca. Neque obstat, si dicatur, id ei licere, quando lex condita esset meri iuris positiui, qualis est illa, quòd ex nudo pacto actio nõ oriatur, quia respondetur, quòd omnis lex, lata à Principe, dicitur esse iuris positiui. Etenim si legem ferret prorsus eandem cum iure naturali, seu gentium, diceretur ius naturale, seu gentium. Nec possum admittere, quòd ista lex, vel alia similis sit contra ius naturale, seu gentium. Siquidem vniuersum ius ciuile nihil aliud est, quàm parergon, seu, vt melius dicam, theorema, & paraphrasis ad ius naturale, & gentium: Lex enim, quæ in testamentis requirit numerum septem testium, non est cõtra illam legem diuinam. *In ore duorum, vel trium stat omne verbum.* Item lex ista, quòd ex nudo pacto actio nõ oriatur, non est contra ius naturale, seu gentium, quibus stipulationes, aliaque pactorum vestimenta erant incognita. Sed sunt paraphrases, & theoremata, quæ non soluunt, sed adimplent, & interpretantur legem naturæ, vt latè tradit Felyn. in ca. quæ in ecclesiarum nu. 2. 17. & 19. de constitut. Et quid refert subditi, quòd decipiatur in ijs, quæ meri iuris positiui sunt, vel in alijs? an forsan est turpis deceptio, sed non modus? absit. Quòd autem in casu isto sequeretur deceptio, patet euidenter, quoniam promissor sub huius legis clypeo manet tutus, ac securus ab eo cui promisit: ergo, si aliter fiat, decipitur. Neque obstat, quòd in Curia Mercatorum nuda obligatio pariat actionem, quia proceditur sola

facti

facti veritate inſpecta, vt dicit Menoch. loco citato nume.5. Nam reſpondetur, iſtam conſequentiam non valere. Vbi definitur ſola facti veritate inſpecta, actio oritur ex pacto nudo, Affl. deciſ.399. nu. 3. ergo Princeps poteſt reſcribere in præiudicium tertij, quòd iudex definiat ſola facti veritate inſpecta: Eſt enim conſequentia prorſus à diuerſis contra textum in l.inter ſtipulantē, §.ſacram.ff.de verb. oblig.& in l.Papinianus.ff.de mino. quia ſtatutum, ex quo ſemper loquitur nō dicitur decipere, & hæc de iure ciuili, de iure autem Canonico aliter eſt reſpondendum, vt tradit Menoch.dicta q.57.num.6. Retrogredior ad diſtinctionem,& concludo, quòd illa diſtinctio de arbitrio regulato, & libero eſt ſuperflua,quando arbitrium emanat à Principe, quia ſi ipſemet Princeps non valet ius alteri quæſitum auferre ſine cauſa,vt dixi ſupra ſub num. 30. & 35. multò minus valet iudex, qui ab eo habet arbitriū, ſiue ſit liberum, ſiue amplum, ſiue minimum, per ea, quæ tradunt Abb. in cap. dilecti num.7. de iud. Affl.deciſ.91.ſub num.1.Aſin.in pract.§.3.cap.27. & Menoch.dicto lib. 1.q.9.num.8.Et in propria facti ſpecie, etiamſi eſſet appoſita clauſula, *Sola facti veritate inſpecta*,ageretur que de exceptione acquiſita parti, inductaque à quouis rigore iuris, vtputa de exceptione pſcriptionis, egregiè conſuluit Natt. conſ.15.col.5.& conſ.143.col.3.lib.1. quem refert,
36 & ſequitur Manſuer. vbi ſupra.† Si verò procedat à ſtatuto, & tunc, quatenus reſpicimus caſum præteritū,idem dico,quòd illa diſtinctio eſt ſuperflua, quia iudex ſiue habeat largum arbitrium, ſiue ſtrictum,non poteſt controuerſiam definire contra legem per ea, quæ refert,& ſequitur Aſin. dicto §.3. cap.35.& quòd ſtatutum ipſum non poſſit aliquem priuare iure ſuo, iam acquiſito, tradit Rot.diuerſ. deciſ.56.num.2.par.1. & faciunt quæ tradit eadem deciſ.50.nu.6.cum ſeq.par.2. Fateor tamen, quòd ſi ſtatutum, ſeu motus proprius Principis eſſent generalia viderentur habere maiorem vim ad lędendum,ſicuti conſiderat Teſſ. Foſſanen. deciſ.87. nu. 8.Quare fœl.recor.Greg.Decimuſtertius,ad tollēdum hunc ſcrupulum in Bulla confirmatoria nouorum ſtatutorū Vrbis expreſſit, quòd illa ſtatuta ſeruarētur de cętero,& in futuris cauſis,innuens,quòd in præteritis,in quibus poterat alteri partium ius eſſe quæſitum, nolebat præiudicium inferre: quæ ſanè declaratio, quia ille Pontifex erat iuris peritiſſimus,eſt conformis diſpoſitioni iuris communis per ea,quæ dixi infra cap.62.ſub num.14.Dixi: *Quatenus reſpicimus caſum præteritum*: quoniam in futuris nulla eſt difficultas,quòd Princeps, & ſtatuentes in ſuo territorio poſſunt facere, & promulgare noua iura, & dare iudici arbitrium in aliquibus caſibus, in quibus tunc debebit ſequi æquitatem, & naturalem rationem, vt dixi ſupra nume.29.ex quo ius,quod certam diſpoſitionem in ijs fecerat, dicetur abrogatum, ne ſtatutum illud reddatur ſuperfluum iuxta ea, quæ tradit Menoch. dicto lib. 1. q. 15.num.8.Dixi: *in aliquibus caſibus*:quia ſi prępſuponeremus, ſibi dari arbitrium in omnibus negotijs,& cauſis, vtique eſſet abrogare, & è medio tollere totum ius ciuile, & remaneret ſolum ius naturale, & gentium, quod eſſet admodum abſurdum. Vnde potius admitterem, tale ſtatutum reddi ſuperfluum, quàm dari vniuerſam hanc, & generalē correctionem totius iuris ciuilis. Et hæc dicta ſint de arbitrio, cōceſſo ab alio,quàm à partibus.Quòd ſi ſit conceſſum à partibus ipſis, vtique iſto caſu illa communis diſtinctio,quam retuli ſupra num.24.videtur poſſe verificari: Aut enim conceditur arbitrium ſimpliciter, quo caſu debet intelligi regulatum, iuxta crebriorem* ſententiam, de qua teſtatur Menoch. dicta q.9. in princ.,quia debet fieri interpretatio, quo minus corrigatur ius commune, vulg.iur.Aut conceditur liberum, & abſolutum. Si regulatum,& tunc videtur,quòd poſſit ſolum omittere ſolemnitates iuris poſitiui,ſeruando iura in definitione cauſæ iuxta ea, quæ docui ſupra ſub num. 25.& ſub nume.27.Si liberum, & abſolutum, tunc videtur, quòd poſſit omnia facere, vſque ad excluſionem doli, & enormis læſionis, vt dixi ſupra ſub dicto num.27. & ſic videtur, quòd poſſit etiam ſententiam proferre contra legem,dummodo abſit dolus. Et confirmatur, quia etſi iudex, qui habet arbitrium à Principe, ſeu ſtatuto,non poſſit omittere citationem, quia eſt de iure naturali per ea, quæ dixi infra cap.88.nume.2. tamen partes poſſunt hanc licentiam concedere,vt tradit Rot. diuerſ.deciſ.415. num.4.par.1.His non obſtantibus, dico, quòd huiuſmodi diſtinctio etiam iſto caſu redditur vana, & moueor ex eiſdem,quæ adducuntur in contrarium: Diximus enim,quòd arbitrium quantumuis ſit efficaciſſimis,magnis,& amplis verbis collatum, debet carere dolo.& enormi læſione,aliàs reduceretur ad arbitrium boni viri. Modo ad rem, aut præſupponimus,extare legem ſuper illo caſu:aut non: Si pręſupponimus, & tunc, cum iſte arbiter non poſſit iudicare contra legem,ſequitur,quòd non differat ab eo,qui habet regulatum arbitrium. Quòd non poſſit iudicare contra legem probatur, quia ſi iudicaret alterum horum neceſſario ſequeretur,vel quòd partem enormiſſimè læderet, & eſſet in dolo, quia ſcienter iudicaſſet contra caſum legis, vel enormiſſimè ſaltem læderet, quia ignoranter iudicaſſet contra legem: Enormis læſio probatur, quia ſi enormiter læditur is,qui læditur vltra dimidium eius,quod iuſtum eſt, ergo enormiſſimè læditur is, qui in toto iuſto læditur: lęditur autem in toto is, cui denegatur,quod ſibi ex iure, & lege debetur. Sed non debet eſſe in dolo, neque debet partem enormiter lædere, vt dixi paulò ſupra ibi. *Si liberum, & abſolutum.* Ergo non poteſt iudicare contra legem. Non obſtat, quòd poſſit lædere non enormiter, quia idē cur non dicetur de eo, qui habet ſimplex arbitrium iuxta ea, quæ tradit Menoch. de arbitr. iud.lib.1.q. 70.Si verò præſupponimus,non extare legem, tūc ſuperfluè datur arbitrium, quia illud habet de iure communi, vt dixi ſupra ſub nume.27.& tenetur ſequi naturalem rationem,& ęquitatem, vt ſæpius teſtatus ſum: & hæc procedunt,ſiue detur ſimplex arbitrium,ſiue liberum, & amplum. Vnde apparet in præſenti materia illam diſtinctionem arbitrij reddi penitus vanam. Et hæc ſatis: Reliquas enim difficultates,quæ in hac materia poſſunt occurrere, poteris

teris videre apud Menoch.dicto tract. de arbitr.qui latè,& ordinatè de omnibus.

37 † Sexta ſpecies conſtituitur: quando datur facultas procedendi ſine vlla iuris ſolemnitate, quo caſu ſecundum Bar. in l. filiusfamilias nu.5. ff. de donat. Papien.in pract.in form. libel.act. real. in glo. ſummariè num.8. Rom.conſ.20. & alios,quos refert,& ſequitur Luc.Pæt.in pract.Capitol. lib.4. cap.1. nu. 5. iudex poteſt examinare teſtes ſine iuramento, illiſque fidem adhibere, & hæc eſt communis, * de qua teſtantur Felyn. in cap.dilecti num.5. de iudic. & Luc. Pæt.loco citato. Et in hoc remanet differẽtia inter hanc clauſulam, & illam *ſine figura iudicij*, vt patet ex iſtis, & his, quæ dixi ſupra ſub num.23. ibi. *Sed quid dicendum*. Cæterum volunt Doctores, quòd is iudex non poſſit teſtes recipere die feriato in honorem Dei, vt dixi etiam ſupra num.23. quod tamen videtur repugnare rationi ſtylus, qui eſt, vt teſtes die non feriato iurati, poſſint examinari etiam diebus feriatis in honorem Dei. Cur ergo non poſſunt etiam iſti examinari, quando quidem examinantur ſine iuramento? Reſpõdeo, quia hoc examen eſt actus contentioſę iuriſdictionis,qui explicari nõ poteſt tempore feriato in honorem Dei. Non obſtat ſtylus, allegatus in contrarium in alijs cauſis, quia reſpondetur,illud concedi ratione relationis ad tẽpus iuridicũ, pro quo fuerat citata pars, quæ relatio cum non poſſit conſiderari in caſu noſtro ceſſat obiectio.

38 † Septima ſpecies conſtituitur:quando iudici datur facultas procedendi,ſola facti veritate inſpecta, quæ verba maiorem tribuũt facultatem, quàm alia præcedentia,vt tradit Ant. de Butr. in cap.2. de iuram.calum.quem refert, & ſequitur Maran. in ſuo Spec.par.4.diſt.9.nume.32. & idem aſſerit Dec. in dicto cap.dilecti.not.3. in fine. Conſiſtit hęc maior facultas in eo, quòd is iudex poteſt non ſolum omittere ſolemnitates iuris, ac ſi procederet ſine figura iudicij, ſed poteſt etiam condemnare reum ex cauſa probata, diuerſa ab expreſſa in petitione, vt tradunt Pariſ. conſ.131.nume.14.lib.1. Maran. in ſuo Spec.dicta diſt.9.nume.17. Gramm.deciſ.103.nu. 141.cum ſeq.Luc.Pæt. in dicto lib.4.cap.1. num.7. & alij antiquiores, quos præfati allegant, & idem tradit Rot. diuerſ. quæ loquitur indefinitè in cauſis ſummarijs deciſ.256. ſub nu.2. & 7.par.1. Et ideo valebit ſententia,lata non conformis libello, vt tradunt Iaſ.in l.vinum num.24.ff. ſi cert. pet. & in proprijs terminis Maran.in ſuo Spec.dicta diſt.9. num. 33.& Aſin.in ſua pract.§.3.cap.6.num.1. & non patitur difficultatem. Item poterit iudicare ex perſuaſiuis probationibus, vt eſſet iudicaturus Deus per ea, quæ tradunt Aret. in dicto cap. dilecti filij. ſub num.3.de iudic.Gramm.Deciſ.19.num.8. & deciſ. 62.nume.31.Maran.dicta diſt.9.nume.32.& 34.& Aſin.dicto §.3.ca.3.num.13. vbi plures allegat. adde ſi placet Moder.in qq. crim. lib.2.q.37.nu. 137. & ſeq. Et hęc eſt communis* opinio,vt patet ex his, quos adducit Dec.in dicto cap.dilecti filij nume. 3. circa medium,quem refert,& ſequitur Luc.Pęt.dicto lib. 4.cap.1.num.7.in fine.

Sed nunquid is iudex poſſit procedere etiam tempore feriato in honorem Dei? Reſpondeo, quòd nõ.Aſin.dicto §.3.cap.7. In quibus alijs hæc maior facultas poſſit conſiſtere diſcurre apud Alex. conſ.6.num.1.& 2.lib.3.Iaſ.in l.iuſtitia num.7. cum ſeq.ff.de iuſt.& iur.Oſaſc.deciſ.2. Rol. à Val. conſ. 7.nume. 31.cum ſeqq.lib.3.Natt.conſ. 143.nume. 8. lib. 1.& alios Doctores à nobis ſuperius allegatos.

39 † Cęterum animaduertas,quòd quantumuis cauſa ſit ſummaria, tamen termini ſubſtãtiales poſſunt ſolum abbreuiari,& non omitti, etiamſi poſſet procedi, ſola facti veritate inſpecta, ſicuti tradit Rot. deciſ. 15. aliàs.488. & deciſ. 25. aliàs.451. de reſcript.in antiq.Qui autem ſint hi termini,qui de ſtylo Palatij ſeruari debent, & poſſunt abbreuiari, vide Rot.deciſ.2.alias 33.de reſcript.in nou.ad quam ſe remittit etiam Staphil. De lit. iuſt. fol. mihi 271. num.8.& 9. vide ad eandem deciſ. addit. A. M. P. qui nume.37. tangit, an terminus ad producendum omnia ſit ſubſtantialis, Immo ſubſtantiales termini non poſſunt omitti,etiamſi commiſſio foret ſignata, vt procedi poſſit ſine aliqua terminorum obſeruatione,Rot.diuerſ. deciſ.8. par.3. lib.2. Vnde magiſtraliter collige, cauſam ſummariam dici eam, in qua termini ſubſtantiales poſſunt ſolum abbreuiari, non autem omitti, & hinc poteris intelligere facultates Auditoris Cameræ nume. 10.conceſſas à Gregorio Decimoquarto, dum ei concedit, quòd in cauſis infra ſummam ducentorum ducatorum auri de Camera poſſit procedere ſine obſeruatione terminorum,qui de ſtylo, ſeu ordinatione Palatij, aut aliàs obſeruari conſueuerunt.

40 † Octaua ſpecies conſtituitur: quando iudici datur facultas procedendi etiam extraiudicialiter, & omnibus diebus, & horis, etiam feſtis in honorem Dei. Et tunc ex quo exprimitur poſſet procedi etiã tempore feriato in honorem Dei, vt tradit Luc. Pæt.dicto lib.4.cap.1. num.8.in fine.

41 † Sed quid dicendum: quãdo datur facultas procedendi velo leuato? prout datur ab Imperatore in cauſa naufragij, per tex. in l. de ſubmerſis. C. lib. 11.ibi.

De ſubmerſis nauibus decernimus, vt leuato velo iſtæ cauſæ cognoſcantur &c.

Reſpondeo,Papien.in form.libel.act.real.in glo. ſummariè num.14.fol.119. ait quòd eſt eadem, ac ſi data eſſet, vt poſſet procedi ſummariè, & cõcordat in hoc Maran. quem allegaui infra cap. 61. nu. 3. Sed videas Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. Cent.3.caſ.297.num.3.

Item quid dicendum de illis verbis. *Manu regia*? Reſpondeo, hæc verba idem important quod illa *Sola facti veritate inſpecta*: vide Aſin. dicto §. 3.cap.3.num.12.& 14. & Rot. diuerſ.deciſ.445.nu. 6. par.1. quæ ait, per huiuſmodi clauſulas non tolli ſubſtantialia iudicij, de qua re dixi ſupra nume.20. Et hæc ſufficiant de ſpeciebus cauſæ ſummariæ, & de verbis, & clauſulis, quibus cauſæ ſolent ſummariè committi.Si vberius libeat videre poteris recurrere ad Doctores ſuperius citatos, & maximè Menoch.de arbitr.iud.lib.1.q.7. & 8.

42 † Cæterum nos in vrbe ex forma ſtatutorum ca. 88.lib.

88.lib.1.habemus duplicem tantum ſpeciem cauſę ſummariæ: Alteram, in qua procedi poteſt ſine libello, ſine litis conteſtatione, & ſine alijs ſolemnitatibus, & ordinibus iudiciorum, etiam ſubſtantialibus, ſummariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, omni iuris ſolemnitate omiſſa, ſeruata ſolum æqualitate in probationibus, & ſub hac ſpecie continentur omnes cauſæ, quæ ex diſpoſitione iuris communis, vel dictorum ſtatutorum ſunt ſummariæ; Alteram vero, in qua poteſt procedi non ſolum modo prædicto, ſed etiam, ſi iuſta cauſa ſubſit, extraiudicialiter, arbitrio iudicis, ſub qua ſpecie continentur cauſæ Eccleſiarum, hoſpitalium, miſerabilium perſonarum, & mercedis: Vnde ceſſant illę tot ſpecies, quas ex forma antiquorum ſtatutorũ recenſet Luc. Pæt. in pract.lib.4.cap.1. Et Auditor Cameræ in cauſis, in quibus non agitur vltra ſummam Ducentorum Ducatorum auri de Camera, & in cauſis, quæ agũtur inter Mercatores dictæ Curiæ, cuiuſcunque valoris ſint, procedit ſummariè &c. ſola facti veritate inſpecta, & manu regia, vt habetur in facultatibus nu.10. ſibi conceſſis à Gregorio Decimoquarto.

43 † Circa hoc ſtatutum occurrunt duæ difficultates, & prima nunquid per illa verba ſtatuti. *Solemnitatibus, & ordinibus iudiciorum etiam ſubſtantialibus &c.* Poſſint omitti ſubſtantialia iudicij, & termini ſubſtantiales? Reſpondeo, quòd non, quia ſtatutum loquitur de ſubſtantialibus ordinis iudiciarij, non de ſubſtantialibus iudicij, & terminis ſubſtantialibus, quia hæc procedunt à fonte naturę, & propterea in quouis ſummario iudicio ſunt ſeruanda, ſicuti dixi ſupra ſub num.20.ibi. *Cæterum tu &c.* & num.39.

44 † Secunda: nunquid in his cauſis ſummarijs ſit neceſſaria petitio, vel ſufficiat reproductio commiſſionis, vel articuli, aut quid ſimile? Reſpondeo: prima facie videtur dicendum, quòd neceſſario requiratur petitio, ex quo in capitu. ſequenti 89. De generali forma procedendi in ſummarijs, diſponitur, quòd actor, citato reo, faciat ſuam verbalem petitionem redigi per Notarium in ſcriptis penes acta. Contrarium credo verum, quia ſtatutũ non prohibet, quòd poſſit inchoari ab articulis, & propterea debet intelligi, quòd permittat, ſiquidem debemus illud interpretari, quominus lædatur ius commune, de quo dixi in hoc puncto cap.60. num. 1. Et ita ſeruatur in practica. His abſolutis: Dubitatur poſtremo loco de nõnullis circa ſtylum, quo vti-

45 tur ſignatura in commiſſionibus. † Et primo, quando reſcribit, ꝙ procedatur ſummariè, nunquid tunc cauſa cenſeatur cõmiſſa ſine figura, & ordine iudicij? Et videtur dicendum, quòd ſic per ea, quę tradit Bal. in l. nec quicquam, §. de plano nume.2.ff. de off. proconſ. & leg. & quæ ex Caſſad. deciſ. fin. de reſcript. refert, & ſequi videtur A. M. P. in ſuis addit. ad Rot. deciſ.9. alias 77. num.1. & deciſ.28. alias 358. num.4. de reſcript. in nou. Contrarium eſt verum, quòd poſſint ſolum abbreuiari dilationes per ea, quę tradunt Bar. in Extrauag. ad reprimendũ, in verbo, ſummariè nume.1. cum ſeqq. Papien. in pract. in form. libel. act. real. in glo. ſummariè nume. 13. & Luc. Pæt. in pract. Capitol. lib.4. cap.1. nume. 2. & in proprijs terminis Iaſ. omnino videndus in l. gallus. §. idem credendum num.7. cum ſeqq. & preſertim nu.10. in fin. ff. de lib. & poſth. & clarè ex his, quæ ſcripſi ſupra. num.14.

46 † Secundo, ſi in commiſſione fuerit petitum, cauſam committi ſimpliciter, ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſignatura, nullo ex prędictis verbis cancellato, reſcripſerit. *Fr. N. audiat, & procedat ſummariè &c.*

Dubitatur, an tunc cenſeatur remiſſus ordo, & figura iudicij? Reſpondeo, quòd ſic. Rot. dictis deciſ.9. & 28. de reſcript. in nou. & deciſ.82. aliàs 788. & deciſ.23. aliàs 733. eod. in antiq. Alex. conſ. 84. nume.7. lib. 1. Maran. in ſuo Spec. par.4. diſt.9. ſub num.5. & Staph. de lit. iuſt. cap.1. nu.5. fol. mihi 270. Grauat. in annot. ad pract. Veſtr. lib.3. cap.2. nu. 21. in fine. & non habet difficultatem.

47 † Tertio, eodem commiſſionis themate retento, ſi ſignatura reſcripſerit. *Audiat, vt petitur*: nunquid cenſebitur remiſſus ordo iudicij, & cauſa ſummariè commiſſa, vt in pręcedenti caſu? Reſpondeo: Maran. dicta diſt.9. nume.6. & 7. Veſtr. in ſua pract. dicto lib.3. cap.2. nu.6. & Caroc. in reg. Cum quid prohibetur. lib.6. par.1. limit.1. num.8. tradũt, requiri extenſionem, & propterea non cenſeri, ſummariè commiſſam: Caroc. tamen, quamuis dicat, requiri expreſſionem, loquitur in caſu diuerſo, de quo dixi infra ibi. *Minus obſtat &c.*

Contrariam opinionem, quòd cenſeatur remiſſus, latè aſtruit Grauat. in ſuis annot. ad pract. Veſtr. dicto cap.2. ſub num.18. vſque ad nu.22. & optimè videtur comprobari ex his, quæ tradunt Caſſad. deciſ.7. de reſcript. & Corn. conſ.48. nume.4. lib.3. & conſ.5. num.6. lib.2. quo loci ait, quòd, ſi fuerit reſcriptum: *Audiat ſummariè, vt petitur*, non cenſetur remiſſus ordo iudicij, quia illa verba *vt petitur* poſſunt referri ad illud proximum verbũ ſummariè. Secus, inquit, ſi ſimpliciter fuiſſet reſcriptũ. *Audiat, vt petitur*: quia tunc hæc verba *vt petitur* ſunt referenda ad omnia petita in commiſſione. Et ab hac opinione non recedo. Non obſtant Doctores, in contrarium allegati, quia Maran. fundat ſe in caſu Cornei, dicto conſ.5. lib.2. vbi reſcriptum fuerat, quòd procederetur ſummariè, prout petebatur. Et ſic decipitur, quia Corn. vt eſt videre loquitur in reſcripto diuerſæ ſpeciei.

Minus obſtat Caroc. quia loquitur de reſcripto. *Audiat, & iuſtitiam faciat*, cuius tenore nos quoque citra difficultatem firmauimus infra nu.49. cauſam non eſſe ſummariè commiſſam.

At quid dicemus de Veſtrio? Reſpondeo, ſecũdum Grauat. loco citato, vbi eum conatur declarare, loquitur, quando in commiſſione plura petũtur, quorum aliqua gratiam, aliqua vero iuſtitiam concernunt, quo caſu huiuſmodi reſcripto cenſentur conceſſa ea ſolum, quæ iuſtitiam concernunt, ſicuti bene aperit Lud. Gomeſ. in compend. vtriuſque ſignat. q. 16. verſ. eſt tamen vnum, fol. mihi 489. Verum hæc declaratio Grauatij, quemadmodum eſt enixa, ita eſt debilis: Lud. Gomeſ. enim vbi ſupra, quem Grauat. ad corroborationem huius declaratio-

claratìonis adducit,loquitur de verbo. *fiat* cuius na turam ait esse, vt gratia concessa intelligatur: quòd si in commissione fuerint mixtim petita aliqua gratiæ,& aliqua iustitiæ,ait,variari naturam, & intelligi concessa ea solum, quæ iustitiam respiciunt. Vestrius vero loquitur de verbo. *Audiat*. Quare sibi non aliter conuenit huiusmodi declaratio, quàm caluo pecten. Dico igitur Vestr. lapsum esse, quia Rot. decis.10. de rescript.in antiq.& decis. 28.eod. in nou. in quibus ipse se fundat, loquuntur de rescripto. *Audiat, & iustitiam faciat*, de quo dixi infra num.49.

48 † Quarto dubitatur de rescripto.*Audiat summariè, & prout petitur*? Respondeo ob illam copulā, *&*, censeri causam commissam summariè, vt possit cognosci sine ordine,& figura iudicij, vt in propria facti specie tenet Vestr.dicto cap.2.sub nume.6.Et certè hæc opinio cauillari non potest: Vnde pluribus non immoror.

49 †Quinto dubitatur de rescripto. *Audiat summariè,& iustitiam faciat*, siue sine illo verbo.*Summariè. Audiat, & iustitiam faciat*? Respondeo, causam non esse summariè commissam Rot. dicta decis.28.de rescript.in nou.Maran.dicta dist.9. nume. 5.Grauat.ad pract. Vestr.dicto cap.2.nu.18. & Caroc.dicta limit.1.nu.8.adde Staphil.de lit. iust. ca.1. sub num.3.fol.mihi 270.

50 † Vltimo loco moueo nouā difficultatē: nunquid hodie,si Princeps rescriberet.*Audiat summariè* cēseatur causa commissa summariè, & sine figura iudicij? & attentis ijs,quæ firmauimus superius, prçcipuè num.45.non est dubium, quòd non: Cæterū his temporibus, ex quo videntur de stylo sublatæ huiusmodi species causæ summariæ, maximè etiā hic in Vrbe vigore statutorum,de quibus dixi supra num.42.videtur dicendum,quòd,circunductis speciebus,nihil referat vno, vel altero modo rescribatur,dummodo summariè committatur.Et hæc sufficiant.

De multiplici specie Denunciationis,& nūquid iudicium in ciuilibus ab ea possit inchoari. Cap. LIIII.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio quotuplex sit.*
2 *Denunciatio, quæ tendit ad emendationem interesse ciuilis, quando locum habeat,& quis iudex adeundus sit.*
3 *Denunciatio, quæ tendit ad emendationem publicā, hoc est,ad punitionem, coram quo iudice fiat,& in quibus casibus habeat locum, & quæ dicatur iudicialis publica, quæ canonica, & hæc quando dicatur publica,seu popularis,& quando priuata.*
4 *Denunciationis Euangelicæ natura quæ sit, & quomodo instituatur.*
5 *Denunciatio Euangelica quomodo differat à Canonica.*
6 *Denunciatio Euangelica nunquid possit intentari aduersus sententiā,quæ transiisset in rem iudicatā.*
7 *Notoriè constare de iniustitia sententiæ quando dicatur.*
8 *Petitio qualiter sit formanda in denunciatione Euangelica.*
9 *Denunciatio Euangelica an possit esse initium substantiale iudicij.*

1 DENVNCIATIO† secundum Bal. in Auth. ad hæc. sub num.5. vers. *Secundo casu*.C. de vsur. est duplex. Euangelica scilicet, & Canonica, secundum Maran. in suo Spec. par.6. Rub. de Denunciatione nume.1. est triplex, quia his addit denunciationem iudicialem: secundum Bonicon.tract.de accusat. & inquisit. nume.7. in fine,& nume.20. & Ang. tract. de Malef. in verbo. Nec non ad denunciationem nume. 2. est quadruplex,quia adiungit denunciationem regularem. De quibus quatuor denunciationis speciebus scribunt Canonistæ in cap. si peccauerit, & in cap. nouit.de iud.& latè Soto. in libro de tegendo secreto, mem.2.q.5.in principio. Nos, vt harum denunciationum naturam facilè, & paucis declaremus, dicimus, Denunciationem esse duplicem:alteram,quæ respicit præparatoria, seu primordialia iudicij, & de hac dixi supra cap.30.num.1.Alteram verò,quç respicit initium substantiale processus, seu iudicij: de hac sum modo verba facturus.

Hæc igitur denunciatio, quæ respicit initium iudicij,est duplex, altera, quæ intentatur inter regulares religiosos, diciturque regularis, & proceditur in ea de plano,& sine vlla certa regula, quia proceditur secundum instituta cuiusque regulæ,vt tradūt Bonicon. vbi supra nume.20. & Abb. in cap. nouit. nume.61.de iudic. & hanc, quia non respicit scopū nostri operis,omitto:altera,quç intentatur inter personas laicas, & de hac prçsertim verba faciam.

2 †Hæc denunciatio,quæ respicit initium substantiale processus inter personas laicas,est duplex: Altera, quæ tendit ad emendationem interesse ciuilis: altera,quæ tendit ad emendationem publicam,hoc est, punitionem: Ago de vtraque, & primo de ea, quæ tendit ad emēdationem interesse ciuilis. Scias ergo, quòd hæc denunciatio habet locum, quando deficit remedium proprium, seu directum ad tradita per Bar.in Extrauag.ad reprimendum,in verbo. denunciationem nu.9.& Bal.in dicta Auth.ad hçc, sub num. 5. Proprium autem remedium solet deficere ex duplici capite, vel ob solam impotētiam denunciantium, qui aut non valent sumptus litis facere, aut aduersariorum potentia terrentur, aut vtroque impedimento detinentur, & tūc distinguo. Vel huiusmodi personæ sunt Ecclesiasticæ, vel laicç, si ecclesiasticç, nulli dubium, quòd est adeundus iudex ecclesiasticus,& similiter,si ageretur de re ecclesiastica, seu spirituali,aut spiritualitati annexa. iuxta ea,quæ docui supra cap.11. nu.14. Si verò sint personç laicç, tunc vterque iudex erit competens, sæcularis scilicet, & Ecclesiasticus: exempli gratia, quando

quando humiles opprimerentur, quo caſu eorum paupertas eſt ſibi impedimento, ne poſſint ordinarium remedium, ſeu inquam iudicium experiri. Itē, quando ſeruus eſſet oppreſſus à Domino, quo caſu ſeruitus ipſa repellit eum à limine actionis, & alia ſimilia, vt per Bar. in dicto verbo. Denunciationem num. 4. Quare, ſiue defectus deſcendat ex facto, vtputa ex paupertate, ſiue ex facto, & iure, vtputa ex ſeruitute, & iure, quod ſeruituti reſiſtit, vterque iudex erit competens inter perſonas laicas, & huiuſmodi denunciatio appellatur Iudicialis priuata, vt tradit Maran. dicta Rub. de Denunciatione nume. 3. & de hac egi infra cap. 68. nume. 9. Et hæc de primo membro diſtinctionis, quando ſcilicet remediū directum deficit ob impotentiam Denunciantium: Vel, & eſt ſecundum membrum, deficit: quia iura deficiunt, aut iuſdicentes iuſtitiam deſunt miniſtrare, & per temporalem ſuperiorem corrigi non poſſunt, vt dicit Bal. vbi ſupra ſub num. 5. Deficiunt iura, quando ſunt latæ tres ſententiæ conformes, quo caſu ei, qui ſuccubuit, iura amplius non ſubueniunt. Item quando adeſt ſola obligatio naturalis, quo caſu deeſt etiam remedium iuris, vt tradunt Bar. in dicto verbo, Denunciationem nume. 9. & Bal. dicta Auth. ad hæc, ſub num. 6. Deſunt miniſtrare iuſtitiam iudices ſæculares, qui à ſuperiore temporali non corriguntur diuerſis modis, vtputa, quia nolūt iura partis audire, ſeu aliter faciunt notoriam iniuſtitiam, quibus caſibus poteſt adiri iudex eccleſiaſticus, tanquam competens, & delegatus priuatiuè ſuper his grauaminibus ratione euitandi peccati, & aditur via Denunciationis, quę dicitur Euangelica, cuius naturam inferius explicabo. Inſurgit tamē circa hanc diſtinctionem vna difficultas: Cur in primo membro diſtinctionis, quando ſeruus eſt oppreſſus à Domino, valeat vterque iudex procedere, & non item quando quis eſt obligatus naturaliter tantum: Item, quando ſunt latæ tres ſententiæ conformes, cum non magis in caſu oppreſſi ſerui, quàm obligationis naturalis deficiat actio? & hæc de denunciatione, quę tendit ad emendationem in-
3 tereſſe ciuilis. † Reliquum modo eſt, vt agamus de ea, quæ tendit ad punitionem: ſciendum igitur eſt, quòd iſta vel intentatur in foro temporali, vel in foro Eccleſiaſtico: Si in temporali: tunc, vel proponitur, vt initium proceſſus de per ſe, & de hac dixi infra cap. ſequenti: vel proponitur, vt inſtrumentū, aperiens viam inquiſitioni, & modo procedendi ex officio, & dicitur denunciatio iudicialis publica, vt tradit Maran. in ſuo Spec. par. 6. Rub. de Denunciatione nume. 1. & 2. & de hac egi infra cap. 71. Si verò intentatur in foro eccleſiaſtico, tunc dicitur Canonica, quę habet locum in caſibus expreſſis in Canone, & habuit ortum à lege veteris teſtamenti ſecundum Innoc. quē refert, & ſequitur Bal. in Auth. Ad hæc, ſub num. 18. C. de vſur. Et hæc Canonica eſt duplex. Publica ſcilicet, ſeu Popularis, vt aiunt, & Priuata. Publica eſt illa, qua crimina, quæ de iure Canonico veniunt denuncianda, poſſunt à quolibet denunciari, vt per Bal. vbi ſupra. Et ſit exemplum, quando præpararetur contractus alicuius illicitū matrimonij, ſeu illicitè iam eſſet contractum. Quæ autem ſint impedimenta matrimonij notantur his verſibus.

Error, conditio, votū, cognatio, crimen, honeſtas,
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſis affinis, ſi fortè coire nequibis:
Hæc ſocianda vetant connubia, iuncta retractāt.

De quibus ſingulis impedimentis iuxta ſeriem horum verſuum legite Papien. in pract. in form. libel. quo vxor ag. ad dot. in glo. Matrimonium ſub num. 4. & ſeqq. fol. mihi 535. & de hac denunciatione ad impedienda matrimonia loquitur tex. in cap. ad diſſoluendum. de ſponſal. impub.

Priuata eſt illa, quæ ſpectat ad Canonicos, qui denunciant malum Prælatum, ſeu Adminiſtratorem, Bal. loco citato, & de hac loquuntur textus in cap. 1. de offic. cuſto. & in cap. licet Hely. de Simon. Et ex his habes quæ dicatur Denunciatio regularis, quæ iudicialis, quæ Euangelica, & quæ Canonica. Habes etiam modos, quibus proponi ſolent, & coram quibus iudicibus.

Et licet nos nec de regulari, nec de Canonica, nec de Euangelica ſimus acturi, ſicuti hoc ſatis indi-
4 cant operis Epitome, & inſcriptio. † Tamen libet nonnulla ſummatim de Denunciatione Euangelica ad vſum fori Eccleſiaſtici recenſere. Sciendum igitur eſt, quòd, quemadmodum inſcriptio præcedit de iure accuſationem, vt dixi ſupra cap. 8. ſub num. 13. & cap. 51. num. 17. Ita quoque charitatiua monitio præcedit Denunciationem Euangelicam, cap. qualiter, & quando, il 2. de accuſat. Denunciatio namque Euangelica eſt notificatio, quæ fit corā iudice Eccleſiaſtico ad correctionē peccatoris, ſeruata forma, tradita in Euangelio, à quo Denunciatio nomē ſumpſit, vt tradit Abb. in cap. nouit. num. 47. de iudic. forma autem, tradita in Euangelio, eſt, vt ſi peccauerit in te frater tuus, corripias eum primo inter te, & ipſum, & hæc erit prima monitio, & ſi non reſipuerit à peccato, rurſus debet moneri cū præſentia vnius, aut duorum teſtium, & hæc erit ſecunda. quibus duabus charitatiuis præmonitionibus adhibitis, ſi adhuc is perſeueret in peccato, erit denunciandus Eccleſiæ, ideſt, iudici Eccleſiaſtico. Math. cap. 18. Luc. 17. cap. ſi peccauerit. 2. q. 1. dicto cap. nouit. de iudic. & ibi Doct. item Bar. in dicta Extrauag. Ad reprimendum, in verbo. Denunciationem num. 5. Bal. dicta Auth. ad hęc. ſub num. 5. Bonicon. tract. de inquiſit. & accuſat. num. 8. Maran. in ſuo Spec. dicta Rub. de Denunciatione nu. 4. Nauar. in ſuo Manuali cap. 24. de correct. frater. num. 13. 14. & 15. Et hæc denunciatio in foro Eccleſiaſtico erit initium ſubſtantiale proceſſus, in qua Denuncians narrabit, præceſſiſſe binam monitionem, ſicuti docent Bar. & Bal. vbi ſupra. & Abb. dicto cap. nouit num. 44. aliàs denunciatio non procederet argumento textus in dicto c. qualiter, & quando, de accuſat. & tradunt Spec. tit. de Denunc. §. 2. verſ. Item opponitur, & alij, quos refert, & ſequitur Maran. vbi ſupra num. 5. Vnde nota in practica tu, Cauſidice, qui exceptione trium conformium ſententiarum aduerſus te latarum remanes omni iuris ciuilis auxilio deſtitutus, vt recurras ad hanc Euangelicam Denunciationem, exponendam coram iudicę

dice Eccleſiaſtico, qui pro correctione peccati iniũget pœnitentiam, quam pœnitentiatus tenetur adimplere, & adimplere non poteſt, niſi ſequatur reſtitutio rei, & plena ſatisfactio, & ſic per indirectum condemnabit ad ſatisfactionem, vt tradit Bal. ſub dicto num. 5. in fine, quem refert, & ſequitur Felyn. dicto cap. nouit, & vtrumque Maran. in ſuo Spec. par. 6. diſt. 11. num. 12. Et vbi hanc pœnitentiam cũ reſtitutione, vt dixi, renuat adimplere, Eccleſia poterit eum excommunicare, ac aliam Eccleſiæ cenſuram exercere, eumque reputare pro Ethnico, & publicano, ſicuti docet Abb. dicto cap. nouit. num. 46. Etenim vulnera, quę fomenta non ſentiunt, ferro tandem abſcindenda ſunt. cap. in Canonibus 16. q. 1. & ouium morbis leuia primum adhibẽda ſunt fomenta, poſt vbi morbi grauitas ita poſtulet, ad acriora, & grauiora remedia deſcendere oportet, ſicuti præcipit Sacr. concil. Triden. ſeſſ. 13. de refor-
5 mat. cap. 1. † Quare nota differentiam inter Denũciationem Euangelicam, & Canonicam: Euangelica tendit ad infligendam pœnitentiam, Canonica verò pœnam: Vide Bonicon. vbi ſupra num. 8. 11. in fine, & 12.

6 † At quid dicendum, ſi quis eſſet tutus exceptione rei iudicatæ, nimirum ſententiæ, quæ tranſiuiſſet in rem iudicatam: nunquid aduerſus ipſum poſſet intentari remedium huius denunciationis? Reſpondeo: Bar. in dicta Extra. g. Ad reprimendum in verbo. Denunciationem, nu. 15. tenet, quòd
* non, & hanc eſſe cõmunem * ſententiam teſtatur, & ſequitur Boſſ. tract. crim. tit. De via facti, & Denunc. Euang. contra ſenten. nu. 2. Contrariam opinionem refert, & ſequitur Maran. dicta diſt. 11. nu. 12. Quid dicendum? Reſpondeo, hanc vltimã opi-
* nionem eſſe communem, * quia theorica non controuerſa eſt, vt denunciatio Euangelica habeat locum, vbi exiſtens peccatũ remedio iuris ciuilis tolli non poteſt iuxta ea, quæ firmaui ſupra ſub nume. 4. verſus finem, Bene verũ eſt, quòd tam in caſu trium conformium ſententiarum, quàm vnius, quæ tranſierit in iudicatum, Denuncians debet etiam in foro Eccleſiaſtico ſuccumbere, niſi manifeſtè docuerit de notoria iniuſtitia ſententiarum, ſeu inquã ſententiæ, vt concordando opiniones bene diſtinguit Abb. in dicto cap. nouit. num. 20. de iudic. quem ſequitur Foller. in addit. ad Spec. Marantæ vbi ſupra: & propterea non vidi, huiuſmodi denunciationem
7 his caſibus practicari. † Dicetur notoriè cõſtare de iniuſtitia ſententiæ, quando victor faſſus eſſet, ſententiam, pro ſe latam, eſſe iniuſtam, ſicuti exemplificat Abbas loco citato: Immo Bar. videtur non poſſe allegari in contrarium, quia ait, quòd iudex eccleſiaſticus non poſſet cognoſcere per ſententiam, quod dictum eſt verum, quia poteſt ſolum per indirectum, vt dixi ſupra ſub num. 4.

8 † Et ſi uis ſcire, quomodo petitio in hac denũciatione ſit formanda, vide Bar. vbi ſupra, Bal. dicta Auth. Ad hæc, ſub num. 17. C. de vſur. & Abb. dicto cap. nouit, nume. 44. & 52. de iudic. & hæc ſufficiant: reliqua, occurrẽtia circa præfatas ſpecies denunciationis, Vide apud Abb. loco citato.

Occurrit modo difficultas: Diximus ſupra, etiã iudicem laicum poſſe procedere via denunciatio-
9 nis iudicialis priuatæ: † nunc quæritur: An hæc denunciatio poſſit eſſe in tium ſubſtantiale iudicij? Reſpondeo: prima facie videtur dicendum, quòd ſic, quia clari iuris eſt iudicium poſſe inſtitui à denũciatione, vt habetur in cap. licet Hely. de Simon. & in cap. qualiter, & quando il 2. circa fin. de accuſat. traduntque Bal. dicta Auth. Ad hæc num. 5. in fine. Bonicont. dicto tract. de accuſat. & inquiſit. ſub nume. 13. Gand. tract. de malef. Rub. quomodo de malef. cognoſc. per denunc. nume. 1. & 2. Papien. in pract. in form. Inquiſitionis ſub num. 38. Vital. tract. de malef. Rubr. Quot modis ſuper malef. proced. num. 1. Ang. tract. eodem. in verbo. Nec non ad denunciationem. præſertim nume. 21. Maran. in ſuo Spec. par. 6. Rub. de denunciatione nu. 1. cum ſeq. Boſſ. tract. crim. eod. tit. num. 2. & 3. & ita commu-
* niter * omnes, vt per eundem nume. 1. in fine. Contrarium eſt verum in foro temporali, & in cauſis ciuilibus, quia in his denunciatio eſt ſolum præparatorium Inquiſitioni, ſeu inquam modo procedendi ex officio, vt dixi infra cap. 68. nume. 9. Et ita procedat, quod dicit Abb. in dicto cap. nouit, ſub num. 48. & 55. de iudic. Non obſtant adducta in contrarium, quia loquuntur in criminalibus, vel de denunciatione euangelica, quę reſpicit forum Eccleſiaſticum, vt loquitur Bal. loco allegato.

De Denunciatione, quæ eſt initium ſubſtantiale proceſſus criminalis, & ſeparata ab Inquiſitione. Cap. LV.

SVMMARIVM.

1 *Modus procedendi per denunciationem an detur de per ſe, & ſit modus initiandi iudicium.*
2 *Monitio charitatiua an debeat præcedere denunciationem in foro ſæculari.*
3 *Iudex an poſſit eligere modum procedendi ſuper denunciatione.*
4 *Denunciatio aſſimilatur accuſationi, & an modus procedendi per denũciationem differat à modo procedendi per accuſationem.*
5 *Modus procedendi via denunciationis, prout eſt modus ſeparatus ab inquiſitione, & de per ſe, non ſeruatur de conſuetudine.*

1 NE vna † cum Doctoribus confuſè loqui videamur diſtinguo in primis de foro: Aut loquimur in foro Eccleſiaſtico: aut in foro ſæculari. Si in Eccleſiaſtico: aperti iuris eſt, dari triplicem modũ procedendi: videlicet, per accuſationem, quam pręcedere debet ſubſcriptio: per denunciationem, quam præcedere debet charitatiua monitio, & per inquiſitionem, quam debet præcedere diffamatio, vt dicunt tex. in c. qualiter, & quando il 2, de accuſat. & in cap. licet Hely. de Simon. & hæc

hæc eſt veritas, quicquid oſcitãter dixerit Clar. lib. 5.recept.ſent.qõ.7. in princ. dum ait contra Boſſ.ꝙ re vera iſte modus procedendi per denũciationem non eſt modus ſeparatus ab inquiſitione, quia nihil aliud facit, preterquam quòd ſuccedit loco diffamationis, niſi, ſaluando eum; dicas, quòd denunciatio in foro temporali, nõ poteſt fieri ab alio, quàm à publicis officialibus deputatis, vt dixi hic infra quo casu denunciatio concurrit ſemper cum inquiſitione iuxta ea, quæ dixi infra nu. 3. verſus fin. Si verò loquimur in foro ſæculari; & tunc rurſus diſtinguo: Aut loquimur de iure, aut de conſuetudine: Si de iure, res magnam videtur pati difficultatem. Nam Gãd.tract.de Malef.Rub.quom.de malef. cognoſ. per denunc.ſub num.2.ait, de iſto modo cognoſcendi de maleficio nobis non ſic eſſe traditum de iure ciuili, vt de iure Canonico: & apertius Bar.in extrauag. Ad reprimendum, in verbo. denunciationem, in princip.vbi ait, de iure antiquo non admitti denũciationem, niſi per officialem: de iure autem Canonico admitti, præcedente charitatiua monitione, & apertiſſimè Papien.in pract.in form.inquiſ. ſub nu. 38. vbi ait, de iure ciuili admitti ad denunciandum ſolos officiales deputatos, ſuper quorum denunciatione ait formandam eſſe inquiſitionem: Sed de iure canonico ait, poſſe procedi dupliciter, vt ibi per eum, & Auguſ.ad Ang.tract.de malef.in verbo.nec non ad denunciationem, ſub num.3. vbi, ſequendo Ang.ait, quòd non deputati à publico non admittũtur ad denunciandum. Et ſic videtur dicendũ, hunc procedendi modum per denunciationem de per ſe non dari, vti initium ſubſtantiale proceſſus criminalis; ſed ſolum, prout aperit viam iudici, & ita ſanè loquuntur omnes textus iuris ciuilis, qui allegantur, quales ſunt l.Diuus Adrianus.ff. de cuſtod. & exhibit.reorum. & l.ea quidem.C.de accuſat.cum ſimil. & glo.Bernardi, in verbo. ordinatè. & glo.Hoſtien. in verbo. Sed agendum eſt, vtraque in cap. cum ex iniuncto.de hæret.& plures alij Doctores, qui tradunt, poſſe procedi via denunciationis, loquuntur in foro eccleſiaſtico, quia allegant illa duo iura textus Canonici: Alij verò, qui allegant textus iuris ciuilis, loquuntur de denunciatione officialium, quæ aperit ſolum viam iudici, & non eſt modus procedendi de per ſe. Cæterum ſum in contraria ſententia, quòd etiam in foro ſæculari detur iſte modus procedendi de per ſe, vti initium ſubſtantiale proceſſus: Et moueor duabus, aut tribus præcipuis rationibus: & prima, quia extrauagans: Ad reprimẽdum. introduxit, vt in crimine læſæ maieſtatis poſſet procedi via denunciationis, faciendę à quolibet, vt tradit Bar.in ea num. 1. quem refert, & ſequitur Abb.in cap.nouit.ſub num.48. de iudic. Sed hodie etiam in alijs delictis proceditur ſummariè, de plano &c. & ad inſtar modi traditi in dicta extrauag. Ad reprimendum, quia ſeruantur ſolum iura gentium, & naturalia, iuxta ea, quæ dixi ſupra cap. 51. num.30. Secunda, quia Bar. & alij quos retuli infra num.3.aiunt, Iudicem poſſe eligere quem vult modum procedendi ſuper denunciatione: ergo apertè innuunt, ꝙ datᷣ etiam modus procedẽdi ſuper ea de per ſe. Tertia, quia textus in l.ab accuſatore. §.nunciatores.ff.ad S.C.Turpil.loquitᷣ generaliter de omnibus denunciationibus, & ſic nõ videtur reſtringi ad eos denunciatores, qui ſolũ aperiunt viã iudici, prout loquuntᷣ textus in dicta l.Diuus Adrianus, & in l.ea quidem, ſuperius allegati. Et ꝙ detur iſte modus procedendi de per ſe tradit Bal.in d.l. ea quidẽ ſub nu.48.ibi. *iuxta hoc quæro*.C.de accuſ.Et ꝙ hęc

* ſit communis* opinio teſtatur Boſſ. tract. crim. titu. de Denunciatione, nu.1.in fine. Si loquamur de cõſuetudine, vide quæ dixi infra num.5.

2 † At poſtquam de iure datur iſte duplex modus procedendi ſuper denũciatione etiam in foro ſæculari. Quæro de duobus: Et primo: nunquid in foro ſæculari charitatiua monitio debeat pręcedere denunciationem, ſicuti in foro eccleſiaſtico? Reſpondeo, ꝙ non: & moueor, quia in denunciatione iudiciali publica, de qua obiter locutus ſum ſupra cap.p̃cedenti, ſub nu.3.& ſerio infra c. 71. non requiritur monitio, teſte Abb.dicto cap.nouit, nu.48. de iudic. & hoc videtᷣ voluiſſe dicere Gãd.dicta Rub.quom. de malef.cognoſ.per denunc. ſub nu.2. & ita ſeruatᷣ in practica, quia ſyndici, & alij officiales denunciantes iuxta textum in dicta l.Diuus Adrianus.ff. de cuſtod.& exhibit.reor.& in l.ea quidem.C. de accuſa. non p̃mittunt vllã monitionẽ, & quamuis textus allegati loquanᷣ de denunciatione criminum notoriorũ, quod ponderat Abb. vbi ſupra, tñ idem credo, etiamſi delicta denuncianda non forent notoria, & ita, vt dixi practicatur vbique. Si igitᷣ in denunciatione iudiciali non requiritᷣ monitio, etiamſi eſſet priuata, teſte eodẽ Abb.eodem loco. ergo neque requiritur in iſta, q̃ eſt modus procedendi de per ſe, & ſpecies denunciationis iudicialis: ſiquidẽ non poteſt aſſignari diuerſa ratio: Immo militat eadem, quia in foro ſæculari nunquam agitur charitatiuè, ſeu bono zelo: vnde in denunciatione criminis læſæ maieſtatis non dicitur, quòd debeat eſſe præmiſſa monitio: & tamen denunciatio in illo crimine poteſt eſſe initiũ ſubſtantiale iuxta ea, quæ dixi ſupra ſub nu.1.

3 † Quæro ſecundo: nunquid iudex, cui delictum denunciatur, habeat facultatem eligendi modum procedendi? Reſpondeo, quòd ſic ſecundum Bar. in dicta l.Diuus Adrianus, num. 10. ff. de cuſtod. & exhib.reor. Salyc.in dicta l.ea quidem, verſ. Decimotertio quæro.C.de accuſat.& Ang.tract.de malef.in verbo. Nec non ad denunciationem nume.6. & 21.vbi tradit cautelam iudici, vt ſuper denunciatione, facta ab officiali, non procedat per viam denunciæ, ſed per viam inquiſitionis, quia poterit dictum officialem denunciantem examinare vti teſtem, qui faciet indicium ad inquirẽdum, vt dixi infra cap.71.nu.3.in fine. ſecus autẽ ſi ſuper ea procederet via denunciæ, quia tunc denuncians aſſimilatur accuſatori, vt dicit Boſſ.tract.crim.tit.de denunciatione, ſub nu.2.vnde tenetur ad inſtar accuſatoris probare denunciã, eique aſſiſtere, vt iuxta tex.in dicta l.ea quidem, tradunt Gand. vbi ſupra. Bar.in ſępe citata l.Diuus.nu.9. Vital.tract.de malef.Rub. de Denunciatione, & notificat.nu.2.Ang.vbi ſupra nu.20.Clar.lib.5.recept.ſent.q.7.verſ.Quęro nũc q̃ ſit forma, & Crauet.cõſ.6. ſub nu.76. & vbi eã non probet punitur, vt dicunt Bar. & alij Doct. ſuperius allega-

allegati: punietur autem extraordinariè,& in expẽſis,vt per Papien.in ſua pract. in forma inquiſit.ſub num.38.& Franc.Caſon.in ſingul.quæſt.crim. q.7. num.17.poterunt etiam contra eum opponi omnes illæ exceptiones,quæ poſſent opponi contra accuſatorem,vt tradunt Bar.in dicta l.Diuus,num.10.Papien.ſub dicto num.38. Si igitur aſſimilatur accuſatori,nõ poterit recipi vti teſtis, per ea,quæ tradit in terminis Boſſ.dicto tit.de Denunciatione,ſub nu.2.

Cæterum ego ſum in cõtrario voto,quòd iudex careat huiuſmodi electione, deceptosque exiſtimo Bar.& eius ſequaces,contrarium aſſerentes,& moueor, quia non debet eſſe in poteſtate iudicis transformare teſtem in Accuſatorem, & è contra accuſatorem in teſtem. Etenim ſi hoc admitteretur,admitteretur quoque, quòd iudex poſſet officialẽ publicum,denunciantem ratione officij, inuitum obligare,veluti accuſatorem ad probandam denunciã, & in caſu ſuccumbentiæ ad ſubeundam pęnam calumniatoris; & è conuerſo accuſatorem liberare à calumnia,eumque ſumere,vti teſtem, quod eſt abſurdum. Totum igitur hoc dependet ex qualitate eorum, qui denunciant, & non ex arbitrio iudicis: Aut enim, qui denunciat eſt perſona conſtituta ad denunciandum,ſicuti ſunt ſyndici villarum, & tunc iudex debet illam perſonam ſumere, vti teſtem, & procedere ſuper denuncia via inquiſitionis ex officio,vt bene tradit Boſſ.vbi ſupra, quod ex eo etiam clarè colligitur,quòd ſyndicus, denuncians non cogitur aſſiſtere denunciationi.Gand.dicta Rub.quomod.de malef.cognoſc.per denunc.num.2. Franc. Caſon.vbi ſupra num.2.& Clar.vbi ſupra. vnde licet non probet denunciationem, tamen non punitur de præſumpta calumnia per ea, quæ tradunt Ang.tract.de malef.in verbo. nec non ad denunciationem num.20.& ibidem Auguſt.ad eum,& Clar. dicta q.7. verſ. ſed nunquid, & ſic.ll. Diuus Adrianus,ff.de cuſto.& exhib.reor.& ea quidem.C.de accuſat.& ſimiles,punientes officiales, quorum denũciationes non probabantur, loquuntur quando ſciẽter, falsò,& calumnioſè deferunt, & ſi aliter loquerentur,non ſeruantur;colligitur etiam ex eo,ꝙ contra eum non poſſunt opponi exceptiones, quæ poſſunt opponi contra accuſatorẽ, vt bene contra Bar. tradit Ang. dicto verbo. nec non ad denunciationem,num.6. quicquid vna cum Bar. firmet ibidem Auguſt.ad eum in fine. Nec obſtat,quòd cõtra ſyndicum poſſit opponi exceptio inimicitiæ,quia eſt exceptio potens,& vniuerſalis,quæ poteſt opponi etiã contra iudicem, contra teſtem, & contra omnem perſonam,& in omni cauſa,etiã hæreſis: vnde non valet conſequentia: exceptio inimicitiæ poteſt opponi contra accuſatorem,& contra denũciatorem: ergo omnis exceptio, quæ poteſt obijci aduerſus accuſatorem, poteſt obijci contra Denũciatorem, quia ex particularibus non infertur,vulg. iur. & attenta hac ſpecie Denunciationis, quæ fit à publicis officialibus, bene dicit Clar.dicta quæſt.7. in princ. quòd re vera iſte modus procedendi per denunciationem non eſt ſeparatus ab inquiſitione: Aut denuncians eſt perſona priuata, quæ motu proprio, voluntariè, & nulla officij proprij neceſſitate coactus denunciat,& tunc iudex debet talem denunciatorem ſuſcipere,vti accuſatorem, & non vt teſtem, per ea, quæ dixi infra cap. 73. ſub num.2.

Quæro tertio, de qua ſpecie harum denunciationum ſit hic ſermo? Reſpondeo,de ea,quæ fit à priuata perſona motu proprio, quia agimus nunc de modis procedendi ad inſtantiam partis: de ea vero quæ fit à ſyndicis, quia aperit viam inquiſitioni ex officio,egimus infra dicto cap.71.

4 † Quarto: diximus ſupra ſub nu.3. ꝙ Denunciator aſſimilatur Accuſatori,& per conſequẽs; arguẽdo à coniugatis (quod genus argumenti in iure eſt validum,argumento tex.in l.1.ff.ſi cert.pet.& procedit deſtructiuè,& conſtructiuè,vt tradit Ariſt.3.Topic.c.4.) debemus dicere,ꝙ denunciatio aſſimilatur accuſationi. Vnde quæro, nunquid inter hunc modũ procedendi per denunciationem, & modũ procedendi per accuſationem ſit aliqua differẽtia? Reſpondeo,aut loquimur de iure, aut de cõſuetudine: Si de iure, rurſus diſtinguo: aut de iure Canonico, aut de iure ciuili: Si de iure canonico,dico, differentiã præcipuam cõſiſtere in eo, quod accuſationem præcedit ſubſcriptio,vt dixi ſupra c.51.nu.17.denũciationem vero monitio,vt dixi ſupra nu.1. & hanc differentiã,& duas alias notat Frat. Mich. Salon.in comm.ad D.Thom.2.2.q.68.art.1. verſ. differunt. Si de iure ciuili,tunc poſſunt adduci opiniones. Nã ꝙ accuſare,& deferre idẽ ſit pluribus oſtendit Luc. de Penn.in Rub.de Delator. C.lib. 10. Neque obſtat,ꝙ de iure Canonico ſit tradita ſupradicta differentia, quia ideo à iure canonico non requiritur in denunciatione ſubſcriptio; quoniam requiritur bina monitio,quæ non requiritur de iure ciuili,vt dixi ſupra nu.2. Minus obſtat,ꝙ Ang.tract.de Malef. in verbo.Nec non ad denunciationem nu.12.& ibidẽ Auguſt.Maran.in ſuo Spec.par.6.Rubr.de denunciatione,nu.2.Boſſ.tract.crim.tit.eodem num.14.& Clar.dicta q.7.verſ.vlterius quæro,dicant,ꝙ denũciator non tenetur ſe ſubſcribere, quia reſpondeo, ꝙ horũ opinio procedit in denunciatione officialiũ, deputatorũ iuxta ea,quæ dixi ſupra.Contraria opinio,ꝙ differant,videtur probari ex eo,ꝙ iſte modus procedendi per denunciationem videtur minus ſolemnis; argumento textus in extrauag.Ad reprimẽdum,eorumve,q̃ ibi notantur: Traditur enim ibi,ꝙ in crimine lęſę maieſtatis poſſit procedi ſummariè, de plano &c.per accuſationem,& per denunciationẽ:& profectò,niſi remaneret aliqua differentia, illa extrauagãs ſuperfluitatẽ oleret, in quibus autem particulariter differant nõ ago,quia modo ſubijcio quid ſeruetur de conſuetudine,& hęc de iure: Si vero loquamur de conſuetudine, dico, nullã conſtitui differentiam inter modum procedendi per denunciationẽ,& modũ procedendi per accuſationẽ,quia iudex ſemꝑ procedit ſummariè, ac arbitrario quodãmodo,& ex officio iuxta ea,q̃ dixi ſup.c.51.n.30.

5 † Quinto quæro:nunquid iſte modus procedendi via denunciæ,prout eſt modus procedendi ſeparatus ab inquiſitione,& de per ſe,& pariter ea, quæ de ipſa diximus ſupra ſub nume.3.ibi. *Secus autem &c.* ſeruentur de conſuetudine? Reſpondeo, quòd non: Sicuti teſtantur etiam Aug. dicto verbo. Nec non

non ad denunciationem num.20.in princ. Clar. dicta q.7.verſ.Quæro nunc,& Frãc. Pegn. in comm. ad Direct. Eymer.par.3. comm.15. §.his peractis, qui alios allegant: vnde non eſt, quòd de ea pluribus agamus.

De Denunciatione, quę eſt initium ſubſtantiale proceſſus, & ſeparata ab inquiſitione in cauſis hæreſis. Cap. LVI.

SVMMARIVM.

1 *Modus procedendi per denunciationem in cauſis fidei datur de per ſe.*
2 *Monitiones charitatiuæ, an debeant præcedere denũciationem in delictis, quæ ſpectant ad forum eccleſiaſticum.*
3 *Monitiones an debeant præmitti in denunciatione criminis hæreſis.*
4 *Hæreticus an ſit neceſſariò denunciandus.*

1 IN cauſa hæreſis ob duplicem † rationẽ poteſt procedi via denunciæ ſeparatę ab Inquiſitione: prima, quia in delictis, quę ſpectant ad forum eccleſiaſticum, poteſt procedi per denunciationem iuxta textum in ca.qualiter, & quando,il ſecundo, de accuſat. & cap. licet Hely. de Simon. At delictum hæreſis priuatiuè ſpectat ad forum eccleſiaſticum. cap.vt inquiſitionis. §.prohibemus,de hæret.in 6.& tradũt Iaſ.& alij in l. magiſtratibus in fine.ff.de iuriſd.om.iud.Boſſ. tract.crim.tit. de hæret.num.13.& 35.& latè ſcripſi infra cap.63. ſub nu.7. Igitur &c. Secunda, quia in crimine læſæ maieſtatis poteſt procedi per denunciationem, ſeparatam ab inquiſitione,vt dixi ſupra ca. præcedenti,ſub nume.1.ibi. *Cæterum ſum &c.* Ergo cur non item in cauſa hæreſis, quæ dicitur læſæ maieſtatis diuinæ iuxta ea,quæ dixi infra cap.59.

2 † Hoc præmiſſo, inſurgunt aliquæ difficultates. Et prima: nunquid in delictis, quæ ſpectant ad forum eccleſiaſticum, debeant præmitti illæ charitatiuæ monitiones,de quibus dixi ſupra cap.54.ſub nu. 4.? Reſpondeo, quòd ſic argumento dictorum iurium in cap.qualiter,& quando, & in cap. licet Hely. Etenim in omni denunciatione etiam iudiciali, quæ fit de peccatis ſpectantibus ad forum eccleſiaſticum,debent præmitti monitiones, vt tradit Abb. in ca.nouit,ſub nu.57.& 59. de iudic.Nec obſtat,ꝙ in denunciatione lęſæ maieſtatis nõ requiratur monitio,vt dixi c.præcedenti nu.2.in fi. quia dico,ꝙ attendimus in hoc crimine iura Canonica,ex quo cognitio illius ſpectat ad forum eccleſiaſticum. Ratio autẽ,cur in foro eccleſiaſtico ſint præmittendæ monitiones,& non in foro ſæculari,eſt: quia, quemadmodum prudens medicus temporalis curat ſanare ægrotum in primis abſque vlla mẽbri læſione: Vbi tamen id ſibi ex voto minime ſuccedere poſſit, lædit membrum,ſi ſanitatem eius læſione poſſit reddere iuxta illud: Ouidij.lib.1.Metamorph.

Sed immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

Et iuxta illud Ciceronis,Philip.8.

In corpore ſi quid eiuſmodi eſt, quod reliquo corpori noceat,vri,ac ſecari patimur, vt membrorum aliquod potius,quàm totum corpus intereat. Sic in Reipubl.corpore,vt totum ſaluum ſit,quicquid eſt peſtiferum amputetur.

Ita quoque facit iudex eccleſiaſticus,veluti ſpiritualis quidã medicus,vult,infirmi peccatoris cõſciẽtiam ſalubri fraternæ correctionis pharmaco ſanari,vbi autẽ huiuſmodi correctione non ſanetur;admittit,famam illius lædi per denunciationẽ, vt ſanetur,prout bene conſiderauit etiam Gundiſ.tract. de hæret.q.10.ſub nu.7.Cæterũ tu,qui fraternę correctionis zelo moueris ad monendum peccatorẽ, aduertas,vt tẽperatè hoc munus exerceas, quia, ſicut helleborũ quãuis efficax ſit Medici vetant dari ſenibus,pueris,& exilibus;ita & monitio ſic eſt tẽperanda,vt is,quẽ vis emendare,eã ferre poſſit: vnde nõ ſolũ eſt ſpectãdũ vitium,ſed etiã natura eius, cuius vitio ſtudes mederi,& vbi cognoſceres, monitione reddi deteriorẽ,ab illa debes abſtinere: nã, ſicut in Narnienſi agro ex imbre fit puluis, & ex ſiccitate lutũ; ita quidã admonitione deteriores redduntur.

3 † Secunda difficultas: nũquid hæ monitiones debeant p̄mitti in crimine hæreſis? Reſpõdeo: Aut loquimur de iure: Aut de cõſuetudine. Si de iure,res patit̃ difficultatẽ. Nã,aut hæreſis eſt occulta,aut notoria: Si occulta,videt̃ omnino dicendũ,ꝙ debeant p̄mitti per ea,q̃ in terminis adduxi ſupra dicto cap. 54.nu.4.& hic ſuperius, & ita tradit Gũdiſ. dicta q. 10.nu.6.Contrariã ſententiam, ꝙ non requirant̃ in denunciatione hæreſis, etiam occultę tenuerunt Alphõſ.à Caſtr.de iuſt.hæret.punit.lib.2.c.25.Sot.lib. de ratione tegendi ſecretũ mẽb.2. q.4. & alij, quos refert,& ſequit̃ Simãc.de Cath.inſtit.tit.19. nu. 10. Nec obſtant textus.18.Matthęi,& alij, quos deduxi ſub dicto nu.4.quia vt reſpondet Simanc.vbi ſupra nu.14.loquunt̃ illæ auctoritates de peccato, cõmiſſo in hominẽ,& nõ de peccato,cõmiſſo in Deũ, quod corrigens condonare non poteſt. Et hanc ſententiã ego ſequerer cum Simanc. omiſſis illis diſtinctionibus, quas refert, & ſequit̃ doctus vir Franc. Pegn.in comm.ad Direct.Eymer.par.2.cõm.18.ꝑ totum,quãuis eruditæ quidẽ,ac rationabiles ſint, vt per te ipſum poteris videre. Si vero eſt notoria, tũc ſimiliter grauis eſt quęſtio inter Doct.etenim Frãc. de Aretio,in c.nouit,de iudic.quẽ ibidẽ refert,& ſequitur Fely.ſub nu.14.ibi. *Dicit hic Dominus meus.* & Maran.in ſuo Spec.par.6. Rub. de denũciatione ſub nu.5.tenent,ꝙ adhuc requirantur. Contrariam ſententiã tenent D.Thom.1.2.q.33.arti.7. Archid. in c.ſi peccauerit.2.q.1.Gundiſ. loco proximè citato,& Nauar.ĩ ſuo Manual.c.24. de correctione frater.nu.14. declarãs illud ad hũc effectũ dici notoriũ, q̃d eſt notoriũ iure,vel euidẽtia facti,vel ſaltem fama,& hæc eſt cõis,* de qua teſtatur Fely.vbi ſupra, & cõfirmatur,tũ ex his, quę firmauimus in caſu magis dubitabili,videlicet, qñ eſt occulta,tum quia ea,

M 2 quæ

quæ publica sunt, non in occulto, sed publicè punienda veniunt iuxta illud Apostoli primo. ad Tim. 5. *Peccantem coram omnibus argue*: vbi exponunt peccantem publicum: Et hæc de iure: Si loquamur de consuetudine: nulli dubium est, quòd hæ monitiones non sunt vnquam in vsu; immo neque modus ipse procedendi per denũciationem, separatam ab inquisitione: Vnde denunciator non cogitur assistere denunciationi, quia solum aperit viam Inquisitori ad inquirendum, vt etiam tradit Pegn. ad Direct. Eymer. par. 3. comm. 15. §. his peractis. Et quidem iste modus videtur etiam non solũ ab ipsa consuetudine exclusus, sed etiã ab obligatione, qua quilibet Christianus tenetur sub pœna excommunicationis denunciare hæreticos, ac hæresis suspectos; Nam si denunciatio fit ex necessitate, denunciator sapit naturam testis, & non accusatoris, aperitque viam inquisitioni iuxta ea, quæ dixi cap. proximè præcedenti sub num. 3. vers. *Totum igitur &c.*

4 † Tertia, & vltima difficultas: nunquid hæreticus necessariò sit denunciandus? Respondeo: Aut hæresis est aliquo modo probabilis: puta per aliqua indicia, vel suspiciones, vel famam, & tunc est denunciandus sub pęna excommunicationis, vt docui infra cap. 70. num. 2. Aut est adeo occulta, vt nequeat probari: & tunc res patitur aliquam difficultatem. Nam videtur dicendum, quòd non per ea, quæ tradunt Ang. tract. de malefic. in verbo. Et hai tradito. vers. quod crimen. num. 21. & alij, quos referunt, & sequuntur Moder. in qq. crim. q. 51. nu. 29. lib. 2. & Thom. Triuis. decis. 51. nu. 3. lib. 2. qui volunt, quòd nemo teneatur reuelare id, quod probare non potest, hæcque sentẽtia satis suaderi videtur ex textu in cap. plerunque. 2. q. 7. *Plerunque boni viri propterea sufferunt aliorum peccata, & tacent: quia sæpe deseruntur à publicis documentis, quibus ea, quæ ipsi sciunt iudicibus probare non possunt.* Et quod mãdatum superioris de denunciandis hęreticis, non se extendit ad hæreticos omnino occultos: immo superior, qui mandaret, denũciari omnino occultum, peccaret, eique in hoc haud esset obediendum: vide Gundis. dicta q. 10. num. 7. 8. & 9. vbi ex hoc infert, quòd generales monitiones, quæ fiunt in ecclesijs à iudicibus ecclesiasticis, vt sciẽtes furta, vel alia delicta debeant illa reuelare sub pœna excommunicationis, intelliguntur respectu furtorum, quæ nõ sunt omnino occulta. Cæterum, quicquid dicat Gũdis. in crimine hæresis; hodie censeo, etiam occultos hęreticos esse denunciandos sub pœna excommunicationis, quia in hoc crimine non eduntur nomina testium, vt dicam, Deo fauente, in secundo libro, & propterea multò minus nomen denunciatoris. Item is non cogitur assistere, aut probare denunciã. Ergo quid est impedimento, quominus debeat denunciare? & ita sępe decisum fuisse testatur Zanch. tract. de hæret. cap. 3. quẽ refert, & sequitur Thom. Triuis. dicta decis. 51. nu. 6. & 7. Bene verum est, ꝙ si aliquo iusto timore quis retardaretur à denũciatione, esset dignus excusatione, vt tradit Franc. Peg. ad Direct. Eymer. par. 2. comm. 81. §. illis, & par. 3. comm. 78. §. At non videtur. & faciunt quę dixi infra cap. 70. sub nu. 2. Quæ autem tradit Gũdis. possent procedere in alijs delictis, & etiã in isto, si procederetur via denunciæ, prout est modus de per se, & separatus ab inquisitione.

De Monitorio, præcepto, seu mandato in causis ciuilibus. Cap. LVII.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium, præceptum, & mandatum sunt synonima.*
2 *Monitorium quid sit.*
3 *Sententia interlocutoria dicitur omnis vox iudicis, faciens ad causam.*
4 *Monitorium est multiplex, quoddam enim dicitur iustificatorium, quoddam &c. & quod sit iustificatorium, & quod &c.*
5 *Monitorium, uel est definitiuum, uel interlocutoriũ.*
6 *Monitorium impossibile est ipso iure nullum, & habetur pro non facto, sicuti conditio impossibilis, siue de iure, siue de facto dicitur ipso iure nulla.*
7 *Impossibile de iure, quod dicatur.*
8 *Impossibile de facto.*
9 *Præcepta, citationes &c. quæ continent euidentem iniustitiam, seu notorium errorem, possunt impunè sperni, quia non obligant ad comparendum.*
10 *Amplia, vt habeat locum etiamsi præcepta tenderet ad defensionem.*
11 *Monitorium emanatum sine causæ cognitione dicitur strangulatum, & est nullum.*
12 *Cognitio causæ vbi agitur de præiudicio partium est de substantia iudicij.*
13 *Captura, præceptum factum per iudicem ecclesiasticum iudici sæculari, absolutio à iuramento, missio in possessionem, & similia, si fiant sine cognitione causæ, sunt nulla.*
14 *Mandatum de immittendo in possessionem rei à nemine possessæ ex remedio l. fin. C. de edic. diu. Adr. tol. an ualeat sine cognitione causæ, & citatione partis.*
15 *Præceptum nudum dicitur nullum, etiamsi sit iustificatum.*
16 *Executio non potest esse initium iudicij, quare ab ea non est inchoandum, sed à præceptis iustificatis, licet exordium sumere, & hæc est practica, qua vtuntur boni iudices, præsertim ecclesiastici.*
17 *Monitorium cum clausula iustificatoria, an per comparitionem moniti resoluatur in vim simplicis citationis, & quæ sit praxis procedendi ad condemnationem moniti.*
18 *Monitorium super nunciatione noui operis non resoluitur per comparitionem moniti.*
19 *Monitorium an sit interlocutoriũ, vel diffinitiuum quomodo cognoscatur.*
20 *Monitus an teneatur expectare vltimam diem termini ad comparendum, & an teneatur citare actorem.*
21 *Monitorium negatum, an stet loco petitionis.*
22 *Monitorij forma quæ sit.*

Hæc

1 HAEC nomina: † Monitorium, Præceptum, & Mādatum sunt Synonima, idest multiuoca: quia sūt plura vocabula, quæ eodem modo vnam, eandemque rem significant, vt de protestatione, testatione, & denūciatione tradunt Ioan. And. in cap. in generali, nu. 4. de regu. iur. in 6. & Ias. in l. non solum. §. fin. sub nume. 12. & ibi communiter omnes. ff. de nou. oper. nunc. Cæterū: vnde hoc nomen, Monitoriū deriuetur, & quomodo differat à monitione, à præcepto, seu mandato; legito Mandos. tract. de monitor. q. 1. & 2. Ego sumo hæc omnia nomina pro eodem. His præmissis, venio ad descriptionem.

2 † Monitorium est decretum iudicis expresse imperatiuum. dico, *Decretum*, quia est nomen genericum, quod largè sumptum significat quicquid à iudice decernitur, tam interlocutoriè, quam diffinitiuè, tam per modum auctorizationis, quam consensus, vt abundanter declarant Bal. & Ias. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de off. procons. & Maran. in suo Spec. par. 6. in verbo. Et demum fertur sententia num. 29. fol. mihi 436. dixi *expresse imperatiuum*, & posui loco differentiæ, quia multa sunt decreta, quæ non sunt imperatiua, & multa quę nō expressè præcipiunt, de quibus vide per Bal. & Ias.
3 vbi supra: † omnis namque vox iudicis, faciens ad causam, dicitur sententia saltem interlocutoria, vt notatur in l. ex stipulatione. C. de senten. & interlocut. om. iud. & tradunt Bal. in l. arbitrio. ff. qui satisd. cog. Alex. in Rub. ff. de re iudic. & Maran. vbi supra num. 2. & 27. Et tamen, quando iudex loquitur, non semper præcipit: vsus etiam sum hoc adiectiuo *imperatiuum*, quia videtur aptum comprehendere, tam præceptum, quod consistit in faciendo, quam
4 in desistendo: & hæc breuiter. † Sciendum modo est, monitorium istud posse in nonnullas diuidi species. Quoddam enim monitorium, seu præceptum dicitur iustificatorium: quoddam non iustificatorium: quoddam cum causę cognitione, quoddam sine: quoddam possibile: quoddam impossibile: quoddam nudum: quoddam non nudum, sed vestitum.

Iustificatorium dicitur illud, quod continet hanc clausulam: *Quòd si te grauatum senseris, compareas tali die, iustitiæ complemētum recepturus:* quę clausula communiter dicitur iustificatoria, & huiusmodi monitorium est interlocutorium: quia per comparitionem moniti efficitur resolutiuum, vt dixi infra nu. 17. & 18. Non iustificatorium dicitur, quod est absolutum sine dicta clausula, & hoc erit, aut definitiuum, aut interlocutorium: Cum causæ cognitione dicitur, quando iudex cognitionem adhibuit, priusquam illud fecerit, & hoc similiter poterit esse diffinitiuum, vel interlocutorium: sine causæ cognitione dicitur, quando, ea non adhibita, emanauit, quod regulariter debet fieri, cum prædicta clausula iustificatoria, vt dixi infra sub num. 14. Possibile dicitur, quod possibilia continet, impossibile quod impossibilia: Et licet impossibilia sint in duplici differentia. Nam quædam dicuntur impossibilia de facto: quædam de iure, vt tradit Papien. in pract. in form. sentent. interlocut. super incompet. iud. in glo. prima. nume. 13. folio mihi 372. tamen ad effectum, de quo agimus, nihil refert; vtrū præceptum sit impossibile de facto, siue de iure, vt tradunt Vant. tract. null. Rub. de null. ex def. citat. num. 68. & Horat. Lut. Cons. 163. nu. 8. inter cons. crim. diuers. tom. primo. dicens, paria esse, quòd sit impossibile naturæ, vel iuris, & patet ex his, quę dixi infra sub num. 6.

Nudum dicitur, quod non continet causam, ob quam emanauerit: Non nudum, sed vestitum dicitur per oppositum: aliter tamen diuisit Mand. tract. de monit. quęst. 3. sed quia illa diuisio non seruit in-
5 stituto nostro, ideo consulto omitto. † His generaliter cognitis: rursus scire oportet; omne monitorium esse, vel definitiuum, vel interlocutorium: Itē vel fieri in principio, vel in medio, vel in fine iudicij: Item vel circa ea, in quibus agitur de interesse partium, vel circa ea, in quibus non agitur: Verum, quia nos modo progredimur per ea, à quibus inchoatur iudicium, & in quibus agitur de interesse partium: ideo hic agendum est solum de monitorio, quod est initium processus, & versatur circa iura, & interesse partium. De reliquis enim, quę fiūt causa cognita in medio, vel in fine iudicij, & quæ non respiciunt interesse alterius partis, agendum est alibi.

6 † De eo verò, quod continet impossibilia, nullibi veniet agendum, quia dicitur ipso iure nullum l. fin. ff. quæ sent. sine appel. rescind. & tradunt Papien. vbi supra, Neuiz. cons. 61. num. 3. & latè Horat. Lut. dicto cons. 163. nume. 7. & 8. Quare quæ impossibilia sunt siue de facto, siue de iure, habentur pro non factis, & non adiectis Abb. in cap. præterea nume. 4. & 5. de iur. patron. in cap. significasti, num. 2. & 3. de preben. & in cap. Sacrosancta, num. 2. cum seqq. de elect. Iacob. de Zocch. in cap. cum dilectus, de consuetud. qui tradunt, quòd conditio impossibilis, siue de iure, siue de facto, adiecta iuri patronatus, vel alteri dispositioni, habetur pro non adiecta, ad idem vide Rot. decis. vlt. de renunciat. in antiquior. & decis. diuers. 228. num. 3. par. prima. Afflict. decis. 338. num. 5. & 6. Crauet. cons. 15. nu. 5. lib. 1. & Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. casu. 89. nume. 8. Immo etiam clausula pœnalis possibilis, adiecta dispositioni impossibili reijcitur: quia, vt tradunt Rot. decis. 10. aliàs 868. nume. 1. & 2. de testam. in antiq. & Ioan. Dilect. de art. testan. tit. 6. de legat. caut. 47. quod de iure non tenet, nequit pęnæ vinculo alligari. Et ego dum essem Melitę habui semel in facto in causa fratrum ordinis Sancti Dominici in Ciuitate victoriosa: vbi in Ecclesia Sāctæ Mariæ de Annūciatione adest Capella Sanctæ Luciæ, cui relicta fuerant à N. Testatrice scuta Centum, quibus disposuerat emi vnum annuum cēsum quatuor vnciarum, easque dari alicui presbytero bene viso domino Antonio Tramōtanę, qui presbyter teneretur singulis quibusdam diebus vniuscuiusq; anni in ea capella missam celebrare: Orta fuit

lis inter dictos fratres, & Dominum Antoniũ Tramontanæ, quia is, testatricis dispositione fretus, ꝓtendebat habere ius eligendi presbyterum: Fratres vero se opponebant, deducẽdo priuilegia, concessa fratribus ordinis prędicatorum per Xistum IIII. & Leonem X. quibus quidem priuilegijs cauetur, quod in ecclesia dictorum fratrum alij religiosi celebrare non possint, quam fratres dicti ordinis, & præterquam in casu deuotionis, quo casu cessat prohibitio: his priuilegijs minimè derogatum est per Concil. Tridentinũ, & per consequens, nec per Bullam Pij Quarti, reuocatoriam Maris magni, aliorumque, indultorum prædictis fratribus concessorum: quia huiusmodi priuilegium nullatenus aduersatur sacro Concilio Tridentino: Et ita, me patrocinante, fuit iudicatum, quòd illa facultas eligendi, Domino Antonio Tramontanæ attributa, vti impossibilis de iure dictorum indultorum, haberetur pro non adiecta, & ad fratres spectaret onus celebrandi.

Quare, si hoc procedit in dispositione, facienda per particularem personam de rebus suis proprijs, quanto magis procedet in dispositione, faciẽda per iudicem qui est minister iuris circa alienas substantias?

7 † Impossibilia autem de iure dicuntur ea omnia, quæ sunt contra ius, vt tradit Par. de Put. tract. synd. in verbo. Præceptum cap. 2. sub num. 7.

8 † Impossibilia vero de facto dicuntur ea, quæ naturaliter fieri non possunt, vel difficulter, vt tradit Par. de Put. vbi supra sub num. 12. & faciunt, quę tradit de infirmo Bar. in l. quæsitum. ff. de re iud.

9 † Vnde huiusmodi præcepta, seu citationes, quæ continerent in se euidentem iniustitiam, seu notorium errorem, impunè sperni possunt, sicuti testatur Ias. in l. prima. §. is videtur nu. 2. in fine. ff. si quis ius dicen. non obtemper. & de citatione temeraria, & iniusta, quòd non arctet citatum ad comparẽdum extat celebris theorica Innocentij in cap. præterea col. penult. in principio, & finalibus verbis, quam refert, aliorũve auctoritatibus fortificat Vant. tract. nullit. Rubr. de nullit. ex def. citat. nu. 28. idem quoque tradit Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 48. nu. 10. Et generaliter, quòd iudici, aliquid contra iustitiam præcipiẽti, obediendum non sit, probat textus in cap. si quis præpostera. distinct. 50. & in cap. non enim. 11. q. 3. & tradit Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 32. nume. 105. Concludo igitur, quòd præcepta pœnalia non obligant ad obedientiam, quando sunt notoriè iniusta, & per consequens non possunt inducere contumaciam, seu mulctam.

10 † Amplia istam conclusionem, vt procedat etiam si præceptum tenderet ad defensionem, quia tunc licet regulariter sit timendum, siue sit iustum, siue iniustum, vt dicimus de Nũciatione noui operis: Item de inhibitione, quod sunt timendæ, siue sint iustę, siue iniustę, ex quo sunt ceu appellationes quædam iuxta ea, quæ scripsi supra cap. 30. nu. 23. & 24. & nu. 27. nihilominus si præceptum foret notoriè iniustum, adhuc posset impune sperni per ea, quæ dixi in locis proximè allegatis, & ita declarabis Ias. Moder. & alios Doctores.

11 † Hac eadem ratione agendum non est de monitorio nõ iustificatorio, facto sine causę cognitione, quod dicitur strangulatum secundũ Parid. de Put. dicto c. 2. nu. 4. quia est similiter nullum, vt tradunt Bal. in l. nec quicquam. §. vbi decretũ sub nu. 5. col. 3. ff. de off. procons. & ibidem Ias. sub nu. 4. 5. & 6. & in l. de pupillo. §. meminisse, vbi Doctores communiter. ff. de oper. nou. nunc. Affl. in constitutione pœnam nouẽ vnciarum, sub nu. 3. lib. 1. Zich. tract. de iur. sisten. & man. iniect. c. 1. sub nu. 4. Riminal. cons. 90. col. 3. vol. 1. Emil. cons. 108. Bertran. cons. 247. par. 2. & quod hæc sit magis * cõmunis testatur Ias. dicto §. vbi decretum, nu. 6.

12 † Causę enim cognitio, vbi agitur de præiudicio, & interesse partium, est de substantia iudicij, vt tradunt Dec. in l. is apud quẽ, nu. 34. & 35. ff. de eden. Mars. in pract. crim. §. nunc videndum nu. 34. & 42. vbi tradit, eam esse de iure diuino: & Vestr. in pract. lib. 3. c. 2. num. 7. vbi ait, citationem per Principem tolli non posse, non ex eo, ꝙ sit de iure naturæ, vt communiter * asserunt: sed ex eo ꝙ causæ notio, & discussio, quæ sine citatione esse non potest, est corpus, & substantia iudicij: Et iudex, qui aliquid præciperet sine clausula iustificatoria, & sine causæ cognitione in præiudiciũ alicui⁹, diceretur incipere ab executione, quod est prohibitum, vt dixi supra cap. 37. nu. .. Imò hęc conclusio, ꝙ vbi agitur de interesse partium, requiratur causæ cognitio, ampliatur etiam si de eo non agatur, quia adhuc requireretur respectu iudicis, vt tradũt Bar. in l. 3. §. si causa cognita. sub nu. 4. ff. de bonor. poss. & Iacob. de Nigr. in l. 1. nu. 38. C. qui admit. quos refert Asin. in pract. §. 7. c. 5. limitat. 88. nu. 8. & sequitur nu. 9. & 10. verum tũc non est necessaria citatio partis secũdum veriorem * opinionem.

13 † Quare decretum capturæ contra allegatum suspectum de fuga: Præceptum, factum iudici seculari per iudicem ecclesiasticũ: Absolutio à iuramento: Missio in possessionẽ, & multa alia, si fiãt sine causæ cognitione, sunt nulla; prout tradit Mars. dicto §. nunc videndũ à nu. 34. vsque ad nu. 46. inclusiuè: & ꝙ rescriptum, seu pręceptũ, committens executionem sine causæ cognitione sit nullum absque exceptionis obiectu tradit Bal. in l. 1. C. de collus. detegen. quem refert, & sequitur Paris. cons. 45. num. 3. lib. 4.

14 † Insurgit tamen ex prędictis difficultas circa mãdatũ de immittendo in possessionem rei, à nemine possessæ ex remedio l. fin. C. de edict. diui Adr. toll. nunquid in eo requiratur cognitio causæ respectu partiũ, hoc est, citatio, saltem generalis? Respõdeo, Doctores iuisse in contrarias sentẽtias. Nam Roffr. quem refert Bartolus in dicta l. 3. §. si causa sub num. 4. & sequitur Barbatia in Rubr. C. qui admitt. col. 45. tenuit quòd sic: eandemve opinionem amplexus est Papien. in pract. in form. libell. quo pet. hæred. ex testam. in glos. Quare cum prædicta nume. 2. folio mihi 886. vbi docet practicam. Contrariam sententiam tenuerunt Bar. vbi supra: & numero 7. & ibi additio ad eum, & alij, quos refert, & sequitur Asinius dicto §. 7. capit. 5. limitatione. 88. vbi poteris videre, quia copiosè, & ab hac opinione censeo, non esse recedendum propter rationes, & responsiones ad contraria, quæ afferuntur: sufficit enim cognitio respectu ipsius iudicis: vnde practica in Vrbe est, vt iudex qui concedit mandatum

datum

datum de immittendo in possessionem vigore dicti remedij, concedat illud cum clausula iustificatoria in hac forma. *Debeatis immisisse, induxisse, & imposuisse: quoniam, constito de testamento non abolito, non cancellato, nec in aliqua sui parte suspecto, ac de obitu Testatoris, & legitimatione personæ dicti hæredis, Dominus ita mandauit. Et si qui &c. ac etiam sine præiudicio cuiuscunque alterius legitimi possessoris*. Cuius clausulæ vigore iudex retinet causæ cognitionem penes se, cum alias sine huiusmodi clausula magnum posset parere præiudicium: firma igitur sit conclusio, quòd præceptum, emanans sine cognitione causæ respectu partium, idest parte adhuc non audita, debet esse iustificatorium, aliàs esset nullum.

Limita eam, vt non procedat, quando ei, cui fieret præceptum, nulla competeret defensio, seu periculum esset in mora, vel essemus in noui operis nũciatione post legitimam nunciationem, vel in casu, concernente publicam vtilitatem, quia sufficit causæ cognitio respectu iudicis tantum, & possunt fieri præcepta sine clausula iustificatoria, vt bene declarat Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 13. & obseru. 16. num. 12. cum seq.

15 † Eadem ratione agendum non venit de præcepto nudo, hoc est, sine expressione causæ, etiam si esset iustificatorium, quia dicitur nullum, Affl. decis. 294. nume. 7. & ibi Vrsill. in addit. nume. 5. Nimis digressi sumus ab instituto: Agendum ergo est de Monitorio iustificatorio cum expressione causę, quod fieri solet initio processus.

16 † Illudque in primis scire oportet, quòd licet ab executione, & per consequens à præcepto inchoare non liceat iuxta ea, quæ dixi supra cap. 37. num. 5. tamen communis * opinio est, quòd præcepta iustificatoria sint de iure valida, & ab eis possit initiari Ias. in dicta l. nec quicquam §. vbi decretum num. 6. ff. de off. procons. vbi ait etiam, quòd hac practica procedendi per monitoria iustificatoria vtuntur boni Iudices, maximè Ecclesiastici, & obseruatur quidẽ in Curia Romana, sicuti testatur Ioan. de Amic. cons. 6. num. 42. & refert Gail. dicto lib. 1. obseruat. 19. nume. 3. in fine: & etiam in terris Marchiæ, & Ducatus, vt tradit Bar. in l. 1. nume. 3. C. de execut. rei iudic. Et quòd hic modus procedendi per præcepta fuerit inuentus à Curia Romana ad breuiandas lites tradunt Ioan. de Amic. cons. 35. nume. 4. & cons. 153. nume. 3. vbi copiosè: Vestr. in pract. lib. 7. cap. 1. sub num. 3. & Mandos. tract. de Monit. q. 38. in fine. Eum tamen non laudat Alex. Stiat. in pract. cap. 11. num. 49. dicens, quòd est in causa, vt Procuratores reddantur expertes actionum competentium suis principalibus.

Verum aduerte, quòd in Curia Capitolina tam in ordinarijs, quàm in summarijs proceditur via petitionis ex dispositione statutorum Vrbis lib. 1. c. 59. & 89.

Credo nihilominus, quòd in summarijs liceat procedi etiam via monitorij, sicuti disponebant statuta antiqua lib. 5. cap. 2. Occurrunt modo circa hũc modum procedendi nonnullæ difficultates.

17 † Et prima: nunquid Monitorium cum clausula iustificatoria resoluatur per comparitionem in vim simplicis citationis? Respondeo: Alex. & Ias. in l. de Pupillo §. meminisse. ff. de nou. oper. nunc. Paris. cons. 113. nume. 1. cum. seq. lib. 4. Maran. in suo Spec. par. 6. in verbo Et demum fertur sententia. num. 27. Vestr. dicto lib. 7. cap. 1. num. 3. & Grauat. in annot. ad eum nume. 21. Alex. Stiat. in pract. dicto cap. 11. sub nume. 33. Luc. Pæt. in pract. Capitol. lib. 4. cap. 2. nu. 18. & Additio ad pract. Papien. in Form. Interloc. super incompet. iudic. in glos. 1. in addit. vltima. fol. mihi 373. tenent, quòd sic, & hæc * est communis, * de qua testatur Ias. in l. nec quicquã §. vbi decretum nume. 6. ff. de off. proconf. Baldus vero ibidem nume. 5. col. 3. versiculo. Et nota quòd quidam: distinguit. Aut apparet, monitum esse grauatum illo monitorio: Aut apparet, non esse grauatum. si apparet, esse grauatum: tunc resoluitur, si verò apparet, non esse grauatum remanet firmum: seu breuius, aut apparet iniustum, & resoluitur, aut apparet iustum, & non resoluitur: vnde secundum ipsum remanet in suspenso: Quid ergo dicendum? Respondeo, recedendum non esse à communi opinione, quòd resoluatur. Distinctio tamen Baldi est verissima respectu iudicis, quia si in processu causæ appareat, reum esse grauatum, tunc illud monitorium omnino euanescit tam respectu Iudicis, quàm Rei: si vero appareat, non fuisse grauatum, & tunc licet fuerit resolutũ respectu Rei, tamen remansit firmum respectu Iudicis, sicuti bene ostendit practica, quæ se habet, vt, si in processu causæ appareat, reum monitum esse condemnandum, actor citet eũ ad audiendam sententiam, & loco sententiæ ad videndum reintegrari monitorium, & decerni mandatum executiuum, Iudexque in sententia ita dicet.

Condẽnamus ad soluendum &c. & monitorium, contra eum propterea factum, executum, & in actis Notarij causæ reproductum, reintegrandum, & mãdatum executiuum pro dicta summa decernendum fore, & esse &c. Ita seruatur in Audientia Auditoris Cameræ: eadem practica reintegrandi monitoriũ vtitur Camera Imperialis, quia Iudex iniunget monito, vt, non obstantibus adductis, pareat monitorio sub pœna &c. vt refert Gail. dicta obseru. 19. nume. 6. Et proinde vides, quòd, monito comparẽte, & negante monitorium, respectu Iudicis remanet in suspenso vsque ad causæ extremum: Quòd si non comparuerit, tunc remanet firmum etiam respectu Rei, & ideo citabitur, & condemnabitur, prout in eo ad tradita per Affl. decis. 167. sub nume. 4. & de Reo efficietur actor, quia præceptum potest transire in rem iudicatam secundum Rip. in l. de Pupillo §. meminisse sub nume. 26. ff. de nou. oper. nunc. quem refert Vrsill. ad Affl. vbi supra sub nume. 6. Sed ego hanc rationem non firmo, quia contrarium de directo, videlicet quòd præceptum iustificatorium non transeat in rem iudicatam, ex quo est factum sine causæ cognitione, refert, & sequitur idem Affli. in constitutione, pœnam nouem vnciarum. sub nume. 3. lib. 1. & quòd habeat vim sententię, monito non comparente, vide Io. de Amic. dicto cons. 153. num. 2.

Et licet Veſtr.in ſua pract.lib.7. cap.1. ſub num. 3.dicat,quòd iudices ordinarij ex eorum benignita te audirent reum, comparentem, etiam ſi lapſa forent tempora ad appellandum,præterquam in caſu mercedis, ſoluendæ Notario; Tamen ſi extitit accuſata contumacia,& ſuper ea pronunciatum,inſpici oportet, num poſſint liberalitatis benignitate tollere ius quæſitum parti iuxta ea,quæ dixi ſupra cap. 53.num.30.cum ſeqq. niſi habeant magnam poteſtatem,vel reſcriptum Principis.

18 † Secunda difficultas:nunquid omnia monitoria iuſtificatoria reſoluantur per comparitionem,& negationem? Reſpondeo, quòd non: Nam monitorium ſuper Nunciatione noui operis non reſoluitur Vide Iaſ.in l.de pupillo. §.meminiſſe ſub num.8. ff. de nou.oper.nunc.& Ioan.de Amic. dicto conſ.35. num.1.12.& 13. vbi tradit, in noui operis nũciatione poſſe fieri monitorium etiam non iuſtificatoriũ: & vbi fuerit factũ,debere ſeruari, donec ſit expreſsè reuocatum per iudicem,& ſecũdum Alex. Stiat. dicto cap.11.num.38. Et quando iudex reuocat apponit in reuocatione hanc clauſulam: *Saluo iure nũciationis*.Et quòd hęc ſit communis * opinio,quòd per comparitionem non reuocetur teſtatur Rip.dicto §.meminiſſe num. 19.& 22. vtrobique in fine: Neque obſtat, quod Bar. conſ.80. tenuerit contrarium, quia eſt ſibimet contrarius, vt tradit Rip. dicto num.19. Minus obſtat,quòd Bal.conſ. 463.nu. 7.lib.4. dixerit, tunc ſolum non reuocari, quando mandauit ſimpliciter, vt non ædificaret, ſecus autẽ ſi adijceret clauſulam iuſtificatoriam: *Verum ſi te ſenſeris &c.* quia practica, & communis * opinio,vt dixi, etiam in iſto caſu eſt, quod non reuocetur, & ratio eſt,quia noui operis nunciatio, ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda,& ea pendente, nihil eſt innouãdum, etiam ſi offerretur ſatiſdatio, vt dixi ſupra ca. 30.num.28.

19 †Tertia difficultas conſiſtit in agnoſcendo,quando præceptum ſit interlocutorium, & quando diffinitiuum: Diſtingue, Aut eſt Iuſtificatoriũ:Aut non: ſi Iuſtificatorium, tunc ſemper eſt interlocutorium ſine vllo dubio, vt teſtantur Maran. in ſuo Specu. par.6. in verbo. & demum fertur ſententia. nume. 27.& Gail. in pract. obſeru. lib. primo. obſeru. 19. nu. 7. Si non Iuſtificatoriũ: Tunc rurſus diſtinguo: Aut eſt factum ſine cauſę cognitione: Aut cum cauſæ cognitione: ſi primo caſu,eſt nullum per ea, quæ firmaui ſupra ſub num.11. Si ſecundo,vtputa,quia ſit factum in confeſſum: ſunt opiniones,de quibus, ne ſim nimis prolixior,vide Felyn.in Rubr.de ſent. & re iud.num.5.& in cap.quærenti num.9. de offic. deleg.Ex eorum tamen dictis videtur poſſe formari hæc communis * diſtinctio, aut præceptum factum in confeſſum emanauit poſt libelli oblationem, & litis conteſtationem; & tunc dicetur diffinitiuum, & habebit vim veræ diffinitiuæ Rot. deciſ. 7.aliàs 541. de lit. conteſt. in antiq. Par.de Put. tract.de ſynd.in verbo. Præceptum.cap.2. nume. 11.Maran. vbi ſupra.num.28. & Gail. loco proximè citato, qui ait, eſſe diffinitiuam: & faciunt, quæ ſcribunt Alex.conſ.50. nume.11.lib.2. & Felyn.dicto cap.quærenti,num.9.in fine. Aut emanauit ſine prædictis, & iſto caſu tenerem, præceptum eſſe interlocutorium: ex quo tamen fuit factum cauſa cognita, & definit negotium principale, arbitror, habere vim diffinitiuæ, vt bene diſtinguendo; tradit Maran.vbi ſupra.

20 † Quarta difficultas: nunquid monitus teneatur expectare vltimam diem termini ad comparendũ? Reſpondeo, ſi eſſet monitus ad comparẽdum ſexta, vel quinta die, teneretur illa, & non alia die cõparere, quod ſi ſit monitus ad comparendum infra tot dies: tunc poteſt comparere vltima die, & ante diem, vt per Papiẽ.in pract. in form.libell. act.real. in gloſ. in termino num.3. folio mihi 172. Difficultas tamen inſurgit: nunquid monitus, volens comparere, debeat citare actorem? Reſpondeo, Aut intendit comparere vltima die termini: Aut ante: ſi vltima, arbitror, quòd non debeat eum citare: ſi antea, crederem, eſſe citandum per ea, quæ tradit Papien.loco citato, & ita quãdoque vidi ſeruatum in quibuſdam Tribunalibus, quia Iudices non reuocarent monitorium, ſi monitus compareret ante vltimam diem, actore non citato; Secus autem, ſi compareret vltima die:Generaliter vero vidi ſeruari, vt indiſtinctè reuocetur, etiam actore non citato: & ita ſeruatur in vrbe; Bononiæ tamen in Curia Domini Vicelegati, ſeu Gubernatoris pars, cui factum eſt præceptum,ſemper facit citare illum,ad cuius inſtantiam emanauit,ad contradicendum, ne reuocetur,vt refert Stiat.in pract.cap 11.nume.33.

21 † Quinta, & vltima difficultas: Nunquid monitorium negatum per Reum ſtabit loco petitionis? Reſpondeo, Luc.Pæt.in pract.lib.4. cap.2. nume. 18. tradit,quòd non: moueturque ex eo, quòd reſoluitur in vim ſimplicis citationis, vt dixi ſupra nu. 17. Vnde ſecundum ipſum articuli cum illa clauſula. *Quibus veris exiſtentibus &c.* Stabunt loco petitionis iuxta ea,quæ ſcripſit Pariſ.conſ.113.nume. 1.cum ſeqq.lib.4. quòd ſi articuli non eſſent ita clauſulati, petitio videretur omnino deficere.

Certè negari non poteſt, hanc opinionem eſſe admodum iuri conſonam: quoniam in ſummarijs requiritur aliqualis petitio,redigẽda per Notarium in ſcriptis,vt dixi ſupra cap.53.ſub num.6.& ſub nume.11.verſiculo. *Remotis igitur:* quod ſi articuli ſine prædicta clauſula, vel monitorium ſtarent loco petitionis, eſſet falſum. Accedat, quòd ſi monitorium reſoluitur in vim ſimplicis citationis, vt dixi dicto num.17. quomodo ſtabit loco petitionis? ſiquidem in ſummarijs vltra citationem requiritur petitio? Nihilominus practica eſt, vt monitorium ſtet loco petitionis, & proceſſus ſuper eo fabricatus teneat,prout etiam tradit Mandoſ.de monit. q.38. in fine,& procedit hæc practica quãuis articuli careãt clauſulis, petitioni conuenientibus: & hæc practica ſeruatur,quamuis ſtatutũ,de quo loquitur Luc.Pet. vbi ſupra,ſit abrogatum: Verum ad tollendas difficultates placet mihi, quòd illud monitorium negatum reproducatur in vim petitionis, vt tradit Alex. Stiat.dicto cap.11. num.44. & prout diximus infra cap.64.ſub nu.25.de reſcripto in ſummarijs, quod ſit reproducendum loco petitionis.

22 †His abſolutis,quæro quæ ſit forma Monitorij? Reſpon-

Respōdeo, in substantialibus nō esse dissimilē à forma citationis, quia etiā in eo requirūtur nomen iudicis, actoris, & Rei, & expressio causæ, vt dixi de citatione cap. 32. nume. 6. poteritque exequi, vel personaliter, vel domi, dimissa copia ad instar citationis, sicuti in specie disponunt statuta Vrbis lib. 1. ca. 51. in fine: particularis tamen forma est depromēda ex qualitate, & natura negotij, super quo fiet, si quid adhuc libeat videre, legito Mandos. tract. de Monit. in tractatibus tom. 3. p. 2. fol. 19.

De Monitorio &c. In criminalibus.

Cap. LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria, seu præcepta pænalia quot casibus fiant in causis criminalibus.*

2 *Præceptum, seu Monitorium etiam pœnale ad euitādum aliquod malum potest esse initium iudicij, & ab eo licet inchoare, etiam sine causæ cognitione, quando imminet aliquod periculum.*

3 *Præceptum ad inueniendam veritatem &c. potest fieri ante specialem inquisitionem.*

4 *Præceptum contra delinquētem ante formatam inquisitionem, an, & quando sit prohibitum, & quando non.*

5 *Modus procedendi via præcepti pœnalis, quando præcedit aliqua suspitio contra delinquentem, an sit concessus à iure, vel sit præter ius, vel contra ius.*

6 *Pœna, quam iudex potest comminari in monitorio, est arbitraria.*

7 *Præcepta cōtra Reum delinquentem ad quem finem tendant, & sub num. 10. versiculo. finis ergo &c. & qualis sit eorum practica.*

8 *Reus non potest examinari, vti Reus, nisi præcedant legitima indicia.*

9 *Indicia ad examinandum Reum vti reum debent esse fortiora, quàm ad eum capiendum.*

10 *Monitorium, quod transmittitur Reo, si deficiant legitima indicia, non debet esse ad se examinandum vti Reum, quia diceretur iniustum.*

11 *Modus procedendi via monitorij an sit vtilis, vel damnosus Fisco.*

12 *Præceptum pœnale contra delinquentem post formatam inquisitionem an sit necessarium, an sit contra ius, vel secundum ius.*

13 *Præceptum contra Reum post formatam inquisitionem ad quem finem tendat.*

14 *Pœnæ, sub quibus Rei vocari non possunt, quæ sint.*

15 *Præcepta, & modus procedendi via eorum tam ante, quàm post formatam inquisitionem sunt approbata à statutis, & consuetudine.*

16 *Modus procedendi per præcepta ad quem finem fuerit inuentus.*

17 *Practica, & modus procedendi via præcepti qualis sit ante inquisitionem, & præsertim in Tribunali Auditoris Cameræ, vbi nihil refert, an indicia sint assumpta, vel non, dummodo existant, & possint assumi.*

18 *Practica procedendi post inquisitionem, seu assumptas informationes quæ sit.*

19 *Confiscationis bonorum pœna, & certa pœna pecuniaria cur cumulentur in monitorijs.*

20 *Præceptum sub pœna confessati criminis quare hodie sit validum.*

21 *Comminatio mulctæ contra inobedientes an sit superflua, quando à statuto est imposita certa pœna.*

22 *Monitus, & vocatus ad respondendum inquisitioni dicitur validè vocatus, & propterea tenet processus inde formatus.*

23 *Pœnæ, comminandæ reis in monitorio, debent esse æquales delictis.*

24 *Causa an sit exprimenda in monitorio.*

DOCTORES non agunt distinctè de hoc mō procedendi per præcepta, & Boss. qui eū ordinatè voluit attingere in suo tract. crim. tit. quomodo proced. per præcept. adeo cō fusè, ac implicitè egit, vt in multis, videat̄ sibimet cōtrarius, sicuti infra opportune notauimus. Ego tamen, omissis nonnullis, quæ dixi supra cap. proximè præcedenti, qua lectorem relego, & quoad possum
1 faciliter procedendo, † dico, præcepta penalia fieri principaliter tribus casibus: primo, quando fiunt ad euitandū aliquod futurum, & imminens damnum, seu periculum: secundo, quando fiunt ad inueniendam veritatem alicuius criminis: Tertio, quando fiunt contra aliquem delinquentem. & licet huiusmodi præcepta, & præsertim, quæ fiunt in secundo, & tertio casu, non videantur retinere rationem initiandi processum, tamen, opportunitate allectus, dicam etiam de ijs.

Si sumus ergo in primo casu, quando scilicet fiūt ad euitandum malum, quod damnosa mora posset euenire, vtputa, si periculum immineret, ne partes venirēt ad arma, ne excitaretur aliqua seditio, vel in casu, quo versaretur publica vtilitas, tunc licitum est incipere à præcepto etiam pœnali, absque præcedēte causæ cognitione, vt tradit And. Gail. tract. de pace publ. lib. 1. cap. 5. num. 10. cum seqq. & absque clausula iustificatoria, vt tradit idem obseruat. 13. sub num. 3. lib. 1. obseruationum, quia, vbi periculum est in mora, recedimus à regulis iuris communis, vt dixi supra cap. 37. nume. 7. & procedi potest extraiudicialiter.

Immo his casibus iudices nō solum possunt procedere via præcepti, vt dixi, sed est illis iniunctum, quia vtilius est, in tempore occurrere, quàm post exitum vindicare, seu inquam melius est, intacta iura ab initio conseruare, quàm post illatum vulnus remedium quærere l. 1. C. quando lice. vnic. sine iud. & §. nouissimè. Instit. de suspect. tut. siquidem quādoque minima scintilla euadit magnum incendiū. l. qui occidit §. in hac quoque ff. ad l. Aquil. & cap. si ingressus: de damn. dat. vnde bene dixerunt Ouid. lib. de remed. Amor.

Principijs obsta, serò medicina paratur,

Cum

Cum mala per longas inualuere moras.

Et Pers. Sat. 3. quem refert etiam Gail. tract. de pace publ. lib. 1. cap. 3. num. 8.

Helleborum frustra, cum iam cutis ægra tumescit,
Poscentes videas: venienti occurrite morbo.

Verum, cessante periculo, præceptum debet reuocari, vt tradunt Dyn. & Bal. quos refert, & sequitur Par. de Put. tract. de synd. in verbo. præceptum. cap. 2. sub nu. 9.

3 † Si sumus in secundo casu, quando fiunt ad inueniendam veritatem: exempli gratia, cum testes euocantur ad deponendum testimonium veritatis, seu ad subijciendos se examini, vel, generalissima tantum causa expressa pro nonnullis concernentibus interesse Curiæ sub cōminatione alicuius mulctæ, sicuti seruatur in Regno Neapol. vbi testes vocantur sub pœna quatuor vnciarum: tunc possunt fieri ante specialem inquisitionem, dummodo tamen aliquid præcedat, quod possit mouere iudicem ad inuestigandum, vtputa, quia saltem constet aliqualiter de corpore delicti, & ij, qui vocātur, sint vicini, vel fuerint præsentes, vel quid simile.

4 † Si sumus in tertio casu, & de hoc propriè intelligo agere, quando fiunt contra delinquentem: tunc distinguo: Aut fiunt ante inquisitionem, hoc est, ante assumpta legitima īdicia: Aut post. si ante, rursus subdistinguo, vel nulla pcedit suspicio, vel aliqua: si nulla, firma conclusionem, præceptum esse omnino prohibitum, quia processus non potest initiari à præceptis, & comminationibus, toto tit. C. cōmin. epist. &c. auct. rei iud. non hab. & tradit Boss. dicto tit. quom. proced. per præcep. nu. 3. & dixi infra .... Si aliqua, dic, esse permissum cum comminatione alicuius congruæ pęnæ pecuniariæ, & per eundem Boss. eod. titu. nume. 10. iunctis his, quę dixit idem num. 8. & 9. quia, ex quo præcedit aliqua suspicio, non dicetur processus inchoatus à præcepto, seu cōminatione: Etenim, si præcedente aliqua suspicione, potest deueniri ad capturam, vt dixi supra cap. 42. num. 16. Ergo poterit etiam deueniri ad præceptum: sed insurgunt modo nonnullæ difficultates.

5 † Et prima: nunquid iste modus procedēdi via pręcepti pęnati, quando præcedit aliqua suspicio, sit cōcessus à iure, vel præter ius? Respondeo, pręter ius, quia non est secundum ius, neque contra ius: Non secundum ius, quia de iure est præscriptus certus, & proprius modus procedendi contra absentes, tam super criminibus, pro quibus imponitur pœna corporis afflictiua, quàm super alijs, vt docui infra ca. 97. num. 1. & 5. & in eo modo non reperitur cautū, quòd suspectus de delicto moneatur sub alicuius pœnæ comminatione, vt est ibi videre, & testatur Boss. dicto tit. quom. proced. per præcep. sub nume. 12. in fine. sed quid respondendum Claro, qui lib. 5. recept. sent. q. 3. versiculo. Item quęro nunquid: ait, quòd iudex potest de iure comminari pœnam reo, si non comparuerit? Dicas eum, nihil allegare, & ideo, eum loqui, vel de iure non scripto, hoc est, de consuetudine, vel de iure scripto largo modo, ex quo scilicet à iure non reperitur vetitum, quasi valeat consequentia, non reperitur à iure prohibitum: ergo ab eo censetur permissum. Non est contra ius, quia leges non vetant hunc modum procedēdi per præcepta, teste eodem Boss. vbi supra sub nume. 8. Non obstat, quòd à comminationibus nō liceat incipere, dicto tit. C. commin. epist. &c. quia respondetur, quod ille tit. loquit̄ in definitiuis: prohibet enim Iudices, ne suis comminationibus, & præceptis rem executiuè definiant: At nos non sumus in definitiuis: & quia præsupponimus, aliquam suspicionem præcedere, quæ sit sufficiens ad hunc effectum vocandi delinquentem, ideo non dicetur inchoari à præceptis, & cōminationibus, vt dixi supra sub nu. 4. sed quid respondebimus Bossio, vbi supra sub nume. 12. & Rol. à Vall. qui eum sequitur cons. 47. nu. 44. lib. 2. dum apertè asserunt, præceptum ante inquisitionem esse prohibitum? ergo est modus contra ius? Dicas, quòd Boss. contrarium asseruit eod. tit. sub num. 8. vnde eum declarando, distinguimus: Aut pceptum sit sub aliqua tātum pęna pecuniaria: Aut sub pęna pecuniaria, & confessi, ac conuicti criminis: si primo casu, dicas, præceptum nō esse prohibitū, & ita pcedat, quod ait dicto nu. 8. si secūdo, dicas, esse prohibitum, & ita procedat, quod ait dicto nu. 12. & nu. 2. & 3. vbi ait, esse prohibita præcepta, quia cōtinent pęnam amissionis totius causę: immo corporalem, & pœnam vitæ, quo casu præceptum est prohibitum non solum ante inquisitionem, vt loquitur Boss. sed etiam postea, quod erat magis dubitabile: ratio autem, quam ipse assignat dicto num. 12. videlicet, quia est datus certus modus à iure: nō est bona, quia militat etiam in præcepto sub pœna tantum pecuniaria. Ratio igitur est, quia contumax de iure præsertim ciuili non potest haberi pro confesso, & conuicto per ea, quę docui infra cap. 98. nu. 6. Quare cum præceptum cum comminatione alicuius pœnæ pecuniariæ non sit secundum ius, neque contra ius, sequitur à sufficienti partium enumeratione, quòd sit pręter ius, Et proinde firma cōclusionem: posse procedi via præcepti sub comminatione pęnæ pecuniariæ. Quam limita, vt non habeat locum in Ducatu Mediolani per nouissimas constitutiones in tit. de accusat. §. omnibus: vbi prohibetur Iudicibus, ne procedant per præcepta pœnalia: sublimita, seu declara, vt Senatus in causis magnis valeat concedere processum via præcepti, vt tradunt Boss. dicto tit. quom. proced. per pręcept. sub num. 1. & 13. & post eum Clar. dicta q. 31. vers. Item quæro nunquid: An tamen Senatus, seu Princeps possit concedere, vt suspectus de delicto vocetur sub pœna confessi, seu conuicti criminis, quando legitima non præcedunt indicia: vide quæ dixi infra cap. 97. sub num. 78. ibi. *Ad secundum de præcepto.* Nam Boss. vbi supra adeo confusè in hoc loquitur, vt ex eius dictis nil certi colligi liceat.

6 † Secunda difficultas: Quæro, quam pœnam Iudex possit comminari? Respondeo, arbitrariā iuxta qualitatem causæ, & personæ, vt dixi infra ca. 99. sub num. 2.

7 † Tertia: Quæro, ad quem finem dirigantur huiusmodi pręcepta, & qualis sit eorum practica in exprimenda causa vocationis ad comparendū, quando præcedit solummodo aliqua suspitio? Respondeo,

deo, Boſſ. dicto tit. quomodo proc. per precept. nu. 9. quem refert, & ſequitur Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 18. ſub num. 45. ait, finem eſſe, vt monitus com-
8 pareat, & examinetur. † Sed tu aduerte, quia ſi arbitrarentur, eum comparentem poſſe examinari ob aliquam precedentem ſuſpicionem, vti reum, allucinarentur, quia non poteſt quiſpiam examinari, vti reus, niſi precedât legitima indicia, vt ſatis docui infra cap. 84. ſub nu. 9. ibi: *Et caueas*. Siquidem aliàs eſſet ſumere probationes de domo Rei, quod eſt prohibitum, vt docui infra cap. 86. num. 40.
9 † Nec illa ſuſpicio, quæ vix eſt ſufficiens ad capturã, erit ſufficiens, vt is poſſit examinari, vti Reus, quia maiora requiruntur indicia ad examen Rei, quàm ad capturam, vt teſtatur Boſſ. tract. crim. tit. de exam. reor. ſub num. 6. Et propterea vos, Domini latrunculatores, debetis cauere, ne formetis examen per modum conſtituti, &, ne monitum comparentem interrogetis, vti Reum, quando præcedit ſo-
10 lummodo aliqua leuis ſuſpitio. † Hinc cauere etiam debetis, ne in monitorio eum moneatis ad comparendum, ac ſe examinandum vti reum, quia diceretur monitorium iniuſtum, & ſine cauſa emanatum. Vnde licet monitus non compareret, tamen non fieret cõtumax, & per conſequens mulctari nõ poſſet l. 2. & 3. & ibi Doctores. ff. ne quis eum, qui &c. Bar. in l. 1. §. is videtur. ſub nu. 3. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. & Bened. de Plot. inter conſ. crimin. diuerſ. conſ. 3. nume. 31. lib. 2. & hæc de iure, ſed de facto, quia ſuſpitiones, & indicia ſunt arbitraria, & auidi latrunculatores ſuſpicionem, ſufficientem ad capturam, extendunt ad examen, ideo monitus bene cogitet. Finis ergo huiuſmodi præceptorum eſt, vt monitus ſiſtat in iudicio, quemadmodum ſiſteret ſi, omiſſo precepto, eſſet deuetum ad capturam, quia monitorium non debet operari plus quàm captura: vnde, quemadmodum captus poſſet examinari, vti teſtis, ita quoque is, qui monitus comparuit, quo examinato, ſi ex eius examine reſultet aliquod indicium, quod eum conſtitueret reum, ſeu faceret indicium ad inquirendum contra aliquem, poterit procedi ad vlteriora, ſicuti docet etiam Boſſ. tit. quomod. proced. per præcept. num. 10. in fine, & dicto tit. de exam. reor. num. 8. Verum ſi præcederet non ſolum aliqua ſuſpicio, ſed etiam indicium, ſufficiens ad eum examinandum, vti Reum, tunc finis Monitorij erit, vt compareat ad reſpondendũ inquiſitioni, & ſe defendendũ à nonnullis, vt in vulgatis formulis, Et practica monendi ſuſpectum ad comparendum eſt, vt moneatur generaliter, pro nonnullis concernentibus intereſſe Cameræ: Hæc enim eſt cauſa generaliſſima, quæ quoniam poteſt intelligi, & referri etiam ad hanc, nimirum, vt ſiſtat in iudicio, ideo erit iuſta, & monitus, ſi non compareret, poſſet mulctari in pœna contenta in Monitorio, vt refert, & ſequitur Boſſ. dicto tit. quom. proced. per præcepta num. 12. Nec obſtat, quòd videatur ſibimet contrarius, ex quo eod. tit. nume. 5. aſſeruit, non ſatis eſſe, quòd exprimatur hæc cauſa generaliſſima, videlicet: pro nonnullis concernẽtibus intereſſe Cameræ, & quòd propterea requiratur expreſſio ſaltem generalis cauſæ: vtputa, homici-
dij, quia reſpondetur, eo loci loqui de monitorio, quod fit poſt inquiſitionem, & ſecundum ſtatuta, quæ volunt, contumacem haberi pro confeſſo, & conuicto, & ſecundum illam opinionem, quę tenet, cauſam eſſe exprimendam in ſpecie iuxta ea, quæ dixi ſupra cap. 39. ſub nume. 6. quo caſu non eſt mirum, quia agitur de magno præiudicio, quippe cum poſſit deueniri ad ſentẽtiam diffinitiuam, mediante contumacia.

11 † Quarta difficultas: nunquid ille modus procedendi via monitorij ſit vtilis, an damnoſus Fiſco? Reſpondeo, Aut Fiſcus anhelat pecunias: Aut non: Si anhelat pecunias, vtique eſt accommodatus modus, inuentus, vt ait Boſſ. vbi ſupra nume. 1. à malis Iudicibus. Si verò non quærit pecunias: dico, eſſe modum pernicioſum, quia delinquens, dum monetur ad comparendum, inſtruitur ad fugam, vt dixi ſupra dicto cap. 30. & hæc dicta ſint de monitorijs ante inquiſitionem.

12 † Si loquimur de his, quæ fiunt poſt inquiſitionẽ, ſeu accuſationem, & ſic capio ſecundum membrũ, tunc firma concluſionem, quòd præceptum ſub aliquibus certis pœnis ad comparendum nũquam eſt neceſſariũ, licet quandoque non ſit contra ius, quandoque vero maxime. Non eſt vnquam neceſſariũ. (& loquor non ſolum de iure, ſed etiam de conſuetudine) quia, vt dixi ſupra nu. 5. ibi. *Non ſecundum ius &c.* tam à iure, quàm a conſuetudine ſunt præſcripti certi modi procedendi cõtra abſentes, quos modos docuimus infra cap. 97. nu. 1. & ſeqq. & ſi vltra ea, quæ à iure, & cõſuetudine diſpoſita ſunt circa modum procedendi eſſent neceſſaria huiuſmodi præcepta, ius, & conſuetudo fuiſſent manca, & imperfecta, quod eſt abſurdum. Sed diſcurramus concluſionẽ in ſingulis caſibus: Aut monitoria vocant reum ſub comminatione pœnæ, aliorumque damnorum, & præiudiciorum iuxta ſtylum, & diſpoſitionem legum, & tunc, quia nihil addunt, neceſſaria non exiſtant: Aut vocant ſub comminatione minorum pœnarum ijs, quæ à iure, & conſuetudine impoſitæ ſunt contra contumaces, & iſto caſu Iudex, vel intendit eas ſolas minores imponere, vel eas vltra alias ordinatas à iure: ſi eas ſolas minores, tunc præceptũ redderetur inſulſum, quia Iudex nõ poteſt ordinarias pęnas ſine iuſta cauſa minuere, vt obiter notaui ſupra cap. 12. nu. 93. & nu. 95. & latius dicam, Deo fauente, in tertio libro, ſi verò eas vltra ordinatas à iure, non poteſt, quia pęna non debet eſſe maior delicto, Exod. cap. 21. & Deuter. 19. & 25. ibi.

Pro menſura peccati erit plagarum modus, Et Deut. 19. & facit tex. in l. 1. & 2. ff. de term. amo. in c. quæſiuit. de his, quæ fiunt à maior. par. capit. in cap. fœlicis §. illud de pœn. in 6. & in ca. non afferamus 29. q. 1. traduntque Par. de Put. tract. Synd. in verbo. compoſitio cap. 7. num. 7. Gramm. vot. 35. ſub num. 4. & Gail. tract. de pace. publ. lib. 1. cap. 5. num. 17. & 18. referens illud Horatij.

Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas.

Neque eſt afflicto afflictio addenda l. diuus & ibi gl. ff. de off. p̄ſid. Vnde Boſſ. dicto titulo quom. proc. per præcept. ſub nume. 13. arguit Senatum Mediolani,

lani,

lani, eo quòd vltra condemnationem iam factam concesserat, condemnatum vocari sub pœna pecuniaria dicens, hoc esse absurdum, & abusum.

Aut vocant sub arduis, insolitis, ac grauioribus pęnis, quàm delicti qualitas exposcat, & tunc, non solum non sunt necessaria, sed sunt etiam contra iura, secundum quæ pœna est commensuranda delicto, vt dixi supra, & vitiantur eo ipso, quòd continent pœnas insolitas, vt dixi infra cap. 99. nume.8. prout etiam vitiari dicimus citationem, & rescriptũ, quæ essent contra stylum, seu continerent clausulas insolitas: quia, cum latentis fraudis præsumptionem inducant, nullitatis vitio subiacent, vt tradunt Vant.tract.null.Rub.de null.ex def.citat.num. 57.cum seq.Rol.à Vall.cons.47. num.56. cum seq. lib.2.& Moder. qui plures congerit in qq. crim. lib. 1.q.18.nume.38. Sed quid dicendum, si essemus in atrocissimis, nunquid liceret vocare sub pœnis arduis, ac insolitis? Respondeo, quòd sic secundum Rol.à Vall.dicto cons.47.nu.50.& Natt.cons. 240. num.2.lib.2.& ea, quę dixi infra dicto cap. 99.num. 5.quia, vt aiunt, insolita delicta insolitas exigunt pęnas. Sed quicquid dicant, conclusio, superius firmata, semper est vera, quia licet in atrocioribus possint vocari sub grauissimis pœnis, tamen illæ pœnæ debent esse commensuratæ delictis.

Nunquid autem liceat in his atrocissimis inuertere, & omittere, ac pertransire limites ordinis iudiciarij dixi cap.seq.num.8.& 18. Ex his vides, quòd nullum ex prædictis præceptis est necessarium, & quòd in primo casu, quando continet pœnas ordinatas à iure non est contra ius, secus autem in reliquis duobus.

13 † His absolutis, quæro de duobus. Et primo quis sit finis monitorij, emanati post formatam inquisitionem? Respondeo, vt monitus examinetur, tanquam Reus: quia, si præceditur ab inquisitione, supponimus, extare legitima indicia, & proinde poterit vocari, & constitui, veluti Reus, vt obiter notari licet etiam ex his, quæ dixi supra sub num.10.

14 † Secundo quæro: nunquid in iure sint expressæ aliquę pęnæ, sub quibus, vti arduis, non possint Rei vocari, ac moneri non solum ante inquisitionem, sed neque postea? Respondeo, quòd sic, & sunt secundum Doctores pœna confessi criminis, sub qua reus vocari non potest, quia reus, quantumvis contumax, non potest, præsertim de iure ciuili, reputari confessus, seu conuictus, vt dixi supra sub nume.5. ibi. *Ratio igitur est*. Et latius infra cap. 98. sub nume. 6.

✻ Verum, licet Doctores communiter ✻ dicant, fictionem confessati criminis esse pœnam, & iste sit communis vsus loquendi, quia mouentur Rei sub pęna confessati delicti, tamen ego censeo, non posse dici proprie pœnam, sed ordinationem, ac præparatorium ad pœnam: etenim si alia pœna nõ imponeretur, quàm confessio, nullam Reus lueret pęnam. Vnde ego infra ca.93.& seqq.ad illud, & præcipue cap.95.nume.20.& cap. 97.& 98. egi de contumacia, non prout est delictum punibile, sed prout est instrumentum ad expediendum processum per sentētiam diffinitiuam, & hinc dico, quòd mihi magis placet ille modus monendi, seu citandi ad comparendum &c. quia aliàs reputabuntur pro confessis, & conuictis, sed vtcunque sit iste modus citandi sub comminatione confessati criminis repugnat iuri. Item grauis, & insolita pœna dicitur confiscatio bonorum, vt tradunt Rol. à Vall.dicto cons.47. nu. 46. Natt.dicto cons.240.num.2. Tu videas, quæ dixi infra cap. 99. nume.4. Et hæc dicta sint de modo procedendi per præcepta, circumductis statutis, & consuetudinibus,

15 † Nunc videamus de eo, attentis statutis, & consuetudine.

Et resolutiuè agendo, dubium non est, posse procedi via præcepti tam ante, quàm post inquisitionē. Quare cessat disputatio Bossij tract. crim. tit. quomodo proced. per præcept. sub num. 3. Quòd autē secundũ statuta, & cõsuetudinem possit procedi via monitorij patet his quibus puluis nõ cecidit super libros, vt ad aliud propositum dicit Ias. in l.1.§. fin. ff.de verb.oblig.relatus per Vrsill.in annot. ad Affl. decis.371.nu.4.& his, qui versati sunt in Curia Romana, & testatur Boss. vbi supra, & aperui infra nu. 20.in quarto quæsito.

16 † Hoc pręmisso, dubitatur de pluribus. Et primo: ad quem finem fuerit inuentus iste modus procedendi? Respondeo, distinguendo: Aut loquimur de præceptis ante assumpta legitima indicia: Aut post. Si ante assumpta legitima indicia: dico, eum fuisse inuētum à malis Iudicibus, vt retuli supra nu. 11.in quarta difficultate, & ideo quãuis à consuetudine toleraretur, essetq; approbatus, tñ ego eo rarò vterer. Si verò post assumpta legitima indicia: dico, inuentum fuisse ad breuiandas lites iuxta ea, quę dixi supra cap. proximè præcedenti sub nume.16.& quidem si ob hanc causam licuit cõsuetudini inducere hunc modum in ciuilibus, à fortiori licuit in criminalibus, in quibus lites magis breuiandæ sunt: siquidem in ciuilibus instantia potest durare de iure communi vsque ad triennium, in criminalibus verò non vltra biennium, vt dixi in meo Manuali iuris in verbo. Instantia.

17 † Secundo quæro, qualis sit iste modus procedendi via monitorij in criminalibus? Respondeo, distinguendo: Aut loquimur ante formatam inquisitionem, seu, cum illa hodie amplius non formetur, vt dixi infra cap.86.sub num.16.vers. *Si vera loquimur*, ante assumptam legitimam informationem: Aut post: Si ante, tunc nec à statutis, nec à consuetudine est quicquam immutatum ab his, quæ non contra mentem iuris firmauimus supra sub num.4. Illud solum hic addo, quòd Auditor Cameræ non facit differentiam inter indicia iam assumpta, & indicia non assumpta, sed existentia in prõptu: quia, ex quo paria iudicat esse in actu, vel in præparato habitu, & aptitudine, vtroque casu expedit Monitorium contra Reum ad personaliter comparendũ. Quòd si legitima indicia deficiāt, & actu, & habitu, solet concedere literas pro habendis indicijs, delegando aliquem Iudicem in partibus, constitutum in ecclesiastica dignitate, ad recipiendas probationes necessarias super delicto, vel transmittit aliquem Commissarium, &, habitis indicijs sufficientibus, vocat Reum ad personaliter comparendum.

† Si

18 † Si verò poſt aſſumpta legitima indicia, ſeu informationem: firma concluſionem, quòd iſte modus procedendi via monitorij eſt modus ordinarius preſertim in Tribunalibus Auditoris Cameræ, & Gubernatoris, in quibus, omiſſa illa ſolemni formula ſpecialis inquiſitionis, formatur Monitoriũ, quo vocatur Reus ſub pœnis, delicto cõgruis. Quare ſi delictum ſit graue, vocabitur non ſolũ ſub pœna confeſſati delicti, ſed etiam ſub aliqua pœna pecuniaria: puta quingentorum, vel mille aureorum. Item ſub pœna confiſcationis, & publicationis omnium bonorum. Item priuationis omnium officiorum, ſi qua habet. Item ſub pœna perpetui exilij ab Vrbe, ac toto ſtatu eccleſiaſtico, & vltimo loco ſub pœna vltimi ſupplicij, ſi iudex monens non ſit eccleſiaſticus, & ſi ſit eccleſiaſticus, etiam ſub pœna excommunicationis, & priuationis beneficiorum, ſi qua obtinet. Eſt tamen ſemper inſpicienda qualitas delicti. Nam ſi delictum non mereatur pœnam mortis, ſeu deportationis, Reus monebitur ſub pœna triremium in perpetuum, vel ad tempus arbitrio iudicis, & ſub pœna confiſcationis bonorum: Etenim pœna confiſcationis ſolet apponi, etiam quòd delictum non ſit puniendum pœna mortis. Solent præterea Iudices comminari alias pœnas arbitrarias in hunc modum, & alijs pœnis noſtro arbitrio infligendis, & moderandis. Et licet huiuſmodi præcepta ſint nimis rigoroſa: tamen, quia ſic de conſuetudine ſeruatur, non eſt locus diſputationi.

19 † Tertio quæro cur in monitorio apponantur ſimul hæ duæ pœnæ: Confiſcationis omnium bonorum ſcilicet: & alia certa pœna pecuniaria? Reſpondeo: Moder. quidem in qq. crim. lib. 1. q. 11. ſub nu. 62. verſiculo. *Amplia hanc vndecimam*: in fine: miratur de hoc ſtylo, aſſeritque, ſe huius practicæ rationem perquiſiuiſſe à pluribus practicis, & iudicibus, & ſufficientem ſibi non fuiſſe redditam: Cæterum tu vide Boſſ. tract. crim. tit. quom. proced. per præcept. ſub num. 11. in illis verbis.

Hæc mulcta poſſet eſſe vtilior Fiſco, quàm pœna confiſcationis bonorum, quia vbi Reus feuda poſſideret, & nulla bona allodialia, feuda tranſirent ad filios, & agnatos, regulariter loquendo, & non tranſirent in confiſcatione. Condemnatio verò pecuniaria exigeretur in fructibus ipſorum feudorum, vt not. in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus ff. de damn. infect.

Et pro vberiori intelligentia huius ſtyli, & practicæ vide etiam omnino eundem Boſſ. eod. tract. tit. de publicat. bonor. ſub num. 53.

20 † Quarto quæro, qua ratione ſuſtineantur præcepta ſub pœna confeſſati criminis? Reſpondeo, vigore ſtatutorum, & generalis conſuetudinis, diſponentium, quòd contumax habeatur pro confeſſo, & conuicto, vt oſtendi infra ca. 97. num. 28. in fine, cum ſeqq. alias iſta pœna comminari non poſſet, vt ſæpius dixi.

21 † Quinto quæro: nunquid comminatio mulctæ à iudice indicetur ſuperfluè, cum à ſtatuto, & cõſuetudine ſine alia Iudicis comminatione ſit impoſita pœna ordinaria? Reſpondeo: Aut loquimur de pœna confiſcationis: Aut de alia. Si de pœna confiſcationis, & Iudex comminatus ſit in monitorio etiam pœnam pecuniariam, vtputa trecẽtorum ſcutorum: dico, nõ ſuperfluè, ſed vtiliter indictam eſſe per ea, quæ dixi ſupra num. 19. Non obſtat, quòd, cum cõtumax habeatur pro confeſſo, & conuicto, veniat ſolummodo condemnandus iuxta formam ſtatutorum, & conſuetudinis, vt tradunt Bar. in l. quæſtionis num. 2. ff. de quæſt. & Boſſ. tract. crim. tit. quom. proced. per præcept. num. 13. dicens, propterea huiuſmodi præcepta mulctantia poſt formatam inquiſitionem eſſe illicita, quia reſpondeo, id poſſe eſſe verum, quando eſt impoſita alia pœna, quàm confiſcationis, & ratio eſt, quia ſi condemnandus pœna confiſcationis non poſſideret bona allodialia, ſed ſolum feudalia, pœna nõ ſortiretur effectum, vt dixi dicto numero 19. Et ſi lex permittit confiſcari proprietatem omnium bonorum, ergo ex coniecturata eius mente permittet, confiſcari fructus eorum via præcepti mulctantis: Si verò loquimur de alia pœna, & quæ poſſit effectum ſortiri, tunc mulctæ indictio ſuperfluè videtur apponi, tamen erit appoſita ad terrorem: Vnde Iudex in exequendo debet eas moderari, & reducere ad ordinatas à Iure. Sed quid dicendum: quando Iudex comminatur pœnã confeſſati criminis, ſicuti diſponunt ſtatuta contra contumaces: num huiuſmodi comminatio ſit ſuperflua? Reſpondeo: videtur dicendum, quòd ſic, vt notaui etiam ſuperius ſub num. 12. ibi. *Si verò eas vltra ordinatas*. Quòd ſi comminaretur non ſolum, quòd reputabit eum pro confeſſo, & conuicto, ſed adderet etiam: *Sine alia declaratione*: tunc non videtur ſuperflua, quia ſecundum Gaſp. Caballin. in ſuis gloſſ. ad conſtitut. Marchiæ lib. 5. ca. 19. in gloſ. pro confeſſis. in fine: Iudex poſſet procedere ad cõdemnationem abſque quòd prius declaret contumacem haberi pro confeſſo.

22 † Sexto quæro: nunquid, attentis his ſtatutis, & cõſuetudine procedendi via præcepti maximè poſt aſſumptam legitimam informationem, valeret proceſſus, ſi Reus ſolummodo citaretur ad reſpondendum inquiſitioni? Reſpondeo, quòd ſic, & ita vidi ſeruari in multis locis, & hoc non patitur difficultatem, etiam ſi eſſemus in Curia Romana, in qua tamen ſtylus eſt, vt moneatur ad comparendum infra certum terminum, ſeque defendendum à nonnullis &c. exprimendo in ipſo monitorio delictum, & quamlibet qualitatem ipſius, & tandem in fine Iudex cõminatur pœnas ſupradictas. Hancque practicam vocandi eum ad ſe defendendum Innoc. in cap. bonæ il 1. nu. 5. de elect. ait ſeruari, in toto mundo, quod Innocentij dictum referunt Bal. in l. edita num. 30. C. de eden. in repetitione Patauina, & alij, quos refert, & ſequitur Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 5. verſiculo poterit igitur.

23 † Septimo quæro: nunquid Iudici liceat in monitorio comminari indiſtinctè quodcunque genus pœnæ? Reſpondeo, quòd non per ea, quæ dixi ſupra ſub num. 12. ibi. *Aut vocant ſub arduis*: Sed debet indicere pœnas, definitas à iure, & in arbitrarijs regulatas ab æquitate, non cerebrina, ſed iuridica. Vnde infero, quòd Iudex, procedẽs via monitorij, debet eſſe iuriſperitus, qui diſtinctè calleat, quæ pœna

ſit

sit imposita pro vno delicto, & quæ pro alio.

24 † Octauo & postremo loco quæro: nunquid in hoc monitorio sit exprimenda causa in specie, ob quam monetur ad comparendũ? Respõdeo, quòd sic, vt dixi supra sub nu.10.ibi. *Nec obstat &c.* Formato, ac transmisso monitorio: Aut Reus comparet: Aut non: Si comparet, resoluitur in vim simplicis citationis, vt docui supra cap. proximè præcedenti num.17. Si non comparet, tunc, seruatis seruandis, procedet ad vlteriora, condemnando eum in pœnis contentis in monitorio, vt in discursu operis luculenter docuimus, & præsertim cap.97.

De Præcepto &c. in causis Hæresis.

Cap. LIX.

SVMMARIVM.

1 *Hæresis delictum quàm sit præ cæteris graue.*
2 *Indicia ad transmittendum monitorium inquisito de hæresis crimine an sufficiant leuiora, quàm in alijs delictis.*
3 *Inquisitio specialis non potest formari, nisi præcedat diffamatio, aut aliud sufficiens indicium, etiam si Iudex haberet liberum arbitrium procedendi, & statutum disponeret, vt contra non diffamatum posset formari inquisitio.*
4 *Promotor Fiscalis non accusat inquisitum de hæresi, nisi is inquisitus sit confessus, seu conuictus.*
5 *Indicia ad formandam inquisitionẽ debent esse fortiora, vel saltem æqualia indicijs ad decernendam capturam.*
6 *Indicia pro captura inquisiti de hæresi debent esse maiora, quàm pro captura inquisiti de alio crimine.*
7 *Summarie proceditur in crimine læsæ maiestatis.*
8 *Iura transgredi licet in atrocissimis.*
9 *Suspicio leuis sufficit ad inquirendum in crimine hæresis.*
10 *Diffamatio, & clamor non requirũtur necessario ad formandam inquisitionem in crimine hæresis, & ratio cur in isto crimine sufficiant minores probationes ad inquirendum, quàm in alijs delictis colligitur ex stylo, & modo procedendi.*
11 *Suspectus leuiter de hæresi potest cogi ad se purgandum.*
12 *Specialia in causis fidei sunt plura.*
13 *Argumenta, sumpta à praxi, & modo procedendi in alijs delictis, non valent in modo procedendi in crimine hæresis.*
14 *Inquisitio quomodo non succedat in locum accusationis.*
15 *Indicia ad capturam inquisiti de hæresi debent esse fortiora, quàm indicia ad inquirẽdum specialiter, & propterea in decernenda captura requiritur consilium consultorum.*
16 *Probationes requiruntur luce meridiana clariores in puniendo non in procedendo.*
17 *Argumentum à perplexis cuius naturæ sit.*
18 *Iura transgredi etiam in procedendo quare liceat in crimine hæresis.*
19 *Hæresis, & læsa maiestas sunt delicta, in quibus versatur status Reipub. & propterea licet in eis iura transgredi.*

1 HAERESIS causa † est magna, ac omnium maxima, quia delictum hæresis est præ cæteris grauissimum cap. 1.22.q.2. cap. quid in omnibus 33. q.7. Auth. Gazaros. C. de hæret. cum similibus, Eymer. in Direct. Inquisit. par.3. nume. 134. in formis requirendi &c. Paul. Ghirl. tract. de hæret. & Lud. Carrer. eodẽ in principio. Simanc. de cath. institut. tit.30. nume.7. Gail. de pac. publ. lib.1. cap.19. num.17. Menoch. de arbitr. iud. lib.2. cent.4. cas.372. in principio, & communiter * omnes, nemine discrepãte. vt tradit Ioan. Nicol. Arelat. tract. de hæret. not. 28. Est enim crimen læsæ diuinæ maiestatis, quia directo tendit in læsionem diuini numinis: Vnde non esset incongruum asserere, esse hæresim, si quis diceret non esse præ cęteris alijs grauissimũ, quia videretur constituere maiorem personam, quàm Deum: Immo dicebat Bal. in l.1. nume.45. C. qui accus. non poss. quòd hæresis, in quam quis incidit lubrico ignorãtiæ, est grauius delictum, quàm dolosum homicidium, quia hæreticus ponit os in cœlum, & Deum blasphemat, & sic inquit propter nobilitatem rei, quam offendit, grauius delinquit: dicitur etiam hęresis fornicatio, & adulterium animæ, vt ex pluribus sacræ scripturæ locis ostendit Simanc. de cath. instit. tit.1. num.21. Vnde, cum sit atrocissimum delictum, quæ serpit, vt coluber, rodit, vt cancer, demolitur, vt tinea, inficit, vt venenum, latius quàm alia delicta se diffundit, acutius penetrat, tenacius adhæret, ac difficilius curatur, sicuti tradit etiam Simanc. vbi supra, ideo habenę, quàm alijs iudicibus, laxiores Inquisitoribus dari debent ad illam resecandam, & quàm primum à principio, ne paulatim intima cordis, ac totum corpus corrodat: siquidem morbida facta pecus, totum corrumpit ouile, modicumvè fermentum corrumpit totam massam 1. ad Cor. cap.5. & Arrius in Alexãdria vna scintilla fuit, quæ quoniam non statim oppressa fuit, totum orbẽ eius flamma populata est. cap. resecandæ 24.q.3. quod de multis alijs hæresiarchis dicere possumus. Est enim hæreticus animal pestilentissimum, quod puniri debet priusquã impietatis virus euomat. est bellua, quę, vt de Aristogitone ait Demosthenes ad Athenienses, debet exterminari, eijci è Ciuitate, & è medio tolli, nec eo vsque expectari, dum accipiatur malũ, quod absit, vt sit Reipub. perniciosum: sed maturè præcauendum est, &, vt inquit Philo. lib. 2. de specialibus legib. sicut viperas, scorpios, aliasque venenatas bestiolas priusquam mordeãt, aut saucient, aut omnino se commoueant sine mora ad primum aspectum occidimus, præcauẽdo eorum genuinam malitiam, priusquam noceant: eodem modo etiam homines plectendi sunt, qui cum sint animalia rationalia, nihilo secius à natiua mansuetudi-

ſuetudine in ferinos mores degenerant, & pro delectamento habent lædendi quotquot poſſunt licẽtiam: Hæc ex eiſdem retulit Simanc. eod. tract. tit. 2. nume. 17. videto etiam, quæ in eandem ſententiam eleganter ſcripſit Gundiſſ.tract. de hæret.q.6.

His præmiſſis, Diximus ſupra cap.proximè præcedenti in pluribus locis, reum poſſe vocari poſt aſſumpta legitima indicia, & quidem ſub pœna confeſſati criminis, vt dixi num. 18. Et hic dicimus, deli-
2 ctum hæreſis eſſe grauius cæteris alijs.† Vnde quæro modo, an ad monendum Reum, vti reum, vt cõpareat in crimine hæreſis, ſeu ad formandam contra eum ſpecialem inquiſitionem ſufficiant leuiora indicia, quàm in alijs delictis ita, vt illæ ſuſpiciones, quæ in alijs vix ſufficerent ad capturam, in iſto ſatis ſint ad monendum? Reſpondeo, quæſtionem eſſe difficilem. Ego tamen, adductis prius nonnullis argumentis pro vtraque parte, breuiter quid ſentiam dicam.

Pro negatiua, quòd non ſufficiant, ſed requirantur legitima ſicut in alijs, moueor ex pluribus. Et pri
3 mo † quia inquiſitio ſpecialis formari non poteſt, niſi præcedat diffamatio, aut aliud ſufficiens indiciũ, etiam quòd Iudex haberet à ſtatuto, vel à Principe liberum arbitrium procedendi, & etiam quòd ſtatutum diſponeret, vt contra non diffamatum poſſet formari inquiſitio iuxta ea, quæ docui infra cap.84. num. 12. 13. & 14. Ergo quantumvis ſummarie, & breui manu poſſit procedi in iſto delicto, Inquiſitor non poterit formare ſpecialem inquiſitionem, ſeu inquam monere ad comparendum ſine præcedentibus legitimis indicijs.

4 † Secundo moueor ex eo, quòd Fiſcalis non accuſat niſi de his, de quibus proceſſatus eſt conuictus per teſtes, iam examinatos, vt dixi ſupra cap.52. nu. 8. Sed inquiſitio ſpecialis ſuccedit loco accuſationis, igitur formari non debet, quin prius reus ſit conuictus per teſtes, vel ſaltem legitimè indiciatus.

5 † Tertio, quia nos videmus, quòd ad formandã inquiſitionem requiruntur fortiora indicia, vel ſaltem æqualia ijs, quæ requiruntur ad capturam per ea, quæ dixi ſupra cap.proximè præcedenti num.9.
6 † At pro captura in crimine hæreſis requirunt maiora indicia, quàm pro captura in alijs delictis, vt docui ſupra cap.44. nume. 1. & 2. Ergo per analogiã fortiora etiam, vel ſaltem æqualia requiruntur pro inquiſitione, ſeu monitorij tranſmiſſione.

Quarto, & erit confirmatio præcedentis, quia, ſi in alijs delictis, in quibus agitur de minori præiudicio, & infamia, requiruntur indicia non leuia, ſed probationes luce meridiana clariores, vt dixi infra cap.63. ſub num. 1. verſiculo. *Verum circa &c.* Ergo cur non idem in crimine hæreſis, vbi agitur de maiori præiudicio?

Quinto, & vltimo, quia in procedendo non licet tranſgredi iura etiã ſi eſſemus in atrociſſimis, Marſ. in ſua pract.crim.§.diligenter nu. 175. & Gramm. voto 34.col.fin. quos refert, & ſequitur Rol. à Vall. conſ.7.num.42.lib.1. & teſte etiam Iodoc. in pract. crim.cap.55. ſub nu.9. quem refert, & ſequitur Moder. in qq.crim.lib.2.q.37.num.83.

Pro contraria parte, quòd ſufficiant leuiora indicia deducuntur aliæ rationes.

7 † Et prima, quia in crimine hæreſis, ac læſæ maieſtatis licitum eſt per antonomaſiam procedere ſummariè, ſine figura, & ſtrepitu iudicij iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap.52. num.2. Igitur non ita exactè requiritur ordo.

8 † Secunda, quia in atrociſſimis licitum eſt tranſgredi iura, vt communiter aſſerunt Doctores, relati per Marſ.ſing.244.incipien. Tu ſcis, & per Moder. dicta q.37.num.85. & 86. Et proinde licet in Ducatu Mediolani ſit prohibitum procedere via præcepti, tamen Senatus id permittit in cauſis magnis, vt retuli ſupra cap. proximè præcedenti ſub nume. 5. verſus finem.

9 † Tertia, & hæc ponit falcem ad radices, quia etiam leuis ſuſpicio ſufficit ad inquirendum in crimine hæreſis cap. accuſatus in principio de hæret. in 6.

Quid dicendum? Reſpondeo, hanc affirmatiuã eſſe tenendam auctoritate dicti textus in cap. accuſatus, & ideo firmamus cum Ant.de Butr. in cap. cũ oporteat: de accuſat. & Boſſ. qui eum refert, & ſequitur in tract.crim.tit.de inquiſ.nume.65. & tit. de hæret.num.6.

10 † Et quòd poſſit procedi ex leui ſuſpicione contra aliquem, vti hæreticum non ſolum per viam accuſationis, ſeu denunciationis, ſed etiam inquiſitionis, & quòd non requiratur neceſſario, quòd præcedant ille clamor, & infamia, qui requiruntur ante inquiſitionẽ in alijs delictis, & de quo loquitur textus in cap. qualiter, & quando, il 2. de accuſatio. quia in crimine hæreſis ſpecialiter receptum eſt, vt poſſit inquiri etiam diffamatione non præcedente, vt docui infra cap.84. nume. 19. faciunt quæ ſcribunt Io. Nicol. Arelet. tract. de hæret. not. 26. Lud. Carrer. eodem. num. 110. Repertor. in verbo. ſuſpectus. §. Item nota: Afflic. ſuper conſtit. inconſutilem num. 32. lib. 1. Clar. lib. 5. recept. ſent. §. hæreſis: verſiculo. Habet etiam. & Simanc. de Cath. Inſtit. tit.44. num. 9. qui tradunt, in hoc crimine ſufficere minores probationes, quàm in alijs delictis, etiam ad inquirendum, & procedi etiam contra leuiter ſuſpectum. Et quòd in hoc crimine poſſit reus ex leui ſuſpicione examinari, inquiri, ac ſibi indici abiuratio, ſeu purgatio tradũt Affl. vbi ſupra, & Franc. Pegn. ad Direct. Eymer. par. 1. in cap. excommunicamus com. 12. §. qui autem inuenti, & de hoc non eſt dubitandum per textum in dicto cap. accuſatus: facit
✻ etiam pro hac communi ✻ opinione ratio diuerſi ſtyli, & practicæ, quæ ſeruatur in hoc delicto contra reos, ſiue contumaces, ſiue præſentes: Nam ideo in alijs delictis requiruntur ante monitorium vrgẽtia indicia, quia, ſi monitus non comparet, eo ipſo reputatur confeſſus, & conuictus, vt dixi ſupra cap. proximè præcedenti num. 21. & infra cap.97. num. 24. & 28. in fine. Vnde cum abſque vlteriori probatione delictum habeatur pro probato, mirum non eſt, quòd tam magnum præiudicium ſequi non debeat, quin præcedant prius vrgentia indicia, & per oppoſitum non præter rationem in hoc crimine receptum erit, vt ſufficiant leuiora indicia, quia, ſi monitus non compareat, tunc vel recipiuntur teſtes, qui plenè

plenè probent, vel, teſtibus deficientibus, ſaltē excommunicatur, & cum ſteterit per annum animo pertinaci in excommunicatione, quia tunc ex huiuſmodi contemptu eccleſiaſticæ cenſuræ alia ſufficiens,& clara augetur cōtra ipſum ſuſpicio, quòd malè ſentiat, idcirco ſibi non videtur ita graue prę-iudicium inferri, ex quo non condemnatur ſine ſuperuenienti probatione, ſeu vehementi ſuſpicione.

11 † Item in hoc delicto poteſt puniri ſuſpectus etiā leuiter, dicto cap. accuſatus: iniungendo purgationem canonicam, ſeu abiurationem iuxta qualitatē ſuſpicionis,vt dicam,Deo fauente, in ſecundo, & tertio libro: quod non eſt in alijs delictis: ſi ergo poteſt puniri, cur non debet poſſe moneri ad comparendum? Vnde nota, quòd in alijs delictis aſſumuntur indicia, & ſuſpiciones ſolum ad hunc effectum, vt probetur delictum principale, eoque non probato,inquiſitus dimittatur impunitus: ſed in iſto aſſumuntur non ſolum ad prædictum effectum, vt probetur delictum principale,ſed etiam, vt, eo non probato, adhuc puniatur, quo caſu non requirūtur adeo vrgentia indicia,quia punietur purgatione canonica, ſeu abiuratione iuxta qualitatem ſuſpicionis,quæ poteſt eſſe etiā leuis,vt dixi: pondera quòd in iſto delicto dixi puniri reum, etiam delicto non plenè probato, quia & ſi regula trita ſit, melius eſſe nocentem abſoluere, quàm innocentem condemnare.l.abſentem ff. de pœn. cum ſimilibus vulg. tamen in materia hæreſis tradunt oppoſitum Squillacen. de fid.cath.cap.34. Vmber. in verbo. hæreticus. verſ. ſimiliter, ad fin.& Steph. Prouinc. in clem.1.§.duro mihi,verſ.verum.de hæret.quos refert,& ſequitur Thom.Triuiſ.deciſ.35.nu.33.lib.2. Et licet Clar. lib.5. recept. ſent.q.6. verſiculo. Item ſcias,credat,prædictam communem opinionē tunc ſolum procedere, quando vltra ſuſpicionem concurrit querela, vel denunciatio, vt in alijs criminibus, & non aliàs, quia darentur nimis latæ habenæ Inquiſitoribus,tamen ſua pace dixerim, meo iudicio allucinatus eſt, quia hæc opinio habet locum, etiam ſi procedatur via ſolius inquiſitionis, vt dixi ſupra ſub nume.8.verſiculo: quid dicendum: Et ſi hæc ſua additio eſſet vera, ſequeretur,quòd ſi quis committeret aliquod factum hæreticale, vtputa, quia combureret crucem, vel imaginem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, vel quid ſimile faceret, ob qđ redderetur ſuſpectus,& Inquiſitor, inquirendo generaliter, eum inueniret ſine denunciatione, & ſine accuſatione,non poſſet contra eū procedere, quod eſt valde abſurdum. Non obſtat,quòd Inquiſitoribus videantur relaxatæ latæ habenæ, quia id ſpecialiter conceditur in hoc delicto, vt dixi ſupra ſub num.1.& maximè,quia Inquiſitores non eliguntur, niſi viri graues, ætatiſque quadraginta annorum: vnde latæ ſint quantumvis, tamen non præſumentur illis abuti: Verum, quia perito Nautæ non ſatis eſt,cūctos maris portus, & ſinus agnoſcere, ſed debet etiam ſcopulos, Syrtes, arenarum cumulos, & latētia ſub aquis ſaxa explorata habere,eaque,proram temone flectens,diligenter vitare, ne aliàs eorum obiectu,naue conquaſſata, miſerè ſubmergatur, idcirco reliquum eſt, vt adductis in contrarium reſpondeamus.

12 † Ad primū dicimus, multa fauore fidei eſſe ſingulariter tradita cap. in fidei fauorem de hæret. in 6.& ibi Archid.num. primo, dicens, fidei fauorem magnum eſſe debere ex eo, quòd extra fidem non eſt ſalus.cap.alienus 24.q.1. cum ſimilibus per eum allegatis.

13 †Et propterea dico,quòd argumenta, ſumpta ab his,quæ ſeruantur in alijs cauſis, ſunt debilia, & cū hac reſponſione coniunge ea, quæ dixi ſupra num. 8.& ſub num.9. ibi. *Nam ideo &c.* & erit pluſquam ſufficienter reſpōſum,& quòd iſta reſponſio ſit veriſſima probatur apertè in limitatione, quam poſui dicto cap.84.num.19.

14 † Ad ſecundum reſpondeo: Aut ſupponimus, Fiſcalem accuſare ſolum de hæreſi formali, & plenè probata: Aut ſupponimus, eum accuſare etiam de ſuſpicione vehementi, ſeu leui, ſimiliter plenè probatis: Si primo caſu: dico,inquiſitionem nō ſuccedere in locum accuſationis, quia licet ſuſpectus de hæreſi non poſſit accuſari ſecundum ſuppoſitū, ex quo non eſt plenè conuictus de hæreſi formali, tamen poterit contra eum inquiri, & hoc patet ex eo,quia ſuſpectus poteſt examinari, ergo à fortiori poterit inquiri,quia inquiſitio debet præcedere examen, quod autem poſſit examinari practica docet quotidie,& nemo vnquam iuit inficias: Immo ſi poteſt puniri cap. accuſatus de hæret. in 6. quomodo non poteſt inquiri? Item, quia licet diffamatus non poſſit accuſari, tamen poſſet contra eum inquiri.ca. qualiter,& quando.il 2. de accuſat.Quare ſcias huiuſmodi accuſationem,faciendam per Fiſcalē, habere diuerſum ſcopum ab ea, quæ fieri ſolet à priuatis perſonis, præſertim in alijs delictis, quia Fiſcalis in crimine hæreſis accuſat poſtquā Reus fuit examinatus, & ſæpe monitus, vt dixi infra cap.87. num.27.& ſic poſt examen: in alijs vero delictis, in quibus procederetur via accuſationis, examinatur Reus ſolum poſt accuſationem. Et illa ſententia, quòd inquiſitio ſuccedat loco accuſationis, vindicat ſibi locum in accuſatione, quę proponitur à priuata perſona, & non in ea, quæ proponitur à Promotore Fiſcali: vnde ſi argumentum haberet aliquam efficaciam,poſſet retorqueri quia,ſi poteſt accuſari etiam quòd nō plenè,ſeu ſemiplenè conuincatur: ergo poterit etiam inquiri: Dixi: *Si haberet aliquam efficaciam*, quia ad probandum, quòd legitima indicia debeant præcedere inquiſitionem, ineptè ſumitur argumentum ab accuſatione, vt patet cuilibet diſcurrenti: Si verò ſumus in ſecundo caſu, quia ſupponamus, Fiſcalem accuſare etiam de vehementi, ſeu leui ſuſpicione,tunc corruit: immo reflectitur argumētum: quoniam: ſi poteſt quis accuſari de leui ſuſpicione: ergo poteſt quoque inquiri,& hęc eſt veritas,quòd Fiſcalis accuſat etiam in hoc ſecundo caſu.

15 † Ad tertium reſpondeo, quòd illud aſſumptum non eſt verum in crimine hæreſis, quia fortiora in eo requiruntur indicia pro captura,quàm pro inquiſitione, ſicuti notaui ſupra cap.44. ſub nu.2. & probatur dupliciter: primo, quia inquiſitio ſpecialis, & ſubſe-

ſubſequenter citatio verbalis, ac examen ipſum nō prohibentur expediri per vnum ſolum ex Inquiſitoribus: Captura vero ſine aliorum conſilio nō decernitur, ſi nonnullas Inſtructiones attendamus.

Nam Madruliana in ca.3. anno ſeſquimilleſimo ſexageſimo primo, cuius verba Latino ſermone sūt conuerſa per Franc. Peg. ad Direct. Eymer. par.3. comm.17.§. hæc res, &c. ita diſponit.

Inquiſitores, viſa informatione, ſimul, ſi præſentes fuerint, deliberēt de captura, quæ magis iuſta videretur, ſi fieret cum conſilio Conſultorum eiuſdem Inquiſitionis.

Item Abulenſis de anno Domini 1498. ca.1. ſic inſtruit.

Qui Inquiſitores ſimul, & non vnus ſine altero procedant ad capturam, torturam, compurgationem canonicam, &c.

Quā inſtructionem refert idem Pegn. vbi ſupra com.38.§. Et in Hiſpania: dicens, ꝙ vbi vnus tātum eſt Inquiſitor, is non procedit ad prædicta ſine Epiſcopo: q̄ ſanè Inſtructio, ideo vbique eſt ſeruanda, quia, vt in confeſſo eſt, captura in hæreſis crimine grauiter famā lædit, & quidē multò magis, q̄ inquiſitio, quia captura publicè fit: Inquiſitio verò ſecreto, & cautè, vt tradit Simāc. de cath. inſtit. tit.44 nu. 9. & licet iura, q̄ allegat, hoc non ꝓbent; tn̄ teſtimonio praxis ſatis comprobatur, ſiquidem Cōſultores initio eorū officij iurant tenere ſecretū &c. & teſtibus iniungitur ſilentium ſub pęna excommunicationis, vt docui infra cap.87. nu.20. At in alijs delictis, quia non ita ſecretè inquiritur, ideo etiam ex inquiſitione reſultat īnfamia.

Secundo probaт̄ ex eo, ꝙ citatio verbalis, q̄ ſolet expediri poſt formatā inquiſitionē, cōcedit̄ ex leui ſuſpicione, vt ꝑ Simāc. dicto tit.44. nu.12. & proinde ex leui etiā ſuſpicione dicet̄ formata inquiſitio: Et tn̄ captura non decernitur, niſi ex vrgentibus indicijs, vt dixi ſupra dicto cap.44. num.2. Illud igitur aſſumptum procedet in alijs delictis, in quibus captura facilè concedi ſolet. vt per Simāc. dicto tract. de cath. inſtitut. tit.16. num.2. & quidem quo grauiora ſunt delicta; eo facilius captura decernitur per ea, quæ ſcripſi ſupra cap.42. num.7.

16 † Ad quartum r̄ndeo, ꝙ procedit in puniendo, nō autem in ꝓcedēdo, quapropter nos videmus, ꝙ ad inquirendū generaliter ſufficit quale quale indiciū, Et ꝙ ad inquirendū ſpecialiter, & ad torquendū nō requirit̄ plena, & clara probatio, ſed ſufficit ſemiplena: & ſi, adhuc non contentus, diceres: Hæc duo certa ſunt: Primum, quòd vbi agitur de maiori præiudicio, ibi clariores probationes requiruntur, qua ratione clariores requiruntur in criminalibus, quàm in ciuilibus, vt dixi infra cap. . . . num. . . . & cap. . . num. . .

Secundum, ꝙ in crimine hæreſis agitur de maiori ꝑiudicio, q̄ in quocunq; alio delicto, quia cæteris alijs eſt grauius, vt dixi ſupra initio capitis: Modo ſic: Valet argumentum de toto ad partē l. quę de tota. ff. de rei vendic. Sed quando agitur de condemnando, quod videtur totum, requiruntur clariores probationes, quàm in alijs, quia agitur de maiori ꝑiudicio, vt fatemur in reſponſione: ergo quādo agitur de inquirēdo, quod videtur pars, clariora etiam debēt requiri indicia. Et proinde, eſſe delictum grauiſſimum videtur non minus nobis argumentū pręberе, quòd requirantur legitima indicia, quā, quòd non requirantur: adeo, quòd videmur incidiſſe in perplexitatem Prothagoræ, & Eutali eius diſcipuli, qui, vt refert Aulus Gellius lib. 5. noctium Atticarum cap. 10. pactum inierat cū Prothagora præceptore, quòd, ſi ita ab eo doceretur, vt primā cauſam, quam oraſſet, viciſſet: conſtituebat ſibi debitorem in centum aureis: Demum, cum is excellenter doctus euaſiſſet, nullam que tamen cauſam perorandam ſuſciperet: Prothagora, id malo ferēs animo, eum conuenit in iudicio pro ſtipulata mercede, ita Iudici aduerſus Eutalum concludens: ſi ego vicero cauſam, Eutalus cogitur ſoluere virtute ſententiæ, ſi vicerit Eutalus, idem cogitur virtute initi pacti: igitur effugere non poteſt ſolutionem: Eutalus, excipiendo, retorquebat. Si vicero, non cogor ſoluere virtute ſententiæ; ſi vicerit Prothagoras, nō cogor virtute pacti: & de hac controuerſia faciunt etiam mentionem Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de Salar. par.1.§. ſequitur: in additione quæ incipit. Propoſito, & breuiter Iaſo. in l. ita ſtipulatus ſub num.18. ff. de verb. oblig. vbi ait, quòd in his caſibus ita implicatis, & perplexis ceſſant regulæ Dialecticorum, & Legiſtarum:

17 † Sunt enim rationes, ſeu argumenta, ſumpta ex loco, quem Dialectici vocant τῶ χυνδομένω, id eſt tractatū, de quo loco, vide Euera. in ſua Centur. huiuſque argumenti natura eſt, vt implicet perplexitatem: vnde ſolet etiam vocari à perplexis: quia, vt tradunt Moder. tract. de proceſſ. par.1. cap.5. num.84. cum ſeq. eademmet ratione, qua quid aſſeritur, venit negandum. Quid dicēdum huic obiectioni incidenter ſuperadditæ? Reſpondeo, quòd illud argumentum de toto ad partem in propoſito caſu procedit in alijs delictis, & non in iſto ob diuerſam practicam & ſtylū, vt notauimus ſupra ſub nume.9. ibi. *Facit etiam &c.*

18 † Ad quintum, & vltimum reſpondeo dupliciter Primo, quòd non deſunt, qui dicāt, Iudicem etiam in procedendo poſſe tranſgredi iura in atrociſſimis: & quòd ita ſeruetur Mediolani, teſtatur Clar. lib.5. recept. ſent.§.1. verſiculo ſunt etiam, in fine: Videto etiam Rol. à Vall. eod. conſ.7. num.43. cum ſeq. lib.1.

Secundo reſpondeo, quòd & ſi non liceret in alijs delictis tranſgredi iura, tamen id non debet eſſe vetitum in crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis: quia ea, quæ generaliter ſtatuuntur à Principe in vltione criminum, ſibi locum neceſſariò vindicare non debent in vltione criminum, quæ aduerſus ipſum Principem ſtatuentem committuntur: & proinde generalis prohibitio, quòd Iudex non poſſit in procedēdo tranſgredi iura quamuis delictum ſit atrox non habebit locum in delicto, commiſſo cōtra Principem, quod probatur ex pluribus, & primo ex illa vulgata regula, quòd perſona loquentis non compræhenditur ſub generali ſermone. l. inquiſitio. C. de ſolut. Bar. in l. ſi mercedem. §. ſi habitatoribus, nume.1. ff. de damn. infect. Secundo, quia controuerſia inter Cæſarem, & aliquem eius feudatarium ſuper feudo cognoſcitur ab ipſomet Cæſare, quāuis aliàs generaliter diſpoſitum ſit, vt in cauſis feudalibus

N

dalibus eligantur pares Curiæ, Boſſ.tract.crim. titu. de for.comp.num.170.

Tertio, quia licet eccleſia præbeat immunitatem delinquentibus, qui ad eam confugiunt, tamen hoc non procedit, ſi delictum fuiſſet commiſſum in ec-
✲ cleſia, cap.fin. de immu. eccleſ. & tradunt omnes, ⁎ vt refert, & ſequit̃ Clar.lib.5.recept.ſent.q.30. verſiculo. Item quæro, & verſiculo. ſed quid ſi aliquis, & faciunt quæ dixi ſupra cap.46.ſub num.22.& ratio eſt, quia ſicut qui committit in legẽ eſt indignus auxilio, & fauore legis, ca.quia fruſtra, de vſur.l.ſcimus.§.ſi verò.C.de iur.delib.Soci.conſ.59.num.9. lib.3.Alex.conſ.222.nu.9.lib.2.& alij, quos refert, & ſequitur Marcheſ.tract.de commiſſ.par.1.cõmiſ. 1.cap.2.nu.21.ita qui committit aduerſus Principẽ, ſeu Eccleſiam, non debet eorum auxilijs, & fauoribus gaudere.

Quarto, quia Vaſallus, qui promiſit Domino directo dare vnum militem tempore guerræ, non tenetur illum dare, ſi oriatur guerra inter ipſum, & dominum, Clar. & ibi additio ad eum in litera A. lib. 4.recept.ſent.§.feudum, in fine.

Quinto, quia in crimine hæreſis non eſt neceſſaria monitio euangelica, quãuis ſit neceſſaria in alijs, vt dixi ſupra cap.56.nu.3. Vnde dicimus etiam, ꝙ hæreticus non debet gaudere ullo iuris priuilegio, Auth.de priuileg.dot.hæret.mulier.nõ præſtan. circa medium: rationem aſſignat Godoffr.in l.1.C.de
19 hæret.† Accedat etiam, ꝙ hæc crimina, hæreſis ſcilicet, & læſæ maieſtatis ſunt delicta, in quibus verſatur ſtatus Reipub.quo caſu licitum eſt tranſgredi iura ordinaria: vt refert & ſequitur Rol. à Vall. dicto conſ.7.num.44.

Etenim huiuſmodi delicta ſunt veluti ignis, qui, ſi celeriter aqua non extinguatur, facilè poſſet vniuerſum Principis ſtatum comburere.

Quare Arrius in Alexandria fuit vna ſcintilla, vt retuli ſupra ſub nume.1. Non tamen adeo celeriter procedendum eſt, vt inquiſito neceſſaria facultas ſe defendendi ſit ſublata, & hæc ſufficiant: ſed mittamus allatas duas reſponſiones, quia poſſent valdè impugnari ex his, q̃ dixi ſupra ca.53.nu.30.& ſeqq. & c.97.ſub nu.... & adde tertiã quæ poterit etiã ſtare loco declarationis ad ſecundã reſponſionem: dic ergo ꝙ iudex iſto caſu non tranſgredit̃ iura, ſed mittit executioni, quia iura, vt dixi ſupra nu.9.volunt, ꝙ leuis ſuſpicio ſufficiat in crimine hæreſis: & quare ita velint collige ex his, quæ dixi ſupra in ſecunda ſolutione vſque ad num.19.

De Poſitionibus, & Articulis in cauſis Ciuilibus. Cap. LX.

SVMMARIVM.

1 *Poſitiones, & articuli poſſunt eſſe initiũ iudicij ſummarij, quia articuli funguntur officio petitionis, et facti probandi.*
2 *Poſitio quomodo definiatur.*
3 *Poſitiones ſunt inuentæ à conſuetudine.*
4 *Articulus quid ſit.*
5 *Poſitiones differunt ab articulis in multis, & primo in genere probandi.*
6 *Secundo in ordine, quia poſitiones præcedunt articulos: vnde loquendo de iure: Iudex prius præfigit terminum ad ponendum, & deinde ad articulandum.*
7 *Tertio differunt, quia ponens regulariter fatetur cõtenta in poſitionibus, ſed non articulans, ſed prius dictum limitatur pluribus caſibus.*
8 *Quarto differunt, quia poſitiones poſſunt formari merè negatiuæ; articuli verò non, niſi ſint coarctati loco, & tempore.*
9 *Quinto, quia poſitiones poſſunt produci, & admitti, etiam lapſo termino ad probandum, ſed non articuli, de quibus habes num.13.*
10 *Inſtrumenta cur poßint produci poſt publicatas, didicitasq́; atteſtationes.*
11 *Teſtes, qui examinantur ad comprobationem inſtrumenti, poſſunt examinari poſt didicita teſtificata.*
12 *Confeßio non excluditur per lapſum termini, dati ad probandum.*
13 *Articuli non poſſunt produci poſt publicatas atteſtationes.*
14 *Articulos exhibens, nunquid teneatur prius iuraſſe, materias articulatas eſſe veras.*
15 *Articuli, qui poſſunt in ſummarijs ſtare loco petitionis, debent eſſe concluſorij.*
16 *Reſponſio, facta ſuper articulis concluſorijs in cauſis ſummarijs, inducit litis conteſtationem.*

1 INcogniti † iuris eſſe nõ debet, ꝙ in ſummariis cauſis poſſumus proceſſum inchoare non ſolum à libello, ſeu petitione, citatione, & monitorio, de quibus diximus in capitibus præcedentibus, ſed etiã à poſitionibus, & articulis abſque alia petitione, vt tradit Io. Monach.in cap.fin.in verbo figura.de hæret.in 6. quẽ refert, & ſequit̃ Rot.deciſ.2.aliàs 33.nu.1.de reſcript.in nou. idem tradunt Oldrad.cõſ.244.incipiente. Ad obiectus nu.1.Rom.conſ.519.incipiente.in caſu propoſitæ, in fine.Maran.in ſuo Spec.par.4.diſtin.9.num. 18.& par.6.actu 4.ſub num.3.Marſ.ſing.102.Ioan. de Amic.conſ.6.nu.41.& ſeq.conſ.35.nu.7.& cõſ. 153.nu.3.& conſ.35.ſub nu.7.Alex. Stiat. in pract.
✲ c.20.nu.41.& cõiter ⁎ oẽs ſine controuerſia, Eſtque ratio, quia articuli fungunt̃ duplici officio, videlicet petitionis, & facti ꝓbãdi, vt tradũt Oldr.vbi ſupr.& Addit.ad Rot.d.deciſ.2.ĩ verbo.ſola facti.ĩ litera B.
2 †Poſitio, vt apparet ex his, quę ſcribit Cyn.in l 2. §.1.nu.12.C.de iureiur.ꝓp.calumn.& refert ex eo Papien.in pract.in form.poſit.in gl.1.nu.3.fol. mihi 235.vario modo definitur: Nã Bal.in l.principales. §.quod obſeruari nu.25.C.de iuram.calũn.definit, quòd eſt breuis oratio, continens factum, ad eliciendam veritatẽ concepta: aliter definiuit in l.generaliter §.ſed iuramento ſub nu.3.C.de reb.cred. dicẽs, quòd eſt pars intentionis, continens id, ſuper quo pars petit ab aduerſario reſponderi: & hãc eſſe magis ſpecificam tradit Maran.in ſuo Spec. par.6.act. 4.in princ.Bar.verò in dicto §.quod obſeruari, nu. 20.ait, poſitionem eſſe alicuius particularis rei aſſertionem, ſed hæc videtur etiam nimis generica: Papienſ.

pienſ.vbi ſupra ſic definit. Poſitio eſt quædam verborum formula iudicialis,cõcepta ad eruendam veritatem per aduerſarij reſponſionem: & quia hæc magis exprimit naturam idcirco ab ea non recedo: Poteris tu vltra præfatos videre Spec.tit.de poſit.§.1.& Archid.in cap.ſtatuimus,de confeſſ.lib.6.

3 †Quæro nunc,à quo iure ſint inuentæ ac inductę poſitiones? Reſpondeo,à cõſuetudine,vt not.in dicto cap.1.de confeſſ.in 6.& tradunt Bar.dicto §.qđ obſeruari num.18.& Aſinius,qui nonnullos alios allegat in pract.§.19.cap.24.nu.8.cætera, quæ videntur deficere,ſuppleui in differentijs infra.

4 †Articulus eſt pars intentionis,cõtinens id,quod quis probare intendit per teſtes,vel ſcripturas,vide Specu.in tit.de teſte.§.nunc videndum, nu.1.Bal.in dicta l.generaliter.§.ſed iuramento.nu.6.C.de reb. cred.Maran.in ſuo Spec.par.6.dicto actu 4.ſub nu. 1.Luc.Pæt.in pract.Capitol.lib.2.c.4.nu.1.cũ ſeqq. & Gail.in pract.obſeru.lib.1.obſeru.79. num.3.

Verum,vt poſitionum, & articulorum clarius cognoſcatur natura,videamus in quibus differant.

5 †Differunt ergo primo in genere probandi,quia ponens intendit probare per reſpõſionem aduerſarij,argumẽto textus in l.eum qui, in principio. ff. de iureiur.& in c.ſtatuimus,de confeſſ.in 6. & patet ex definitione à nobis relata ſupra nu.2.in fine, & tradit Veſtr.in pract.lib.5.cap.14.nu.1. Articulans verò intẽdit probare per teſtes,& per ſcripturas,vt tradunt Doctores,quos allegaui ſupra num. 4.

6 †Secundo differunt in modo, ſeu inquam ordine,quia poſitiones præcedunt articulos.

Quare iudex dabit prius terminum ad ponendũ, & deinde ad articulandum,vt tradit Card. in clem. ſæpe.§.& quia in 6.& 7.q.de verb.ſign. quẽ refert, & ſequitur Maran.dicto actu 4.ſub nu.1.quia terminus,datus ad ponendum,nõ includit terminum, datum ad articulandum, quia ſunt diuerſa, vt tradunt Bal.in d.l.generaliter.§.ſed iuramento ſub nu.3. C. de reb.cred.& Maran.vbi ſupra num.2.Et ꝙ iſte ſit ordo, vt probare intendens priuſquam ad aliquod genus probationis deueniat, faciat poſitiones, tradit Spec.tit.de poſit.§.2.in fine, quem refert, & ſequitur Bal.in dicta l.principales. §. quod obſeruari, num.2.C.de iur.calum.Etenim ſi pars fateatur poſitiones,articuli, ſeu inquam aliæ probationes minimè neceſſariæ ſunt: Verum relata differentia,quòd conſtituantur duo termini diſtincti: alter ad ponendum,& alter ad articulandum, vnusq; non includatur in altero, receſſit ab aula: vno namq; eodemq; termino producuntur ſimul poſitiones, & articuli; immo dantur articuli,non aliter formatis poſitionibus ad partẽ,eo tñ animo dantur, ſicuti refert etiam Veſtr.dicto lib.3.c.4.nu.2.vt priuſquã probatio fiat ſuper ſingulis,pars aduerſa interrogetur, quod etiã ſeruatur in Camera Imperiali, vt teſtať Gail. dicta obſeru.79.nu.3. & in Regno Neap. vt teſtať Marã. dicto actu 4.nu.5. Et iuxta hunc ſtylũ nos habemus in vrbe ſtatuta lib.1.ca.59. diſponentia, ꝙ iudex ad inſtantiam alterius partis teneatur in cauſis ordinarijs dare tres dilationes partibus ad probandum de eorũ iure,quarũ duę primę ſint ad probandũ,& tertia ad probandum, & probatũ habendũ per omne genus probationis,& perfecti examinis, & harũ dilationum tempus committitur arbitrio iudicis, qui reſpiciat importantiã,& difficultatẽ cauſæ:ſecunda tñ debet eſſe breuior prima, & tertia breuior ſecunda, vt Deo dante, dicemus in ſecundo libro.Quinimò in cauſis ſummarijs,ĩ quibus modo verſamur, etiam ſtylo circũducto,poteſt de iure vnus ſolus terminus aſſignari ad ponendum,& articulãdũ,vt tradit Card. vbi ſupra, quẽ refert, & ſequitur Maran. dicto actu 4.par.6.nu.5. & concordãt ſtatuta Vrbis lib.1.c.89.quæ diſponunt, eſſe aſſignandũ terminũ quinque dierũ vtiliũ. Et proinde ipſa nomina poſitionum,& articulorum confundũtur, vt tradit Luc. Pæt.in pract.lib.2.cap.4.nume.1.& inoleuit practica,vt articuli ita formentur.

*Poſitiones,& articulos infraſcriptos dat,facit, et exhibet pcurator,& eo nomine Magnifici D.N. quibus prius,& ante omnia ſingulariter ſingulis p partẽ aduerſam medio iuramẽto per verbum credit,vel non credit reſponderi,& ſi negabuntur,illas,ſeu illos ad probandum admitti petit &c.*Ita docet Veſtr.dicto cap.4.nu.3. ac deinde in vnoquoque poſitionũ capite ita ſolet initiari. *Item ponit,& dicit, & quatenus opus ſit probare intendit &c.*

Et ſic remanet differentia in ordine ſcripturæ,& examinis faciendi, non aũt in aſſignatione termini.

7 †Tertio differunt,quia, qui ponit, regulariter fatetur poſita argumento textus in l. cũ precum.C de liber.cauſ.& tradunt Bar.in dicto §. quod obſeruari,nu.19.Alex.conſ.71.nu.4. lib.3. vbi alios allegat, item Ioan.de Amic.conſ.61. nu. 6. & conſ.101.nu. 3.Maran.vbi ſupra nu.6.Luc.Pæt.dicto c.4.nu.1.& Gail.in pract.obſeru.lib.1.obſeru.79. nu.6. hocque eſt rationi conſonũ,quia ſi ponens releuatur ab onere probandi ea, ꝗ examinatus non negat in ſuis reſponſionibus,ita quoque is, qui examinať debet releuari ab onere probandi ea, ꝗ aduerſarius poſuit, vt tradit Maran.dicta par.6.actu 4.nu.13.Et in tantũ ponens intelligiť confiteri contenta in poſitionibus,vt talis confeſſio reuocari nõ poſſit, ſiue poſitio fuerit ſcripta,ſiue non, vt referunt, & ſequunť Maran.& Gail.vbi ſupra vterq; nu.6.Limita hoc dictũ pluribus caſibus. Primo qñ ponens doceret de errore confeſſionis,quia tunc põt confeſſio reuocari, & ita loquuntur Doctores,allegati:limita ſecundo,qñ poſitio non eſſet adhuc effecta de actis:vtputa,quia non ſit præſentata in iudicio, & ſi fuerit præſentata nondũ per iudicem ſit admiſſa per ea, ꝗ tradũt Bal. in dicta l.generaliter.§.ſed iuramento,num.2.C.de reb.cred.& Maran.dicto actu 4. nu.8. Reliquos caſus, in quibus venit limitanda, poteris videre apud Veſtr.in pract.lib.5.cap.16.num.5.6.7. & 8.

Articulans verò non fateť,Abb.in c.cum venerabilis,nu.58.de except. Maran. vbi ſupra nu.7.Gail. dicta obſeru.79.nu.7.lib.1.Vrſill.in annot. ad Affl. deciſ.7.nu.9.Et Luc.Pæt.dicto lib.2.c.4.nu.1.& hęc differentia communiter aſſignatur,quicquid per oppoſitum ſenſerit Papien.in pract.in form.capitul.in glo.1.num.4.dicens,quòd producens capitula videtur fateri oĩa cõtenta in capitulis,producẽs vero poſitiones minimè, niſi cõditionaliter, quatenus ſcilicet aduerſarius eas fateať: Verũ hęc differẽtia tunc

non habet locum, quando positiones essent negatiuę, vtputa, quia dentur per modum exceptionū sub hac forma. *In primis negat &c. & si appareret debitum, tunc excipiendo ponit, & probare intendit, se soluisse, &c.* vide Bar. in l. non vtique, ff. de except. Ias. in l. Iulianus. nu. 14. ff. de condict. indeb. Maran. dicto actu 4. nu. 9. & Vrsill. vbi supra num. 11.

8 † Quarto differunt, quia positiones formari possunt mere negatiuæ: quamuis enim super hoc antiquitus dubitaretur, vt patet ex his, quæ scripserunt Cyn. & sequaces in l. in contractibus. §. illo. C. non num. pecun. & Papien. in pract. in form. excipien. cōtra positio. in glos. Ac negatiuę fol. mihi 259. tamen hodie Doctores sine cōtrouersia asserunt, posse formari, vide Alex. in l. inter stipulantem, in princ. ff. de verb. obliga. Maran. in suo Spec. dicto actu 4. nu. 1. in fine, & est decisum per textum in cap. 1. de confess. in 6. vt aduertit etiam Papiē. vbi supra, & in forma posit. acto. in glos. per verbum credere nu. 3. fol. 240. loquitur tamen ille textus cū grano salis, vt poteris videre.

Articulus vero minime, nisi sit coarctatus loco, & tempore: vt refert & sequitur Maran. loco proximè citato.

9 † Quinto differunt: quia positiones possunt produci, & admitti, etiam elapso termino ad probādū, & post publicatas attestationes: Hostien. in sum. tit. de litis cōtest. nu. 3. Spec. tit. de posit. §. 4. nu. 5. vers. *Sed quid si aliqua partium.* & Vestr. in pract. lib. 5. c. 14. sub nu. 12. & multos alios pro hac opinione congerit, & sequitur Asinius in pract. §. 19. cap. 11. per totum. Non obstat, ꝙ contrarium senserint Specu. eod. tit. de posit. §. fin. versicul. Item quid si datus, & Bal. in l. in cōtractibus. §. illo. C. nō num. pecu. quos refert, & sequitur Maran. in suo Spec. par. 6. actu. 4. nu. 10. quia duplici ratione conuincūtur, prima: vbi militat eadem ratio ibi eadem dispositio, vulg. iur. At ratio, ob quam instrumenta possint produci etiā post didicita testificata, militat etiam in productione positionum. Ergo &c. probatur minor.

10 † Ratio, cur Instrumenta possint produci post publicatas, didicitasque attestationes, est: quia cessat timor subornationis, cap. cum dilectus, & ibi glos. in verbo. post publicationem, de fid. instrum. cap. series, de testib. l. officium. ff. de rei vendic. Bal. in l. ampliorem, nu. 8. C. de appel. Socin. in reg. 403. fall. 31. Rot. decis. 2. aliàs 147. de probat. in antiq. Maran. in suo Specu. par. 6. actu. 8. nu. 47. & Gail. qui nonnullos alios allegat in pract. obseru. lib. 1. obseru. 105. nu. 4. Sed hęc ratio militat in productione positionum, quia in aduersario nō potest cadere iste timor subornationis, vt sensui cuiuslibet sani capitis apertissime patet.

11 † Et ꝙ hæc ratio sit attendenda, patet ex eo, ꝙ licet testes examinari non possint post didicita testificata, ꝓpter timorē subornationis clem. 2. de testib. & tradunt Bar. in l. per hanc nu. 5. C. de tēpor. appel. Affl. decis. 216. nu. 1. & Gail. dicta obseru. 105. nu. 2. & legistę cōiter in Auth. At qui semel. C. de ꝓba. & Canonistæ in cap. fraternitatis, de testi. fallit tamen, qñ testes examinarētur ad comprobationem instrumenti: quia cessat timor subornationis, vt tradunt Ant. de Butr. & Abb. in c. series, de testi. Bal. in l. certi condictio. §. quoniā in princip. ibi, *secundo nota.* ff. si cert. pet. & in l. ampliorem. nu. 8. C. de appel. Affl. dicta decis. 216. sub nu. 5. & ibi Thom. Grām. in sua additione, Marā. dicto actu 8. nu. 48. Crauet. cons. 65. nu. 3. lib. 1. Gail. dicta obseru. 105. nu. 4. & est cōis. * vnde redditur falsa ratio, quā assignat Bal. in dicto §. illo, dicens, non posse cogi ad respondendum positionibus, quia lapsus est terminus: etenim si ista ratio esset vera: sequeretur, ꝙ post lapsum terminum nihil produci posset in vim probationis.

12 † Secunda, quia confessio aduersarij non dicitur probatio Bal. in auth. sed nouo iure nu. 12. C. si cert. pet. & alij, quos refert, & sequitur Asinius dicto ca. 11. Ergo non excluditur per lapsum termini, dati ad probandum. Quare Spec. est sibimet contrarius, & Bal. conuincitur suis proprijs rationibus.

Sed quid dicendū, si datus fuisset terminus perēptorius ad faciendas omnes probationes, nunquid, eo lapso, possint produci positiones? Respondeo, Vestr. dicto c. 14. sub nu. 12. ait, ꝙ nō: & ita tacitè, ac perfunctoriè videt̄ conciliare Speculatorē, aliàs sibimet contradictorē: & Bal. vbi supra, quia licet, vt dixi, positiones confessatę non dicant̄ probationes, tñ succedunt loco earum. Sum in contraria sententia, ꝙ indistinctè adhuc ꝓduci possint, quia satis est, ꝙ cesset timor subornationis, & huiusmodi Vestrij conciliatio impugnatur etiam ex eo, ꝙ post litis cōtestationem oēs termini sunt peremptorij, vt aduertit Grauat. in annot. ad eū sub nu. 35. & prædicta cōclusio, ꝙ possint produci etiā post lapsum terminum nullam difficultatem admittit in causis summarijs, quia in his potest iudex, tam ad instantiam partis, quam ex officio, tam ante lapsum terminum, quam post, etiam post factam conclusionem (si fieri contingat) interrogare partem, eamque cogere ad respondendū, cap. cum Ioānes, in fine, de fid. instrum. & tradit Luc. Pæt. in pract. lib. 2. cap. 4. nu. 27.

13 † Articuli verò produci non possunt post publicatas attestationes per ea, quæ dixi supra nu. 11. quando autem intelligantur ad hunc effectum publicatæ attestationes videto Gail. dicta obseru. 105. num. 2. cum seqq. & ego, Deo annuente, dicam in secūdo libro.

Reliquas differētias, qualis est illa circa copiam, quæ ante responsionem aduersarij dari nō solet in positionibus, Et si qua alia extat suis peculiaribus locis in lib. 2. vberius attingam.

14 † At quęro: nunquid exhibens articulos, teneatur prius iurare, materias articulatas esse veras; quēadmodum tenet̄ iurare is, qui dat positiones? R̄ndeo, in positionibus non est difficultas, ꝙ tenetur iurare, vt tradit Ias. in l. Iudices nu. 7. C. de iudic. Intellige tamen, si à parte petatur, sicuti notāt Grauat. in annotat. ad pract. Vestr. lib. 5. cap. 14. nume. 17. & Luc. Pæt. in pract. lib. 2. cap. 4. num. 9. & est bona cautela, vt aduersarius protestetur, positiones non recipi, seu super eis examinari testes, nisi sint prius specificatę materię medio iuramento etiā ipsius principalis, si reperiatur præsens, quia postquam est præstitum iuramentum nō possunt amplius reuocari, Vestri. dicto lib. 5. cap. 16. nume. 7. & isto casu succedunt ea, quæ dixi supra sub num. 7. in Tertia differentia:

rentia: In articulis vero poſſemus ſubſiſtere, quia qui articulat non fatetur, vt dixi loco proximè citato. Vnde iuramentũ non erit impedimento quominus articuli reuocari poſſint, & alij exhiberi, Luc. Pæt. tamen, & Grauat. vbi ſupra, dum aiunt, materias eſſe ſpecificandas medio iuramento, parte petente, loquũtur promiſcuè, videlicet tam de poſitionibus, quam de articulis: & ita diſponunt ſtatuta Vrbis lib. 1. ca. 68. in princip. & ita ſeruatur, cauſam tamen inde oriri arbitror, quia ſecundum practicam poſitiones ſunt articuli, & è contra: ſiquidem prius examinatur principalis, & deinde ſuper eiſdem examinantur teſtes, vt dixi ſupra ſub nu. 6. ibi. *Namque &c.* & ibi *poſitiones, & articulos &c.* Hac tamẽ praxi, ſeu ſtylo ceſſante, crederem, nõ eſſe neceſſarium iuramentum principalis in articulis.

His differẽtijs cognitis, præbetur forſan anſa curioſis dubitandi, cur Doctores in definitione poſitionum poſuerint illam potius differentiã, ꝙ ponens intendat probare poſita per reſponſionem aduerſarij: articulans verò per teſtes, & ſcripturas, quàm aliquam aliã ex relatis? Reſpõd. quia illa videt̃ magis attingere ſubſtantiã. Et ſi quid aliud obijceretur, dicas, ꝙ omnis definitio in iure periculoſa eſt, vt dixi ſupra cap. 2. nu. 12. & ideo pinguiores, ac rudiori minerua definitiones traduntur à Iureconſultis, quàm à Dialecticis: Etenim videmus, Modeſtinũ in l. 3. ff. de vſucap. definiuiſſe vſucapionẽ ab effectu, dũ ait, eã eſſe acquiſitionem dominij, & Vulp. in l. 1. ff. de iuſt. & iur. definiuiſſe ius ab officio: dũ inquit, ius eſſe artem boni, & æqui, iuſtum ab iniuſto diſcernentẽ: & tamen ſeparare iuſtum ab iniuſto reſpicit officiũ. Ex quibus nota, tu Domine Iuriſta, Definitiones in iure ciuili nõ eſſe examinandas regulis garrulę Dialecticæ: dico garrulam, quia ita eã vocat textus in c.

15 legimus, diſt. 37. † His expeditis, ſciendum eſt, ꝙ vbi poſitiones, ſeu articuli exhibentur in ſummarijs loco libelli, ſeu petitionis debent eſſe cõcluſorij, ſatis tamen dicent̃ concludere, ſi ſit in eis appoſita clauſula *Quibus veris exiſtentibus*, vt tradit Pariſ. cõſ. 113. nu. 2. & 3. lib. 4. quem etiam refert, & ſequitur

16 Luc. Pæt. in pract. lib. 4. cap. 2. ſub nu. 18. † Hac enim ratione funguntur officio petitionis iuxta ea, quæ dixi ſupra nu. 1. in fine. Et propterea reſponſio, ſuper ijs facta ab aduerſario, inducit litis cõteſtationem, quia eſt, ac ſi reſpondiſſet, libello, ſeu petitioni, vt tradunt Rot. deciſ. 29. aliàs 646. de probat. in antiq. & Maran. in ſuo Spec. par. 6. actu. 4. nu. 3. in fine, licet alias in ordinarijs reſponſio, facta poſitionibus, non inducat litis cõteſtationẽ, Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 73. nu. 8. ſed de hoc non eſt curãdum, quia in ſummarijs litis conteſtatio non eſt neceſſaria, vt dixi infra cap. vltimo, & hæc ſufficiant.

De capitulis, ſeu poſitionibus, & articulis in cauſis Criminalibus, & Hæreſis. Cap. LXI.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum eſt nomen generale, & ideo, dato termino ad capitulandum, poſſunt in eo produci, tam capitula, quam poſitiones, & articuli.*

2 *Capitula quæ ſint in cauſis criminalibus.*

3 *Articuli, ſeu poſitiones, & capitula, an & quomodo poſſint eſſe initium iudicij criminalis.*

1 CAPITVLVM † eſt nomẽ generale, comprehendẽs ſub ſe & articulum, & poſitionem: vnde dato termino ad capitulandũ: poſſunt produci poſitiones, & articuli, Bal. in l. generaliter. §. ſed iuramento nu. 3. C. de reb. cred. & Maran. in ſuo Spec. par. 6. actu. 4. nu. 2. Verũ hæc nomina confunduntur, & articuli vocantur capitula, & è contra, vt per Abb. in ca. per tuas ſub nu. 1. col. 2. de teſti. ibi: *Is qui producit teſtes, dat articulos, quos probare intendit, & alio vocabulo appellantur capitula.*

2 † Latrunculatores tamen vocant capitula illa capita, quæ poſt completam inquiſitionem aſſumunt probanda. Eſt ſiquidem de iure in primis ex generali inquiſitione formanda inquiſitio ſpecialis iuxta ea, quæ dixi infra c. 68. nu. 11. & in alijs locis, ea que formata interrogatur reus, qui ſi contenta in ea fateatur, non egemus vlteriori probatione; ſin minus: Iudex format nonnulla capitula iuxta tenorẽ inquiſitionum ad inſtar articulorum in cauſis ciuilibus, ijſque formatis, ruſus interrogat inquiſitum, qui ſi fateatur, nõ requiritur vlterior probatio, vt dixi, ſin minus, examinantur teſtes, & producuntur ſcripturæ, vt per Maran. vbi ſupra, & actu 14. nu. 10. & de his capitulis verba feci infra cap. 100. num. 11.

Articulus, & poſitio quid ſint dixi ſupra cap. pro-

3 ximè præcedenti nu. 2. & 4. † Modo reliquum eſt, vt videamus, nunquid in criminalibus poſſit initiari ꝓceſſus ab articulis, & poſitionibus, ſeu capitulis, ꝓut initiari poſſe diximus ĩ cauſis ciuilibus ſummarijs? Et quidem prima fronte videtur dicendum, quòd non, quia iſte modus inchoandi ab articulis conceditur, vbi procedi poteſt ſummariè, vt dixi ſupra cap. antecedenti in principio: Atqui in criminalibus nõ proceditur ſummariè, teſte Bonicon. tract. de accuſat. & inquiſit. ſub nu. 2. vbi ait, requiri libellum, litis conteſtationem, & omnia alia ſolẽnia, & Staph. de lit. iuſt. c. ſignatura iuſtitiæ ad quid ſeruiat in cauſa beneficiali nu. 2. fol. mihi 317. vbi ait, in cauſis criminalibus non dari prœceſſum ſummariũ; ſed proceditur pleniſſimo iuris ordine ſeruato l. abſentem. ff. de pęn. Salyc. & alij, quos refert, & ſequitur Gũdiſ. tract. de hæret. q. 12. nu. 1. præterquam in cauſis naufragij, in quibus proceditur velo leuato, & ſummariè, vt aduertit Maran. in ſuo Spec. par. 6. De inquiſitione nu. 146. & dixi ſupra cap. 53. nu. 41.

Pro cõtraria opinione adducitur oppoſita ratio, videlicet, ꝙ in cauſis criminalibus ꝓcedi poſſit ſummariè, vt firmauimus ſupra cap. 51. nu. 27. & nu. 30. Quid dicendum? Reſpond. Aut q̃ris nunquid in criminalibus liceat ĩchoare à poſitionibꝰ: Aut nũquid ab articulis, ſeu capitulis. ſi primo caſu, ruſus diſtinguo: Aut ſumis poſitiones in ꝓprio ſignificatu, & natura, prout ſcilicet habent vim confeſſionis ponẽtis

iuxta ea, quæ docui supra cap. proximè præcedenti num. 7. & dico, processum criminalem non solũ non posse ab eis inchoare, sed neq; eas admittere in vlla parte sui, quod per statuta Vrbis lib. 2. cap. 12. est expresse dispositũ. Et ratio est, quia aperiretur via collusioni: Aut sumis prout stant loco articulorum, seu capitulorum, & vide quæ modo subieci: Si verò secundo casu: nunquid scilicet possit initiari ab articulis: dic, quòd sic, quia in causis criminalibus, & præsertim grauioribus, quales sunt causa hæresis, & læsæ maiestatis potest procedi summariè, & arbitrario modo, vt dixi: Et proinde si quis daret aliqua capitula, seu articulos iudici, in quibus contineretur delictum, ab aliquo commissum cum suis circunstantijs, vel etiam sine: quis dubitabit, iudicem processurum ad vlteriora, ac si foret exposita querela? Non obstant adducta in cõtrarium, quia illa possunt procedere de iure communi, secus de consuetudine, & secundum nonnullas editas constitutiones, & pragmaticas, vt dixi in dicto cap. 51. num. 30. Immo in causa hæresis minus procedunt de iure cõmuni, quia in hoc crimine ab ipso conceditur processus summarius, vt docui supra cap. 52. num. 2.

De præsentatione Instrumentorum, & eius effectu in Ciuilibus. Cap. LXII.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum quantumuis publicum nõ habet executionem paratam de iure communi, & ideo statuta, quæ illi eam concedunt, sunt restringenda.*

2 *Obligatio recepta penes acta, itemve quilibet contractus iudicialis habent executionem paratam.*

3 *Fideiussor de iudicatum soluendo, lata sententia cõtra suum principalem, executiuè, & sine nouo processu cogitur soluere: est tamen ante executionem citandus.*

4 *Obligatio penes acta nunquid possit recipi die feriato, & quid seruetur in Regno Neap. in relaxatione carceratorum tempore feriato.*

5 *Obligatio quando dicatur recepta penes acta.*

6 *Consignatio carcerati per chlamidem, quæ fit in Regno Neap. requirit mandatũ, & præsentiã iudicis.*

7 *Instrumentum habet executionem paratam, quãdo debitor coram iudice, & parte fatetur, contenta in instrumento esse vera.*

8 *Testamenti instrumentum non rasum &c. quando habeat executionem paratam, & quando non.*

9 *Legatarius nunquid possit agere executiuè pro consecutione rei legatæ.*

10 *Instrumentum iuratum, nunquid habeat executionem paratam.*

11 *Instrumentum depositi, an & quando habeat executionem paratam.*

12 *Instrumentum sẽtẽtiæ habet executionem paratã, sed hæc non est fallentia ad regulam, quæ est, vt instrumenta non habeant executionem paratam.*

13 *Statuta, concedentia instrumentis publicis executionem paratã, vigent apud plures, & præsertim apud Italos, & quomodo procedatur in Regno Neapolit.*

14 *Statuta prædicta, an sint valida.*

15 *Guarentigia, an habeat executionem paratam de iure communi.*

16 *Instrumenta, an possint habere executionem paratã ex vi consuetudinis.*

17 *Obligatio in forma Cameræ, an habeat executionem paratam ex dispositione alicuius statuti, seu Pontificiæ cõstitutionis, vel potius ex consuetudine, & vsu quodam, seu ex pacto contrahentium, & quomodo antiquitus deueniebatur à contrahentibus ad huiusmodi obligationem, & an debitor absens deberet citari in partibus, & quomodo procedatur hodie post reformationem Pij Quinti.*

18 *Confeßis iudicialiter, an poßit fieri præceptum, vt soluant sine aliqua dilatione.*

19 *Citatio an sit necessaria, quando datur executio parata, & quid seruetur in Guarentigia, quidve in instrumento in forma Cameræ.*

20 *Instrumẽtum in forma Cameræ, & factum in Vrbe, seu alio loco status ecclesiastici, nunquid habeat executionem paratam extra dictum statum.*

21 *Citatio an sit necessaria in executione obligationis penes acta, & quid seruetur in Regno Neap.*

22 *Guarentigia in quo differat ab obligatione in forma Cameræ, & quæ sit guarentigiæ Etymologia, & uox item cur dicatur obligatio in forma Cameræ.*

23 *Instrumentum an poßit habere executionem paratã ex pacto contrahentium.*

24 *Executio parata concedenda ex pacto super bonis debitoris creditori hypothecatis, nunquid sit concedẽda contra tertium illorum bonorum possessorem, & an & quãdo requiratur prius excußio principalis, & quid si debitor constituerit, se precario, & nomine creditoris poßidere.*

25 *Instrumentum, habens vigore statuti executionem paratam in bonis debitoris, nunquid illam habeat, si poßideantur à tertio.*

26 *Executio parata, quæ conceditur instrumento virtute statuti, consuetudinis, seu pacti contra principalem debitorem, an concedatur etiam contra eius fideiussorem.*

27 *Debitor, an poßit pacisci, vt creditori liceat propria auctoritate ingredi poßeßionem bonorũ ipsius debitoris.*

28 *Creditori, cui ex pacto licet propria auctoritate ĩgredi poßeßionẽ bonorũ debitoris, nunquid liceat debitore resistẽte, & quotuplex sit ista resistẽtia, et quid si sit appositum etiam precarium, seu constitutum.*

29 *Creditor, qui ex pacto potest propria auctoritate ingredi poßeßionẽ bonorũ sui debitoris, nunquid poßit illam etiam acquirere sine ministerio iudicis.*

30 *Pactum ingrediendi poßeßionẽ auctoritate propria, seu vt poßit procedi via executiua: nũquid habeat locum, si instrumentum non sit liquidum.*

31 *Licentia ingrediendi poßeßionem propria auctoritate, nunquid comprahendatur sub pacto, quòd creditor habeat executionem paratam.*

32 *Executio parata nunquid sit concedenda, debitore non citato, si persona creditoris sit mutata, & stante pacto, quòd creditori liceat bona debitoris capere propria auctoritate.*

33 *Actori, valẽti agere executiuè, si is cœperit agere via ordinaria, nunquid liceat redire ad viã executiuã.*

ABSOLVIMVS iam quibus modis poſſit inſtitui iudicium, ſeu proceſſus in ſummarijs: nunc, agẽdo de modo, quo inſtituitur iudicium executiuum, venit tractãdum de iudiciali inſtrumentorũ præſentatione: Etenim vbi iura communia, aut municipalia tribuunt publicis inſtrumentis, vel alijs priuatis ſcripturis vim executiuam: tunc inſtrumenta exhibent̃ initio ante vllũ aliũ actũ corã iudice. Et hac ratione de ipſis ſum hic acturus.

1 † Inſtrumentum quantumuis publicũ non habet de iure communi executionẽ paratã, textus eſt in l. minor. 25. annis, cui fideicommiſſum: in principio, & ibi Bar. Bal. Caſtr. Alber. & alij. ff. de minor. tradunt Alex. in l. ait prętor. §. ſi iudex. ff. de re iud. & in l. ſi cum dotem. §. eo autem tẽmpore, nu. 11. ff. ſolut. matr. & in l. ſed & ſi poſſeſſori. in fin. ff. de iureiur. Socin. in l. ſi ſe non obtulit. §. ſi ex cõuentione, nu. 6. ff. de re iud. Iaſ. in l. tale pactũ. §. qui prouocauit, nu. 9. ff. de pact. & in l. cunctos populos nu. 58. C. de ſum. Trin. & fid. cath. & in l. fin. nu. 6. C. de edic. Di. Adr. toll. Bened. de Barz. tract. de Guarentig. par. 1. princip. q. 8. Verſiculo: aliquando autẽ Boer. deciſ. 295. nu. 5. Oſaſc. deciſ. 129. nu. 2. Luc. Pæt. in pract. lib. 3. c. 1. nu. 1. Cagnol. in l. in teſtamentis, nu. 8. ff. de reg. iur. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 17. nu. 1. & latè Moder. tract. de proceſſ. par. 3. ca. 2. nu. 1. & hæc eſt cõmunis, * de qua teſtant̃ Rodaric. Suarez. in repetitione l. poſt rem iudicatam in declaratione legis Regni, in verbo. ſecutus veſtigia nu. 6. ff. de re iud. Eman. Suarez. in Theſ. recept. ſent. in verbo inſtrumentum: Franc. Bec. conſ. 17. ſub num. 2. lib. 1. Mãſuer. in addit. ad pract. Papien. in form. product. inſtr. in gl. exhibens, ac producens ſub hoc * aſteriſco. ibi. cui adde. fol. mihi 330. & Theſſ. Foſſanẽ. deciſ. 26. nu. 1. pro qua communi concluſione ponderant oẽs textũ in d. l. minor 25. annis, quẽ in iure meliorẽ exiſtimant Ang. & Alex. in l. ſi cũ dotem. §. eo autem tẽpore. ff. ſolu. matr. Verum ęquè bonum, ac forſan meliorẽ textum habemus in l. ſi pacto. C. de pactis, vt dicit Foſſan. vbi ſupra, & in tantum hęc cõmunis cõcluſio ꝓcedit de iure, vt Ang. de Peruſ. in dicto §. qui prouocauit, relatus per Moder. dicto c. 2. nu. 2. dixerit, eſſe contra oĩa iura mundi, ꝙ inſtrumenta habeant executionẽ paratã, & propterea ſtatuta, eam illis concedentia, eſſe reſtringẽda tradiderunt Alex. dicto §. eo autẽ tempore, nu. 6. & Franc. Marc. q. 393. nu. 1. quos refert, & ſequitur Foſſan. vbi ſupra ſub num. 2. Hæc communis concluſio habet etiam ipſa more aliarum ſuas fallentias.

2 † Primo ergo fallit in obligatione recepta penes acta Gloſ. in auth. generaliter, in verbo conſcribat. C. de epiſc. & cler. Bal. Pau. de Caſt. & Alex. in l. cũ pro quo. ff. de in ius voc. Io. de Amic. conſ. 21. num. 10. Affl. deciſ. 387. nu. 1. Vinc. de Franc. deciſ. 118. nu. 7. & eſt cõmunis, * de qua teſtat̃ Curt. Iun. in l. tale pactũ. §. qui prouocauit nu. 27. ff. de pact. Amplia, ſeu declara iſtam concluſionẽ, vt habeat locum in quolibet contractu iudiciali, quia tunc ſuper eo ꝓceditur officio iudicis ſine libello, & ſine ordine iudicij Bal. in l. qui crimen nume. 16. C. qui accuſ. non poſſ. & eſt communis, * de qua Alex. de Imol. in l. à diuo Pio. nu. 23. ff. de re iud. quẽ referunt, & ſequuntur Moder. tract. de proceſ. execut. par. 3. c. 2. nu. 24. pro qua eſt textus apertus in l. tale pactum, §. qui ꝓuocauit. ff. de pact. vbi diſponitur, iudicem debere exequi conuentionem factã in iudicio ſicut confeſſionem, vt ibidem declarat Bar. quem Doctores cõmuniter * ſequuntur, vt tradit Iaſ. in dicta l. à Diuo
3 Pio nu. 26. verſus finem. ff. de re iud. † Et iuxta hãc concluſionẽ videmus, ꝙ fideiuſſor de iudicatum ſoluendo; lata ſententia contra eum, pro quo fideiuſſit, cogitur ſoluere executiuè ſine nouo ꝓceſſu Bar. in l. 1. nu. 2. ff. de iud. ſolu. Papien. in pract. in form. execut. ſent. diffinit. nu. 27. Boſſ. tract. crim. tit. de carcer. fideiuſ. committ. nu. 60. & eſt cõmunis, * de qua teſtatur Cagnol. in l. nemo alienæ, in fine. ff. de reg. iur. quem refert, & ſequitur Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 95. in fine principij. Difficultas tñ eſt: nũquid poſſit fieri executio contra huiuſmodi fideiuſſorẽ, ipſo antea non citato, & quidem Bar. vbi ſupra dicit, poſſe fieri executionẽ ſine proceſſu ordinario, ſed non ſine ſummario, & ſic ſecundum ipſum requiritur citatio. Contrariam ſententiam, ꝙ eo aliter non citato, poſſit executari tenet Aſinius in pract. §. 31. ca. 2. in ampliatione 22. ampliationis nu. 9. ſed gloſ. in l. final. in verbo perſoluere. C. de vſur. rei iud. Bal. in l. duobus. §. igitur ſi quis. ff. de iureiur. & conſ. 46. lib. 3. & Rip. in l. 2. nu. 34. C. de eden. quos ipſe allegat hoc non teſtantur, ſed aiunt, poſſe fieri executionẽ ſine nouo proceſſu, vt iam diximus, & Bal. hoc ſolũ addit, quòd fideiuſſor non eſt citandus in prolatione ſententiæ, quia factum cum principali afficit fideiuſſores etiam non citatos. Idẽ tradit Vrſill. in annotat. ad Affl. deciſ. 182. num. 2. ſed hoc non tangit difficultatem. Et ideo non recedo à priori ſentẽtia, quòd fideiuſſor ſit citandus: quinimo ſententia lata minus exequi debet aduerſus eum, cõtra quem eſt lata, niſi is prius fuerit citatus, teſte Papien. in pract. in form. execut. ſenten. diff. in Glo. ſapiens vir nu. 4. fol. mihi 429. & dicam, Deo fauente, in tertio libro: In Regno tamen ex diſpoſitione ritus 128. de quo dixi infra nu. 21. forſan aliter eſſet reſpondendum.

4 † Quæro circa hanc primam fallentiam de duobus. Primo nunquid poſſit recipi die feriato? Reſpondeo, quòd non, quia eſt actus iudiciarius, qui die feriato expediri non poteſt l. fina. C. de fer. Et propterea licet omnes cauſæ carceratorum dicantur ſummarię, quæ poſſunt expediri etiam tempore feriato iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 53. nume. 23. tamen in Regno ex diſpoſitione ritus 43. itẽ ſeruat. & ibi notat Carauit. num. 1. cum ſeqq. ſi carceratus offerret fideiuſſionem tempore feriato, illa non reciperetur penes acta, ſed (& hoc, ne relaxatio carcerati differret̃ vſq; ad tempus, quo curia regitur) officialis, ſeu, vt vidi obſeruari, ipſe Notarius capit carceratũ dimittẽdũ, & ꝑ chlamydẽ, hoc eſt, veſtẽ cõſignat illi, qui vult ꝓ eo fideiubere, iſq; eum in ſe recipit, & ꝓmittit conſignare eidem Iudici prima die iuridica ſub pęna &c. Et de hac cõſignatione debet fieri inſtrumẽtũ publicũ inter ipſum iudicẽ conſignantẽ, &

eum, cui conſignatur præſentibus teſtibus,& deinde is prima die iuridica illum repræſentat,& capitur fideiuſſio penes acta per eundem actuarium in
5 forma. † Secundo quero, quando obligatio dicatur recepta penes acta? Reſpondeo, quoties eſt ſcripta ab Actuario penes acta de mandato iudicis: Vnde præſentia ipſius non eſt neceſſaria, ſicut minus eſt neceſſaria præſentia eius, ad cuius fauorem recipitur, Afflic.deciſ.135.num.5.& Maran.in ſuo Spec. par.6, Act.10.num.19.& 20.immo in locis Illuſtriſſimi,& Excellentiſſimi Domini Marci Antonij Columnæ in Prouincia Aprutij Actuarij ſcribunt prędictas obligationes non ſolum ſine præſentia Iudicis, ſed etiam eo inſcio, & nihilominus habent executionem paratiſſimam.

6 † In actu tamen conſignationis per chlamydem eſt neceſſarium non ſolum mandatum iudicis, ſed etiam eiuſdem præſentia, vt not. Carauit. dicto ri-
7 tu 43.ſub num.3.in princ.not.† Secundo fallit, quando Debitor coram iudice,& parte fateretur, cõtẽta in inſtrumento eſſe vera, quia tunc illud inſtrumẽtum haberet executionem paratam.l.ſi debitori.& ibi Doctor. ff. de iudic. & notant Galleſ. ad form. obli.Cam.cap.2.nume.12.& Luc.Pæt. in pract.lib. 3.cap.1.num.1.Subdens, quòd facta tali confeſſione, Iudex præfiget ei terminum decem dierum ad ſoluendum.

8 † Tertio fallit in inſtrumento Teſtamenti, non raſi, non aboliti, non cancellati ſeu aliud vitium viſibile habentis, quia tunc hæres vigore illius executiuè mittitur in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum, quamuis teſtamentum poſſet forſan eſſe falſum, aut inofficioſum, ſeu alteri vitio prima facie inuiſibili ſubiectum l.2.& final.vbi Bar, & communi-
* ter * omnes.C.de edict.diu.Adr.toll.prout de communi teſtatur Rebuff.in cõſtitut.Regni. tit. de liter. oblig.art.6.gloſ.3.nu.20.quem referunt, & ſequuntur Moder.tract.de proceſſ.dicto cap.2. ſub nu.27. & faciunt quæ dixi ſupra cap.57.nu.... Ampliatur ſecundum Iaſonem in dicta l.fina.num.7.vt procedat etiam ſi originale, ſeu protocollum reperiretur aliquibus lineis cancellatum: Limitatur hæc concluſio vtroque caſu, quando appareret legitimus contradictor, quia eſſet procedendũ via ordinaria, ead. l.final.§.ſin autem legitimus Becc. conſ.17.ſub nu. 4.verſiculo vltimo lib.1.Moder.vbi ſupra,& Theſſ. Foſſan.deciſ.26.nu.9.Et quis dicatur legitimus cõtradictor, vide Menoch.tract. de adipiſcen. poſſeſſ.
9 remed.4.num.554.cum ſeqq.† At nunquid legatarius poterit veluti hæres ex remedio dictę l.fina.C. de edict.diu.Adr.toll.executiuè agere pro conſecutione poſſeſſionis rei legatę? Reſpondeo, Doctores
* communiter* tenẽt, ꝙ ſic, vt bene oſtendit Becc.dicto conſ.17.num.6. in fine, quem refert & ſequitur Manſuer. in addit. ad pract. Papienſ. in form. product.inſtr.in gloſ.exhibens, & producens ſub hoc * aſteriſco fol.mihi 330.Contrariam ſententiã, quòd non poſſit tenuerũt Alex.in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore, nu.6.verſ. *hoc autem dictum*. ff.ſolut. matr. & latè poſt alios Menoch. vbi ſupra nu.693. cum ſeqq.ſubdens, erraſſe Angel.& Iaſ. qui tenuerunt contrariũ,& quod hęc ſit verior opinio teſtantẽ Addit.ad Dec.in d.l.fina.ſub nu.16.litera.C.ibi.*Legatario*. C.de edict. diui Adr. toll. & Moder. tract. de proceſſ.par.3.c.2.nu.30.& ratio videtur in promptu, quia hæres ſemper eſt legitimus contradictor legatarij, qui de illius manu debet accipere legatũ: Et quod hæc opinio ſeruetur in Senatu Pedemont. teſtatur Theſſ.Foſſanen.dicta deciſ.26.num. 10.& ego ab hac non recederem.

10 † Sed quid dicemus de inſtrumento iurato, nunquid habebit executionem paratam? Reſpondeo, Bar.in l.2. nu.8.& ibi additio ad eum, & Fulgoſ.ff. de iureiur.Pau.de Caſtr.in l.nam & poſtea.§.ſi petitor.nu.4.ff.eodem.& in l. poſt rem iudicatam, nu. 2.& 3.ff.de re iud.Iaſ.in d.l.fina.nu.6.in 4.caſ.C.de edic.diui Adr.toll.Euer.in ſua Topica Iuris in loco. à vi iuramenti, effectu 18.nu.50.& 51.Ant. de Canar.tract.de execut.inſtr.q.4.nu.7.Io.de Amic.cõſ. 31.nu.20. & latius Nic. Moron. tract.de fid.treg.& pace q.11.nu.1.& alij relati per Moder.tract.de ꝓceſſ.par.3.c.2.nu.11.& Foſſanen.dicta deciſ.26.nu.
* 7.tenent, ꝙ ſic,& ꝙ hæc ſit communis * refert, & latè aſtruit contra Baldum Iaſ.in §.item ſi quis poſtulante num.87.Inſtit.de actionib.Contrarium tenuit Bal.in l.1.nu.5.C.de reb.cred. reprehenditq; Bart. dicens, illam opinionem eſſe ſingularem, & mouetũ is, quia iuramẽtum, vt habeat executionẽ paratam, debet eſſe litis deciſiuum, tale autẽ non eſt, quando apponitũ in contractu, quoniam anteꝗ̃ cõtractus ſit abſolutus à partibus non eſt nata actio, nec obligatio,& per conſequens non poteſt dici litis deciſiuũ, vt referunt ex eo Pau.de Caſt.in d.l. poſt rem iudicatã nu.2.& apertius Iaſ in d.l.2.ſub nu.16. ſed non ſequuntur: eandem opinionẽ contra Bar.vna cum Bal.tenent nonnulli alij, relati per Socin. conſ. 120. nu.11.lib.1.per Iaſ.in d.l.2.nu.11.cum ſeqq.ff.de iureiur.& per Foſſanen.dicta deciſ.26.ſub nu.7. verſiculo *Contrariam partem*, quos breuitati ſtudens omitto. Quid tenendum? Reſpondeo, Pau.de Caſt. in locis allegatis ait, ꝙ Bal.tenet contra Bart. potius ſtudio contradicendi, quam alio reſpectu, & quod ſibi magis placet opinio Bart. quam ſequitur etiam Iaſ.vbi ſupra nu. 16.in fine Math. verò in ſuis ſing. not.21.num.2.quem referunt omnes ait, prædictã opinionem ſeu practicam Bartoli non eſſe tutã, quãdo iuramentũ deferretur debitori, quia iuraret contrariũ: ſed hoc eſt nihil dicere, quia Bar. loquitur in debitore deferente iuramentũ creditori illud acceptanti,& præſtanti, vt aduertunt Iaſ.in d.l.2. ſub nu. 14.ff.de iureiur.& Gabriel.Saray.in addit.ad Math.vbi ſupra nu.4.quẽ referunt,& ſequũtur Moder. loco proximè citato ſub nu. 13. Impugnatũ etiã iſta opinio Bartoli ex eo, ꝙ ipſe ait, conſuetudinem non inueniſſe modum practicandi iſtam opinionem.

Item ex eo, ꝙ videtur opinio ſingularis: vnde ſuccedunt aduerſus eam oppoſitiones, quas refert Iaſ. vbi ſupra: facit præterea contra Bar. quia cũ regulariter cuilibet inſtrumẽto ſoleat adijci iuramentũ, ſequeretur, ꝙ oĩa Inſtrumenta haberent executionem paratam. Quare, vt aſſerit etiã Foſſanen. dicto verſic. *Contrariã partẽ* in fine, iſte articulus eſt admodũ difficilis.& de mente Baldi in d.l.1.nu.5.C. de reb.cred.prout eũdẽ refert Iaſ. vbi ſupra ſub nu. 16.ibi.

16. ibi. *Tertia principalis*. tunc ſolum iuramentum videtur habere executionem paratam, qñ adijcitur contractui ex interuallo, & tanquam litis deciſiuũ: Alij verò, generalius loquentes, dixerunt, iuramẽtum habere executionem paratam quoties eſt litis deciſiuum, quale eſt illud, quod defertur à parte parti, nec vim faciũt, an deferatur tempore contractus, vel ex interuallo: quòd ſi nõ ſit litis deciſorium, ſed confirmatorium contractus, tradunt, non habere executionem paratam ita diſtinguendo tradit Soc. dicto conſ. 120. num. 11. lib. 1. ſed ne noſtra vlterius protrahatur ſententia, ita rem definiendã arbitror: Aut iuramentum eſt confirmatorium contractus, aut litis deciſorium. Si confirmatorium, tunc non habet executionem paratam Soc. vbi ſupra, & cõ- * muniter * omnes Doctores, ſuperius allegati, aut expreſſè, aut tacitè ita ſentiunt: Si litis deciſorium, tũc rurſus diſtinguo: Aut eſt interpoſitum ex interuallo: Aut eodem tempore contractus. ſi ex interuallo: tunc rurſus diſtinguo: Aut eſt interpoſitum iudicialiter, vtputa, quia ſit delatum à iudice, ſeu à parte parti in iudicio: Aut extraiudicialiter: Si iudicialiter, tunc habet proculdubio executionem paratam, Bal. qui ſine hac diſtinctione loquitur in dicta l. 1. num. 5. C. de reb. cred. & generalius Bar. & eius ſequaces, qui loquuntur etiam quando eſt interpoſitum eodem tempore contractus, vt retuli ſupra num. 10. Si extraiudicialiter, tunc non defuerunt, qui arbitrati ſint, non habere executionem paratã, immo Foſſanen. dicta deciſ. 26. ſub num. 7. verſiculo. *Sed vt breuiter*. in illa conciliatione videtur expreſſè ſentire quòd iuramentum delatum extraiudicialiter ſit ſemper confirmatorium contractus, & ideo quòd nunquam habeat executionem paratã, vt dixi hic ſupra in primo mẽbro huius diſtinctionis: Sed tu teneas, quòd iuramentum litis deciſorium indiſtinctè habeat executionem paratam ſiue ſit delatum iudicialiter, ſiue extraiudicialiter, dummodo ſit redactum in publicam ſcripturã: vide Iaſ. in dicto §. Item ſi quis poſtulante num. 17. & in dicta l. 2. ſub num. 20. in tertia limitatione ff. de iureiur. & Modern. tract. proceſſ. par. 3. cap. 2. ſub num. * 12. vbi teſtantur, hanc eſſe receptiorem * opinionẽ, & hæc quando ex interuallo: Si verò fuit interpoſitum eodem tempore contractus, vtputa, quia in fine contractus ſit appoſita iſta clauſula. *Et poſt prædicta, quia de prædictis poſſet dubitari, dictus promiſſor detulit dicto ſtipulatori iuſiurandum, vt ſi iurauerit, ſe debere recipere, ipſe deferens teneatur, qui ſtipulator ſtatim delato ſibi iuramento, ſe debere recipere iurauit*, & tunc inſurgit diſcrimen inter Bar. & Bal. eorumque ſequaces iuxta ea, quæ retuli ſupra nu. 10. Inter hos corypheos, quorum vtrũque reuerenter obſeruo, ſic ſentio, Bar. opinionem eſſe communem, diſputandoque poſſe ſuſtineri, quamuis contra eam ſatis vrgeat Bal. in practica tamẽ illa nõ ſeruaretur, vt ſentire Senatũ Pedemõt. refert Foſſanen. dicto verſiculo, ſed vt breuiter. in fine, & vbicunque dicimus, iuramẽtum habere executionem paratam, intellige tu, dummodo intentetur officium iudicis, aliàs ſecus iuxta ea, quæ dixi de depoſito num. ſeq.

11 † Quid dicemus de inſtrumento depoſiti, An habebit executionem paratam? Reſp. Salyc. & Bal. in l. ſi quis num. 1. C. depoſit. tenent, quòd non, & cũ eis tenet Rebuff. ad conſtitut. Regn. Gall. tom. 1. de liter. oblig. artic. 6. gloſ. 3. num. 16. eandem ſententiam videtur ſequi Iaſ. in l. fin. ſub num. 6. ibi. *Adde ſecundum caſum*. C. de edict. diu. Adr. toll. prout ita illum refert. Foſſan. deciſ. 26. ſub nu. 8. & quòd hæc opinio ſeruetur de conſuetudine, & ſit tutior teſtatur Ant. de Canar. tract. de execut. inſtrum. q. 7. in fine, & quòd ita fuerit iudicatum teſtatur Iacobin. in dicta l. final. nume. 5. relatus etiam per Foſſan. loco citato.

Contrariam ſententiam, quòd habeat executionem paratam tenuerunt Bar. & Paul. de Caſtr. in dicta l. ſi quis, vterque nume. 3. C. depoſ. & hæc eſt * communis * Doctorum ſententia, de qua teſtantur Rom. conſ. 174. incipiente Ampliſſime Doctor nu. 4. in fine Rol. à Vall. conſ. 17. in principio lib. 1. Ioſeph. Cumia ſuper Rit. Siciliæ cap. 29. nume. 13. & Moder. tract. de proceſſ. par. 3. cap. 2. ſub nume. 19. qui pro hac cõmuni plures Doctores allegant, quos conſulto omitto. Nonnulli in hac contrarietate diſtinxerunt inter depoſitum confeſſionatũ, & actuale: vt prima opinio negatiua procedat in depoſito confeſſionato, Secunda verò Bartoli affirmatiua in actuali: Ita diſtinguit Additio ad Bar. in l. ſi cum dotem §. eo autem tempore, in verbo, Iudicis officiũ, in fine ff. ſol. matr. & videtur de mente Baldi in cõſ. 384. num. 2. lib. 1. & plures congerit Rol. à Vall. vbi ſupra num. 3. cum ſeqq.

Quid tenendum? Reſpondeo, non eſſe recedẽdum à communi opinione, quam indiſtinctè ſequuntur ij, quos de ea teſtantes retuli ſupra: Nõ obſtat adducta diſtinctio, quia eam confutant Rol. à Vall. dicto conſ. 17. num. 6. cum ſeq. Ioſeph. Cumia dicto cap. 29. num. 14. & Theſſ. Foſſanenſ. dicta deciſ. 26. num. 8. in fine. Declara, ſeu limita iſtam communem concluſionẽ duobus caſibus, primo, vt non procedat, quando intentaretur actio depoſiti, & non officium Iudicis, refert, & ſequitur Ioſeph. Cumia dicto cap. 29. ſub num. 13. quamuis adhuc ſummariè procederetur, vt per eundem num. 16. & 17.

Secundo, quando depoſitum veniret probandũ per teſtes, Paul. de Caſtr. in l. qui depoſitum. num. 2. ibi. *Certè poteſt eſſe*. ff. depoſ. quia tunc eſſet neceſſaria etiam litis conteſtatio, vt tradunt Additio ad Bar. in dicta l. ſi quis, in verbo exceptionem in litera. B. C. depoſ. & Ioſeph. Cum. vbi ſupra nu. 15. qui alios allegat, & faciunt quæ dixi infra num. . . . . de obligatione in forma Cameræ: immo hæc erit generalis limitatio ad omnes caſus, quia teſtes non probant niſi lite conteſtata, vt dixi dicto num. . .

12 † Quæro poſtremo loco, Num prædicta regula veniat etiam limitanda in inſtrumento ſententiæ, vt etiam illud habeat paratam executionem? Reſpondeo: Aut quærimus, nunquid inſtrumentũ ſententiæ, ſeu inquam rei iudicatæ habeat executionẽ paratam: Aut nunquid hæc ſit proprie fallentia ad regulam: ſi primo caſu: dico indubitanter, inſtrumẽtum rei iudicatæ habere paratam executionem l. 1. & 4. §. ſi ex conuentione, & l. poſt rem iudicatã ff. de

ff. de re iud. l. minor 25. annis cui fideicommiſſum ff. de minor. tradunt Bar. in l. intra dies, & ibidem Alex.num.5.& 6. ff.de re iud.Bal. in l.2. nume.2.C. de execut.rei iud. Papien. in pract. in form. execut. ſent.definit.in gloſ.ſapiens vir num.3.fol.mihi 429. Ang.in l.tale pactum §.qui prouocauit num.3.ff. de pact.in prima repetitione, & Iaſ. in dicta l.4.§. ſi ex conuentione num.3.ff.de re iud. & hęc eſt communis * per ea, quæ tradit Felyn. in cap.1. num.7.de libell. oblat. & teſtatur apertè Moder. tract. de proceſſ.par.3.cap.2.ſub num.3. Intelligunt tamen præfati Doctores,& communiter omnes, vt hæc communis concluſio procedat, quando intentatur officium iudicis,ſecus ſi ageretur actione in factum, oriente ex iudicato,quia requireretur libellus.

Si ſecundo caſu: nunquid ſcilicet hæc ſit proprie fallentia ad regulam: Reſpondeo Moder. vbi ſupra num.4. in fine ſub verbo. *Forte* tenet, iſtum caſum non eſſe de fallentijs,ex quo proceſſus, & ſolẽnitas iudicialis iam præceſſerunt ſententiæ inſtrumentum.

Vidimus nonnullas fallentias ad regulam, ſi plures videre cupis, legito Aſin.tract.de execut.§.1.vſque ad cap.26.Moder. dicta par. 3. cap.2. & Foſſanen.deciſ.26.

Nunc reliquum eſt, vt videamus quomodo pręfata regula iuris communis ſit correcta à conſuetudine,& legibus municipalibus,ac ſæpe etiam remit-
13 tatur particularibus contrahentium pactionibus.† Illud igitur in primis ſciendum eſt, huiuſmodi leges municipales cõcedentes executionem paratam inſtrumentis publicis, vigere præſertim apud Italos, & inter Italos apud Tuſcos,& Nos hic in Vrbe habęmus ſtatuta lib.1.cap.82. diſponentia, quòd aduerſus publica inſtrumenta nulla poſſit opponi exceptio, præter quaſdam ibi enumeratas: Innumerę extant aliç Ciuitates, in quibus vigent eadem ſtatuta,vt eſt Ferraria, Papia, Mediolanum, Verona, & aliæ, ſicuti refert etiã Menoch. de arbit. Iud. lib. 2.cent.1.caſ.17. in principio,Et in Regno Neapoli. ſecundum formam ritus omnia inſtrumenta liquida ex omni eorum parte, & iurata, & pœnalia habent paratã executionem, ſi creditor executiuè velit agere, quo caſu non requiritur libellus, nec aliquid aliud ordinis iudicij, ſed ſolũ præſentatur inſtrumentum, & liquidatur per Creditorem, ſumma pro qua illud preſentat,& deinde citatur debitor ad reſpondendum ſuper tenore inſtrumenti, qui debitor comparere debet ſaltem in vltimo peremptorio, & ſi comparens habet ſacculum paratũ, euitat omnem pœnam,aliàs, ſi comparendo allegat aliquam exceptionem, ſtatim carceratur, & auditur in carceribus, vt latius docet Maran. in ſuo Spec. par. 6. actu. 8. ſub num. 2. & iſte ritus ſeruatur etiam contra mulieres,vt notaui ſupra cap.46.ſub nume.15.

14 † Quæro modo de pluribus. Et Primo, nunquid hæc ſtatuta ſint valida? Reſpondeo, diſtinguendo: aut præſupponimus,ſtatuta eſſe confirmata à Principe illius loci,& tũc dicimus ſine difficultate, quòd ſic per ea, quæ tradunt Bar.in l.omnes populi num. 4.& ibidem Bal.nu.3.cum ſeq.ff.de iuſt. & iur. quia tunc ceſſant omnes obiectiones: aut non ſunt confirmata,& tunc plura poſſent dici,ſed, breuitati ſtudens,diſtinguo: Aut locus ſtatuens habet iuriſdictionem: Aut non: Si habet iuriſdictionem, dico,quòd poteſt ſibi condere ſtatuta iuxta facultatem iuriſdictionis,quam habet,hoc eſt,poteſt diſponere de caſibus,quibus habet iuriſdictionem teſte Viui. infra allegato, Si non habet iuriſdictionem, tunc rurſus diſtinguo: aut Princeps vetuit, ſtatuta fieri, aut non vetuit. Si vetuit: dico, quòd non poteſt. ſi non vetuit: diſtinguo: Aut quæritur,num poſſit ſtatuere ſuper his, quæ iura Principis lædunt, ſeu quæ Principi reſeruata ſunt,& dico,quòd nõ poteſt: Aut quæritur, nunquid poſſit ſtatuere ſuper his, quæ nec iura Principis tangunt, nec Principi reſeruata ſunt, qualia ſunt ea,quæ reſpiciunt negotia Ciuitatis, ſeu modum procedendi in cauſis ciuilibus, & dico, ꝙ poteſt per ea, quæ tradit Bal. vbi ſupra col. 2. & ꝙ hæc ſit magis communis * opinio teſtantur Lud.Gozad.conſ.35.ſub nu.16. Viu. in ſuis commun. opin. in verbo, ſtatuta condere opin. 743.& Eman.Suarez.in Theſ.recep.ſenten. in verbo ſtatuta nu. 178. quos referunt, & ſequuntur Moder. tract. de proceſſ.execut.par.1.cap.3.ſub num.13. vnde in propoſita ſpecie reſpondeo, quòd huiuſmodi ſtatuta ſemper ſunt valida, & ita procedant quæ tradunt etiam Cyn.in l.vnica.C.de confeſſ.Bal.in l.2. num.4. & 5. C.de execut.rei iud.Iaſ.in l.ſi deceſſerit num. 13. & 14.ff.qui ſatiſd.cog. Dec. conſ.682.nu.3.cum ſeq. Et poſt alios Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 5. num.96.& quæ ſcribit Crauet. conſ.4. num.13.lib. 1.Et quòd ſtatutum, tribuens paratam executionẽ inſtrumentis, ſit validum, habeatque locum etiam in inſtrumentis,confectis ante ſtatutum, remoueaturque omnis exceptio, dummodo non habuerit ortum ante ſtatutum, quia tunc non excluderetur, habemus communem * opinionem, de qua teſtatur Bened.Capr.in reg.6.nu.52. & in ſuis comm. opin. in verbo. inſtrumentum num.7. quem referunt, & ſequuntur Moder.tract.de proceſſ.par.1. cap.3. nu. 62.& 63. Non obſtat, quòd Ang.in l.nemo carcerem.in vltima cart.C.de exact.tribut.lib.10. tenuerit contrarium,quia eſt ſibimet contrarius, vt notat Iaſ. vbi ſupra: Minusvè obſtant quæ tradit Foſſanen.deciſ.26.num.3.quia ſunt contra communem, à qua non eſt recedendum, maximè cũ ſit bene fundata,vt patet ex his quæ dixi infra num. . & num. . .
Bene verum eſt, quòd tutior opinio eſt, vt ſemper confirmentur à ſuperiore, & ita faciunt obſeruare Præſides Prouinciarum in Terris Eccleſiæ, vt dicit Bar.in dicta l.omnes populi nu.4. in fine,& quòd ita firmiter ſeruetur in terris eccleſiæ, adeo, vt ſi tota Prouincia Marchiæ faceret ſtatutum non admitteretur per Eccleſiam, niſi eſſet approbatum, tradit Bal.in dicta l.omnes populi col.2.

15 † Secundo quęro,nunquid Guarentigia, quę ſecundum omnes Doctores habet executionem paratam,illam habeat de iure cõmuni, vel calore ſtatutorum? Reſpondeo: Alex.in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore num.6. ff. ſolut. matr. Paul. de Caſtr.in l.poſt rem iudicatam ſub nume.3.ff. de re iud. Socin.in l.diuo Pio §.ſententiam Romæ,in fine remiſſiuè ff.eodem, Iaſ. qui alios allegat, in l. fin. ſub

num.

num.6.in 6.caſu.C. de edict. diui Adr.toll. Marcus. q.393.num.1.par.1. Menoch. qui ſimiliter alios allegat, tract.de arbit. iud.lib.2. cent.1.caſ.17.num.5. & Foſſanen.deciſ.26.num.12.tenent, quòd habeat executionem de iure communi, & hanc opinionem videtur neceſſario ſequi Gaſp.Caball. ſuper cōſtit. Marchiæ lib.5.cap.5.in Gloſ. Guarentigiæ num.4. dicens, quòd inſtrumenta Guarentigię poſſunt vbique executioni mandari, verum ad hoc perperam adducit Bar.in l.à Diuo Pio. §.ſentētiā. ff. de re iud. quia de mente Bartoli eſt reſpondendum contrarium, vt notaui infra.verſ.ſecundo, quia:& pro hac opinione facit opinio Bar. de inſtrumēto vallato iuramento litis deciſiuo, quam retuli ſupra nume.10. quia confeſſio, & iuramentum litis deciſiuum à pari procedunt. Contrariam ſententiā tenuerunt Bal. quem allegat Iaſ. vbi ſupra, Item Paul.de Caſtr. ſibimet contrarius in l.à diuo Pio §. ſententiam num. 4.in fine ff.de re iud.& latè Bened.de Barz.tract.de Guarentigia q.1. & hæc opinio videtur ſuaderi validiſſimis argumentis.

Et primo: quia, ſi Guarentigia haberet executionem paratam de iure communi, ſequeretur quòd illam haberet etiam in loco, vbi deficeret ſtatutum, concedens executionem paratā Guarentigiæ, quia non deficeret ius commune, ſed hoc conſequēs eſt falſum: ergo & antecedens: Quòd conſequens ſit falſum, probatur ex eo, quod tradit Paul. de Caſtr. in dicto §.ſententiam, num.4. & ex pluribus, quæ deducit, & firmat Bened. de Barz. vbi ſupra q.8. verſiculo, aliquando, verſus finem, vbi poſt longam diſceptationem firmat, inſtrumentum confectum Bononiæ, vbi extat ſtatutum, quod inſtrumenta habeant executionem paratam, non habere eā, ſi producatur Ferrariæ, & quod hæc ſit magis communis * opinio teſtantur Moder.tract.de proceſſ.par.1. cap.3.num.209. firmantes, attendendas non eſſe leges loci geſti contractus, ſed loci fori, & quòd hæc ſit communis * opinio in ordinatorijs iudicij teſtatur Vant.tract.null.Rub. de null. ex defect. proceſſ. num.56.& quòd prædicta magis communis opinio procedat etiam ſi Iudex loci geſti contractus ſcriberet Iudici loci fori, vt exequeretur inſtrumentū, tradit Bal.in l.1.in fine.C.de cōfeſſ.& ratio eſt, quia ſtatutum non extēdit vires ſuas vltra territorium ſecundum magis communem, * de qua teſtatur Rot. diuerſ.deciſ.304.num.2.par.1.vnde dicimus, quòd gratia vnius Principis, facta alicui delinquenti, non extendit vigorē ſuum extra territorium illius Principis, gratiantis, Boſſ.qui alios allegat, tract.crim.tit. de for.compet.ſub num.85.

Secundo, quia ad hoc, vt Notarius poſſit facere præceptum Guarentigiæ, requiruntur duo copulatiuè: primum, quòd is ſit creatus etiam Iudex ordinarius, hoc eſt Cartularius: ſciēdum enim eſt, quòd eſſe Iudex non cauſatur ab officio Notariatus, ſed à priuilegio, ſibi ſpecialiter conceſſo: Vnde, quando creatur Notarius, dicitur in priuilegio: *creauit eum Notarium, & Iudicem ordinarium:* Secundum quòd habeat exercitium huius chartulariæ iuriſdictionis: Etenim licet, vt dixi, ſit creatus Iudex ordinarius, tamen retinet iuriſdictionem habitu, & non actu ita, vt nulli pręſit adminiſtrationi ſecundū Bar. in l.fin.num.7.& 8.C.vbi & apud quem. & propinquius accedēdo ait idem Bar. in l.à diuo Pio §.ſententiam num.9.ff.de re iud. Ang.in l.ait Prætor §. ſi Iudex num.4.ff.eod. quòd hanc facultatem faciendi præceptum Notarius conſequitur à ſtatutis. Et in proprijs terminis ita firmant. Bened.de Barz. dicta q.1.& Moder.dicto cap.3.num.15.

Tertio ſuadetur, quia hoc ſtatutum, quòd Inſtrumentum Guarentigię habeat executionem paratā, eſt contra ius commune, vt tradūt Bal. in l. 1. ſub num.4. C.ne fil.pro patre Moder.dicta par.1.cap.3. num.20.in fine.

Si eſt contra ius commune: ergo inſtrumentum non habet executionem paratam de iure communi.

Quid dicendum? Diſtinguo: Aut Notarius eſt ſolum Notarius: Aut eſt etiam Iudex ordinarius. ſi eſt ſolum Notarius, tunc ſine dubio inſtrumentum in forma Guarentigiæ non habet executionem paratam de iure communi, ſed ſolum ex vi ſtatutorum: ſi eſt etiam Iudex ordinarius, tunc quæſtio redditur ſatis difficilis: Ego tamen cenſeo, quòd de iure poſſit ſubſtineri prima opinio, videlicet, quòd habeat paratam executionem de iure communi, ſed in practica, & de conſuetudine nō ſeruabatur, & ideo fuerunt condita ſtatuta: nam quemadmodum nō practicabatur illa opinio Bartoli de inſtrumento iurato, quam retulimus ſupra ſub nume.10. ibi. *impugnatur etiam &c.* ita neque practicabatur iſta.

16 † Tertio quæro: vtrum inſtrumenta publica poſſint habere executionem paratam ex vi conſuetudinis? Reſpondeo, quòd ſic, & moueor, quia ſi hoc poſſunt ex vi ſtatutorum: ergo poterunt ēt ex vi cōſuetudinis: Antecedens patet ex his, quæ tradidi ſupra nume.14. Conſequens probatur apertè ex his, quæ tradūt Bar.& Bal.in l.omnes populi alter nu.4. alter nu.3.ff.de iuſt.& iur.& Moder.tract. de ꝓceſſ. par.1. cap.3. num.12. & in proprijs terminis tradūt Alber.de Roſ.in l.creditores nume.1.C. de pignor. & alij, quos referunt, & ſequuntur Moder. vbi ſupra num.45. & 46. & 49. & 60. Et nos quot locis in hoc opere notauimus obſeruantiam conſuetudinis contra opiniones de iure? quare hoc nullam recipit amplius dubitationem.

17 † Quarto quęro, An obligatio in forma Camerę habeat executionem paratam ex diſpoſitione alicuius ſtatuti, ſeu Pontificiæ conſtitutionis, an potius ex conſuetudine, & vſu quodam, vel ex contrahentium conuentione? Reſpondeo: Aut loquimur ante reformationem Pij Quinti, Aut poſtea. ſi antea: dico, obligationem Cameralem habuiſſe executionem paratam ex verbis, & modo iuri communi cōuenientibus, quibus contrahentes ſe obligabant, & non ex diſpoſitione alicuius ſtatuti, ſeu conſtitutionis, aut conſuetudinis: Ita quoque ſentit Galleſ. ad form.Cam.oblig. in principio q.3. nu. 2. in fine fol. mihi 27. & patet inde, quòd formula huius obligationis fuit in dies aucta, & mutata ſecundum varia ſubterfugia, & cauillationes debitorum, quæ tractu temporis, aduenientibus terminis, quibus aſtringebantur ſoluere, detegebantur: Quæ ſanè auctio, & mutatio nō fuiſſet creditoribus neceſſaria, ſi aliqua conſti-

conſtitutio particularis prouidiſſet: Et vt intelligas, paratam executionem huius obligationis proceſſiſſe à diſpoſitione iuris communis, ſciendum eſt, ꝙ ſecundum antiquiſſimam formulam, quam recenſet Galleſ. ad formam Cam. oblig. cap. 2. nu. 4. contrahentes, poſtquam fuerat confectum inſtrumentum à Notario, accedebant ad aliquem Auditorẽ Rotæ, eique oſtendebant inſtrumentũ, quo ab Auditore bene lecto, creditor inſtabat pro relaxatione mandati, & debitor coram eo fatebatur debitũ, qua confeſſione iudiciali ſtante, Auditor faciebat debitori præceptum, vt infra terminum tot dierum ſolueret, aliàs tunc prout ex tunc ipſum monebat primo, ſecundo, & tertio, & peremptorio ad videndum ſe excommunicari. Hac formula inſpecta, tu vides in ea confeſſionem iudicialem: Habes præterea ſupra num. 7. in ſecunda fallentia, quòd confeſſio iudicialis habet executionem paratã: Vnde concludendum eſt vna cum Galleſ. dicto cap. 2. nume. 11. & 12. quòd executio huius obligationis procedebat à iure communi, mediante confeſſione iudiciali. Et adeo virtus executiua huius obligationis dependet à confeſſione iudiciali, vt inſtrumento nõ daretur hæc executio parata ante confeſſionẽ, Galleſ. vbi ſupra num. 13. Et proinde ante Pij. Quinti, Pontificatum non ab hac diſſimilis inualuerat formula, vt debitor in eodem inſtrumẽto, quo ſe obligabat, incontinenti conſtitueret ſuos Procuratores, actores, factores, negotiorumque geſtores N. & N. Romanæ Curiæ cauſarum procuratores, & N. & N. eiuſdem, Curiæ Cameræ Apoſtolicę Notarios, omneſque alios, & ſingulos Dominos Procuratores, & Notarios præſentes, & futuros in Romana Curia, quorum nomina, ſeu quos, vel quem nominaret creditor ad pluries confitendum, & recognoſcendum, & ad petendum, audiendum dicti Domini conſtituentis nomine omne prȩceptum, omnemque monitionem, condemnationem, ſententiam, atque mandatum &c. prout luculenter enarrat Galleſ. vbi ſupra par. 1. nume. 5. fol. mihi 4. & ad quint. partic. q. 1. fol. 77. Qua obligatione recepta nõ prius aduerſus debitorem mãdatum relaxabatur, quàm fuiſſet citatus ad ſoluendum iuxta formam ſuę obligationis, aliàs confitendum, vel confiteri videndũ debitum, & ſe excommunicari, & deinde huiuſmodi citatione vna cum inſerta Curſoris, ſeu Mandatarij relatione reproducta, comparebat creditor, ſeu eius procurator in termino, eoque inſtante pro relaxatione mandati, iudex recipiebat confeſſionẽ vnius ex procuratoribus, & licet procurator non eſſet ibi præſens, ſicque debitum fateri non poſſet, nihilominus de ſtylo Notarius extendebat confeſſionem, narrando, quòd fuerat ibi præſens procurator, faſſusque erat debitum, qua confeſſione extenſa, Iudex excommunicabat, niſi infra tres, & de hac practica Romanæ Curiæ teſtatur Paul. de Caſtr. in l. poſt rem iudicatam in fine ff. de re iudic. licet ipſe eam breuius referat, dicens quòd creditor eligebat vnum procuratorem, quem volebat, eumque ducebat coram Iudice ad confitendum debitum, quo facto petebat executionem, quæ practica eſt breuior, & tutior, quia ceſſat difficultas, quam hic poſui infra de Debitore comparente, & negante. Sed inſurgunt circa hanc formulam duæ difficultates: prima, nunquid debitor abſens eſſet citandus in partibus ad ſoluendum? Reſpondeo: ſatis erat, quòd citaretur in vrbe, vbi procuratorem conſtituerat, quia iuris fictione Dominus cenſetur adeſſe, vbi eſt conſtitutus Procurator, etiam quòd ſint conſtituti procuratores generaliter omnes Notarij, ſeu Procuratores, vt dixi. Ita tradit etiam Galleſ. dicta q. 1. ad quint. partic. num. 2. fol. 78. & ideo poterat citari per contradictas.

Secunda difficultas: fingamus, debitorem reperiri in vrbe, eumque citatum ad ſoluendum comparere, & non confiteri debitum, ſed negare, nũquid tunc obligatio Cameralis habebat executionem paratam? Reſpondeo, quòd non: quia deficit confeſſio, ſicuti tenet etiam Galleſ. Rub. de perſona petent. execut. num. 6. fol. 118. executiuè tamen adhuc procederetur, vt dixi infra: ibi. *Verum iſto caſu*, & hæc de obligatione ante Pontificatum Pij Quinti. Si loquamur de ea poſt eius Pontificatum, tunc nõ poſſumus dicere, quòd habeat executionem paratã de iure communi, quia illa prior formula adeundi Auditorem Rotæ, ibique fatendi debitum receſſit ab aula, & illa conſtituendi procuratores ad confitendum eſt expreſsè prohibita per nouam conſtitutionem, ac reformationem dicti Pontificis circa Tribunal Auditoris Cameræ in forma motus Proprij incipien. inter illa, Dat. 12. Calen. Decembris, anno quinto eius Pontific. & notificati die quarta Decembris, Anno Domini 1570. Quæ ſanè reformatio, diſponens, vt conſtitui non poſſit procurator ad confitendum, niſi is, qui certioretur de mandato, eiuſque onus acceptet, eſt conformis diſpoſitioni iuris communis, ſecundum quod illa practica cõſtituendi procuratores omnes cauſidicos abſentes tanquam præſentes ad confitendum debitum, & accipiendum præceptum de ſoluendo, nemini huiuſmodi conſtitutione notificata, non eſt bona, vt ex Marſ. refert, & ſequitur Franc. Becc. conſ. 56. ſub nu. 4. in fine lib. 1. & ex eo Addit. ad pract. Papien. in form. reſponſion. libell. in act. hypoth. in gloſ. non habentem, in prima Additione fol. mihi 776. Nec reformationi Pij Quinti, obſtant literæ, ſeu facultates Gregorij Decimitertij, conceſſæ Illuſtriſſimo ac Reuerẽdiſſimo Domino Hieronymo Matthęio tunc tẽporis Auditori Cameræ digniſſimo eo loci.

Nec non obligationes in forma Cameræ, etiã poſt mortem debitoris, quoad illius bona tantum, etiam per viam confeſsionis debiti per aliquem ex procuratoribus in qualibet obligatione conſtitutis more ſolito facienda, & hæredibus legitimè citatis, ſeu alias arbitrio tuo exequi, & executioni demandari facere, quia loquitur de his Procuratoribus, qui ſpecialiter conſtituuntur præſentes, & acceptantes, vel loquitur ſaltem de obligationibus receptis ad fauorẽ Cameræ: & ne ſecum pugnent contra tenorem facultatum Auditoris Cameræ num. 36. conceſſarum à Gregorio Decimoquarto, altero ex his modis neceſſario interpretandę ſunt, illam tamen practicam à prædicto Marſilij, & aliorũ morſu defendit Gall. ad form. Cam. oblig. ad ſecun. partic. q. 1. ſub nume.

4. fol.

4.fol.mihi 41.dicens,ſatis eſſe quòd procurator certioretur de mandato per viſionem inſtrumenti, & quòd non deuenitur ad executionem obligationis in forma Cameræ,quin prius Iudex, & procurator viderint exhibitum inſtrumentum in forma Cameræ: vnde non dicetur non certus, ſed certus, & ſic ſecundum eum ceſſat obiectio aduerſus illam practicam. Verum poſſet is Procurator onus non acceptare. ſed quicquid ſit de hac practica, quia cantat reformatio, quæ diſponit, vt tempore ſtipulationis contractus adſit procurator, onusque mandati acceptet non ſolum ad debitum cõfitendum, ſed etiã ad defendendum debitorem, vt patet in dicta Reformatione §.1.& §.quinimo, redeo ad propoſitũ: Sequitur ergo, quòd ceſſante confeſſione, non habeat executionem paratam de iure communi: Vnde igitur eam habebit,ex contrahentium pacto, an ex diſpoſitione prædictæ reformationis, an potius ex conſuetudine? Reſpondeo, ſi pactum fuerit expreſsè appoſitum, dicemus, eam prouenire etiam ex pacto iuxta ea, quæ dixi infra nume. 23. Si verò non fuerit expreſsè appoſitum, ſed ſolum fuerit dictum in inſtrumento, quòd obligat ſe ad prædicta, & quodlibet eorum in forma Cameræ: dico, quòd non prius dabatur executio parata, quàm eſſet adhibita confeſſio,vel vera, vel ficta, & propterea citabatur debitor ad confitendum debitum, aliàs ad videndum mandari illud haberi pro confeſſato, & adueniente termino, comparebat,& in contumaciã debitoris poterat obtinere haberi pro cõfeſſato: Verum iſto caſu licet non haberet paratam executionem,tamen adhuc executiuè procederetur, quia & ſi debitor compareret,negaretque debitum,nihilominus vigore inſtrumenti, quod pleniſſimè probat aduerſus negationem, procederet Iudex ad executionem ſine alia Iudicij tela,quia contra inſtrumentum in forma Cameræ non poſſunt opponi aliæ exceptiones quàm hæ tres: falſitatis,pacti de non petendo, ſeu quietationis, & ſolutionis, teſte Galleſ. vbi ſupra ad quart.partic.q.1.num.1.& 2.fol.29. Et iſte modus procedendi executiuè ſine libello, ſine litis conteſtatione, ſine publicatione proceſſus, alijſque ſolennitatibus prouenit ex inueterato, & approbato ſtylo Curiæ Romanæ, & hodie etiam ex diſpoſitione ſtatutorum vrbis lib.1.cap.41.& 82.& 177. lib. 1. & an, & quando abſolutio à iuramento poſſit retardare executionẽ obligationis in forma Cameræ vide Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 1. commiſ.1.

18 † Quinto quæro: nunquid Iudex, audita confeſſione iudiciali, poſſit facere præceptum, vt ſoluat ſine vlla dilatione,an verò debeat impartiri dilationem quatuor menſium, quos l. intra dies,& l.debitoribus ff. de iud. miſerationis cauſa concedunt iudicatis? Reſpondeo: Bened.de Barz.tract.de Guarintig.par.2.q.4.& Foſſanen.deciſ. 26. num. 16. videntur tenere, quòd ſic, moti ex dicto Baldi in l. promiſſor Stichi §.1.num.1.ff.de conſt.pecun.

Contrariam ſententiam, quòd concedere debeat ſolum decem dies, tradit Iaſ. in l. error nume. 25.in fine C.de iur.& fact. ignor. & quòd hi decem dies ſtent loco illorum quatuor mẽſium tradit Luc. Pet.in pract.Capit. lib.3.cap.1.nu.2. & hæc eſt vera, & communis * opinio: Non obſtat dictum Baldi,quia is non dicit,quòd debeant aſſignari quatuor menſes,ſed quòd debet aſſignari dilatio arbitrio Iudicis,quæ non debet eſſe breuior decem diebus, & ita notat ſeruandum eſſe in præcepto Guarentigiæ, quod nos habemus expreſsè diſpoſitum per Conſtitutionem Marchiæ lib.5. cap.5. ſecundum quam conſtitutionem hic terminus decem dierum nõ antea incipiebat currere, quàm facta illius notificatione principali debitori perſonaliter, vel domi eius ſolitæ habitationis,& infra hunc terminum notificatũ ſi debitor comparebat, audiebatur in iuribus ſuis ſecundum formam conſtitutionum, ſed elapſis decẽ diebus, quos præfixit Notarius in præcepto guarentigiæ num iudex quandocunque aditus pro executione inſtrumẽti guarentigiati debebit adhuc concedere alios decem dies? Reſpondeo,quòd non de iure,ſed de ſtylo poſſe,ſicuti videmus, quòd Auditor Cameræ, quamuis debitor ſuſceperit in ſe mãdatum executiuum in ipſa met obligatione, nihilominus concedet ei terminum vnius menſis, vel viginti dierum ad ſoluendũ, licet alij Iudices non concedant terminum vltra decem dies, quod in Curia Capitolina ſeruatur etiam ex diſpoſitione ſtatutorum lib.1.cap.89.

19 † Sexto quæro: nunquid in executione inſtrumẽtorum, quæ habent executionem paratam requiratur citatio? Reſpondeo: Aut preſupponimus, ſtatutum diſponere, quòd inſtrumentum mandetur executioni ſine partis vocatione: Aut non præſupponimus: ſi primo caſu: dico citationem non eſſe neceſſariã per ea, quę tradũt Bal.in Rub.C. comm. epiſto. Ant.de Canar.tract.de execut.inſtr.q.43.nu. 81.in fine,& Franc.Marc.deciſ.393. num.5. par.1. quia, vt is inquit, licet citatio ſit de iure diuino, vt oſtendi ſupra cap.8. num.7. tamen ius diuinum poteſt ex cauſa diſtingui: Limita iſtam concluſionem, vt non procedat, quando eſt facta mutatio perſonarum, vtputa,ſi executio petatur non à creditore nominato in inſtrumento, ſed à ceſſionario,quia tunc requireret citatio,vt tradunt in terminis Alex.conſ. 115.num.10.lib.7.Marſ.in l.ſi quis ne quęſtio.num. 11. ff. de quæſt. & ſing. 26. Boer. deciſ. 10. Franc. Marc.dicta deciſ.393.nu.5. Galleſ. ad form. Cam. oblig.ad prim.partic.q.2.nume.1. fol.37. & videtur tenere Bened. de Barz. tract.de guarentig. par. 1.q. 9.ibi. Vnde per iſta videtur &c. & faciunt quæ tradit Veſtr.in pract.lib.8.cap.vltimo ſub nu.4. & quæ ipſe dixi infra: facit etiam, quia non eſt ſimpliciter verum,quòd Ceſſionarius ſtet loco cedentis: Nam ſtatutum de compromittendis cauſis conſanguineorum non habet locum in ceſſionario non cõſanguineo Affl.deciſ.74.& Maran.in ſuo Spec. par. 6. actu 2.num.24. & facit quod dixi infra nume.32. in decimoquinto quæſito: Verum contrariam opinionem,quòd citatio non ſit neceſſaria tenuerũt Rom. conſ.38.& clarè conſ.142.num. 2. Zichæ. de iur.ſiſten.& man.iniect.cap.3.ſub num.4. Additio ad Alex.conſ.96. lib.4. in litera.C. & Luc. Pæt. in pract. Capitol.lib.3.cap.2.num.1.Quæ opinio tunc maximè procederet, quando ceſſionarius eſſet poſitus in locum

locum ipsius cedentis, constitutusve procurator in rem propriam, vt tradunt Rebuff. super constit. Regn. tract. de lit. oblig. artic. 3. glos. 2. num. 17. Bened. de Barz. dicta q. 9. versus finem. ibi. Item quòd agēti &c. & Galles. ad form. Cam. oblig. Rub. De persona petente executionem nu. 2. fol. mihi 116. Ego tamen, cum essem Melitæ, in causa quadam mihi delegata in tertia instātia de anno Domini 1588. de mense Februarij, re diligenter examinata, consideratisque ritibus. 111. & 124. Regis Alphonsi: dum in primo disponitur, quòd possit fieri executio per creditorem, etiam debitore non citato, & in alio dū æquiparantur creditor, & habentes causam ab eo, secutus sum primam opinionem, annullando executionem causatam sine citatione, & sic contra sententiam Magnifici Domini Platamonis, Iudicis appellationum: non obstantibus præfatis ritibus, quibus satis respondi in meo Manuali Iuris. in verbo. Cessionarius creditoris: Bene verum est, quòd eo casu ille cessionarius egerat suo nomine, & instrumentum cessionis carebat illis clausulis, quas retuli supra. idem dico, quando ageretur contra hæredē debitoris, obligati in forma guarentigiæ, quia hæres debet citari, vt in terminis notat Bal. in l. creditores num. 8. C. de pign. & est ratio, quia debitor principalis ideo citandus non est, quoniam est certus de sua obligatione, quæ ratio cessat in hærede. Si secundo casu: dico, citationem esse necessariā, vt tradunt Bal. in l. ab executione num. 6. C. quor. appell. non recip. Ias. in l. 1. sub num. 5. in additione 1. C. de iur. & fact. ignor. & Bened. de Barz. tract. de guarētig. par. 2. q. 3. & Ant. de Canar. dicta q. 43. num. 81. & errasse propterea credo Iosephum Cumiam, qui contrarium asserit super Ritu. 16. nu. 78. Nec glos. in §. Multis. Inst. de libert. quam allegat hoc dicit. Et licet Fossanen. decis. 26. sub num. 12. dicat, communem stylum esse in contrarium, quando agitur de executione Instrumenti in forma Cameræ, seu guarentigiæ: quia, datis fideiussoribus de expensis &c. executio conceditur sine citatione: Tamen eius dictum quātum sit verum hic in Curia norunt Procuratores, & alij causidici: Etenim aut loquimur de Instrumentis, receptis secundum illam antiquissimam formulam, quam retuli supra sub num. 17. & tunc ideo non est necessaria alia citatio, quia, vt in illa formula apparet, debitor post emanatam cōfessionem iam monebatur, seu citabatur, & ita procedat quod tradit Galles. ad form. Cam. oblig. q. 2. nu. 8. fol. mihi 23. dum ait, non esse necessariam citationem: Aut loquimur de receptis secundum alias formulas, & tunc dico, citationem fuisse, & esse similiter necessariam: Nam vel loquimur ante reformationem Pij Quinti, & tūnc rursus distinguo: Aut is, qui se obligauerat, nullum in se susceperat mandatum executiuum: Aut susceperat: Si non susceperat, tunc proculdubio erat præmittenda citatio ad soluendum, aliàs ad cōfitendum, vt docui supra sub dicto num. 17. Si verò in eadem obligatione susceperat mandatum executiuum, tūc: aut debitor erat præsens in Curia, aut erat absens: si præsens, erat adhuc de consuetudine citandus, vt testatur Galles. ad form. Cam. oblig. fol. mihi 134. nume. 3. in fine. Quæ quidem consuetudo, vt idem eo loci nume. 4. tradit, habuit originem à speciali cōstitutione Gregorij Noni, reiterata per Nicol. V. si verò erat absens, tunc poterat executio concedi, debitore non citato, ratio discriminis erat, quia præsentibus in Curia maior fauor prestari solet, quàm absentibus: Nec mirum quòd isto casu necessaria nō foret alia citatio, quia hoc procedebat ex illa mandati susceptione, sicque ex pacto cōtrahentium iuxta ea, quæ dixi infra num. 23. in fine, & hæc de Instrumētis ante reformationem Pij Quinti. Si loquamur post illam reformationem: citatio fuit, & est semper necessaria, saltem de stylo: Nam Aut debitor in eodē Instrumento consensit relaxationi mandati executiui vnica, vel bina citatione præcedente iuxta tenorem memoratæ reformationis, & tunc clarum est, citationem esse necessariam etiam ex expresso contrahentium pacto: Aut consensit relaxationi mandati absque vlla præcedente citatione, sicuti loquūtur etiam facultates, concessæ Auditoribus Cameræ à Gregorio Decimotertio, & Decimoquarto nu. 4. & tunc quamuis de iure ob initam conuentionem non requireretur, nihilominus hodie de stylo adhuc requiritur, executionique diuersimodè mandatur: Nam vel debitor est præsens, vel absens: si presens, citatur personaliter, vel domi, vt docui supra ca. 45. num. 5. Si absens, rursus distinguo, vel est facta mutatio personarum, quia scilicet obligatus in instrumento est mortuus, & reliquit hæredes, vel non est facta mutatio: si primo casu: dico, citationem esse exequendam personaliter, seu domi: Vbi autem ita semel fuerit citatus, in sequentibus actibus poterit citari per contradictas: si secundo, rursus distinguo. Vel Instrumentum est confectum extra Tribunal Auditoris Cameræ, seu extra Romanam Curiam. Vel est confectum in Tribunali Auditoris Cameræ: si primo casu, rursus distinguo: Aut solutio est destinata in vrbe: Aut non: Si est destinata, tunc poterit citari per contradictas, seu per edictum: Si nō est destinata: dico, quòd est citandus personaliter, vel domi in partibus, & hæc, quando est celebratū extra Tribunal Auditoris Cameræ: si verò sit celebratum in Tribunali ipsius, satis est, quòd citetur per contradictas in vrbe iuxta ea, quæ dixi supra dicto cap. 45. num. 14. cum seq. quia obligatus, adueniente termino solutionis, debet attendere audientiam contradictarum. Quare, vt vides, citatio semper est præmittenda saltem de stylo, & ita seruatur hic in Vrbe tam in executione Instrumenti in forma Cameræ, quàm instrumenti guarentigiati siue agatur coram Auditore Cameræ, siue coram alio Iudice, habentque huiusmodi citationes diuersas formas.

20 † Septimo quæro: nunquid instrumentum in forma Cameræ confectum in Vrbe, vel alibi habeat executionem paratam extra statum ecclesiasticum, hoc est, executiuè super eo procedatur? Respondeo, quòd sic, quia vel eo loci extat cōsuetudo, quæ ferè vbique viget, vt super instrumētis publicis executiuè procedatur, vel extat statutum, hisque deficientibus procedetur adhuc executiuè ex contrahētium pacto, quod continetur in instrumento, vel ex-

presse,

preſsè, vel tacitè: Expreſsè, vtputa, quia conſenſerit relaxationi mandati executiui, renunciaueritque omnibus exceptionibus: tacitè, vtputa, quia ſit appoſita ſola illa clauſula. *Se obligat in forma Cameræ*, quo caſu licet debeat attendi ſtylus fori, & non geſti contractus in modo procedendi, tamen verba ſunt interpretanda ſecundum ſtylum loci, vbi contractus fuit geſtus, ſeu inquam ſecundum ſtylũ loci, vbi illa verba ſunt ſignificatiua, & non ſecundum ſtylum loci, vbi redderentur inutilia, & ſuperflua. Quod cum ita ſit, & in ſtatu eccleſiaſtico huiuſmodi verba extendantur, vt executiuè procedi poſſet: dicimus, quòd vbicunque produceretur, eſſet procedendum executiuè ob initam contrahentium conuentionem.

21 † Octauo quæro: nunquid in executione obligationis, ſtipulatæ penes acta, requiratur citatio? Reſpondeo, de iure crederem quòd ſic. In Regno tamen Neapol. per ritum 128. & ibi notat Carauit. & ſuper ritu præcedenti num. 5. eſt diſpoſitum contrarium, quòd citatio non ſit neceſſaria, & ita ſeruatur: Procedit tamen hoc, quando proceditur in eadem Curia, vbi obligatio fuit recepta, ſecus ſi procederetur alibi, vt aduertunt etiam Affl. ſuper conſtitut. Baiulus ſi furem ſub num. 3. lib. 1. & Vrſill. in annot. ad eundem deciſ. 387. ſub num. 3.

22 † Nono quæro, quæ ſit differentia inter inſtrumentum guarentigiatum, & inſtrumentum in forma Cameræ? Priuſquam huic quæſito ſatisfaciam referamus aliqua de origine, & ſignificatione nominum: ſciendum igitur eſt, quòd Bal. ſuper feud. de leg. Corra. §. ſi inter pares nume. 1. quem etiam refert, & ſequitur Iaſ. in l. error. num. 25. C. de iur. & fact. ignor. tradit, hanc vocem. *Guarentigia* eſſe vocem Tuſcorum: Alij verò tradunt, eſſe vocem inſubrem, Lõgobardam, ita ſentit Luc. Pæt. in pract. Capit. lib. 3. cap. 1. ſub num. 2. dicens, ſe ita ſepe audiuiſſe ab Alciato: Alij verò tradunt, eſſe communem Longobardis, & Tuſcis. Ita poſt alios tradunt Moder. tract. de proceſſ. par. 1. cap. 3. nu. 19. & Foſſanen. deciſ. 26. num. 14. ſed ſiue ſit communis, ſiue non, illud nobis argumento eſt, quòd ſit Longobarda, quia in eorum legibus reperitur vſitata, vt aiunt Luc. Pæt. & Foſſanen. in locis alleg. De eius ſignificatione Bal. vbi ſupra ait, inſtrumentum Guarentigiæ eſſe inſtrumentum firmitatis, & præciſum, cui ſit omnino ſtandum: idem tradunt Iaſ. in l. prima §. ſi quis ita num. 28. ff. de verb. oblig. allegans illud dictum Venetorum. *Dio mi guarenta la perſona:* nam *guarentare* idem eſt, quod firmare, & obſeruare, & in dicta l. error num. 25. & Moder. dicto cap. 3. num. 19. dicens, vocari *guarentigiam* forſan à guardia, hoc eſt cuſtodia, & ſecuritate, & licet Foſſanen. vbi ſupra reprehendat Moder. loco citato, tamen eius reprehenſio eſt futilis, & nimis ſcrupuloſa, motus potius, vt arbitror, ex coniectura, quòd Moder. ignorant linguam Italam, quàm ex alia ratione, ſiquidem is non diſſentit à Bal. & Iaſ. in locis allegatis: Guarẽtigia autem nihil aliud eſt, vt tradit Iaſ. vbi ſupra, quàm illud præceptum, factum debitori à Notario in inſtrumento de ſoluẽdo infra decem dies. obligatio in forma Cameræ cur ita vocetur, & vnde habeat ortum explicat tibi Galleſ. ad form. Cam. oblig. partic. 1. q. 2. dicens, huiuſmodi obligationis nexum, ac vinculum fuiſſe inuẽtum ad compellendas perſonas ad ſoluendas annatas Cameræ, cum recederent ad longiſſimas partes: Vel dic cum Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 1. commiſſion. relaxat. iuram. cap. 5. nume. 4. quia multi debitores Reuer. Cameræ non ſoluebant, niſi coacti vi trium conformium, ſed magis mihi placet ratio Galleſij, quia debitores fiſci, & ſic Cameræ poterant executiuè cogi ad ſoluendum abſque iſta obligatione argumento. l. abſtinendum C. quor. appell. non recip. Sed, vt cunque ſit, fuit vocata obligatio in forma Cameræ, ſeu inquam Cameralis, quia fuit principaliter inuenta ad vſum Cameræ. Redeo ad quæſitum, & dico, diſtinguendum eſſe: Aut enim accipimus Inſtrumentum in forma Cameræ ſecũdum illam antiquiſſimam formulam, quam retuli ſupra ſub num. 17. Aut ſecundum alias formulas, ſi ſecũdum illam antiquiſſimam, tunc nulla videtur remanere differentia inter hæc duo inſtrumenta quoad vim executiuam, quia in vtroque inſtrumento adeſt confeſſio, & præceptum de ſoluendo, ſicuti aduertit etiam Galleſ. ad form. Cam. oblig. dicta q. 2. num. 14. Si verò accipiamus Inſtrumentum in forma Cameræ ſecundum alias formulas, & tunc ſimiliter diſtinguo: Aut in inſtrumento eſt ſuſceptum mandatum executiuum: Aut non: ſi eſt ſuſceptum: tunc quia illa ſuſceptio habet vim confeſſionis, & præcepti, dico ſimiliter, quòd in effectu quoad cõcedendam executionem paratam non differunt: ſi verò non eſt ſuſceptum, rurſus diſtinguo: Aut eſt in ea conſtitutus procurator ad confitendum: Aut non: ſi eſt conſtitutus, differt in his tribus: Primo, quia habet conſtitutionem procuratoris, qua caret guarentigia, quam differentiam notauit Galleſ. ad form. Cam. oblig. dicta q. 2. num. 15. & tacitè etiam videtur aduertiſſe Foſſanen. deciſ. 26. ſub nume. 13.

Secundo, quia Inſtrumentum guarentigiæ retinet à ſui principio confeſſionem, & præceptum, in obligatione verò Camerali non eſt ita, quia cõfeſſio, & præceptum fiunt poſt productionem inſtrumenti, vt tradit etiam Galleſ. vbi ſupra nu. 13. Tertio, quia hypotheca, q̃ habet creditor virtute obligationis Cameralis, remanet in puris terminis conuẽtionalis, & non habet vim pignoris iudicialis, ea autem, quam habet virtute inſtrumenti guarentigiati, habet vim iudicialis pignoris propter auctoritatem præcepti, in eo facti per Iudicem, vt refert, & ſequitur Galleſ. dicta q. 2. num. 26. illa verò differentia de ceſſione actionis vtilis ceſſat, quia in huiuſmodi obligationibus Notarij ſemper apponunt iuramentum partium, Galleſ. ibidem. num. 23. aliàs, ſi nõ apponeretur iuramentum ſeu ſaltem non ſtipularentur à Notario, remaneret etiã hæc differentia, quòd ex contractu guarentigiato, facto per procuratorẽ, domino acquireretur actio vtilis ſine ceſſione, qđ non eſſet in hac obligatione, ſtipulata ſine iuramento, ſeu ab alio, quàm à Notario.

Si vero non ſit in ea conſtitutus procurator, tũc, dempta illa differentia de conſtitutione procuratoris, reliquæ remanent, & hæc de differentijs: Nam illa,

illa, quam notat Marcheſ.tract.de commiſſion.par.1.in commiſſ.relaxat.iur.ca.5.num.3. dicens, quòd abſolutio à iuramento impedit executionem aliorum inſtrumentorum, ſed non executionem obligationis in forma Cameræ, non eſt vera, niſi quatenus vera eſſet opinio, quòd inſtrumentum iuratum haberet executionem paratam virtute inſtrumenti, de qua re vide quæ ſcripſi ſupra num.10. Quòd ſi inſtrumentum habeat executionem paratam, quia eſt publicum, & quia ei ſtatuta illam concedunt, tūc habebit executionem paratam non obſtante abſolutione à iuramento, quia illa abſolutio tendit ad ſuū finem, ne ſcilicet contraueniens inſtrumento efficiatur periurus: Vide ad hæc Affl. deciſ.30.num.2.& ſeqq.& Additionatores ad eum.

23 † Decimo quæro, An Inſtrumentum poſſit habere executionem paratam ex pacto contrahentiū? Reſpondeo: prima facie videtur dicendum, quòd non, quia ordo iudiciarius eſt de ſubſtantia iudicij, & ideo priuatorum pacto tolli, aut peruerti non poteſt, Bal.in l. tale pactum §.qui prouocauit num. 14. in vigeſimo quæſito.ff. de pact. quem refert, & ſequitur Iaſ.in l.quæ de legato num.6.& 7.ff.de leg.1. Eandem opinionem defendere nititur, Pariſien.in conſuet. Pariſ.tit.2.gloſ.1. in verbo Areſt. nu.188. Non obſtat textus in l.creditores C.de pignor. quia ſecundum Bal. & Iaſ. vbi ſupra loquitur de executione priuata, & non de publica, hoc eſt, loquitur de executione facienda ab ipſis partibus contrahentibus ſine Iudicis miniſterio, & non de iudiciali, quæ a iudice conceditur, & de qua nos hodie loquimur, vel ſecundum Pariſien.ille textus retorquetur, quia dicit in fine: *auctoritate Præſidis poſſeſſionem adipiſci debent*.

Contrariam ſententiam, quòd iudex ex pacto contrahentium in inſtrumento appoſito debeat cōcedere paratam executionem tenuerunt Bar. in dicta l. creditores ſub num.26.C.de pign.Abb.in cap. de cauſis nu.8.de offic. & poteſt. iud.deleg. Ant. de Canar.tract.de execut. inſtrum.q.32.nu.68.ad quē Becc. conſ.17.ſub nu.2. lib.1. poſtquam in contrarium allegauit Baldum, & Iaſ.ſe remittit, Boer. deciſ.295.num.10.Franc.Marc. deciſ.396.lib.1. Foſſanen.deciſ.26.ſub num.6. Et quòd hæc ſit communis ✱ opinio, vt partes poſſint omittere ordinem iudiciarium in toto proceſſu teſtantur Maran. in ſuo Spec. par.2. ſub nu.41. & Moder. tract. de proceſſ. par.1.cap.5. num.42. & 83. & quòd ſit communis, & vſu recepta teſtatur Galleſ.ad form.Cam. oblig. ad tert.partic.q.4.num. 3.in fine. Et quòd ſeruetur in Camera Imperiali refert Gail.de pace. publ. lib. 2.cap.2.num.28. & 26. Quare ab ea nullatenus recedendum cenſeo, & poteſt coadiuuari ex his, quæ tradit Felyn.in cap.ſi diligenti de for.compet. & ad oppoſita per Pariſien. latè reſpondent Moder. dicto nu.83.cum ſeqq.& ſatis cōfirmatur ex eo, quòd citatio ex pacto contrahentium poteſt omitti, vt dixi infra cap.88. num. 25. ſicut etiam diximus ſupra num.19.poſſe omitti ex diſpoſitione ſtatutaria.

24 † Vndecimo quæro: nunquid huiuſmodi parata executio concedenda ex pacto ſuper bonis debitoris, creditori hypothecatis, habeat locum tam ſi dicta bona poſſideantur ab ipſomet debitore viuo, quàm ſi poſſideantur à tertio? Reſpondeo diſtinguendo: Aut poſſidentur ab vniuerſali ſucceſſore, hoc eſt hærede: Aut à ſingulari. ſi ab hærede: dico, concedendam eſſe executionem via executiua, maximè ſi heres non ſit pupillus, ſeu eccleſia, Bar. in dicta l.Creditores nume.21.C.de pignor.& conſ. 96. incipiente, dico partes Iudicis nu.2. Ant. de Canar. tract.de execut.inſtr.q.30.& Affl.ſuper conſtitutione Pacis cultum, num.23.lib.1.& ibi Anton.Batius. in additione, dummodo tamen hæres fuerit ſemper citatus, vt dixi ſupra ſub nume.19. & vbi fuerit oppoſitum, legitimatis etiam perſonis, tā ſui, quàm hæredis rei conuenti, ſiquidem, parte opponente, legitimatio perſonarum eſt neceſſaria in quouis iudicio etiam ſummario, vt tradit Bar.in l.2. nume.3. C.de edict.diu. Adr. toll. dicens, hoc eſſe menti tenendum, & Neuiz. qui plures cumulat conſ.16.nu. 1.& conſ.18.num.4. Immo in iudicio ordinario eſt neceſſaria, etiam non opponente parte, Bal. conſ. 374.nu.2.& 3.lib.4.dicens, quòd agens contra hæredem debet docere, illum eſſe hæredem obligati, & ſe eſſe hæredem creditoris: Vide Cagnol. in l. hæredem num.6.ff.de reg.iur. Vide etiam Ioan. de Amic.conſ.24.num.1.& ſeqq. vbi num.5. admittit legitimationem hæredis eſſe neceſſariam, ſi illi oppoſitum ſit, non eſſe heredem, ſed in ceſſionario arbitratur contrarium, vt in num.1.& alijs. Ego tamē cenſeo etiam perſonam ceſſionarij eſſe legitimandam. Si verò poſſidentur à ſingulari ſucceſſore, denuo diſtinguo: Aut debitor iniuit hoc ſolum pactum de concedenda executione parata: Aut vltra hoc pactum conſtituit, ſe poſſidere nomine creditoris, ſeu præcario: Si primo caſu: dico, non poſſe procedi via executiua, quoniam requiritur in primis excuſſio principalis debitoris.Barb.conſ.28. nu.1. lib. 1.Gail.qui alios allegat in pract.obſeru.lib.2.obſer. 27.num.7.poteris tu addere Doctores, quos allegaui in ſequentibus ampliationibus, & quòd hæc ſit ✱ vera, & communis ✱ Doctorum ſententia, refert, & ſequitur Rol.à Vall.conſ.9.num.36.verſiculo. *vltimo non obſtat*, & conſ.14.num.7. & 8. lib.1.

Amplia iſtam ſentētiam ſecundum magis com- ✱ munem ✱ opinionem, de qua teſtātur Neguſ. tract. de pign.par.2.memb.4. num.60. & par.8.q. vltima num.23.Rol.à Vall. dicto conſ.9. nu.5. & Gail. vbi ſupra num.9.vt procedat etiam quando vxor, Marito vergente ad inopiam, ageret contra tertios poſſeſſores actione hypothecaria.

Amplia ſecundo, vt habeat locum etiam quando procederetur ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta, quia tertio poſſeſſore opponente adhuc requiritur excuſſio principalis: hanc opinionem tenuerunt plures, quos refert Foſſan. deciſ.52. nume. ✱ 3.& quòd hæc ſit verior ✱ teſtatur Manſuer. in additio. ad pract. Papien. in form. reſponſ. libell. in actio. hypoth. in gloſ. exceptionem excuſſionis in additione fol.mihi 786.& quòd ſecundum hāc opinionem ſepius iudicauerit, & iudicet Senatus Pedemōt.teſtantur Oſaſc.deciſ.2. in fine, & Foſſan. dicta deciſ.52.num.6.in duobus locis, & licet contrariam opinionem tenuerint Aſinius, in pract. §. 31. cap.2.

cap.2.num.5.& 9. in ampliatione 22.ampliationis, & plures ex antiquis, & modernis, quos referunt, & sequuntur Rol.à Vall. dicto conf.9. nu.21.lib.1. & Gail.dicto lib.2.obseruat.27.nu.26.cum seqq.& plures alij, allegati per Fossan. vbi supra nume. 1. Tamen tu non recedas à prædicta ampliatione, quam Senatus Pedem.hodie sequitur,etiam quando exceptio excusfionis opponeretur à fideiussore, vt refert Fossan.eadem decif.52.nu.6. versus finem: quamuis quandoque antea in fideiussore iudicauerit contrarium iuxta distinctionem, quam refert,& sequitur Mansuer.vbi supra.

Amplia tertio, vt habeat locum etiã si principalis esset obligatus in forma guarentigię, seu Cameræ, quia cum possessio rei hypothecatæ sit penes tertium possessorem, Excussio est necessaria iuxta rationem,quam in alio casu assignat Papiens. in dicta gl.exceptionem excussionis. nu.8.fol.mihi 782. Præterea nil refragratur, quare ista ampliatio non debeat procedere. Et aduerte,quia vbi requiritur excusfio principalis non sufficit, illam fieri, sed requiritur etiam Iudicis declaratoria, quòd fuerit legitimè facta, vt dixi infra cap. 76. sub num.12. ibi. *Contrariam sententiam*. Item aduerte, quòd ista excusfio intelligitur de bonis tantum, non de persona,iuxta ea,quæ breuiter notaui infra cap.96.nu. 36.in secunda difficultate.

Limita modo prædictam sententiam, vt non procedat primo,quando agens ageret Saluiano interdicto, quod est vtilius, ac plenius remediũ, quia tunc posset actor, principali debitore non excusso, agere contra tertios possessores, Crauet. conf.201. nu.45.lib.1.& Rol.à Vall.conf.9. num.17.& 18.& conf.14.num.18.lib.1.Et licet Senatus Pedemont. sequatur contrarium, vt refert Fossanen. dicta decis.52.sub num.6.tu tamen inhæreas pro nunc huic limitationi.

Limita secundo,quando notoriè constaret,principalem debitorem nõ esse exigibilem propter absentiam,vel propter aliud impedimentum,Crauet. dicto conf.201.num.45.propriè autem hæc limitatio habebit locum, quando notoriè constaret, non esse soluendo Crauet.dicto conf.201. nume.46.& Rol.à Valle dicto conf.9.num.20.qui alios allegat. &, vt tradit Crauet. loco citato, ad hoc, vt dicatur notoriè constare, sufficit, quòd iudex se informet ex officio.

Limita tertio, quando tertius possessor conuentus negasset,rem, pro qua conueniebatur, esse eius authoris, & deinde conuinceretur, quia amitteret beneficium excusfionis: intellige tamẽ dummodo negauerit scienter, & non ignoranter, & in dubio, coniecturis non vrgentibus,præsumendum erit,ad excludendum dolum, quòd negauerit ignoranter, ficuti bene censuit Senatus Pedem.relatus per Fossanen.decis.50.in fine: ex quibus declaratur Iaf. in §.item si quis in fraudem,nu.79. Instit. de act.allegatus per eundem Fossan.vbi supra num.3.

Limita quarto,quando principalis obligatus esset admodum potens,& difficilis ad exigendũ iuxta ea,quæ tradũt Bal.in cap.cum super,circa fin.de re iud. Afflict.decis.88.& ibi Vrsill.in annotat. sub num.4.& Afinius in pract.§.31.cap.2. nu.5. in ampliatione 22. ampliationis, loquens de debitore rixoso,& Gail.dicta obseruat.27.num.25. sed certè quia hæc limitatio videtur quãdam inurere notam Iustitiæ Ministris, nescio quando fuerit seruata in practica, aut seruabitur, nisi cum dedecore Principis,& iustitiæ.

Limita quinto, quando tertius possessor scienter emisset rem, alteri specialiter hypothecatam, Rol.à Vall.dicto conf.9.nu.23.cum seq.lib.1.

Limita sexto, quando statutum reijceret exceptionem excusfionis,prout de statuto,& consuetudine tradit Gail.dicta obseru.27.nu.29.& de statuto Florentino Afin. dicto §.31. cap.2. nu.8. in ampliatione 22.ampliationis. Vide nonnulla alia infra,& num.26.

Sed difficultas nõ est omnino sublata: quia esto modo,quòd simus in casu, vbi excussio non est necessaria, vel ꝙ in casu, vbi est necessaria, sit iam facta: Quæro,an Creditor poterit vigore pacti ingredi possessionem rei, detentæ à tertio possessore, seu inquam executiuè agere contra eum? Respondeo, Bar.in dicta l.creditores, sub num.23. ibi. *Hoc præmisso*. C.de pign.& post eum Afflict.in constitutione,pacis cultum,num.18.cum seq.lib.1. relatis opinionibus, allatisque responsionibus ad contraria; firmãt regulam,quòd pactum de ingredienda possessione propria auctoritate non transeat in singularem successorem: idem tradit Franc. Aret. conf. 21.num.5.

Et quidem si non transit hoc, credo, quòd neque transeat illud de agendo executiuè per ea,quæ tradit Vant.tract.nullit. Rub. quis poss.dic. de null. nume. 17. & ita in terminis instrumenti guarentigati, & in forma Cameræ tradunt Bal. in dicta l. Creditores.num.6.C.de pignor. Iaf. in l.quædam. §.nihil interest, nu. 7. ff.de eden. vbi allegat.Bal. in l.2.C.si aduers.cred. dicentem,hoc esse notandum contra ignorantes procuratores,& Aduocatos: Verum in libro meo scripsit solum super l.1.& hoc nõ tangit: eandem conclusionem tradunt Bened. de Barz.tract.de guarentig.par.prima.quæst.9. versiculo, Aliquando verò occurrit, & Gallef.qui alios alleg. ad form. Cam. oblig. ad prim.part. quæst.2. nume.3.folio mihi 37. Hæc conclusio, ab aliarum more non degenerans,recipit nõnullas declarationes, seu limitationes, de quibus, ne prolixior sim, remitto vos ad Bar.& Afflict. in locis allegatis. Et hæc de instrumento sine clausula precarij, seu constituti,& similium. Si verò sumus in secundo casu, quando scilicet vltra pactum de ingrediendo possessionẽ propria auctoritate,seu concedenda parata executione adest etiam præcarium,seu constitutum,tunc similiter est in primis videndum,an sit necessaria excussio principalis debitoris: Nam Barbat.conf.28.à nu.1. vsq; ad num.6. inclusiuè. lib.1. tenet ꝙ sic; & conatur ostendere communem Doctorum intellectum ad l.fin. C. de acquir.poss. esse erroneum; quia inquit ipse illa l.fin. quæ concedit, vt dominus possit, principali non excusso, ingredi possessionem rei,à tertio detentore detentæ,loquitur de domino, qui simpliciter possessionẽ rei detinebat

tinebat ad sui commodum, quo casu, si illa res fuerit in tertium alienata per seruum, seu procuratorẽ, aut colonum, dominus, his alienantibus non excussis, potest ingredi possessionem rei suæ, sed creditor qui possidet ratione præcarij, seu etiam constituti, non detinet possessionem ad sui commodũ, sed ad commodum debitoris: Et idcirco cum regula iuris sit, vt tertius possessor conueniri non possit ante principalis excussionem, & dicta l.fi.C.de acquir.poss.stet correctoriè ad hanc regulam iuris, sequitur necessario ad euitãdam correctionem, ꝙ sit intelligẽda in suis puris terminis, & nõ extendẽda.

Contrarium tenent Gail.dicta obseruat.27. nu.31.& 32.& Fossan.decis.53.nu.1.in fi.& seqq. Moder.tract.de process.par.1.cap.10.num.358. latius Papien. in dicta gl. exceptionem excussionis. nu.9. fol.mihi 782. & ibi additio ad eum, & Rol. à Vall. dicto cons.9.nu.19.lib.1.

Hac difficultate dissoluta; redeo ad istum secundum casum, in quo rursus distinguo: Aut iste tertius possessor habet causam ab alio, quàm ab eo, qui constituerat, se possidere nomine creditoris, & dico, non posse agi via executiua, & cum hoc grano salis loquitur Bar. in dicta l.Creditores, sub nu.23. C.de pigno. quando tradit, pactum transire in singularem successorem, vt patet ibi.

Tunc aut ille tertius possessor non habet causam à debitore, & contra eum non transit tale ius exequendi: si verò habet &c. & paulo post ait.

Sed contra istum tertium possessorem non est ita liquidum, quia potest esse dubium, an habeat causam, vel non

Cum eodẽ grano salis loquitur Galles.ad formã cam.oblig. ad tert.partic.q.5.nu.3. ibi, *quæ singula pacta habent paratam executionem cõtra quoscunq; tertios possessores, a debitore ipso causam habentes.*

Et bene faciunt quæ dixerunt Rota Romana in vna Barchinonen.Præceptoriarum coram Lancellotto die 7.Februarij 1578.& Pereg.decis.312. Et ex his mihi non placet opinio Socin.in cons.82.sub nu.8.lib.3.dum inquit, *igitur non est curandum hoc casu, an possessor habuerit causam à debitore, prout est de mente Bartoli.*

Aut habet causam ab ipso debitore, qui constituerat se nomine creditoris possidere, & tunc quæstio redditur magis anceps: etenim, si loquamur de præcario, Bar.in l.creditores sub num.25. C.de pignor. tenet, quòd ratione illius ciuilis possessionis, quæ per præcarium translata fuit in creditorem, possit is creditor propria auctoritate ingredi possessionem, quamuis detentam à tertio possessore sine vlla citatione: eandem opinionem tenent Franc. Aret.dicto cons.21.num.4.& 5.Soc.dicto cons.82. nu.8.lib.3.Bero.cõs.42.sub nu.23.lib.3.& Maran. in suo Spec.par.6.memb.1.nu.38.& actu tertio, & vlt.de execut.sent.nu.33. dicens vtrobique, hoc dictum nunquam esse obliuiscendum, & Rol.à Vall. dicto cons.9.nu.19.lib.1.

Contrariam sententiam, quòd nõ detur parata executio aduersus tertium possessorem isto casu, tenuerunt Bar. sibimet contrarius in l.Celsus, nu.15. ff.de vsucap.& ibi Additio in litera F.reprẽhendẽs eum, quòd malè senserit contrarium in allegata l. creditores: eandem sentẽtiam sequuntur Afflict.in cõstitutione, Pacis cultum, nu.21.lib.1.& Foller. in addit.ad Spec. Maran.dicto memb.1.nu.38. Quid dicendum? Respondeo, recedendum non esse ab hac postrema sententia, quę est ęquior, & ideo, vt ait Alex. Stiat. in pract. iudic. cap. 11. num. 26. & 27. veri practicantes obseruãt, ꝙ prius fiat citatio tertij possessoris ad contradicendum, ne detur tenuta, & ita seruari corã Auditore Camerę, vt citetur possessor ad videndũ infrascripto instanti concedi familiam, seu executores Curiæ, qui eũ associent in appræhensione possessionis rei, sibi venditę, & quodcunque mandatum desuper opportunũ decerni, & concedi, testantur ij, qui in eius foro versati sunt.

Si verò loquamur de cõstituto, per quod transfertur etiam titulus, & naturalis possessio, & apud debitorem remanet sola detentio, & tũc Bar.in dicta l.creditores, nu.25. C. de pignor. quem etiã refert, & sequitur Afflict. in dicta cõstitutione, Pacis cultum.nu.22.lib.1. tenet ꝙ Creditor põt exercere pactũ de ingredienda possessione propria auctoritate etiã contra singularem successorem, ipso tertio singulari successore, & possessore non citato: idẽ tenet Put.decis.43.nu.6.lib.3.& est opinio cõis: * Bene verũ est, ꝙ iudex ad euitanda scandala, & rixas debet dare familiã, quę creditorẽ associet ad capiẽdã possessionẽ: istud est dictum singulare Salyceti in dicta l.creditores, quod in facti contingentia approbauit pro vero Cõsil.Neap.vt refert Afflict.dicto num.22.in fine, & apparet ex decis.326.& laudãt Moder.tract.de proces.par.1.c.5.nu.59.& 96. Et hæc sententia, quod istud pactum vigore constituti possit exerceri contra singularẽ successorẽ, tũc maximè procedit, quando debitor vltra constitutũ dedisset etiam illa bona in solutũ, promisissetq; de illis bonis non facere aliũ cõtractũ, obligation, preiudicialẽ, sicuti tradit Galles. ad form.cam.oblig.ad tert.partic.q.5.sub nu.3. fol.mihi 56. in practica tamẽ corã Auditore Cameræ, siue sit appositũ præcarium, siue constitutum, regulariter pręmittitur citatio, vt testantur etiã ij, qui in eius foro versantur.

25 †Duodecimo quæro: nunquid instrumentũ, habens vigore statuti executionẽ paratã in bonis debitoris, habeat illã etiã si à tertio possessore possiderẽtur? Respõdeo, distinguẽdo: Aut est successor vniuersalis, & dico, ꝙ sic per ea, q̃ dixi supra nu.præcedenti: Aut est singularis, & dico, ꝙ non, sicuti etiam respondet Bened.de Barz. tract. de guarentig.par.1.q.9. versiculo, aliquando vero occurrit: & faciũt quæ dixi supra de pacto num.præcedenti.

26 †Decimotertio quæro: nũquid executio parata, q̃ instrumento concedit virtute statuti, consuetudinis, seu pacti cõtra principalẽ debitorẽ, concedatur etiam contra fideiussorẽ? Respõdeo, distinguẽdo: Aut fideiussor se simpliciter obligat, vti fideiussor accessoriè tantũ, & nõ potest conueniri ante excussionẽ principalis debitoris, textus est in auth.presente, & ibi cõiter * Doctores.C.de fideius.vide Gail. in pract.obseru.lib.2.obseru.27. num.1. cum seqq. fallit ista conclusio, quando fideiussor renunciasset beneficio excussionis, vt per Gail.vbi supra, nu.21.

qui

qui alias tradit fallentias, sed non omnes approbo, & in primis illam, quãdo proceditur summariè, &c. de qua scripsi supra sub num.24. in secunda ampliatione: secundo non approbo illam, quando fideiussor iurasset.

Aut se obligat, vti principalis, sicut regulariter se obligant hi qui accedunt obligationi in forma Cameræ: & tunc potest conueniri, non excusso principali, vt testantur Asinius in pract. §.31. cap.2. num. 5. in ampliatione 22. ampliationis, & Gail. dicto lib. 2. obseru.28. presertim in fine, vbi testatur, quòd est communior, * & æquior, & certè, quia hic in vrbe si fideiussor obligatus, vti principalis allegaret exceptionem excussionis irrideretur potius quàm audiretur; ideo his paucis allegatis sum contentus: Et quoniam nõ requiritur excussio, seu vbi requiritur, iam est facta, sequitur, quòd tunc possit ita executiuè procedi contra fideiussorem, vt posset contra ipsum principalem, & in hoc nota differentiam inter fideiussorem, & tertium possessorem, aduersus quẽ, vt dixi supra sub num.24. versiculo. *Sed difficultas &c.* & num.25. non potest procedi executiuè.

27 † Decimoquarto: locutus sum supra in vndecimo quæsito de pacto inito inter partes de ingrediẽdo possessionem propria auctoritate: Vnde quæro modo formaliter: nunquid debitor possit facere tale pactum, hoc est, dare licentiam creditori in casu non satisfactionis ingrediendi possessionem bonorum ipsius debitoris propria auctoritate? Respondeo, prima facie videtur dicendum, quòd non: quia pactum, vt si debitor non satisfecerit de debito, creditor possit propria auctoritate ipsum personaliter capere, & eius bona sequestrare, non valet Ant. de Canar. tract. de execut. instr. quæst.32. nu.69. Affl. in constitutione, Pacis cultum sub num.16. ibi, *Aduerte quia* lib.1. Gallesf. ad form. Camer. oblig. ad tert. partic. q.4. nu.2. & Fossanen. decis.26. sub nu.6.

Contrarium tamen est verum, testibus ijsdem Ant. de Can. Affl. & Gallesf. in locis allegatis, & tradunt Ias. in l. iustè possidet num.16. in fine. ff. de acquir. possess. & Crauet cons.4. nu.12. lib.1. Et quòd hæc sit communis * testantur Moder. tract. de process. par.1. cap.5. nu.83. & 93. estque in viridi cultu, & contrarium habet locum in pacto de capiẽdo homine libero, vt ex Dyno refert, & sequitur Bar. in l. alia causa. §. eleganter, nume.10. ff. solu. matr. & declarando admonent ijdem Ant. de Canar. Affl. & Fossanen. vbi supra, quæ declaratio est vera non solum ea ratione, quam ipsi adducunt, quia nemo est dominus membrorum suorum, sed etiam, vt reor, quia captura est quid imperij, quod solum à Principe dependet: vnde videmus, quòd partes possunt facere compromissum de causa ciuili, nõ tamen de criminali.

Hæc conclusio, quòd pactum ingrediendi possessionem propria auctoritate valeat, eoque creditor sine vllius pœnæ incursu vti possit, & si vera sit, Doctores tamen communiter creditori consulunt, vt vrbane agens ingrediatur possessionẽ associatus à familia Curiæ, sicut dixi supra nu. 24. versus finẽ.

28 † Preterea circa eandem conclusionem insurgũt nõnullę difficultates, & prima: Nunquid habeat locum etiam, debitore resistente? Respondeo, distinguendo: Aut debitor resistit ex iusta causa: vtputa, quia alleget, se soluisse, vel paratum esse ad integrè soluendum, & tunc dico indistinctè, quod creditor non potest per vim ingredi, vt dixi infra, ibi, *Aduerte tamen*: Aut resistit sine iusta causa, vtputa, quia dicat, verum non esse, ꝙ sibi fuerit pecunia mutuò data, vel quid simile: & rursus distinguo: Aut resistit solo verbo: vtputa, quia dicat, Nolo quod intres, & protestor, ꝙ non consentio: & tunc credita poterit, hac contradictione non obstante, ingredi Bar. in l. creditores. nume.18. versus finem, & nu.19. in fine, & ibidẽ Bal. nu.3. & 4. C. de pign. Ias. in l.2. nu.104. C. de iur. emphyt. Neguf. tract. de pignor. par.4. mẽbr.3. nu.14. & faciunt quæ dixi infra ibi. Quid dicẽdum: Aut resistit actu, seu facto, & tunc licet Salyc. in dicta l. creditores n.12. teneat adhuc indistinctè, ꝙ ei liceat per vim ingredi, ex quo fit resistentia sine iusta causa; tamen ego, sentiens contra eum, & sequendo Bar. & alios, rursus distinguo: Aut sumus in puro pacto ingrediendi propria auctoritate: Aut vltra hoc pactum debitor constituit, se possidere precario, seu nomine ipsius creditoris: si in puro pacto ingrediendi propria auctoritate, dico, ꝙ creditor nõ potest ingredi per vim, hoc est, debitore actu, seu facto resistente, & hoc, ne daretur occasio tumultus, scandali, seu rixæ contra textum in l. nõ est singulis. ff. de reg. iur. & tradunt Bar. Bal. & Ias. in locis proximè allegatis: & idem Bar. in l. al a causa, num.11. ff. sol. matr. Item Affl. qui alios adducit, in dicta constitutione, Pacis cultum nu. 16. lib. 1. & latè opinionẽ istam astruunt Moder. tract. de process. par.1. cap.5. nu.98. cum seqq. Et quidem hæc opinio est cõmunis, * & cõfirmatur ea præcipua ratione, quia si licentia, data à Iudice, vt quis possit capere possessionẽ armata manu, non tenet, immo neque pactũ ita expresse conceptum. Ergo neque prædictum hoc operabitur, quia militat fortior, vel ęqualis ratio: Quòd licentia non teneat patet ex his, quæ tradunt Bar. in dicta l. creditores num.19. & Bal. sub num.4. ibi. *Tamen nec iudex, nec pars &c.* Et quòd hæc sit cõmunis * testatur Ias. in l. iustè possidet num.21. ff. de acquir. poss. & ꝙ seruetur in practica testatur ibidem Lud. Roma. relatus per eundem Ias. & vtrumque referunt & sequũtur Moder. tract. de process. dicto cap.5. num.99. Et certè si iudex aliter faceret, pessimè faceret, meq; arbitro, si quid mali eueniret, non euaderet impunitus: quia, secum vrbane agendo, ipsum saltem officio priuarem: Item quòd pactum ita expressè conceptum non teneat, tradit Neguf. dicto memb.3. num.14.

Si verò vltra pactũ ingrediendi constituisset, se precario detinere, tunc insurgit difficultas. Nã ratione illius ciuilis possessionis q̃ creditor retinet virtute præcarij, Bar. in dicta l. creditores sub num.19. & 25. in fin. C. de pign. quẽ referunt, & sequũtur Abb. in cap. de cætero nu.13. de sent. & re iud. Franc. de Aret. in l. si ex stipulatione, num.5. ff. de acquir. poss. Alex. cons.82. num.8. lib.2. Neguf. vbi supra & alij, quos referunt, & sequuntur Moder. dicto cap.5. nu. 115. cum seqq. & denique communiter * omnes, tenet, quòd possit ingredi per vim, quia debitor impe-

impediendo creditorem ne intret, ſpoliat eum poſſeſſione ciuili, & naturali, ſi conſtituerat, ſe nomine Creditoris poſſidere, vel ſaltem ciuili, ſi præcario poſſidet: vnde inquit Bar. licebit creditori per vim ingredi, quoniam huiuſmodi ingreſſus ſapit potius rei ſuæ defenſionem, quàm in alienam violentiam: At defenſio rei ſuæ cuilibet eſt permiſſa etiam armata manu l. vt vim, & ibi Doctores ff. de iuſt. & iur. Igitur &c. Et hanc opinionem, vti veram in puncto iuris, & ſubſtinibilem videtur approbaſſe Iaſ. in l. 2. nu. 105. in fine cum ſeqq. C. de iur. emphyth. dum tenet, quòd Dominus directus poſſit auctoritate propria, & per vim ingredi poſſeſſionem rei emphyteuticæ, quando Emphyteota cecidit à ſuo vtili dominio, quia tũc Dominus directus habet ciuilem poſſeſſionẽ, qua Emphyteota videretur velle eum ſpoliare, ſi reſiſteret, vt declarando proſequitur ibidem nume. 105. & intellige iſtum ingreſſum cũ moderamine inculpatæ tutelæ, ſicuti loquitur Salyc. in eadem l. Creditores nume. 2. quia non debet vnquam habere admixtum delictum.

Contrariam opinionem tenet more ſolito Bal. in dicta l. Creditores ſub nu. 5. dicens quòd in hoc non conſenſit Bartolo, & iſta opinio videtur fulciri ea ratione, quia huiuſmodi poſſeſſio per precarium non eſt ad cõmodum ipſius creditoris iuxta ea, quę dicebamus ſupra ſub nume. 24. ibi. *Sed creditor qui poſſidet &c.* Et quia nõ videtur Creditor poſſe ſua ciuili poſſeſſione per ingreſſum vti, quin ſpoliet debitorem eius naturali: Vnde pro tutela, & defenſione illius naturalis poſſeſſionis videtur ei permiſſa reſiſtentia, & quòd ceſſionarius non poſſit vti conſtituto ſibi ceſſo aduerſus reſiſtentem refert, & ſequitur Neuiz. conſ. 50. ſub nume. 61. verſ. tertio quia. Quid dicendum? Diſtinguo: Aut vult ingredi eodem tempore, quo ſibi fit reſiſtentia: Aut ex interuallo: ſi eodem tempore, teneo opinionem Bartoli, & ſequacium, quæ eſt communis, vt dixi paulo ſupra, videlicet, quòd poſſit: & in terminis huius diſtinctionis addo eundem Bar. in dicta l. creditores. nu. 19. ibi, *& ideo poſſet ipſe incontinenti ingredi per vim*, Iaſ. in dicta l. 2. num. 104. in fine. C. de iure emphyt. & Menoch. dicto remedio 5. num. 84. & Moder. vbi ſupra nu. 123. Aduerte tamen, quia loquor, quando debitor reſiſteret ſine iuſta cauſa: aliàs ſi reſiſteret ex iuſta cauſa, tunc dixi, quòd creditori non liceat ingredi per vim: Ita Bar. in dicta l. creditores, num. 19. in fine, & ibidem Salyc. num. 11. in fine, & 12. & in proprijs terminis, etiam quando debitor conſtituiſſet, ſe poſſidere nomine creditoris Socin. conſ. 78. nume. 7. lib. 3. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 5. nu. 81. quos referunt, & ſequuntur Moder. tract. de proceſſ. dicto cap. 5. nume. 120. Si ex interuallo, & tunc teneo cũ Baldo, quòd non poſſit: quia, vt ipſe dicit, poſt interuerſam poſſeſſionem non durat eadem cauſa, & ita ſentiunt etiam præcitati Doctores: vnde tu habes reſolutionem, ac conciliationem Doctorum. Et licet iſtud vltimum membrum diſtinctionis videatur contra cautelam, quam tradit Salyc. in ſæpe citata l. creditores, nume. 12. in fine, quem referunt, & ſequũtur Moder. de proceſſ. par. 1. cap. 5. num. 112. dum ait, vt creditor, videns materiam malè præparatam ad malum, pro tunc præcaueat, aliàs reuerſurus, & cõmodius idem facturus: tamen reſpondetur, quòd ſi reuertatur incontinẽti, non dicetur ex interuallo: ita videtur ſentire expreſsè Iaſ. in dicta l. 2. nu. 105. vbi remiſſiuè, & ibi Apoſtilla docent, quando dicatur incontinenti.

29 † Secunda difficultas: nũquid creditor, qui ex pacto debitoris poteſt ingredi poſſeſſionem bonorum illius, poſſit eiuſdem pacti virtute acquirere poſſeſſionem ſine Iudicis miniſterio? Reſpondeo: Bald. in dicta l. creditores ſub num. 4. ſolito contradictionis aculeo pruriẽs aduerſus Bartolum, tenuit quòd licentia, data creditori à debitore de ingrediendo, operetur, vt poſſit actu acquirere poſſeſſionẽ, quotieſcunque illa licentia proceſſit ex cauſa importare debẽte acquiſitionem, vt in caſu propoſito: aliàs inquit huiuſmodi pactum, ſeu licentia eſſet deriſoria, quia ſequeretur etiam, quòd poſtquam eſſet ingreſſus non haberet ius permanendi: ex quo verborum figura non cantat. Contrariam ſentẽtiam, quòd creditor vigore pacti de ingrediendo non poſſit poſſeſſionem acquirere, tenuit Bar. in eadem l. creditores num. 4. in repetitione, dicens differentiam eſſe inter eum, qui poſſidet, ſeu eſt in poſſeſſione, & eum, qui intrat poſſeſſionem: vnde inquit aliud conſequitur qui intrat: aliud qui acquirit: Proptereaque concludit, quòd habens licentiam ingrediendi non debet poſſeſſionem acquirere ſine licentia, & auctoritate Iudicis, & hunc intellectum tradit ad illam legem, quem referunt, & ſequuntur Moder. dicto ca. 5. nu. 63. & ſequuntur communiter Moderni, vt teſtatur Salyc. in eadem l. nume. 1. in fine, & iſte intellectus videtur approbatus à ſtylo, quia non ob aliam cauſam Notarij hodie dicunt in inſtrumento: *dedit licentiam ingrediendi, retinendi, & acquirendi*, vt tradit Bar. vbi ſupra, & Bald. non negat.

Quid dicendum? Reſpondeo iuxta declarationem Salyceti in dicta l. creditores, nume. 7. Aut loquimur de poſſeſſione, quæ datur iure pignoris, & non iure acquirendi dominium, ſeu quaſi, & tunc procedat opinio Baldi, dicentis, per licentiam ingrediendi poſſeſſionem poſſe poſſeſſionem ipſam acquiri: Aut loquimur de poſſeſsione, qua mediante acquiritur dominium, ſeu quaſi dominium, & tunc procedat opinio Bartoli, & Modernorum.

30 † Tertia difficultas: nunquid hoc pactum ingrediendi poſſeſsionem auctoritate propria, ſeu vt procedi poſsit via executiua, habeat locum etiam ſi inſtrumentum non ſit liquidum? Reſpondeo, ꝙ non, niſi ſit expreſſum in pacto, Bar. in dicta l. creditores, num. 14. vbi nu. 15. docet, quomodo fiat liquidatio: vide etiam Bal. ibidem ſub num. 5. obijcientem aduerſus Bar. vide etiam Vrſill. in annot. ad Afflic. deciſ. 326. num. 3. & 4. vide etiam Neuiz. conſ. 82. nu. 15. vbi tenet contrarium, & allegat Bar. vbi ſupra.

31 † Quarta difficultas: nunquid iſta licentia ingrediendi poſſeſsionẽ propria auctoritate cõprehẽdat ſub pacto, qđ creditor habeat executionẽ paratã? Reſpondeo, ꝙ non: quia licet parata executio poſsit referri etiã ad huiuſmodi ꝓpriæ auctoritatis ingreſſum, tamen in dubio verba ſunt intelligenda in digniori, ac potentiori ſignificatu, Dec. in l. 1. num. 20. C. de

C.de eden. & sunt intelligenda quominus obligēt, sed in potentiori significatu sumitur, & minus obligat si intelligatur solum de executione faciēda cum ministerio iudicis, & non comprehendat præfatam licentiam: Igitur &c. & ita firmant Moder. tract. de process.par.1.cap.5.nu.41. Et ego non dubito: Reliquas occurrentes difficultates videto apud Bar.& Salyc.in dicta l.creditores, & alios Doctores, superius allegatos.

32 † Decimoquinto: latè docui nūquid executio parata sit concedenda contra tertium possessorē: Modo quæro, an, si persona creditoris sit mutata; possit concedi contra debitorem, non citatū, stante pacto, quòd Creditor possit bona debitoris propria auctoritate capere? Respondeo, quòd debet citari, sicut arbitratur etiam Afflict.decis.326.nume.2. dicens; quòd illa decisio fuit sibi visa mirabilis, ex quo associationem concesserat hæredi, parte non vocata, ait tamen, quòd transiuit illa decisio, ex quo erat notorium, quòd illa Domina erat hæres: & quòd requiratur citatio faciūt quæ dixi supra sub num.19. in terminis statuti, concedentis executionem, debitore non citato.

33 † Vltimo q̄ro: nunquid actori, valenti agere executiuè, si cœperit agere ordinariè, liceat reuerti ad viam executiuam? Respondeo, quòd non per ea, q̄ scripsi infra cap.76.sub num.9. fallit in obligatione Camerali per ea, quę scribit Galles.ad form. Cam. oblig.ad tert.partic.q.2.num.6.in fine, fol.mihi 48.

De præsentatione instrumentorum, aliorumque Documentorum, & illius effectu in Criminalibus, ac hæresis crimine.

Cap. LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Probatio per instrumenta an, & quando admittatur in delictis, & nunquid faciat indicium saltem ad inquirendum, seu semiplenam probationem.*

2 *Vsura cur possit probari per instrumenta.*

3 *Processus criminalis, an possit initiari à præsentatione instrumentorum.*

4 *Instrumentum, in quo est enunciata aliqua hæresis, seu est conuentum de aliquo pacto vsurario, nūquid faciat indicium ad capturam.*

5 *Testes instrumentarij, an sint repetendi priusquam iudex vigore illius instrumenti procedat ad vlteriora.*

6 *Instrumentum nunquid possit quādoque habere executionem paratam in causis criminalibus, & quomodo hoc quæsitum verificetur solum in instrumēto sententiæ, & quotupliciter in hoc quæsito veniāt considerandi, tum iudices, tum sententia, tum etiā status.*

7 *Iudex, qui tenetur exequi sententiam alterius Iudicis ad illius instantiam, nunquid debeat illam exequi sine causæ cognitione, & quid seruetur in sentētia, lata super hæresi, seu super alio delicto merè ecclesiastico, seu super delicto mixti fori.*

8 *Iustitia, vel iniustitia sententiæ quomodo sit cognoscenda à iudice, requisito pro illius executione.*

9 *Iudex, requisitus pro executione sententiæ, si illā exequi nolit, quid debeat facere requirens.*

10 *Processus executiuus, nunquid hodie detur in criminalibus causis, ex quo potest in eis procedi summariè, & arbitrario modo.*

QVONIAM frustra videremur quęrere de modo initiandi processum criminalem à præsentatione instrumentorum, si in criminalibus instrumentales probationes non admitterentur,
1 † idcirco operę pretiū est priusquam ad alia progrediamur inuestigare, an delicta possint probari per instrumenta?

Et videtur dicendum, quòd non: quia neque à iure communi, neque à municipali reperitur dispositum, quamuis contrarium cautum sit in causis ciuilibus, in quibus admittitur probatio per instrumenta, & vt dixi supra cap.præcedenti, potest processus initiari à præsentatione eorum.

Et quòd delicta non probentur per instrumenta videtur apertè probari in l.3.§.1.per totum.ff.de testi.& præsertim in illis verbis.

An ad ea quæ interrogaueras ex tempore verisimilia responderint.

Et supra.

Vtrum vnum, eundemq́; sermonem præmeditatum attulerint.

Quæ sanè circumspectiones haud obseruari possent, si delicta instrumentis probarentur: vnde in eodem §.ibi. *idem diuus Adrianus* concluditur, testibus, & non testimonijs esse credendum: Ad idem facit textus in auth.apud eloquētissimum. C. de fid. instrum.in cap.cum in ecclesijs de maior. & obed.

Contraria opinio, quòd delicta possint probari per instrumenta, videtur probari in l.in senatusconsultum.ff.ad Turpill.& in l.contra negantem. C. de l. Aquil.

Quid dicemus? Respondeo, distinguendo: Aut quærimus, nunquid instrumentum possit facere saltem aliquale indicium ad inquirendum: Aut nunquid plenè, seu saltem semiplenè probet: si primo casu, dico, quòd sic iuxta ea, quæ tradidi infra nume.3. si secundo, rursus distinguo: Aut delictum consistit in facto, & sine pacto, seu conuentione: huiusmodi sunt homicidium, furtum, incendium, & similia, quę facto committuntur, & sine pacto illius, contra quem committuntur: & tunc rursus distinguo: Aut agitur de probando ipso delicto principali: vtputa, quia percussus, accersitis testibus, qui fuerunt præsentes, accedat ad Notarium, & faceret fieri instrumentum, qualiter Titius eum percussit, præsentibus N. N. &c. Aut de probandis illius circumstantijs: si de probando delicto principali: procedat prima opinio negatiua, quam ita distinguendo firmant Bart. in dicta l. In senatus, sub nume. 2. in fine, Bal. in dicta l. contra negantem, num. 7. Boss. tract. crim. tit. de conuict. num.
* 64. & quòd hanc Bartoli theoricam communiter * sequantur Doctores testantur Curt. Iun. in Auth.

 si quis

si quis in aliquo sub nu.34.C.de eden.Bero. in cap. at si Clerici,num.14.de iud.Clar. lib.5. recept.sent. quæst.54.in principio, & Andr. Gail. de pace publ. lib.1.cap.15.sub nu.13.& quòd ita teneatur, & seruetur pro Euangelio dixit Dyn. quem refert Gãd. tract.de malef.Rubr.de pœn. reorum sub num. 15. vbi formauit hanc eandem quęstionẽ: immo,quod est mirabile, si mulier pariens adhiberet testes, & Notarium,qui rogaretur, & cõficeret publicum Instrumentum de illo partu ad effectum, ne dubitari posset de suppositione partus, tale instrumẽtũ non probaret,Bal.in l.neque natales.nu.4.C. de probat.

Si verò agatur de probandis circunstantijs,vtpu ta si proceditur super crimine furti: is, qui accusat, ad docendum quòd res,furto subtracta,sit sua, potest hoc probare per Instrumentum emptionis, seu donationis. Item si quis accusaret de adulterio: posset docere per instrumẽtum matrimonij,quòd mulier adulterata est eius vxor:ita tradunt Gand. Bar. & Bal.in locis proximè allegatis: & hæc de delicto, quod consistit in facto, & sine pacto, seu conuẽtione: Aut delictum consistit in cõtractu, hoc est,committitur dicto,contrahendo,& promittendo: & tũc similiter potest semper probari per instrumentum, seu scripturam: ita firmant ijdem Doctores, quos allegaui supra: & rursus Bar.in l.non intelligitur. §. tacitè,num.2.ff.de iure fisci: huiusmodi delicta sunt hæresis,quæ,quia in animo consistit, potest per scri pturam probari, vt declaraui paulò inferius: Itẽ ratificatio alicuius delicti, vsura, coniuratio aduersus Principem, Rempublicam,seu aliũ, & alia similia: Vide Doctores in l.sciant cũcti:& præcipuè Salyc. C.de probat.Boss.dicto titu. de conuict. num.63. & Clar.dicta quæst.54.in principio: ex quibus sumpsi suprascripta exempla.

Verum circa hanc distinctionem occurrunt duæ difficultates: Prima, quid sit in causa, quòd delicta, quæ committuntur contrahendo per pactum, & cõuentionem, possunt probari per instrumenta? Etenim videtur etiam in his militare ratio legis 3. §. 1. ff. de testib. & Authenticæ, apud eloquentissimum. C.de fide instrum. Et si in criminalibus non admittitur probatio per instrumentum, quia in ijs ex quo agitur de magno prçiudicio,requiruntur probationes,luce meridiana clariores,dicta l.sciant cũcti. C. de probat.l.vbi.C.ad l.Corn.de fals.l. absentem. ff. de pœn.l.qui sententiam.C.eod.tit.cap. sciant cuncti 2. q. 6. & tradunt Gandin. dicta Rubr. de pœn. reorum nu.15. Alex.cons.14. sub nu.2. lib. 3. Boer. decis.164.num.1.Clar.lib.5.recept.sent.q.66.versi culo,Debet autem, & plures alij, quos refert, & sequitur Mascar.tract.de probat.lib.1. cõclus.34. nu. 3.& hoc sciunt omnes,vt tradit Boss.dicto tit.de cõuict.nu.9.quid in heresi, vbi agitur de maximo prçiudicio per ea, quæ dixi supra cap.59. in pluribus lo cis? Gandin.loco citato ait,admitti probationem ꝑ instrumentum,quia per instrumentum probatur pactum, & per pactum consequẽter probatur delictũ, quod in pacto continetur, sicq; secundum eum ista probatio per instrumentum, quæ principaliter non concederetur,conceditur per consequens: sed hæc ratio non satisfacit, quia idem possemus dicere in delictis, quæ facto committuntur; videlicet, quòd per instrumentum deberet probari cõcubitus cum muliere, & ex concubitu adulterium: Item, quòd quis alicui caput amputauerit, & ex amputationis documento homicidium, & sic eodem modo deberet concedi in consequentiam illa probatio, quæ denegatur principaliter: Vnde tu dicas, causam esse,quia huiusmodi delicta, hæresis,& cõiuratio aduersus Principem, & similia, quæ contrahendo, & promittendo contrahuntur, consistunt in ea specie consensus, qui non ex alio permanẽti actu foris depromitur,quàm ex verbis, quę sunt expressio eius, quod est in animo, & euidentissimum mentis argumentum,teste Philos. 1. Perhier. & probant textus in l.Labeo in fine. ff. de supell. leg. & in cap.is autẽ. 22.q.2.& tradunt Ias.in l.3.col.2. ibi tertio intellige. &c.C.de lib. præt. Dec. in l. semper in stipulationibus.num.4.ff.de regu.iur.Boss.tract.crim.tit. de homic.num.57.Staph.de liter.grat.in tertio modo vacationum.nu.7.fol.mihi 136.Boer. decis.1. num.8. Menoch.de arbitr.iud.lib.1.quæst.7.num.75. Gail. in pract. obseru.lib.2. obseru.128.nu.10. & Franc. Pegn.in com.ad Direct.Eymer. part.3.cõm.24.§. initio hoc statuamus: & ꝙ verba hominis declarẽt eius voluntatem, quia voluntas consistit in eis, tanquam facies in Speculo tradit Crauet. cons. 35. nu. 6.lib.1.& quia mens se habet,vt anima,& verba,vt corpus, sicuti refert, & sequitur Rol. à Vall. cons.8. nu.31.lib.1.& non aliunde maius nostræ mentis testimonium habemus, quã ex inspecta qualitate ver borum,vt tradit Bal in cap.1.de testi. & ex sola hominis loquela eius animus iudicatur, idem Bal. in l. sed & reprobari, in principio.ff. de excusat.tut. quẽ refert,& sequitur Rol.à Vall.cons.61.nume.8.& 9. lib.2.Hucq; spectat ille versus,relatus a Bar.in sum mario.l.sicut ab initio.C.de act.& oblig.

Verba ligant homines, Taurorum cornua funes.

Sed nimis diuertimur: vnde ad propositum: Cum sola verba,quę tunc per modum alicuius conuẽtionis,seu attestationis proferuntur, & non aliud factũ sint testes huiusmodi delictorum,& ipsa verba non habeant actum permanentem,Bal.in l.vnica, num. 11.C.de confess. Mars.sing.469. viua vox, & alij, quos refert & sequit̃ Gail.dicto lib.2.obserua. 104. nu.4.& hominum memoria sit labilis l.3. circa medium.C.si min.se maio.dixe.& l.tanta.§. si quid autem.ibi: *omnium habere memoriam.* C.de vete.iur. enucl. & valeat solum ad retinendas causas, & non verba ipsa,quæ sæpe commutat, vt tradit Simanc. de Cath.Instit. tit.1.nu.11. & ideo his casibus fuerit inuenta scriptura.l.iubemus. C. de testi. quæ, vt ex Cassiadoro lib. 11. variarum refert idem Simanc. vbi supra,est humanorum actuum seruans fidele testimonium,præteritorũ loquax,& obliuionis inimica:seu,vt ait Catald.tract.de Synd. sub num.1. qua diuturnius apud posteros conseruantur ea, quæ aliàs fraudatrix obliuio, memoriæ inimica iugiter excutit,ac euellit:ex hoc inquam sequitur, ꝙ laudabili vsu,& consuetudine receptũ sit, vt huiusmodi delicta,q̃ cõsensu,non facto,sed verbis expresso ꝑ modum cõuentionis,seu attestationis cõmittuntur, admittãt probationem per eam scripturam,in qua totus ille

tus ille conſenſus verbis expreſſis repręſentaṫ, quia ipſa animum declarat, vt tradit Affl.deciſ.40.num. 10.& inſtrumentum ex ea publicum confectum miraculosè tunc probat, quia quamuis ſit pellis mortua, ſibi tamen creditur, vt tradit Crauet.conſ.56. num.21.lib.1.eiuſque probatio tollit omne dubiū: Vnde ſicut dicimus, de hoc eſt caſus legis, & ideo ceſſat diſputatio, quia aliàs fieret iniuria legum latori, vt dicit Simanc.de Cath. Inſtit. tit. 20. nume. 6. Ita etiam dicimus: de hoc eſt caſus inſtrumenti publici, quod habet vim definitionis cauſæ, & de quo dici poteſt illud *noli me tangere*, vt refert Crauet. conſ.4. nume.21.conſ. 11. nume.6. & conſ.31. in fine lib.1.Et in ſimili nos videmus, quòd licet lænones,& aliæ perſonæ infames non admittantur ad ferendum teſtimonium in cauſis criminalibus, tamen admittuntur, ſi agatur de cauſa deſcendente ex delicto,commiſſo in proſtibulo, vt aſſerūt Marſ. in pract.crim.§.diligenter nume.124.& Clar.lib.5. recept. ſent.q.6. verſiculo ſed quid ſi non ſunt &c. Item licet extet ſtatutum, quòd cōtra publicum inſtrumentum non recipiatur aliqua exceptio, tamen non habet locum in exceptione, quæ deſcendit ex ventre illius inſtrumēti teſtibus Canar. tract.de exe cut. inſtrum.q.26. & Galleſ.ad form. Cam. oblig. ad 4.partic.q.1.num.8. Sic in propoſito licet inſtrumenta, & aliæ huiuſmodi ſcripturæ non admittantur ad probandum delicta, tamen debent admitti, ſi agatur de delicto,in ipſis expreſſo per modū conuentionis,aut atteſtationis, ſeu inquam ab ipſis deſcendente: Dixi: *per modum conuentionis, ſeu atteſtationis*, quia licet delicta verbis,& non facto com mittantur, tamen ſi non ſint commiſſa per modum cōuentionis,ſeu atteſtationis eodem tempore, quo celebratur ille actus conuentionis, non poſſent probari per inſtrumētum,vtputa,ſi quis blaſphemaret, vel aliquā hæreticalem propoſitionem proferret,& quiſpiā, accerſitis teſtibus,qui interfuerint blaſphemiæ, ſeu hæreticali propoſitioni, Notarium rogaret,vt de illa blaſphemia, ſeu hæreſi inſtrumentum cōficeret,iſque,auditis teſtibus,illud faceret.Quòd ſi aliqui decernerent coniurationem aduerſus Principem,eamque,vt ſeruarent,facerēt inter ſe inſtrumentum, ſicque per modum conuentionis eodem tempore,vtique illud inſtrumentum ſatis probaret: Et ſimiliter ſi teſtator in exordio teſtamenti aliquā hæreſim teſtaretur, vtputa, quia diceretur in eo. Conſtitutus Theodorus &c.dicenſque, quòd vnà cum corpore moritur anima: hinc eſt, vt ipſe dixit, quòd mandat ſuis hæredibus eius cadauer nulli ſepulchro tradi, nulloque funere efferri &c. vtique hoc teſtamentum probaret hæreſim: ex quibus ſume declarationē ad ea, quæ ex Iulio Claro, & alijs dixi ſupra ibi, Aut delictum: Item ſi quis ederet librum hæreticalem, ſeu apud eū reperiretur improbatæ lectionis ſcriptura, vt tradit Gundiſſ. tract. de hæret.q. 13. num 19.

At in delictis, quæ facto, & ſine verborum conuentione cōmittuntur,ceſſant hęc omnia,& pręſertim in his, quæ habent factum permanens, ſeu inquā relinquunt veſtigia, quia in illis ex quo inſpicitur, ac oculis ipſis cernitur delicti factum; memoria non eſt ita labilis, ſiquidem oculi rebus ipſis interueniunt, & negotia quodammodo cōtrectāt, totaque percipiunt, adiuuante luce, vt eruditè, & luculenter explicat Simanc.de Cath.Inſtit.tit.64.nu.39.& 40. loquens de teſtimonio auditus,& viſus: Et certè experientia nos docet, ſatis diutius memoria conſeruari,quæ oculis cernūtur, quàm quæ auribus percipiuntur,quia quę videntur, perpetuò memorię manent inuſta: Et hęc, quæ præter noſtrum inſtitutum diffuſius dicta ſunt,ſufficiant.

2 †Secunda difficultas:Quid ſit in cauſa, quòd vſura, & ſi conſiſtat in ſolutione fructuum, & ſic in facto, poſſit nihilominus probari per Inſtrumentum, vt dixi ſupra num. precedenti, verſiculo. *Aut delictum*? Dicas: quia illud factum eſt incorporatum, & annexum cōuentioni,& pacto,vnde inquit Clar. lib.5. recept. ſent.q.54. in fine principij, delictum, conſiſtens in facto,incorporato, vel annexo inſtrumento, poſſe probari illomet inſtrumento.

3 † Poſtquam vidimus, quomodo delicta poſſint probari per Inſtrumēta,conſequens eſt, vt iuxta noſtrum principale inſtitutum quæramus, nunquid in delictis, hoc eſt cauſis criminalibus liceat inchoare proceſſum à præſentatione ipſorum inſtrumentorum? Reſpondeo,diſtinguēdo,vt ſupra: Aut loquimur de delictis,quæ non probanṫ per inſtrumenta: Aut de his quæ probanṫ:ſi primo caſu: dico, ꝙ proceſſus nunq̃ poteſt ſumere ſubſtantiale initiū à præſentatione Inſtrumenti:Nā aut ſumus in modo pro cedendi ex officio,aut in modo procedendi ad inſtātiā partis: ſi in modo procedendi ex officio: dico ꝙ inſtrumentum poteſt bene aperire viam ad inquirēdum ſaltem generaliter, vt dixi ſupra ſub nu.1. ibi. *aut quærimus nunquid*: ſed ipſum non poteſt retinere rationē initiandi proceſſum ſubſtantialiter: ſiquidem inquiſitio, cui viam aperit,eſt proprium initium modi procedendi ex officio, vt dixi ſupra cap. 8.ſub nu.6. Si verò ſumus in modo procedendi ad inſtātiam partis, nulli dubium ꝙ requiritur libellus, hoc eſt,querela prout docui ſupra cap.51. nu.29. & hæc de primo caſu.Si loquimur in ſecūdo caſu,hoc eſt,de delictis,q̃ probantur ꝑ inſtrumenta:rurſus diſtinguo:Aut loquimur de iure cōmuni:Aut de conſuetudine,& ſecundum nonnullas particulares conſtitutiones,& pragmaticas, de quibus egi dicto cap. 51.nu.30. Si de iure cōmuni:dico ſimiliter indiſtinctè,ꝙ proceſſus non poteſt initiari à probationibus, & ſic ab Inſtrumento,quia de iure cōmuni in cauſis criminalibus procedebatur ordinariè. Sed vbi procedebaṫ ordinariè,requirebaṫ ordo iuris, & ſic non initiabaṫ proceſſus à probationibus, ſed à querela, ſeu inquiſitione,vel denunciatione,vt dixi ſupra ca. 55.in princ.Si verò loquimur de cōſuetudine,& ſecundū cōſtitutiones relatiuè allegatas: dico indiſtinctè, qđ ꝓceſſus poteſt ſumere initiū à pſentatione inſtrumenti; quia,qñ procediṫ ſummariè,& ſola facti veritate inſpecta,poteſt initiari proceſſus à ꝓbationibus,& ſic ab inſtrumenti ꝓductione, & articulis,vt dixi ſupra ca.60.& in proprijs terminis ca.61. verſus finem. Sed in criminalibus de cōſuetudine, & ex diſpoſitione dictarum conſtitutionum poteſt procedi ſummariè,& arbitrario quodam modo, vt

dixi cap.51.num.30. Igitur poterit processus initiari à præsentatione instrumenti. Quo exhibito, Iudex sine alio solemni libello, aut querela, sine litis contestatione, sine iuramento calumniæ, & sine alijs probationibus poterit examinare reum, eoque examinato, procedere ad vlteriora, vt dixi in sequenti difficultate.

Verum circa hoc secundum membrum, quando scilicet delicta possunt probari per instrumenta, insurgunt nonnullæ difficultates.

4 † Et prima, nunquid Iudex, exhibito instrumento coniurationis, seu testamento, in quo asserta est aliqua hæresis iuxta exempla, à nobis relata supra sub nu.1. versus finem, seu instrumento vsurariæ prauitatis, possit statim procedere ad capturam? Respondeo, quòd sic, quia si huiusmodi delicta probantur per instrumenta, vt dixi supra dicto nume.1. certè, stante probatione, debet esse locus capturæ, quia probatio delicti quoad decernendam capturam admittitur, capiendo ignorãte, iuxta ea, quæ dixi supra cap.42. sub nume. 7. ibi. *Hoc igitur &c.*

5 † Secunda difficultas: Nunquid iudex antequam procedat ad alium vlteriorem actum debeat repetere, hoc est, examinare testes instrumentarios, maximè instante reo? Respondeo, quòd non, quia instrumentum ipsum plenè probat delictum: Vnde practica erit, vt cum reus fuerit captus examinetur, eique examinato præfigatur terminus vnà cum copia ad dicendum contra, & faciendas suas defensiones: In quo termino reus poterit arguere illud instrumentum de falso, inducendo eosdemmet testes instrumentarios ad ostendendum, ꝙ illi testes tempore celebrationis Instrumenti erant alibi, quàm in loco, vbi asseritur, factum fuisse instrumentum, vel aliquis eorum erat iam mortuus, vel quid simile: Et termino elapso, iudex poterit proferre sententiam: Quòd si Reus esset absens, procedetur more solito in contumaciam.

6 † Tertia difficultas: Nunquid in delictis detur aliquis casus, in quo, producto instrumento, detur statim executio? Respondeo, quòd hoc potest contingere solum in instrumento sententiæ, sed cũ declaratione, quam modo subijcio: finge igitur, quòd iudex loci commissi delicti condemnauerit delinquentem; isque modo captus reperiatur in fortijs iudicis domicilij, coram quo compareat offensus instigator vnà cum instrumento sententiæ condẽnatoriæ, instetque, illud executioni mandari: quæro, An is iudex possit illud exequi paratè sine alia causæ cognitione? Respondeo distinguendo: Aut isti iudices sunt ambo seculares: Aut ambo ecclesiastici: Aut alter ecclesiasticus, alter verò secularis: si sunt ambo seculares: denuo distinguo: Aut est sententia, qua quis fuit bannitus: Aut non est talis: si est sententia, qua fuit bannitus: denuo distinguo: Aut sumus in statu ecclesiastico, aut in alio. si in statu ecclesiastico: dico indistinctè, quòd vnus iudex potest, & debet exequi sententiam, & bannum alterius Iudicis sine eius requisitione, siue is sit successor illius iudicis, qui banniuit, siue sint in eodẽ Tribunali collaterales, siue in diuersis territorijs mediatè, vel immediatè subiectis sedi Apostolicę: quia in statu ecclesiastico bannitus ab vna ciuitate, censetur bãnitus ab omnibus dicti status ex dispositione motuum propriorum, quos allegant Vulp.consi. 59.num.19.lib.1. Flam. Cart.tract.de execut.sent. capt.bãn.cap.1.n.237.& Moder.qq.crim. q.11. sub nu.61.versiculo *sublimita* lib.1. si sumus in alio statu: rursus distinguo: Aut hi Iudices sunt sub diuersis Principibus: Aut sub eodem: si sub diuersis: denuo distinguo: Aut ista loca, is scilicet, vbi lata est sententia, & is, vbi petitur illius executio, sunt confœderata: Aut non: si sunt cõfœderata: dico, quòd iudex potest, & debet exequi sententiã alterius Iudicis: quia hoc respectu videntur illa loca esse sub vno eodẽq; Principe, quo casu vnus iudex exequitur sentẽtiam alterius, vt dixi infra: Si non sunt confœderata: dico, quòd vnus non exequitur sententiam alterius sine illius requisitione, quia inimicus, seu rebellis vnius non est inimicus, seu rebellis alterius, & huc spectat quod dixi infra ibi: si vero sententia, in casu illius nobilis Galli, banniti, & condemnati in Gallia: si verò sunt sub eodem Principe, rursus distinguo: Aut sunt etiam sub eodẽ Regno, seu dominio, & sic sub eodem Præside, vtputa, quia sit bannitus aliquis Regnicola, isque capiatur in quouis loco illius Regni, tunc vnus iudex exequitur indistinctè sententiã alterius iuxta ea, quæ dixi supra de bannitis status ecclesiastici, & ista conclusio probatur apertè ex his, quæ tradunt Bar.in l.A diuo Pio.§.sententiam Romæ sub nu.3.ff.de re iud.& Cart. & Moder. in locis proximè allegatis, & faciunt pro istis cõclusionibus ea, quæ dixi infra, vbi dixi, hæreticum posse vbique puniri, quia est hostis totius Reipublicæ Christianę, quæ ratio militat in bannito, capto in terris subiectis eidem Principi, aut saltem confœderatis. Aut verò sunt sub diuersis Regnis, & Præsidibꝰ, vtputa, quia Regnicola bannitus Neapoli, sit captus in Ducatu Mediolani, & tũc subsisto per ea, quæ scripsit Clar. lib.5.recept.sent.q.96.versiculo, Itẽ quæro nũquid, in fine, quo loci ait, ꝙ officialis in Ducatu Mediolani non potest exequi sentẽtiam, latam per officiales in Regno Neapolis; licet ambo sint sub eodẽ Principe: quia inquit in omnibus, & per omnia habẽtur tanquam Regna, & dominia separata: verum vt dixi, subsisto: quia & si hoc dictum Clari procedat in alijs sententijs, tamen videtur durum, quòd foriudicatus, qui censetur hostis Principis censeatur hostis illius in vno loco, & non in alio: propterea relinquo cogitandum. Et hæc difficultas cessat in statu ecclesiastico, quia quantumuis sint diuersi Iudices, tamen censetur vna Prouincia, & semper vnum Dominium, vt bene tradit Flam. Cart. dicto cap.1. nu. 241.& post eum Moder. vbi supra: & ideo indistinctè firmaui supra, quòd in statu ecclesiastico vnus iudex exequitur bannum alterius: & hæc de sententia, qua quis bannitur.

Si verò sententia non est talis, sed est alterius generis: & tunc rursus distinguo: Aut iudices sunt sub diuersis Principibus, vtputa, quia iudex Bononiæ tulerit sententiam, & reus in ea condemnatus habitet Florentiæ, & tunc similiter, sed indistinctè, dico, quòd iudex Florentiæ non debet exequi sententiã, latã Bononiæ, nisi ad literas ipsius iudicis Bononiæ,

Bar.in dicta l.à diuo Pio §.ſententiam Romę num. 1.& ibidem Paul.de Caſtr.num.1.& 2.ff. de ſent.& re iud.& eſt opinio communis, * de qua teſtatur idē Paul.de Caſtr.in l.cum quædam puella ſub num.5. ff.de iuriſd.omn. iud.quem refert,& ſequitur Clar. dicta q.96.verſiculo,Item quæro nunquid, & poſt eum Moder.dicto lib. 1.q.11.num. 61. Et quòd ita fuerit ſeruatum in Senatu Mediolani in caſu ſentētiæ, latæ Pariſijs contra quendam Ioannem Ambroſium Plenum,ſubditum Ducatus Mediolani teſtatur idem Clar. eodem lib.5.q.54. in fine, dicens quòd illa ſententia faciet ſolum indicium, vt poſſit contra eum procedi, non aliter conſtito de delicto, & quòd ita fuerit practicatū in vrbe de anno 1580. cum quidam nobilis Gallus, condemnatus in Gallia de pluribus delictis, eſſet captus in Vrbe ad inſtantiam eius inimicorum,qui producebant banna, & cōdemnationes in forma authentica, eorumque executionem petebant,teſtatur Moder. dicto num. 61. dicens, quòd dicti inimici nunquam habuiſſent executionem illius ſententiæ, niſi habuiſſent literas Chriſtianiſſimi Regis, exhibitas per illius Oratorē, quibus cum requireretur iudex pro illius executione refert, quòd ille Gallus fuit abſque alio decapitatus,& hęc concluſio,quando eſt ſententia alterius generis, procedit indiſtinctè ſiue loca ſint confœderata, ſiue non. Aut Iudices ſunt ſub eodem Principe, & tunc rurſus diſtinguo: Aut ſunt ſub diuerſis Pręſidibus iuxta ea, quæ tradit Clar.quem retuli ſupra, & dico vnà cum Claro, quòd vnus non exequitur ſententiam alterius: Aut ſunt etiam ſub eodem Præſide, hoc eſt, dominio: & tunc inter Doctores videtur latere controuerſia non animaduerſa: Nam Boſſ.tract. crim.tit.de foro comp.num.86. & Clar.qui eum refert,& ſequitur lib.5.recept.ſent. q.96.verſiculo. Item quæro nunquid: Flam. Cart. qui refert,& ſequitur vtrumque dicto cap. 1. nume. 241.& Moder.dicta q.11.ſub nu.61. verſiculo ſublimita tradunt,indiſtinctè, quòd vnus Iudex poteſt exequi ſententiam alterius ſine illius requiſitione, & hanc teſtantur eſſe communem * opinionē Bar. verò,& Paul.de Caſtro.in dicto §.ſententiam Romæ num.1.2.& 3.procedunt ita diſtinguendo: Aut alter horum duorum Iudicum eſt ordinarius, alter verò eſt delegatus, ſeu arbiter, & tunc ordinarius poteſt ex diſpoſitione iuris communis exequi ſententiam ſui Iudicis delegati, ſeu arbitri ſine alia requiſitione iuxta ea, quæ tradit Iaſ.ad quem vos remitto in dicta l. à diuo Pio nume.3. cum ſeqq. Aut ambo ſunt ordinarij: & rurſus diſtinguo: Aut alter eorum eſt deputatus ex forma legis municipalis ad exequendum: Aut non: ſi eſt deputatus,vtique poteſt vigore deputationis: ſi non eſt deputatus: rurſus eſt diſtinguendum: Aut ſunt iudices ſucceſſiui: vnus poſt alterū:& tunc ſucceſſor poteſt exequi ſententiam, latam à ſuo anteceſſore: Aut non ſunt ſucceſſiui,ſed ſunt eodem tempore,& tunc vnus nō poteſt exequi ſententiam alterius ſine illius requiſitione,& hoc declarant,vt procedat etiam ſi eſſent Iudices eiuſdē Tribunalis,vt puta, quia eſſent duo Collaterales, quorum vnus audiret cauſas de tali quaterno,& alter de altero, ſicut exemplificat Paul. de Caſtr.dicto §.ſententiam Romæ nu.3.ſeu vnus eſſet Capitaneus, & alter poteſtas.

Quid dicendum? Reſpondeo,haud recedēdū eſſe ab hac Bartoli,& aliorū diſtinctione: Nec video, vnde Boſſ.& alij, qui eum ſecuti ſunt,colligant,contrariam opinionem; ſcilicet, quòd, ſi ſunt ſub eodē Principe,vnus poſſit exequi ſententiam alterius ſine requiſitione,eſſe communem,cum loquantur ſine auctoritate,& contra Bar.& Paul.de Caſtr.in dicto §.ſententiam Romæ, & hæc, quando ambo iudices ſunt ſæculares.

Si verò ſint ambo Eccleſiaſtici: Rurſus diſtinguo: Aut eſt ſententia, qua quis excommunicatur, hoc eſt,priuatur eccleſiæ ſacramentis, ſeu communione fidelium: Aut non eſt talis,ſed alterius generis: ſi primo caſu,dico indiſtinctè, quòd quilibet iudex debet fauere executioni dictæ ſententiæ ita, vt excommunicatus vno loco cenſeatur excommunicatus vbique: Nam ſicut bannum proijcit bannitū extra ciuitatem,& propterea poteſt carcerari,& puniri in quocunque loco eiuſdem dominij,vt dixi ſupra ibi,ſi in ſtatu eccleſiaſtico, ita quoque excōmunicatio eijcit excommunicatum à communione fidelium,vt referunt,& ſequunt Foller.in pract.crim. in verbo Banniantur num.1.Boſſ.tract.crim.titu.de Bannit.num.1.& Gail.de pace publ. lib.2.cap.1.nu. 26.Nec eſt conſtituenda differentia, an ambo Iudices ſint in eodem Dominio, vel in diuerſo, quia ſi quis ſit excōmunicatus Neapoli non poterit ſacramenta ſuſcipere Florentiæ:etenim excommunicatio in hoc differt à banno, quòd ea vbique gentium ligat: Aut vero ſententia eſt alterius generis: & tūc amplecterer diſtinctionem, quam retuli ſupra ex Bar.& Paul.de Caſtr.ibi,Aut alter horum.

Si verò alter eſt ſæcularis,& alter eccleſiaſticus, rurſus diſtinguo: Aut ſententia eſt Iudicis ſęcularis: Aut iudicis eccleſiaſtici: ſi iudicis ſæcularis: rurſus diſtinguo: Aut continet pœnam ſanguinis,ſeu corporalem: Aut neutram harum, ſi primo caſu, certi iuris eſt, quòd Iudex eccleſiaſticus non poteſt exequi illam ſententiam, quantumuis requiratur, quia abſtinet ab huiuſmodi pœnis, vt dixi ſupra cap.12. num.86.in fine. Si ſecundo caſu crederem, quòd iudex eccleſiaſticus poſſet exequi ſi requireretur à iudice ſæculari, & moueor, quia quamuis iuriſdictio ſpiritualis ſit dignior iuriſdictione temporali, nihilo ſecius vna debet adiuuari per alteram, argumento textus in cap.cum ad verum diſt. 96. & tradit Frāc. Marc.q.269.num.1.& q.773.nume.2.par.1. Quòd ſi non requireretur à iudice ſæculari,crederē,quòd non deberet exequi ſententiam per ea,quæ dixi ſupra ibi, Aut non ſunt ſucceſſuri. Et hæc, quando peteretur executio ſententiæ iudicis ſæcularis coram iudice eccleſiaſtico.

Si vero ſit ſentētia iudicis eccleſiaſtici, cuius executio petatur coram Iudice ſæculari: denuo diſtinguo: Aut hæc ſententia eſt lata ſuper crimine hæreſis: Aut ſuper alio delicto,ſeu alia re: ſi ſuper crimine hæreſis,dico indiſtinctè,quòd odio tanti ſceleris poterit executioni mandari à quacunque Curia ſæculari abſque requiſitione iudicis eccleſiaſtici:quoniam hæreticus eſt publicus hoſtis,ac inimicus Dei,

& to-

& totius Reipublicæ Chriſtianæ: verum, ne ex hac celeri executione, quæ fauore fidei contra hæreticos conceditur, ſequeretur quandoque damnum, conſulo vobis, Domini iudices ſæculares, vt ſi in veſtras manus inciderit quiſpiam hæreticus condemnatus, quamuis exhibeatur vobis ſententia cõdemnatoria in publica forma, non ſtatim illam exequamini, ſed prius veſtris literis conſulatis Inquiſitorẽ: immo id vobis præcipitur, quando ille hæreticus fuiſſet condemnatus abſens ob rationem, quam retuli infra cap.98.nu.25.in fine.

Si verò eſt lata ſuper alio delicto, ſeu alia re: dico indiſtinctè, quòd nõ exequitur, niſi ad literas ipſius Iudicis Eccleſiaſtici per ea, quæ dixi ſupra ibi: Bart. verò &c.

7 † Quarta difficultas: ſuppoſito, quòd iudex, qui ſententiam protulit, requiſiuerit iudicem pro executione ſuæ ſententiæ, quo caſu vnus Iudex debet indiſtinctè exequi ad requiſitionem alterius iuxta ea, quæ dixi ſupra num. præcedenti: Nunquid is iudex requiſitus debet eam exequi immediatè ſine alia cauſæ cognitione? Reſpondeo, diſtinguendo: Aut ſententia eſt lata ſuper crimine hæreſis, ſeu quocũque alio delicto merè eccleſiaſtico: Aut ſuper alio crimine. ſi ſuper crimine hæreſis habemus opiniones: Nam Bar. in l. magiſtratibus nume.5. & ibidem Bal. in fine, Paul de Caſtr. num.4. Alber. de Roſ. & Fulg. ff. de iuriſd. omn. iud. & Marc. Mant. ſing. 274. incipiente, crimen hæreſis, tenent negatiuam, quòd Iudex ſęcularis non cogatur ſtare proceſſui, facto ab Inquiſitore, & quòd hæc ſit communis * opinio legiſtarum tradunt Imol. in cap. 1. nu. 16. off. ordin. Iaſ. in dicta l. magiſtratibus ſub num. 10. Fely. in ca. ad abolendam nu.4. in fine de hæret. Lud. Carrer. in ſua pract. fol. 597. nu. 63. Menchiac. in 1. par. de teſta. §. 6. ſub num. 16. verſiculo, denique, & Clar. lib.5. recept. ſent. q.96. verſiculo, quæro etiam. Et quòd hæc opinio fuerit vſu recepta teſtatur Iodoc. in pract. crim. cap.61. num.54. & quòd fuerit obſeruata à ſenatu Mediolani teſtatur Ign. in l. 1. §. cum dominus nume.41. ff. ad Syllan. & ab hac opinione minimè diſſentiunt Anch. conſ.382. incipiente. Retento ordine dubiorum. Felyn. in cap. cum ſit num. 8. de for. comp. & Affl. deciſ. 220. nume.9. dum firmant, quòd iudex ſęcularis non obedit Iudici eccleſiaſtico, niſi cum iudex eccleſiaſticus proceſſerit iuris ordine ſeruato. Et hanc communem opinionem fundant in textu §. ſi verò crimen Auth. de ſanctiſſ. Epiſc.

Contrariam ſẽtẽtiam, quòd iudex ſęcularis teneatur exequi ſententiam Inquiſitoris ſine alia reuiſione, tenuerunt Bal. ſibimet contrarius in Auth. clericus quoque in fine. C. de Epiſcop. & cler. Ang. in l. diuus la 2. ff. de cuſtod. & exhib. reo. Abb. in dicto cap. 1. nu. 12. de off. ordin. Ang. tract. de malef. in verbo. Nec nõ ad denunciationem ſub num. 14. & plures alij quos referunt, & ſequũtur Iaſ. in dicta l. magiſtratibus num. 10. & Dec. num. 13. ff. de iuriſdict. omn. iud. Fely. in cap. At ſi clerici ſub nume. 4. de iudic. qui hanc eãdem opinionem videtur ſequi etiam in c. ad abolendam ſub nu.5. de hæret. & poſt alios vberius Franc. Pegn. in comm. ad direct. Eymer. par.3. com.85. §. ſed Canoniſtæ, vbi inquit. *Longum, & moleſtum eſſet ſingulatim alios, qui tenuerunt hanc opinionem, recenſere.* Et quòd hæc ſit cõis * opinio teſtantur Bero. in cap. at ſi clerici nu. 79. & ſeq. de iudic. Boſſ. tract. crim. tit. de hæret. nu. 35. Cagnol. in l. cum quædam puella ſub num. 33. ff. de iuriſd. omn. iud. quos refert, & ſequitur Clar. q. 96. verſiculo, quæro etiam, & quòd hæc ſit communis opinio Canoniſtarum teſtatur Grauat. in annot. ad pract. Veſtr. lib. vltimo cap. vltimo ſub num. 41. Et quòd ſit verior, receptior, & vſu comprobata teſtatur Simanc. de Cath. Inſt. tit. 36. nu.5. & propterea ibidem num.9. admodum inuehitur in Igneum eo, quòd nimis effrenatè, & procaciter locutus ſit contra Bonifacium Octauum, cuius conſtitutione, vt dixi hic infra, res eſt deciſa, & quòd iſta opinio indiſtinctè ſeruetur in Ducatu Mediolani teſtatur idem Clar. vbi ſupra, & quod ita in facto ſingulariter ſit ſtatutũ, & ſeruetᷣ in cauſis fidei teſtatur Flam. Cart. tract. de exec. ſent. cap. bann. cap. fin. ſub num. 7. & hæc ſententia fundatur in conſtitutione dicti Pontificis Bonifacij Octaui, in cap. vt inquiſitionis §. prohibemus, de hæret. in 6. vt tradunt Abb. Iaſ. Boſſ. & alij in locis proximè allegatis: habemus etiã bullam Innocentij Octaui, ſcriptam Epiſcopo Brixienſi, & Inquiſitori in partibus Lombardiæ, collocatam ad finem Directorij Eymerici fol. mihi 108. vbi idem ad literam cauetur. Vnde cum habeamus textus apertos non debemus curare quid tenuerint Bar. eiuſque ſequaces, quia, vt tradũt Abb. in dicto cap. 1. num. 12. & nonnulli alij excitatis, locuti ſunt contra caſum dicti §. prohibemus. Et hæc ſententia adeo eſt vera, vt ſi iudex ſæcularis differret illã exequi vltra receptum loci ſtylum, poſſet cogi ad illam exequendam per cenſuram eccleſiaſticam, vt cauetur in reſcripto quodam Alexandri quarti, incipiente, Ad audientiam. quod habes ad Directorium Eymerici in fine folio 44. & in dicta bulla Innocentij Octaui. Dixi *vltra receptum loci ſtylum*, quia in quibuſdam locis hæretici relapſi, ſeu impœnitentes cũ primum lecta eſt ſententia, in eos lata, tradũtur Curiæ ſæculari, quæ illam ſententiam ſtatim mandat executioni: Ita vidi ſeruari hic in vrbe, & ſeruatur etiam in Hiſpania ex teſtimonio Frãciſci Peg. dicto cõm.85. §. verum in hac re: in quibuſdam verò locis, vt eodem loci teſtatur idem, Curia ſęcularis detinet hæreticos in ſuis carceribus per tres, aut quatuor dies antequam ſententiam exequatur, qui ſtylus videtur poſſe fundari in dicta Bulla Innocentij Octaui, & in alia Innocentij Quarti. incipiente. Ad extirpanda. §. Damnatos, quam ſimiliter habes ad Direct. Eymerici, in fine, fol.7. Poteris videre quæ Vberius ſcripſit Pegn. dicto cõm.85. & hęc de ſententia, lata ſuper crimine hæreſis.

Si verò ſit lata ſuper alio crimine, rurſus diſtinguo: Aut eſt delictum merè eccleſiaſticum: Aut eſt merè ſęculare, ſeu mixtum: ſi eſt merè eccleſiaſticum, tunc & ſi non habeamus textus, ita expreſſos, vt habemus in crimine hæreſis; tamen idem eſt reſpondẽdum: videlicet, quòd Iudex ſæcularis debet exequi ſententiam iudicis eccleſiaſtici ſine alia reuiſione, & hũc caſum dicit eſſe clarũ Boſſ. tract. crim. tit. de

tit.de for.comp.num.90. in fine, & propterea dicimus, iudicem ſecularem debere exequi ſententiam Inquiſitoris, quia crimen hæreſis eſt merè eccleſiaſticum Abb.in cap.1.nume.12.de off.ordin.Iaſ. in l. magiſtratibus in fine,& Dec.nume. 13.ff. de iuriſd. omn.iud.Fely.in cap. ad abolendam ſub num.5. de hæret.& Grauat.in annot. ad pract. Veſtr.lib. vltimo,cap.vltimo nu.41.& eſt textus expreſſus in allegata Bulla Innocentij Octaui,ibi.

At cum huiuſmodi crimen hæreſis ſit merè eccleſiaſticum &c.

Et propterea ſupra in quarta difficultate in primo membro diſtinctionis dixi: *Aut ſententia eſt lata ſuper crimine hæreſis, ſeu quocunque alio delicto merè eccleſiaſtico*. Et quòd iſta ſententia ſeruetur in practica teſtatur Mandoſ.in addit.ad Boſſ.vbi ſupra in verbo,ſtare, in litera B. Non obſtat textus in §.ſi verò crimen: Auth. de ſanctiſſ. Epiſc. quia poteſt reſponderi dupliciter: primo,quòd ibi delinquẽs mittebatur condemnandus, & nõ condemnatus, vt loquimur,ita reſpondent Salyc.in l.ea quidem.C.qui accuſ. non poſſ. & Ang. in l. 1. C. de exhiben. reis, quos refert Iaſ. in dicta l.magiſtratibus,in fine. Secundo poteſt reſponderi, quod ille §. habet locum in delictis, quæ non ſunt merè eccleſiaſtica: Ita dicunt Abb.Fely. & Dec. in locis proximè citatis.

Si verò delictum eſt merè ſeculare, & vterque iudex ſit ſecularis: dico indiſtinctè, quòd iudex requiſitus nõ cogitur nec debet exequi ſententiam ſine cauſæ cognitione per ea, quæ congerunt, & ſequuntur Flam.Cart.dicto cap.fin.num.1.cum ſeqq. & poſt eum Moder.in qq.crim.lib.1.q.11.ſub num. 61.verſiculo. *Limita rurſus*, qui loquuntur de ſententijs,latis cõtra contumaces,& Bannitos,& patebit apertè ex his quæ modo ſubijcio in ſequenti membro diſtinctionis.

Si verò delictum eſt mixtum,& ſic non merè eccleſiaſticum, tunc videtur ſimiliter latere quædam diſcrepantia inter Doctores, noſtriſque modernioribus ſuperius adductis forſan abſcõdita: Nã Abb. in cap.1.num.12.de off.ordin.quem referunt, & ſequuntur Iaſ. loco proximè citato, & Boſſ. in tract. crim.tit.de denunc.num.11.tradit, quòd in delictis mixtis iudex ſecularis nõ tenetur ſtare proceſſui Iudicis eccleſiaſtici,& hanc eſſe communem * opinionem latè oſtendit Flam.Cart.dicto tract.de execut. ſent.capt.ban.c.fin.nu.6.& 7.Cæterum Dec. in eadem l.magiſtratibus ſub num.13.quem Boſſ.ſibi parum cõſtans dicto tract. crim.tit.de for.comp. num. 90. dicit magis conſideratè locutum,quàm Iaſ. tradit quòd iudex ſecularis non habet aliud quærere, quàm exequi, moueturque ratione præuentionis, quia ſcilicet iudex eccleſiaſticus præoccupauerit, ſicque quod erat commune, ſeu mixtum,per præoccupationem ſit factum proprium, & abſolutum: Sed poſtea ad conciliandam hanc contrarietatem ſubdit, quòd tunc demum iudex ſecularis nõ tenetur ſtare proceſſui iudicis eccleſiaſtici, quando vellet facere nouum proceſſum ad alium finem, quia pœna ſpiritualis non tollit temporalem, & acta facta in vno Iudicio non faciunt fidem in alio, Abb. quem refert,& ſequitur Felyn. in ca. at ſi clerici nu. 4.de iud.ſecus inquit ſi non tenderet ad alium finẽ: ſed certè hæc conciliatio, quamuis ſit iuridica per ea,quæ firmaui ſupra cap.12.ſub nu.88.ibi.*Et quòd &c.* tamen non facit ad propoſitum, quia aliud eſt quærere, an iudex ſecularis poſſit denuò procedere contra punitum in foro eccleſiaſtico,quod an, & quando ſit verum aperui dicto ca.12.num.88.aliud verò,an teneatur exequi ſententiam, latam à Iudice eccleſiaſtico abſque eo, quòd velit cognoſcere, an illa ſententia ſit iuſta nec ne: Non enim ex hoc, quod dicimus, eũ debere ſtare proceſſui Iudicis eccleſiaſtici quoad executionem illius ſententiæ, denegamus ei,quod poſſit nouum proceſſum fabricare, & alia pœna deinde illum punire, ſi pœna,quæ impoſita eſt à foro eccleſiaſtico,ſit ſpiritualis. Quid dicendum? Reſpondeo,recedendum nõ eſſe à prędicta communi * opinione,quòd antequam ſententiam mandet executioni poſſit cognoſcere de illius iuſtitia,&, vbi reperiret eam iniuſtam,liceat ei abſtinere ab executione, & quòd ſententia non ſit exequẽda ſine cauſæ cognitione admonet etiam Clar. lib.5.recept. ſent. q.54.in fine, dicens, ita de anno 1554.die 2. Auguſti Senatum reſcripſiſſe Prætori Cremonæ: Item quòd iudex ſecularis non debeat exequi,quando conſtaret de appellatione, Abb. dicto cap.1.num.13.de off.ordin. & alij, quos refert, & ſequitur Marc.q.269. ſub nume.1.& ſimiliter, ſi obijceretur aliqua exceptio apta ad impediendam executionem,vt per eundem. Marc. vbi ſupra.

Et idem dico, quando iudex ſecularis requireret Eccleſiaſticũ pro executione ſuę ſententię, quia non teneretur ſtare proceſſui,facto per Iudicem ſæcularem, & quòd iſtę ſint verę,& communes * concluſiones teſtatur Felyn.dicto num.4.verſus finem, quem etiam referunt,& ſequuntur Afflic. ſuper cõſtitut. ſi damna clandeſtina ſub nume. 46. lib. 1. & Grauat.in annot.ad pract. Veſtrij lib. vlt.ca. vlt.nu. 41. in fine.

8 † Vt autem iudex,requiſitus pro executione ſententiæ, valeat agnoſcere, an ſit iuſta, vel iniuſta ad effectũ deliberandi,ſi debeat illam exequi,vel non, eſt ei exhibenda ſententia vnà cum proceſſu per ea, q̃ ſcribunt Bal. in auth.clericus quoque nu.11.C.de Epiſc.& Cleric.dicens, quòd ſi remiſſio fiat ad punitionem, & ad Iudicem diuerſi fori, is iudex, ad quem ſit remiſſio, non tenetur ſtare actis remittentis,ſecus ſi fieret ad inſtructionẽ: Albert.de agnoſc. aſſert.Cath.q.25.concluſ.4.ſub num.43. verſiculo. *Quamuis Bar.* & alij,quos refert, & ſequitur Flam. Cart.dicto cap.fin. nu.3. cum ſeq. & poſt eum Moder.dicta q.11.ſub num.61. verſiculo, *Limita rurſus*, vbi ait, quòd in cauſa illius Galli,de quo mẽtionem feci ſupra ſub num.6. fuit exhibitus etiam proceſſus.

Vnde tu, Domine iudex,qui habes in carceribus aliquem bannitum, condemnatum ab alio Iudice, & veniunt illius inimici tibique exhibent ſententiã condemnatoriam,& bannum, cõtra eum latum, ac etiam motus proprios diuerſorum Pontificum,quibus cauetur,vt iudex quilibet poſſit bannitos carcerare, detinere & punire, & proinde te inceſſanter requirunt etiam cum pluribus literis Iudicis, qui ſententiam

tentiam

etiam protulit, vt velis procedere ad executionem pœnarum, seu pœnæ contentæ in dicta sententia, facias tibi afferri totum processum, quem diligēter inspicias, & percuncteris, & vbi reperias sententiā iniustam, abstineas omnino ab executione, aliàs nō euaderes impunitus: finge enim quòd quis fuerit cō demnatus pro homicidio casuali in pœnam mortis finge etiam quòd iudex non præcedentibus legitimis indicijs reputauerit quempiam cōtumacem, & subinde, illo reputato pro cōfesso, & conuicto, eum condemnauerit: certè tu debes abstinere ab executione per ea, quæ luculenter scripsit Flam. Cart. & post eum Moder. in locis proximè allegatis, & quæ ipse dixi infra cap. 97. nume. 185. & quòd illi motus proprij ita dicantur dare facultatem, admonet expressè Corn. consi. 143. num. 7. lib. 2. quem refert, & sequitur, ac apertius tradit Cart. dicto cap. fin. sub num. 7.

9 † Quinta difficultas: Finge quòd iudex, requisitus pro executione sententiæ cum literis Iudicis, qui sententiam protulit iuxta ea, quæ scripsi supra num. 7. nulla rationabili causa recuset illā exequi: Quod remedium actori supererit? Respondeo, adibit illius superiorem, qui eum coget, ac puniet, Bar. in l. à diuo Pio §. sententiam Romæ nume. 5. ff. de re iud. vbi loquitur tā de iudice, qui non vult exequi, quam de eo, qui nollet requirere. Vide etiam Bal. quem allegat Boss. tract. crim. tit. de for. compet. num. 93.

10 † Sexta, & vltima difficultas: nunquid hodie, ex quo super delictis potest procedi summariè, sola facti veritate inspecta, manu regia, ac arbitrario quodammodo, vt dixi supra cap. 51. nu. 30. possit etiam executiuè procedi? Respōdeo, quòd nō, quia aliud est procedere summariè, aliud executiuè, sicuti testantur etiam Cart. in l. tale pactum §. qui prouocauit num. 28. ff. de pact. & Mattes. sing. 6. quos referunt, & sequuntur Moder. tract. de process. par. 3. ca. 1. sub nume. 20. & quòd differant satis patet ex eo, quia in summarijs requiritur petitio, & admittuntur exceptiones, danturque dilationes, licet breues, quæ omnia denegantur in executiuis, & hoc non patitur difficultatem.

De commissionibus, & Rescriptis Ad lites Ciuiles. Cap. LXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Commissio requirit delegationem causæ.*

2 *Commissio potest considerari dupliciter.*

3 *Commissio, seu rescriptū, de quo agimus, est duplex.*

4 *Signatura gratiæ, & Signatura Iustitiæ sunt duo Auditoria Pontificis.*

5 *Ius Canonicum in beneficialibus est varium, & incertum, & propterea aduocati, qui assumerent patrocinium causarum, quæ sibi viderentur iniustæ, adhuc excusarentur.*

6 *Signatura, hoc est, rescriptum iustitiæ circa causas prophanas est duplex, & quid sit rescriptum ad lites prophanas, de quo agimus, & an eius nomen possit sumi genericè, & specificè.*

7 *Rescriptum Iustitiæ quot, & quæ requirat pro sui validitate, & quid omne rescriptum in se virtualiter contineat, & preces quotupliciter dicantur veritate non niti, & quod rescriptum dicatur subreptitium, quodve obreptitium, & quibus pœnis puniatur tacens veritatem, & quibus exprimens falsitatem, & quare exprimens grauius puniatur: Vide etiam pro isto septimo quæsito in num. 17.*

8 *Subreptio, & obreptio an, & quando vitient rescriptum.*

9 *Rescriptum nullum ob subreptionem, seu obreptionē nunquid sit nullum ipso iure, vel veniat annullandum ope exceptionis, & quæ sit differentia inter rescriptum gratiæ, & inter rescriptum ad lites: & an rescriptum auocatorium, item rescriptum terminans causam, si sint subreptitia, sint ipso iure nulla.*

10 *Taciturnitates, vitiantes rescriptum gratiæ in beneficialibus, enumerantur tres: prima, quando tacetur vitium illegitimæ natiuitatis, secunda, quando tacetur ius patronatus, tertia, quando tacetur, beneficium esse curatum, seu habere dignitatem.*

11 *Taciturnitates, vitiantes rescriptum iustitiæ, enumerantur duæ: prima, si taceatur litis pendētia, & quando lis dicatur pendere: Secunda, quando tacetur qualitas, & conditio personæ, contra quam impetratur rescriptū: aliæ verò remissiue indicantur.*

12 *Clausula motus proprij est salubris ad tollendum vitium subreptionis, cum aliàs rescriptum subreptitiū sit nullum, etiam si esset impetratum à sancto.*

13 *Clausula prædicta an tollat omnem speciem subreptionis.*

14 *Clausula prædicta an tollat alia obstacula, & vitia.*

15 *Clausula, ex certa scientia, est potentior clausula motu proprio.*

16 *Clausula: non obstantibus regulis Cancellariæ, illa præsertim &c. quid operetur, & quomodo variæ extent clausulæ secundum naturam negotij, & quomodo soleat rescribere Signatura.*

17 *Rescriptum extrinsecè cōsideratum debet pro sui validitate esse munitū sigillo, habente imaginem &c. Sigillum debet esse integrum, debet habere cerā veterem, vel nouam iuxta tempus ipsius rescripti, debet esse incorruptum, & sine aliqua rationabili suspicione: debet carere vitio falsæ locutionis &c.*

18 *Rescripta hodie subscribuntur per Cardinalem signatorem, qui dicitur Præfectus Signaturæ Iustitiæ.*

19 *Referendariorum numerus fuit in dies auctus.*

20 *Referendariorum munus circa commissiones, & vbi postulata censeant concedenda, quomodo eorum nomen apponant in commissionibus, & quomodo procedatur ad vlteriora, & quas habeant regulas ad agnoscendum an petita sint concedenda, vel neganda. Et, vbi subsistant, an debeant concedi, qualiter pars aduersa citetur, & commissio qualiter proponatur, & Signatura quomodo rescribat ad Iudices, qui sunt in Vrbe, & quomodo ad Iudices in prouincijs, & ad vlteriora procedatur.*

21 *Iudex an datus sit in partibus, vel in Vrbe cognoscitur ex tenore commissionis, & rescripti.*

22 *Citatio in impetrandis rescriptis quando sit necessaria, & quando non.*

23 *Iuriſdictio an acquiratur Iudici delegato à die præſentatæ ſibi Commiſſionis, & quando iuriſdictio dicatur perpetuata.*

24 *Reſcriptum infra quantum tempus debeat præſentari.*

25 *Proceſſus an poßit incipere à commiſſione, & quando reſcriptum poßit ſtare loco petitionis, ſeu libelli.*

26 *Commiſſio præſentata efficitur communis vtrique parti.*

ET ſi ex quo proceſſus ſummarius inchoatur non ſolum ab his modis, quos docui ſupra in cap. 53. ca. 54. & cap. 57. & cap. 60. Sed etiam à commiſſione, vt dixi infra nume. 25. videbatur forsã alicui agẽdum fuiſſe de ea inter dicta cap. 53. & 60. tamen haud eſt ita, quia tunc, & hucuſque proſecuti fuimus initia proceſſus coram
1 Iudice ordinario: † & Commiſſio ſecundum noſtrũ inſtitutum inſeruit proceſſui faciendo non corã ordinario, ſed coram delegato: Vnde hic de ea ſepa-
2 ratim agendum eſſe duximus: † Sciendum ergo eſt, commiſſionem poſſe in duplici eſſe conſiderari: primo in eſſe, vt ita loquar, embryonali, prout ſunt preces, ſeu ſupplicatio quædam non ſignata, & de ea, hoc modo conſiderata, haud ſumus acturi, quia dũ inferius notabimus defectus, & vitia ſuppplicationis, ob quæ reſcriptum illi appoſitum ſolet nullitatis periculo ſubiacere, & quibus clauſulis veluti antidoto quodam poſſit illi ſalubriter occurri, adiuncta etiam opima iuris ſupellectili eius, qui eam dictabit, apprimè reſultabit per antitheſim abſoluta cognitio, & forma, qua fermè cõfici debeat. Quòd ſi quid vlterius deſiderandum occurrat, poterit lector adire illud vulgatum formularium commiſſionum, & Mandoſ. tract. de commiſſ. Secundo poteſt conſiderari in eſſe formato, hoc eſt, poſtquam fuit ſignata à Principe, quomodo venit conſideranda à
3 nobis hic: † Agimus igitur de commiſſione, ideſt, de reſcripto, ſeu ſignatura, quę eſt duplex, vt tradũt Staph. de lit. grat. & iuſt. Gomeſ. in compend. vtr. ſig. fol. mihi 487. & in Rubr. de reſcript. num. 15. in 6. Rebuff. in pract. benef. tit. de diuiſio. reſcrip. Veſtr. in pract. lib. 1. cap. 3. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 201. num. 1. & faciunt textus in cap. Capitulum, & ibi Abb. num. 6. de reſcript. & in cap. diſpendia, eodem in 6. Altera gratiam, altera verò iu-
4 ſtitiam concernit. † Et ita ſumus Pontif. habet hic in Vrbe duo Auditoria: Alterum, quod dicitur Signatura gratiæ: Alterũ verò Iuſtitiæ, vt notat etiam Mar. Ant. Cucch. Inſtit. maior. lib. 1. Rub. de reſcript. tit. 4. num. 1. in fine: Signatura gratiæ reſcribit, ac ſignat ſuper his, quæ à mera Principis liberalitate dependent, & de hac loquuntur textus in cap. gratia de reſcript. in 6. & in clem. gratię eod. Signatura autem Iuſtitiæ ſuper his, quæ in iure conſiſtũt, habentque hæ duæ Signaturæ diuerſos modos re-
5 ſcribendi, vt notaui infra ſub num. 20. † Cæterum nos, omiſſa Signatura gratiæ, de qua nihilominus nonnulla verba fecimus infra ſub nu. 10. ibi. *Secunda &c.* & ſeqq. agemus ſolum de Signatura iuſtitię circa cauſas prophanas, in quibus ius ſēper eſt certius, nec à Signatura mutatur, quod nõ eſt in beneficialibus, in quibus Signaturæ illud dici poteſt.

Semper noui aliquid affert Africa.

Et vt tradit Gomeſ. dicto tract. compend. vtriuſque Signat. in principio fol. mihi 486. Aduocati, quamuis ex debito conſcientiæ teneantur iniuſtas cauſas repudiare, tamen in ijs ſunt excuſatione digni, ſi quæ ſibi iniuſtæ videntur, amplectantur: quoniam, vt ipſe loco citato aſſerit, ſæpe ſæpius ea cauſa, quæ ſui prima facie apparet iniuſta, reperitur iuſta, & è conuerſo: idque euenit tum à diuerſitate iuriũ, quę quotidie à Signatura emanant, tum etiã, vt tradunt Compoſtella. in cap. 1. de elect. in 6. & ibidem Io. Andr. ſuper gloſ. 4. ex crebra Summorum Pontificum mutatione: Nam, vt inquiunt, tempore Innocentij habebat locum illa decretalis, etiam quando appellabatur ſuper beneficio vacante, tempore verò Alexandri Curia obſeruabat contrarium, & poſtea redijt ad eandem obſeruantiam, quæ vigebat tempore Innocentij: Vnde patrocinantibus cauſas beneficiales non poterit obijci illud Plautinum in Menęchmo, relatum etiam per Gail. tract. de pac. pub. lib. 1. cap. 2. ſub num. 21.

Clientes ſibi omnes volunt eſſe multos, boni ne, an mali ſint id haud quæritant.

Res quæritur magis, quàm clientulorum fides.

6 † Hæc ſignatura iuſtitiæ circa cauſas prophanas, de qua agimus, etiam ipſa eſt duplex, prout duplex eſt reſcriptum, alterum ſcilicet, quod dicitur ad obſeruantiam iuris communis: alterum verò, quod dicitur ad lites: Ad obſeruantiam iuris communis dicitur, quando Princeps reſcribit Iudici, vt iuſtitiam faciat iuxta textum in l. falſo. C. de diuer. reſcript. quam allegant omnes: Ad lites, quando Princeps delegat cauſam: Ita diuidit Io. Crot. in Rub. nu. 11. de Reſcript. in 6. Nos acturi ſumus de Signatura Iuſtitiæ ad lites prophanas, quæ poteſt dici, quòd ſit Principis reſcriptum, delegans iudicialem cognitionem alicuius particularis cauſæ prophanæ, à parte impetratum. poſui reſcriptum loco generis, ſiquidẽ genericè cõuenit tam Signaturæ iuſtitię, quam gratiæ circa beneficia, & priuilegia iuxta ea, quæ ſcripſit Iaſ. in l. beneficium nu. 28. ff. de conſtit. Princip. Cætera ſtant loco differentiæ: verum contra hanc noſtram deſcriptionem videtur poſſe obijci tripliciter.

Et primo in eo quod diximus, reſcriptum poſitũ eſſe loco generis: Nam ſi reſcriptum ſit ad obſeruationem iuris communis, non poteſt prędicari de Signatura gratiæ: Quod autem fiat ad obſeruationẽ iuris communis patet in dicta l. falſo C. de diuerſ. reſcrip. & facit tex. in l. reſcripta C. de precib. Imp. offer. traduntque Bar. in dicta l. beneficium num. 3. & in l. Cæſar. num. 23. ff. de publ. Dec. in cap. prudentiam §. ſexta de off. deleg. Marc. Ant. Mareſcotti de Caluis in cap. licet nume. 187. de conſtit. in 6. & eſt
* communis, * vt refert Lud. Gomeſ. in Rub. de reſcript. nu. 10. in 6. Vnde Gloſ. in cap. 1. in verbo. noſcatur

ſcatur de conſtit. in 6. quam referunt, & ſequuntur Staph. de ſignat. liter. iuſtit. Rubr. De ſanatione contractus inualidi nume. 3. fol. mihi 286. Crot. vbi ſupra, & Gomeſ. dicto cap. licet nume. 101. & 202. ait, quòd ſi reſcriptum concedat aliquid contra ius, vtputa quòd cauſa cognoſcatur ſummariè, mutat nomen reſcripti, & dicitur priuilegium cap. priuilegia diſtinct. 3. & cap. abbate, de verb. ſign.

Secundo, quia ſi reſcriptum ſit ad obſeruantiam iuris communis, ſicque continet idem quod ius cōmune, non debet appellari reſcriptum, ſed ius commune, prout dicimus de ſtatuto diſponente idem cum iure communi, quod in effectu appellatur ius commune, & non ſtatutum: Gomeſ. vbi ſupra, & in dicto cap. licet nu. 23. Et proinde iſta Signatura Iuſtitiæ fruſtratorie appellaretur Reſcriptum.

Tertio, quia ſi reſcriptum ſit ad obſeruantiam iuris cōmunis, vt dixi, male diceretur, quod eſſet delegās: ſiquidem quod ſit reſcriptum, & quod ſit delegans, ſunt cōtraria incompatibilia, quia reſcriptū ſit ad obſeruantiam iuris cōmunis, & delegatio cauſæ, cum ſit contra ordinariam iuriſdictionē, eſt aduerſus ius commune: Vnde reſcripta, quibus cauſæ delegantur, vti vulnerantia ius commune, & propterea odioſa, ſunt ſtrictè intelligenda, ſicuti in his terminis tradunt Io. Crot. dicta Rubr. de reſcript. nu. 11. de reſcript. in 6. & ibidem Lud. Gomeſ. ſub num. 10. Si ſunt contraria, nō poſſunt conuenire in definitione: Neque his obiectionis vulneribus medemur, ſi dicamus vnà cum Gomeſ. vbi ſupra: illā definitionem reſcripti, quòd ſit ad obſeruātiam iuris communis, eſſe falſam: Nam eſto quòd ſit falſa, tamen adhuc replicatur: Si reſcriptum non eſt ad obſeruantiam iuris communis, ergo eſt contra ius commune, ſi eſt contra ius commune, ergo non eſt reſcriptum per ea, quæ dixi ſupra in prima obiectione: Minus prodeſt ſi vnà cum eodem Gomeſ. ibidē nu. 13. diceretur, reſcriptum nec eſſe ad obſeruantiam iuris communis, nec contra ius commune, ſed eſſe conceſſionem quandam præter ius commune: Nam replicatur, quòd malè eſſet poſitum in Signatura Iuſtitię ad lites, qua cauſæ delegantur, quia huiuſmodi Signatura eſt contra ius, & non præter ius, vt dixi ſupra in tertia obiectione. vnde ſibi non conuenit natura Reſcripti.

Quid dicendum? Reſpōdeo, reſcriptum eſſe nomen, quod ad inſtar nominum cognationis, & adoptionis poteſt ſumi ſpecificè, & genericè, ſi ſumatur ſpecificè: dico vna cum Doctoribus, quos allegaui ſupra in prima obiectione, quòd eſt ad obſeruantiā iuris communis, & ita ſumitur ab Imperatore in l. falſo C. de diuerſ. reſcript. vel quòd eſt conceſſio præter ius, vt exiſtimat Gomeſ. ſuperius allegatus, & ſic ſumpto, intraut obiectiones ſuperius adductę: Si verò ſumatur genericè: dico, quòd ſignificat omnem conceſſionem, ſiue illa ſit ſecundum ius commune, ſiue contra, ſiue præter, ſiue concedatur motu proprio, ſiue ad partis inſtantiam, & in hac acceptione, in qua nunc ſumendum eſt, ceſſant omnes obiectiones: Neque obſtat, qđ verba in dubio ſint accipienda in potentiori, ac ſpecifico ſignificatu, vt dixi ſupra cap. 62. num. 31. quia id non eſt verum, ſi ſubiecta materia nobis aliud ſuadeat argumēto textus in l. ſi vno anno ff. loc. & conduct. & tradit Crauet. conſ. 33. ſub num. 17. lib. 1. Vnde propter diuerſam ſubiectam materiam Doctores modo dixerūt, donationem, factam cauſa mortis, hoc acto quòd nullo caſu reuocari poſſit, intelligi donationē inter viuos l. vbi ita donatur ff. de donat. cauſ. mort. & eſt cōmunis * opinio, de qua teſtatur Rol. à Vall. conſ. 8. num. 37. lib. 1. modo verò intelligi cauſa mortis, quando ſcilicet Pater ſub eadem forma filio donaſſet argumento textus in l. apud Celſum §. Iulianus ff. de except. quē textum dicit ſingularem Rol. à Vall. vbi ſupra ſub num. 23. Item modo verba eſſe intelligenda naturaliter, & non ciuiliter Aret. Inſtit. quib. mod. ſol. ius patr. poteſt. nu. 6. & Lancell. Galial. in l. 1. ſub nu. 5. ff. de verb. oblig. modo verò eſſe intelligenda ciuiliter, & non naturaliter: Sic tenent communiter * Doctores in caſu, de quo loquitur Clar. lib. 3. recept. ſenten. §. Teſtamentum q. 12. in principio, & verſiculo, ſed quid in legitimatis. Quod autem in caſu noſtro ſubiecta materia ſuadeat, vt intelligatur in genere, & non in ſpecie patet ex duabus precipuis rationibus, Et prima, quia verba debent interpretari, vt excludatur abſurdū, vulg. iur. Secunda, quia hoc idem obſeruatur in definitione arrogationis, vbi adoptionis verbum, poſitū loco generis, quod poteſt ſumi ſpecificè, & genericè, ſumitur in genere, & non in ſpecie, vt patet in §. adoptio autem Inſtit. de adop. Accedat præterea, quòd ſunt attendendi vſus, & conſuetudo loquendi, & non proprietas verborū Inſtit. qui. teſtam. tut. dar. poſſ. §. fin. & ibi gloſ. in verbo appellātur, notātque Bar. in l. librorum §. quod tamen Caſſius num. 1. ff. de leg. 3. & in l. fur eſt manifeſtus num. 7. in fine ff. de furt. & in l. omnes populi. ſub nu. 57. ff. de iuſt. & iur. & Alex. in l. labeo. ff. de ſupell. leg. & alij quos refert, & ſequitur Hier. de Giacch. in ſuo reſponſo de Moneta Marcheſana num. 5. & 6. dicens hoc eſſe mirabile: vnde Horat. quem in ſimili propoſito allegat Vulp. conſ. 84. num. 3. ſic ait.

Si volet vſus,

Quem penes arbitrium eſt, & ius, & forma loquendi.

Communis autē vſus loquendi proculdubio eſt, vt reſcriptum ſignificet omnem ſpeciem Signaturę ſiue concernat obſeruantiam iuris communis, ſiue non: Quare reſcripta vocamus etiā illa, quibus cauſę ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta delegātur, licet de proprietate verborū aliter ſentiant Doctores, quos allegaui ſuperius in prima obiectionē: Et hæc, quæ potius ſcholaſticas paleſtras, quàm tribunalium ſubſellia reſpicere videtur, dicta ſint pro ijs lectoribus, quorum ſtomachus lautioribus cibis quandoque faſtiditus oluſcula, & piſciculos appetit, vel quia poſt aliqua ſeriò dicta, licitum eſſe videtur itineris labore defeſſis in aliqua eius parte quieſcentibus nonnulla leuia, ac etiam quandoque ridicula loqui.

7 † Hæc ſignatura iuſtitiæ ad lites prophanas, vt ſupra deſcripta, pro reſcripti validitate duo requirit, alterum, quod conſiſtit intrinſecus, alterum verò, quod conſiſtit extrinſecus; quod conſiſtit intrinſecus eſt,

cus est, vt preces veritate nitantur, quia omne Principis rescriptum in se virtualiter continet hãc clausulam: *si preces veritate nitantur*: cap. 2. cap. super literis, & ibi glos. in verbo, literas, de rescript. Bal. in l. 2. num. 2. C. si contr. ius, vel vtil. publ. Paris. cons. 1. nu. 71. lib. 1. M. Ant. Cucch. Instit. maior. lib. 1. Rub. de rescript. tit. 4. num. 29. Gail. tract. de pace publ. cap. 5. in fine lib. 1. & in pract. obseru. lib. 1. obseru. 14. num. 1. cum seq. & communiter Canonistæ in dicto cap. super literis, quinimo de iure ciuili Dictatores rescriptorum tenebãtur extendere dictã clausulam, illiusque extensionem omittentes puniebantur l. vniuersa, & ibi Ias. & alij C. de diuers. rescript. De iure tamen Canonico subintelligitur, vt dixi, & ideo cessat dicta l. vniuersa. Dupliciter autem preces dicuntur veritate non niti: primo, quando falsitas exprimitur, quo casu rescriptum, proprie loquẽdo, dicitur obreptitium: secundo, quando veritas tacetur, & dicitur subreptitium, quæ verbalis differẽ-
* tia, seu distinctio licet cõmuniter à Doctoribus probetur, vt testatur Bero. in ca. super literis, lectura 1. num. 1. in fine, & lectura secunda, nu. 3. de rescript. quẽ refert, & sequitur Marches. tract. de commiss. par. 1. de commiss. relaxat. iuram. cap. 4. num. 42. tamen nõ placet Menochio, de arbitr. Iud. lib. 2. cent. 3. cas. 201. num. 9. cum seq.

Sed quicquid sit de differentia verborum, quod refert, & certum est, dicimus, eum, qui falsitatem exprimit, grauius delinquere: Nam punitur non solũ pœna subreptionis, idest, priuatione impetratorum iuxta textum in l. & si legibus C. si con. ius vel vtil. publ. & quæ dixi infra num. 9. sed etiam pœna falsi, etiam si narratam in precibus falsitatem probationibus non astruxerit secundum Bero. in dicto cap. super literis, lectura prima num. 2. & lectura 2. nu. 4. de rescript. quem refert, & sequitur Menoch. de arb. Iud. lib. 2. cent. 4. cas. 314. nu. 10. q̃uis Bar. Bal. & Paris. quos ipse refert, tenuerint cõtrarium, videlicet, quòd puniatur pœna falsi solum quando narratam falsitatem probasset, à qua sententia veluti benigniori, ac grauiorum virorum auctoritate munita non esset in iudicando recedendum, vt testatur idem Menoch. ibidem num. 12. Immo tanta posset esse impetrantis improbitas, vt posset puniri etiam pœna mortis, sicuti referentibus Bal. & Ias. in l. & si legibus num. 2. C. si con. ius vel vtil. & Menoch. dicto cas. 314. nu. 6. punitus fuit quidam, qui propter inimicitias capitales, quas habebat cum quodã Titio Petro, iuit ad Potestatem, dixitque ei, quòd ille Titius erat bannitus, & descriptus in libro publico bannitorum, & Potestas, viso libro, illum fecit appræhendi, & captus fuit in magno discrimine vitæ: verum comperto, quòd is non erat ille Titius Petri bannitus, fuit liberatus, & accusator, qui dolo accusauerat, fuit, vt testantur præcitati Doctores, de facto decapitatus.

Is verò, qui veritatem tacet, punitur solum in eo, quòd debet carere impetratis, vt per eundem Menoch. vbi supra num. 16. cum seq. & cas. 201. nume. 21. cent. 3. lib. 2. Et in Camera Imperiali condemnatur etiam in expensis, vt testatur Gail. dicta obseru. 14. num. 2. in fine.

Hæcque differẽtia inter falsitatis expressionem & veritatis taciturnitatem cõprobatur ex pluribus, & primo ex illa theorica, quòd magis delinquatur committendo, quàm omittendo, glos. in l. si mora in verbo, ne facto ff. solut. matr. & Instit. de capit. dimin. in §. maxima, in verbo libertis Bar. in l. qui sine in principio. ff. de neg. gest. Rom. cons. 330. nu. 23. Dec. in l. quod te num. 5. ff. si cert. pet. Crauet. cons. 6. nu. 75. cum seq. lib. 1. & est communis regula, de qua testantur Alber. in l. præscriptione col. 2. versiculo, Item ex prędictis, ibidem Ias. num. 9. C. si con. ius, vel vtil. publ. & Clar. lib. 5. recept. sent. §. 1. versiculo, est etiam, & q. 60. circa principium. Secũdo: quia taciturnitas valoris beneficij non vitiat rescriptum de iure communi, secus tamen si exprimeretur falsus valor, Rota decis. 47. aliàs 336. de rescript. in antiq. Et A. M. Papaz. in addit. ad Rot. decis. 10. aliàs 84. num. 2. de rescript. in nou.

Tertio, quia & si iustus timor possit excusare testem à non testificando, non tamen excusat à falso testimonio Nauar. in suo Manual cap. 25. nu. 40.

Quarto facit illa Regula: Multa nocent expressa, & non tacita.

Et denique, quòd aliud sit supprimere verum: aliud exprimere falsũ, & magis odiosus exprimens falsum, quàm tacẽs verum tradit Staph. de lit. grat. de vi. & effectu clausularum, num. 3. fol. mihi 173. Neque obstat textus in dicta l. præscriptione cũ ibi not. per Bar. Fulg. & Ias. num. 4. qui ex illo textu inferunt, falsitatem ita committi per expressionem, sicut per taciturnitatem veritatis, quia, vt tradũt idẽ Ias. ibidem nu. 5. & 8. in fine, & 9. & Boss. tract. crim. tit. de respons. à reo facien. num. 4. & tit. de opposit. contra test. num. 95. illud procedit solum in teste: Nota etiam aliã limitationẽ in dispensatione matrimoniali, & alijs gratijs, in quibus prohibetur obreptio, & subreptio, & omnis veritatis inuersio, & mutatio sub pœna falsi, qua puniuntur tam procuratores officij sacræ Pœnitentiariæ, seu contradictoriarum, quàm alij quicunque sollicitatores, & copistæ ex dispositione motus proprij Pij Quinti, de veritate exprimẽda &c. publicati die 5. Decembris 1566.

8 † Occurrunt modo nonnullæ difficultates: Et prima, nunquid exprimens falsum, seu tacens veritatẽ debeat semper carere impetratis iuxta ea, quæ dixi supra sub nu. antecedenti: ibi. *Sed quicquid sit &c?* Respondeo, quòd non, & ideo distinguo: Aut falsitatis expressio, seu veritatis taciturnitas potuerunt esse causa concessionis, factæ à Principe, quam, falsitate non expressa, seu veritate non omissa, verisimiliter, vel non ita facilè impetrasset, & tunc dico, quod debet carere impetratis, & quòd rescriptum est nullum, cap. super literis, iuncta glo. in verbo. carere, & cap. postulasti, de rescript. traduntque Abb. in ca. constitutus nu. 5. de relig. dom. Soc. cons. 164. num. 3. & 4. lib. 2. Gail. in pract. obseru. lib. 1. obser. 14. nu. 4. & Menoch. dicto cas. 201. nu. 24. vbi alios allegat: Aut falsitas expressa, seu veritas tacita sunt eiusmodi, vt Princeps sine earum ministerio adhuc concessisset, & tunc rursus distinguo: Aut omittitur aliquid, quod in iure, expresse cautum est, vt exprimatur,

matur, & iſto caſu adhuc reſcriptum diceretur nullum, Crauet.conſ.2.num.19. Aut in iure non eſt expreſſum, & dico, quòd non debet carere impetratis, & quòd reſcriptum eſt validũ, & hoc multo magis procedit, quando Princeps ſine earum miniſterio veriſimiliter facilius cõceſſiſſet, & ratio eſt, quia conſtat de mente Principis: iuxta totam hanc diſtinctionem conſuluerunt Soc.conſ.13. num.37.lib.1. & Crauet.dicto conſ.2.nu.14. & ſcripſit Staph. de lit.grat. De modo, & forma impetrãdi.fol.mihi 99. nu. 5. cum ſeqq. Huiuſmodi autem coniectura circa mentem Principis cõmittitur arbitrio Iudicis, vt tradunt Abb.dicto ca.conſtitutus nu.5.& Menoch. dicto caſ.201. ſub nu.24. Iudex autem debet in primis inſpicere, ſi aliàs Princeps ſolitus fuit ſimilia reſcripta facere, vt per Soc. dicto conſ.164.num. 5. & Felyn. in cap. ſuper literis ſub nume. 8. de reſcript.

9 † Secunda difficultas: nunquid reſcriptum, quod eſt nullum propter ſubreptionem, ſeu obreptionẽ, ſit ipſo iure nullum, an verò veniat annullandũ ope exceptionis? Reſpondeo diſtinguendo: Aut eſt reſcriptum gratiæ: Aut ad lites, ſi gratiæ eſt ipſo iure nullum Abb.conſ.34.num.5.lib.2.& latè Felyn. in cap.ad audientiam il 2.num.22.de reſcript.idẽ tradunt Boſſ.tract.crim.tit.de remed.ex ſol.clem.Princip.num.37.Pariſ.conſ.51.nu.27.lib.4.& Menoch. vbi ſupra nu.2.& Moder. in qq.crim. lib.1.q.6.nu. 46.Soc.tamen, & Pariſ. quos Menoch.allegat non faciunt, quia Soc.nõ aperit an ipſo iure, vel ope exceptionis, & Pariſ nullum verbum facit eo loci. Nõ obſtat, quòd Rot.deciſ.2.num.9.in fine, & num.14. de reb.eccleſ.nõ alien.in antiquior.dicat, maiorem partẽ Dominorum de Rota dixiſſe, antiquam, & obtentam opinionem eſſe, quòd falſitas cauſæ non reddat vnionẽ ipſo iure nullam, quia contraria opi-

* nio videtur communis * per ea, quæ tradunt Pariſ. & in terminis Felyn. in locis ſuperius allegatis, vbi dicunt, quòd ita ſentiunt omnes: Si verò eſt reſcriptum ad lites, tunc dico oppoſitum, quòd vitiatur ope exceptionis, & nõ ipſo iure, Rot.deciſ.13.aliàs 362.ſub num.2.de off.deleg.in nou.Iaſ.in l.præſcriptione num.3.C.ſi con.ius, vel vtil.pub. Pariſ.conſ. 124.num.17.& 21.lib.4.Vant.tract.Null.Rubr. de null.ex defect.iuriſd.deleg.num.60.& Rubr. Qualit.ſent.& proceſſ.qui dicun.&c. nu.59.& Menoch. vbi ſupra nume.3. qui alios congerunt, & breuitati ſtudens omitto, & de communi opinione teſtatur Rom.conſ.330.nu.3. & loquuntur Doctores, ſiue reſcriptum ſit ſubreptitium, ſiue obreptitium, vt per Menoch.dicto caſ.201.nu. 20. eandem diſtinctionẽ ſequitur M. Ant. Cucch.Inſtit.maio.lib.1.Rub. de reſcrip.num.12.& ſeqq.& ratio huius differẽtiæ inter reſcriptum gratiæ, & reſcriptum iuſtitiæ, hoc eſt, ad lites poteſt peti ex his quę ſcribunt Felyn.dicto cap.ad audiẽtiam in fine, & Menoch.dicto caſ. 201.num.5.cum ſeqq. Non me latet, eũdem Menoch.ibidem num.9. in fine ex Gozad.& alijs, per eum citatis retuliſſe hanc aliam diſtinctionẽ quod obreptio vitiet ipſo iure, ſubreptio vero ſolum ope exceptionis quam diſtinctionẽ ex Capit. deciſ. 32. num. 12. ſequitur & aſtruit Marcheſ.tract. de commiſſio.par.1.commiſſ.1.cap.4.num.43.

Hanc concluſionem, quòd reſcriptum ſubreptitium ad lites non ſit ipſo iure nullum, ſed ſolum ope exceptionis, limita, vt nõ procedat duobus caſibus: Primo, ſi eſſet reſcriptum auocatorium, vt tradunt Vant.in locis allegatis, & Veſtr.in pract. lib.3.cap. 9. num.3. Secundo, quando eſſet reſcriptum, ter-

10 minans cauſam, Rom. conſ.330. nume.4. † Ad cognoſcẽdum autem quæ taciturnitas inducat hoc vitium ſubreptionis, oportet habere opimam iuris, & conſtitutionum ſupellectilem. Et licet non ſit hic locus recenſendi taciturnitates, ſeu inquam nõ expreſſiones, quæ inducunt ſubreptionem, nihilominus nõnullas ſummariè referam, & primo eas, quę ſpectant ad reſcripta gratiæ, hoc eſt, ad beneficia: Prima igitur erit, ſi taceatur vitium ſuæ natiuitatis illegitimæ iuxta ea, quæ ſcribunt Bal.in l.neque natales in fine.C. de probat. Additio ad Rot. deciſ.7. aliàs 112.de præb.in nou.& apertius Illuſtriſſimus, ac Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis Paleottus tract.de noth.ſpurijſque fil.cap.57.& alij, quos refert, & ſequitur Menoch.dicto caſ.201.num.34. Eſtque ratio, quia illegitimè nati ad ſacros ordines haud promoueri poſſunt, Deuter.cap.23.& cap.innotuit de elect. & cap.1.& 2.de fil.presby.in 6. notantque Bal.vbi ſupra, & Staph.tract. de lit. grat. Rub.de noua forma expectatiuarum nume.20.fol. mihi 46.

Secunda: ſi non exprimeretur, beneficium eſſe Iuris patronatus, quia iſta qualitas eſt exprimenda Felyn.in cap.in noſtra nu.39. de reſcript. & pleniſſimè in tracta. Quando literæ apoſtolicæ noceant patronis eccleſiarum: Staph.de liter.grat. De vi, & effectu clauſularum in clauſula motu proprio num. 19.fol.mihi 163.Rebuff.in ſua praxi Beneficiorum in 3.par.ſignaturæ num. 6. Crauet.conſ.68.& alij, quos refert, & ſequitur Menoch.dicto caſu 201. nume.71.

Tertia: ſi taceatur, beneficium eſſe curatum dicto cap.in noſtra, Rota deciſ.1.aliàs 100.num.3.de off.Archipresb.& deciſ.37.aliàs 202.de reſcript.in antiq.Io.de Selua tract.de benef. par.3.q.11.num. 12.& alij, quos refert, & ſequitur Menoch. de arbitr.iud.dicto caſ.201.num.61.immo, vt tradit Felyñ.dicto cap.in noſtra ſub nume.15.in 10.correlario, allegans ibidẽ Cald. in 4.q. nulla debet eſſe notabilior expreſſio, quàm cura animarum, ſicut etiã notat M. Ant. Cucch.inſt. maior. lib.1. de reſcrip. nu.111.& ſeq. Et idem dicimus ſi beneficium haberet dignitatem, quia debet exprimi: Staph. dicto fol.163.num.20.

Ex quibus tribus relatis caſibus habes notare, ꝙ reſcripta gratioſa in beneficialibus ex triplici taciturnitatis ſpecie poſſunt reddi nulla: prima conſiſtit in perſona impetrantis beneficium: ſecunda in iure, quod in beneficio impetrando alteri competit: Tertia in qualitate beneficij: Ad quas tres ſpecies ſubreptionis, ſeu taciturnitatis cenſeo cæteras alias reduci poſſe, ſi tamen vberius libeat videre, legite Fely.in dicto cap.in noſtra, de reſcript.& Menoch. dicto caſ.201.num.32.cum ſeqq.

11 † Taciturnitatum verò, quæ ſubreptionem producunt

ducunt in reſcriptis ad lites prima hæc ſit: ſi non exprimatur litis pendentia, glo. in c. ſuper literis. in verbo, literas, & ibi Fely. nu. 12. de reſcrip. Abb. in cap. prudẽtiam, §. ſexta. nu. 9. de off. & poteſt. iud. deleg. Iaſ. in l. 2. nu. 2. C. vt lit. pend. Affl. deciſ. 220. nu. 13. Rol. à Vall. conſ. 31. nu. 18. lib. 2. Crauet. cõſ. 68. nu. 3. & conſ. 103. ſub nu. 17. lib. 1. & alij, quos refert & ſequit̃ Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. caſ. 202. nu. 3. & ita ſe obtinuiſſe teſtat̃ Albert. de agnoſc. aſſert. cath. q. 22. nu. 12. Dicit̃ aũt in propoſito lis pendere per ſolam citationem: Clem. 2. vt lit. pend. glo. in c. vt debitus in verbo, dicat, de appell. Fely. in c. ſup literis, nu. 13. de reſcrip. Affl. dicta deciſ. 220. ſub nu. 13. Staph. de lit. iuſt. fol. mihi 275. nu. 12. Neuiz. conſ. 98. nu. 19. Veſtr. in pract. lib. 4. c. 1. nu. 1. & Menoch. dicto caſ. 202. nu. 7. & in propoſito reſpectu actoris citatio dicitur etiã illa, q̃ non fuit executa, quia ſatis eſt, ꝙ fuerit decreta, vt tradit in terminis Rom. cõſ. 330. nu. 2. in fine, quẽ ſequunt̃ Fely. & Affl. vbi ſupra, & Menoch. dicto caſ. 202. nu. 8. & facit Rot. deciſ. 17. ſub nu. 3. de dol. & cõtu. & deciſ. 6. Vt lit. pend. in nou. ipſe enim actor, qui decretũ citationis obtinuit, ſatis eſt certus de citatione: quare illius executio requirit̃ ſolũ reſpectu rei, & ita Rom. dicto conſ. 330. declarat. clem. 2. vt lit. pend.

Secunda, qñ non exprimeretur qualitas, & cõditio perſonæ, contra quã impetrat̃ reſcriptũ, vtputa: quia eſſet perſona miſerabilis, Innoc. in c. ſignificantibus, de off. deleg. Staph. de lit. grat. De vi & effectu clauſul. in clauſula, ſeu ſi epiſcopis nu. 5. fol. mihi 201. ſeu ſi eſſet Scholaris, vt ꝑ Rebuff. tract. de priuileg. ſcholar. priuilegio 91. Quomodo aũt hoc procedat, vide Menoch. dicto caſ. 202. nu. 39. Reliquas ſpecies taciturnitatis, q̃ inducunt ſubreptionem, longa ſerie enarrat idem Menoch. dicto caſ. 202. ꝑ totũ cũ pluribus extenſionibus, & declarationibus. Illud ſolũ hic ſilentio non ꝑtereo, ꝙ eſt materia arbitraria, quia conſiſtit in coniecturis, & veriſimilitudinibus iuxta ea, q̃ dixi ſupra nu. 8. & ſi vis videre practicã opponendi de ſubreptione videto Menoch. dicta cent. 3. caſ. 201. nu. 31. Ego enim nõ inſiſto, quia hic in vrbe ꝓpter facilitatẽ reformandi cõmiſſionẽ recurrimus ſemꝑ ad Principẽ, & apud eũ inſtamus via alterius cõmiſſionis, illã reformari, ſicq; nũquã vidi ĩ Curia Romana dari de ſubreptione, vel obreptione, teſte ẽt Marcheſ. de cõmiſſio. par. 2. c. 6. n. 13.

12 † Verũ quia ſubreptio necat reſcriptũ iuxta ea, q̃ dixi ſupra nu. 8. & 9. quod procedit ẽt ſi is, qui reſcriptum impetrauit, eſſet ſanctus, vt ait Iaſ. in l. pręſcriptione, in fine. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. & in l. 2. §. patronũ, nu. 2. & 3. ff. de in ius voc. quem refert, & ſequitur Manſuer. in addit. ad pract. Papien. in forma opponẽ. cõ. inſtrum. in gl. ꝑ obreptionẽ fol. mihi 355. iõ, vti antidotũ quoddã fuit inuẽta clauſula motus ꝓprij, qua reſcriptũ defendit̃ à vitio ſubreptionis, quia cũ quid confert̃ motu ꝓprio non põt ei, in quẽ confert̃ vlla ſubreptio impingi: teſte ẽt Staphil. de liter. grat. de vi, & effectu clauſul. §. ſubſequẽter nu. 1. fol. 160. & §. 5. ſub nu. 1. ibi, *ſed quando*, & nu. 2. fol. mihi 169. & §. 7. & vlt. nu. 2. & 3. fo. mihi 173. & hinc Anch. cõſ. 138. De natura nu. 1. quẽ ſequuti ſunt Fely. in ca. ad aures, nu. 7. & Dec. nu. 11. de reſcript. & Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cẽt. 3. caſ. 201. nu. 79. cũ ſeq. tradit, ꝙ gratia, facta de beneficio motu proprio non vitiat̃, ſi in ea non ſit expreſſus valor beneficij, & quid ſi ſit expreſſus falſus, vide ꝑ eũdẽ ibidem, & ꝙ de qualitate intrinſeca beneficij nõ ſit facienda mentio, qñ confertur motu proprio tradit Rot. deciſ. 37. aliàs 202. num. 2. de reſcript. in antiq.

13 † At quæro, nunquid hæc clauſula motus proprij tollat oẽm ſubreptionẽ? Rñdeo, Menoch. vbi ſupr. n. 80. tenet, ꝙ nõ, niſi cũ diſtinctione, q̃ habes hic ĩfra nu. ſequẽ. ſed tu dic cõtrariũ, ꝙ indiſtinctè tollit oẽm ſpeciẽ ſubreptionis, quia ſubreptio conſiderat̃ in poſtulatione, ſed motus ꝓprius excludit poſtulationẽ: ergo excludit oĩno ſubreptionem: Et certè in hoc non eſt ambigendũ per ea, quę ſcripſi ſuperius.

14 † Quæro ſcđo, nũquid ꝑdicta clauſula tollat alia obſtacula, & vitia? Rñdeo, diſtinguẽdo: aut obſtaculũ cohęret ꝑſonę, in q̃ cõfert̃ bñficiũ, aut rei: ſi ꝑſonę, tunc Rom. cõſ. 327. iſtę ſunt rõnes nu. 10. diſtinguit: Aut obſtaculũ ꝓuenit à iure poſitiuo, Aut nõ: ſi à iure poſitiuo: tenet ꝙ ſit ſublatũ virtute mot⁹ ꝓprij, mouetur q; auctoritate textus in l. 2. C. de crim. ſacrileg. reprobãs gl. ĩ clem. ſi Roman⁹. de ꝑbẽ. ſed tu, reprobato Romano, teneas indiſtinctè cũ gloſ. in d. clem. ſi Romanus: ꝙ hac clauſula obſtaculũ, coherẽs ꝑſonę nunq̃ tollit̃. q̃ gloſ. ſequunt̃ Rot. deciſ. 7. aliàs 112. nu. 1. & ibi Additio nu. 3. de ꝑb. in nou. & deciſ. 71. aliàs 445. nu. 2. de reſcrip. in antiq. Fely. in d. cap. ad aures, nu. 7. de reſcrip. & Staph. de lit. grat. De vi & effect. clauſ. §. ſubſequẽter nu. 2. dicẽs, ꝙ illã gl. ſequit̃ totus ferè mundus, & de cõi * vr̃ teſtari Pariſ. cõſ. 1. nu. 74. lib. 1. quia, vt aiũt, licet motus ꝓprius auferat ſubreptionẽ, tñ nõ inducit diſpẽſationẽ circa ĩhabilitatẽ ꝑſonę, quia diſpẽſatio circa ĩhabilitatẽ ꝑſonæ dr̃ odioſa, vulnerãs ius cõe, & ꝓpterea nõ tolli ꝑ motũ ꝓpriũ dixerũt ẽt Dñi de Rot. in deciſ. diuerſ. deciſ. 240. nu. 2. & 3. par. 1. Quare defectus ꝑſonæ, qui obijci nõ põt ꝑ viam ſubreptionis, põt obijci ꝑ viã iuris cõis: vide ẽt ꝓ iſta opinione Menoch. d. caſ. 201. nu. 81. & 82. vide ẽt ꝓ eadẽ ſententia q̃ ſcribit Staph. ibidẽ de vi, & effec. clauſ. §. 5. nu. 2. fol. 169. vbi vnà cũ Franco, reprobata opinione Dñici, tenet ꝙ motus proprius non ſuppleat defectum ætatis, & ad tex. in dicta l. 2. in qua ſe fundat Rom. rñdet idẽ in dicto §. ſubſequenter. nu. 5. & 6.

Si verò cohæret rei: tũc Menoch. vbi ſup. nu. 80. tenet indiſtinctè, qđ tollat oẽ obſtaculũ: Tu verò diſtingue, aut illud obſtaculũ ꝓuenit à iure tertij, vtputa, quia tertius habet ius patronat⁹: Aut nõ ꝓuenit à iure tertij. ſi primo caſu: dico idẽ, ſcilicet, ꝙ motus ꝓprius nõ operat̃ in ꝑiudiciũ tertij Rot. d. deciſ. 71. nu. 1. de reſcr. ĩ antiq. & diuerſ. d. deciſ. 240. nu. 2. Fely. d. c. ad aures, nu. 8. & cõiter * oẽs in diuerſis locis: ſi ſcđo caſu: dico, ꝙ mot⁹ ꝓpri⁹ operat̃: & ita ꝓcedat text. in c. ſi motu ꝓprio, de ꝑben. in 6. & hęc de iſta clauſula.

15 † Inuẽta eſt pariter clauſula: *Ex certa ſcientia*, q̃ habet maiorẽ poteſtatẽ, q̃ clauſula *Motu proprio*: quia, vt notat Staph. dicto §. ſubſequẽter. nu. 6. fol. 161. Princeps tunc vr̃ diſpenſaſſe circa inhabilitatem perſonæ, & ita ait procedere textũ, quẽ allegat Romanus, & nos retulimus ſupra num. ꝑcedẽti.

16 † Inuentæ ſunt pariter aliæ clauſulæ ſecundum naturam negocij, ſuper quo ſupplicatur, verbi gratia: ſi ſupplicetur ſuper cauſa beneficiali: tunc quia

P com-

commissio, impetrata super beneficio ante expeditionē literarum, esset nulla propter regulam 31. Cācellariæ: ad hoc, vt remaneat valida, solet apponi istà clausula. *Non obstantibus regulis Cancellariæ illa præsertim, qua caueri dicitur, vt cōmissiones &c.* Et Signatura solet cum hoc tēperamento rescribere; *dummodo literæ expediātur ante terminū ad articulandum, & interim beneficium nō censeatur litigiosum, nec sit locus regulæ, de subrogandis*, vt tradunt Vestr. in pract. lib. 3. ca. penult. nu. 3. & Mādos. tract. de commiss. commiss. 2. causæ beneficiariæ in fine, vbi loquitur remissiuè, & clarius, ac latius Gomes. in compēd. vtriusque signat. versiculo, ad propositum fol. mihi 510. cum seq. per totum, ad quos te remitto, cū sit materia, quæ non respicit scopum nostri operis.

Alias clausulas, quæ in commissionibus apponi solent, breuitati studēs omitto, poteris tu videre Staphil. dicto tractatu de lit. grat. de vi & effect. claus. ꝑ totum. Et Vestr. dicto lib. 3. cap. 9. num. 7. cum seqq. & Mandos. dicto tractatu de commis. & hæc de requisito, quod consistit intrinsecus.

17 †Quod consistit extrinsecus est, vt rescriptum sit expeditum in forma solita, & cōsueta: etenim si est rescriptū Imperatoris debet in eo esse appositum sigillum habens eius imaginem cum paludamento regali, & cum sceptro in manibus, vt tradit Papien. in pract. in form. opponen. contra instrumentum in glo. eius sigillum fol. mihi 355.

Requiritur etiam, ꝙ sigillū sit integrū, non minutū, aut fractū, & debet habere ceram veterē, vel nouā iuxta tēpus rescripti, seu priuilegij: Itē rescriptū debet esse sine aliqua litura, seu inquā literarū abrasione, & sine diuersitate literarū, & deniq; debet carere omni suspicione, vt tradit Papien. vbi sup. Debet pariter carere vitio erroneæ, seu inquā falsę locutionis, quia error in grammatica vitiat rescripta, maximè Papalia, & Imperialia, cap. significantibus, & c. ad audientiā, & ibi latè Fely. ꝑ totū, de rescr. & notauit etiā Papien. vbi supra in gl. erratū. fol. 355.

Requirebāt etiā de iure ciuili, ꝙ rescripta essent exarata colore purpureo, & in mēbranis, ac etiā manu ipsius Imperatoris subscripta l. sacri affatus. C. de diuers. rescript. sed hoc de consuetudine non seruatur, teste etiam Ias. in dicta l. sacri affatus.

Verum, ne pluribus circa hæc requisita extrinseca insistā, dico, seruandū esse stylum, & consuetudinē: Etenim hic in Vrbe Rescripta Papalia nō vno, eodemq; modo expediuntur, sed diuerso. Nā licet cōmissiones, breuia, & rescripta largè sumpto vocabulo, omnia rescripta dicant: ꝓpriè tamē & strictè sumpto, differunt, & ꝓpterea ꝑ diuersos ministros super diuersis materijs sub diuersa forma expediūtur, sicuti testant Staph. de liter. iust. in pludio nu. 1. cum seqq. fol. mihi 267. & tract. de liter. Apostol. in forma Breuis. num. 2. cum seqq. fol 355. & Vestr. in pract. lib. 1. cap. 3. num. 9. quos tu in occurrenti casu poteris consulere.

Et quantum attinet ad expeditionē cōmissionū, q̄ fiunt hic per Signaturam iustitiæ, de qua, vt promissis supra sub nu. 6. satisfaciamus, nonnulla dictu

18 ri sumus: †illud in primis sciendū est, ꝙ etsi antiquitus litigātes mirum in modum affectarent subscriptionem manus propriæ ipsius Pontificis, maximè apud Iudices in prouincijs, hodie tñ ista anxietas est sublata ex constitutione Papæ Pauli, qua cauet, vt in his, quæ iustitiam concernunt, rescripta Cardinalis Signatoris eiusdē sint virtutis, & auctoritatis in omnibus per omnia, & apud omnes, ac si manu ipsius Pōtificis essent signata, prout refert etiā Vestr. dicto cap. 3. sub nu. 2. Quare cōmissiones in Signatura iustitię signant à Cardinale, qui est illius Præfe

19 ctus.† Cęteri verò Prælati, qui dicunt Referendarij iustitiæ, seu, vt vocant ab Inn. in c. ex literis, nu. 3. de rest. in integr. Referendarij in ea veluti membra interueniunt, & hi quamuis tempore Iustiniani Imperatoris fuerint octo, vt patet in Auth. de Referē. tñ summi Pontifices propter importunitatē Potentum plures qñq; creauerunt: Nā Alexander Septimus statuit, Referēdarios gratiæ debere esse vndecim, & totidem iustitiæ, vt refert Gomes. in cōpēd. vtriusq; sign. versic. superest modo fol. mihi 499. & deinde eorum numerus hac nostra tempestate fuit mirum in modum auctus, & per constitutionē Sixti V. Incipientē, Quemadmodū §. 1. sub dat. Romæ anno 2. eius Pontificatus, decimo Calen. Octobris fuit præscriptus vsque ad centū, ex quibus decē & octo disposuit esse debere Referendarios Signaturæ gratiæ, quā Bullam poteris legere, quia disponit cuius moris & ætatis debeant esse, & quibus priuilegijs gaudeāt, & quomodo creādi sint, & multa alia.

20 †Horū Referendariorū munus est videre Commissionē, seu inquam supplicē libellū partis sine aliquo pręmio: imò debent abstinere ab esculentis, & poculentis, vt dixi infra c. 87. sub nu. 12. quo libello bene inspecto, ac diligenter considerato, is Referēdarius, qui eū vidit, aut iudicat, petita esse concedenda, aut neganda: aut subsistit: si cōcedēda, quia sint iuri consona, seu aliàs solita concedi, vtputa, si peteretur, causam, & causas appellationis committi, tūc debet sua propria manu scribere suū nomen in capite à latere sinistro Cōmissionis, qua sui nominis suprascriptione significat Cardinali Signatori, postulata esse concedenda: Vestr. dicto c. 3. nu. 2. Quæ Commissio ita, vt loquunt, referēdariata, dat à supplice in manibus Præpositi supplicibus libellis, qui est substitutus Illustrissimi Cardinalis Signatoris, vocaturq; hodie Tudescus, qui, vbi sibi videat esse malè formata, illā reijcit, vt melius formet, sin aūt sibi videat bene formata, faciet, eā signari à Cardinale signaturę Pręfecto modo, & forma, quos docui infra: eaq; vbi fuerit à Cardinale signata, expedit eodē modo, quo expeditur illa, quæ signatur in plena signatura de voto plurium Referendariorū: quem modū docui infra sub nu. 20. At quæro, q̄ū iste Referendarius, cui datur commissio, possit ita cito deliberare, nū res petita sit concedenda, vel nō? Respondeo, vltra quod isti Referendarij deberent esse iurisperitissimi, habent nōnullas certas regulas ad cognoscendū, qñ petita sunt negāda, inter quas illa sit prima, cū peterēt aliqua sanatio contractus, seu testamēti inualidi, aut cōfirmatio, seu derogatio alicuius consuetudinis, seu statuti, Et denique quia in ista Signatura tractatur solum de his, quæ sunt de iure; idcirco prædicta & omnia similia, quæ tangunt merita causæ, darentque nouum ius veniunt

reijcien-

reijcienda,& poſtulanda in Signatura gratię: Vide Staph.de lit.iuſt.De ſanatione contractus inualidi, nu.1.cum ſeqq.fol.mihi 286.Gomeſ. in compend. vtriuſque ſign. verſiculo, Et adeo fol.498. & Marcheſ.tract.de commiſſ.par.1.De commiſſ.auocatio.cauſ.cap.1.num.15.

Quòd ſi petita non reſpiceret merita cauſæ, ſed ſolum ordinem iudiciariũ,proponuntur in Signatura Iuſtitię,vtputa,ſi peteretur derogatoriè ad ius cõmune,quòd cauſa committeretur ſummariè,ſine figura,& ſtrepitu Iudicij.

Secunda regula,quando peterentur eadem,quę ſemel iam in eadẽ Signatura fuiſſent reiecta, quia tunc commiſſio non eſt,vt loquunt̃ referendariãda, teſte Veſtr.dicto ca.3.nu.4.Imò Alexander Sextus ſub pęna excõicationis ipſo facto incurrendæ prohibuit,ne ſemel reiecta amplius proponantur,vt refert Gomeſ.in cõpend.vtr.ſign.verſiculo, itẽ voluit fol.mihi 502.in fine, & eadem pœna excõicationis ipſo facto incurrendæ eſt impoſita Referendario, qui ſcienter, commiſſionem ad ſe, vel ad ſuos conſanguineos vſq; ad tertium gradum affinitatis, ſeu conſanguinitatis pertinentem proponeret, Gomeſ. dicto fol.502.verſiculo, Item eſt ordinatum.

Tertia regula,quãdo peteretur, committi aliquã cauſam,quæ iam eſſet cępta in partibus,& maximè ſi foret inſtructa,& eſſet prophana, quia tunc nõ daretur commiſſio auocatoria,niſi ob iuſtam cauſam, prout docui infra. . . . . Et hæc currenti calamo dicta ſint,quando Referendarius iudicat, petita eſſe concedenda. Si verò iudicat, eſſe neganda iuxta ea,quæ modo retuli ſupra, reſpuit commiſſionem. Si verò ſubſiſtit, vtputa, quia res poſtulata ſit grauis:tunc proponet illam cõmiſſionem in Signatura, cuius iudicio Cardinalis Signator reſpuet,aut cõcedet iuxta plurium votum:& vbi orator haberet contradictorem, Referendarius mandabit,illum citari, quo audito, deliberabit num debeat illã referendariare,vel potius,vt dixi, illam proponere in Signatura,hac præuia citatione, executioni mandanda per vnum ex Curſoribus *Rpd. N.Citetur N. ex aduerſo principalis ad dicendum cauſam,quare Commiſſio, cuius copia ad ſe tranſmittitur, ſignari non debeat pro craſtina die de mane hora campanellarũ, & quatenus opus ſit ad informandum pro prima Signatura,alias videndum illam per Dominum proponi, altera tantum parte informante, Inſtante. N. principali,ſiue eius procuratore.*

Qua citatione executa, habitaque illius relatione, ſolẽt litigatores die præuia Signaturæ vnà cum ſuis Aduocatis,& procuratoribus eſſe apud Referẽdarium,proponẽtem, alioſq; principaliores Signaturæ Referendarios,& eos in voce, & in ſcriptis informare,nunquã tamen, vel raro audiuntur in contradictorio,teſte Veſtr.dicto c.3.nu. 3. Adueniente die Signaturæ, quæ eſt dies Iouis, Referendarius proponens Poſtulata breuiter refert in Signatura, abſtinendo ſe à prolatione voti, ibiq; diligenter inter Referendarios re diſcuſſa, Cardinalis ſignator rem poſtulatam reſpuit, aut concedit iuxta plurium Referendariorũ votum:ſi reſpuit, non eſt quòd dicamus aliud:ſi concedit,tũc vario reſcriptorum genere concedit iuxta variam naturam negotiorũ, & commiſſionum,quæ ibi proponuntur: Regulariter tamen ad iudices in vrbe, ita ſolet reſcribere *Placet D.N.PP. Io. Baptiſta Cardinalis Caſtruccius* ſeu magis per extenſum.

Placet D.N.PP.prout de iure Io.Paptiſta Cardinalis Caſtruccius.

Ad iudices verò in Prouincijs ſolet reſcribere. *Conceſſum in præſentia Domini noſtri Papæ Ioãnes Baptiſta Cardinalis Caſtruccius*, vel extenſius,vt dicebam.

Conceſſum, prout de iure in præſentia Domini Noſtri Papæ Ioan.Bapt.Cardinalis Caſtruccius.

Illud tñ non eſt ignorandum, ꝙ antiquitus etiam in Signatura iuſtitiæ reſcribebatur ꝑ verbum *fiat*, vt reſcribebatur,& reſcribit̃ in Signatura gratię: verum hodie ad differentiã Signaturæ gratiæ reſcribitur ꝑ verbum *placet*,ſeu *conceſſum*, vt in exẽplis ſupraſcriptis: vide Gomeſ.in cõpend.vtriuſq; ſign.q. 16.verſiculo,circa primum,cũ ſeqq.fol.mihi 487.

Hæc cõmiſſio ſupradicto,vel alio ſimili reſcripti genere ſignata accipit̃ à Tudeſco,qui,ſi reſcribatur ad Iudices Romanæ Curiæ, eã, aliter non regiſtratã,tranſmittit ad Cancellariã,vbi is,quẽ Cãcellarię Regentẽ vocamus,& vice Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Cardinalis Domini Alexandri Peretti de Montealto Vicecancellarij Commiſſiones diſtribuit Prælatis per turnum,& vt plurimum Auditoribus Rotæ,& quandoque etiam Epiſcopis, vt tradit Staph.De lit.iuſt.in præludio nume.5.& 6.fol.mihi 268.reſpõdetque ad omnia capita commiſſionum, ſolet ita regulariter reſpondere.

De mandato Domini Noſtri Papæ audiat Magiſter I.Caualerius: citet,procedat prout de iure, & iuſtitiam faciat.

Et ſi q̃ alia libello conceſſa ſunt,ad ſingula rñdet, eiuſq; rñſum vocamus ſignaturæ extenſionem: de qua extenſione poteris tu legere Raymundum, antiquũ Rotæ Auditorem in quodã ſuo Indice:in verbo Signatura, & nonnullas deciſiones Rotæ, quas allegat Gomeſ.vbi ſupra,verſiculo,quantum vero, fol. mihi 498. Demum vbi ipſe Regens Cancellariæ reſponderit, illam Commiſsionem tranſmittit ad Bancum Curſorum,quorũ is, ad quem ſpectat, quia ſimiliter fit inter eos diſtributio per turnum,p̃ſentat illam Iudici Delegato.

Quòd ſi dirigatur ad iudices in Partibus, cõmiſſio non peruenit ad manus Regentis,ſed tranſmittitur ab eodẽ Tudeſco ad Datariã abſque alia Regentis extenſione Signaturæ, ibique dies datæ annotatur, & inde tranſmittitur ad Regiſtrum, vbi in publicis libris de verbo ad verbum tranſcribitur:vide Gomeſ.vbi ſupra verſiculo, Poſtquam fol. mihi 511.& Veſtr.dicto cap.3.

Commiſſione Iudici Delegato præſentata, ſupplex incontinenti facit, citari partem aduerſam ad dicendum contra commiſsionem in actis præſentatam ad primam diem.

Et hæc dicta ſint circa ſtylum, & expeditionem reſcriptorum, ſeu inquam commiſſionum ad lites: occurrunt modo in eo nonnullæ difficultates.

21 †Et prima,quomõ ex Signaturæ reſcripto poſſit

apparere causam committi ad iudices in partibus, & non ad iudices Romanæ Curiæ?

Respondeo, quãdo in corpore commissionis petitus est iudex in partibus, & rescriptum est sub illa forma *concessum &c.*

22 † Secunda: dicebamus supra, sub nu. 20. ibi, *si vero subsistit*, quòd si Referẽdarius subsistit, an res postulata sit concedenda, necne, mandabit, citari partẽ aduersam, dubitatur, an ista citatio sit necessaria, vel potius ad bene esse? Respondeo distinguendo: Aut postulatur rescriptum decisiuum causæ, seu ex quo aliter partis ius valde lædi potest: & tunc teneo indistinctè, ꝙ citatio sit necessaria, prout tradit Bar. in l. 2. nu. 3. C. de temp. appel. & consuluit Soc. cons. 164. nu. 19. & 26. lib. 2. & pro ista opinione plura nõ adduco, quia copiosè probatur ex ijs, quæ scripsi ĩfra c. 88. nu. 1. & seqq. vnde apparet, perperam locutum esse Asinium in sua pract. §. 7. cap. 5. limitat. 4. dum indistinctè tradit, citationem non esse necessariam in concessione rescriptorum: limita tñ. quando notoriè constaret, nõ competere aduersario aliquã defensionem, vt dixi dicto cap. 88. num. 20.

Aut verò postulatur rescriptum non decisiuum, & non grauiter lædens ius partis, & tunc citatio nõ est necessaria, quia citatio fiet, deinde in processu, vt tradit Bal. in dicta l. 2. nu. 4. C. de tẽp. appel. quẽ refert & sequit̃ Fely. in cap. cum olim, nu. 6. de sent. & re iud. & ita procedat quod asserit Asin. vbi supra, & maximè si pars aduersa non esset p̃sens in Curia per ea, q̃ notat Bar. in Auth. offerat̃ nu. 10. C. de lit. cõtest. & refert, & sequit̃ Fely. dicto c. cũ olim nu. 9.

23 † Tertia: nunquid iudici delegato acquiratur iurisdictio à die præsentatę Commissionis? Rñdeo, ꝙ sic, cap. in nostrum, & ibi Moderni, & ca. super eo, de appel. Lud. Rom. cons. mihi 353. Quoad primũ nu. 8. Rot. decis. 6. aliàs 654. de rescrip. in antiq. Staphil. de lit. iust. Decretũ irritãs, an necessario &c. nu. 2. fol. mihi 340. Lud. Gomes. in ca. ipso iure, nu. 21. de rescrip. in 6. & in cõpend. vtr. sig. versic. Postquã igitur fol. mihi 506. & Rota diuers. decis. 25. num. 5. par. 1. Quæ iurisdictio post subsecutũ citationis decretum dr̃ quoad Iudicem perpetuata c. gratum, de off. deleg. Rot. decis. 9. nu. 2. de dol. & cõtu. in antiq. Ias. in l. more maiorum, nu. 58. ff. de iurisd. omn. iud.

Ante præsentationem verò Cõmissionis nullã habet iurisdictionẽ etiam quod sciat, se esse deputatum iudicẽ, & etiam ꝙ inciperet procedere post rescripti datã: etenim processus dicerẽt nullus ob defẽctũ iurisdictionis, vt tradit Maran. in suo Spec. dist. 16. nu. 8. limitat tñ, vt non sit verũ, si pars non opponeret.

24 † Quarta difficultas est: intra quãtum tẽporis spaciũ debeat Orator obtẽtũ rescriptũ p̃sentare: vide ad hãc difficultatẽ quę scripsi infra c. 97. nu. 154.

25 His difficultatibus dissolutis, † Quæro in ꝓposito nostro, quomodo processus, & iudiciũ possit incipere à cõmissione? Rñdeo, in primis videndum esse, nunquid rescriptũ, seu inquam Cõmissio sit de processu: Etenim, si non est de processu, frustra q̃rerẽt, an processus ab ea inchoet̃: & breuiter agendo, distinguo: Aut consideramus rescriptũ, hoc est, commissionem anteq̃ sit præsentata, & tunc non dr̃ de processu: vnde clarũ est, ꝙ ab ea non datur initium processus. Aut consideramus post præsentationẽ illius, & tunc insurgit difficultas: Nam videtur dicendum, ꝙ adhuc non sit de processu: Primo, quia gl. in l. fina. §. illud in verbo, exordium, C. de temp. appel. & Pau. de Cast. cons. 88. quos refert & sequitur Ioseph. Cum. super Ritibus Siciliæ cap. 87. nu. 2. & 6. tradunt, causam non inchoari ante litis contestationẽ: secundo, quia si libellus non dicitur de processu ante citationẽ: ergo multò minus dicẽt de processu commissio: probat̃ consequentia, quia in ordinarijs libellus est magis proximus litis cõtestationi, à qua iudicium, & processus propriè sumunt initiũ, q̃ Cõmissio, & in summarijs, in quibus commissio potest stare loco libelli, saltem est in pari gradu, ꝙ autem libellus non sit de processu ante citationem tradunt Bar. in Rub. nu. 1. C. de in ius voc. & Fely. in ca. quoniam contra nu. 9. de probat. & in cap. 1. nu. 1. de libel. oblat. & in proprijs terminis, ꝙ rescriptum non sit de processu ante citationẽ, quamuis sit p̃sentatũ tenet Gomes. in dicto cap. ipso iure num. 22. motus ea ratione, quod iudicium incipiat à citatione, & faciũt in terminis quæ dixi supra c. 8. nu. 7. cum seqq.

Contraria sententia videtur probari ex textu in c. vt debitus, de appel. quia quilibet actus videtur esse de processu: siquidem processus dicitur totum illud, quod in iudicio ventilatur, & producitur à partibus, scribendum per Notarium vsque ad sententiam argumento textus in dicto c. quoniam contra, de probat. & tradit Gomes. dicto c. ipso iure, nu. 24.

Quid dicendum? Rñdeo distinguendo: Aut sumimus processum pro iudicio, Aut non. si sumimus, rursus distinguo: aut sumimus iudicium strictè, & in esse deductum; aut large: si strictè, & in esse deductum; verum est, quòd non incipit à commissione, neq; à libelli oblatione; imò neque à citatione, sed solũ à litis contestatione: si largè, dico, ꝙ potest sumere initium à quolibet actu: vt hæc omnia vberius declaraui supra c. 8. nu. 11. si verò nõ sumimus processum pro iudicio, sed generaliter pro toto illo legitimo ordine, secundũ quẽ controuersiæ causarũ, cognitæ ex bono, & æquo, celeriter definiunt̃, vt sumit Gasp. Cabal. in suis glos. sup̱ cõstit. Marchiæ lib. 6. ca. 24. nu. 1. seu pro tota illa congerie actorũ, q̃ ventilant̃, & producunt̃ in iudicio, scribenda à Notario, vt dixi superius ex sententia Gomesij: dico, ꝓcessum posse incipere ẽt à p̃sentatione commissionis iuxta ea, q̃ dixi infra nu. seq. & libelli oblatione, & quia hoc satis declaraui supr. dicto c. 8. nu. 11. pluribus non insisto: Rñdeo solum ad contraria: Non obstat primũ, quia affertur triplex solutio, prima, ꝙ illud est verum respectu instantiæ causæ, q̃ incipit currere à litis contestatione, vt dixi infra in cap. vltimo, nu. 12. Secũda, ꝙ est verum respectu auocationis causæ, quę, vbi fuerit lis contestata, auocari non põt, sic dicit & cõsiderat Cumia loco allegato: Tertia, & est generalis, ꝙ est verũ, si sumat̃ iudiciũ strictè, & propriè. Minus obstat secũdũ, quia cũ nos in isto primo libro non agamus de iudicio, strictè sumpto; sed de primordijs ad ipsum iudiciũ, & sic de iudicio, largè sumpto, rñsio satis patet ex p̃dictis. Hac difficultate sublata, redeo ad q̃sitũ, & rursus distinguo: Aut sumus in beneficialib⁹: aut ĩ ꝓphanis: si in benefi-

beneficialibus: tunc, quia reſcriptum ſtat loco libel-
li, dicimus, proceſſum ab eius præſentatione incipe
re, tanquam ab ipſius libelli oblatione, vide Spec. ti.
de libell. concept. §. nunc dicendum ſub num. 5. ibi,
ſexto, & Lanfranc. de Orian. in dicto ca. quoniam
contra, nu. 174. de probat. & quæ dixi hic infra. ſi in
prophanis, rurſus diſtinguo: Aut procedit ſumma-
riè, de plano, ſine figura, & ſtrepitu iudicij: Aut ordi
nariè. ſi ſummariè, dico idē, quod dixi in beneficia-
libus: vide Abb. in cap. præterea, ſub nu. 7. de dilat.
Alex. cōſ. 201. in cauſa, & lite nu. 1. lib. 2. Imol. in l. ſi
quis filio. §. hi autē. ff. de iniuſt. rupt. Lanfr. de Oria-
no in dicto ca. qm̄ contra Dec. conſ. 483. nu. 7. lib. 3.
Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 6. verſiculo, præterea ſcias,
Grat. conſ. 12. nu. 14. lib. 2. Et ꝙ in Curia ita frequē-
ti vſu receptum ſit teſtatur Vant. tract. null. Rub. de
null. ex def. proceſſ. nu. 20. in fine: aduerte tñ, quia,
vt tradunt Abb. & Vant. in locis allegatis, & cōmu-
* niter * oēs, debet, qui præſentat reſcriptum in ſum-
marijs, illud reproducere loco petitionis, & petere,
vt fiat prout in eo. Quare collige tu vna cum Lan-
franco loco citato, vtile eſſe, ꝙ obtineatur reſcriptū,
vt procedatur ſummariè, quia non requiretur alius
libellus. ſi ordinariè, rurſus ſubdiſtinguo: Aut queri
mus, nunquid præſentatio reſcripti poſſit ſtare loco
libelli ad effectum, vt Iudex alio libello non porre-
cto, poſſit ferre ſententiam: Aut nunquid poſſit ſta-
re loco libelli quoad denegandas inducias, itē quo-
ad perpetuandā actionē: ſi primo caſu: dico, ꝙ non,
& ꝙ ſentētia, lata ſine libello, eſſet nulla per ea, quæ
tradunt Lanfranc. de Oriano dicto cap. qm̄ contra,
nu. 174. & Vant. dicta Rubr. de null. ex def. proceſſ.
nu. 19. ſi ſecundo caſu: dico quod ſic per ea, quæ tra
dunt ijdem Lanfranc. & Vant. in locis allegatis. Et
ſic habes, quomodo in ſummarijs poſſit initiari pro
26 ceſſus à præſentatione commiſſionis. † Illud poſtre-
mo loco notandum eſt, quod commiſſio, poſtquam
eſt preſentata, efficitur cōis vtrique parti. l. 1. §. edē-
da. ff. de eden. Hoſtien. & Innoc. in cap. ex conque-
ſtione, de reſtitu. ſpol. quos refert, & ſequitur Ioan.
Crot. de Monteferrato in dicto cap. ipſo iure nu. 2.
de reſcrip. in 6. Idem tradit etiam Staph. de lit. iuſt.
Rub. De gratia apoſtolica ante literarum cōfectio-
nem nu. 9. fol. mihi 274. immo, vt ait Crauet. conſ.
45. nu. 2. lib. 1. efficitur communis etiam litis conſor
ti illius, qui illam impetrauit.

De commiſſionibus, & Reſcriptis ad lites in cauſis Criminalibus, & hæreticæ prauitatis. Cap. LXV.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſiones, ſeu reſcripta ad lites, an dentur in cauſis criminalibus, & Aduocatorum Conciſtorialiū munus in quo verſaretur antiquitus, & in quo verſetur hodie.*

2 *Cardinalium Diaconorum munus quale ſit, quando expectatur nouus Cardinalis, ſeu Legatus ad publicum Conciſtorium.*

3 *Commiſſio, ſeu reſcriptum an poſſit fungi vice querelæ, & an in leuibus delictis procedatur ſummariè de iure.*

4 *Probatio ſemiplena, an ſufficiat ad condemnandum criminaliter, quando proceditur ſola facti veritate inſpecta.*

5 *Probatio maior ſemiplena ad quid ſufficiat in cauſis criminalibus.*

6 *Signatura quomodo reſcribat in cōmiſſionibus cauſarum criminalium.*

QVIA in proximè præcedenti
capite ſatis dictum fuit de na-
tura, & qualitate commiſſio-
num, hic ſolum quæro de non-
nullis.
1 † Et primo, nunquid in cauſis
criminalibus dentur, ſicut in ci
uilibus cōmiſſiones, ſeu inquam reſcripta ad lites?
Reſpondeo, ꝙ ſic, quia non apparet ratio diuerſita-
tis, & in criminalibus proceditur ad inſtar ciuilium,
vt tradit Boſſ. tract. crim. tit. de ſenten. num. 7. Et ad
corroborationem adduco: quia Aduocati Cōciſto-
riales, qui olim erāt decem, vt refert Veſtr. in pract.
lib. 2. c. 18. nu. 1. & deinde duodecim, ſicuti notat ēt
Grauat. in paraphraſibus ad Veſtr. vbi ſupr. ſub nu.
2. & fuerant conſtituti ad diſpungēda iurgia, & diſ-
ficultates, quæ coram Pontificio Senatu à partibus
excitabantur circa electiones, promotionesque, fa-
ctas ad Eccleſias in Conciſtorio, quandoquidē ſe-
pe in electionibus oppoſitores detegebantur, & ne
vnicuique indifferenter hoc munus patrocinandi,
orandique apud ſacrum Senatū obire liceret, ſum-
mi Pontifices hunc Aduocatorum Cōciſtorialium
ordinem conſtituerant, qui propterea debebant eſ-
ſe Iuriſperiti inſignes, vt iurium non tātum cutem,
ſed etiam, vt cum Grauatio loquar, ſanguinem, &
medullam ſcirent eruere: hodie, decreſcentibus ne-
gocijs, in Orationibus, quas in publico Conciſtorio
habent apud ſummū Pontificem, confingunt caſus
crudeles, & atroces, quos Sophocleo cothurno, &
verbis fictis, & duris exaggerant, & illæ orationes
ſtant loco ſupplicū libellorū, ſeu inquam commiſſio
nū, quibus poſtulant à ſummo Pontifice, vt cauſam
enarrati delicti committat; prout notant etiā Veſtr.
& Grauat. in locis allegatis. Huiuſmodi aūt oratio-
nes ſuper confictis criminibus habēt in publico Cō
ciſtorio, dum ibi Pontifex vnà cū cæteris Cardinali
bus manet expectans nouum Cardinalem, vel lega
tum, vel aliquem Principis Oratorem, & hoc, vt illa
tēporis intercapedine, qua otioſus expectat, videat
illic adeſſe pp alia ardua negotia, & non otioſè: ita
exiſtimant Veſtr. vbi ſupra, & Gomeſ. in cōpend.
vtriuſq; ſignat. verſic. Vicecācellari⁹ fol. mihi 493.
Staph. tñ de liter. iuſt. ī præludio nu. 4. fol. mihi 268.
aliam aſſignat cauſam: videlicet, vt oēs palā, & pu-
blicè videant, ſummū Pontificē facere iuſtitiā cum
æquitate: quæ cauſa, ſeu inquam ratio impugnatur
à Gomeſio. vbi ſupra fol. 494. nec refero, quia eſſet
rixatio de lana caprina, poſſetq; , vt altercationis oc
2 caſio dirimaī, vtraq; cauſa coniūctim aſſignari. † Cę
terū id nō eſt ignorādū, ꝙ qn̄ expectaī nouus Cardi
nalis, ſeu Legatus, vadunt duo Cardinales Diaconi

 ad il-

ad illum introducendum in Concistorium, secus autem, qn̄ expectatur Ambassiator alicuius Principis.

3 † Secundo quæro: nunquid commissio, seu inquā rescripti possint stare loco libelli, hoc est querelæ? Respōdeo, distinguendo: Aut loquimur in alio delicto q̄ hæresis: Aut in delicto hæresis. si in alio delicto, rursus distinguo: Aut loquimur de iure cōi: Aut secundum consuetudinem, & dispositionem nōnullarum constitutionū: si de iure cōmuni: dico, ꝙ non, quia est offerendus libellus iuxta textum in l. libellorum. ff. de accusat. ex quo in causis criminalibus proceditur ordinariè, & pleno iudicio, vt docui supra cap. 61. nu. 3. & licet in delictis leuibus possit procedi summariè, sicut tradunt Spec. tit. de libel. cōcept. §. Nunc dicendum num. 33. & Bar. in l. leuia per totam. ff. de accusat. tamen, vt ipse Spec. ait, iudex recipiet libellum, & ratio est, quia etiam, quando summariè proceditur, requiritur libellus iuxta ea, quæ scripsi supra cap. 53. num. 14. ad hoc enim, vt cōmissio possit stare loco libelli, requiritur, quod procedi possit summariè, sine figura, & strepitu iudicij, & ita locutus sum supra cap. proximè præcedenti sub nu. 25. ibi. *Aut proceditur summariè &c.* quamuis Doctores, ibi allegati, non ita plenè loquantur. Si vero de consuetudine, & secundum dispositionē nonnullarum constitutionum: dico, ꝙ commissio potest stare loco libelli, ex quo in causis criminalibus proceditur manu Regia, & arbitrario quodam modo, vt docui supra cap. 50. nu. 34. & c. 51. nu. 30. & ꝙ etiam in delictis procedi possit sola facti veritate inspecta patet ex eo, quod scribit Boss. tract. crim. tit. de inquisit. nu. 44. Quare ambigendum non est, Principem posse rescribere iudici, vt in causa criminali procedat summariè, sine figura, & strepitu iudicij, cum id illi liceat sine aliquo Principis rescripto: & hæc de delicto non hæreticali: Si loquimur de delicto hęresis: dico, ꝙ non solum de consuetudine, quæ viget generaliter in omnibus delictis, sed etiā de iure cōmissio potest reproduci loco libelli, quia de iure in isto delicto potest procedi simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicij cap. statuta, de hæret. in 6. quod autem possit reproduci loco libelli in causis, in quibus procedi potest summariè docui supra c. proximè præcedenti. num. 25. versus finem.

4 † Tertio quæro, nunquid in causis criminalibus, quæ sola facti veritate inspecta committuntur, sufficiat semiplena probatio cum interuentu iuramenti suppletorij? Respondeo distinguēdo: Aut causa est ardua, vtputa, quia agat̄ de vita hominis, seu de pęna corporis afflictiua, seu de maiori parte bonorū: Aut non est ardua, quia agatur de pęna pecuniaria, & cā non magna: Si primo casu, rursus distinguo: Aut qualitas causæ non fuit narrata Principi: Aut fuit narrata: Si non fuit narrata, non est dubium, ꝙ requiruntur probationes luce meridiana clariores, quia nulla debet haberi cōsideratio dictę clausulę, & sic remanet sub dispositione iuris cōis, secundum quod requiritur plena probatio etiam si procederet summariè? Rn̄deo, ꝙ non per ea, quæ dixi supra c. 53. sub nu. 23. ibi. *Item nunquid.* Et addo in ꝓprijs terminis notata per glo. & Doctores in l. admonendi. ff. de iureiur. & Maran in suo Spec. par. 6. actu 9. nu. 7. & facit, quia in crimine hæresis requiritur plena probatio, vt dixi infra cap.... nu..., quamuis in eo procedatur summariè, vt dixi supra cap. 52. nu. 1. & seq.

Neque obstat, ꝙ quādoque in causis summarijs sufficiat semiplena probatio, deferaturq; iuramētū suppletoriū, cōcurrentibus illis sex requisitis de quibus per Maran. vbi supra nume. 4. cum seqq. & per Alex. Stiat. in practica iudiciaria c. 20. & nos in nostro Manuale Iuris in verbo, Iuramentum secundū vnam &c. & dicemus, Deo dante, lib. 2. quia respondetur, illud esse verum in causis modicis, vt loquuntur Maran. dicto nu. 7. & Alex. Stiat. dicto c. 20. nu. 8. & nos diximus supra dicto c. 53. sub num. 15. ibi. *Item in causis summarijs*: & non in causis criminalibus arduis. Si fuit narrata: & tunc videtur dicendū, ꝙ sufficiant probationes præsumptiuæ iuxta ea, q̄ dixi supra cap. 53. nu. 38. Cōtrarium tamen adhuc teneo, quia non est præsumendum, ꝙ Princeps voluerit in tam graue damnū, & præiudiciū inquisiti corrigere ius commune, & subinde tollere ei ius defensionis ei quæsitum, mediante generali dispositione legis: & ita semper vidi seruari, quia nusquam audiui, ꝙ Principes ex dicto vnius condēnari faciant aliquem ad mortē: & certè si in aliquo delicto id esset dispensandum, forsan dispensaretur in crimine hæresis, & tamen etiam in eo requiruntur, vt dixi, plenę probationes: & illa clausula, ne videatur otiosa, operabitur illos alios effectus, de quibus dixi supra dicto cap. 53. nu. 38. Et hæc si causa sit ardua: si non sit ardua, sed sit modica: dico ꝙ sufficiet semiplena probatio, quia videtur causa ciuilis, vt dixi supra ca. 6. nu. 2. causa autem criminalis semper dicitur magna, & ardua.

5 † Quarto quæro, quid si esset probatum plusquā semiplenè? Rn̄deo, posset isto casu iudex torquere grauius, vel extraordinariè, saltē citra pœnam corporis afflictiuā, condēnare, & moueor ex his, q̄ scribit Crauet. cons. 198. nu. 10. quē refert & sequitur Alex. Stiat. dicto c. 20. nu. 39. Etenim licet loquatur de causa ciuili, tamen loquitur, quando causa esset magna: & nos cum simus in causa criminali, quæ dici posset forsan maxima, adhibeo hoc temperamentum, vt iudici liceat condemnare saltem citra pęnā corporalem: & ego ita quandoq; in iudicando practicatus sum, pro qua practica multa scripsi in meo Manuale Iuris in verbo, Indicia indubitata, q̄ qm̄ referā suo loco in 2. lib. ideo pluribus hic nō insisto.

6 † Quinto quæro, qualiter Signatura rescribat in causis criminalibus? Rn̄deo, prout de iure, & aliàs ꝓut in causis ciuilibus secundū naturā, & qualitatē eorum, q̄ postulant: Hoc tn̄ amplius venit notandū, ꝙ si porrigatur commissio super delicto, pro quo venit imponenda pœna corporis afflictiua, Signatura semꝑ in rescripto addet hāc clausulā: *Oratore in carcere constituto*, quod etiā obseruat Senatus Mediolani, qn̄ cōdēnatis, appellationis remedio destitutis, cōcedit literas ad nouas defensiones, quia illas cōcedit cū hac clausula: *Oratore in carcere cōstituto corā eodē iudice, q̄ condēnauit*, prout hęc latius notaui infra c. 97. nu. 148. vbi poteris videre. Et hęc sufficiāt, & si libeat videre subreptiones quomō cōmittātur in rescri-

in reſcriptis, & gratijs obtentis ſuper delictis, vide Moder.in qq.crim.lib.1.q.6.num.47.cum ſeq.

Quando Iuriſdictio cenſeatur conceſſa priuatiuè, & quando cumulatiuè, & ex quibus cauſis auocetur cauſa in Ciuilibus, & Criminalibus. Cap. LXVI.

SVMMARIVM.

1 Cauſa eſt tractanda corā iudice ordinario, quia defectus iuriſdictionis eſt inſanabilis, & iuriſdictio dicitur lapis angularis, & baſis iudicij.

2 Actor debet ſequi forum Rei.

3 Iudex ex quot capitibus poſſit eſſe incompetens.

4 Iuriſdictioni quotupliciter derogetur, & quid ſit derogare aggregatiuè, cumulatiuè, & priuatiuè.

5 Iuriſdictio, quando cenſeatur conceſſa priuatiuè, & quando cumulatiuè, & an feudatario cenſeatur cōceſſa iuriſdictio ſecundarum cauſarum latè diſtinguitur, & perficitur ſub nu.10. ibi, ſi vero eſt delegatus &c.

6 Iudex delegatus ad vniuerſitatē cauſarū q dicatur.

7 Iudex delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, an habeat naturam iudicis ordinarij, vel delegati ad vnam cauſam.

8 Iuriſdictio, an ſit priuatiuè conceſſa quomodo cognoſcatur ex tenore conceſſionis.

9 Iuriſdictioni, an impropriè dicatur derogari, quādo iuriſdictio cumulatiuè, ſeu aggregatiuè cōceditur, & quotuplex ſit derogatio.

10 Iuriſdictio ob quam rationem cenſeatur in dubio cumulatiuè conceſſa.

11 Auocatio cauſarum fit, vel à iudice tantum, & non à loco, vel & à iudice, & à loco, & vtraque vel fit ante ſententiam, vel poſt: hacq; diſtinctio diffuſè, lateq; tractatur, & perficitur num.ſeqq. & præſertim num.19. & 22. & alijs.

12 Negligentia, item denegatio iuſtitiæ inducit auocationem cauſæ: hocq; idem diſponitur per Conc.Trid. cap.Regni Neapol. & Rit. Siciliæ.

13 Suſpicio operatur, vt cauſa poſſit auocari, tam à iudice delegato, quam ab ordinario, ſed cum diſtinctione inter ius, & conſuetudinem, & inter ius ciuile, & ius canonicum.

14 Recuſans iudicem, vel propter negligentiam, vel propter ſuſpicionē, ſeu quid ſimile, nūquid debeat illud caput recuſationis exprimere in libello recuſatorio.

15 Suſpicio, exprimenda in libello recuſatorio, nūquid ſufficiat ſi exprimatur in genere, vel requiratur expreſſio cauſæ ſuſpicionis.

16 Suſpicio, allegata contra iudicem, an ſit probāda per teſtes, vel ſufficiat iuramentum illius, qui eum allegat ſuſpectū, & an in hoc ſeruetur ius ciuile, vel ius canonicum, & an, & quando ſit concedendus adiunctus.

17 Suſpicione allegata quomodo ſit procedendum.

18 Iudex, recuſatus ob aliquā cauſam, nunquid ipſemet poſſit cognoſcere de illa cauſa recuſationis.

19 Incopetentia iudicis, item voluntas Principis inducunt auocationem cauſæ, & dicuntur qualitates extrinſecæ

20 Papa, auocans cauſam beneficialē, an debeat ſua manu reſcriptum auocatorium, ſubſcribere.

21 Auocatio cauſæ, cœptæ corā ordinario, an fieri poſſit ab alio, quàm à Principe.

22 Appellatio infra legitima tempora, & in caſu permiſſo inducit auocationem cauſæ.

23 Cauſa de maioribus, quia ſpectat ad notionem Petri, auocatur à iudice, & à loco.

24 Præſentia vtriuſque partis in Curia, & altera earū litem mouente, operatur, vt cauſa ſit tractanda in Curia, & quomodo Roma ſit patria communis.

25 Perhorreſcentia & timor loci, ſeu potentia aduerſarij, an inducant auocationē cauſæ, & an in Signatura Papæ proponantur cauſæ prophanæ, & an iuramentum perhorreſcentiæ recipiat probationem in contrarium.

26 Conſenſus vtriuſq; partis operatur, vt cā auocetur.

27 Papa quandoque ſpeciali reſcripto cauſam beneficialem auocat, & in curia Romana cōmittit, dummodo non pendeat in partibus.

28 Cauſa prophana regulariter per appellationem non deuoluitur ad curiam Romanam, ſed committitur in partibus.

29 Cauſa beneficialis deuoluitur per appellationem ad Curiam, & quæ forma, vt deuoluatur, ſit ſeruāda.

30 Cauſa ſemel commiſſa in curia inde regulariter amplius non extrahitur: Vnde ſi extiterit appellatum ab aliquo incidenti, & fuerit pronunciatum, malè appellatum, integra cauſa deuoluitur ad Curiam, dummodo ſit ex illis cauſis, quæ deuoluuntur.

QVIA ad cauſarum reſcriptū, ſeu Commiſſionē, de qua egi ſuperioribus capitibus conſequitur qñque cumulatio iuriſdictionis, & qñque priuatio, & cauſæ auocatio, ideo de his hic opportunius, q̄ alibi venit agēdum, & quo facilius res ſuccedat duxi exordium altius repetere.

1 † Sciendū igit̄ eſt, cauſas & iurgia pertractāda eſſe corā Ordinario, vti Iudice cōpetente, & nō corā alio iuriſdictione carēte, quia vniuerſus proceſſus nullitatis vulnere nunq̄ ſanabili exulceratus remaneret, ſiquidē nullus iſto maior, ac inſanabilior defectus in iudicio reperit̄, ex quo iuriſdictio dr̄ baſis, & lapis angularis totius iudicij, quo ſublàto, cętera ędificata corruūt, vt tradit Vāt.tract. null. Rub.de mod.& ordin. viden. proceſſ.nu.2. & Rub. quis poſſ.dic.de null.ſub nu.36.verſiculo, Et nō tātū.& latius in Rub.de null.ex defec. iuriſd. nu. 1. cū ſeqq.vbi oſtendit nullitatē prouenientē ex defectu iuriſdictionis nō intelligi excluſam ꝑ ſtatutū, excludēs oēs, & quaſcunque nullitates, quis aūt dicatur Iudex ordinarius breuiter indicaui ſupra c. 16. n.5.

2 † Eſt agēdū corā ordinario, ita tñ, vt actor ſequat̄ forū Rei l.iuris ordinē C.de iuriſd.omn.iud. vel, ſi in rē agat, forū, vbi res cōtrouerſa ſita eſt, vt dixi ſupra cap.11.num.31. Et quidem ſatis adhuc non eſt adire iudicem ordinariū Rei, ſed requiritur, quòd is ſit competens, aliàs nulliter ageretur l. ſecūdum Diui.C. de donat.l.fin.C.de emancipat.Dec.conſ. 557.num.11. & 14.lib.4. & Guid. Pap. deciſ.333.

& ſatis patet ex his, quæ dixi ſupra nu. antecedenti.

3 † Quæ poſſunt reddere Iudicem incompetentē ſunt plura, de quibus hic non eſt agendum, quia nimis extra noſtri propoſiti cancellos vagaremur. vnde vos remitto ad Vant. in dicta Rubr. de nullit. ex def. iuriſd. num. 34. 47. & pluribus alijs: Epitome tamen cauſarum, ex quibus Iudex poteſt eſſe incompetens, ſufficienter cōſtitui autumo ex his quatuor: Ex loco, ex perſonis litigantibus: ex tempore, & ex genere cauſarum, vt tradidi etiam ſupra cap. 10. Ex loco, vtputa, ſi iudex vellet iudicare extra territorium: ex perſonis litigantibus, vtputa, ſi laicus vellet iudicare de cauſis clericorum: ex tempore, vtputa, ſi eſſet ſuſpenſa, aut penitus expirata eius iuriſdictio: Ex genere cauſarum, vtputa, ſi latrunculator vellet iudicare de cauſa ciuili, vel è conuerſo iudex ciuilium de cauſis criminalibus.

4 † Firma ergo remanet concluſio, quod agendum ſit coram ordinario Rei, & competente: Verū quia quandoque eius iuriſdictioni derogatur per delegationem, ſicque auocatur cauſa ab eo, & agēdum venit coram iudice delegato, ideo circa materiā auocationis cauſarum quæro de duobus principaliter, & primo, quot modis poſſit derogari iuriſdictioni? Reſpondeo, tripliciter, Aggregatiuè, Cumulatiuè, & Priuatiuè: Aggregatiuè, quādo iudici cauſæ adiungiẗ alius iudex, vt ſimul procedāt: quo caſu vnus nō poteſt expedire ſubſtantialia iudicij ſine altero, Bal. in auth. habita ſub num. 32. C. ne fil. pro patr. & quia huiuſmodi aggregatio nō fit, niſi expreſſè, nominatim, & apertis verbis, ideo in ea non venit dubitandum: Cumulatiuè, quando ordinarius adhuc remanet iudex, vt in l. 1. & ibi notauit Bar. C. de off. præfect. vrb. & latius Roman. conſ. 393. nu. 1. cum ſeqq. Priuatiuè verò, quando iudex ordinarius remanet omnino ſpoliatus iuriſdictione quoad illam cauſam, ſeu cauſas, alteri cōmiſſas, vt loquitur Affl. deciſ. 41. & ibi Vrſill. in annotatione.

5 † Difficultas tamen remanet: quādo & in quibus caſibus cenſeatur iuriſdictio, ſeu cauſa delegata priuatiuè, & quando cumulatiuè: & quoniam eſt materia valde intricata, vt Ang. ait in l. teſtamenta, nu. 1. C. de teſtam. quem refert, & ſequitur Fely. in ca. paſtoralis, nu. 2. de off. ord. idcirco lōga, & ſeria diſtinctione procedēdum eſt. Aut igitur loquimur reſpectu ipſius cōcedentis iuriſdictionem: Aut reſpectu inferiorum, quibus conceditur. ſi reſpectu concedētis: dico, ſi aliter non appareat ex tenore conceſſionis, ꝙ regulariter intelligitur cumulatiuè conceſſa Bal. in l. qui ſe patris, ſub num. 13. ibi. *Item in conceſſis*. C. vnde liber. dicens, in conceſſionibus iuriſdictionum auctoritatem ſuperioris concedentis pręſeruari ſemper illęſam, cum citra eius voluntatem nequeat exerceri iuriſdictio. Et quod Papa, alicui iuriſdictionem committens, maiorem ſibi reſeruet, tradit idem Bal. cōſ. 326. Rex Romanorum in fine lib. 1. & apertius Staph. de lit. grat. in præfatione nu. 4. Hoc idem dico de Epiſcopo, committente iuriſdictionem ſuam Vicario, & de quolibet alio inferiore, habente facultatem committēdi iuriſdictionem, quia maiorem ſemper apud ſe reſeruaſſe cenſetur, Abb. in cap. tua nobis, in fine, de off. vicar. dicens, ꝙ is ſuperior poteſt quandocunque reſtringere. & ꝙ hoc ſit generale tradit Rot. diuerſ. deciſ. 297. nu. 3. par. 2. coram Aldobrandino, nunc ob eius merita Pontifice Optimo Maximo, quare nunquam cenſetur priuatiuè conceſſa, Gram. deciſ. 30. vbi nu. 7. ait, de hoc nulli eſſe dubium, & quod num. 4. tradit, fieri locum præuentioni, loquitur inter iudices. Hæc concluſio, ꝙ iuriſdictio, conceſſa, cenſeatur cumulatiuè conceſſa reſpectu cōcedentis, nō eſt indiſtinctè vera: Nam aut cōceditur iuriſdictio vna cum vtili dominio vaſallorum: hoc eſt, feudum, aut conceditur ſola iuriſdictio: Si feudum, rurſus diſtinguo, Aut loquimur de iuriſdictione primarum cauſarum: Aut ſecundarum: ſi primarū, rurſus diſtinguo: Aut feudatarius diligenter adminiſtrat iuſtitiam, aut negligenter: ſi diligenter: dico, ꝙ cenſetur priuatiuè conceſſa, Bal. in l. ſumma rerum, num. 35. ff. de rer. diuiſ. Abb. in cap. cæterum, ſub nu. 7. & 13. de iudic. Fab. Inſtit. de Attilian. Tutor. nu. 7. Curt. Iun. cōſ. 2. Marti. Laud. in ſuo tract. de Princip. Rub. 1. cōcluſ. 138. & plures alij, quos refert, & ſequitur Gramm. dicta deciſ. 30. num. 11. idem tradit Boſſ. tract. crim. tit. de Princip. & priuileg. eius nu. 281. & 282. ſi verò negligenter, tunc non dicetur priuatiuè conceſſa, quia poterit ipſe conceſſor ſe intromittere etiam in primis cauſis Abb. in dicto cap. cęterum, ſub nu. 7. ibi. *fateor tamen*, & nu. 12. de iudic. Fab. & Grammat. in locis proximè allegatis. & Vāt. dicta Rub. de nul. ex def. iuriſd. num. 59.

Si vero loquimur de iuriſdictione ſecundarum cauſarum: dico quòd illa nullatenus conceſſa intelligitur feudatario, ſed remanet integra apud concedentem, etiam ſi feudum eſſet conceſſum cum mero, & mixto imperio, & omnimoda iuriſdictione, Iacob. in ſua inueſtitura in gloſ. cū mero, & mixto imperio, &c. col. 3. verſiculo, ſed an ille, latè Brun. conſ. 102. col. 1. & 2. quos refert, & ſequitur Boſſ. vbi ſupra nu. 283. & 284. Fallit tamen, quādo nominatim concederetur etiam iuriſdictio ſecūdarum Cauſarum, idem Boſſ. dicto num. 284. prout talem iuriſdictionem ſecundarum cauſarū habent Domini de Columna in Terris Aprutij, & quandoque conceditur iuriſdictio etiam cauſarum tertiarum, qualem habent feudatarij Comitatus Celani ſimiliter in Aprutio: & hæc, quando conceditur iuriſdictio, & vtile dominium vaſallorum, id eſt feudū: ſi verò cōceditur ſola iuriſdictio, & tunc nulli dubium, ꝙ non conceditur priuatiuè, ſed ſolum, vt ſic loquar permiſſiuè, ita vt maior iuriſdictio, tā in ſecūdis, quam in primis cauſis ſemper remaneat penes concedentem iuxta ea, quæ dixi ſuperius ibi. *Hoc idem dico de Epiſcopo*; immo tunc ſoluitur iuriſdictio ad nutū ſuperioris, qui cōceſſit l. iudicium ſoluitur. ff. de iudic.

Et hæc de iuriſdictione reſpectu concedentis, ſi vero loquimur reſpectu inferiorum, hoc eſt iudicū, quibus iuriſdictio conceditur, rurſus diſtinguo: Aut ambo iudices ſunt ordinarij, aut alter ordinarius, alter delegatus: ſi ambo ordinarij, & æqualiter in eodem Territorio: non eſt dubiū, quod iuriſdictio dicitur cumulatiuè conceſſa ita, vt ſit locus pręuentioni ꝑ ea ꝗ in dubitabilioribus terminis firmaui infra nu.. . ſi vero alter eſt ordinarius, alter vero delegatus:

tus:

tus: rurſus diſtinguo: aut eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarũ, aut ad vnam: ſi ad vniuerſitatẽ cauſarũ: rurſus diſtinguo. Aut conſtat ex conceſſione iuriſdictionis, ꝙ concedens voluerit priuatiuè concedere: exẽpli gratia in iuriſdictione, conceſſa Auditori Cameræ in obligationibus in forma Cameræ, de qua dixi ſupra c.22. ſub nu.18. Aut nõ cõſtat: ſi cõſtat: ſtandum eſt diſpoſitioni conceſſionis, Felyn. in cap. cæterum ſub num.4. ibi. *quarto fallit* de iudic. & in cap. paſtoralis ſub num.2. limitatione 1. de off. ord. Boſſ. tract. crim. tit. de for. compet. ſub nume. 2. Foller. in ſua pract. crim. in verbo, audiantur excuſatores num.67. & Menoch. de arb. iud. q.40. num. 7. & 8. Etenim in claris non egemus coniecturis l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig. Rol. a Valle conſ.2. num.127. cum ſeq. lib.1. ſi non conſtat: dico quòd cenſetur conceſſa cumulatiuè argum. tex. in dicta l.1. C. de off. præf. vrb. & in l. fin. verſiculo, ita tamen C. de iuriſd. omn. iud. & in ca. per hoc. de hęret. in 6. & tradunt Bal. in l. vnica §. vbi autem num. 6. in fine C. de caduc. toll. Paul. de Caſtr. in l. ſi quis cum procuratorio §. Iulianus ſub num. 2. ff. de procur. Pet. de Anch. conſ. mihi 164. De iuribus, ſub num.5. ibi. *Nec ex eo &c.* & latè Felyn. in dicto cap. paſtoralis ſub num.2. & in cap. cæterum num.4. de iudic. Dec. conſ.3. num.3. lib.1. vbi loquitur etiam ſi iuriſdictio eſſet conceſſa per verba taxatiua, & propterea videndus, Foller. in dicto verbo, audiantur excuſatores ſub num.82. Vant. tract. null. Rub. de null. ex defec. iuriſd. nu.26. Vrſill. in annotat. ad Afflic. deciſ.1. num.6. Menoch. de arbitr. iud. dicta q. 40. num.3. cum ſeqq. qui alios allegant, & quòd hęc ſit communis * teſtatur Boſſ. dicto tit. de for. comp. ſub num. 2. & quod ſit opinio magis communis* teſtatur Iaſ. in l. quod in rerum §. ſi quis poſt num.8. ff. de leg. 1. Occurrunt modo circa prædicta nonnullæ difficultates.

6 † Et prima quis dicatur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum? Reſpondeo: is, cui committitur genus cauſarum ſub aliquo nomine collectiuo, nec eſt neceſſe quòd illud genus ſit generaliſſimum, Bar. in l. legatus num.4. ff. de off. proconſ. & lega. Exemplifica, quando quis deputaretur iudex in aliquo genere harum cauſarum, videlicet, damni dati, mercantilium, vſurarum, ædificiorum, viduarum, pupillorum, Iudęorum, & ſimilium.

7 † Secunda: nunquid is delegatus ad vniuerſitatem cauſarum habeat naturam ordinarij, vel potius delegati ad vnam cauſam? Reſpondeo, ordinarij regulariter, vt tradunt in terminis Bal. in l. ſi vt proponis la 1. nu.13. C. quom. & quand. iud. Alex. conſ.12. num.5. lib.6. Abb. in ca. cum Bertoldus nu. 20. de ſent. & re iud. Felyn. in cap. qualiter, & quando il 1. num. 40. de accuſat. Simanc. de cath. inſtit. tit.34. num.13. & alij, quos refert, & ſequitur Vant. tract. null. Rub. Coram quo &c. num.17. vnde quẽadmodum Ordinarius poteſt corrigere ſentẽtiam, à ſe nulliter prolatam, ita quoque, & Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, vt tradunt Bal. Felyn. & Vant. vbi ſupra. dixi, *regulariter*, quia quandoque æquiparatur Delegato: æquiparatio patet in eo, ꝙ quẽadmodũ iuriſdictio Delegati expirat per mortem mandantis re integra, ita quoque & iuriſdictio Delegati ad vniuerſitatẽ cauſarum, ſecus eſt in ordinario, quia eius iuriſdictio non expirat etiam re integra: Maran. in ſuo Spec. par.4. diſt.5. nume.61. in fine.

8 † Tertia, quomodo poſſit cognoſci ex tenore cõceſſionis, an iuriſdictio ſit priuatiuè conceſſa? Reſpondeo: dupliciter, expreſsè, & tacitè: expreſsè, quando exprimitur in ipſius conceſſionis tenore, ꝙ priuatiuè cõceditur, exempli gratia, ſi expreſsè prohibeatur ne alij Iudices poſſint procedere, prout talis iuriſdictio conceſſa eſt Auditori Cameræ in obligationibus formæ Cameræ, vt patet ex facultatibus eidem conceſſis à diuerſis Pontificibus, & vltimo loco à Gregorio Decimoquarto, nume.4. & 5.

Tacitè: pluribꝰ modis, quos poteris videre apud Doctores in diuerſis locis, & præſertim apud Fely. in cap. paſtoralis num.2. de ſent. & re iud. vbi ex illis octo fallẽtijs, quas ponit, habes octo modos: vnum tamen hic gratia exẽpli refero, quando ſcilicet forma conceſſionis reſpiceret fauorem perſonarum, & non cauſæ, argumento textus in l. nec quicquam, in princ. ibi. *Sanè ſi fiſcalis cauſa &c.* ff. de off. procon. & tradunt Bal. in l. vnica §. vbi autem nume.7. C. de Caduc. tol. Paul. de Caſtr. in l. ſi quis cum procurator §. Iulianus, ſub num.2. ff. de procur. Fely. in dicto cap. paſtoralis ſub num.2. limit.5. de ſent. & re iud. & quòd in facti contingentia iuxta hanc doctrinam fuerit determinatum in conſilio Neapolitano refert Affl. deciſ.41. num.2. & vide ad eundem Vrſil. ibidem ſub num.2. Cogita tamen, an iſta ſententia procedat ſolum, quando iuriſdictio concederetur ad petitionem perſonarum, & non quando motu proprio, ad ea quæ tradit Bal. in Auth. habita, ſub nu.32. ibi. *Et aduerte.* C. ne fil. pro patr.

9 † Quarta: diximus ſupra num. 4. quòd tripliciter derogatur iuriſdictioni: dubitatur modo, nunquid impropriè dicatur derogari, quando iuriſdictio cõceditur aggregatiuè, ſeu cumulatiuè? Et quidẽ prima conſideratione videtur dicẽdum, quòd ſic, quia illa regula: generi per ſpeciem derogatur. l. in toto. ff. de reg. iur. l. ſeruis Vrbanis ff. de leg.3. ca. cum dudum, de præben. in 6. cum ſimilibus, & tradit Iaſ. in l. quod in rerum, §. ſi quis poſt, ſub nume.6. ff. de leg. 1. fallit in iuriſdictionalibus fauore publico, vt tradit Bal. in l. vnica, §. vbi autem nume.6. in fine. C. de Caduc. tol. quem refert, & ſequitur Affl. deciſ.41. num.2. & dixi ſupra ſub num.5. ibi. *Si non conſtat: dico &c.* Si fallit, ergo non dicitur derogari: Sed tu, vlteriori adhibito intuitu, dicas, propriè dici derogari, quia duplex eſt derogatio cumulatiua, ſeu aggregatiua, & priuatiua, & quòd ea, quam vocamus cumulatiuam, dicatur propriè derogatio, patet ex eo, quia iuriſdictio ordinaria ante delegationem, alteri factam, ita ſoli ordinario competit, vt nulli alij competat, poſtquam verò alteri committitur, vbi erat propria, efficitur communis, & præuentionis miniſterio inducit omnimoda priuatio, ſicque clarè conſtat, quòd derogatur iuriſdictioni primi iudicis, & quod aiunt Bal. & Affl. vbi ſupra, intelligitur de derogatione priuatiua: Minus obſtat, ſi quis, replicando, diceret, derogationem dici, quando quid euellitur à

tur à genere, ſeu à toto, vtputa, ſi vna ouis remoueretur ab ouili, & non, quando vna ſpecies ponitur gratia coadiuuandi, ſeu ſupplendi genus, vt in caſu noſtro, & vt dicit Bal. in cap. penul. col. 4. de off. deleg. quẽ refert, & ſequitur Iaſ. in dicto §. ſi quis poſt num. 10. quia reſpondeo, quòd non additur, quin diminuatur iuxta ea, quę dixi hic ſupra: Et quia hęc eſt quæſtio de lana Caprina, pluribus non inſiſto: ſiue enim dicatur derogari, ſiue non, nihil in propoſito refert.

10 † Quinta, & vltima: dicebamus ſupra ſub nume. 5. ibi. *Si non conſtat &c.* quod in dubio iuriſdictio cenſetur conceſſa cumulatiuè: modo dubitatur, quę ſit ratio? Reſpondeo, vt euitetur correctio iuxta tex tum in l. præcipuus. C. de appel. & ca. cum apoſtolica: de his, quæ fiunt à Præl. quæ non euitaretur, ſi præſumeretur data priuatiuè. Et quòd hęc ſit ratio, quare illa regula, *Generi per ſpeciem derogatur*: fallat in iuriſdictione, tradit poſt alios Caroc. in Reg. Cum quid prohibetur lib. 6. nu. 6. fol. mihi 16. Adde, ſi placet, ob publicum fauorem, vt retulimus ſupra nume. præcedenti. & hæc de Delegato ad vniuerſitatem cauſarũ: Si verò eſt Delegatus ad vnã ſolam cauſam: dico, quòd cenſetur priuatiuè conceſſa, Bal. in l. ſi vt proponis la 1. num. 15. C. quom. & quan. iud. Iaſ. in l. more maiorum num. 66. ff. de iuriſd. om. iud. & in l. quod in rerum, §. ſi quis poſt num. 5. in fine. ff. de leg. 1. Felyn. in ca. quoniam Abbas, ſub nu. 12. verſus finem. de offic. & poteſt. iud. deleg. Maran. in ſuo Spec. par. 4. diſt. 16. nume. 58. vbi alios refert, & Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſer. 41. in fine, & quòd in commiſſione ſatis ſit narrare litis pendentiam, abſque poſtulatione auocationis cauſæ tradunt Staph. de lit. iuſt. clauſula, & cum negotio principali nume. 7. fol. mihi 328. & Veſtr. in pract. lib. 3. ca. 8. nu. 5. quia eo ipſo, quòd alteri committitur, cenſetur auocata à primo iudice, ne diuidatur continentia cauſæ, & ſequatur intricatio proceſſuum. Et ideo dicebamus ſupra cap. 64. num. 23. in 3. difficultate, quòd ſtatim, atque eſt pręſentatum reſcriptum, dicitur acquiſita delegato iuriſdictio. Vis etiam videre, quòd priuatiuè ſibi conceditur? inſpice, quòd ſtatim, atque ſibi eſt pręſentatum, poteſt ſimul, & ſemel citationem cum inhibitione decernere, vt per eundem Staph. de liter. iuſtit. Decretum irritans an neceſſario &c. num. 3. fol. mihi 340. & quòd natura commiſſionum ſit deuoluere, concedere, mandare, vetare, ſeu auferre iuriſdictionẽ inferiorem: Vide Marcheſ. de commiſſ. par. 1. commiſſ. 2. cap. 2. num. 3.

11 † Abſoluto primo quæſito: quæro ſecũdo in ſpecie, quas ob cauſas ſoleat cauſa delegari, & auocari à primo iudice? Reſpondeo, ob plures, quas nõ intendo hic omnes recenſere: nã, loquendo de Curia Romana, qñ cauſa ſit auocanda relinquitur potius arbitrio Signaturæ, quæ conſideratis varijs circunſtantijs, & qualitatibus, iudicabit quando cauſa ſit auocanda, & committenda in Curia Romana, & quando in partibus, vt refert, & comprobat Marcheſ. dicta comm. 2. auocat. cauſ. cap. 1. nume. 3. & ſeqq. & num. 10. Vbi teſtatur hanc eſſe communẽ opinionem, quantum tamen natura negotij patitur nonnullas tradam regulas: Sed illud in primis moneo, quòd in hoc cap. ago de auocatione cauſarum largo ſumpto vocabulo, & non ſtricte iuxta ea, quę dixi infra num. 21. Et breuiter procedendo, diſtinguo nonnullos caſus: Aut loquimur de cauſa, quæ auocatur ſolum à iudice, & non à loco: Aut de ea, quæ auocatur, & à iudice, & à loco: Si de ea, quę ſolum à iudice: rurſus diſtinguo: Aut loquimur de ea, quæ auocatur ante ſententiam, Aut de ea, quæ poſt ſententiam: Si primo caſu, de ea, ſcilicet, quæ auocatur ante ſententiam à iudice tantum, dico, cã auocari ex duplici principali cauſa: videlicet, ob qualitatem ſugillantem perſonam propriam iudicis, & ob qualitatem extraneam: Qualitatis ſugillantis ꝑſonam iudicis refero hic duas ſpecies:

12 † prima ſit negligentia, ſeu iuſtitiæ denegatio, cum Iudex eſt negligens, ſeu aſſerit, ſe nolle cauſam expedire, Bal. in l. 2. ſub num. 9. ibi. *Niſi ordinarius &c.* C. vt lit. penden. & Menoch. de arbitr. iud. caſ. 202. num. 35. Et in cauſis, ſpectantibus ad forum eccleſiaſticum, ſtatutum eſt per Concil. Triden. cap. 20. ſeſſ. 24. de reformatione, quòd ſi ab ordinario loci terminatæ non fuerint infra biennium à die motæ litis, liceat partibus adire alium iudicem ſuperiorem competentem: Et rurſus ibidem. verſ. Ad hæc. in fine. diſponitur, quòd nec Gubernatores, nec Nuncij, nec legati de latere poſſint aliquo modo ſe intromittere in cauſis, ſpectantibus ad Epiſcopum, niſi tunc demum, cum is, requiſitus, fuerit negligens: Et in Regno Neapol. extat cap. Quorundam expoſitio 183. diſponens, quòd cauſæ tam ciuiles, quam criminales, pendentes coram Iuſtitiarijs, & Capitaneis Regionum, ſi ab eis non fuerint terminatæ infra ſemeſtre tempus, inchoandum à die litis conteſtationis, reuocentur ad Audientiam Curiæ Vicariæ, ibique reaſſumantur in ijſdem terminis, in quibus reperiebantur: verum, vt ibi notat Ant. de Nigr. num. 6. illud cap. de facto non ſeruatur, ſed ſeruatur ius commune, & ſimiliter in Regno Siciliæ ſtatutum eſt per Rit. De non auocan. cauſ. per magn. Cur. vt, ſi officialis fuerit negligens in expediendo proceſſum infra duo menſes, Magna Curia poſſit cauſã ad ſe auocare: de quo ritu vide Ioſeph. Cum. ſuper Rit. Sicil. Capit. 83. num. 10. Et de huiuſmodi qualitate, & negligẽtia loquitur Rot. & Additio ad eam, deciſ. 1. de ſupplen. negl. Præl. in nou. vbi habes, quomodo facultas conferendi beneficium deuoluatur ad ſuperiorem ob negligentiam inferioris Prælati.

13 † Secunda qualitas eſt ſuſpicio, cum iudex allegatur ſuſpectus, quo caſu eſt diſtinguẽdum inter iudicem Delegatum, & ordinarium: Nam ſi allegatur ſuſpectus Delegatus, certi iuris eſt, eum poſſe recuſari tum de iure Canonico, tum de iure ciuili, vt tradunt Iaſ. in l. apertiſſimi in princ. notab. 1. & nu. 3. & 20. C. de iudic. & Maran. in ſuo Spec. par. 4. diſt. 5. num. 42. & hoc non patitur difficultatem, & hic in vrbe Delegatus, cum primum allegatur ſuſpectus, remittit ex ſe cauſam ad Cancellariam: Limita tamen quando vellet eum recuſare illa pars, quę eum poſtulauit: Itẽ quando eſſet Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, vt docui infra cap. ſequenti num. 7.

num.7.Si verò allegatur suspectus ordinarius, tunc insurgunt opiniones, adeo vt Papien. in pract. in form. Declinat. iurisd. in glo. Iudicem suspectũ nu. 4.fol.mihi 158.dixerit, litem adhuc esse sub iudice: Cæterum tu distinguas inter ius ciuile, & Canonicum, vt de iure ciuili non possit regulariter vti suspectus in totum recusari, sed solum detur illi adiunctus, Auth. si verò contigerit C. de iudic. glo. in dicta l.apertissimi, in verbo, iudices. & ibidem Bar. & communiter omnes C.eod.Bal. in dicta l.2. sub nu. 9.C.vt lit. penden. & Maran.vbi supra Ioan. de Amic.cons.120.nu.24. vbi, arguens de Iudice ad testem, ait quòd licet iudex ex aliqua iusta causa repelleretur vti suspectus, dato tamẽ adiuncto, quòd admittitur, & non repellitur quia eius suspicio purgatur ex integra fide Adiuncti. Ioseph.Cum. super Rit.Siciliæ cap.42.num.18.cum seq.Carauit.super Rit.265.num.13. Osasc.decis.84.num.1.Gasp.Cabal.in suis glo.super constit. Marchiæ lib.5.cap. 17. sub num.2.Fossanen.decis.255.nu.5. Marches. de cõmiss.par.1.commis.3.cap.1.nu.49. Et quòd hæc ✻ sit communis ⁎ opinio testantur Abb. in cap. si quis contra, num.12. in fine. de for. compet.Ias.in dicta l.apertissimi num.4.Osasc.decis.15.num.1. Ioseph. Cumia dicto num.19. & Gail. in pract. obseru. lib. 1.obser.33.in princ.fallit in quibusdam casibus, de quibus per Bal.in dicta l.apertissimi col.2.Salyc.nu. 4.Paul.de Castr.num.6.Ias.nu.4. capit. decis. 146. Osasc. dicta decis.15.num.5.& seqq.Et quòd possit etiam in totum recusari, quando per adiunctionem non cessaret suspicio, vide Carauit. dicto Ritu 265.num.14. De iure autem canonico dicas, quòd potest in totum recusari, etiam si ordinarius foret Episcopus.cap. si quis contra clericum, & ibi Doct. de for.comp.Maran.dicto nume.42.dist.5. Ioseph. Cum. dicto cap.42. num.24. Gail. & alij Doct. superius allegati, ✻ & quòd hæc sit communis ⁎ opinio testatur Papien. vbi supra, & quòd hæc opinio seruetur in practica, vt tam delegatus, quam ordinarius possint vti suspecti recusari, & Auth. Si verò cõtigerit. C. de iudic. quæ contrarium disponebat in ordinario, vt dixi supra, de consuetudine non seruetur, tradit Bal.ibidem, quem refert, & sequitur Menoch.de arbitr.iud.lib.1.q.54. nu.13. in fine. Vnde & Vant.tract.null.Rub.de null. ex def.iurisd.nume. 140.spreta dispositione iuris ciuilis, ait, quicquid sit de iure ciuili, de iure canonico tam ordinariũ, quam delegatum posse, vt suspectos recusari, & quòd ita seruetur in Regno patet ex dispositione pragmaticæ. Statuimus etiam, quòd si contigerit &c. & notant Maran.dicta dist.5.sub num.42.vers. *hodie autem*, & Carauit.super dicto Ritu 265.num. 13. dicens, quòd ille ritus est secutus dispositionem iuris canonici, & casum, in quo etiam inspecta sola iuris ciuilis dispositione ordinarius fuit in totum remotus per Senatum Pedem. tradit Osasc. dicta decis. 15.Sed dicas, hoc verum esse, quando probaretur per testes causa suspicionis, & non alias iuxta ea, quæ dixi infra num.16.in 3.dubio.

14 † Occurrunt modo nonnulla dubia, & primum: nunquid pars, recusans Iudicem, vel ex negligentia, vel ex suspicione, vel ex alio capite debeat semper in libello recusatorio exprimere caput, seu inquam qualitatem illam, ob quam recusat? Respondeo, quòd sic, Menoch.de arbitr.iud. Cas.202. nu.35. & patet ex his, quæ dixi infra nu.sequenti.

15 † Secundum: nunquid in libello recusatorio ex capite suspicionis debeat exprimi non solum suspicio in genere, sed etiam causa suspicionis? Respondeo, etiam in hoc esse distinguendum inter ius ciuile, & canonicum, quia de iure ciuili satis est, quòd allegetur suspectus in genere, ita tenẽt glo.in l.apertissimi, in verbo, libello. & Bal. ibidem nu.7. & Ias. num.20. C. de iudic. & Carauit. dicto Rit.265.nu. ✻ 6. & quod ita communiter ⁎ teneant legistæ testantur Bar.in l.quia poterat nume.2.ff.ad S.C.Trebel. Ias.vbi supra, & Gail.dicta obseru.33. num. 14. & certè ista dispositio iuris ciuilis est rationabilis, tum quia, vt inquit Abb.in dicto cap. Si quis contra, nu. 12.de for.comp.ordinarius releuatur in hoc, quòd non potest in totum recusari tanquam suspectus, vide supra sub num.13.ibi. *Cæterum tu &c.* tum quia allegans suspectum tenebatur iurare, vt tradit glo. in dicta l. apertissimi, quam referunt, & sequuntur ibi Bal.dicto nume.7.& Ias.dicto nume.20.& quòd ✻ hæc sit communis ⁎ opinio referunt, & sequuntur Rol.à Val.qui alios allegat cons.19.num. 14.lib.3. & Additio ad Clar.lib.5. recept. sent.q.43. Sed de iure Canonico debet exprimi causa suspicionis in specie, vt referunt ijdem Ias. & Gail. in locis proximè citatis. Staph.de lit.iust.Fatalia quo vigore prorogentur nume.5.in fine fol.mihi 352.Gaspar. Cabal.super constitut.Marchiæ lib.5.cap.17.sub num. 2.& Rot.diuers. decis.563.nu.1.par.1. Et hæc opinio est rationabilis, quia per oppositum ordinarius grauatur in eo, quòd potest in totum recusari ex capite suspicionis, vt dixi supra dicto num.13.Et quia seruatur ius Canonicum in eo, vt possit in totum recusari, ideo censeo seruandum esse etiam in hoc, quòd debeat exprimi causa suspicionis, quicquid dixerit Bar.in dicta l. quia poterat num.2. ff.ad Trebel. dicens, in terris Imperij seruandam esse opinionẽ legistarum: Et quòd in Regno seruetur in hoc dispositio iuris canonici, vide Ritum, Itẽ si contingat &c. Rub.de appell. & super eo, in ordine aliorum 265. Carauit.num.6.

16 † Tertium: nũquid allegata suspicio debeat probari per testes, vel sufficiat iuramẽtum illius, qui allegat eum suspectum? Respondeo, de iure ciuili, ex quo diximus, sufficere, quòd allegetur in genere, & præstetur iuramentum, non est dubium, quòd probatio per testes non est necessaria, sed de iure canonico dicendum est, quòd debet probari per testes, cap.cum speciali, & cap.secũdo requiris.§.1. de appel.& tradunt Rol.à Val.Gail.& Addit. ad Clar.in locis alllegatis: At de cõsuetudine quodnam ex his iuribus seruetur satis dubitatur: Nam, attenta opinione Canonistarum, dum tenent, quòd concurrẽtibus duabus opinionibus, altera legistarum, & altera Canonistarum, Canonistarum sit seruanda, videtur dicendum, quòd debeat seruari ius Canonicum: Contrarium tamẽ videtur suaderi ex his, quę tradunt Ias. in l. de pupillo, §. siquis ipsi prætori nu. 21.ff. de no. oper. nunc. & Luc. Pæt. in pract. lib.1. cap.6.

cap.6, num.13. & ex practica formandi commiſſiones, in quibus, vt teſtatur etiam Marcheſ. tract. de commiſſ.par.1.commiſſ.3.ca. vnico ſub num.8. ſolet dici. *Eum ſuſpectum in manibus. S.V. iurare paratus eſt,& quatenus opus ſit iurat &c.* & hoc videtur firmiter aſſerendum, præſertim hic in Vrbe vigore ſtatutorum lib.1. ca.7. confirmatorum à Gregorio Decimotertio, apertè diſponentium, vt Senator debeat ſeruare iura ciuilia, & in eorum defectum iura Canonica: Sed Bar.in dicta l. quia poterat, ſub nume.2. quem referunt, & ſequuntur Iaſ. in dicta l. apertiſſimi nu.5. in fine.C. de iudic. & Gail. in pract.obſeru.lib.1.obſeru.33. ſub num.16. videtur ſentire, quòd iura ciuilia ſint ſeruanda in terris ſubiectis Imperio, Canonica verò in ſubiectis Eccleſiæ, quæ ſanè diſtinctio comprobari videtur ex his,quæ tradit Capr.Reg.4. nume.12. & 13. & reg. 104.num.4.& 5. dum firmat,ſubiectos Imperio nõ ligari in temporalibus à iure Canonico: Ego tamen magis diſtinctè procedens, diuido: Aut quærimus in genere, an debeat ſeruari ius ciuile, vel Canonicũ: Aut in ſpecie facti propoſiti de ſuſpicione probanda: Si in genere, rurſus ſub diſtinguo: Aut loquimur in ſpiritualibus: Aut in temporalibus: Si in ſpiritualibus, vtputa de re matrimoniali, de computatione graduum, de re beneficiaria, & ſimilibus: certè non eſt dubitandum,quòd debeat indiſtinctè ſeruari ius Canonicum tã in terris Eccleſiæ, quàm Imperij: Si in temporalibus: denuo ſubdiſtinguo: Aut agitur in foro ſæculari: Aut in foro eccleſiaſtico.ſi in foro ſæculari: cenſeo, ſeruandum eſſe indiſtinctè ius ciuile: Si in Eccleſiaſtico, cenſeo adhuc poſſe ſeruari ius Canonicum iuxta ea, quæ aſſeruimus in delictis mixtis ſupra cap.12. nume.91. adde pro vberiori doctrina diſtinctionem, quã tradit Napod.ſuper conſuetud. Regni Neapol. in procœmio §.prefatis ſub num.316. fol.mihi 37. & 38. Et hæc de quæſito in genere: Si in ſpecie facti propoſiti de ſuſpicione probanda, rurſus diſtinguo: Aut agitur ad effectum remouendi ordinarium in totum: Aut ad effectum, vt ſibi addatur Adiunctus: Si ad effectum,vt remoueatur in totum, cenſeo, cauſam ſuſpicionis eſſe probãdam per teſtes iuxta diſpoſitionem iuris Canonici, vide Ioſeph. Cum. ſuper Rit. Sicil.capit.42.nume.23.& ita procedat quod tradit Bal.in dicta l.apertiſſimi nume.9.C.de iudic. eaque veniet probanda coram arbitris, vt docui infra cap. 101. num. 20. Si verò ad effectum, vt ſibi addatur Adiunctus,cenſeo,ſatis eſſe,ſi probetur per iuramẽtum iuxta diſpoſitionem iuris ciuilis, ſic firmat Couar.pract.qq.cap.26.ſub num.1.quem refert, & ſequitur Ioſ.Cum.dicto cap.42.nu.22.& faciunt,quæ tradit Abb.in cap.ſi quis contra nu.12.de for. compet.& apertius Staph.de lit. iuſt. proceſſus factus ꝑ executorem num.5. & 6.fol. mihi 337. & illa ratio, quam aſſignauimus ſupra num.præcedenti in ſecũdo dubio, videlicet, quòd ſi ordinarius grauatur in hoc,releuatur in eo, vt non poſſit in totum remoueri, & ita de anno 1589. dum eſſem Commiſſarius, ac iudex ordinarius in Ciuitate Tuſculana, vidi in facti ſpecie ſeruatum: Habebam enim in carceribus quendam Petrum Scalabrinum Inſubrem, inquiſitum de graui crimine inceſtus, qui, ex quo, vt vnà cum Manlio Torquato dicam, meam æquam ſeueritatem ſufferre non poterat, nec ego illius flagitium conniuentibus oculis pertranſire, habuit recurſum ad Sacram Conſultã, tentauitque per phas & nephas ſe è meis manibus eripere, & quamuis nullam recuſationis cauſam poſſet adducere,nihilominus illi Optimi,ac Reuerendiſſimi Patres, vt in cauſa criminali citra omnem ſuſpicionis labem ageretur, ſecumque benigne diſpenſaretur, cõceſſerunt ei ſuis ſumptibus Adiunctum,quod fuit ſatis ęquũ, quia agebatur de re graui,ſeu inquam de cauſa criminali,in qua facilius concedi debet,vt tradũt Staph.vbi ſupra nume.3. Clar. lib.5. recept.ſent.q. 43.in princ.Foſſan.deciſ.255.nume.6. & Marcheſ. tract.de commiſſ.par.1.commiſ.3.cap.1. nu.6. Verum,ne ſequantur intricationes iudiciorum, cauſarum,& proceſſuum,non facilè concedendus eſt, teſte eodẽ Staph.dicta Rub.Proceſſus factus per executorem num.2.fol.337. & Rub. Fatalia quo vigore prorogentur num.7. fol. mihi 353. qui ait ita ſeruari quod Marcheſ. vbi ſupra declarat eſſe verum in cauſis ciuilibus, ſecus in criminalibus. Et hæc cõcluſio de concedendo Adiuncto ad ſolam ſuſpicionis allegationem habet locum etiam quando allegaretur ſuſpectus delegatus, vt per Staph. dicto fol. 337.num.4.immo à fortiori eſt cõcedendus per ea, quæ tradit Foſſanen.dicta deciſ.255.num.1.& 5.& quæ dixi ſupra num.13. in ſecunda qualitate. Quinimò Ioſeph.Cum. dicto cap.42. num. 21. arbitratur, delegatum remoueri in totum, etiamſi non exprimatur cauſa ſuſpicionis, dicẽs,ſufficere iuramentum, quod etſi ęquum videatur ad differentiam ordinarij,quia ſi probaretur cauſa, etiam Ordinarius poſſet remoueri in totum, tamen cenſeo allegantí illum ſuſpectum non fieri iniuriam, ſi ſolummodo concedatur Adiunctus.

17 † Quartum: quomodo procedatur poſt allegatã ſuſpicionem? Reſpondeo, ſi allegatur, & etiam offertur illius probatio, eliguntur arbitri, vt docui infra cap.101.num.20. 23. cum ſeqq. Si allegatur ſolum,& ideo deputatur Adiunctus, tunc ille Adiunctus notificabit iudici ſuam adiunctionem,ac eidem inhibebit,vt ſine ipſo vlterius nõ procedat,ſicuti refert, & ſequitur Foſſan.dicta deciſ.255.nu.7.& tũc, ſi iudex procedat ſolus,proceſſus redditur nullus,vt tradit Marcheſ.de commiſſ.par.1.commiſ.3.cap.1. num.39.allegans Dec.conſ.165.num.2. qui in meo libro hoc non dicit.

18 † Quintum,& vltimum: nunquid iudex poſſit ipſemet cognoſcere ſuper qualitate,ſeu inquam exceptione, ſugillante ſuam perſonam, & contra ſe oppoſitam? Reſpondeo,quòd non,vide Clar.dicta q. 43.in fine, & hæc ſufficiant circa qualitatem, ſugillantem perſonam iudicis.

19 † Qualitatis verò extraneæ,ob quam cauſa auocatur,ſit prima ſpecies, quando iudex ordinarius non eſſet competẽs, ſeu dubitaretur de illius iuriſdictione: ſecunda,quando ex quauis cauſa ita moueretur Princeps, quia poteſt cauſam auocare, & alteri cõmittere tam in Curia, quam in partibus, etiamſi ſit beneficialis, vt diſponit Sacrum Concil. Trid. cap. 20,ſeſſ.

20.ſeſſ.24.de reformatione, & dixi infra nume. 27.
20 † Sed occurrunt duæ difficultates: prima, nunquid Papa, auocans cauſam beneficialem, debeat ſuę Signaturę reſcriptum propria manu ſubſcribere? prima facie videtur dicendum, quòd non per ea, quæ dixi ſupra cap. 64. num. 18. Sed contrarium eſt expreſsè diſpoſitum per Concil. Trid. loco citato.
21 † Secunda quis poſſit cauſam, cęptam coram iudice ordinario, auocare? Reſpondeo: ſolus Princeps, & non alius inferior, Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſer. 41. nu. 1. & Ioſeph. Cumia ſuper Rit. Sicil. cap. 83. num. 14. & patet ex deſcriptione auocationis cauſę, quam ex Couar. refert, & ſequitur Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 1. commiſſ. 2. cap. 1. num. 1. ſubdens expreſsè quòd auocare cauſas pertinet ad Principem, vel alium ſuperiorem, qui Iudicem dare poſſit vnde Archiepiſcopus non poſſet: Fallit, quando ordinarius haberet iuriſdictionem, ſibi ad nutum ſuperioris conceſſam, quia is ſuperior poſſet illã quandocunque ad ſe auo[illegible], vtputa Epiſcopus poteſt auocare cauſam à ſuo Vicario, item Baro à ſuo officiali, vide Maran. in ſuo Spec. par. 4. diſt. 16. num. 60. & hæc de cauſa, quæ auocatur à iudice tantum, & ante ſententiam.
22 † Si verò loquimur in ſecundo caſu, videlicet de ea, quę auocatur poſt ſententiam: diſtinguo: Aut eſt ſententia, à qua debet admitti appellatio: Aut non: Si primo caſu, ſubdiſtinguo: Aut eſt interpoſita appellatio infra legitima tempora, iuxta ea, quæ docebo, Deo fauente, in 3. lib. Aut non: Si eſt interpoſita: dico, auocari ob interpoſitam appellationem: Si non eſt interpoſita, ſed fecit tranſitum in iudicatũ, remanet penes eundem iudicem, qui procedet ad illius executionem, niſi Princeps vellet concedere reſtitutionem in integrum aduerſus rem iudicatam: ſaltem poſt paritum rei iudicatæ, quod poteſt, & ſolet concedere. Si verò eſt ſententia, à qua poteſt nõ admitti appellatio, nec iudex admittit, non auocatur, niſi ſuperuenerit ſuperioris inhibitio, cui quando ſit parendum dicam dicto lib. 3. & hæc de primo membro diſtinctionis, quando ſcilicet auocatur à iudice tantum.
23 † Si verò loquamur de cauſa, quæ auocatur, & à iudice, & à loco, ſimiliter diſtinguo: Aut loquimur de ea, quæ auocatur ante ſententiã: Aut de ea, quæ poſt ſententiam: Si primo caſu: dico auocari ex his: Primo, ſi ſit cauſa de maioribus, quæ ad Petri notionem ſpectat. ca. maiores. in principio, & ibi Abb. nu. 1. de baptiſ. cap. vt debitus. de appel. ca. quamuis. de elect. in 6. tradunt Additio ad Rot. deciſ. 1. aliàs 38. de elect. in nou. Duenn. reg. 85. limit. 1. Veſtr. in pract. lib. 3. cap. 6. nume. 3. & apertius cæteris Vant. tract. nullit. Rub. de null. ex def. iuriſd. nu. 67. dicens, has maiores cauſas tractandas eſſe in Curia Romana, ſiue appelletur in partibus, ſiue à principio cauſę huiuſmodi inchoentur in Curia, quia vtroque modo dicuntur bene deuolutæ, & ad partes non ſunt aliquo modo remittendæ, quod etiam ſatis apertè colligitur ex Concil. Trid. c. 20. in fine principij, ſeſſ. 24. de reformat. Ratio, quare definitio articulorum nondum deciſorum in materia fidei ſpectet ad Põtificem, redditur à Gundiſſ. tract. de hęret. q. 7. nu. 1. cum ſeq. An tamen in iſta definitione debeat congregare Concilium, vel valeat ex ſe ſolus. vide Abb. dicto cap. maiores num. 2. & Gundiſſ. vbi ſupra num. 3.
24 † Secundo auocatur, quando vtraque pars reperiretur præſens in Curia, quia tunc, altera earum litem mouente, cauſa venit tractanda in Curia Romana: Vant. vbi ſupra num. 84. & Duen. dicta reg. 85. limit. 4. & ratio eſt ſecundum eos, & Veſtr. dicto cap. 6. num. 2. quia Roma dicitur patria communis. l. Roma. ff. ad municip. verum iſta ratio videt̃ fuiſſe vera, quando Imperator manebat Romæ, ſeque vocabat Dominum totius orbis, vt in l. deprecatio ff. ad l. Rhod. de iac. & bene oſtendit Fr. Michael Salon. in cõment. ad D. Thom. 2. 2. q. 4. artic. 3. verſ. Ioan. Andr. & quicunque reperiebatur in ea dicebatur ciuis Romanus. l. in vrbe ff. de ſtat. hom. Sed hodie non amplius, quia diſpoſitio dictæ l. Roma, ceſſauit à tẽpore, quo Conſtantinus Imperator conſtruxit nouam Romam Bizantij, quam Imperator in l. 1. §. Romam. C. de vet. iur. enucl. appellat noſtram, & iſtam Romam veterem, ſicut luculenter oſtendit Reſtaur. Caſtal. tract. de Imper. q. 77. nume. 7. & 8. magiſque ceſſauit, poſtquam hæc Roma ex donatione eiuſdem Conſtantini fuit effecta de patrimonio Beati Petri, aliorumque Pontificũ, prorſuſque diſmembrata à iuribus, & ſtatu Imperiali. c. Conſtantinus diſt. 96. cap. fundamenta de elect. in 6. glo. in l. 1. §. cum vrbem, & ibidem Bar. ff. de off. præf. vrb. & ita tenent Iaſ. in l. qui Romæ, nume. 12. ff. de verb. oblig. & ibidẽ Soc. in princ. & in l. A Diuo Pio §. 1. nu. 3. ff. de re iud. & Alciat. lib. 2. diſpu. c. 20. & Couar. pract. queſt. cap. 5. num. 1. & Mant. in Enchir. lib. 6. cap. 146. & ideo videmus in practica, quod delinquens extra ſtatum eccleſiaſticum, qui non ſit oriundus dicti ſtatus, nec incola, ſi eſſet captus in vrbe puniretur quidẽ contra deciſiones pręfatorum Doctorum, non tamen pœna ordinaria, ſed extraordinaria: Quid dicendum? Reſpondeo, rationem adductam eſſe veram etiam hodie, quia Papa eſt ſupremus Dominus, vt dixi ſupra cap. 11. nume. 6. & ſeqq. & propterea vbi ipſe reſidet, ibi videtur eſſe patria communis, & caput totius orbis.
25 † Tertio auocatur propter perhorreſcentiam, & timorem loci, ſeu potentiam aduerſarij: Staphil. de lit. iuſt. Cauſa eccleſiæ quibus committi debeat ſub num. 7. verſ. *Tertius quando.* fol. mihi 303. Sed declara, vt hoc in cauſis ſpiritualibus, & alijs de foro Eccleſiaſtico ſit ſemper verum: in cauſis verò prophanis nequaquam, quia regula eſt, quòd in Signatura Papæ non proponantur cauſæ prophanæ, ex quo non ſunt de foro Eccleſiæ, cap. ſi Clericus laicum. de for. compet. & per eundem Staph. vbi ſupra num. 3. fol. 302. fallit tamen iſta regula in pluribus caſibus, & primo, quando cauſa prophana eſſet in terris eccleſiæ: Secundo, quando eſſet cauſa ardua, vtputa ſupra quingentos, ſeu aliam ſummam, quæ relinquitur arbitrio iuſdicentis, Staph. loco citato. his inquam caſibus auocaretur cauſa propter perhorreſcẽtiam, & ita procedat dictum Staph. vbi ſupra dicto verſ. Tertius quando. aliàs non, teſte eodem Staph. eodem tract. de lit. iuſt. Fatalia quo vigore

gore prorogentur nume.5.fol. 352. dicente, cauſas prophanas non ſolere de partibus committi in Curia, non expreſſo conſiderabili valore, & multo minus auocari, cum non ſint fori noſtri: Nec, inquit, multum eſt in conſideratione, quòd orator dicat, ſe paratum iurare, quòd non ſperat conſequi iuſtitiæ complementum in partibus, cum multi ſint faciles ad iurandum, & ſæpe, ac frequenter peieratur: Vnde non habetur conſideratio de tali iuramento propter periculum animarum: hæc ille vbi ſupra. & vbi perhorreſcentiæ iuramentum admittitur, ſciẽdum eſt, quòd illud non recipit probationem in contrarium. Rot.deciſ.61. aliàs 610. num.1. de reſcript. in antiq. Veſtr. in pract. lib.3. ca.9. num.4. & Menoch. de arbitr.iud.caſ.202. nu.36. & licet Grauat. in addit. ad Veſtr. vbi ſupra, diſſentiat, tu tamen non recedas, & eſt ratio: quia, vt inquit Staph. de lit.iuſt. Clauſula & cum negotio principali, num.6.fol.mihi 328. quæ in animo cõſiſtunt, aliter probari non poſſunt, & vbi cauſa propter perhorreſcentiam auocaretur, auocatur etiam ſi lis eſſet cœpta in partibus, immo etiamſi foret inſtructa per ea, quæ ſcribunt Staph. dicto fol.328. ſub nume.5. verſ. Solet tamen &c. & Veſtr. dicto cap.9. ſub nu.2.

26 † Quarto auocatur, quando partes conſentiunt, tum quia, vt ait Staph. dicto tract. de lit. iuſt. Cauſa eccleſiæ quibus committi debeat nume.7. fol. 303. Prætor aliud non agit, niſi, vt partes ſint cõcordes, tum quia ſi hoc procedit, quando ſunt præſentes in Curia, & altera litem mouet, vt retuli ſupra nume. 24. multo magis procedet, quando vtraque pars conſentiret.

27 † Quinto quoties ita placet Principi, qui ſuo ſpeciali reſcripto cauſam beneficialem quandoque auocat, & in Curia committit, dummodo non ſit cœpta, nec pendeat in partibus, vide Veſtr. in pract. lib. 3. cap.9. in princ. & Vant. tract. null. Rub. de null. ex def. iuriſd. nume.81. & facit. Rot. deciſ.6. aliàs 169. de dol. & contum. in nou. & idem tradidi ſupra, ſub nume.19. Et hæc de auocatione cauſæ à iudice, & à loco ante ſententiam.

28 † Si verò loquimur in ſecundo, caſu, videlicet de ea, quę auocatur à iudice, & à loco poſt ſententiam: diſtinguo: Aut ſententia facit tranſitum in rem iudicatam: Aut non: Si primo caſu, quia cauſa eſt penitus finita, non eſt, quòd quæramus vlterius, niſi Princeps eam vellet reſtitutionis remedio renouare, vt dixi ſupra ſub nu.22. Si ſecundo: vtputa, quia ſit appellatum intra legitima tempora, tunc ſimiliter ſubdiſtinguo: Aut cauſa eſt prophana: Aut beneficialis: Si prophana, regulariter non deuoluitur ad Romanam Curiã, ſed committitur in partibus, vt declarando tradit A. M Papaz. in addit. ad Rot. deciſ.1. de elect. in nou. & refert, & ſequitur Grauat. in annotat. ad pract. Veſtr. lib.3. cap.6. nume. 9. Dixi, *regulariter*, quia fallit, quando in cauſa verteretur animæ periculum, vtputa ſi eſſet cauſa matrimonialis.

29 † Si verò eſt beneficialis, poteſt deuolui ad Curiam, vt autem deuoluatur, eſt ſeruãda diſpoſitio capituli 1, de elect. in 6. & Clemen. Cauſam. eod. tit. ſicuti admonent Rot. dicta deciſ.1. & Veſtr. dicto cap.6. nume.3. Forma verò deſumpta ex dictis iuribus eſt, vt appellatio ad Sedem Apoſtolicam fiat in præſentia appellati, aut ei, ſeu eius legitimo procuratori perſonaliter intimetur, & vbi neutri eorum perſonaliter intimari poſſit, intimetur vel domi, vel in Cathedrali ciuitatis, & Diœceſis, in qua eſt beneficiũ: Vide Rot. deciſ. 26. aliàs 168. de appel. in nou. Veſtr. dicto lib.3. cap.6. nume.4. illud vulgatum Formularium Commiſſionũ fol. mihi 12. num.37. Vide etiam omnino Rot. diuerſ. deciſ.486. nume.1. cum ſeqq. par.1. Similiter deuolui poteſt, ſi eſſet cauſa Clericorum, ſeu aliarum eccleſiaſticarum perſonarum. cap. dilectis filijs, circa fin. de appell. Vide Vant. dicta Rub. de null. ex def. iuriſd. num.68.

30 † Inſurgit modo vna difficultas: locuti ſumus hic de appellatione à ſententia diffinitiua. Sed quid dicendum, ſi in prædictis caſibus appellaretur ab aliquo incidenti, cuius cauſa deuolueretur iuxta prædicta ad Romanam Curiam, ibique pronunciaretur, malè fuiſſe appellatum: nunquid cauſa iuxta diſpoſitionem iuris cõmunis eſſet remittenda ad partes? Reſpondeo, quòd non: vide Staph. de lit. iuſt. Clauſula. Et cum negotio principali, ſub nu.3. verſ. Audiui tamen fol.327. & Vant. dicta Rub. de null. ex def. iuriſd. num.69.70. & 71. & ratio eſt, quia cauſa, ſemel commiſſa in Curia, inde regulariter amplius non extrahitur, Rot. deciſ.1. aliàs 38. in addit. de elect. in nou. & deciſ.48. aliàs 387. de reſcript. in antiq. & deciſ.3. aliàs 11. in fine. & 43. aliàs 321. de appel. in nou. & Auctor practicabilium Rotæ Romanæ ad finem ſecundæ partis deciſionum diuerſorum Rub. de cauſis num.1. fol.164. Verum tamẽ eſt, quòd Staph. vbi ſupra loquitur quando cauſa grauaminis eſt commiſſa vna cum negotio principali: Sed Vant. & alij loquuntur indefinitè, & hæc ſufficiant: ſi quid amplius deſideras, recurre ad allegatos Doctores, qui tradunt cauſas, ob quas Papa quandoque remittit ad partes.

Quando Iuriſdictio cenſeatur conceſſa cumulatiuè, & quando non, & ex quibus cauſis auocetur cauſa in hæreticalibus.

Cap. LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores olim ex delegatione ſummi Pontificis eligebantur à Magiſtro, & Prioribus Prouincialibus ordinis prædicatorum &c.*

2 *Inquiſitorum electio ex Conſtitutione Vrbani Quarti cœpit deuolui ad nõnullos Cardinales, qui hodie ſunt Inquiſitores generales aduerſus hæreticã prauitatem, & quare fidei negotium fuerit nonnullis Cardinalibus delegatum, & à quo eligantur Inquiſitores in Hiſpania &c.*

3 *Inquiſitores debent eſſe uiri graues, ætatiſq; annorum quadraginta.*

4 *Officium Sanctæ Inquiſitionis à quo exordium ſumpſerit, & cur in pluribus partibus Italiæ Inquiſitores eligantur ex fratribus ordinis Dominicani, & Franciſcani, & qui eligantur in Hiſpania.*

5 *Cardi-*

5 *Cardinales, qui ſunt Inquiſitores generales, an ſint ordinarij, vel delegati.*
6 *Inquiſitores, deputati à Cardinalibus generalibus, an dicantur delegati ipſorum Cardinalium, vel Papæ.*
7 *Inquiſitor an poſſit recuſari vt ſuſpectus.*
8 *Iuriſdictio Inquiſitoris an expiret per mortem delegantis, ſi etiam vnam cauſam non inceperit ante illius mortem.*
9 *Iuriſdictio, conceſſa Inquiſitoribus, an cenſeatur conceſſa cumulatiuè, vel priuatiuè.*
10 *Cauſa hæreſis an cenſeatur ab Inquiſitore auocata, ſi, ſit per ſpeciale reſcriptum alteri delegata.*
11 *Inquiſitores an poſſint ſubdelegare cauſas hæreſis.*

INITIO ſuperioris capitis dixi, cauſas tam ciuiles, quàm criminales eſſe tractandas coram ordinario loci, niſi ſint alteri delegatę: idē aſſero de cauſis hęreticalibus, niſi alteri eſſent delegatæ, venirent cognoſcendæ ab Epiſcopo, vti iudice ordinario per ea, quæ docui ſupra cap. 15. num. 3. Dico, *niſi alteri eſſent delegatæ*: quia, vt ibidem tradidi, hodie delegantur Inquiſitoribus: de quibus propterea hic in primis venit agē-
1 dum, † ſed, vt exordium ab eorū ortu ſuſcipiamus, illud primum ſciendum eſt, quòd olim ſummi Pontifices regulariter committebant Magiſtro, & Prioribus Prouincialibus ordinis Prædicatorum, Generali, ac Prouincialibus Miniſtris ordinis Minorū, vt in partibus, eis traditis, prouiderent de Inquiſitoribus, ſicuti recenſet Eymer. in Direct. Inquiſ. par. 3. q. 3. & patet ex literis Innocentij Quarti incipientibus. Licet ex omnibus &c. & ex alijs aliorum Pōtificum, quamuis quandoque ipſi viuo vocis oraculo aliquem Inquiſitorem eligerēt: Et ratio, cur prædictis Magiſtro, & Generali facultatem iſtam delegarent, eſt: quoniam maiorem notitiam prǽſumuntur habere de eorum fratribus, vt tradit Summ. Silueſtr. in verbo. Hæreſis. 2. q. 1. Rationem verò, cur potius fratres prædicti ordinis, quàm alterius, & quàm alij viri, tam ex religioſis, quàm ex laicis eligerentur Inquiſitores, tradidi infra num. 4.
2 † Deinde Vrbanus Quartus de anno Domini 1263. omnium primus cœpit iſtam facultatē transferre in Cardinales, conſtituendo Cardinalem Sācti Nicolai in Carcere Tulliano Inquiſitorem generalem, ſeu quaſi protectorem omnium Inquiſitorū, vt patet ex eius vetuſto reſcripto, incipiēte. Cupientes &c. cuius verba, facientia ad propoſitum, trāſcribit Pegn. in cōm. ad direct. Eymer. par. 3. cōm. 11. §. eius autē reſcripti, & quòd iſta facultas ſit omnino delegata Illuſtriſſimis, ac Reuerēdiſſimis Dominis Cardinalibus teſtatur idem Pegn. dicta par. 3. comm. 52. §. fin. non tamen omnibus, & hi alios Inquiſitores eligunt: verum licet eligant, tamen electio, ac deputatio emanat ſub nomine Pontificis, prout per Breue Sanctiſſimi Domini Papæ deputatur Inquiſitor in Inſula Meliuetana, quamuis, vt dixi, Reuerendiſſimi Cardinales eligant, & proponant, & ratio, cur hoc fidei negotium Cardinalibus fuerit delegatū, ea eſt, quia quādo Inquiſitores pro conſulendo in arduis ſummo Pontifice è prouincia diſcedere, & Romam petere cogebantur ad tradita per Eymer. dicta par. 3. num. 43. in forma inſtituendi Vicarium, ex eorum diſceſſu non pauca fidei negotio eueniebant damna: Quapropter Cardinales cœperunt creari Inquiſitores generales, vt ij per literas cōſulerentur, & in Hiſpania Catholicus Rex eligit Inquiſitorem generalem, ſeu inquam Præſidem inquiſitionis, quem ſummus Pontifex approbat, eique aduerſus hæreticos pleniſſimam tribuit poteſtatem, & is habet facultatem eligēdi alios Inquiſitores, mittendique viſitatores ad Inquiſitorū Prouincias, & in arduis conſulitur ab illis Inquiſitoribus, vt referunt Simanc. de Cath. inſtit. tit. 34. nu. 6. & Pegn. dicto Comm. 11. §. hodie ſingulari, & dicto Comm. 52. in fine: Cæterum etiam ipſe generalis Inquiſitor à Catholica maieſtate electus conſulit in arduis hos Illuſtriſſimos Cardinales, generales Inquiſitores, vt teſtatur Pegn. dicto §. hodie ſingulari.

3 † Modo poſtquam vidimus à quo eligantur Inquiſitores illud ſecundo loco præſciēdum eſt, quòd hi, qui eliguntur debent eſſe viri graues, ætatiſque quadraginta annorum, vt docui infra cap. 87. ſub num. 8. ibi. *Secunda quia &c.*

4 † Et quia officium Sanctæ Inquiſitionis videtur exordium ſumpſiſſe à Beato Dominico Canonico Oxomenſi, qui tempore Innocentij Tertij, circa annum Domini 1200. fuit primus Inquiſitor in Gallia Narbonenſi, & magnam cum Beato Franciſco habuit familiaritatem, & vterque Sanctiſſimam conſtituit religionem in Eccleſia Dei, ſuiſque fratribus ambo hoc officium Inquiſitionis exercendum reliquerunt: Vnde & Petrus Martyr de Verona ordinis Prædicatorum de anno Domini 1252. creatus Inquiſitor, fuit acerrimus hæreticorum hoſtis, cuius feſtum duplex à Reuerendiſſimis Dominis Cardinalibus Inquiſitoribus generalibus, alijſque Sāctæ Inquiſitionis officialibus ſingulis annis die 29. Aprilis ſolemniter celebratur in Eccleſia Sanctæ Marię ſupra Mineruam in propria Capella, vt latius recēſet Pegn. in Comm. ad Direct. Eymer. par. 2. cōm. 38. & celebrandum in ſingulis eccleſijs totius orbis terrarum diſpoſuit Sixtus Quintus, in eius Bulla nu. 29. anno Domini 1586. Id. Aprilis anno 1. eius Pōtificatus, ideo Inquiſitores olim eligebantur, eliguntúrque etiam hodie in pluribus Italiæ partibus ſolū ex fratribus prædictorum ordinum, Dominicani ſcilicet, & Franciſcani, & hic in vrbe in officio Sanctæ Inquiſitionis Commiſſarium videmus eligi ex fratribus ordinis Sancti Dominici. Verum quia tēpore Innocentij Octaui, & Catholicorum Regum Ferdinandi, & Iſabellæ hoc officium Sanctę inquiſitionis, cum denuo inſtauraretur, cępit committi, ac delegari etiam clericis ſæcularibus vtriuſque iuris Doctoribus, & in Hiſpania ad eos paulatim omnino deuolutum fuit, vt teſtatur Pegn. in Comm. ad Direct. Eymer. par. 3. Com. 32. §. fuit. B. in fine, idcirco cenſeo, non eſſe neceſſarium, quòd hic eligā-

tur ex

tur ex fratribus præfatorum ordinum: vnde Inquiſitor Melitæ regulariter eligitur aliquis Referendarius vrbis, vel alius Prælatus.

5 † His cognitis, occurrunt in materia nõnullę difficultates. Et prima: nunquid Inquiſitores etiam ij, qui generales ſunt, quales ſunt Reuerendiſſimi Cardinales, dicantur ordinarij, vel Delegati? Reſpondeo: Delegati: glo. in Clem. nolentes, in verbo, ipſorum, de hæret. Ioan. Andr. & alij, in cap. ne aliqui, de hæret. in 6. Simanc. de Cath. inſtit. tit. 34. nu. 13. ✱ & quòd hæc ſit communis * ſententia teſtatur Alc. in Rub. de offic. ordin. nume. 19. & alij, quos refert, & ſequitur Pegn. dicta par. 3. com. 53. in fine principij.

6 † Secunda: nunquid Inquiſitores, creati à Reuerendiſſimis Cardinalibus, dicantur delegati Reuerendiſſimorum Cardinalium, an Papę? Reſpõdeo: Papę, per ea, quę tradunt Eymer. in Direct. Inquiſ. par. 3. q. 6. & ibi Pegn. in comm. ad eum.

7 † Tertia: nunquid Inquiſitor poſſit recuſari, vti ſuſpectus? Reſpondeo, quia Inquiſitor dicitur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, vt refert, & ſequitur Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 54. nu. 41. & Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum æquiparatur ordinario, vt dixi ſupra cap. præcedenti nu. 7. ideo videtur dicendum vnà cum Iaſ. in l. apertiſſimi nume. 3. C. de iudic. quòd is non poſſit recuſari, niſi vti ordinarius, de quo dixi ſupra cap. præcedenti nume. 13. Tamẽ quid agere debeat Inquiſitor recuſatus, vide omnino Pegn. in Comm. ad Direct. Eymer. par. 3. Comm. 30. §. Poſtremo videndum, cũ ſeqq.

8 † Quarta: nunquid iuriſdictio Inquiſitoris expiret, ſi is ante mortem delegantis vnam ſaltem cauſam non inceperit iuxta ea, quæ dixi ſupra cap. proximè præcedenti ſub nu. 7.? Reſpondeo, quòd non cap. ne aliqui, & ibi gl. in verbo. non cœpta. de hæret. in 6. Eymer. in Direct. Inquiſ. par. 3. q. 7. & ibidẽ Pegn. & Iaſ. in l. more maiorum nu. 10. ff. de iuriſd. om. iud. immo non ſolum nõ expirat iuriſdictio Inquiſitoris, ſed minus expirat iuriſdictio Vicarij, ſeu Commiſſarij, aut alterius delegati per mortem ipſius Inquiſitoris: Vide Thom. Triuiſ. deciſ. 66. nu. 7. & ſeqq. lib. 1. vbi nume. 9. & 10. conatur reddere rationem.

9 † Quinta: nunquid iuriſdictio, quę conceditur Inquiſitoribus, intelligatur conceſſa priuatiuè, an verò cumulatiuè? Reſpondeo: cumulatiuè, cap. per hoc. de hæret. in 6. & tradunt Gundiſ. tract. de hæret. q. 7. num. 9. & 10. Lud. Carrer. eod. tract. num. 70. Simanc. de Cath. Inſtit. tit. 25. num. 4. & Clar. lib. 5. recept. ſent. §. hereſis. verſ. Sed quis inter. immo ſi plures Inquiſitores exiſtant, omnes dicerentur habere iuriſdictionem in ſolidum, & poſſent procedere ſimul, & diuiſim contra eandem perſonam, vt refert, & ſequitur Carrer. vbi ſupra nume. 69. Sed declara, vt per eundem ibidem nu. 71. cum ſeq. & Clar. loco citato.

10 † Sexta: nunquid cauſa cenſeatur auocata ab Inquiſitore, ſi ſit per ſpeciale reſcriptum alteri delegata? Reſpondeo, quòd ſic per ea, quæ tradit Pegn. dicta par. 3. Comm. 95. §. Sed obiter, & ipſe addo rationem illam, quia quando iuriſdictio non conceditur motu proprio, ſed ad petitionem perſonæ, cenſetur conceſſa priuatiuè, vt dixi ſupra cap. proximè præcedenti ſub nu. 8. ibi. *Cogita tamen &c.*

11 † Septima, & vltima: nunquid Inquiſitores poſſint ſubdelegare cauſas hæreſi.? Reſpondeo, quòd ſic, quia Delegatus Principis poteſt ſubdelegare. c. ſuper quæſtionum. de off. deleg. & notant Eymer. in Direct. Inquiſ. par. 3. q. 15. verſ. reſpondemus, & ob quas cauſas poſſit ſubdelegare, vide Pegn. ead. par. 3. Comm. 61. §. ſed iam, immo poteſt etiam ſibi Vicarium, ſeu Commiſſariũ ſubſtituere, vt oſtendit Thom. Triuiſ. deciſ. 66. nu. 4. & ſeqq. lib. 1. quem retulimus ſupr. ſub nu. 8. An autẽ Delegatus ab Inquiſitore poſſit ſubdelegare, eſt quęſtio anceps, de qua vide per eundem Pegn. dicta par. 3. comm. 64. §. Hæc tamen ratio cum ſeqq. Reliquum modo eſſet, vt ageremus de cauſis, ob quas poſſet cauſa per ſpeciale reſcriptum auocari ab Inquiſitore: Sed quia de hac re plura ſcripſi dicto ca. præcedenti nu. 11. & ſeqq. & poſſunt omnia ferè adaptari, ideo finem impono modo inſtituendi iudicium, & proceſſum ad inſtantiam partis.

De modo procedendi ex officio tam in Ciuilibus, quàm Criminalibus, & hæreticalibus. Cap. LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Procedere ex officio quid ſit.*

2 *Modus procedendi ex officio tam nobili, quam mercenario de iure eſt regulariter prohibitus tã in cauſis ciuilibus, quàm in criminalibus, fallit tamen vt in num. ſeqq. vſque ad num. 8. incluſiuè.*

9 *Proceſſus ex officio tam in cauſis ciuilibus, quàm in criminalibus vnde inchoetur, & num. 12.*

10 *Iudex, cui eſt aperta via ad inquirendum, & non inquirit, facit litem ſuam, & è contra ſi inquirit, & ſibi non eſt aperta via ad inquirendum, malè facit.*

11 *Iudex quomodo debeat inquirere, & non progredi ad aliam inquiſitionis ſpeciem, quàm ad eam, ad quã ſibi patefacta eſt via.*

1 CLAR. lib. 5. † recept. ſent. q. 3. in fine principij ait, procedere ex officio eſſe, quando iudex a ſe ipſo, & ex ſuo officio aſſumit informationes cõtra delinquentem, & contra eũ procedit: verũ, quia quãdoque proceditur ex officio ad aliquem actum ſine præcedẽti informationum aſſumptione, vt dixi infra num... ideo tu breuius, & magis adęquatè dicas, procedere ex officio eſſe, quando iudex ſine iudiciali actoris miniſterio procedit, vt docui etiam ſupra cap. 8. nu. 4. Sed, ne oleum, & operam circa hunc procedendi modum

2 videamur amiſſuri, videndum primo loco eſt: † nũquid iſte modus procedendi ex officio ſit receptus in Iudicijs? & breuiter agendo: aut loquimur de iure: aut

re: aut de conſuetudine: Si de iure: dico, quòd non: quia iudex non debet ſuum officium impartiri, niſi petentibus, argumento textus in l. 1. & ibi Alex. C. vt quę deſ. Aduoc. par. iud. ſuppl. & in l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de damn. infec. & in l. reſcripto. §. ſi quis. ff. de muner. & honor. gloſ. in l. ſi curatoris, in verbo. hæredes. & ibidem Bal. ſub num. 1. C. de iur. delib. Socin. reg. 200. Marſ. in pract. crim. §. nunc videndum, nu... Crauet. conſ. 134. ſub nume. 1. lib. 1. Alex. Stiat. in pract. cap. 23. nu. 45. & Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 50. num. 6. & in proprijs terminis, ꝙ non liceat procedere per inquiſitioně tradunt gl. in l. 2. §. ſi publico. in verbo, ſine accuſatore. ff. ad l. Iul. de adult. Bar. in l. congruit, nume. 3. ff. de offic. Prǽſ. Bal. conſ. 124. Quidam Cagnus. col. 2. ibi. ſolutio. conſiderandum eſt in primis. lib. 5. Papienſ. in pract. in form. Inquiſitionis in glo. prima. ſub nu. 1. Ang. tract. de maleſ. in verbo. Hæc eſt quædam inquiſitio nu. 28. & Maran. in ſuo Specu. par. 6. de Inquiſitione, ſub nume. 6. fol. mihi 256. Et quòd hæc ſit communis * opinio teſtantur Alber. in l. ea quidě ſub nu. 4. C. de accuſ. Ang. in dicta l. 2. §. ſi publico, num. 2. Maria. in cap. qualiter, & quando il 2. num. 106. de accuſat. & alij, quos refert, & ſequitur Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 3. verſ. debes autem, verſus finem, & q. 5. Verſ. quæro in quibus caſibus, & procedit quidem non ſolum de iure Cęſareo, & Pontificio, ſed etiam de iure Diuino iuxta illud Ioannis:

Mulier quis te accuſat? Nemo domine: nec ego te condemno.

Quem textum adducunt etiam Papiě. vbi ſupra, & Vital. in tract. de maleſ. in procemio ſub nu. 3. & Menoch. conſ. 160. nu. 259. lib. 1. licet ad aliud propoſitum. Firma ergo extat regula, quòd iudici non liceat procedere per inquiſitionem, ſeu inquam ex officio: Quam amplia, ſeu declara, vt procedat tam in officio nobili, quàm in mercenario: quia neutrum horum impartitur non petentibus, niſi cum lóga diſtinctione, quam poteris videre apud Bart. in l. 4. §. hoc autem iudicium, num. 3. cum ſeqq. ff. de damn. infec. Nobile dicitur illud, quod per ſe ſubſiſtit, nulli actioni, vel exceptioni deſeruiens, ſeu adhærěs, ſed ſui ſolius nobilitate gaudens: Mercenarium verò, quod adhæret actioni, vel exceptioni, & ꝑ ſe ipſum impotens, alij famulando, deſeruit: vt deſcribit Papienſ. in pract. in form. act. real. in glo. Quatenus ex

3 officio. nu. 1. & 2. fol. mihi 79. † Limita modo, vt non procedat in ſequentibus caſibus: primo vbi verſatur publica vtilitas, Auth. vt nulli iudicum. §. 1. & §. quoniam. collat. 6. & l. ſi quis in hoc. C. de epiſc. & cler. Bar. in dicto §. hoc autem iudicium, ſub num. 1. ff. de dam. infec. Soci. reg. 197. fall. 1. Fely. cap. 1. nu. 2. de iudic. & Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 50. ſub num. 8.

4 † Secundo vbi intereſt honoris iudicis, etiāſi agatur de priuata vtilitate, l. eos. §. fin. & l. iudicibus. C. de appell. Bar. in dicto §. hoc autě iudicium, ſub nu. 5. ibi. *ſolutio. diſtingue*, Socin. dicta reg. 197. fall. 2. Exemplifica in datione Apoſtolorum, quos iudex tradit, etiam parte non petente, dicta l. eos. §. fin. ibi. *Apoſtolos &c.* C. de appel. & tradit Papienſ. in dicta gl. quatenus ex officio, ſub num. 6.

5 † Tertio in cauſis miſerabilium perſonarū, l. nec quicquā, §. aduocatos. ff. de off. proconſ. l. ſancimus. §. 1. C. de adminiſtr. tut. vide Bar. vbi ſupra ſub nu. 3. circa medium. Socin. dicta reg. 197. fall. 3. & Maran. qui alios allegat in ſuo Spe. par. 6. de Inquiſitione nu. 132. fol. mihi 281.

6 † Quarto, quando ageretur de contrahendo aliquo matrimonio in caſu prohibito. cap. cum inhibitio. de clandeſt. deſpon. Socin. eadem reg. 197. fall. 16. & Maran. vbi ſupra num. 136.

7 † Quinto in omnibus caſibus notorijs, vt notatur in l. 1. C. qui, & aduerſ. quos in integr. reſtit. non poſtul. tradunt Bal. in l. 1. ſub nu. 2. ibi. *Quarto oppono*. C. vt q̄ deſ. Aduoc. & in l. 1. ff. de petit. hæred. Ang. tract. de maleſ. in verbo. etiam per modum notorij nu. 1. Corn. conſ. 2. In hac conſultatione nu. 6. lib. 2. Soc. dicta reg. 197. fall. 19. Affl. deciſ. 176. nume. 2. Gram. deciſ. 31. nu. 7. & Maran. vbi ſupra nu. 134.

8 † Sexto fallit in omnibus criminibus, in quibus ꝓcedit publica diffamatio: quoniam tunc diffamatio gerit vicě accuſationis, & poteſt procedi per inquiſitionem. cap. qualiter, & quando il 2. de accuſat. & faciunt quæ dixi infra cap. 84. nu. 11. in ſecunda difficultate, & apertius ſub nu. 21. ibi. *non obſtat &c.* & num. 34. Reliquos caſus videto per te ipſum apud Soci. & Maran. in locis alleg. & per Bar. in dicta l. 4. §. hoc autě iudiciū. ff. de dam. infec. & Papien. in dicta gl. quatenus ex officio, qui procedunt diſtinguědo: videto ět Aug. ad Ang. tract. de maleſ. in verbo. Hęc eſt q̄dā inquiſitio nu. 34. cū ſeqq. vbi enumerat multos caſus in materia criminali. & hæc de iure.

Si de conſuetudine, rurſus diſtinguo: Aut loquimur in cauſis ciuilibus: Aut in criminalibus. Si in ciuilibus, dico, à conſuetudine nihil eſſe immutatum. Si in criminalibus: dico, regulā eſſe in contrarium, ꝙ poſſit procedi ex officio, & per inquiſitioně in omnibus delictis, vt dixi infra ca. 85. ſub nu. 9. ibi. *Si loquamur*. Occurrit modo vna difficultas circa ſecundam fallentiam, ſeu, vt melius dicam, fallentiæ exěplum, ſuperius poſitum, quia dare Apoſtolos nō petentibus in proceſſu, & cauſa, agitata ad partis inſtātiam, nō eſt procedere ex officio, ſed ſupplere in facto, quæ duo ſunt diuerſa tanquam totum, & pars: valet enim conſequentia: procedit ex officio: ergo ſupplet in facto: ſed nō è contra: ſupplet in facto: ergo procedit ex officio? Reſpondeo, id verum eſſe: ſed nos vnà cum Doctoribus ſumimus hic vnū pro altero.

9 † At poſtquā vidimus, in multis caſibus cauſarū ciuiliū de iure, & ferè in omnibus cauſarū criminaliū de conſuetudine poſſe ꝓcedi ex officio ꝑ inquiſitioně: venit ſecundo loco videndū, q̄uo inchoetur iſte ꝓceſſus ex officio. Et reſolutiuè ꝓcedendo, diſtinguo: Aut loquimur in ciuilibus: Aut in criminalibus. Si in ciuilibus, rurſus diſtinguo: Aut conſideramus initia primordialia, & remota: Aut ꝓxima, & eſſentialia. Si primordialia, dico, inchoari à quocunque actu idoneo ad aperiědā viā ꝓceſſui ex officio & ꝑ inquiſitioně. Et q̄m, vt ait Seneca, relatus ꝑ Papiě. in pract. in form. Interrogationū, in gl. Ad declarationě nu. 1. fol. mihi 3. longū iter eſt ꝑ ꝓcepta: breue, & efficax ꝑ exěpla, ſubijcio ipſa exěpla: ꝑſona

humilis opprimitur à potente, vtpute, ſeruus à Domino: filius à patre, & ſimiles à ſimilibus potentioribus: hi, quia vel ob paupertatem, vel ob aduerſarij potentiam, vel quia ſibi reſiſtit ius ne agãt, recurrunt ad iudicem, eique oppreſſionem denunciãt, & requirunt, vt eos ſubleuet, ad notata per Spec. in tit. de denunc. §. 2. ver priuata, & per Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo. denũciationem, ſub nu. 4. quos refert, & ſequitur Marã. in ſuo Spec. par. 6. de denunc. nu. 3. fol. 288. certè ex huiuſmodi recurſu, & denũciatione inchoatur proceſſus aperitiuus, ſeu inquam incipit aperiri via iudici ad inquirendũ, & procedẽdum ex officio. Finge ſimiliter, ad aures iudicis perueniſſe, inter aliquos ciues ſerpere nõnullas occultas factiones, & inimicitias, ex quibus timeri debeat, ne tota ciuitas turbetur, armisq; ſubleuetur: certè ex iſta notitia, ad aures iudicis quomodocunque deducta, aperietur ei via ad inquirendum, & medẽdum propter publicam vtilitatem iuxta ea, quæ tradidi ſupra nu. 3. Finge rurſus tempore charitatis, & inopiæ, adeſſe aliquos particulares ciues, quibus ſuperſit frumentum, & annona, idque ad iudicis notitiam quauis occaſione perueniſſe: certè dicetur ei aperta via ad cogẽdum eos ex officio, vt qđ illis ſupereſt, vendant iuſto pretio argumento tex. in l. 1. §. fin. ff. de off. præf. vrb. & notant Doct. in l. nec emere. C. de iur. delibe. quod deplorandum eſt, factum non fuiſſe in nonnullis Ciuitatibus, & locis de anno præterito, & præſenti 1592. in quibus, quia non fuerunt coacti, proh dolor, miſerabili, ac famelico interitu myrias forſan perijt hominum. Finge etiam, in iudicis cognitionem deductam eſſe ſuſpitionem alicuius Tutoris: certè quauis via fuerit deducta, Iudex, nemine accuſante, ſed ex mero officio incipiet inquirere, & remouere, ſi ſuſpectum inuenerit. l. 3. §. præterea, & ibi Bar. nu. 2. ff. de ſuſpec. tut. & tradit Maran. in ſuo Spec. par. 6. de inquiſitione num. 147. & hęc de initijs primordialibus, & magis remotis.

Si verò cõſideramus initia proxima, & eſſentialia: dico, inchoari, vel à citatione cum expreſſione totius rei, & cauſæ ob quam citatur, vel à monitorio ſeu præcepto, vel ab examine teſtium iuxta ea, quæ docui ſupra in capitibus, in quibus egi de prædictis. Et hæc in ciuilibus.

Si in criminalibus: adhibeo equidem eandem diſtinctionem: ſed quia in his cautius ſolet procedi, & iſte modus procedendi ex officio de conſuetudine eſt ordinarius, res venit ordinato calamo exarãda. Si igitur cõſideramus initia primordialia, & remota, quibus inchoatur proceſſus ex officio in criminalibus: dico, initiari à Banno, ſeu generaliſſima inquiſitione, & deindè vel à denunciatione, vel à querela, ſeu inquam ſimplici accuſatione, probationibus factis in alio proceſſu, notorio, appræhenſione delinquẽtis in flagranti, depoſitione ſocij criminis, ab inſpectione iudicis, & ſimilibus. Singula enim hæc ſunt primæ quædam ianuæ, ſeu viæ, per quas datur iudici acceſſus ad inquiſitionem, ſeu proceſſum ex officio, adeo quod, ijs patefactis, iudex teneatur ingredi, ac progredi: & clauſis, deſiſtere.

10 †Quare, ſi ei ſit aperta via ad inquirendũ per denunciationẽ, iſque non inquireret, vtique faceret litem ſuã. Bal. in l. mãcipia. nu. 1. C. de ſeru. fugit. quẽ refert, & ſequitur Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 4. in fine principij. Et è conuerſo, ſi inquireret, ſibi via non aperta, ſimiliter poſſet puniri, ſeu ſaltẽ grauiter reprehendi, vt reprehẽſum fuiſſe Prætorẽ Vallis Sicidę, qui proceſſerat contra quẽdam de inceſtu, nulla pcedente querela, ſeu denunciatione: teſtat̃ idẽ Clar. vbi ſupra q. 5. verſ. ſcias etiã.

11 † Sed hic quæro, nunquid, ianuis patefactis, debeat ſtatim inquirere, & pcedere? Reſpondeo, ꝙ ſic: ſed debet eo tantum progredi, quo ſibi via aperta eſt, & non vlterius; vnde inquiſitio dicitur duplex, generalis ſcilicet, & ſpecialis: ſeu triplex ſecundum alios, qui addunt generaliſſimam, alij ſunt, qui addunt alias ſpecies, vt docui infra cap. 83. num. 1. & cap. 84. nume. 3.

Declaro, cum primũ iudex adeptus eſt officij poſſeſſionem, dicit̃ ſibi aperta via ad inquirendũ contra facinoroſos, & delinquentes iuxta text. cum ſua materia in l. cõgruit. ff. de offic. præſid. Sed, quia ex auctoritate ſola officij aperitur ſolum via ad inquiſitionem generaliter, non poterit vltra eam progredi. Erit autem generalis, ſeu inquam generaliſſima inquiſitio illud bannum, quod officiales poſt ingreſſum officij emitti faciunt, vt docui infra cap. ſequẽti. Quo banno emiſſo, iudex ſuperſedebit, donec ſibi via ad aliam inquiſitionem aperiatur. Et vbi ad aliam ſibi aperiatur, videndum eſt, an ſibi aperiatur ad generalem, an verò ad ſpecialem: Nam quę aperiunt viam ad generalem, ſunt denunciatio, & querela generalis, itẽm inuentio delicti, & alia ſimilia, q̃ aperiunt ad inquirẽdum generaliter perſonam delinquẽtis, hoc eſt, quis delictum commiſerit, quamuis reſpectu delicti dicat̃ ſpecialiter inquirere. Quæ vero aperiunt viam ad inquirendũ ſpecialiter, ſunt denunciatio ſpecialis, præſertim facta ex neceſſitate. Item querela ſpecialis præſertim conſtituti in articulo mortis. Item diffamatio, reſultans ex generali inquiſitione: generalis enim inquiſitio viam non aperit ſpeciali inquiſitioni, niſi in ea exiſtat diffamatio contra aliquam certam perſonã: prout hęc omnia, quæ modo ſummariè dixi, ſatis docui infra in eorum proprijs capitibus, & peculiariter in cap. 84. num. 1. & ſeqq. & num. 7. & hæc de initijs remotis, & primordialibus.

12 † Si verò conſideramus initia proxima, & eſſentialia: dico, hunc procedendi modũ ex officio in criminalibus inchoari, vel ab ipſa inquiſitione ſpeciali, quę ſtat loco libelli, vel à monitorio, ſeu citationẽ iuxta ea, q̃ docui ſupra in capitibus, in quibus egi de citationibus, & de monitorijs, & infra in cap. 85. vbi egi de inquiſitione ſpeciali: Modo reliquum eſt, vt de ſingulis prædictis copioſius agamus.

De Banno, ſeu inquiſitione generaliſſima. Cap. LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitionis tractatus quàm ſit difficilis.*

2 *Inquiſitio generaliſſima quid ſit, & quomodo ex ea ſuccedat*

ſuccedat purgatio totius Prouinciæ malis, & ſceleratis hominibus, & quid ſeruetur in Regno Neap.

3 *Bānum generale, emiſſum à iudicibus initio eorum regiminis, nunquid operetur, vt iudices poſſint procedere ex officio in caſibus expreſſis in banno, quāuis de iure non poſſent.*

4 *Bannum generale cur vocetur inquiſitio generaliſſima.*

1 INQVISITIONIS † materia eſt latiſſimus cāpus, difficilis tractatus, & Doctorum genis durum os: Vnde Fely.in cap. qualiter,& quando, il 2. de accuſat. & ſimiliter Boſſ.tractat.crim. tit. de Inquiſit. vterque num.1.ſubterfugientes hunc tractatum, remittunt ſe ad ſolemnem repetitionem Mariani Socini dicēs Boſſius, ſe pauca dicturum, quia ad dicendum omnia nōn ſufficeret annus: & certè, quòd ſit res difficillima tractatu, iam, dum iunior eſſem, expertus ſum; ſiquidem, cū ad mei priuatam vtilitatem de ea nonnulla ſcribere decreuiſſem, illam adeo perplexè, & inuolutè à Doctoribus tractatam reperi, vt primo ferè ingreſſu ſiſterim gradum: vnde videbantur mihi melius locuti, ſi tacuiſſent: ſed quid amplius, in tantum inuoluerunt, vt inquiſitionis vſus penitus ab aula receſſerit: quapropter poſſem vna cū Claro lib.5.recept. ſent. q.5.in princ.conſulto eius materiam omittere: Sed ne à difficultate me clanculum ſubtrahere videar, ſtatui quæ cognitu digna ſunt, non prætermittere.

2 † Inquiſitio igitur generaliſſima ſecūdum Bal. in l.ea quidem, num e.43.ibi. *eſt autem*. C.de accuſat. Ang.de Peruſ.in l.ſi vacantia, nu.... C.de bon.vac. lib.10.& Ang.de Aret.tract.de maleſ.ī verbo. Hæc eſt quædā inquiſitio nu.4.& Amad.tract. de Synd. nu.23.in fine. eſt ius procedendi ex mero officio ad inueſtigationem omnis facinoroſæ perſonæ in territorio inquirentis pęna dignæ: q̄ deſcriptio, quia ſonat in ius, & non in factū, eſt libera à morſibus, quibus Aug.ad Ang.de maleſ.vbi ſupra nu.11. decerpit definitionem Hoſtienſis, quā refert, & ſequitur Pegn.in Comm.ad Direct.Eymer. par.3.cōm.16. §.eſt autē. Ego tamen, vt facilius loquar, dicerem, inquiſitionem generaliſſimam eſſe illud bānum, ſeu Proclama, & edictum. quod officiales poſt officij īgreſſum faciunt promulgari ad effectum purgandi territoriū malis hominibus iuxta textū in dicta l. cōgruit.ff.de offic.præſid.& in §.vt autē.Auth.de ſanctiſſ.Epiſ.coll.9.& in cap.graue, de præben.quod bānū officiales ordinarij in Regno Neapolitano poſſunt promulgare quotieſcunque ſibi placuerit iuxta cōſtitutionem.Inquiſitiones generales. Verum hęc cōſtitutio eſt in hoc correcta per c. Generales, quia diſponitur in eo, q̄ ſemel tantum ſingulis annis poſſint generaliter inquirere, vt notant Affl.dicta conſtitutione.Inquiſitiones. ſub nu.2. & Ant. de Nigr. dicto cap.Generales nu. 10. & quomodo hoc bannum formetur in Regno, vide per Afflict.vbi ſupra nu.1.& Maran.in ſuo Specu.par.6. de Inquiſitione nu.7.& 173.& vt intelligas quomodo ex huiuſmodi banno Prouincia veniat purganda malis hominibus: ſciendum eſt, quod & ſi nemo regulariter teneatur delicta reuelare.c.placuit.6.q.2.l.1. §. ſi tibi, & ibi Doctores,& præcipuè Iaſ.nu.1.ff.de condict. ob turp.cauſ.& alij, quos refert, & ſequit̄ Diaz. reg. 332.indicare, & de cōi * teſtatur Bertaz. conſ. 107. nu.10.lib.1.& conſ.343.nu.1.iuncto num.5.lib.2.& de magis cōi Bonacoſſ.quē refert, & ſequitur Moder. in qq.crim.q.51.num.12.lib.2.tamen, omiſſis limitationibus,& ampliationibus ad hanc regulā, de quibus copioſè poſt alios Moder. dicta q. 51. tenet̄ quilibet reuelare, qn̄ Pręſides,& Gubernatores imperant in eorū bannimentis, & non reuelantes puniuntur, vt poſt Clar.lib.5.recept.ſent.q.27 verſ.aliquando, & alios quos refert, teſtatur Moder.dicta q.51.nu.19. vnde iuxta hanc practicā officiales ad inueniendos malefactores ſolent in eo iuxta qualitatem delictorum modo ſpe quæſtus, modo timore pœnę allicere, & excitare homines ad illos detegēdos, ac denunciandos: ſpe quæſtus, promittendo eis quartam, aut tertiam partem pœnæ, & quòd ſecreti tenebuntur: timore pęnæ, interminando mulctā, ſi non denunciauerint, prout Sixtus V. in Bulla contra homicidas, latrones &c. rigoroſam interminat̄ non denunciantibus bannitos: Et demum ad illos profugandos ſolent pęnas arbitrarias ſtatuere, certas, & determinatas, & comminari, quòd procedet ex officio, & per inquiſitionem: vnde facinoroſi audientes, quòd vario aucupij genere excitantur denunciatores, & exploratores, quòd ij tenebūtur ſecreti, quòd pęnæ ſunt determinatæ, & quòd procedetur ex officio, fugam quamprimum arripiēt, ſicut conſiderauit etiam Amad.dicto nu.23. Solent prætere in Regno, vt notant Affl.& Maran.locis citatis iuxta diſpoſitionem dictę conſtitutionis.Inquiſitiones generales, præfigere terminum offenſis ad querelādum cum comminatione, quòd eo elapſo, amplius non audientur, qui terminus ideo meo iudicio præfigitur, quia in illis caſibus regulariter prohibetur proceſſus per īquiſitionem: vnde cum permittatur vigore illius banni, ſeu generalis inquiſitionis, reſtringitur ad certum breuem terminum: alias enim damnoſè arctaretur tempus ad denunciandum, ſi ſemper procedi poſſet per inquiſitionem.

3 † Occurrūt modo aliquæ difficultates, & prima: nunquid hoc bannum operetur, vt iudex poſſit procedere ex officio in omnibus delictis, expreſſis in dicto banno, etiam in ijs, in quibus de iure prohibetur proceſſus ex officio? Reſpondeo, Amad. dicto tract.de ſynd.nu.23.& Ang.tract. de maleſ. in verbo. Hęc eſt quædam inquiſitio, nu.27. tenent, q̄ ſic, tradēs Angelus propterea cautelam officialibus, vt in principio Regiminis faciant, fieri bannum, quod compręhendat proditores, ſacrilegos, fures, & omnes homines malę conditionis, & famę, & oēm ꝑſonam, quæ aliquid fecerit, vel dixerit cōtra formam iuris, & ſtatutorū illius loci, quia, inquit, in omnibus caſibus, expreſſis in illa inquiſitione generali, & etiā in ſimilibus expreſſis, poterit poſtea fieri inquiſitio ſpecialis, licet aliàs in illo caſu non potuiſſet formari inquiſitio: Videturque hæc opinio confir-

mari tum ex illa ratione præfigendi termini ad denunciandum, quam adduxi supra nume. præcedenti, vers. *solent præterea*. tum quia aliàs hoc bannum videretur frustratorium, sicuti considerant Bal. in l. iubemus. nu. 5. C. de probat. & Amod. vbi supra.

Contrariam sententiam, impugnando istam tenet Maran. in suo Spec. par. 6. de Inquisitione num. 31. dicens, quòd si hoc dictum Amodei esset verũ, sequeretur, ꝙ omnia iura, prohibentia inquisitionẽ specialem, seruirent nobis de vento, cum communiter omnes officiales soleant facere huiusmodi banna generalia, per quæ facilè fieret fraus legibus, ꝓhibentibus inquisitionem specialem: vnde iudices possent statuere contra leges, quod est falsum, vt tradit Par. de Put. tract. de Synd. in verbo. Tortus. cap. 5. An in causa pecuniaria, sub nu. 20.

Quid dicendum? Respondeo, conciliando: Aut in banno est appositus certus terminus ad denunciandum: Aut non: si est appositus iuxta stylum Neapolitanum, vt dixi supra: rursus distinguo: Aut denunciat interessatus: Aut extraneus: Si interessatus: Iudex forsan procedere posset ex officio, quãuis aliàs de iure requireretur processus ad partis instantiam cum oblatione solemnis libelli. Si extraneus, crederem ꝙ non: & hæc quando est appositus certus breuis terminus. Si verò non est appositus, teneo indistinctè vnà cum Maranta, quòd nõ possit: moueorque ex eisdem rationibus, quas ex eo superius retuli. Vnde, cum in statu Ecclesiastico fiant huiusmodi banna sine vlla termini præfixione, censeo, ꝙ in casibus prohibitis non posset procedi ex officio per inquisitionem. Immo attẽdite, quia quamuis essemus in casu, vbi procedi posset ex officio, nihilominus cõtra certam personam procedi non liceret, nisi præcederet diffamatio, seu legitimum indicium, nõ obstante hac generalissima inquisitione, quæ viam nõ aperit speciali inquisitioni, prout bene etiam declarauit Maran. vbi supra.

4 † Secunda difficultas: Quare hoc bannum vocetur inquisitio generalissima? Respondeo, ex duplici causa: prima, quia est prima, & præparatoria ad omnes alias, siquidem hinc excitantur denunciationes, vt docui supra sub nu. 2. ibi. *Et vt intelligas &c.* Secunda, quia est generalis, tam quoad personas, quã quoad delicta, vt tradunt Papien. in sua pract. in forma inquisitionis nu. 41. Amod. dicto tract. de synd. nu. 22. Ang. tract. de malef. in verbo. Hæc est quædam Inquisitio, sub nu. 3. Iodoc. in pract. crim. cap.
* 8. num. 14. & communiter * omnes in diuersis locis: Et hæc sufficiant.

De banno, seu inquisitione generalissima in hæreticalibus. Cap. LXX.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio generalissima, quæ emanat ab Inquisitoribus, tendit in suo genere ad eũdem finem, ad quem tendit inquisitio generalissima, facta à latrunculatoribus in alijs delictis.*

2 *Inquisitio generalissima, quæ fit ab Inquisitoribus differt in tribus ab ea, quæ fit à latrunculatoribus secularibus: primò, quia hac generalissima inquisitione quilibet de populo cogitur denunciare hæreticos sub pœna excommunicationis: secundo, quia in ista nõ determinãtur aliquæ pœnæ &c. Tertio, quia Inquisitor non solum præcipit, vt hæretici denuncientur, sed etiam vt capiantur.*

3 *Inquisitores an, cum primum fuerint ingressi locum delegationis, debeant ante promulgationem banni generalis ostendere literas delegationis.*

1 HAec † generalissima inquisitio in causa hæresis conuenit cum illa, quæ fit in alijs delictis, quia sicut illa fit à iudice maleficiorũ ad effectũ purgandi prouinciam malis hominibus, vt dixi supra ca. præcedẽti, sub nu. 2. ita ista ab Inquisitore ad effectum purgandi prouinciam hęreticis, & de hac generalissima inquisitione loquitur ca. excommunicamus. §. adijcimus, & §. fin. de hæret. & Concilium Tolosanum cap. 2. cuius verba refert Pegn. in commen. ad Direct. Eymer. par. 3. comm.
2 16. §. & generalis. † Differt tamen ab ea in tribus: primo, quia in ista quilibet de populo non tantũ incitatur ad denunciandum hæreticos, vt in illa; sed etiam excommunicationis pœna cogitur, vt docet Simanc. de Cath. instit. tit. 44. nu. 4. & Pegn. in cõm. ad Direct. Eymer. par. 2. comm. 78. §. tenentur, quę pęna etsi absque inquisitoris comminatione sit à iure imposita, vt patet in literis Gregorij Noni, incipientibus. Excommunicamus in fine, editis Viterbij, anno Domini 1236. & in literis Innocẽtij IIII. incipiẽtibus. nouerit vniuersitas &c. ibi. Item si quis hæreticos sciuerit, & suadetur ex tex. in c. qui alios, de hæret. inquit enim ille textus.

Qui alios cum potest, ab errore non reuocat, se ipsum errare demonstrat.

Et in tantum præcipitur ista denunciatio, vt non defuerint, qui arbitrati sint, non reuelãtes hæreticos reddi vehementer suspectos de hæresi, quæ sententia tunc nimis crudelis esset, qñ aliqua causa allegari posset ad excusandum, vt retuli supra in cap. 56. in fine. Tamẽ inquisitores adhuc laudabiliter initio suscepti officij, vel alio determinato tempore, seu sibi magis bene viso solent quẽlibet monere ad denunciandos hęreticos infra certũ terminũ sub pęna excõmunicationis, q̃ in ipsomet banno, pręmissis 1. 2. & 3. canonica monitione, solent proferre iuxta practicam Eymerici in Direct. Inquis. par. 3. nu. 52. de forma admonitionis in sermone fol. mihi 438. & 439. & ratio, cur in crimine hęresis, magis q̃ in alijs delictis præcipiatur denũciatio, ea est secundũ Gũdis. tract. de hęret. q. 10. nu. 2. in fine. quia hęresis est in opprobriũ Dei, cuius opprobria dissimulare non debemus, cum ipse nostra deleuerit, vel secundum Simanc. de Cath. Instit. titu. 19. nume. 2. quia est impietas, perniciosa vniuersæ Reipublicæ, atque omnium interest, religionem Christianam inuiolatam esse. Secundo differt, quia in isto banno pœnæ non determinantur, neque comminatur, quòd procedetur

cedetur

cedetur ex officio per inquiſitionem, quia hęc facultas procedendi per inquiſitionē inquiſitoribus ſatis conceſſa eſt à iure. Quare officium ipſum antonomaſticè dicitur officium ſanctæ Inquiſitionis. Tertiò differt, quia Inquiſitor poteſt non ſolū pcipere, vt denuncientr, ſed; ſi manifeſtè conſtet eos eſſe hereticos, ꝙ capiantr, ac proprijs bonis ſpoliētur iuxta reſcriptum Innocentij IIII. Ad extirpanda. §. idem quoq; cuius verba refert Pegn. ad Direct. Eymer. par. 3. cōm. 36. §. ſed hæc ſententia: Immo manifeſtus hæreticus poteſt impune offendi, ſi aliter capi non poſſit, vt latè docebo lib. ſeq. & interim cōſule Peg. dicto comm. 36. §. ſed ipſum. & ſeq. Cæterum ſi non conſtet eos eſſe manifeſtè hæreticos, ſunt ſolum denunciandi.

5 † Quæro incidenter: An inquiſitores, cum primū fuerint ingreſſi locum ſuæ delegationis, debeant in primis ante promulgationē pdicti banni oſtendere Capitulo Eccleſiæ maioris, & Cōſiſtorio Ciuitatis literas delegationis? Rñdeo, ꝙ ſic, ſicuti docuerunt Eymer. in Direct. Inquiſ. par. 3. in princ. & Simanc. de Cath. Inſtit. d. tit. 44. nu. 1. quod facere debēt oēs iudices, tā ordinarij, quā delegati: & hæc ſufficiant.

De Denunciatione, quæ aperit viam proceſſui per Inquiſitionem in Criminalibus. Cap. LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitione generali, hoc eſt, banno excitantur denunciationes, & querelæ, & quid ſit denūciatio iudicialis publica, de qua agimus.*

2 *Denūciatio quotuplex ſit, & quæ dicatur generalis, & quæ ſpecialis, & quibus requiſitis vtraque expleatur, & quid ſeruetur Hyberniæ, & Mediolani in denunciandis ſortilegis.*

3 *Denunciatio generalis, item ſpecialis ad quam inquiſitionem viam aperiant, tam quando delictum eſt facti permanentis, quā quando eſt facti tranſeūtis, & quæ ſit practica inquirendi latè diſcutitur.*

4 *Iuramentum an ſit neceſſarium in denunciatione, facta à Syndicis &c.*

5 *Iuramentum calumniæ, an requiratur in denunciatione, facta à Syndicis &c.*

6 *Syndici, & alij ſimiles à quo poſſint conſtitui ad denunciandum maleficia.*

1 QVIA, † vt dixi ſupra ca. 69. ſub nu. 2. ibi. *Et vt intelligas &c.* per illa bāna, quæ officiales fieri faciunt initio gubernij, excitantur denūciæ, notificationes, & querelæ; ideo doctrinæ ordinem ſequēdo, ago modo de Denunciatione, quę etſi multiplex ſit, & varijs modis interueniat in proceſſibus iuxta ea, quæ docui ſupra cap. 54. à nobis tamen de iudiciali tantū, & put aperit viam proceſſui criminali per inquiſitionem venit agendum, quæ dicitur publica, quia vt tradit Maran. in ſuo Spec. par. 6. de Denunciatione nu. 1. fol. 288. ea defertur crimen ad publicam vindictā. Et hæc poteſt multipliciter deſcribi: Nam Hoſt. in Summ. tit. de Denūciat. §. 1. tradit, eſſe delationem alicuius criminis apud competentem iudicem ſine legitima inſcriptione ad pœnam peragendam, quā deſcriptionem ſecuti ſunt Salyc. in l. ea quidem. C. de accuſ. Ang. tract. de maleſ. in verbo. Nec nōn ad denunciationem nu. 1. & Pegn. ad Direct. Eymer. par. 3. comm. 15. §. eſt autem. Gandinus verò tract. de maleſ. in Rubr. quomodo de maleſ. cognoſc. per denunc. num. 1. breuius loquens ait, denunciare nihil aliud eſſe, quàm deferre aliquem reum criminis. Aliter deſcribere videtur Vital. eodem tract. de maleſ. Rubr. de denunciat. num. 1. & 5. dicens, denūciationem eſſe alicuius criminis delationem: vnde, inquit, denūciare eſt ratione alicuius delicti aliquem ad pœnam deferre: nam præpoſitio *de* auget nunciationem argumento l. primæ. ff. de poſ. & nunciare nihil aliud eſt, inquit, quàm notificare maleficiū eſſe commiſſum. Simāc. verò de Cath. inſtit. tit. 19. num. 1. ait, denunciare apud Iureconſultos eſſe manifeſtare, indicare, & deferre, & denūciatorem pro iudice, vel delatore vſurpari, quod idem repetit tit. 64. nu. 55. Et quia hæ deſcriptiones inter ſe nō differunt, ideo ſuper eis nō inſiſto, & licet illa, quæ definit, eſſe delationem alicuius delinquentis, ſeu Rei, qualis eſt illa Gādini, conueniat denunciationi ſpeciali, & illa, quæ definit eſſe delationem alicuius criminis ad publicam vindictam apud competentem iudicem, qualis eſt illa Hoſtienſis, poſſit conuenire denunciationi generali, & licet etiā conueniant omnes, tam denunciationi, quæ ſeruit modo procedendi de per ſe iuxta ea, quæ dixi ſupra cap. 55. quàm denunciationi, quæ ſeruit modo procedendi per inquiſitionem, de quo agimus hic, tamen hæc ſunt accidentia quædam denunciationis.

2 † Hæc iudicialis, & publica denunciatio, vt ſupra deſcripta, eſt duplex: altera generalis, altera ſpecialis. Generalis dicetur illa, in qua nullus certus nominatr delinquens: ſpecialis vero per oppoſitum, quando in ea nominatur certus delinquens. Modo videamus quibus requiſitis vtraque expleatur. Et reſolutiuè procedendo: generalis non habet vllum certum requiſitum, quod ſit neceſſarium, præter expreſſionem delicti, quod denunciatur, quia denunciatio generalis dirigit tantummodo iudicem ad inueſtigandū delictū ſpecialiter, & generaliter delinquentem. Et quoniā per huiuſmodi denunciationē nemini fit iniuria, ſeu præiudicium, ideo poterit ſtare ſine nomine denunciantis, ſine die, ſine anno, ſine ſcriptura, & extraiudicialiter, ſicut etiā aduertit Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 1. ſub nu. 49. verſ. *aduertat quinto.* quia, vt dixi, per eam aperitur ſolū via inquiſitioni generali. Bene verum eſt, ꝙ Notarius maleficiorum, ad quem porrigeretr ſimilis denunciatio generalis, debet quo diligentius poteſt ſe informare de loco delicti, de tēpore, & de alijs qualitatibus, & circunſtantijs, faciētibus ad rem, eaq; omnia, vt à memorię lapſu conſeruentur, ſcribere; & vbi veriſimiliter dubitaretur de aliqua calumnia, ſeu impoſtura, vel delicti corpus reciperet ſolum probationem per teſtes, delictumve eſſet occultum, debet ſtudere, vt denunciās, aperto nomine denunciet, eumque poſt denūciationem interrogabit medio iuramēto, vt agi ſo-

let cum Barbitonsoribus, qui Bannimentorũ necessitate denunciare cogũtur, vt dicam suo loco. & ita eorum denunciatio scribi solet. *N. retulit, seu denũciauit, se curasse, ac medicamẽtum præstitisse Titio, vulnerato in capite &c.* Non obstat, ꝙ Boss. tract. crim. tit. de denunc. nu. 18. & Clar. lib. 5. recept. sent. q. 5. vers. scias etiam, circa finem: dicant, super talibus denunciationibus, seu notificationibus, tacito, ac suppresso nomine notificantis, exhibitis, non esse procedendum, etiamsi in eis essent nominati testes informati de delicto, neq; eas esse recipiẽdas, quia loquuntur de denũciationibus specialibus iuxta ea, quæ dixi infra. & hæc de denunciatione generali. In speciali verò de iure requiruntur quatuor, & secundum communem vsum additur quintum, & in his Doctores conueniunt sine controuersia: disputatiuè aũt tradunt alia quatuor requisita: requiritur enim primo, ꝙ sit scripta, vt tradunt Bal. & alij in l. fi. C. de neg. gest. Alex. cons. 71. sub nu. 12. lib. 3. August. ad Ang. tracta. de malef. in verbo. Nec non ad denunciationem sub nu. 12. in fine, & ꝙ debeat esse scripta, vel manu denũciantis, vel manu Notarij apud acta, tradit Clar. lib. 5. recept. sent. q. 7. vers. vlterius quęro, in fine. Secũdo requiritur, ꝙ in ea exprimatur specialiter delictum, qđ defertur: expressio namq; delictorum in genere nullã aperit viam: Vnde ẽt in generali denũciatione diximus exprimendũ esse delictum. Tertio requiritur, ꝙ exprimat̃ delinquẽs per nomen ꝓprium, vel per alia signa ęquipollentia, quę illũ indicent. Quarto requiritur, ꝙ exprimatur nomen denunciãtis, & hoc requisitum est necessarium non solum in denũciatione, sed etiam in querela, aliàs possent sequi mille indebitæ vexationes: vnde malè faciunt Iudices, & notarij, qui interdum recipiunt huiusmodi scripturas, & notificationes, denunciantis nomine suppresso, & laudabiliter Mediolani extitit decretum, vt super huiusmodi notificationibus sine nomine notificãtis procedi nõ posset. vide ad hæc Boss. tract. crim. tit. de accus. nu. 3. & hoc non solum est seruãdum in Curia Mediolani vigore Constitutionum in titu. de accusat. cap. omnibus, §. nec etiã, vt aiũt Boss. vbi supra, & Clar. lib. 5. recept. sent. q. 5. vers. scias etiam, nullã de Bossio faciens mentionem: Sed etiam in statu ecclesiastico ex dispositione constitutionum Marchiæ lib. 4. ca. 3. & etiam in toto orbe Christiano ex dispositione iuris communis argumento textus in cap. Inquisitionis, §. tertiæ, & ibi glo. in verbo. In occulto. de accusat. vbi dicitur, super talibus schedulis, nõ solum non procedi, sed etiam puniri eos, qui illas tradunt, quia magis delinquunt, quàm qui prędia aliorum diripiunt, & dato, ꝙ deficeret ius, supplet ratio: nam sequeretur aliàs, ꝙ posset quilibet calumniari, præuaricari, & dare nomina testium subornatorũ, & ab his euaderet impunitus etiam quoad expensarum condemnationem, vt bene considerauit Boss. tract. crim. tit. de denũc. nu. 17. & 18. quod esset absurdissimum. Neque obstat, ꝙ Boss. ibidem nu. 19. dicat, de iure posse admitti notificationem sine nomine, ex quo iudex poterit eo casu procedere ex mero officio, quod Bartolus, quem ipse allegat, in extrauag. Ad reprimendum. in verbo. Denunciationem. num. 1. sensisse videtur, dum inquit.

Quod est verum, si in procedendo fuit nominatus denunciator, aliàs secus: Ergo hic potest procedi ad denunciationem alterius, denunciante non nominato, quia ex mero iudicis officio proceditur.

Nam respondeo, quòd eo casu, quo iudex intendit procedere ex mero officio super denunciatione, suppresso nomine denunciantis, requiretur aut diffamatio, aut aliud indicium, & sic nõ procedit vigore specialis denunciationis. Firma ergo extat conclusio, ꝙ requiritur expressio nominis denunciãtis. Limitatur tamen secundum stylum Hybernię, Mediolani vsu receptum, in causis sortilegij, & lamiarum, quia si in his denunciatores cogerentur exprimere suum nomen, profectò iusto timore deterriti, non auderent vnquam accusare sortilegos: Vnde mos est Mediolani, vt in ecclesia sit collocata quædam arcula, in quam cuiq; liceat conijcere schedulam denunciationis, quæ contineat nomen sortilegi, speciem commissi sortilegij, locum, tempus, & testes informatos, denunciantis nomine suppresso, quæ arcula singulis quindenis diebus referatur coram iudice, & regis Procuratore, seu Fiscali, quorũ vterque habet vnam clauem dictæ capsulæ, & repertis in ea schedulis denũciatorijs, se super illis secretò informant, vt refert, & laudat Ioan. Bodin. tract. de Dęmonomania lib. 4. cap. 1. in quinta specie. Ego tamen censerem, denunciatores posse reddi cautos, etiam si expresso nomine denunciarent, dummodo stylus esset, vt eorũ nomina secreta tenerent, & si diabolicam malitiã timẽt, non video apertè quãtum securi sint ex eo, ꝙ suppresso nomine denunciarũt: si quidẽ Diabolus posset nihilominus scire qui sint hi, qui vadunt ad denunciandũ. Et in his quatuor requisitis cõiter conueniunt Doctores, & licet iuramentũ non sit necessarium in eo, qui spõte & non alicuius officij necessitate denunciat, tñ communis practica obseruat, vt quilibet denũciator indistinctè debeat iurare, & hæc transeunt sine cõtrouersia. Tradũt Doctores disputatiuè alia hæc quatuor requisita: subscriptionẽ ad pęnam talionis, expressionẽ loci commissi delicti, tẽporis, & personarum: Nam ꝙ subscriptio non requirat̃ tradunt Ang. in l. ea quidem, nu. 3. C. de accusat. & alij, quos referũt, & sequuntur Ang. tract. de malef. & August. ad eũ, in verbo. Nec non ad denunciationẽ nu. 12. Maran. in suo Spe. par. 6. de Denũciat. nu. 2. fol. 288. & Clar. lib. 5. recep. sent. q. 7. vers. vlterius q̃ro: sed ista opinio non videt̃ vera, quando denunciatio fit à priuata ꝑsona motu proprio ꝑ ea, q̃ dixi supra cap. 55. nu. 4. Sed quicquid sit de iure, de cõsuetudine subscriptio non seruat̃ testibus Boss. tract. crim. titu. de denunc. sub nu. 14. Iodoc. in pract. crim. cap. 6. num. 10. & Clar. dicto vers. Vlterius quæro. & hoc non habet difficultatem per ea, q̃ dixi supra in ca. 51. nu. 13. alia tria requiri vident̃ per ea, q̃ scribunt Gand. & Vital. tract. de malef. Rubr. de Denunci. nu. 2. & Ang. de Perus. vbi supra, dum tradunt, denunciatorem haberi loco accusatoris, propterea q; sibi incũbere onus assistendi, & probandi denunciationem: vt tradit etiam Ang. tract. de malef. in dicto verbo: Nec non ad denunciationem nume. 20. His tamen

non

non obſtantibus, præſertim in denunciatione, quæ aperit viam inquiſitioni, qualis eſt iſta, quæ non eſt modus procedendi de per ſe: dicimus, de conſuetudine denunciationem ſpecialem abſolui his paucis requiſitis: Quòd contineat nomen denunciantis, nomen denunciati, ſeu alia ſigna æquipollentia, & ſpeciem commiſſi delicti, & ꝙ ſit redacta in ſcriptis iuxta ea, quæ docui ſupra, in primo, ſecundo, tertio, & quarto requiſito. Poterit etiam denunciãs nominare teſtes, informatos, vt dicit Boſſ. dicto titu. de denunc. num. 14. & ita ſeruatur, vt tradit Ang. in dicto verbo. Nec non ad denunciationem num. 20. quod adeo eſt verum, vt etiam de illis interrogetur, quos ſi ignoraret, ſolet iudex, recepta denunciatione, eidem præcipere, vt infra biduum, ſeu triduũ redeat melius informatus iuxta practicam, quam docet ẽt.
3 Clar. dicta q. 7. verſ. quæro nunc in fine. † His abſolutis, quæro ad quam inquiſitionẽ hæ denunciationes viam aperiant, & primo de generali denunciatione? Reſpondeo, aut delictum, quod denũciatur, eſt facti permanentis, aut tranſeuntis. Si permanentis, quia ſcilicet relinquit poſt ſe veſtigia, qualia ſunt cadauer in homicidio, cõbuſtio in incendio, fractura partium pudẽdarum in ſtupro, fractura in capſa, ſeu oſtio, quando commiſſum eſt furtum, & ſimilia: iſto caſu denũciatio generalis aperit viam ad inquirendum ſpecialiter de delicto: eritq; practica, vt latrunculator, recepta denunciatione, ſtatim inueſtiget delictum denũciatum, vt docet Boſſ. tract. crim. tit. de delicto, tit. de delinquente, & titu. de captura, vbique in principio. Et ita quia nulla eſt certior inueſtigatio ea, quæ fit per inſpectionem, & viſionem; ſiquidem ocularis inſpectio operatur firmum iudiciũ conſcientiæ in iudicando, & verum in teſtificando, & veritas percipitur magis per ſenſum viſus, ꝗ ꝑ alios quatuor ſenſus, & quod oculus vidit, lingua negare non poteſt; Sic refert & ſequitur Affl. in cõſtitutione. In quæſtionibus ſub nu. 17. lib. 1. Idcirco iudex aut ipſe corporaliter accedit ad inſpicienda ꝓdicta veſtigia, ſicut copioſè docet Marſ. in pract. crim. in principio, ſub num. 4. ibi. *Scitote igitur* cum
* ſeqq. & eſt communis, * de qua teſtantur Blanc. in pract. crim. fol. 3. nume. 6. & Foller. in pract. crim. in verbo. Capiat informationes nu. 3. aut mittet Collateralem, vt ait Boſſ. dicto tit. de delicto num. 24. ſeu Notarium maleficiorum, vt tradũt Marſ. ſub dicto nu. 4. & Boſſ. dicto tit. de delicto, nu. 2. & Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 4. verſ. Quando verò. ibi. *& aduertat Notarius, vel Iudex*: & iſta practica inſpiciendi veſtigia ſeruatur in toto Mundo, vt docet Ang. in l. ſi in rixa nu. 2. ff. de ſicar. quẽ refert, & ſequitur Clar. vbi ſupra, & ꝙ ita ſeruent diſcreti Aſſeſſores teſtãt Gand. tract. de malef. Rub. de præſumpt. nu. 6. circa medium, & hæc practica eſt fundata in l. 1. §. item il lud. ff. ad Sillan. quem textum ſciunt omnes, vt aiũt Boſſ. vbi ſupra. & Clar. dicta q. 4. in principio, & faciunt, quæ dixi infra cap. 83. nu. 2. in 2. quæſito vbi reddidi rationem. & deinde vbi Iudici conſtiterit, delictum eſſe commiſſum, inquiret generaliter delinquentem iuxta modum, quem docui infra c. 86. nu. 7. & ſeqq. Non nego tamen, ꝙ iudex poteſt ordinem iſtum inuertere, inquirendo prius generaliter delinquentem, & poſtea, eo reperto, delictum; dũmodo enim non procedat ad inquiſitionem ſpecialem, priuſquam ſibi conſtiterit de corpore delicti, ſicut docui infra cap. 83. ſub nu. 6. poteſt ſeruare ordinem, quem vult, ſed laudabilis eſt, quem præſcripſi ad euitandas impoſturas, quę poſſent fieri.

Si verò delictum eſt facti trãſeuntis, qualia ſunt adulterium, furtum ſine fractura, percuſſiones ſine liuore, qualis eſt alapa, hæreſis, & alia delicta, quæ animo perficiuntur, & nulla poſt ſe veſtigia relinquunt, dico ſimiliter, quòd aperit viam ad inquirendum ſpecialiter de delicto, & generaliter de delinquente. Dubium tamen oritur circa practicam: Nũquid ſcilicet iudex ſoleat ſeorſim, & prius inquirere, an illud delictum ſit commiſſum, interrogãdo teſtes an ſciant, commiſſum eſſe furtũ, vel adulteriũ? & poſtquam reſpõderint, quòd ſic, interrogare, an ſciant quis illud cõmiſerit, vel potius ſoleat à principio interrogare in genere, quis cõmiſerit illud delictum? Et videtur dicendum, ꝙ debeat prius ei conſtare delictum eſſe commiſſum, quia militat eadem ratio, quæ militat in caſu præcedenti: vnde licet veſtigia delicti, quod eſt facti permanentis, inſpici nequeant, vtputa: quia dicatur, hominem fuiſſe proiectum in mare; nihilominus, ꝙ ille talis ſit mortuus, fueritque proiectus debet iudici conſtare ſaltẽ per famam, & depoſitionem teſtium, vt tradunt Marſ. in pract. crim. in princ. ſub dicto nu. 4. & §. poſtquã nume. 6. & conſ. 5. & Folier. in pract. crim. in verbo. Dentur capitula. nu. 16. Hinc Gand. dicta Rubr. de præſumpt. ſub nu. 6. circa medium, & Boſſ. dicto tit. de delicto num. 14. in fine, & nu. 18. & 19. dixiſſe videntur, quod iudici conſtare debet quomodocunq; per teſtes, vel indicium, vel aliàs per euidentiam facti, delictum eſſe commiſſum, hocque confirmatur ex duabus validiſſimis rationibus; & prima, quia delictum eſt cardo, in quo vertitur totum opificiũ Iudicis, ſiquidẽ eius ſcopus eſt, malefacientibus debitas tradere pœnas. At licet quandoque detur delictum ſine pęna, tamen nunquàm datur pęna ſine delicto. §. ſed nos. Inſtit. de S.C. Tertul. Bar. & alij in l. vbi pactum. C. de tranſac. Hippol. Riminal. cõſ. 327. nu. 29. lib. 3. & alij per eũ, & Moder. ĩ qq. crim. lib. 1. q. 17. nu. 1. cõgeſti: ergo cũ delictum ſit ſcopus, & fundamentũ totius iudicij criminalis, ſequitur, ꝙ de eo in primis debeat conſtare. Adducĩ ꝑterea ſecunda ratio, quia ſi procedi poteſt cõtra delinquẽtẽ ratione delicti, neceſſariò ante ꝓceſſum cõſtare debet de delicto, qm̃ vbicunq; lex diſponit aliquid reſpectu certę rei, prius conſtare debet de illa re. l. Diuus. ff. de teſtam. milit. gl. in c. ad diſſoluendũ, in verbo, accuſari. de diſpenſ. impub. Iaſ. in l. ſi quãdo. nu. 12. & 13. C. vnde vi. & Boſſ. tract. crim. titu. de delicto, nu. 26. & vbi quis nititur ꝓbare qualitatẽ, prius debet probare ſubſtantiã, in qua fundatur illa qualitas. gl. 1. in l. ſi arbiter. ff. de probat. & Bal. conſ. 463. per totum, & præſertim nu. 7. lib. 4. ſiquidem ab exiſtentia ſubſtantiæ dependet exiſtentia accidẽtium: vnde, extincto ſubiecto, dicuntur extincta accidentia, quæ illi inſeparabiliter inſunt. l. ad rem mobilem. ff. de procurat. cum ſimilibus, allegatis per Bal. in l. prima. ſub nume. 43. C. qui admitti. Quare

Q 4 iuxta

iuxta prædicta, stante statuto, quòd de damno dato stetur iuramento damnum passi, non stabitur illius sacramento, nisi prius fuerit probatum, damnũ fuisse illatum, Bar. in dicta l. Diuus. num. 2. ff. de testam. milit. Ias. in dicta l. si quãdo, nu. 36. & Mars. in pract. crim. in princ nu. 6. & similiter, stante statuto, ꝙ contra instrumentum nihil possit opponi, statutum non habet locum, nisi prius constet de instrumento, Bar. in dicta l. Diuus, nu. 1. & Crauet. cons. 46. sub nu. 4. lib. 1. & communiter * omnes: ex his videtur sumenda practica in processu criminali, vt prius sit probandum, delictum esse commissum, deinde à quo, & demum quo animo, sicut docet Franc. Cason. tract. de atrocit. præm. dat &c. Rub. de viso, & reperto faciendo cap. 2. nu. 1. fol. mihi 396. & faciunt quæ dixi infra cap. 83. nu. 2. & seqq.

Contrariam sententiam sensisse videntur Clar. lib. 5. recept. sent. q. 4. vers. scias tamen, & post eum Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 1. nu. 6. dum aiunt, ꝙ in delicto facti transeuntis non requiritur ad procedẽdum alia inuestigatio delicti: sed statim inquiũt, porrecta querela, potest, & debet iudex inquirere cõtra delinquentẽ, assumendo cõtra eum informationes.

Quid ergo dicendum? Respondeo distinguẽdo, aut dubitamus, an sit necessarium, vt iudex prius assumat informationes de delicto, & postea de delinquente: aut an sit congruum? Si primo casu, dico cũ Claro, ꝙ non est necessarium. Non obstãt adducta in cõtrarium, quia ex illismet informationibus, quæ assumuntur generaliter contra delinquẽtem, interrogando testes, quis commiserit delictum, vtputa furtum in tali loco, resultat inuestigatio delicti ita, vt simul, & semel succedat probatio delinquẽtis, & delicti, & reperiri nequeat delinquens, quin probet etiam delictum: & licet hæc eadẽ ratio videatur militare in delicto facti permanentis; tamen non est ita, quia delictum facti transeũtis efficacìori modo probari nõ potest, quàm ex ijsdem attestationibus, & depositionibus, receptis contra delinquẽtem: At delictum facti permanentis, quia recipit probationem per euidentiam, & inspectionem oculorum, q̃ probationis species superat omne genus probationis, Ias. in l. fin. sub nume. 3. ff. de in lit. iur. Boss. tract. crim. tit. de delict. nu. 25. Ioan. de Amic. cons. 20. nu. 13. & cons. 25. nu. 13. & post alios Rol. à Vall. cons. 2. num. 128. lib. 1. ideo mirum non est, si per huiusce modi probationis speciem seorsim, & separatim de eo sumi soleat informatio, siquidẽ in criminalibus niti debemus, vt probationes sint luce meridiana clariores, sicut dixi supra cap. 63. sub nu. 1. vers. *Verum circà hanc distinctionem*, & intellectus, qui fortiora potest reperire indicia, quiescere nõ debet debilioribus; præsertim quando quæritur de corpore delicti, ne aliàs posset cõtingere, quod Clar. lib. 5. recept. sent. q. 64. vers. vltimo vidẽdum est, prope fin. refert de illis duobus inquisitis, qui, cum tormentorum cruciatu fassi essent, se occidisse quendam eorum inimicum, fuerunt vltimo supplicio affecti, & deinde ille talis fuit repertus viuus.

Si verò sumus in secundo casu: nunquid scilicet sit congruum? dico, quòd sic propter ea quæ deduxi supra pro prima sententia, nõ tamen placet, ꝙ informatio delicti sumatur seorsim, sed simul in hũc modum: Interrogatus, an sciat, seu dici audiuerit, diebus præteritis fuisse cõmissum furtum in domo Titij? Respondit: *Signorsi, io sò, che à Titio l'altro giorno li furono rubbati venticinque scudi, perche io viddi quando Titio lasciò la borsa &c.* Interrogatus, an sciat à quo dicta scuta vigintiquinq; fuerint furto ablata? *Respondit &c.* Et sic habes quomodo in vtraque delicti specie debeat constare de corpore delicti: modo aduertendum est, ꝙ nõ satis est, cõstare de delicto, nisi constet, illud fuisse scelere commissum, vt declaraui infra cap. 83. num. 3. Et hæc de denunciatione generali: videamus modo de speciali ad quam inquisitionem viam aperiat: & breuiter procedendo, distinguo, & distinctionẽ sumo à qualitate denunciantiũ: Aut denũciatio fit à parte offensa, & tunc, quia denunciatio trãsit in naturam, & nomen querelæ, ideo remitto te ad ea, quæ dixi de q̃rela infra ca. 73. nu. 2. Aut fit ab alia tertia persona; & tunc rursus distinguo: Aut est priuata: Aut est publica, constituta ad denunciandum: Si priuata, tunc, quia fungitur similiter vice querelantis, seu accusatoris, vt tradũt Ang. tract. de malef. in verbo. nec nõ ad denunciationem, sub nu. 4. Franc. Cason. in suis sing. qq. criminalium cap. 7. nu. 17. & Clar. dicto lib. 5. recept. sent. q. 7. versi. habes, ideo remitto etiã vos ad ea, quæ dixi in dicto cap. 73. nu. 2. Si publica, constituta ad denunciandum: & tunc ad euitandã ambiguitatem distinguo denuo nonnullos casus, è quibus eum, qui nostro inseruit proposito, excerpam: Aut igitur est persona constituta non solũ ad denunciandum, sed etiam ad inquirendum, & cognoscendum, prout taliter cõstitutus dicetur iudex, qui intra territorium suæ iurisdictionis potest discurrere de die, & de nocte cum Notario, & sua familia, & vbi reperiet aliquem malefacientẽ, vtputa, portantem arma vetita, vel quid simile, posset facinorosum inuentum, tanquam notorium delinquentẽ punire, vt tradunt Gand. tract. de malef. Rubr. quomodo de malef. cognosc. per denunc. sub nu. 4. ibi: *Aut officiũ &c.* & August. ad Ang. tract. de malef. in verbo. nec non ad denunciationẽ. sub nu. 15. & licet Boss. tract. crim. tit. de denunc. sub nu. 3. hanc decisionem Gandini appellet terribilem: tamen diuersificat casum, quia modo loquit̃ in familia Iudicis, inueniente delinquẽtem sine iudice, modo in iudice sine familia: diuersitas patet; quia qñ ipse nõ reperitur præsens, delictũ non potest dici eius oculis subiectum, & qñ est præsens, sed solus, deficit probatio. Cæterũ iste casus est extra materiam, quia non est in terminis denunciationis, sed inuentionis in flagranti, & notorietatis, de qua dixi infra cap. 76. & 78. Quare iudex non denunciat: sed inuenit, & punit: ideo eum omitto. Aut est constituta ad denunciandũ ita, vt eius denunciationi plena sit adhibẽda fides, prout ita cõstitui solent denunciatores damnorũ datorũ, & aliorũ similiũ leuiũ delictorum: & iste quoque casus videt̃ extra propositam materiam, quia horũ denũciatio nõ inquisitioni viã aperit, sed vel defensionibus faciendis à denunciato, qui tenetur probare contrarium, vel condemnationi absq; alio processu secundum dispositionem statutorum, seu cõsuetudinem loci,

loci, & licet ad horum denũciationem poſſet iudex formare inquiſitionem, vt tradit Auguſt. ad Ang. dicto verbo. Nec nõ ad denunciationẽ ſub nu.6.ibi. *quia etiam propter illam denunciationem iudex poterit formare inquiſitionem.* tamen eſſet ſuperflua, & receſſit ab vſu. Aut eſt conſtituta ad denunciandum tantum, prout conſtitui ſolent Syndici, & Vicarij Villarum,& Caſtrorũ, & hic eſt caſus noſter, & huiuſmodi perſonæ proprie de iure, & non aliæ admittuntur ad denunciandum argumento textus in l.ea quidem. ibi. *quæ per officium.*C. de accuſat. & ibi notant Cyn.& Ang.& tradunt Papien. in ſua pract.in forma inquiſitionis num. 38. Aug. ad Ang. tract.de maleſ. in dicto verbo. Nec non ad denunciationem ſub nume.3.& Iodoc. in pract.crim.cap. 6.De Denunciationibus, num.1. & dixi ſupra cap. 55.ſub num.1.Et iſto caſu rurſus diſtinguo: Aut denunciat delictum, quod ipſe non vidit,ſed audiuit ab alijs, & tũc aperit viam ſolum ad inquiſitionem generalem: Aut denunciat delictum, quod aſſerit ſe vidiſſe, & tunc aperit viam ad inquiſitionem ſpecialem tam ſuper delicto, quàm ſuper delinquente, vt tradit Clar.lib.5.recept.ſent.q.7.verſ. habes igitur. & intelligo inquiſitionem ſpecialem ſecũdo, & tertio modo ſumptam iuxta ea,quæ docui infra ca.84. ſub num.3.ibi.*Nos quid dicemus,* & hæc eſt communis diſtinctio,vt patet ex his,quę tradunt Boſſ.tract. crim.tit.de denunciat.ſub nume.2.& Moder. in qq. crim.q.52.num.167.cum ſeqq.lib.1.qui plures allegat poſt Maſcar.tract.de probat.concl.506.lib.1. & ego in re adeo clara libenter omitto: Et hæc eſt cõ-
* munis * practica,vt teſtatur idem Clar. loco citato.
4 † Inſurgunt modo nonnullæ difficultates: Et prima: nunquid in denunciatione prædictorum Syndicorum requiratur iuramẽtum? Reſpondeo, quòd ſic: Sed ſufficit iuramentum de bene, & fideliter exercendo officio, quod præſtare ſolent initio ſuſcepti officij, vt tradunt Spec.tit. de accuſat.§.1. ſub num. 33.verſ. *hoc autem ſcias.* Gãd.tract.de maleſ. Rub. quomod. cognoſc.de maleſ.per denunc.ſub nume. 4.Ang.tract.de maleſ. in verbo. Nec non ad denũciationem,num.5.& ibidem Auguſt.ad eum.Quòd ſi initio ſuſcepti officij non præſtitiſſent iuramẽtum in prædicta forma, deberent iurare in ſingulis denunciationibus, donec eo modo iurauerint, aliàs ſine iuramento denũciatio,etiamſi eſſet de viſu, aperiret ſolum viam ad inquiſitionẽ ſpecialem primo modo ſumptam iuxta diſtinctionem, allatam in dicto cap. 84. immo ſecundum Foller. in pract. crim. in verbo, Audiantur exceptiones proponendæ per eos num. 68. Si non iuraſſent initio ſuſcepti officij, eorum denunciatio non eſſet admittenda, quod nõ credo verum, quia ſufficeret, quòd iurarent in denunciatione, vt dixi.
5 † Secunda difficultas: nunquid requiratur etiam iuramentum calumniæ? Reſpondeo,quòd non, ſicuti bene notant Gandin.ſub dicto num.4. & Spec. ſub dicto num. 33.
6 † Tertia: qui poſſint conſtituere dictos publicos officiales, ſeu Syndicos,& qui poſſint conſtitui? Reſpondeo: Blanch.in pract.crim.in §.ad crimen.l.penult.num.70.ff.de public.iud.fol.mihi 25.ex Bar. & Ang. quos refert, & ſequitur, tradit poſſe conſtitui ab his qui habent merum imperium,ſed nos de his, & alijs ſimilibus dicemus, Deo fauente, in lib.2. & hęc ſufficiant.

De Denunciatione, quę aperit viam proceſſui per Inquiſitionem in cauſis hæreſis. Cap. LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Denũciatio in crimine hæreſis cui inquiſitioni viam aperiat.*
2 *Denunciator an debeat iurare.*
3 *Denunciator an debeat denunciare in ſcriptis, ſeu ſaltem coram duobus teſtibus.*
4 *Denunciator an debeat proteſtari, quòd non intendit facere partes in iudicio.*

NE inculcata eorũdem repetitione inutiliter gliſcat opus, addam hic ſolum, quæ ſingulariter dicenda ſunt de denunciatione in cauſa hæreſis, & procedendo per quæſita.
1 † Quæro primo loco: cui inquiſitioni denunciatio viam aperiat? Reſpondeo: generalis aperit ſpeciali ſuper delicto iuxta doctrinam,quam tradidi ſupra cap.præcedenti num.3.& hic non repeto. Specialis verò ſimiliter cum diſtinctione aperit modo generali,modo verò ſpeciali: Nam, aut denuncias eſt inimicus denũciati, & Inquiſitori conſtat de inimicitia iuxta practicam, quæ docetur ab Eymerico in Director.Inquiſ.par.3.ſub nu.68.in fine.ibi. *Quibus omnibus*: aut non: ſi eſt inimicus, vtique aperit ſolummodo viã inquiſitioni generali: ſi non eſt inimicus, indiſtinctè aperit viam inquiſitioni ſpeciali ſecundo, & tertio modo ſumptæ, quia quilibet denunciator in cauſa hæreſis dicitur denunciare coactus ex neceſſitate, & metu ſententiæ excommunicationis,ac zelo Sanctiſſimæ religionis, & non motu proprio: Vnde quemadmodum Syndicorum,& Conſulum denũciatio aperit viam inquiſitioni ſpeciali,quia dicuntur denunciare neceſſitate officij, vt dixi cap. præcedenti nume. 3. in fine: ita cuiuslibet Chriſtiani denunciatio in cauſa hæreſis,quia denũcians ſemper accipitur, vt teſtis, Simanc. de Cath. Inſtit.tit.64.num.55.Maſcar. tract. de probat. concluſ.26.in fine. lib.1. dicens, quòd in cauſa hæreſis poteſt eſſe etiam teſtis,& Thom. Triuiſ.deciſ.51. in fine lib. 2. & ceſſat illa diſtinctio, an denunciator ſit intereſſatus, nec ne: item an ſit conſtitutus ad denũciandum, vel non.
2 † Quæro ſecundo: an debeat denunciator iurare? Reſpondeo,quòd ſic, vt patet ex forma denunciationis,quam tradit Eymer. in Direct. Inquiſ. dicta par.3. ſub num.68. verſ. *& notarius*, & ſuadetur ea ratione, quòd denunciator ſumitur vt teſtis, & licet ſecundum formam, quam tradit Eymer. debeat

debeat iurare post denunciationem: tamen ego vidi in practica, deferri iuramentum ante denunciationem in hunc modum. *Titius &c. tactis sacrosanctis scripturis medio iuramento denunciauit, vt infra &c.*

3 † Quæro tertio: an denunciator debeat denũciare in scriptis, vel saltem coram duobus testibus iuxta ea, quæ tradit Eymer. sub dicto nu. 68.? Respondeo, Eymericum bene loqui, dico tamen, neutrum esse necessarium: Nam Eymer. dum ait, denunciationem sine scriptis esse porrigendam coram duobus testibus, intelligit de illis duabus personis religiosis, quæ solent assistere in toto processu iuxta dispositionem cap. vt officium. §. verum. de hæret. in 6. vt aduertit etiam Pegn. ad Eymer. vbi supra com. 15. §. quod verò hic, & notaui in examine testium infra cap. 87. num. 16.

4 † Quæro quarto: an denuncians debeat dicere Inquisitori, quòd ipse non intendit facere partem, seu aliter assumere onus probandi denunciationem iuxta ea, quæ scribit Eymer. dicto num. 68. in principio? Respondeo, non esse necessarium, quia quãuis olim denunciator teneretur de iure probare denunciata, hodie tamen id non est amplius in vsu, teste etiã Pegn. dicta par. 3. Comm. 15. §. his peractis, & faciunt quæ scripsi supra cap. præcedenti, sub nu. 3. ibi. *Sed quicquid sit de iure*, & ibi. *His tamẽ non obstantibus*. Et hæc sufficiant: Si quid vberius legere cupias, videto S. Anton. in sua summa, par. 3. tit. 9. c. 9. Gundisf. tract. de hęret. q. 10. Simanc. de Cath. Instit. tit. 19. & alios, quos allegat Pegn. dicto cõm. 15.

De querela in Criminalibus, & in causis hęreticalibus. Cap. LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Querelæ nomen habet multas acceptiones, & in qua sumatur à nobis.*

2 *Querela ad quam inquisitionem viam aperiat, & quid si sit tardè exposita, & quid si sit reuocata in articulo mortis, & quid si ante reuocationem querelans fuisset visus loqui cum querelato, & an constitutus in mortis articulo præsumatur dicere veritatem &c. & multa de tarda productione instrumenti solutionis, seu clericatus, & quid de querela exposita à sano, sed mortuo sine illius reuocatione.*

3 *Iuramentum an sit necessarium in querela.*

4 *Querela non habet proprie locum in crimine hæresis, sed solum denunciatio, quia &c.*

1 QVERELÆ nomen † varias habet acceptiones: quãdoque enim significat recursum per viam grauaminis ad superiorem, quãdoque recursum eius, qui ꝓpter aliquod impedimẽtum iuris non potest appellare à sententia, de quibus acceptionibus vide Maran. in suo Spec. par. 6. de appel. num. 114. fol. mihi 472. quandoque actionem, qua quis experitur cõtra testamentum, seu donationem, agendo querela inofficiosi testamenti, seu inofficiosæ donationis. C. de inoff. testam. & de inoff. donat. quãdoque verò delationem criminis iuxta tex. in l. querela C. de fals. quo modo est sumẽda à nobis: &, breuiter agendo, Querela hoc modo sumpta secundum practicam & communem vsum loquendi, qui est attendendus l. librorum, §. quod tamen Cassius, & ibi Bar. ff. de leg. 3. Alex. in l. Labeo. ff. de supell. leg. Dec. cons. 146. sub nu. 2. & cons. 610. in fine, & Hier. Giacch. in respon. de mon. March. num. 5. non differt à denunciatione proprie sumpta, nisi respectu personæ denunciantis, quia denunciationem exponit officialis constitutus ad denunciandum, vt dixi supra cap. 71. sub nume. 3. versus finem, querimoniam verò priuatus, qui mouetur motu proprio, & non aliqua officij necessitate iuxta ea, quæ dixi supra dicto ca. 71. sub num. 3. ibi. *Si priuata tunc &c.*

2 † His cognitis, quæro ad quam inquisitionẽ querela viam aperiat? Respondeo: aut non exprimitur certus delinquens, & aperit viam inquisitioni generali, & hoc procedit indistinctè iuxta doctrinam, quam tradidi supra in sæpe citato cap. 71. nu. 3. aut exprimitur certus delinquens, & tũc respõdeo cum distinctione, ex qua colligo duas regulas cum ampliationibus, & limitationibus: Aut ergo querelans est tempore querelę citra imminentis mortis periculum: Aut est in articulo mortis: Si citra imminẽtis mortis periculum, quia vel est sanus, vel saltem non ægrotat cum periculo mortis, & isto casu constituo regulam, quòd talis querela, siue exponatur ab offenso, siue à non offenso respectu personæ aduersus quam extitit querelatum, aperit viam inquisitioni speciali primo modo sumptæ, vt docui infra cap. 84. sub nu. 5. & ratio est, quia qui denunciat seu querimoniam exponit motu proprio, fungitur Vice Accusatoris, vt dixi dicto cap. 71. sub num. 3. ibi. *Si priuata tunc &c.* Sed accusatio contra personam accusatam aperit viam solum inquisitioni speciali primo modo sumptæ, ex quo nemo potest esse accusator, & testis, ca. forus. §. in omni. de verb. signif. Boss. tract. crim. tit. de denunc. sub num. 2. circa medium. Gram. cons. 45. nume. 2. & alij relati à Tho. Triuis. decis. 29. nu. 1. lib. 2. Igitur & querela.

Amplia istam regulam primo, vt procedat etiãsi querelans assereret, se vidisse ea, de quibus querelã exponit, & ita iuraret, vt tradit Clar. lib. 5. recept. sent. q. 7. vers. habes igitur. &c. & q. 21. vers. assertio vulnerati: quod secundum Ang. tract. de malef. in verbo, Qui Iudex ad probationem. num. 6. facit cõtra imperitos Assessores, qui ex sola vulnerati assertione inquirunt: Subintellige tu: Specialiter cum transmissione citationis.

Amplia secundo, vt procedat non solum in querela, quæ fit tardè, sed etiam in ea, quæ, commisso delicto fit, cum primum fieri potest: dixi: *non solum in querela, quæ fit tardè*, quia illa est minus efficax ad inquirendum: Siquidem tardus accusator nõ caret suspicione calumniæ iuxta ea, quę dixi infra. ibi. 3
Non obstat &c. Vnde Iudex, suspicans sinistrã querelam, procedet tardiori pede,

Limita modo prędictam regulam, quando querela esset reuocata in articulo mortis: Sed cũ distinctione:

ctione: Nam aut tempore reuocationis iam cōſtat de delicto aliter, quam per querelam: aut non: Si aliter, rurſus ſubdiſtinguo: Vel conſtat de eo per euidentiam rei, & inſpectionem oculorum, & non eſt dubium, quòd non obſtante exculpatione, & reuocatione, remanet aperta via ad inquirendum, & iudex tenetur inquirere, quia probatio per rei euidentiam ſuperat omne genus probationis, vt dixi ſupra cap.71.ſub num.3.ibi. *At delictum facti permanentis &c.* adde ſi placet, quāuis hic ſuperflua ſint, quæ cumulant Moder. in qq. crimin.q.46.nu.110. cum ſeqq. lib.2. Vel conſtat ſolum per aliqua indicia, & tunc iudex ſui regulati arbitrij lance trutinabit indicia, cum exculpatione querelati, vt de indicijs ſufficientibus ad torturam contra reum, & de exculpatione offenſi cōſtituti in mortis articulo plura cumulant Moder.dicta q.46. nu.113. cum ſeqq. de qua re nobis agendum eſt lib.ſeq.

Si verò tempore reuocationis, & exculpationis ad fauorem querelati non conſtat de delicto aliter quàm per querelam, crederem, huiuſmodi reuocatione præcludi viam inquiſitioni, quia magis reuocationi in articulo mortis, quàm querelæ eſt credēdum: Vnde iſto caſu ceſſarent ea quæ dixi ſupra ca. 68.nu.10.de Iudice, qui non procederet ſuper querela expoſita: Verum conſulerem Iudici, ſi delictū foret facti permanentis, cuius Veſtigia poſſent inſpici, vt adhuc ad tollendam omnem impoſturam, mitteret Notarium ad inſpicienda veſtigia, & quod in præfato caſu conſulo, eſt ſibi per modum præcepti tradendum, quando querelans poſt querelam, & ante exculpationem fuiſſet locutus cum querelato: quoniam poteſt timeri de ſubornatione, vt in ſimili dicimus de exculpatione facta ab eo, qui dum ducitur ad ſupplicium, reuocat confeſſiones à ſe factas contra ſocios, cum quibus fuerit locutus, quia tunc habetur pro ſuſpecta, vt tradit Paul. Meren. conſ.88.num.21.& 22.lib.2.conſ.crim. diuerſ. Et hoc præceptum de inquirendo delictum amplia, vt habeat locum non ſolum, quando delictum eſt facti permanentis, ſed etiā quando eſt facti tranſeuntis, cuius veſtigia non remanent. Sed dicet quiſpiā, reuocationem querelæ etiam in articulo mortis nō poſſe vnquam præcludere viam inquiſitioni, quia vulnerato, qui in articulo mortis diceret ſe mori culpa Medici, & nō propter vulnus: Item Notario, qui diceret, ſe feciſſe falſum inſtrumentum, & ſimiliter Iudici, ſeu Arbitro aſſerētibus, ſe falſam tuliſſe ſententiam, non eſt credendum. Huic obiectioni reſpondeo, ideo non credi, quia agitur de pleno præiudicio Tertii, quo caſu non procedit illa regula, ꝙ moriens præſumatur dicere veritatem, ſicuti regula, quòd quilibet præſumatur bonus iuxta textum in l. merito.ff. pro ſoc. minus procedit in præiudiciū tertij cap.ſtatutum.§.cum verum.& ibi gl.in verbo. ab aliquo. de reſcrip. in 6. Fely. in cap. cum in iure. nume.1.de offic.& poteſt.iud. deleg. Maſcar. tract. de probat. concluſ. 222. num.5. & 6. lib.1. concluſ. 1003.num.60. lib.2. & concluſ.1219. nu.20. & 21. lib.3. qui alios congerit, & poſt eum Moder. in qq. crim.q.47.num.288.lib.2. qui latè examinant hanc concluſionem ampliando, & limitando, & eſt communis, * de qua teſtantur plures quos refert, & ſequitur Ioan.Paul. Lancell. Peruſ. conſ.47.num.66. lib.2.conſ.crimin.diuerſ. Secundo reſpondeo, prædictis non credi, quia ſententia, & inſtrumētum dicuntur probationes probatæ, & miraculoſæ, quæ tollunt omne dubium, & de quibus dicitur illud. *Noli me tangere*, vt dixi ſupra cap.63.ſub num.1.verſ. *Vnde ſicut dicimus*. Quare ſi ex ſimplici confeſſione Notarij, ſeu Iudicis in articulo mortis atteſtantium, ſe feciſſe falſum inſtrumentum, & falſam protuliſſe ſententiam, reſcinderentur inſtrumentum, & ſentētia, ſequeretur, quòd eorum dictum faceret plenā, pleniſſimam, & miraculoſiſſimam probationem, quod eſt abſurdum. At in caſu noſtro agitur de reſcindendo indicio, reſultante ex querela, quod eſt debile.

Minus obſtat, quòd non credatur vulnerato, aſſerenti ſe mori culpa Medici, quia addo hāc aliam rationem, quòd iſtud eſt ex quo hæc cognitio non ei, ſed Medicis, & peritis in arte eſt relinquenda. l. Septimo menſe.ff.de ſtat.homin.

Sed quid dicendum, ſi ex concurſu alterius indicij eſſet aperta via ad inquirendum ſpecialiter ſecundo modo, hoc eſt, ad citandum etiam, & tranſmittendam inquiſitionem, & querelans deinde cōſtitutus in articulo mortis exculparet querelatum, an iſta exculpatio tolleret illud indicium? Reſpondeo: Moder.in qq.crim.q.46.num.108.lib.2. dicūt, quòd ſic, quamuis is illum prius inculpaſſet. Et quid dicēdū de exculpatione Socij criminis, facta in patibulo crucis an proſit ei, quē prius inculpauerat, vide eoſdem Moder.in qq.crim.q.43. nu.11. & ſeqq. eod. lib.2. Nos enim de his agemus, fauente Deo, lib.ſeq. Et hæc de primo membro, quando ſcilicet querelans eſt citra imminentis mortis periculum.

Si tempore querelę eſt in articulo mortis: diſtinguo, Vel loquimur de iure, vel de conſuetudine: Si de iure: tunc pro vberiori doctrina facio tria capita: primum, an faciat probationem plenam, & dico, quòd non, l.ſi quis in graui.§.ſi quis moriens. & ibi. Bar.Bal. Alber. Ang. Rom. & communiter omnes in ſummario.ff.ad Syllan. & quòd hæc ſit omnium communis * ſententia teſtatur poſt Plaz. quem allegat Maſcar.tract. de probat. concluſ.1129. nume.1. lib.3.& hoc non patitur difficultatem. Secundum: an faciat indicium ad torturā, & in hoc licet Marſ. in pract.crim.§.diligenter. num.119. & ſeq. ex pluribus conetur oſtendere, & dicat affirmatiuam eſſe iuridicam, & æquam, tamen contrarium, quòd non faciat, firmarūt poſt alios quos congerunt Auguſtinus ad Ang.tract. de maleſ. in verbo. Qui iudex ad probationem.nu.12.& Foller.in pract.crim.in verbo. Item quòd ſororem venenauit. nu.27. Et quòd hæc contra Marſ.ſit communis* referunt, & ſequūtur Maſcar. dicta concluſ.1129.num.10. & poſt eū Moder.in qq.crim.q.46.ſub nu. 10. lib.2. & nos ſequimur, & aſtruemus ſuo proprio loco lib. ſeq. Tertium: an faciat indicium ad formandam, & tranſmittendam inquiſitionem vnà cum citatione: Breuibus agam, ne ex multitudine, aut ſapientum ſtomachus cōmoueatur, aut inde obſcuritas emanet. Sciendum igitur eſt, quòd cum textus in dicto §. ſi

quis

quis moriẽs, in quo Doctores vim faciunt, nec vnã, nec alteram probet opinionem, difficultas remanet decidenda arbitrio legiſtarum: Et Rol. à Vall. conſ. 3. num. 46. lib. 3. Maſcar. dicta concluſ. 1129. nume. 14. & Moder. dicta q. 46. nu. 26. & ſeqq. tenent vti communem opinionem* quod non faciat indicium ad formandam, & tranſmittendam inquiſitionem vna cum citatione, ſed ſolum ad aſſumendas informationes: pro qua opin. Moder. adducit in primis Ang. tract. de malef. in verbo. Qui iudex ad probationem. num. 6. Subdens poſtea num. 34 quòd ſi ipſe eſſet iudex, vteretur practica, quam nos retulimus ex Claro infra cap. 84. nu. 7. in fine.

Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 21. verſ. aſſertio vulnerati, ſecundum Moder. dicta q. 46. num. 24. & ſeq. diſtinguẽdo tradit, quod ſi vulneratus mortuus fuerit in illa depoſitione faciat indicium &c. ſin minus, quia conualuerit, quòd non faciat, quę diſtinctio diſplicet Moderno. Dixi. *Secundum Modernum*, eo quòd ſecundum me Clarus non loquitur de querela conſtituti in mortis articulo, ſed de moriente ſine reuocatione illius querelæ, vt eſt videre, qui termini ſunt diuerſi, quia non reuocatio querelæ poteſt attribui non ſolum præſumptioni quòd ita ſit veritas, ſed etiam obliuioni morientis, quæ vltima attributio ceſſat in eo qui querelam exponit in articulo mortis. Quid dicendum? Ego ſentio indiſtinctè, ꝙ querela conſtituti in mortis articulo, concurrẽtibus tamen ijs, de quibus per Moder. dicta q. 46. ſub nu. 1. faciat indicium ad formandam, & tranſmittendã inquiſitionem cum citatione, maximè ſi delictum eſſet occultum, & moueor ex ſequentibus fundamentis.

Primo, quia in mortis articulo nullus chriſticola præſumitur mentiri, vt bene tradit Bal. conſ. 25. col. 2. ibi. Item vltra modos lib. 1. quod ex his, quæ præclarè ſcripſerunt Hier. & alij, comprobatur: Hieron. Cypriano.

Memento mortis tuæ, & non peccabis, qui ſe quotidie recordatur eſſe moriturum contemnit præſentia. Idem ad Heliodorum.

Nihil æque tibi proficiet ad temperantiam omnium rerum, quàm frequens cogitatio breuis æui, & huius incerti. Gregor. lib. 12. moral.

Qui conſiderat qualis erit in morte, ſemper pauidus erit in operatione, atque inde in oculis ſui conditoris viuet. Idem lib. 24. eod.

Iuſtorum animæ leuibus quibuſque contagijs ipſo ſæpe mortis pauore purgantur. Auguſt. de grat. nou. teſta.

Nihil ſic reuocat à peccato, quàm frequens mortis meditatio. Et ſic per oppoſitum ſpes vitæ lõgæ, & ſubinde mortis non meditatio eſt ſæpe cauſa peccati iuxta illud.

Dulcis amor vitæ, durum (mihi crede) venenũ eſt.
Cauſaq; peccandi ſpes diuturna fuit.

Ex quibus omnibus infero cum Marſ. vbi ſupra, & Gramm. vot. 3. nu. 15. cum ſeqq. ꝙ ſi vnquã ab homine habetur veritas, habetur dum eſt receſſurus ab hoc ſæculo, & anima ſeparanda à corpore, & confirmatur adhuc, quia ſi iurans non præſumitur immemor ſalutis æternæ iuxta textum in c. ſancimus. p. q. 7. cap. literas. & ibi gl. in verbo, veriſimilius, de præſumpt. l. fin. C. ad l. Iul. repetund. Ergo à fortiori idem dicemus de eo qui ob oculos iam habet mortem: adde ad hæc, quæ ſcribit Simanc. de Cath. inſtit. tit. 64. nu. 59. & quæ ſcribit de teſte conſtituto in articulo mortis Crauet. conſ. 6. & 159. nu. 7. & 8. lib. 1.

Nec obſtat quòd quandoque reperti ſint aliqui morientes in mendacio, vt in facto teſtatur Ang. in dicta l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriẽs. ff. ad Syllan. quem refert Alex. conſ. 14. ſub nu. 6. lib. 3. & quòd non omnis moriens præſumatur Sanctus Ioan. Euangeliſta: Vnde Boſſ. tract. crim. tit. de indic. & cõſid. an. tortur. nu. 186. cum ſeqq. vſque ad nu. 189. incluſiue concludit, hunc mortis articulum non eſſe in multa conſideratione. quia reſpondeo, legem accõmodari ad ea quæ frequentius accidunt, & ſunt veriſimilia l. nam ad ea. ff. de leg.

Minus obſtant nonnulla alia, quæ in contrarium poſſent adduci ad oſtendendum, quòd morienti nõ ſit credendum, quia reſpondetur, ea omnia habere locum quoad plenam probationem in prçiudicium tertij, vt reſpondendo, & declarando textum in dicto §. ſi quis moriens. tradit Marſ. in pract. crim. §. diligenter. ſub num. 121. cum ſeq. Poſſent etiam habere locum, quando ageretur de ſemiplena probatione ad effectum torquendi iuxta ea quæ dixi ſupra: ibi. *Secundum an faciat.*

Secundo moueor quia probatio, quæ penes Iureconſultum fuit talis, vt dubiũ haberet in ſe an plenè, ac perfectè probaret, debet eſſe ſaltem talis, vt habeat vim faciendi indicium ad inquirendum, & tranſmittendam citationem; aliàs ſi hoc indicium non faceret, Vulpianus, Iureconſultus perſpicaciſſimus in dicto §. ſi quis moriens. ad inſtar Celſi ad Labeonẽ in l. domitius. ff. de teſta. reſpondiſſet, ſtultam fuiſſe dubitationem. Etenim quis per modum dubij auderet quærere, & quis decidere, teſtudinẽ debere volucribus in volatu cedere: & formicam leoni, & muſcam Aquilæ in pugna? Vt quæſitum, & ſubinde reſponſio fatua non ſint, ſi id non eſt tale, debet eſſe prope tale: Igitur cum dictum offenſi morientis faceret dubium an plene probaret in dicto §. ſi quis moriens. argumento nobis eſt, quod faciet ſaltem indicium ad inquirendum. &c. Et confirmatur hoc tertio argumento.

Quoties Doctores diſputant de vno aliquo indicio, an ſit ſufficiens ad torturam, & hinc inde extant opiniones, tunc quamuis cõmunis, & practicata ſit, quòd non ſit ſufficiens, tamen ſemper deinde communi conſenſu admittunt, quòd illud ſit ſufficiens ad formandam, & tranſmittendam, inquiſitionem vna cum citatione, vt patet in dicto Socij criminis confirmato in tormentis, item in fama publica, & in ſimilibus. ſed ſic eſt, quòd Doctores valde diſputant, an dictum vulnerati conſtituti in mortis articulo faciat indicium ad torturam: Ergo debemus admittere, quòd illud faciat ad formandam inquiſitionem. &c.

Non obſtat Ang. in quo ſe fundant Moder. quia in primis Ang. non loquitur de conſtituto in mortis articulo, vt apud eum eſt videre, & nos fideliter retulimus

tulimus ſupra. ibi *Amplia iſtam regulam:* & dato ꝙ loqueretur, ipſe repræhendit Iudices qui & inquirunt, & volunt condemnare: Et hæc de iure.

Si de conſuetudine: Clar. dicta q. 21. verſ. Aſſertio vulnerati: & Maſcar. tract. de probat. concluſ. 1129. nume. 16. teſtantur facere ſufficiens indicium ad formandam inquiſitionem &c. Vnde concludimus, quòd tam de iure, quàm de conſuetudine faciat indicium ad inquirendum &c.

Iſtam regulam, quòd querela conſtituti in mortis articulo aperit viam inquiſitioni ſpeciali ſecũdo modo ſumptæ, amplia vt procedat etiam ſi querela eſſet tarda: quoniam adhuc militat præſumptio veritatis, & memoriæ ſalutis æternæ.

Nõ obſtat quòd accuſatio, ſeu querela tarda redditur valde ſuſpecta, vt tradunt Marſ. vbi ſupra, num. 201. & Foller. in pract. crim. in verbo. Audiantur exceptiones proponendæ per eos. nu. 63.

Minus obſtat quòd tardè producens inſtrumentum ſolutionis, aut alterius tenoris releuantis producentem à petitis non ſit ob preſumptam calumniam audiendus, niſi refuſis expenſis, vt tradit Marſil. in dicta pract. crimin. §. opportunè, numer. 91. Et quòd ob eandem præſumptam calumniam audiri non debeat clericus, qui tardè allegat priuilegium ſui clericatus, niſi prius refecerit expenſas, vt tradunt Dec. conſ. 241. Caſſad. deciſ. 3. nume. 5. de appel. Luc. Pæt. in pract. Capitol. lib. 2. cap. 1. ſub nume. 12. verſ. *Sed & eo caſu*, & Vrſill. in annot. ad Affl. deciſ. 2. num. 4. quia his omnibus reſpondetur, huiuſmodi calumniæ preſumptionem, reſultantem ex querelæ tarditate, tolli ex maiori præſumptione, reſultante ex imminentis mortis ſtatu: Nam certi iuris eſt, minorem præſumptionem tolli per maiorem, vt tradunt Pariſ. conſ. 14. nume. 40. lib. 1. Crauet. conſ. 8. num. 9. & conſ. 56. ſub num. 14. lib. 1. & latè Marſ. in pract. crim. in §. diligenter à num. 190. vſque ad num. 199. incluſiuè, & vnam coniecturam tolli per aliam, vt tradunt Bal. conſ. 302. incipiente. proponitur. circa finem. ibi. Item qualitas &c. lib. 2. Fulg. & Ang. quos refert, & ſequitur Gram. dicto voto 3. num. 14.

Nec obſtat, quòd in paribus præſumptionibus præferantur preſumptiones pro reo, etiamſi ſint aliquantulo debiliores, vt tradit Crauet. dicto conſ. 8. nume. 9. quia reſpondeo, ſatis veriſimilius præſumi conſtitutum in articulo mortis dicere veritatem, quàm tardum accuſatorem calumniari. Neque mirum eſt, quòd in tardè producente inſtrumentum, ſeu priuilegium clericatus remaneat aliqua preſumptio calumniæ, & propterea audiri non debeat, niſi refectis expenſis, vt dixi in oppoſitionibus proximè præcedentibus: quia reſpondeo, id eſſe, quia in eo non militat alia coniectura in contrarium. Præterea ex illa tarditate productionis nõ arguitur, quòd inſtrumẽtum ſit falſum, vel ſuſpectum, ſed ſolum arguitur quædam culpa producentis circa expẽſas factas ab eo, aduerſus quem inſtrumẽtum tarde producitur. Vnde ad illas expenſas, quibus partem aduerſam temerè fatigauit, rationabiliter cõdemnatur, ſicuti hoc generaliter eſt diſpoſitũ à ſtatutis Vrbis lib. 1. cap. 61. contra quoſcunque, qui contumaciter diſtulerunt allegare priuilegum declinatorium fori, vt non audiantur circa remiſſionem, niſi refectis expenſis: & obiter nota, quòd ſi clericus, qui diſtulit allegare priuilegium clericatus, veniet condẽnandus in expenſis iuxta ea, quæ dicebã ſupra, condemnatio eſt facienda non à iudice laico, ſed ab eccleſiaſtico, vt referunt, & ſequuntur Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 36. verſ. eſt autem, & poſt eum Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 8. nume. 16. & quòd illa tarditas in producendo non inficiat actum productum, neque alium operetur effectum, quam condemnationem expenſarum, quibus culpa tardè producentis aduerſarius eſt defatigatus, patet ex eo, quòd clericus non tenetur ſoluere mulctam, ad quam fuit contumaciter condemnatus ſine allegatione priuilegij clericatus, Guid. Pap. deciſ. 450. Gramm. vot. 27. Foller. in pract. crim. in verbo. Audiantur excuſatores. ſub num. 39. & Clar. dicta q. 36. verſ. eſt autem circa finem.

Amplia ſecundo, vt habeat locum, etiamſi recõualeſcat, quia adhuc aperit viam inquiſitioni ſpeciali ſecundo modo ſumptæ: Nam reconualeſcentia non poteſt deſtruere illam preſumptionem, quę reſultauit ex depoſitione, facta in articulo mortis: neque Doctores tradunt, eſſe expectandam mortem adhoc, vt querela aperiat viam prædictæ inquiſitioni ſpeciali, & Clar. qui lib. 5. recept. ſent. q. 21. verſ. Aſſertio vulnerati: ait, aſſertionem querelati, qui reconualuerit, haberi loco ſimplicis querelæ, & ideo viam aperire ſolum ad aſſumendas informationes, loquitur ſimpliciter de vulnerato, & non de vulnerato conſtituto in mortis articulo: & quando quis dicatur cõſtitutus in mortis articulo vide M. Ant. Cuch. Inſtit. maio. lib. 5. tit. 4. num. 121. Inſurgit modo difficultas: quando is, qui querelam expoſuit, erat ſanus tempore querelæ, ſed perſeuerauit in ea vſque ad mortem ſine illius reuocatione: an tunc illa querela aperiat viam inquiſitioni ſpeciali primo modo ſumptæ, vel ſecundo modo ſumptæ? Reſpondeo: ſpeciali ſecundo modo ſumptæ: quia viget illa preſumptio, quòd nemo præſumatur mori cum mendacio: Vnde inſtrumentum facit maiorem fidem, quando Notarius eſt mortuus, quàm quando eſt viuus: quia mors habet vim ſubſcriptionis, & ſigni, vt tradit Crauet. conſ. 158. num. 7. lib. 1. & ſimiliter depoſitio teſtis mortui facit maiorem fidẽ, quàm depoſitio teſtis viui, idem Crauet. conſ. 6. num. 51. & 53. eodem lib. 1. Quare bene dixit Clar. dicta q. 21. verſ. Aſſertio vulnerati. quòd, ſi vulneratus non reconualeſcat, eius querela facit indicium ſufficiẽs ad inquirendum: loquitur enim de vulnerato, qui erat citra periculum mortis. Aduerte igitur, quòd, dum dico, iudici aperiri viam ad inquiſitionem ſpecialẽ ſecundo modo ſumptam, intelligo nõ ſolum ad aſſumendas informationes ſpecialiter contra certum reum: ſed etiam ad formandum titulum ſpecialis inquiſitionis, eamque eidem tranſmittendam vnà cum citatione iuxta doctrinam, quam docui infra cap. 84. num. 9.

3 † Quæro poſtremò loco: An in querela ſit neceſſarium iuramentũ querelantis? Reſpondeo: Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 12. verſ. Dicit etiã, teſtatur, practicam

cticam Mediolani esse, vt accusator, seu querelans non teneatur iurare: At ego vidi sæpe seruatã practicam contrariam, vt iurent, eamque censeo bonã, quia non est dubium, quòd iuramentum auget vim depositionis, & pro hac practica faciunt, quæ scribunt Bal. in l. 1. nu. 6. C. de iuram. calum. & alij, relati per Clar. vbi supra.

4 † In causis modo hæresum sciendum est, quòd ex quo querela secũdum ea, quę diximus supra nu. 1. in fine, emanat ab eo, qui motu proprio reum defert, & hæresum denunciatores mouentur semper necessitate, & metu excommunicationis, vt dixi supra cap. 72. sub num. 1. sequitur, quòd in causa hæresis habeat locum solum denunciatio, de qua dixi dicto cap. 72. & non querela: Vnde pluribus non insisto.

De probationibus, & actis factis in causa ciuili, seu criminali, ciuiliter, vel criminaliter intentata, aperientibus viam inquisitioni. Cap. LXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Probationes, aliaq; acta facta in causa ciuili ciuiliter intentata, seu in causa criminali, agitata in iudicio ciuili, itemve probationes, factæ in causa criminali criminaliter intentata, aperiunt viam ad inquirendum.*

2 *Acta facta in iudicio ciuili quomodo possint inseruire processui criminali.*

3 *Acta, & probationes, recepta in vno iudicio, an fidẽ faciant in alio, & si faciunt, ad quam inquisitionem viam aperiant.*

4 *Testes examinati in vno iudicio ad hoc, vt faciant fidem in alio, an sint repetendi, sicq; an sit opus nouo processu.*

1 PROBATIONES †, & alia acta facta, super causa ciuili ciuiliter intentata, seu super causa criminali agitata in iudicio ciuili, aperiunt viam inquisitioni, vt tradit Clar. lib. 5. recept. sent. q. 19. vers. vnum tamen scias: & q. 54. vers. Item si producantur, & faciunt quæ dixi de exceptionibus infra ca. sequenti sub num. 3. idem est dicendum de probationibus factis in causa criminali, criminaliter intentata: quia respectu personarum, cum quibus non est actum, aperiunt solum viam ad
2 inquirendum. † Insurgunt modo nonnullæ difficultates. Et primo quomodo in practica eueniat, vt acta, facta super causa ciuili, ciuiliter intentata, Item acta, facta super causa criminali, agitata in iudicio ciuili, vel etiam in iudicio criminali, possint inseruire ad instituendum processum criminalem? Respondeo: quando in causa ciuili ciuiliter intentata, ciuiliter excipitur de aliquo crimine contra principalem, aut cõtra testes: vtputa, si excipiatur de falsitate, eaque probetur, tunc illa probatio falsitatis dicitur facta super causa ciuili, ciuiliter intentata, aperitque iudici viam ad inquirendum, & procedendum criminaliter: Sed quia de exceptione agam seorsim c. sequenti: idcirco pluribus non insisto. Quando verò agitur ciuiliter super causa criminali ad interesse particulare, tunc, si actor plenè, aut semiplenè suam probauerit intentionem, illa probatio dicetur facta super causa criminali, ciuiliter intentata, aperietque viam iudici ad inquirendum, & procedendum criminaliter. Et pro vberiori intelligentia sciẽdum est, quòd ex quouis delicto, siue illud sit publicum, siue priuatum oriuntur duæ actiones contra delinquentem, altera ad satisfactionem Reipublicæ, & publicam vindictam, & dicitur criminalis, altera verò ad particulare interesse, & ista dicitur ciuilis: Modo actor poterit, omissa actione criminali, intentare ciuilem pro suo interesse: & sic clarius tibi liquet quomodo eueniat, vt probatio fiat super causa criminali, ciuiliter intentata: Quando autem agitur criminaliter in causa criminali, & probatur aliquod delictũ contra aliquem, adhuc non nominatũ, tunc illa probatio aperit viam ad inquirendum, & procedendũ contra illum talem: vtputa, quando reus nominat aliquem socium criminis, vt latè docui infra ca. 81.

3 † Secunda difficultas est, cui inquisitioni viã aperiat, generali ne, an speciali? Respondeo: in primis videndum est: nunquid acta, facta in vno iudicio, fidem faciant in alio: quia si fidem non faciunt, difficultas euanescit: Et breuiter agendo, quòd acta, facta in iudicio ciuili, non probent in criminalibus testatur Boss. tract. crim. tit. de conuict. num. 19. & tit. de plur. violent. num. 24. vbi ait, hanc esse conclusio-
* nem, & quòd sit communis * testantur Abb. in cap. per inquisitionem sub num. 12. de elect. & alij, quos refert, & sequitur Clar. dicta q. 54. vers. Item si producantur, & vers. sequenti: Et post eũ Mascar. tract. de probat. concl. 34. nu. 1. & seqq. Et quòd acta facta in iudicio criminali super vna specie delicti: puta, super vulnere, non probent super alia specie delicti, descendentis ex priori specie, puta, super homicidio, causato ex vulnere tradit Marsil. in pract. crimin. §. quoniam numer. 60. Quid dicendum? Distinguo: Aut quærimus, an faciant plenam fidẽ: Aut aliqualẽ: Si primo casu: rursus distinguo: Aut probationes, factæ in iudicio ciuili, ita plenè, & perfectè probant, vt vocari mereantur luce meridiana clariores, quia in iudicio criminali aduersus eas nihil possit opponi, & tunc facient plenam probationem, vt refert, & sequitur Boss. dicto tit. de conuict. num. 19. & de pluribus violent. sub num. 24. Aut nõ possunt dici luce meridiana clariores: & tunc dico, quòd non plenè probant in criminalibus: & ita procedant, quę adduxi in contrarium: Si secundo casu: nunquid faciant aliqualem probationem? Respõdeo affirmatiuè, & indistinctè per ea, quæ tradit Bar. in l. 2. §. hoc edicto nume. 5. ff. de vi bon. rap. & quæ dixi supra initio Capitis: Et in specie, q᷑ acta, facta in vno iudicio, probent quoad præparationẽ alterius iudicij, vide Alex. in l. 2. cõcl. 6. C. de eden. Felyn. in cap. causam quæ num. 25. de testi. Capic. decis. 107. & Maiol. tract. de irregul. lib. 5. cap. 36. sub num. 3. At postquam vidimus, acta, facta in vno

iudicio,

iudicio, facere fidem modo plenam, modo aliqualem, & modo saltem quoad præparationem alterius iudicij, reliquum est, vt, accedendo ad difficultatem propositam, videamus ad quam inquisitionē viam aperiant: &, breuiter agendo, distinguo: Aut ex illis actis colligitur solummodo delictum, & nullus certus delinquens, & tunc aperiunt viam inquisitioni generali: Aut colligitur certus quidem delinquens: sed eorum probatio est debilis, & minor, quàm semiplena, & tunc dico, quòd aperiunt viam inquisitioni speciali, primo modo sumptæ iuxta ea, quæ docui infra ca.84. sub num.5. Aut ex actis colligitur certus delinquens, resultatque probatio semiplena, seu habens vim semiplenæ, & tunc aperiunt viam inquisitioni speciali, secūdo modo sumptæ iuxta ea, quæ docui infra dicto cap.84.num.6.

4 † Tertia difficultas: fuit in præcedenti difficultate dictum, quòd acta, facta in vno iudicio, possunt facere fidem in alio, & iudici viā aperire modo ad inquisitionem generalem, modo ad specialem: oritur nunc difficultas, nunquid iudex, qui vigore dictorum actorum intendit inquirere, possit hoc facere sine alia repetitione testium, & sine nouo processu? Respondeo, distinguendo: Aut is iudex est incompetens: Aut competens: Si incompetens: rursus subdistinguo: Aut est totaliter incompetēs: Aut non totaliter: Si totaliter, vtputa, quia iudex sit laicus, & aperiatur via ad inquirendum contra clericum, & quia isto casu is iudex nullatenus potest procedere iuxta ea, quæ docui supra cap.14. nu.3. ideo pluribus non est agendum. Si non est totaliter incōpetens, vtputa, quia est iudex causarum ciuilium tātum, & aliquis testis coram eo in causa ciuili deposuit falsum: & quia isto casu potest contra illum falsarium procedere, vt docui dicto cap.14.num.2. intrat difficultas proposita, sed eam dissoluam in sequenti membro distinctionis. Et hæc de incompetenti. Si verò est competens, vtputa, quia sit iudex causarum ciuilium, & criminalium, vt tradit Clar. lib.5.recept.sent.q.19.vers.Vnum tamen, vel quia illa acta, aperientia viam inquisitioni, producantur coram iudice cōpetēti, tunc rursus subdistinguo: Aut queritur an vigore illorum actorum sit ei aperta via ad inquirendum sine alia repetitione: Aut an sit aperta ad puniendum: Si primo casu, censeo indistinctè, esse apertam sine aliqua alia repetitione: Si secundo, res videtur pati difficultatem: Nā Clar. dicto vers.vnum tamen. videtur sentire, quòd possit puniri ex illismet probationibus, & actis: Cōtrarium firmat Hier. Chuccal. in addit. ad Ang. tract. de malef. in verbo. & ad querelam sub num.97. dicens, quòd iudex tenetur inchoare nouum processum: vide eum, quia copiosè loquitur. Quid dicendum? Respondeo: Aut præsupponimus, illas probationes esse receptas coram iudice incompetenti, & est casus clarus sine dubio, quòd iudex competens, qui earum vigore intendit procedere, debet nouum inchoare processum: Aut præsupponimus, esse receptas à iudice competenti, vtputa, quia sit idemmet iudex, seu saltem idem per subrogationē, seu alter Collateralis, ęque competens, & tunc quāuis sit casus aliquo modo dubitabilis, tamen censeo idem cum Hier. Chucc. quòd adhuc requiratur nouus processus: quia illa acta, & probationes videntur incidentes respectu iudicij criminalis: vbicunque autem probatio alicuius delicti est incidens, requiritur nouus processus, etiamsi illa probatio fieret per confessionem oris proprij, vt tradunt omnes ij Doctores, quos allegaui infra cap. sequenti sub nu. 3. ibi. *Contrariam sententiam*. & dicitur incidens, quando non tēdit principaliter ad delictum, de quo quæritur, vt patet in decis. Affl. 176. & certè si aliter respōderemus, sequeretur etiam, quòd possent duo specialia concurrere circa idem: quoniam eędem probationes haberentur loco accusatoris, & loco probationum, vt considerat Hier. Chucc. loco citato, & faciunt quæ tradit Bar. in l.2. §. si publico num. 20. ff. ad l. Iul. de adult. Non obstat Clarus ex aduerso allegatus: quia non aperit id, ad quod eum adduximus: Amplia, vt procedat etiam quòd probatio delicti contingat eandem personam, cum qua actū est in alio iudicio: Nam si contingeret diuersas personas, tunc nulli est dubium, quòd requiratur processus seruatis seruandis: quia res inter alios acta, alijs præiudicare non debet.

De Exceptione aperiente viam inquisitioni. Cap. LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Defensionis causa est fauorabilis, & ideo accusatus potest tam contra accusatorem, quàm contra iudicem, testes, instrumenta, & scripturas obijcere exceptiones criminosas.*

2 *Exceptio potest dupliciter obijci, ciuiliter scilicet, & criminaliter, & ad quem finem tendat obiecta ciuiliter, & ad quē criminaliter, & quæ conueniant vni, & non alteri.*

3 *Exceptione probata, an requiratur nouus processus, vel possit immediatè deueniri ad cōdemnationem. & quando delictum deductum in exceptione dicatur contingere delictum principale, seu, vt aiunt, causam, & quando non, & ad quem processum, seu inquisitionem via sit aperta.*

4 *Excipiens qua protestatione debeat vti, & an alias deficiens in probatione posset puniri ex eodem processu.*

5 *Exceptio falsitatis an retardet expeditionem causæ principalis, item confessio inquisiti an prosit tertio, qui non fuit in iudicio, & aliæ similes difficultates reijciuntur, decidendæ apud nonnullos Doctores, allegatos.*

1 ILLVD in † primis nosse oportet, reis nō minus iure Cæsareo, quàm Pontificio probabili sanè ratione concessum esse, vt pro sua defēsione possint alijs crimina objicere, sicuti eleganter tradit Iodoc. in pract. crim. c.7. in princ. Adeò namq; affatim à naturæ institutis cōcessa

cessa

cessa est propria defensio, vt iure Doctores cōmuniter* in eam eant sententiam, quòd liceat insultato occidere non solum insultantem, sed etiam aliū non offendentem, si aliter se defendere nequeat, glo.in l.si familia,in verbo.poterat.ff.si famil. furt.fecis.dicat. Vnde insultatus poterit insultantis ictui opponere mediatorem, vt euitet ictum, & non tenebitur, si ille mediator vulneretur, seu occidatur, & hæc est communis* opinio, de qua post alios testatur Clar.lib.5.recept.sent.§.homicidium.vers. Adde quòd non solum: Et propterea à fortiori licebit accusato, seu inquisito ad sui defensionem obijcere exceptionem criminosam tam contra accusatorem, quàm contra iudicem, testes, instrumenta, &
2 scripturas. † Hoc summis, quod aiunt, labijs degustato, sciendum est, quòd exceptio ad effectum, de quo agimus, dupliciter potest intentari: ciuiliter scilicet, & criminaliter: ciuiliter, quando crimen obijcitur per modum exceptionis ad effectum, vt actoris, seu accusatoris intentio diluatur, vtputa, quando, ne testi adhibeatur fides, excipitur contra eum, quòd est falsarius, & subornatus: Criminaliter, quando obijcitur non solum ad effectum, vt diluatur intentio, sed etiam vt infligatur pœna: ita post alios declarant Boss.tract.crim.tit.quomod.proced. per except.num.1.& 3.& Clar. lib.5. recept.sent.q. 19.vers.per exceptionem,& vers.sequenti: Ex hoc diuerso fine obijciendi resultant tres conclusiones in exceptione, criminaliter obiecta: quæ non seruantur in exceptione, quæ ciuiliter obijcitur: Prima: debent in ea exprimi tempus, & locus obiecti criminis, Clar.vbi supra: vers.hinc infertur,& Gail. in pract. obseru.lib.1.obseru.64.num.10.Secunda: Reus non potest se defendere per procuratorem: Tertia: Reus, conuictus de crimine obiecto, potest condemnari sine nouo processu,idem Clar.dicta q. 19.vers.Item sicut:& vers.criminaliter: Et denique: quia super exceptione criminaliter obiecta seruantur ea omnia, quę seruantur in iudicio accusationis, ex quo exceptio, tendens ad puniendum, æquiparatur accusationi,vt ait Clar.vbi supra vers. & breuiter: idcirco in ea pluribus non insisto: De accusatione namque satis locutus sum supra cap.51. Remanet, vt agamus de exceptione criminosa, quę ciuiliter obijcitur.

3 † Et procedendo per quæsita: quæro, si exceptio probetur, nunquid iudex vigore illius probationis possit sine alio processu punire, vel quid possit facere? Respōdeo, rem esse difficilem magis, quàm appareat: Vnde Felyn.in cap.causam quæ,in princ.de testib.quærens, quando acta, facta in vno iudicio, fidem faciant in alio, meritò dicit, esse materiā profectò intricatam: Ego tamen, distinguendo, & assumendo nōnullas claras conclusiones, ac dubias excitando, dicam breuiter quid sentio tam in iure, q̃ in praxi: Aut igitur delictum, quod excipiendo obijcitur, probatur per testes: Aut per confessionem: Si per testes: rursus distinguo: Aut super delicto principali agebatur criminaliter: Aut ciuiliter: Si criminaliter denuo distinguo: Aut crimen in exceptione obiectum contingebat delictum principale, vtputa si contra maritum, accusantem vxorem de adulterio, exciperetur de lenocinio: Aut non contingebat delictum: Si contingebat, tunc potest sequi condēnatio ex eodem processu, Bar. in l.2.§.si publico.nu. 20. ff. ad l. Iul. de adult. & latè Boss. tract. crim. tit. quomod.proced. per except. num.7. vnde non placet, quod sentit Bal.in l. mercalem.C.de cōdict. ob turp.caus. Si non contingebat, dico, quòd non potest ex eodem processu sequi condemnatio, sed solum ex eo aperietur via iudici ad inquirendum, & inchoādum nouum processum, idem Boss.dicto tit. quomod.proced.per except.num.8.in fine,& Clar. dicta q.19. vers. per exceptionem: & faciunt, quæ dixi infra de confessione: Et ita tutius inquit Boss. vbi supra sub num.12.est tenere etiam in Principe, quòd non debeat apponere manum, quando ad id actum non fuit, & non constat per confessionē, sed tantum per probationes. At exoritur dubium, quādo delictum, in exceptione deductum, dicatur contingere delictum principale, & quando non. Hoc opus, hic labor: Breuiter agendo, Bar.in dicto §.si publico.num.20. & Boss.dicto num.7. delicti, contingentis delictum principale, seu, vt loquuntur, causam, tradunt hæc exempla, quando excipitur de lenocinio, Item, quando excipitur, quòd testis, seu instrumentū productum sunt falsa: circa quę etsi possem nonnulla obijcere, tamen breuitati studens, ac tantorum virorum auctoritati acquiescens, trāseo. Dicetur delictum obiectū non contingere causam, vtputa, si obijceretur, quòd ille testis est homicida, seu aliàs periurus, vel hæreticus, & propterea ei nō esse fidem adhibendam: & hæc quando agebatur criminaliter: Si verò agebatur ciuiliter, dico indistinctè, quòd requiritur nouus processus: quia foret absurdum, quòd magis operaretur id, quod venit incidenter, quàm id, quod est principaliter deductum, vt considerat Felyn.in cap.1. num.16. de except. Et ideo licet excipiatur contra testem, quòd sit falsarius, & conuincatur, tamen, nisi in crimine falsi teneamus esse speciale, vt dixi infra, non potest puniri ex illo processu, sed solum aperietur via iudici ad faciendum nouum processum: quia, cum in iudicio criminali requirantur probationes luce meridiana clariores, sequitur, quòd ijs, quæ in iudicio ciuili factæ sunt, fides non sit adhibenda, iuxta ea, quę dixi supra cap.pręcedenti num.3. & ita in terminis firmat Boss. dicto tit.quomod.proced. per except. nu. 8. & ita procedant quæ tradit Clar. dicta q.19.vers. per exceptionem, dum ait, quòd testis, conuictus de falsitate, non potest puniri in eodem processu, aliàs enim aduersaretur Bartolo, & Bossio in locis superius allegatis.

Forsan tamen posset contra Clar. limitari ista cōclusio in crimine falsi, in quo secundum Anch.cons. 173.incipiente circa primum num.9.& Felyn.in dicto cap.1.num.16.in fine.de except. videtur, quòd adhuc possit puniri, sed hoc relinquo cogitandum: Et hæc quando exceptio est probata per testes.

Si verò sit probata per confessionem illiusmet, aduersus quem fuit exceptum, videtur prima facie dicendum, quòd possit indistinctè puniri ex eodem processu: quia contra confessum in iudicio non requiritur processus inquisitionis, sed sola condem-

natio

natio diffinitiua per ea, quæ referunt Bal. in dicta l. mercalem. num. 1. C. de condict. ob turp. cauſ. Affl. deciſ. 176. nu. 2. & Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 54. verſ. ſed quid ſi exhibeatur. Et quòd iſta videatur cõmu
* nis * opinio ſuadetur ex illa communi, de qua teſtatur Aret. in cap. cauſam quæ num. 17. cum ſeq. de teſti. quem refert, & ſequitur Boſſ. dicto tit. quomod. proced. per except. ſub nu. 4. maximè quando agebatur ad delictum, licet ciuiliter. Contrariam ſententiam ſentire videntur Bar. in l. ſi confeſſus, in fin. ff. de cuſtod. & exhib. reor. Abb. in cap. 2. numer. 12. de confeſſ. Felyn. in cap. primo. ſub nume. 6. verſus finem. de except. Bal. Affl. & Clar. in locis allegatis, dum aiunt, ex illa confeſſione inſtrui iudicem ad formandam inquiſitionem, eamque probandam illamet confeſſione, & non ad puniendum immediatè, & ita firmat Hier. Chuccal. in addit. ad Ang. tract. de malef. in verbo. & ad querelam ſub nume. 97. in fine. Quid dicendum? Reſpondeo cum eadem diſtinctione, aut delictum, quod excipiẽdo eſt obiectum, contingit cauſam, aut non. Si contingit, dico, quòd poſſet puniri ex eodem proceſſu per ea, quæ dixi ſupra, & hoc dico indiſtinctè, etiam quòd ageretur ciuiliter ſuper cauſa principali, & ita procedat, quod tradit Aretinus dicto cap. cauſam quæ num. 17. cum ſeqq. de teſtibus. vbi teſtatur de com-
* muni; * quicquid in contrarium ſentiat Clar. dicto verſ. Sed quid ſi exhibeatur. Et moueor, quia, cum delictum probetur per confeſſionem oris proprij, ceſſat illa ratio: videlicet, quòd non ſit ſtandum probationibus, factis in cauſa ciuili, ex quo non poſſunt dici luce meridiana clariores: ceſſat inquam, quia nulla maior probatio, quàm oris proprij confeſſio iuxta ea, quæ docui infra cap. ſequenti ſub nume. 8. ibi. Si in tertio caſu. & ſub num. 9. verſus finem. Vnde ſuccedunt ea, quæ retuli ex Boſſio, ſupra cap. præcedenti, ſub nu. 3. & non placet, quod tradit Vitall. tract. de malef. Rubr. de confeſ. & con. eos quid ſit fiend. in fine. ſentiens, confeſſionem non eſſe probationem luce meridiana clariorem. Limita vt non procedat in confeſſione ficta, item in confeſſione facta à procuratore, quia ex his non poſſet ſequi condemnatio ſine nouo proceſſu: vide Felyn. in cap. qualiter, & quando, il 2. §. licet autem, nu. 48. cum ſeqq. de accuſ. & in dicto cap. 1. num. 17. de except. Si verò non contingit, tunc requiretur nouus proceſſus: quia poteſt dici confeſſio incidenter facta: vnde ſuccedunt ea, quæ dixi ſupra dicto cap. præcedenti, in fine, & ita procedunt quæ dixi paulò ſupra ibi. *Contrariam ſententiam*. Sed hoc dictũ ſecundũ Doct. quos refert, & ſequitur Boſſ. dicto tit. quomod. proced. per except. num. 11. limitatur, vt non procedat in Principe, qui ex quo nõ ligatur diſpoſitione iuris poſitiui, poſſet etiam incidenter cõfeſſum punire ex eodem proceſſu. Cæterum ego in practica ad maiorem cautelam, tollẽdamque viam diſputationis ſuper delicto, probato in exceptione, ciuiliter obiecta, ſemper formarem breuiter nouum proceſſum ſecũdum ſtylum, & cõſuetudinem loci, vt tradit Iodoc. in pract. crim. cap. 7. num. 6. quamuis hodie, ex quo in delictis proceditur arbitrario quodam modo, & manu Regia, vt dixi ſupra c. 51. nu. 30. iſtę difficultates videantur ceſſare: vnde iudices, quomodocũq; ſibi conſtet de delicto, illud puniunt ſpretis ſolẽnita-
4 tibus iuris ciuilis. † Et tu, qui ciuiliter excipis nota in practica, vt crimen obijcias cum proteſtatione, & citra animum iniuriandi, quia aliàs excipiẽs de crimine, & ſuccumbens, punitur ciuiliter quoad partis intereſſe, & etiam criminaliter, vt admonet Iodoc. dicto c. 7. nu. 1. in fine. Et ꝙ ſi teſtis, aduerſus quẽ obijcit crimen, proteſtatus eſſet de illa iniuria, petieritq; ſuper ea ſibi ius, & iuſtitiam miniſtrari, poſſet is, qui obiecit, ſi ſuccumberet, puniri ex eodem proceſſu etiam ciuili, & maximè ſi ab illo teſte ſuper illo obiecto crimine fuiſſet impetratum reſcriptum à Principe, vide Crauet. conſ. 53. ſub num. 2. lib. 1.

Reliquas difficultates, quæ ĩ hac materia poſſent excitari, quales ſunt hæ. Num exceptio falſitatis remoretur, & retardet expeditionem cauſæ principalis, quia debeat prius expediri cauſa falſitatis? Item nunquid confeſſio inquiſiti profit tertio, qui non fuit in iudicio: vtputa, quia latro fateatur, ꝙ furto abſtulit pallium Petro? Item nunquid iudex poſt latã ſententiam ſuper cauſa principali poſſit ex interuallo punire teſtes de falſitate? Item nunquid, lata ſentẽtia abſolutoria in cauſa exceptionis, poſſit denuo ſuper ea inſtitui accuſatio? & quid ſi fuerit lata condemnatoria, & aliæ ſimiles: attingam ſuo loco in ſecundo libro: Interim circa primam, videto Alexandri primam apoſtillam ad Bar. in l. prætor. §. hoc edicto. ff. de vi bon. rapt & Felyn. in ſæpe citato, cap. 1. ſub num. 6. verſus finem. de except. ad quos ſe remittit Boſſ. tract. crim. tit. quomod. proced. per except. num. 15. Circa ſecundam videto eos, ad quos ſe remittit idem Boſſ. vbi ſupra, ſub num. 13. Circa tertiam, vide Vrſill. in annot. ad Affl. deciſ. 219. Circa alias, vide Maran. in ſuo Spec. par. 6. de inquiſit. num. 85. fol. mihi 271.

De Notorietate delicti. Cap. LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Notorij vox latinè quid ſignificet, & quomodo à Doctoribus ſumatur, & in hac aſſumptione quid ſit.*
2 *Notorium eſt duplex: notorium iuris, & notorium facti, & quid ſit notorium iuris.*
3 *Notorium iuris eſt triplex.*
4 *Notorium facti quod dicatur.*
5 *Notorium quando dicatur, ita probatũ, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit.*
6 *Arbitriũ iudicis quomodo debeat regulari circa nũmerum teſtium, probantium notorium.*
7 *Notorium facti eſt triplex.*
8 *Notorium quomodo in praxi aperire poſſit viam iudici ad inquirendum, & an, & quando aperiat ad condemnandum, & quando ad exequendum, & quando ad præfigendum terminum.*
9 *Notorius delinquẽs, poſitus in fortijs Curiæ, an poſſit puniri, nullo iuris ordine ſeruato, vel ſit prius examinandus, & audiendus, & an agẽs via ordinaria cũ poſſet agere executiuè, teneatur illã ſeq.: & qua*

ſit virtus illorum verborum, etiam per modum notorij, quæ apponuntur in inquiſitione, & confeſſionis ſubinde ſecutæ.

10 *Notorium facti momentanei quot teſtibus ſit probandum.*

11 *Notorium ad hoc, vt dicatur probatum ex depoſitione teſtium, qualis debeat eſſe eorum depoſitio.*

12 *Notorietate delicti probata, an iudex poſſit procedere ſine ordine iuris, & ex abrupto, vel debeat prius interloqui, delictum eſſe notorium.*

13 *Notorietas vel iuris, vel facti nunquid recipiat probationem in contrarium, & nonnullæ aliæ difficultates relinquuntur videndæ penes nonnullos Doctores, allegatos.*

1 HAEC vox: *Notorium,* ſecũdum † latinũ ſermonẽ ſignificat elogium quoddam, hoc eſt, denunciationem commiſſi facinoris; vt patet ex l. ab accuſatione, & ibi notat Budęus. ff. ad S.C. Turpil. & tradũt Corraſ. & Alc. quos refert, & ſequitur Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 166. nu. 1. ſed hodie ſecundum communẽ vſum loquendi (minus tamen latinè, teſtibus præcitatis Doctoribus) aliud importat, ſicut patet ex textu in cap. quæſitum, de temp. ordin. ibi. *Vel alias notoria non fuerint &c.* & in c. tua nos. de cohab. cleric. ibi. *Ita publicum eſt, vt meritò debeat appellari notoriũ &c.* & cap. 1. §. ſanè, in fine. de cenſib. lib. 6. cum ſimilibus, & ex his, quæ modo ſubijcio ĩ definitione. Notorium igitur, hodierna ſignificatione inſpecta, eſt notitia plena eius rei, cui adiungitur, inducens indubitatam, & finitam probationem, alia diſcuſſione non egentem, ſecundum Ant. de Butr. & alios, quos allegat, & ſequitur Capr. tract. de Notor. memb. 2. num. 1. ex qua deſcriptione ad plura infert Ioſeph. Maſcard. tract. de probat. lib. 2. concl. 1101. num. 3. cum ſeqq. Vel ſecundum Bal. in l. ciues, nu. 5. C. de appel. eſt illud, quod ante oculos ſitum eſt, vel eſt veritas in mentibus hominum ita radicata, quòd euelli, vel occultari non poteſt.

2 † Notorium, ita deſcriptum, eſt multiplex: reducitur tamen ad duas principaliores ſpecies; videlicet, ad notorium iuris, & ad notorium facti, & vtraque ſubdiuiditur in alias tres ſpecies, vt declaraui infra, & tradit Affl. in Conſtitutione. Humanitate. nu. 32. lib. 2. dicẽs, notoria iuris eſſe impropriè notoria. Notorium iuris, vt paucis agam, dicitur illud, quod à iure, vel in iudicio oritur, ita tradit Conrad. in ſua pract. tit. de notor. crim. nu. 6. fol. 239. col. 1. do exẽpla, quando quis eſt condemnatus per ſententiam: quia res iudicata pro veritate habetur. l. ingenuum. ff. de ſtat. hom. l. res iudicata. ff. de reg. iur. & tradunt Gand. tract. de malef. Rub. quom. de malef. cognoſ. & quan. crim. notor. eſt nume. 3. & Vitall. eod. tract. Rubr. de notor. crim. cum form. accuſat. & probat. &c. num. 2. & Iodoc. in pract. crim. cap. 11. nume. 12. Item, quando quis eſt ſponte confeſſus, aut, ſi non ſponte, perſeuerat tamen in confeſſione ſine formidine tormentorum, l. 1. C. de confeſſ. vide glo. in ca. manifeſta. 2. q. 1. ibi. Notorium iuris. Gãd. & Vital. in locis allegatis. Dec. in cap. at ſi clerici. nu. 141. de iudic. Affl. deciſ. 176. ſub num. 2. & deciſ. 182. num. 8. cum ſeq. & deciſ. 372. nu. 8. & poſt alios Modern. in qq. crim. lib. 1. q. 21. num. 31. & Thom. Triuiſ. deciſ. 46. nu. 4. lib. 2. qui plures allegant, & honeſtę breuitati ſtudens, non refero. Sed hoc exemplũ de confeſſione intellige cũ ſalis grano, de quo locutus ſum ſupra cap. 74. verſus finem. & c. præcedenti ſub nu. 3. verſus finem, ibi. *Si verò non contingit.* Item, quãdo ex actis aliquid liquet illud dicitur notorium iuris, vt dixi infra.

3 † Dico, hoc notorium iuris eſſe triplex, quia aliud dicitur præſumptionis: aliud probationis: & aliud diſpoſitionis: Notorium præſumptionis eſt euidentia iuris, vehementer præſumpta, vt tradunt Gand. dicta Rubr. quom. de malef. cogn. & quan. crim. eſt notor. num. 2. & Iodoc. dicto cap. 11. nume. 15. Do exemplum: Vir, & vxor nutriuerunt aliquem, tanquam filium, ita eum vocando, dando ei alimenta, ac alia faciendo, quæ parentes filio faciunt: vel aliquis dicitur natus in domo vxoris, & viri; eorumque propterea à vicinis creditur, & dicitur filius: certè his caſibus filiatio probata dicitur notoriè: notorietaſque reſultat ex vehementi præſumptione iuris, cap. per tuas. de probat. ca. tranſmiſſæ, qui fil. ſint legit. & l. ſi vicinis. C. de nupt. & tradunt Vital. dicto tract. de malef. Rub. forma accuſ. in notor. fac. num. 14. & Iodoc. dicto cap. 11. nume. 15. in fine. De reliquis duabus ſpeciebus, nimirum probationis, & diſpoſitionis, ne longior ſim, vide apud Capr. dicto tract. de notor. primo memb. nu. 8. cum ſeqq. qui copioſè loquitur, & hæc de notorio iuris.

4 † Notorium facti dicitur illud, quod ita per euidẽtiam rei probatur, ſeu cõſpectui, & viſui hominum præbetur, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit, Gandin dicta Rubr. quomod. de malef. cognoſc. & quã. crim. eſt notor. num. 4. & Vitall. dicto tract. de malef. Rubr. de notor. crim. cum form. accuſat. &c. nu. 4. Iodoc. dicto cap. 11. nume. 2. & Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 9. in principio.

5 † Cæterum dubitatur, quando notorium dicatur ita probatum, vt nulla tergiuerſatione queat celari: Siquidem nonnulli arbitrati ſunt, id nulla tergiuerſatione celari poſſe, quod eſt factum corã populo, vel eius maiori parte, ita tranſit Clar. loco citato: populum autem conſtare arbitratur numero decem hominum ad minus argumento textus in l. prætor ait, §. ſecunda, ibi. *Turbam &c.* ff. de vi bon. rapt. & in cap. vnio in fine, & ibi glo. in verbo. Mancipia. 10. quæſt. 3. & in cap. 1. in verbo. Duo. de Elect. & notant glo. in cap. de manifeſta, in verbo. plurimis. 2. quæſt. prima. Vitall. dicto nume. 4. in fine, & Menoch. dicto caſ. 166. nume. 2. & 3. & latius Moder. dicta quæſt. 21. nume. 47. Alij verò arbitrantur, aliqua tergiuerſatione celari non poſſe, quando eſt factum coram vicinia, vel maiori parte viciniæ, ſeu parochiæ: Alij verò, quando probaretur depoſitione ſeptem teſtium: Alij trium: Alij exiſtimant, inſpiciendum eſſe numerum aſtantium, ſicque

sicque in varias feruntur sentẽtias: sed tu dicas, hoc
relinqui arbitrio iudicis, qui inspectis loco, & quali-
tate delicti, arbitrabitur, qualis numerus testiũ suffi-
ciat ad probandum, delictum esse notorium, ita sen
tiunt Gand. dicta Rubr. quomod. de malef. cogn. &
quand. crimen est not. sub num. 5. Vital. dicta Rub.
de notor. crim. cum form. accusat. &c. sub nu. 4. Io-
doc. dicto cap. 11. nu. 7. Menoch. dicto cas. 166. nu.
* 7. & est communis, * de qua testatur Ant. Gom. var.
resol. tom. 3. tit. de delicto, cap. 1. nu. 42. quem refert
& sequitur Moder. dicta q. 21. nu. 48. probaturque
hæc communis opinio, quia, vbi aliquid non est à iu
re taxatum, seu inquam definitum, cẽsetur illud cõ-
missum arbitrio iudicis, vt docet Simanc. de Cath.
Instit. titu. 34. nu. 33. & Menoch. de arbitr. iud. lib. 1.
q. 11. nu. 1. sed, vt patet, & deducunt Gandin. & Vi-
tal. in locis allegatis, non est expressum in iure quot
testes requirantur ad probandum notorium. Igitur
6 arbitrio iudicis est relictum. † Sed quoniam ea est
iuris conditio, vt, vna auulsa difficultate, altera non
deficiat, propterea nouiter dubitatur, quibusnam re
gulis, & præceptis iudex debeat regulare, & dispo-
nere hoc suum arbitrium: siquidẽ, vt dicebamus su-
pra cap. 53. nu. 24. & seqq. debet esse regulatum: Di
cas, regulandũ esse ex qualitate loci, & temporis: ete
nim si delictum est commissum in aliqua parochia,
seu vicinia, sufficit, ꝙ dicatur, illud esse notum paro-
chiæ, seu viciniæ, aut saltem eorum maiori parti, vt-
puta, si ageretur de probando concubinatu. Si verò
sit commissum in publico loco Ciuitatis, esset q; deli
ctum arduũ, deberet dici cognitum toti Ciuitati, vel
eius maiori parti: Et si diceretur, commissum in ali-
quo loco, qui totam respiceret Prouinciam, deberet
dici manifestum illi Prouinciæ, vel eius maiori par-
ti, ad tradita per Bar. in l. scriptus, sub nu. 2. ff. de re-
lig. & sumpt. fun. Caprã. dicto tract. de notor. mẽb.
2. sub nu. 4. Foll. in pract. crim. in verbo. Item quod
est notorius delinquens nu. 17. Modern. dicta q. 21.
nu. 45. & in tantum debet attẽdere locum, vt, si deli
ctum diceretur cõmissum in domo, aut villula, seu
parua parochia, in quibus non reperiuntur decẽ ho
mines, non posset dici notorium per ea, quæ notant
Bar. in dicta l. scriptus sub nu. 2. & Gand. vbi supra
num. 11. & Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas.
166. nu. 9. Dixi, attendendam esse qualitatem tẽpo-
ris: quia si delictum diceretur commissum de nocte
regulariter nõ posset dici notoriũ, Gand. dicta Rub.
quomodo de malef. cogn. & quãd. crim. est not. nu.
7 5. in fine, & 11. & Foll. vbi supra. † Dixi etiam, noto
rium facti esse triplex: quia aliud dicitur facti conti-
nui, seu permanentis: aliud facti momẽtanei, seu trã
seuntis: & aliud facti reiterati, seu, vt nostri loquun-
tur, interpolati. Notorium facti continui, seu perma
nentis dicitur illud, quod per euidentiã rei apparet:
vtputa, si quis detinet carceratus: habes casum in c.
dilectis filijs. de appel. & notant Gand. Vital. & Io-
doc. in locis allegatis, primus nu. 8. secundus 9. & ter
tius 11. Item si vasallus cõtinuè moraretur publicè
cum hostibus, vel in Castro contra suum Principẽ,
sicut exemplificat Boss. tract. crim. tit. quom. proce.
in crim. not. nu. 16. Notorium verò facti transeũtis
dicitur illud, quod caret continuatione, sed ex quo
semel publicè commissum fuit, tergiuersatione am-
plius celari non potest, exemplum sumunt Gandin.
dicta Rub. quomodo de malef. cogn. & quãd. crim.
not. est nu. 6. Vital. dicta Rub. de notor. crim. cũ for-
ma &c. nu. 7. & Iod. dicto c. 11. num. 9. ex cap. semel
Christus de consecr. dist. 2. ex ca. aut facta. de penit.
dist. 1. & ex cap. peruenit, il 2. de testib. sed intellige,
vt declarat Gand. vbi supra.

Notorium facti reiterati, seu, vt loquuntur, inter-
polati dicĩt illud, quod fit publicè per reiterationẽ,
& non continuè: exẽplum sumunt in vsurario mani
festo, qui habet publicam mensam, paratã ad fene-
randum: de quo loquunt textus in c. cum tu manife
stos, de vsur. extra: & in cap. 1. eodem in 6.

8 † Harum notorij specierum cognitione præmis-
sa. Quæro de pluribus: Et primo, qualis sit practica,
& vsus notorij ad aperiendã viã iudici ad inquiren
dũ? R ñdeo, Clar. lib. 5. recep. sent. q. 9. in princip. &
cæteri Criminalistæ in diuersis locis tradunt, Noto
rium aperire viam iudici non modo ad inquirendũ,
sed etiã ad exequendũ. & Boss. tract. crim. tit. quom.
proc. in crim. notor. doctè quidem, sed confusè mo
re solito, multa tradit de modo procedendi per viã
notorij. Tu vero, re diligentius perpensa, distingue:
Aut loquimur de notorio iuris: Aut de notorio fa-
cti: si de notorio iuris: rursus distingue nonnullos ca
sus: Aut loquimur de notorio, resultante ex senten-
tia, seu condemnatione: Aut de notorio, resultante
ex probationibus, & actis factis: Aut de notorio re-
sultante ex confessione: si primo casu, denuo subdi-
stinguo: Aut fuit condẽnatus pręsens in carceribus:
Aut absens. si pręsens, tunc illud notoriũ, seu noto-
rietas, resultans ex sententia, aperit viã ad exequen-
dum, & non ad inquirendum, cum inquisitioni, seu
alteri initio aperta fuerit via, vel per accusationem,
vel per denunciationẽ, vel diffamationem, vel quid
simile. Si absens, & postea peruenit ad manus Cu-
riæ, tunc illa notorietas non aperiet viam ad fabri-
candum nouum processum, quia non est vlterius ꝓ-
quirendum, an ille commiserit delictum, de quo est
condẽnatus, vel non: sed solum, an is sit ille met, de
quo loquitur sententia condẽnatoria iuxta ea, quæ
latius docui infra c. 97. nu. 171. & sub num. 180. ibi.
Si de tortura ad effectum, vt fateatur, in recognitio-
ne bannitorum. Bene verum est, ꝙ si iudex, in cuius
fortijs reperiretur ille condemnatus, videret, illam
condẽnationem, latam ab alio Iudice, non mereri
executionem, posset ipse ex integro cognoscere de
delicto iuxta ea, quæ docui supra cap. 63. sub nu. 7.
versicu. *Si verò delictum est merè seculare*. Et quod
dixi, notorium, resultans ex sententia, aperire viam
ad exequendũ intellige de executione, quę expres-
sè colligitur ex sententia, & non de alia: vnde sentẽ
tia, ciuiliter lata super furto, videlicet ad interesse
particulare, non aperit viam ad executionem crimi
nalem, sed solum ad inquisitionem, vel ad summũ,
si sit lata ex depositione testium, forsan ad torturã,
quia probationes, factæ in causa ciuili, seu crimina-
li ciuiliter intentata aperiunt solum viam ad inqui-
rendum iuxta ea, quæ docui supra ca. 74. sub num.
3. ibi. *At postquam*. Et hæc de notorio, resultante
ex sententia.

Si sumus in secūdo casu: videlicet in notorio, resultante ex probationibus factis, q̄ post conclusum in causa ciuili, & post factas defensiones in criminali dicuntur facere rem notoriam, ca. cum olim. & ibi Abb. nu. 1. & 3. de verb. signific. Gram. decis. 36. nu. 38. Affl. in constitutione, humanitate nu. 32. in fine lib. 2. Paris. cons. 11. nu. 7. lib. 4. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 166. nu. 6. & est communis, * de qua testantur idē Menoch. tract. de recuper. poss. remed. 1. nu. 232. & alij, quos refert, & sequitur Moder. dicta q. 21. nu. 14. dico, ꝙ nec ad faciendū nouū processum, seu inquā inquirendū, nec ad exequēdū viam aperit, sed solū ad sentētiādum. Et aduerte ad vnum, ꝙ ex probationibus nūquam inducitur notoriū, nisi illæ ꝓbationes sint publicatæ, vt tradit Affl. dicta constitutione, humanitate nu. 21. & 22.

Si in tertio casu, scilicet in notorio, resultante ex confessione: dico idem, quod in præcedenti casu: quia confessio indicat viā ad sententiam: vnde dicimus, ꝙ partes iudicis in confessis sunt in condēnando, argumento textus in l. proinde si occisus. §. notādum. ff. ad l. Aquil. & notat. Iodoc. in pract. crim. ca. 34. nu. 5. & ad hoc potest allegari illud Ouidij.

Non est confessi causa tuenda rei.

Quinimò, ex quo confessio habet vim sententiæ in casu, in quo nō requireretur ministerium iudicis in sententiando, dico ꝙ tūc aperiret viam ad executionem condēnationis, omissa sententia, vt ex Bal. in c. 1. Qualiter dom. propr. priuetur. refert & sequitur Affl. decis. 182. nu. 9. Et licet si essemus in delicto, cuius remanerent vestigia, quæ possent incipi, & de eo per inspectionē adhuc non constaret, deberēt videri priusquam cōtra reum procederetur ad aliquē actum irretractabilem iuxta ea, q̄ docui infra c. 86. nu. 6. & apertius cap. 83. sub nu. 11. ibi, *Si de ea quæ transmittitur &c.* tamen aduertēdum est, ꝙ ad hāc inspectionem, seu inquisitionē delicti non dicitur aperiri via à notorio, siquidē notorium tendit, vt dixi vel ad sententiam, vel ad executionem: & ad hanc inspectionem faciendam iam antequam completū fuerit notorium, aliunde debuit patere via, cum huiusmodi inspectio fieri soleat initio processus.

Firma igitur sit conclusio, ꝙ notorium iuris non aperit viam ad inquirendum, & per consequens minus dicitur retinere rationē initiandi processum: siquidem versatur id circa extrema processus offensiui, & non circa initia. Et hęc de notorio iuris.

Si loquimur de notorio facti, dico idē, ꝙ eo non aperitur via ad inquirendum: nam aut loquimur de notorio facti permanentis, & continui: aut de notorio facti non permanētis si de notorio facti permanētis, denuo subdistinguo: aut præsupponimus, esse notorium delictum tantum: aut delictum, & qualitatem illius: si delictum tantum, dico, ꝙ illa notorietas aperit viam iudici non ad inquirendum, sed ad pręfigendum Reo, tanquam conuicto terminum ad faciendas suas defensiones: si verò supponimus, notoriam esse etiam qualitatem, dico sibi apertam esse viam ad executionem, vel cōdemnationem sine aliqua solemnitate, seu ordine, Spec. par. 1. in principio post proem. num. 2. Gand. tract. de malef. Rub. quomo. de malef. cognosc. & quan. crim. est notor. sub nu. 9. Vitall. eodem tract. Rubr. de notor. crimcum forma &c. nu. 10. Boss. dicto tit. quomo. proced. in crim. not. nu. 1. 2. 6. & seqq. & nu. 16. cū seqq. qui omnes aiunt, in huiusmodi notorio non requiri accusatorem, nec denunciatorem, nec libellum, nec litis contestationem, nec iuramentum calumniæ, nec probationes, & ordinem esse nō seruare ordinem: adde tu, minus requiri citationem, & in specie probationum, quod non sint necessariæ tradunt vltra præfatos gl. in l. ciues. in verbo, si sub iusta. C. de appell. Bar. in l. 1. sub nu. 4. C. qui & aduer. quos in integr. restit. non postul. Alex. cons. 67. nu. 2. lib. 7. Felyn. & alij, quos refert & sequitur Mādos. in addit. ad Boss. tract. crim. tit. de denūciat. in litera D. & est opinio cōmunis, * de qua testatur Alber. in l. ea quidem nu. 18. C. de accusat. quam refert, & declarat Clar. lib. 5. recept. sent. q. 9. versiculo, Item quæro, & ampliādo firmat Mascard. in suo solemni tractatu de probat. lib. 2. conclus. 1103. num. 1. & seq. Et ꝙ non sit necessaria citatio probatur apertissimè, quia notorium delictum, & qualitas illius dicitur, quādo apparet, reo nullam competere defensionē, vt post alios declarant Clar. dicta q. 9. versicu. sed aduerte, & Ioseph. Cum. in Rit. Siciliæ cap. 74. nu. 5. sed quādo apparet, Reo nullam competere defensionem, certissimi iuris est, non requiri citationē per ea, quæ scribunt Abb. in cap. ad nostram il 3. col. 2. num. ... de iureiur. Mars. in l. de vnoquo que, nu. 12. ff. de re iud. Dec. cons. 544. nu. 6. Boss. tract. crim. titu. de denunc. sub num. 10. Gail. in pract. obseru. lib. 1. obser. 77. in fine: & magis, ac latius in proprijs terminis Afin. in pract. §. 7. c. 5. limit. 42. & ꝑ ea, quæ dixi infra c. 88. nu. 20 Et quòd hęc sit communis * & vera opinio testantur Colleg. Flor. inter cons. Curtij Senior. cons. 21. nu. 15. & alij, relati per Clar. dicta q. 9. versic. quæro nunquid: & ita procedat dictū Abbatis in c. cum olim, nu. 20. de re iud. dū asserit, Glosas cōiter dicere, ꝙ in notorijs possit procedi sine citatione. Hanc communem conclusionem, ꝙ possit ꝓcedi ad condemnationem, seu executionem sine probationibus, & sine citatione: exēplifica in sequētibus casibus: primo, quando quis cōtinuè moraret publicè cum hostibus, vel in Castro contra Principē: secundo, quādo quis publicè detineret in carceribus, q̄ exēpla ponuntur à Boss. tract. crim. tit. quomod. proced. in crim. not. nu. 16. Tertio ī Episcopo, publicè morante cum hostibus Papę, vt ex Andr. & scribentibus in cap. sancimus, il 2. quo temp. mil. & Gozzad. cons. 18. nu. 2. tradit Vrsil. in annot. ad Afflict. decis. 289. nu. 31. Quarto in eo, qui pręsentibus iudice, & populo delictum committit ad notata per Gand. & Vitall. in locis allegatis, Boss. dicto tit. quomod. proce. in crim. not. nume. 1. & 7. & per Ioseph. Cum. super Rit. Sicil. ca. 74. nu. 17. & Gasp. Caball. super constit. Marchiæ lib. 4. ca. 3. in glo. In præsentia rectoris num. 1. & licet in isto casu nonnulli, inter quos est Vitall. vbi supra dicant, hoc esse verum, si iudex sedebat pro Tribunali, tu tamen dicas, satis esse quòd iudex stet in actu exercendi iurisdictionem, siue sedeat pro tribunali, siue non, vt bene aduertit etiam Boss. tract. crim. tit. de denunc. num. 5. & est de mēte Alber. in l. defensores sub nu. 2. C.

de

de defenſ.Ciuit.ibi, *& prædicta*,&,pcedit etiã ſi delictum eſſet facti momentanei. His ergo caſibus, nec delicti probatio, nec citatio eſt neceſſaria, & quidẽ ratio eſt manifeſta, tum quia Notorium dicitur probatio probata iuxta ea, quæ dixi ſupra ſub nu. 1. ibi. *Notorium igitur*, tum quia, cum conſiſtat in facto permanenti, & continuo, poteſt oculis, & iudicis, & aliorum ſubijci, ex qua ſubiectione, ſeu inquam inſpectione ſatis reſultat probatio. Aduerte tñ, ꝙ licet huiuſmodi notorium facti permanentis, & continui non ſit probandum, erit tñ allegandum ab eo, qui ſe fundat in illo, quia licet notorium releuet ab onere probandi, non tñ releuat ab onere allegandi, gloſ. in Clem. appellanti. in verbo, alias cauſa, & ibi Apoſtilla de appel. Alex. dicto conſ. 67. nu. 7. lib. 7. & eſt cõmunis,* de qua teſtantur Iaſ. in l. ſi verò, §. qui pro rei. nu. 12. ff. qui ſatiſd. cog. & Crot. in l. 1. §. hoc autẽ edictum num. 57. ff. de nou. oper. nunc. quam limitat Vant. tract. null. Rub. Quis poſſ. dic. de null. num. 52. & 53. vt non procedat in notorio, reſultãte ex facie actorum, quia illud non ſolum nõ indiget probatione, ſed neque allegatione, ſeu propoſitione, & hæc in puncto iuris. Cæterum ad cautelã conſulo iudicibus, vt quamuis delictum ſit notorium, nihilominus aſſumant informationes, tam de delicto, quam de delinquente easve faciant redigi in ſcriptis penes acta, vt cautè admonet Boſſ. dicto ti. quomo. pced. in crim. not. nu. 3. & titulo de denunc. ſub nu. 10. ſiquidem, vt ait dicto nu. 3. poſſet aliàs iudex quãdoque ſoluere caput pro capite tempore ſyndicatus: idem conſilium tradit Clar. dicta q. 9. verſ. Item q̃ro, circa finem: quod quidẽ conſilium ad euitandas virulẽtas linguas, & præſertim pericula ſyndicatus ſemper in officijs ſum amplexus vti præceptũ: qm̃ eatenus erit ſecurus iudex in ſyndicatu, quatenus habebit modum probãdi, ꝙ delictum erat notoriũ: exemplum habes ex Boſſ. vbi ſupra num. 16. de illo Donatario, cui a principe ſine ſententia ſunt donata bona vaſalli, publicè morãtis cum hoſtibus, quia vt ait ipſe, erit ſecurus de illis bonis, ſibi donatis, donec habet modum probandi, illud crimen fuiſſe publicè patratum, & hanc ſentẽtiam bene ſequit̃ Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 21. nu. 25. dicens, ex ſentẽtia Capre receptionem informationum ſuper notorio tunc poſſe omitti, quando Reus fateretur delictũ, ſecus ſi eſſet abſens, vel negaret: Nã ſi negaret, iudex deberet probare, & non probando incurreret non mediocre periculum, quod dictũ cõfirma tu ex his, quæ retuli modo ex Boſſio de illo Donatario, & ex his, quæ tradit Affl. deciſ. 28. nu. 6. dicẽs in illo caſu, ꝙ ſententia non diceretur nulla, ſi notorium probaretur in cauſa appellationis: vnde requireret̃ probatio: conſulo etiam, vt quamuis ſibi videatur notoriũ delictum, & qualitas illius, reum tñ non condẽnent ſine citatione: quia, vt tradit Clar. dicta q. 9. verſicu. Quæro nunquid, vix poteſt dici, ꝙ conſtet, reo nullã competere defenſionem. & ad exẽpla ſuperius ex Boſſ. & alijs relata poteſt rñderi, ꝙ ille, qui commorat̃ cum hoſtibus, commoret̃ detẽtus &c. & ille, qui detinetur in carceribus, quod detinẽs iuſtè detineat &c. & hæc dicta ſint, quando delictum, & qualitas ipſius ſunt notoria.

Si loquimur de notorio facti non pmanẽtis, ſed momẽtanei: rurſus ſubdiſtinguo: Aut loquimur de eo, quod eſt notorium populo, & non Iudici, Aut de eo, quod eſt notorium, & populo, & iudici. ſi primo caſu: dico, ꝙ illud notorium ita extraiudiciale nullã viam aperit iudici, ſed ipſum eget aperitione, faciẽda, vel per denunciationẽ, vel per querelam, vel per quid ſimile, & vbi fuerit aperta, iudexq; aſſumpſerit informationes, formabit inquiſitionẽ, in qua apponet illa verba. *Etiam per modum notorij*. iuxta ea, quæ dixi infra ſub nu. 9. verſus finẽ: & deinde reus inquiſitus, aut comparebit: aut non: ſi cõparebit, examinabitur, &c. Sin minus, procedetur ſimiliter ad vlteriora iuxta ea, quæ docui in diſcurſu totius præſentis capitis. Vnde nota, ꝙ iſto caſu requirũtur probationes ad tradita per glo. in cap. bonæ memoriæ, in verbo, recepit, & ibidẽ Abb. nu. 12. de elect. & glo. in cap. ad noſtram, il 2. in verbo, obſeruandus, de iureiur. Gand. tract. de malef. Rub. quomodo de malef. cogn. & quan. crim. eſt not. nu. 10. & Vitall. eod. tract. Rub. de notor. crim. cum form. accuſat. &c. ſub num. 10. Boſſ. tract. crim. titu. quom. proced. in crim. not. nu. 8. & 10. Rol. à Vall. conſ. penul. nu. 15. & 16. lib. 1. Bernard. de Landriano in ſuis addit. ad Ang. tract. de malef. in verbo, etiam per modũ notorij, & eſt cõis, * de qua teſtatur Cõrad. in ſua pract. crim. tit. de not. crim. nu. 12. quem referunt, & ſequuntur Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 9. verſic. Item quæro, in fine, & poſt eum Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 21. nu. 88. vbi alios allegat, & requiritur ordo iuris ſecundum Affl. in conſtitutione, humanitate ſub nu. 35. lib. 2.

Si ſecũdo caſu: rurſus diſtinguo: Aut eſt notoriũ iudici, vt iudici, vtputa, quia ſedebat p tribunali, ſeu erat aliter actu exercens iuſtitiam: Aut, vt priuato: ſi iudici, vt iudici, ſuccedunt quæ docui ſupra ibi. *Quarto in eo &c.*

Si, vt priuato: quia ſcilicet delictũ fuit cõmiſſum priusq̃ ipſe eſſet iudex: dico idem, quod in præcedẽti caſu, qñ eſt notorium populo, & non iudici: & ratio, quare ſi iudex intendat procedere per modũ notorij ſup delicto facti tranſeuntis, quod ſibi non eſt notoriũ, requirat̃ probatio ipſius notorij eſt ea, quia iſta facultas procedẽdi p modũ notorij prouenit ex notorietate delicti: Vnde illa notorietas ĩ primis venit pbanda, argumento textus in l. 2. §. ſed ſi dubitat̃. ff. de iudic. & notatorũ per Abb. & Doctores in c. ſi clericus laicũ, de for. cõpet. Carrer. in ſua pract. crim. tit. de homic. §. circa igit̃ tertiã nu. 18. Foller. in pract. crim. in verbo. Item ꝙ cõmiſit crimẽ notoriũ nu. 13. vbi teſtat̃ de cõi: * & faciunt, quæ dixi ſupra c. 1. ſub nu. 3. ibi, *adducitur præterea &c.* & donec ſit probata, eſt nullius momenti, quia paria ſunt, eſſe & non apparere, & nullo modo eſſe: Inſtit. de nupt. §. ſi aduerſus. Neq; obſtat, quod Doctores paſſim tradant, in notorijs procedi, nullo iuris ordine ſeruato, & ſine probationibus, vt dixi ſupra ibi. *Si loquimur de notorio facti, dico &c.* quia loquunt̃ de notorio facti cõtinui pmanẽtis, ſeu de eo, quod eſt notoriũ populo, & iudici, ſicuti aduertit Moder. d. q. 21. nu. 100. & dixi infra ibi, *Aut ſumus in ea ſpecie &c.*

9 † Quæro ſecundo pro vlteriori praxis cognitione: nũquid iudex habens in fortijs notorium delinquentem

quentem iuxta ea, quod docui supra, num. antecedenti, possit illum ex abrupto, nullo iuris ordine seruato, condemnare, an verò debeat illum prius examinare? Respondeo, prima facie videtur dicendum, quod illum possit, & debeat condemnare, nullo iuris ordine seruato, & sine alio examine: quoniam in notorijs non seruare ordinem est seruare ordinem, argumento textus in cap. tua nos, de cohabit. cleric. & notant glo. in cap. ad nostram, il 2. in verbo, obseruãdus, & in verbo requirit de iureiur. Gandin. vbi supra nu. 9. & Vitall. nu. 10. Ang. tract. de malef. in verbo, etiam per modum notorij, Boss. vbi supra num. 2. & innumeri alij in diuersis locis, & in tantum est verũ, vt dicant, seruare ordinem in notorijs esse ordinẽ peruertere, sicut refert, & sequitur Gasp. Caball. super cõsti. Marchie lib. 4. cap. 36. nu. 9. Quid dicendum? distinguo: Aut sumus in ea specie notoriorũ, in quibus diximus probationes non esse necessarias, sed solũ ad bene esse, & cautelam, qualia sunt notorium delicti permanentis, & cõtinui: item delicti, cõmissi coram iudice, & populo, & similia: Aut in ea, in qua diximus probationes esse necessarias: si in prima: dico non esse necessarium, quod examinetur, sed posse ex abrupto, & iuris ordine non seruato, cõdemnari: & ita procedant adducta. Quod si examinaretur, fatereturq; delictum, eo cautior redderetur iudex in condemnatione: At si negaret, insurgeret non modica difficultas: nũ deberet, eo citato, examinare testes, & illi dare terminum ad faciendas defensiones, ac eum audire, seruatis seruandis, vel potius posset adhuc illum ex abrupto condemnare? Et quidem videtur prima facie dicendum, quod non posset illum ex abrupto condemnare, sed potius eum, seruato iuris ordine, audire: quia qui potest agere summariè, seu executiuè, & agit via ordinaria, ordinariam tenetur prosequi, sibiq; imputet, qui illam elegit ad tradita per Bal. in l. diffamari, nu. 13. C. de ingen. & manum. & apertius in l. 2. nu. 29. C. de seru. & aq. & in l. 1. nu. 2. C. de execut. rei iud. quem refert Dec. cons. 146. nu. 6. & hanc opinionẽ tenent Maran. in suo Spec. par. 6. actu. 8. nu. 31. fol. mihi 401. Rot. coram Caputaq. in vna Romana pecuniaria de Altouitis die 9. Octobris 1562. & coram de Grassis in vna Calaguritan. beneficij die 7. Nouembris 1575. & faciunt, quæ scribũt Gallesi. ad form. cam. oblig. ad 3. partic. q. 2, nu. 4. fol. mihi 48. & Carauit. super ritu 288. num. 33. & latè firmant in terminis Moder. tract. de process. execut. par. 3. cap. 5. nu. 31. cum seqq. & satis in proposito faciũt quæ scribit Ant. de Nigr. super Capit. Regni ca. 272. si cum sceleratis nu. 56. ibi. *Decimo octauo &c.* dicens, quod si cõtra aliquem est processum ordinariè, & sunt datæ defensiones, si postea in processu causæ, vel ob noua indicia, vel ob aliam causam iudex vellet vti preminentia, videlicet, illũ torquere, denegatis defensionibus, seu extraordinariè procedere non posset, quia iudiciũ, solẽniter inchoatũ, solẽniter est finiendũ, quod dicit esse notãdum: quia vidit multos iudices errare, & quod in facto obtinuit, & liberauit quendã à morte: At in casu nostro postquam iudex per interrogationẽ, & responsionẽ rei contestatus est litẽ iuxta ea, quod docui infra ca. vlti. nu. 2, videtur recessisse à iudicio executiuo, & amplexus ordinarium: ergo ab eo non licet ei recedere: Accedat quod notorium per negationẽ videtur obfuscatũ iuxta ea, quæ docet idẽ Bal. dicta l. 2. nu. 29. C. de seru. & aq. & hæc meo iudicio vr cõis * opinio: Cõtraria opinio, quod non obstãte examine, & negatione, possit illum ex abrupto condẽnare suadetur ex contraria opinione: nimirum, quod agens via ordinaria possit redire ad summariã, vt docent ijdem Bal. & Maran. sibimet contrarij alter in l. 3. ff. de testam. & alter in suo Spec. par. 4. distinc. 9. sub nu. 206. & Dec. dicto cons. 146. num. 8. & 9. quando tamen inquit actor egisset cum protestatione, & reseruatione facultatis agẽdi executiuè, & Vrsill. in annot. ad Affl. decis. 326. sub nu. 2. maximè inquit, quia hodie quasi in omnibus instrumentis apponitur illa clausula, quod vna via electa alia non tollatur. Quid tenendum? Respondeo, in casu nostro posse adhuc ex abrupto condemnare, tũ quia non ex eo solũ, quod iudex interrogat reũ, est dicendũ, quod voluerit procedere iuris ordine seruato: siquidẽ non precedit libellus accusatorius, seu solẽnis inquisitio, & nos videmus, quod iudex semper interrogat reũ, & nihilominus potest semper procedere manu Regia, & arbitrario quodã modo iuxta ea, quod docui supra c. 51. nu. 30. tum quia adducta in contrariũ procedũt, quando actor cõsensisset illi viæ ordinarię, secus si iudex suo motu ordinarium institueret iudiciũ, quia tunc posset actor facere, quod ille processus, ordinariè inchoatus mutaretur in summariũ, prout consuluit Roman. cõs. 133. in præsupposito casu: & sic in casu nostro posset fiscus ad tollendã difficultatẽ instare, quod procederetur executiuè tanquam super notorio: Ad tollendas autem has cauillationes iudex, vbi sibi constet, reo non competere aliquam defensionẽ, nõ malefaceret, si omisso examine, procederet ad executionẽ.

Si in secunda specie: censeo, esse necessarium, quod examinetur iuxta practicã, quod docent Gandin. tract. de malef. vbi supra nu. 10. in fin. & Boss. dicto tit. quomo. proced. in crim. not. num. 4. & 6. circa mediũ, & nu. 9. & 12. Et tunc aut fatebitur, aut negabit. si fatebitur, resultabit vtilitas confessionis iuxta practicã, quod docet Ang. tract. de malef. in verbo, etiã per modũ notorij, dicens, quod reus confitẽs contẽta in inquisitione, cẽsetur fateri etiam notorietatẽ: Vnde cõsuluit, vt in inquisitione apponantur illa verba. *Etiã per modũ notorij*: quia tũc processus secuta confessione, nõ posset amplius impugnari, quod fuerit fabricatus sine accusatore, vel fuerit in eo omissa aliqua solẽnitas: verũ mihi vr, idem dicendum, etiã si inquisitio careret illis verbis: quippe cũ confessio facta in iudicio, & nõ incidẽter inducat notorietatẽ iuris, vt dixi supra sub nu. 2. possitq; propterea procedi ex officio, quamuis aliàs hoc esset prohibitũ, vt tradit Affli. decis. 176. nu. 2. Et hinc Boss. tract. crim. tit. de inquisit. sub nu. 10. ait, in causa sui clientuli, ad cuius defensionẽ allegabat non potuisse procedi ex officio, quia erat delictum furti, si scũ fuisse imperitũ, ex quo ignorauit rñdere, quod stante cõfessione inquisiti, hoc erat licitum: Vndẽ sanatur oẽs defectus processus, potestq; ex ea sequi condẽnatio, Inno. & alij in ca. qualiter, & quando, il 2. de accusat. Bar. in l. si confessus nu. 2. ff. de custo. & exhib. reo. Alex. cons. 19. nu. 2. & 6. lib. 7. & est cõmunis * de qua testantur Ias. in l. inter stipulantem. §. Stichũ num. 11.

num.11.ff.de verb.oblig.& plures alij, quos referũt & ſequuntur Clar.lib.5.recept.ſent.q.55.verſiculo. Item poſſet allegare, & Flam.Cart. tract.de execut. ſent.capto bann.ca.1.nu.34. Immo tota vis videtur conſiſtere in confeſſione, & non in illis verbis: finge namque, quòd confeſſio de per ſe nõ induceret notorium; vtique illa verba ſeruirent de vento, quia iſta qualitas notorietatis eſſet aliter probanda, quã per confeſſionem delinquentis, ſicut dicimus etiam quòd ſi quis fateretur, ſe ita, & ita contrahendo cõmiſiſſe vſuram, & contractus tamen non eſſet vſurarius, illa confeſſio non pręiudicaret, quia attenderetur euidens veritas: & hæc, ſi fatebitur. Si verò negabit, tunc teſtes ſunt, eo citato, repetendi, vt docet Boſſ.tract.crim.tit.de denunciat.nu.9.& tit.quomo. proced. in crim.not.num.8.9.& 10. Prętereа poſſet reus in examine adducere aliquam rationabilẽ excuſationem, vt tradit idem Boſſ.dicto tit. quomodo proced.in crim.not.num.4.cum ſeqq.

10 †Tertio: quia ſupra ſub nume.9. ibi, *Si loquimur de delicto facti nõ permanentis*, diximus, in delicto facti momentanei probandam eſſe notorietatẽ iuxta diſtinctionem, ibi allatam: quæro nunc, quot teſtibus ſit probanda? Reſpondeo, videtur dicẽdum, ꝙ debeat probari ad minus ꝑ duos teſtes, quia in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum cap. in omni negotio, de teſti.l.vbi numerus.ff.eodẽ Gand. tract. de malef.Rubr. Quomo.de malef.cognoſ.& quan. crim.eſt not.nu.12.& eſt communis, * de qua teſtatᷣ Salyc.in l.ea quidem nu.88.C.de accuſ.quem referunt, & ſequuntur Clar.lib.5.recept.ſent. q.9.verſicul.Quæro nunc, & Moder.qui alios cumulat in qq. crim.lib.1.q.21.nume.109. Verum quia iuxta illud Perſij in Satyris.

Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus
Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.

Liceat mihi quæſo eorum pace dicere, ꝙ huic communi ſententię non ſatis libenter acquieſco, tũ quia ad probandum notorium nonnulli arbitrantur, examinandam eſſe ſaltem maiorem partem viciniæ, vt docet Clar.ead.q.9.verſic.Item quero, verſus finẽ, vel ſeptem teſtes ad relata per Moder. in qq. crim. lib.1.q.21.nume.47. quibus caſibus notorietas ſatis diceretur probata ex numero teſtium deponẽtium de delicto, licet nihil dicerent de notorietate: tum quia ſequeretur, ꝙ iudex ex depoſitione duorum teſtium poſſet condemnare reum, nullo iuris ordine ſeruato, & denegata appellatione, quod videretur nimis crudele: patet conſequentia, quia, vbi delictũ eſt notorium, iudici conceditur prædicta facultas ꝓcedendi inordinatè, vt dixi ſupra in ſecundo quæſito: Et propterea ſaltem ad cautelã ego ſemper examinarem quamplures teſtes iuxta grauitatem delicti: & non eſſem contentus examine duorum, vel trium: & ita obſeruaui, iudicans hanc communem opinionem nimis aſperam.

11 † Quarto quæro, qualis debeat eſſe depoſitio teſtiũ ad hoc, vt probet, delictum eſſe notorium? Rñdeo, in tali depoſitione poſſe plura cõſiderari, nimirum, tempus, locũ, principale ens delicti, & qualitatẽ delicti, vt modo declarabo: ſi conſideremus tempus: dico, ꝙ teſtes debẽt deponere delictũ fuiſſe cõmiſſum de die, quia nox de ſui natura non eſt apta notorietati, ſed occultationi, vt dixi ſupra ſub nu.6. ſi locum: dico, quod debent deponere, fuiſſe cõmiſſum in Ciuitate, ſeu alio loco, vbi reperiantᷣ ad minus decem perſonæ iuxta ea, q̃ docui ſupra ſub dicto nu.6. Si principale ens delicti, hoc eſt, an delictũ fuerit cõmiſſum, necne, inſurgunt opiniones: Nam Boſſ.tract.crim.tit.de denunc.nu.8.referens Gandinum tenet, requiri probationem notorij, & non facti, & ſic non entis, & iſta opinio videtur cõis, * licet ſit periculoſa ſecundum Clarum dicto verſic. Item quæro, verſus finem. Contraria opinio, ꝙ ſit prius probandum ens delicti, id eſt, delictum fuiſſe cõmiſſum patet ex his, quæ tradũt Bal.in auth. qui ſemel. ſub nu.11.C. quom.& quand.iud.dicens, non poſſe probari accidens ſine ſubſtantia, idem Bal. in ca.bonæ, nu.22.de elect.& Dec.in cap.conſuluit, il 1.nu.3.de appel.dicentes, illud, quod non eſt, nõ poſſe eſſe notoriũ, & Affl.in conſtitutione, humanitate.nu.31.lib.2.tradens iſtam practicã, vt teſtes debeãt deponere, ꝙ ipſi viderunt talem delinquẽtem, multis ꝑſentibus, aliàs, inquit, ſi dicerent, quod ita cõiter à populo extimatᷣ, diceretur potius probata fama, & bene facit Rot.deciſ.6.aliàs 327.ſub n.4.de except. in no.& firmat Moder. dicta q.21.nu. 108. Si verò conſideremus qualitatẽ delicti, hoc eſt, an fuerit publicè, & notoriè cõmiſſum, vel non: conueniunt omnes ꝙ debeant deponere fuiſſe cõmiſſum corã populo, ſeu maiori parte iuxta ea, quę docui ſupra ſub nu.6. & ꝙ in hoc nemo contradicat teſtatᷣ Clar. lib. 5.recept.ſent.q.9.verſicu.Item quęro: ſed tu diſtingue: Aut tenemus illam cõem opinionẽ, ꝙ ſufficiant duo teſtes, de qua dixi ſupra nu. 10. Aut illã noſtrã, ꝙ debeant examinari plures teſtes, q̃ tres iuxta grauitatem delicti: ſi teneamus illam cõem opinionem non eſt dubiũ, ꝙ illi duo teſtes debent deponere de notorietate. Si verò teneamus eſſe examinãdos tot teſtes, quorũ numerus ſit ſufficiens ad faciẽdũ notoriũ, dicerẽ, ex numero ipſo teſtiũ, ſicq; ex actis met reſultare, & apparere de notorietate abſq; ꝙ de ea feratᷣ teſtimonium verbale, ſiquidẽ rẽ ipſa apparet.

12 †Quinto quęro: nũquid, probata notorietate delicti, hoc eſt, delictũ eſſe notoriè cõmiſſum, iudex ſtatim poſſit ſuper eo procedere ex abrupto, & ſine vllo iuris ordine iuxta ea, q̃ dicebã ſupra nu. 9. an verò debeat prius interloqui, delictũ eſſe notoriũ? Reſpondeo diſtinguẽdo: Aut ſumus in delicto facti ꝑmanentis, & continui: Aut in delicto facti momẽtanei: Si in delicto facti permanentis, & cõtinui: dico, interlocutoriã notorietatis non eſſe neceſſariam: nã loquendo de iure, ſi non eſt neceſſaria probatio notorietatis, vt dixi ſupra ſub nu.8.ibi, *Si verò ſupponimus notoriam eſſe &c.* Ergo neq; interlocutoria. Et licet iudex, qui aſſumet informationes, bene faciat, vt ibidẽ dixi, tñ illa aſſũptio ſit ꝓ iuſtificatione executionis faciendę, ſi tꝑe ſyndicatus vexaret, & ideo nõ cenſeo eſſe neceſſariũ, ꝙ debeat interloqui. Si in delicto facti momentanei: ſimiliter diſtinguo: Aut illud delictũ fuit cõmiſſum corã Iudice, & tot alijs, vt dicatur notoriè commiſſum iuxta ea, quæ docui ſupra dicto num.6.& dico idem, quod in præcedenti caſu: Aut fuit cõmiſſum corã alijs, abſente Iudice;

 & de-

& denuo ſubdiſtinguo: Aut fuit commiſſum in prę-ſentia tot hominum, vt poſſit dici notoriè commiſ-ſum: Aut non. Si primo caſu prę ſupponendum eſt, quod reus ſit examinatus, vt dicebam ſupra ſub nu. 9.ibi. *Si in ſecunda ſpecie &c.*& tunc diſtinguo: Aut reus faſſus eſt delictũ: Aut negauit: Si faſſus eſt non eſt neceſſaria, quia partes Iudicis in cõfeſſis verſantur circa condemnationem, vt dixi ſupra ſub num. 8.ibi. *Si in tertio caſu*. & maximè quando eſt etiam conuictus, vt præſupponimus, quo caſu etiam de iure communi denegatur appellatio, vt dixi infra ca. 97.nu.124. & 126. & latius proſequar, dante Deo in tertio libro: Si negauit, tunc res eſt controuerſa. Nam quòd non requiratur videtur ſuaderi ex eo, ꝙ in notorijs non requiritur ſententia, Boſſ. tract. crim.titu.quom.proced.in crim.not. nu.16.& 18.&
* quod hæc ſit communis * opinio teſtatur Couar. in c.alma mater, nu.9.de ſent.excom.in 6.quem refert Clar.lib.5.recept.ſent.q.9.verſiculo præterea quęro. Contrariã ſententiam apertè tenent Dec. conſ. 483.ſub nu.27.Boſſ.vbi ſupr.nu.14.Foller.in pract. crim.in verbo.Item ꝙ eſt notorius delinquẽs nu.14.
* & ꝙ hęc ſit cõis * opinio refert, & ſequit̃ Clar.dicta q.9.verſi.plus dicũt:& vr̃ cõfirmari ex eo, ꝙ aliquid non dicitur eſſe tale, niſi ꝓnunciet̃ tale, patet in excuſſione principalis debitoris, quã ad effectũ, vt creditor valeat agere cõtra tertios poſſeſſores, legitimè fieri non ſufficit, niſi pronũcietur etiam, legitimè factã eſſe, Bar. in l. ſtipulatio.§. habet autem, nu.4.ff.
* de nou.oper.nũc.& communiter * omnes, prout de communi, & magis communi teſtantur Rom. conſ. 93.nu.7.Moder.tract.de pign.Iaſ.in dicta l. ſtipulatio.§.habet autem nume.6.& 7.& alij, quos allegat Rol.à Vall.conſ.9.nu.11.& conſ.14.nu.8.lib.1. Nõ obſtant adducta in contrarium, quia reſpõdetur dupliciter: primo, ꝙ loquuntur de ſententia diffinitiua, quæ mirum non eſt, ſi non requiratur: quia militat illa ratio, ꝙ in notorijs poſſit procedi ſine ordine iuris, & ex abrupto; quæ quidem ratio vindicat ſibi locum, poſtquam facta eſt ĩterlocutio ſuper notorio, ſed non antea; Vnde requiritur interlocutio. Præterea, & ſit ſecunda reſponſio, non deſunt qui tenuerint contrariã opinionẽ, nimirum ꝙ ſententia diffinitiua ſit neceſſaria: Vide ad hoc glo.in cap. euidentia in verbo, non indiget clamore, de accuſat, quã dicit communiter eſſe approbatam Marſ. in pract.crim. §.aggredior.ſub nu. 133. quẽ refert etiam Clar.dicta q.9.verſic.Præterea quæro: videto etiã Simãc. de cath.inſtit.tit.9.nu. 166. vbi repræhendit Alfonſum, qui contrarium ſentiebat: & quod hæc opinio ſeruetur in practica teſtat̃ Clar. loco proximè citato. Quid ergo dicendum? Reſpondeo, nõ eſſe recedendum à cõi opinione. Verum ſi iudex omitteret prædictam declaratoriam: credo, ꝙ non peccaret mortaliter, quia ſecũdum eos, quos retuli ſupra cap. 62.ſub nu.24.ampliatione ſecunda, quando proceditur in iudicio excuſſionis principalis debitoris, poteſt omitti pronunciatio circa excuſſionem ſi proceditur ſummariè. At in cauſis criminalibus poteſt ꝓcedi manu Regia, & extraordinariè, vt docui ſupra cap.51.num.30. Igitur pronunciatio ſuper notorietate erit potius ad bene eſſe, quã neceſſaria, & hæc quando delictum eſt cõmiſſum in præſentia tot hominum, vt poſſit dici notoriè commiſſum. Si loquamur in ſecundo caſu: quando numerus eorum, coram quibus eſt commiſſum, non eſt ſufficiens notorietati: dico indiſtinctè, pronunciationem ceſſare, quia ceſſat notoria delicti commiſſio: licet enim delictum, ſeu ſit cõuictus, & ſit lapſus omnis terminus ad faciẽdas defenſiones, ita vt poſſit dici notorium iuris iuxta ea, quæ dicebam ſupra ſub num.2.& ſub num.8.ibi. *Si ſumus in ſecundo caſu*, tamen non dicetur notoriè commiſſum: aliud ſiquidem eſt delictum eſſe notorium: aliud vero eſſe notoriè commiſſum.

Vnde, cum ceſſet notoria delicti commiſſio, ſuꝑ qua fundatur facultas procedendi ex abrupto, & iuris ordine non ſeruato, debet etiam ceſſare interlocutoria illius, quia præmittitur ad hunc ſolũ effectũ.

Et hæc omnia nota bene tu, criminaliſta, qui ſæpe loqueris de notorio, & forſan, quid illud ſit, ignoras, vt dicit glo.vnica, in cap.manifeſta 2.q.1.

13 †Reliquas difficultates: nunquid ſcilicet notorietas iuris, vel facti admittat probationẽ in contrariũ. Item, nunquid in notorijs requiratur citatio ad ſententiam, & nunquid ſit ſolemniter ferenda, & quomodo procedatur contra abſentem, & ſimiles, diſſoluam ſuis peculiaribus locis, & nũquid notorietas de incompetenti iudice faciat competentem, vide Rot.in additione deciſ.6. de except. in nou. Et quæ ſit differentia inter notorium, manifeſtum, publicũ, euidens, liquidum & indubitatum, vide glo. in dicto c.manifeſta.& eos quos allegat Moder. in qq.crim. lib.1.q.21.num.4.cum ſeqq.

De notoria hæreſi, ſeu manifeſtis hæreticis. Cap. LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Manifeſtum, & notoriũ quomodo differant, & quomodo conueniant in ſubiecto hæreſis.*

2 *Hæretici notorÿ, & manifeſti ÿdem ſunt.*

3 *Modus probandi hæreſim notoriam non differt à modo probandi aliam ſpeciem delicti notorÿ.*

4 *Modus procedendi ad cõdemnationem, & executionem contra hæreticos notarios, an differat à modo procedendi contra alios delinquentes notorios.*

5 *Hæretici occulti, quorũ hæreſis nullis eſt prodita indicÿs, non puniuntur in foro fori.*

NE in illam incidamus imprecationem.

Occidat miſeros crambe recocta magiſtros.

Multa, quæ ſuperiori capite dicta ſunt, libenter omitto.

Quæ autẽ ſingulariter hæreſum proceſſui cõueniunt breuiter exarabo.

1 †Illud igitur in primis ſciendum eſt, ꝙ & ſi notoriũ, & manifeſtũ differant inter ſe, quia notorium dr̃ illud, quod innoteſcit omnibus, ſeu maiori parti, manife-

manifeſtum verò, quod innoteſcit pluribus, vt notant Bar. in l. hæredes palam nume.2. ff. de teſtam. Iaſ.in l.ſi verò §.qui pro rei num.9.ff.qui ſatiſd.cog. dicens, quòd manifeſtum ſe habet in minus, quàm notorium,& Abb.in cap.tertio loco num.3.de præſumpt. corrupte allegatus, de probat. à Moder. in qq.crim.lib.1. q. 21. num.4. Item manifeſtum eget probatione, non autem notorium ſecundum Archid.in ca.accuſatus §. ſanè in verbo,manifeſtè nu. 8. de hæret. in 6. tamen, ſi non accipiantur ſtrictè, confunduntur,& alterum pro altero ſumitur ad tradita per Abb.& Iaſ.vbi ſupra, Ant.de Butr.tract.de notor.artic. 1.nu.13. & alios, allegatos per Moder.
2 vbi ſupra num.5. & in noſtro propoſito,† quòd manifeſti, & notorij hæretici non differant,& idem ſignificent,patet apertè ex textu in cap.ſuper quibuſdam de verb. ſignif. vbi Innoc. III. ita reſcribit comiti Tholoſan.

Tua deuotio poſtulauit à nobis, qui ſint dicendi hæretici manifeſti: ſuper quo tibi duximus reſpondendum, illos intelligendos eſſe manifeſtos hæreticos,qui contra fidem Catholicam publicè prædicant, aut profitentur, ſeu defendunt eorum errorem, vel qui coram Prælatis ſuis conuicti ſunt, vel confeſſi, vel ab eis ſententialiter condemnati ſuper hæretica prauitate &c.

Vnde ſi hic repetas ea, quæ diximus de notorio ſupra cap.pręcedenti num.2.tu clarè colliges,quòd huiuſmodi hæretici, quos Innocentius vocat manifeſtos, poſſunt iure optimo appellari hæretici notorij: & in propria facti ſpecie, quòd hæreticus, condemnatus de hæretica prauitate, dicatur notorius hæreticus: quia ſententia iudicis facit notorium,aduertit Peg.in comm. Ad direct.Eymer. par.2. com. 58.verſiculo,ſexto & poſtremo:& tu potes addere, quæ dixi dicto num.2. quando locutus ſum de condemnato per ſententiam Iudicis: Cæterum, ſi de manifeſtis hæreticis plura libeat legere, videto Zabarell.Panormitan.Ant.de Butr.& alios in dicto ca.ſuper quibuſdam: Item Albert.tract.de agnoſc. aſſert.cath.q.29.& Locat.ī opere iudiciali in verbo,
3 hæreticus num.24.& alios in diuerſis locis † His pręmiſſis, quæro: nunquid ea,quæ diximus ſupra cap. præcedenti de modo procedendi contra delinquẽtes notorios, habeant locum contra notorios, ſeu inquam manifeſtos hæreticos? Reſpondeo diſtinguendo: Aut loquimur de modo probandi hæreſim, Aut de modo puniendi: Si de modo probandi: dico,quòd ſic: quia Aut ſumus in notorio facti: Aut in notorio iuris: Si in notorio facti, denuo diſtinguo: vel eſt hæreſis facti permanentis, & continui, vtputa,quia publicè, & ſpontè quis moratur, & cõuerſatur cum hęreticis,eorumque ſequitur ſectam, & tunc non eſt dubiũ, quòd non requiritur alia probatio hæreſis. Vel eſt facti tranſeuntis, & momentanei,vtputa,quia aſſeruit aliquam hæreſim, & tũc rurſus diſtinguo: Vel hæreſis eſt commiſſa corã Inquiſitore, & tot alijs, vt dicatur notoriè commiſſa, & dico idem,quod in caſu præcedenti: vel eſt commiſſa coram alijs, abſente Inquiſitore, & tunc eget probatione. & hæc de notorio facti. Si verò loquimur in notorio iuris, quod tripliciter poteſt reſultare,videlicet,ex confeſſione,ex actis, & ex ſententia: dico ſimiliter, quòd non requiritur vlterior probatio, prout hæc omnia ſatis explicui dicto ca. præcedenti ſub nu.7.ibi. *notorium facti continui*: & hæc circa modum probandi hæreſim.

4 † Si loquimur de modo puniendi: repeto eandẽ diſtinctionem: Aut loquimur de notorio facti: Aut de notorio iuris: Si de notorio facti: dico indiſtinctè, quòd in crimine hæreſis non ſeruatur idẽ modus procedendi: quia in alijs delictis poteſt,vt dixi, probata notorietate, ſtatim procedi ad condemnationem, & executionem ſine aliquo iuris ordine ex abrupto,ſecus in iſto crimine,quia notorius hæreticus vel eſt præſens, vel abſens: ſi præſens:dico,adhuc eum eſſe interrogandũ de illa hæreſi iuxta modum, quem docui infra cap.98. ſub nu.25. in ampl. & vbi fuerit interrogatus: Aut eſt pœnitens, & reſipiſcens,vtputa,quia fatetur,ſe agnoſcere illam eſſe hæreſim, ſeque erraſſe: Aut eſt impœnitens, & pertinax,quia negat,illam eſſe hæreſim, ſeu negat, ſe in eã incidiſſe: quo caſu diceretur hæreticus negatiuus: Si eſt pœnitens,indicetur ſibi abiuratio publica cum pęnitentijs ſalutaribus arbitrio Inquiſitoris: Si eſt pertinax, ſeu negatiuus, erit tradendus Curiæ ſeculari,vt hæc omnia,fauente Deo, dicam in tertio libro: Et hæc,quando eſt præſens: Si eſt abſens, citabitur,vt docui ſupra cap.43.num.4. & 10. & citatus aut comparet: aut non: ſi comparet,ſeruabitur modus ſupra traditus: Si non comparet: procedetur contra eum tanquam pertinacem ad ſententiam condemnatoriam, & ſtatuæ combuſtionẽ, vt docui infra cap.98. ſub nume.4. Et hæc de notorio facti. Si loquimur de notorio iuris,denuo diſtinguo: vel prouenit ex cõfeſſione,ſeu probationibus, vel ex ſententia, ſi ex confeſſione, ſeu probationibus,dico prorſus idem, quod dixi in pręcedenti mẽbro diſtinctionis. Si ex ſententia, rurſus diſtinguo. Vel eſt lata contra relapſum, vel contra non relapſum. Si contra relapſum,proceditur, vt in alijs delictis,ad executionem. Si contra non relapſum: denuo diſtinguo. Aut eſt lata contra præſentem, Aut contra abſentem. Si contra præſentem, rurſus diſtinguo. Aut adhuc manet præſens in carceribus: Aut fugam arripuit. Si manet adhuc in carceribus: dico,contra eum ſeruandum eſſe eundem modum, qui ſeruatur contra alios delinquentes condemnatos. Si verò fugã arripuit, & poſtea peruenit ad manus Curiæ,videtur impœnitens, vnde erit ferenda alia ſententia, tanquam contra impœnitentem, & hæc,quando fuit lata cõtra præſentem. Si verò fuit lata contra abſentem, & poſtea peruenit ad manus Curiæ, eſt interrogandus, & audiendus vt dixi infra dicto cap.98. num.25. Vnde ex prædictis liquet tibi hæc differentia inter notorium hæreſis, & notorium aliorum delictorũ,quòd notorietas in hæreſi operatur idem, quod notorietas in alijs delictis reſpectu probationis,non autem reſpectu condemnationis,quia in crimine heręſis quoad condemnationem, ſeu inquam modum condemnandi, notorietas non habetur in conſideratione, ſecus autem in alijs delictis, in quibus aliter proceditur ad condemnationem,ſeu executionem pœnę cõtra delinquentem,

quentem, cuius delictum appareat notorium facti permanentis,& cõtinui, ſeu momentanei commiſſi coram Iudice & alijs, quorum numerus ſit ſufficiens ad notorium, aliter verò contra delinquentẽ, cuius delictum appareat notorium facti tranſeũtis, ſeu momentanei, vt docui ſupra cap. præcedenti ſub num. 8. verſiculo, *hanc communem*, & verſiculo: *ſi loquamur de notorio facti non permanentis &c.* ſeu nullo modo appareat notorium. Et hæc ſufficiant

5 de notorio, ſeu manifeſto hæretico.† Nota modo obiter, & vltimo loco, quòd ſi hæreticus eſſet occultus, noſter hic tractatus ceſſat, quia hæretici occulti, quorum hæreſis nullis eſt prodita indicijs, nullam temporalem patiuntur pœnam infligendam ab Inquiſitore, ſed relinquuntur puniendi iudicio diuino, vt tradit etiã Pegn. ad direct. Eymer. par. 3. comm. 24. §, initio hoc ſtatuamus, & hoc habet locum, etiã ſi eſſent occulti per accidens, quia licet hi incurrant pœnam impoſitam ipſo iure, ſicque excommunicationem latæ ſententiæ à iure, tamen punitionem ab Inquiſitore non recipiunt. Vide, quæ ſcribit Alfonſus à Caſtr. de proteſt. leg. pœn. lib. 2. cap. 15. vbi diſtinguit inter crimen occultum ex ſe & ſua natura, & occultum per accidens.

De apprehenſione, ſeu inuentione Delinquentis in flagranti. Cap. LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Apprehenſio in flagranti, & inuentio ſecundum materiam, de qua loquimur ſunt ſynonima.*

2 *Statutum, puniens inuentum cum armis, non habet locum, niſi is ſit etiam apprehenſus.*

3 *Apprehenſus in flagranti crimine, & notorius delinquens æquiparantur.*

4 *Apprehenſio Rei in flagranti, & captura in ipſo actu maleficij quid ſint.*

5 *Apprehenſio Rei in flagranti ex quot & quibus conſtet partibus, & an repertus in flagranti etiam ſi ſit clericus, poſſit capi à qualibet priuata perſona ſine mandato Iudicis.*

6 *Captus à priuata perſona eſt præſentandus coram iudice infra viginti horas ſub pœna priuati carceris.*

7 *Repertus in flagranti an poſſit impunè offendi à priuata perſona, quæ eum aliter capere non poſſet.*

8 *Repertus in flagranti crimine an poſſit capi à priuata perſona ſine mandato iudicis, quando delictum eſſet leue.*

9 *Relatio capturæ an ſit neceſſaria, quando quis eſt captus in flagranti, & ductus ad Prætorium.*

10 *Apprehenſio in flagranti crimine ad quem proceſſum viam aperiat.*

11 *Delinquens eſt timidus, & innocens eſt audax.*

12 *Apprehenſio in flagranti crimine quomodo poſſit facere indicium ad torturam.*

13 *Apprehenſus à pluribus in flagranti crimine an ſit torquendus, vel condemnandus.*

14 *Apprehenſores in flagranti an ſint examinandi formiter vti teſtes, vel ſufficiat eorum relatio penes acta.*

15 *Capto in flagranti crimine, & propterea torquendo an ſit danda copia proceſſus cum competenti termino ad ſe defendendum ante torturam.*

16 *Apprehenſio in flagranti crimine quando aperiat viam ad condemnandum.*

17 *Capto in flagranti crimine, & confeſſo, ſeu conuicto de illo crimine an ſit concedendus terminus ad ſe defendendum.*

18 *Apprehenſio in flagranti, & leui crimine regulatur ijſdem regulis, quibus regulatur apprehenſio in flagranti, & graui crimine, de qua locuti ſumus.*

19 *Apprehenſus in flagranti, & leui poteſt poni ad cathenam, vel berlinam ſine alio proceſſu.*

1 ILLVD in† primis ſciendum eſt, apprehẽſionem Rei in flagranti, & inuentionem in iſta materia eſſe ſynonima ita, vt inuentus, ſi non ſit etiam apprehenſus, non dicatur inuẽtus ad notata per Bar. in l. ſi Barſatorem C. de fideiuſſ. & mand. & Ioſep. Cum. ſuper Rit. Sicil. cap. 54.

2 num. 142.† Vnde ſtatutum, puniens inuentum cum armis, non habet locum, niſi is ſit etiam apprehenſus, dicta l. ſi Barſatorem, & ibi Bar. & alij, quos referunt, & ſequuntur Ang. tract. de malef. in verbo. Dictus Andreas num. 7. Et ibi Aug. ad eum nume. 8. notatque Vrſill. in annot. ad Affl. deciſ. 21. nume.

* 17. & eſt communis,* ſeruaturque in practica, vt latè teſtantur Marſ. in pract. crim. §. pro complemento num. 24. & Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 82. ſtatuto 6.

3 qui quamplures alios adducunt.† Secundo ſciendum eſt, quòd apprehenſus in flagranti, & notorius delinquens in iure videntur æquiparari per ea, quæ tradunt gloſ. in cap. cum non ab homine in verbo, deprehenſus. de iudic. Affl. in conſtitutione iuſtitiarij num. 11. lib. 1. Gramm. deciſ. 36. nume. 35. 46. & 80. Foller. in pract. crim. in verbo, Item quod fuit captus in flagranti nu. 1. 3. & 8. & Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 21. num. 133. & ideo poſt tractatum de notorio, conſequens fuit, vt ageremus de apprehen-

4 ſione.† His præmiſſis, procedo per quæſita, & quæro primo loco quid ſit apprehenſio Rei in flagrãti? Reſpondeo: eſt captura delinquentis, quæ fit in ipſo actu maleficij, & ſubſequenter eiuſdem ductio ad prætorium iuxta ea, quæ ſcribũt Boſſ. tract. crim. tit. de denunc. num. 10. Affl. in conſtitutione, humanitate num. 27. lib. 2. Foller. in pract. crim. in verbo. Item quòd fuit captus in flagranti nu. 9. & Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 8. verſiculo, ſcias tamen: Declara, capturam in ipſo actu maleficij dici non ſolũ quando delinquens apprehenditur in actu, dum maleficium committit, ſed etiam quando capitur poſt patratum maleficium, dummodo priuſquam perueneri ad locum deſtinatum, ſiue capiatur in ambulatione, ſiue in latitatione l. fur manifeſtus ff. de furt. Bar. in l. ſi quis in ſeruitute, in princ. ff. de furt. & tradunt Foller. vbi ſupra Ant. de Nigr. ſuper Capit. Regni cap. 42. num. 20. & Ioſeph. Cumia. dicto cap. 54. nu. 141. & Moder. dicta q. 21. nu. 156. Vnde iuxta hãc declarationem ſumas practicam tu iudex, vt examines

mines Birruarios, & alios officiales, qui malefacto-rem duxerunt ad effectum vt deponant, eum apprehendiſſe in flagranti priuſquam perueniſſet ad locum deſtinatum, ſeu alium intermedium actum feciſſet.

5 † Quæro ſecundo, quę ſint neceſſaria in apprehenſione Rei in flagranti? Reſpondeo: apprehēſores, qui quo robuſtiores, fortioreſuè erunt, eo ſecurior reddetur apprehenſio. Declara, vt licet apprehenſores regulariter debeant eſſe Birruarij, tamen fallit in iſto caſu, quando delinquēs caperetur in ipſo actu maleficij, vt declaraui ſupra, quia tunc poteſt capi à qualibet priuata perſona ſiue ſit intereſſata, qualis eſt principalis, conſanguineus & amicus l. interdum la 2. §. qui furem ff. de furt. ſiue non ſit intereſſata, qualis eſt extraneus, quem commiſſum delictum non tangit l. fur eſt manifeſtus ff. de furt. notant Bar. in dicta l. ſi quis in ſeruitute num. 1. & 3. Foller. in dicto verbo, Item quòd fuit captus in flagranti num. 5. & 12. Ioſeph. Cumia. dicto ca. 54. nu. 144. & Moder. dicta q. 21. num. 139. & 140.

Amplia iſtam declarationem, vt habeat locum, etiam ſi repertus in flagrāti foret clericus, quia poſſet capi non tantū à familia Iudicis laici, vt loquuntur Abb. in cap. cum non ab homine num. 15. de iudic. Felyn. in cap. ſi verò ſub num. 2. ibi. *Tamen limitat hoc*, de ſent. excom. Maran. in ſuo Spec. part. 4. diſtinct. 11. num. 69. & Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 28. verſiculo, ſi verò loquimur: ſed etiam à priuato laico, qui non ſit Curiæ famulus, Bar. in dicta l. ſi quis in ſeruitute nume. 2. & ibi additio in litera A. ff. de furt. Abb. dicto cap. cū non ab homine nu. 11. & 17. Felyn. dicto cap. ſi verò num. 2. in principio, & ibi. *Quid pro defenſione &c.* apertè Ang. tract. de malef. in verbo. quod fama publica ſub num. 65. & ibi Auguſt. ad eum in fine Ioſeph. Cumia dicto ca. 54. num. 144. Clar. vbi ſupra & Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 8. num. 122. Et licet Hoſtien. in ſua ſum. tit. de ſent. excom. §. quis debet, verſiculo, fallit, dicat, ſe dubitare quòd laicus, capiens clericum ſine mandato epiſcopi, incidat in excommunicationem, tamen * communis opinio, quæ etiam ſeruatur in practica, eſt contra eius dubitationem, vt teſtantur Abb. Fely. Clar. & Moder. locis allegatis & Ant. Scap. tract. de iur. non ſcrip. lib. 1. cap. 1. num. 16. & cap. 4. num. 6. quamuis non ſemper loquantur de captura clerici, reperti in flagranti crimine, ſed de captura clerici debitoris fugientis, & in caſu defenſionis rerum, & ſic quando laicus eſſet intereſſatus. Et non recedendo à prædicta communi opinione infero, quòd ſi à familia iudicis laici fuerit inuentus Clericus cū armis contra prohibitionem proclamatum, & ordinum Principis laici poterit capi, & ſpoliari armis, quæ reſtituere non tenetur, Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 36. verſiculo. Vlterius quæro, quem etiam refert, & ſequitur Ant. Scap. dicto lib. 1. cap. 5. nume. 1. cum ſeq.

6 † Aduerte tamen, quòd capti in flagrāti ſunt præſentandi coram Iudice infra viginti horas l. capite quinto ff. ad l. Iul. de adult. & tradunt Ioan. de Plat. in l. generali num. 2. C. de decur. lib. 10. Abb. in dicto cap. cum non ab homine num. 11. de iudic. Iaſ. in §. 1. num. 70. Inſtit. de actio. Affl. in conſtitutione, pacis cultum num. 10. lib. 1. & Moder. tract. de proceſſ. execu. par. 1. cap. 2. num. 98. & quidem ſub pœna priuati carceris, l. vnica C. de priuat. carcer. & notat Iod. in pract. crim. cap. 15. num. 5. Aduerte etiam quòd dum dicimus, repertum in flagranti poſſe capi à quocunque, intelligimus etiam ſine mandato iudicis, vt tradunt gloſ. in l. neminem C. de cuſtod. & exhib. reor. & ita ſeruari in practica teſtatur Carauit. ſuper ritibus magnæ Curiæ, ritu 24. ſub num. 2. quem refert, & ſequitur Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 28. verſiculo: dictum eſt, & poſt eum Moder. dicta q. 21. nu. 138. & de hoc non eſt dubitandum, quia, ſi diceremus, requiri mādatum iudicis, quæſitum redderetur penitus inſulſum.

7 † Quæro tertio, nunquid captura delinquentis in flagranti ſine mandato Iudicis ſit ita permiſſa, vt, ſi delinquens adeo reſiſteret, vt ſine eiuſdem offenſione capi non poſſet, liceret eum impunè offendere, ac etiam, ſi aliter ad capturam perueniri nō poſſet, interficere? Reſpondeo: Ego crederem, quòd non, quia ratio, cur capiendus de mandato Iudicis poſſit offendi, & etiam interfici, ſi reſiſtentiam faceret cum periculo ſatellitum, volentium illum capere iuxta ea, quæ dicebam ſupra cap. 46. num. 32. eſt duplex. Prima, quia in dubio captura præſupponitur iuſta. Secunda, quia ſatellites capiunt ex præcepto, dum dicitur ſibi in mandato. *Capiatur N. &c.* quę rationes ceſſant in caſu noſtro: Nam illa capturæ iuſtitia, quæ præſumitur pro Iudice, non debet preſumi ꝓ ſatellitibus, & alijs priuatis perſonis per ea, q̄ dixi ſupra cap. 48. ſub num. 7. verſiculo, *alij verò diſtinguendo*, maximè quia iudex, deueniens ad decretum capturæ, cenſetur præmiſiſſe cauſæ cognitionem: ceſſat pariter ſecunda, quia ſine iudicis mādato conceditur, vt delinquens repertus in flagranti poſſit capi, ſed, quando adeſt mandatum, iniungitur, vt dixi, & ita obſeruarem, maximè quando non Birruarij, ſed alia priuata perſona vellet capere repertum in flagranti crimine.

8 † Quæro quarto, nunquid iſta apprehenſio delinquentis, reperti in flagranti, quæ cuicunque conceditur, vt dixi ſupra num. 5. concedatur indiſtinctè tā in grauibus delictis, quàm in leuibus? Reſpondeo: Iodoc. in pract. crim. cap. 15. num. 4. arbitratur, eam concedi ſolum in delictis capitalibus, & nō in alijs: ego tamen non definio, immo in practica cēſeo cōtrarium ex his, quæ dixi infra nu. 10.

9 † Quinto quæro, an, apprehenſo ducto ad prætorium, debeant apprehenſores, ſeu apprehenſor facere relationem coram Iudice, & Notario de apprehenſione? Reſpondeo, quòd ſic, & formam huius relationis docet Foller. in pract. crim. in verbo, Item quòd fuit captus in flagranti nu. 12.

10 † Sexto quæro, cuinam inquiſitioni hæc apprehenſio viam aperiat? Reſpondeo: Clar. lib. 5. recep. ſent. q. 8. in principio tradit, per apprehenſionē delinquentis in flagranti crimine aperiri viam iudici non ſolum ad inquirendum, ſed etiam ad procedēdum vſque ad ſententiam, iuris ordine non ſeruato.

Verum res magis diſtinctè, & diligētius eſt examinanda,

minanda, quia in ista materia apprehensionis non secus, ac in materia notorij tradũtur à Doctoribus nonnullæ periculosę decisiones, dum ad pœnarum executionem vel nimis properant, vel nimis lentè procedunt.

Sciendum igitur est, apprehẽsionẽ in flagrãti fieri vel in grauibus delictis, vel in leuibus. Si in grauibus, trado conclusionem, quòd aperit viam iudici non solum ad inquirẽdum specialiter, sed etiam ad torquendum, & condemnandum.

Videamus nunc de veritate huius conclusionis, & primo quomodo aperiat ad inquirendum specialiter, & dico, eam aperire, quia, si ex inuentione in flagranti datur facultas satellitibus, & cuiuis priuatę personæ capiendi, quis dubitabit quòd ex appręhẽsione, & ductione ad prætorium, inde sequuta, dabitur facultas iudici inquirendi? & quia hoc non habet difficultatem, ex quo diximus infra, aperire etiã viam ad torquendum, quod est plus: ideo pluribus non insisto.

Nota tamen in practica, quòd iudex tunc dicetur inquirere specialiter, quando interrogabit delinquentem captum in flagranti, vti Reum super delicto iuxta practicam, quam docui infra cap. ... Amplia prædictam conclusionem etiam si appręhensio sit facta à persona priuata, vnica, & interessata, quoniam adhuc dicetur aperta via ad inquisitionẽ specialẽ, tertio modo sumptam iuxta distinctionẽ à nobis allatam infra cap.84. sub nu.3. ibi. *Nos quid dicemus.* Neque huic ampliationi obstat, quòd secũdum aliquos dictum partis interessatæ, seu inquam offensæ, constitutæ etiam in mortis articulo de iure non faciat indicium ad inquirendum specialiter eo modo, quamuis in illo dicto moriatur, quia respondeo, cõmunem, & seruatam opinionem esse in contrarium per ea, quæ dixi supra cap.73. sub nume.2. versiculo. *Si tempore querelæ est &c.* Vnde retorqueo obiectionem: Si timor instantis mortis habilitat, ac fortificat dictum partis interessatæ, vt faciat indicium ad inquisitionem specialem, secundo, & tertio modo sumptam, quia non est verisimile, eam tunc temporis mentiri iuxta ea, quæ docui dicto ca. 73. sub num.2. versiculo citato: Ergo idem dicendũ est de illa apprehensione & ad prętorium ductione,

11 † quia non est verisimile, quod apprehensor posuisset se in illo discrimine, & labore capiendi, & apprehensus se capi permisisset, nisi apprehensor, delicti odio fuisset percitus, & apprehensus surdo cõsciẽtiæ verbere cæsus, & attonitus: Qui enim habet rectam cõscientiam, est fortis, & nihil timet iuxta sententiam Ouidij. 4. Fasto.

Conscia mens recti, famæ mendacia ridet.

Et Horatij in Odis. lib. 3. dum ait.

Iustum, & tenacem propositi virum
Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ

Et iuxta illud Plaut. in Amphitrione.

Quæ non deliquit
Decet audacem esse, & confidenter pro se, & proteruè loqui.

Vnde & Boss. tract. crim. tit. de respons. à reo facien. num. 9. admonet reum innocentem, vt audacter respondeat, non autem modo, quo videatur timere, ne incidat in suspicionem per textum & ibi Bar. in l. de minore §. plurimum ff. de quæstio. Et per oppositum criminosus timet, & pauet iuxta sententiam Iuuenalis Saty. 1. in fine, ibi.

Rubet auditor, cui frigida mens est
Criminibus, tacita sudant præcordia culpa

Et Ouid. lib. 2. Metamorph.

Heu quàm difficile est crimen non prodere vultu.

idem lib. 1. Fast.

Conscia mens vt cuique sua est, ita concipit intra
Pectora pro facto spemq. metumq. suo.

& Cic. in oratione pro Milone. *Magnam vim habet conscientia in vtramque partem vt semper pœnam ante oculos versari putent qui peccauerint, & nihil timeant, qui nihil admiserint.*

Et faciunt quæ scripsi infra cap. 86. nume. 44. & experiẽtia satis comprobatur, quandoquidem malefactor, repertus in flagranti, exanimatur, obmutescit, fitque timidior, adeo vt facilis reddatur eius apprehensio. & in proprijs terminis quòd dictum apprehensoris sit validum, & idoneum, quamuis, dempta apprehensione, esset inefficax, vide Affl. in constitutione: humanitate num. 30. lib. 2.

12 † Videamus nunc, quomodo possit aperire viam, hoc est, facere indicium ad torturam, & quãuis hoc sit extra nostri propositi cancellos, cum modo agamus de apprehensione, solum prout aperit viam ad inquirendum, tamen quia non alibi repetam, statui hic videre: dico igitur, illam apprehensionem facere indicium saltem ad torturam: ductio enim de per se sola est magni momẽti argumento textus in l. interdum la 2. §. qui furem: in illis verbis. *Eo ipso quod &c.* ff. de furt. & notat. ibi Ang. num. 8. dicens, mirabiliter notandum esse pro officiali, qui, licet tortus reperiatur innocens, tamen non tenebitur inquit in syndicatu, quia illa inciuilis ductio ipsum ductum in maius periculum posuit, & quòd hæc sit communis * opinio, vt faciat indicium ad torturam testatur Alber. in l. defensores num. 2. C. de defens. Ciuit. dicens communiter teneri, quòd deprehensio non faciat plenam probationem, sed operetur, vt deprehensus possit tanquam diffamatus torqueri, & quòd hac practica vtantur Assessores testatur idem Ang. vbi supra: quem refert, & sequitur. Clar. lib. 5. recept. sent. q. 8. versiculo: scias tamen, vide etiam pro hac opinione Carrer. in prac. crim. tit. de indic. §. tertium indicium est fuga num. 2. & alios, quos allegat Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 21. nu. 148. & 152. Sed aduerte ad declarationem, quam ipse ibidem sub dicto num. 148. versiculo. *Aduerte tamen*, sumit ex practica Follerij, quia est omnino futilis, vt modo ostendam, & per cõsequens malè loquitur eod. nu. 152. in fine, dum contra Doctores concludit, deprehensionem in flagranti nõ operari, vt possit reus torqueri, vbi aliàs non esset torquendus, sed solum, vt torqueatur sine defensionibus, quando aliàs esset torquendus, ea ratione ductus, quòd testes, aut saltem apprehẽsores debent deponere, adductum fuisse apprehensum in ipso actu maleficij, seu præparatorijs, quæ depositiones sunt indicia, sicque secũdũ eũ apprehẽsioni semper debẽt inesse indicia.

Est

Eſt futilis hæc declaratio: Nam credit forſan ipſe quòd Doctores hoc ignorauerint, & quòd locuti ſint de apprehenſione chymerica, & in abſtracto, quando ſcilicet reperiretur aliquis ductus corã Iudice, ſed ignoraretur à quo eſſet captus, qua de cauſa, vbi, & quando? credit ergo quòd Doctores intelligant, hunc, ita ductum, poſſe torqueri? Et ſi errâſſent in hoc Doctores, quomodo benè fuiſſet locutus ipſe, dum dixit, apprehenſionem de per ſe ſolam operari, vt Reus poſſet torqueri ſine defenſionibus? Nam ſi Doctores debuiſſent dicere, quòd ad hoc, vt reus poſſit torqueri, non ſufficit ſola apprehenſio, ſed requiritur concurſus aliquorum indiciorum: ergo à fortiori ipſe etiam debuiſſet dicere, quòd ad hoc, vt Reus poſſit torqueri, denegatis defenſionibus, vltra apprehenſionem requiruntur alia indicia, & quòd apprehenſio de per ſe ſola non ſufficit: errauit & in eo quod dixit, deprehenſionem in flagranti non operari, vt reus poſſit torqueri, vbi aliàs non eſſet torquendus: finge namque, quòd delinquens ſit deprehenſus in flagranti delicto à ſatellite, ſeu alia perſona vili, ſeu etiam à priuato: certè ſequeretur, quòd non poſſet ſecũdum eum torqueri, quia dictum perſonæ vilis, ſeu priuati intereſſati non facit indicium ad torturam, & deprehenſio nõ operaretur, vt poſſet torqueri, ex quo ſine apprehẽſione torqueri non poſſet, ſed conſequens eſt falſum, quia poſſet torqueri, vt doceo infra: ergo falſa eſt eius aſſertio, ſed mittamus hæc: Immo ſi apprehenſores eſſent Birruarij, & plures, quàm vnus aperirent viam ad condemnandum, vt dixi infra: Amplia, vt procedat ſiue apprehenſores ſint plures, ſiue ſit vnus, ſiue ſit Birruarius, ſiue priuata perſona, quia adhuc militat ratio dicti §. qui furem, & quòd apprehenſus à priuato poſſit torqueri teſtatur Alber. in dicta l. defenſores ſub nu. 2. dum ad præcedentia, proximè relata immediatè ſubdit.

Et prædicta ſunt vera cum quis deprehenditur à priuato, ſecus &c.

Immo, cum deprehenditur ab vno ſolo, videtur militare maior veriſimilitudo, quòd fuerit repertus in flagranti, quàm ſi eſſet deprehenſus à pluribus, quia vni facilè potuiſſet reſiſtere, niſi manifeſti facinoris conſcientia fuiſſet deterritus, & hæc veriſimilitudo magis militare videtur, ſi apprehenſor eſſet perſona priuata, quàm ſi eſſet Miniſter, cui minus licet reſiſti.

13 † Verum circa modum, & practicã torquendi delinquentem, apprehenſum in flagranti occurrunt nonnullæ difficultates, Et prima, nunquid ſit torquendus, etiam quando apprehenſores ſunt plures? Reſpondeo: prima facie videtur dicendum, quòd non, quia tunc reus dicitur cõuictus: quo caſu, ſi iudex torqueret, mortaliter peccaret, vt refert, & ſequitur Maran. in ſuo Spec. par. 6. actu 14. nume. 11. & 12. & dixi in pluribus locis mei Manualis iuris in verbo, Tortura: & dicam in ſecundo libro.

Contraria ſententia ſuadetur ex practica, quam docent Ang. in ſæpe citato §. qui furem nu. 8. Affl. in conſtitutione humanitate num. 28. lib. 2. & Clar. dicta q. 8. verſiculo, ſcias tamen, dum tradũt, reum, apprehenſum in flagranti, eſſe examinandum, & vbi neget, eſſe torquendum. Quid ergo dicendum? Reſpondeo, diſtinguẽdo: Aut apprehenſus eſt plenè conuictus: Aut non. ſi eſt plenè conuictus, ſeu confeſſus, denuo diſtinguo: Aut loquimur de tortura inferenda ſuper ipſo delicto principali: Aut ad ſciendos complices, & qualitates: Si ſuper ipſo delicto principali: dico, ipſum non eſſe torquendum, & ita procedant adducta pro prima opinione: Vnde venit reprobanda tota illa practica, quam tradit Affl. in dicta conſtitutione, humanitate num. 27. & 28. & præſertim dum ait, faciendam eſſe affrontationem, & reum adhuc negantem eſſe torquẽdum: Dicet plenè conuictus quando apprehenſores fuiſſent plures, qui teſtarentur, ſe apprehendiſſe delinquentem in ipſo actu maleficij, quo caſu deuenietur ad condemnationem iuxta ea, quę dixi infra: Et hoc procedit etiamſi apprehenſores eſſent perſonæ priuatæ, & moueor, quia priuatus apprehenſor facit indicium ad torturam, vt dixi ſupra nume. antecedenti verſus finem, hoc eſt, facit ſemiplenã probationem: Ergo duo priuati apprehenſores facerent plenam. Si verò ad ſciẽdos complices, & qualitates, denuo diſtinguo: Aut ad illos complices, ſeu qualitates præcedunt indicia Aut non: ſi præcedũt, dico, eum poſſe torqueri, vt docui infra cap. 97. ſub num. 180. quamuis ſit conuictus, & ita procedat practica, quam tradit Ang. d. §. qui furem, & ſequitur Clar. dicta q. 8. verſiculo, ſcias tamen: verum iſto caſu Iudex debet eſſe cautus, vt in decreto torturæ apponat ſolitam illam proteſtationem, *citra præiudicium confeſſatorum, & eorum, de quibus eſt conuictus*, vt admonent Boſſ. tract. crim. tit. de ſent. num. 70. & Clar. vbi ſupra q. 64. Verſiculo, veritas eſt, Flam. Cart. tract. de execut. ſent. capt. ban. ca. 2. nu. 59. & 66. cum ſeqq. & in proprijs terminis Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 21. num. 151. & quia proteſtatio contraria facto non releuat per ea, quæ docui ſupra cap. 30. nu. 41. ideo caueat etiam, ne vllo modo interroget de delicto, de quo eſt conuictus, vt ex multorum ſententia tradit Cart. dicto cap. 2. num. 70. & 71. & latius, Deo dante, dicam ſuo loco in ſecundo libro, & ſcripſi in meo Manuali Iuris in verbo, tortura: caueat etiam ab immoderata tortura, quia iſto caſu debet eſſe leuis per ea, quæ dixi infra dicto cap. 97. ſub num. 180. ſi verò non præcedant, cenſeo, adhuc torqueri non poſſe, vt bene videtur animaduertiſſe Moder. dicta q. 21. num. 149. & dixi dicto cap. 97. nume. 180. & hæc, quando eſt conuictus.

Si verò non eſt conuictus, nec confeſſus: dico indiſtinctè, eſſe torquendum iuxta ea, quæ docui ſupra ſub num. præcedenti ibi. *Amplia vt procedat*, & ita intelligatur illa communis opinio, de qua dixi ſupra ſub nu. 12. Dicitur autem non plenè conuictus, quando teſtarentur non de apprehenſione in ipſo actu maleficij, ſed in actu præparatorio ad delictũ, vtputa, in fuga cũ clamore, ſicuti euenire ſolet quandoque ijs, qui dirigunt ſe, vt furentur, & cum deteguntur antequam furtum committant, fugantur cũ clamore, & quandoque capiuntur in illa fuga.

14 † Secunda difficultas, nũquid ſufficiat relatio apprehẽſorum penes acta, vel requiratur eorum examen

men ad hoc, vt reus poſſit dici apprehenſus in flagranti crimine? Rñdeo, diſtinguẽdo: Aut quęrimus ad effectũ examinãdi reũ: Aut ad effectũ torquendi, ſeu condemnandi: ſi ad effectum examinandi: dico, ſatis eſſe eorum relationem, quia quoad inquirendum non requiritur ſolemne examen teſtium, vt dixi... cap. num.. Si verò ad effectum torquendi, ſeu condemnandi: dico, requiri ſolemne examen apprehenſorum, & teſtium, vt docui infra.

15 † Tertia difficultas: nunquid delinquenti, capto in flagranti, & torquendo, ſit danda copia proceſſus cum termino ad ſe defendendum? Reſpondeo, quòd non per ea, quæ tradit Ang. in dicta l. interdũ §. qui furem ff. de furt. quem referunt, & ſequuntur Clar. dicta q. 8. verſiculo: ſcias tamen, dum ait, apprehenſos, qui negant delictum, ſtatim abſque aliquo proceſſu duci ad torturã: ſicque excludit proceſſum defenſiuum, & Moder. dicta q. 21. nu. 152. vbi alios allegat, & concordat practica, quam docet Affl. in conſtitutione, humanitate num. 28. lib. 2. vbi loquitur de reo capto in flagranti torquendo, nulla facta mentione de dandis defenſionibus: Nec obſtat, ſi quis obijceret hanc practicam eſſe nimis crudelem, quia ſi negaretur defenſio, poſſent illi apprehenſores eſſe inimici, qui in quouis genere delicti etiam hæreſis repelluntur à teſtimonio.

Nam reſpondetur, hãc inimicitiæ exceptionem poſſe per apprehenſum allegari tempore confrontationis iuxta practicam, quam docui infra nu. ſeq. & hęc reſpõſio, quę eſt vera, & germana, eſt etiam de mente Boſſij tract. crim. tit. de denunciat. nu. 9.

16 † Videamus nunc quomodo aperiat viam ad cõdemnandum: Dicas, aperire, quãdo apprehẽſus conuincitur iuxta glo. in l. ictus fuſtium. ff. de his qui not. in fam. ibi *quia deprehenſus erat in facinore ab officialibus*, quæ communiter * tenetur, vt teſtatur Boſſ. tract. crim. tit. de denunc. num. 10. Nec obſtat, quòd Clar. dicta q. 8. verſiculo, Quæro an: dicat, in practica non ſeruari, ex quo Aſſeſſores nũquam faciunt executionem alicuius penæ, niſi ſententia pręcedat, quia reſpondetur, ſatis nobis eſſe, vt poſſit deueniri ad ſententiam, hoc eſt, cõdemnationẽ, quod etiam ipſe ad mittit, & ad hoc allegauimus illã gloſ. quamuis loquatur in dubitabilioribus terminis, videlicet, ad infligendam pœnam ſine ſentẽtia, quod & ſi ipſe teſtetur non ſeruari in practica, tamen in caſu, quem retulimus ſupra cap. 46. ſub num. 28. ex Vulpel. conſ. 137. nu. 17. Romæ videtur fuiſſe ſeruatum, aut ſaltem vt ait Moder. dicta q. 21. nu. 153. interponitur ſolum ſimplex decretum: Et ex his omnibus tu iudex ſume practicam procedendi contra apprehẽſum in flagranti, vt primo loco facias, ſummariè ſcribi penes acta totam depoſitionem apprehenſorum, & deinde interroges ſpecialiter reum, an commiſerit illud delictum, &, vbi fateatur delictum, teſtes non ſunt amplius, eo citato, repetendi, nec ratificanda eſt denuo confeſſio, vt malè arbitratur Affl. dicta conſtitutione, humanitate nu. 27. ſed debet ſtatim procedi ad condemnationem: bene verum eſt, quòd, ſi delictum eſſet facti permanẽtis, debet ante condemnationem recognoſci: Et ita ſeruabis. Si verò neget delictum, debent teſtes, ſeu inquam apprehenſores confrontari in faciem ipſius apprehenſi, ſeu ſaltem, eo citato ad videndum iuramenta teſtium, repeti, &, facta affrontatione, ſeu repetitione, ſi adhuc perſeuerauerit in negatione, inſpici oportet, an ſit conuictus, nec ne: Et, vbi appareat conuictus, abſtinendum eſt à tortura iuxta diſtinctionem, quam docui ſupra ſub nu. 13. ibi. *quid ergo dicendum.* Si verò non appareat conuictus, eſt indiſtinctè torquendus iuxta practicam, quam docet Foller. in ſua pract. crim. in verbo, Item quòd fuit captus in flagranti crimine ſub nume. 12. Vnde nota, quòd nec ad torturam, nec ad condemnationem deueniri debet, niſi prius legitimè conſtet de apprehenſione in flagranti, & ratio eſt, quia, cum indicium ad torturam, & probatio ad condemnandũ proueniant principaliter ab apprehenſione in flagranti crimine iuxta ea, quæ docui ſupra num. 12. & 13. meritò de ea in primis debet conſtare tanquam de fundamento, ſuper quo fundatur totus iſte ſpecialis modus procedẽdi, vt docui ſupra cap. 76. ſub num. 8. verſus finem, ibi. *Vnde illa notorietas.*
17 † Verum dubitatur hic: nunquid capto in flagranti crimine, & confeſſo, ſeu conuicto dari debeat terminus ad faciendas defenſiones? Reſpondeo: prima facie videtur dicendum, quòd nõ, quia, vt tradit Ant. de Nigris in cap. Regni cap. 42. num. 23. delicta flagrantia debent citò puniri: vnde in proprijs terminis quòd capto in flagranti crimine denegẽtur defenſiones tradunt Bal. in l. vt vim num. 2. ff. de iuſt. & iur. & Gram. deciſ. 36. num. 50. & 53. & quòd hæc opinio fuerit practicata vide Clar. qui atteſtãtes refert dicta q. 8. verſiculo, ſed nunquid.

Contrariam opinionem tradunt Foller. in pract. crim. in verbo, Item quod fuit repertus in flagranti crimine ſub nume. 12. & Ioan. Mar. Monticel. reg. crim. 14. num. 22. Tu concilia, vt prima opinio procedat, quando reus cõuincitur, & fatetur delictum, ſeu ſaltem fatetur: ſecunda verò, quando negat, & ab hac diſtinctione non diſſentit Clar. vbi ſupra iuxta declarationem, quam ad eum tradit Moder. dicta q. 21. num. 143. Et hæc dicta ſint de delinquente capto in crimine flagranti, & graui.

18 † Si verò apprehenſio ſit facta pro leui delicto, non erit dubium, quòd ea, quæ dicta ſunt de modo procedendi celeriter ad executionem ſine ſolemnitatibus contra captum in flagranti, & graui crimine, multo magis habebunt locum contra captum pro leui delicto iuxta ea, quæ notant Bar. in l. leuia num. 11. & 12. ff. de accuſat. & inſcript. & Boſſ. tract. crim. de denunciat. num. 2. verſus finem. Nam in leuibus delictis, etiam circumſcripta apprehenſione in flagranti, poſſet procedi ſummariè, & de plano, vt notaui ſupra cap. 65. nume. 3.
19 † Et in proprijs terminis quòd in leuibus delictis iudex poſſit apprehenſum in flagranti crimine ponere ad Cathenam, vel Berlinam abſque aliquo proceſſu tradit Ang. in l. ea quidem nume. 1. in fine. C. de accuſat. & quod inuenti per officiales Rectorum, quos nos vulgo Guardianos appellamus, ad furandum vuas ſine alia diffinitiuæ, ſeu interlocutoriæ ſententiæ prolatione ducãtur cum vuis ad collum per Ciuitatem, tradit idem Ang. in dicta l. ictus fuſtium num. 2. ff. de his qui not. infam.

infam. Et ſimiliter inuēti cum armis quòd de facto ducantur ad Palatium, ibique, priuſquam recedāt, compellantur ad ſoluēdam pœnam, aduertit etiam Cagnol.in l.vnica in principio num.98.ff. ſi quis iudic.non obtemper.quos omnes referunt, & ſequūtur Clar.dicta q.8.verſiculo, ſcias tamē, & Moder. dicta q.21.num.136.ſed tu intelligas,hæc eſſe vera, quando apprehenſio vel habet cōcomitantiam euidentiæ rei, vt eſt in exemplis relatis, in quibus vna cum apprehenſo afferuntur vuæ, ſeu arma, vel habet concomitantem confeſſionem ipſius apprehenſi:aliàs ſi ſolum haberemus apprehenſionem, & dicta apprehenſorum, ſeu teſtium, crederem apprehenſum eſſe audiendum, & non ita ex abrupto ducendum ad executionem pœnæ, maximè ſi aliquā adduceret defenſionem, ſeu excuſationem, vel eſſet perſona alicuius conſiderationis iuxta qualitatem caſus contingentis: & ſi ita procedes, non errabis.

De apprehenſione facta in flagranti hæreſi, ſeu manifeſti Hæretici. Cap. LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Apprehenſus in flagranti hæreſi quis dicatur,& quæ indicia contra eum reſultent ex apprehenſione.*

2 *Apprehenſus in flagranti hæreſi nunquid ſubiaceat ſententiæ, latæ contra hæreticos per Fredericū Imperatorem in auth. Catharos C. de hæret.*

1 ALIQVIS in † flagranti hæreſi dicetur apprehenſus, ſi ſit captus, quando hæreſim protulit, ſeu commiſit, ex qua apprehēſione arbitror reſultare eadē indicia, & probationes, quę reſultarent ex apprehēſione, facta in alijs delictis, immò fortiora: ex quo in iſto crimine recipiūtur etiam de ſui natura teſtes inhabiles, vt docui infra cap.82.nume.2. Et quia de his ſatis locutus ſum

2 in c.præcedenti, idcirco pluribus non inſiſto. † Hāc ſolam moueo difficultatem non inutilem: nunquid inuentus, ſeu apprehenſus in flagranti hęreſi ſubiaceat ſententiæ, latæ contra hæreticos per Fredericum Imperatorem in auth. Catharos C. de hæret. & Innoc.IIII.in reſcripto, Ad extirpanda? Et quidem prima facie videtur dicendum, quòd ſic, quia manifeſtus, ſeu notorius hæreticus, & inuentus in flagranti hæreſi debent æquiparari per ea, quæ docui ſupra cap. precedenti nu.3. Sed prædicta auth. Catharos, & reſcriptum, Ad extirpanda, videntur profectò locū ſibi vendicare in notorijs,& manifeſtis hæreticis:Igit & in eo,qui in flagrāti hæreſi inuenit:Contrariū eſt verū,quia illa iura loquunt de hęreticis,qui ſunt declarati bāniti,& diffidati,& de ijs, qui eorū ſectā palā ſequunt:ij namque ſunt, qui nō ſolum capi,& ſpoliari poſſunt,rebusq; ſpoliatis ſpoliatores efficiuntur Domini iuxta diſpoſitionem dicti Reſcripti Ad extirpāda §.idem quoque: ſed etiā impunè offendi, & occidi, ſi quominus caperentur reſiſterent: quoniam qui banniti, & diffidati ſunt, impunè poſſunt occidi c.fœlicis.de pœn. in 6. Ang. de Peruſ.conſ.13.Gemin.in cap.1.de homicid.Pet. Godofred. in dicta auth. Gazaros Ioan. Roias in ſing.fid. quos refert pariter, & ſequitur Franc. Peg. in comm.ad Direct.Eymer.par.3.com.36.§.ſed ipſum, & quidem ex quo diffidati ſunt, poſſunt occidi non ſolum à Iudice, ſed etiam à quolibet priuato argumento textus. in l.3.in fine. ff.ad l. Corn. de ſicar. quia diffidatis cenſetur à Papa,ſeu Imperatore non minus bellum indictū, quàm alijs hoſtibus,& transfugis, de quibus in dicta l.3. vt pulchrè docet Conradus Bru.tract.de hæret.lib.5.c.14.in fine.

At hi, qui inueniūtur in flagranti hæreſi,nec ſunt de prædictis, ſunt ſententia Iudicis declarandi, & propterea ſunt audiendi, & reſipiſcentes recipiendi ad gremium Sanctæ matris Eccleſiæ.

Si iudex Viderit quempiam committere delictum, ad quam inquiſitionem ſibi viā aperiat illa inſpectio. Cap. LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet ſe mouere ſecundum acta, & allegata, & non ſecundum conſcientiam: vnde ſi ſibi non in forma Iudicis, ſed priuati fuerit reuelatū aliquod delictum,ſeu oſtenſum aliquod inſtrumentum, non poteſt ſuper illa reuelatione,ſeu oſtenſione fundare intentionem.*

2 *Iudex,qui proprijs oculis viderit delinquentem, committentem delictum, poteſt ex officio ſine querela procedere,& aſſumere informationes.*

1 IVDEX debet † ſe mouere ſecundum acta, & allegata, & non ſecundum conſcientiam argumento textus in l. illicitus §. veritas, ff. de off. præſ.ibi.

Ex fide eorum, quæ probabuntur.

tradunt Abb. in cap. 1. num.8. de off.ordinar. Felyn.in ca.paſtoralis.§.quia verò num.23.de offic.& poteſt.iud. deleg. Lanfr.in cap. quoniam contra nume.62. de probat. & Diaz. reg.377. & eſt communis * Doctorum ſententia,de qua teſtantur Alber.1.par. ſtatutorum q.53. & latè Couar.var.reſol.lib.1.cap.1.ſub num.6. Clar. lib.5. recept.ſent.q.9. verſiculo, ſed pone, & q.66. verſ. ſcias autem,& Moder.in qq.crim. lib.1. q.21.num. 163.Et nititur hęc ſentētia exemplo ſaluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui,& ſi ſciret,mulierem illam verè deliquiſſe, quia ipſe eſt ſcrutator cordiū, & ſcit omnia, tamen, vt habetur Io.8. interrogauit mulierem: *Mulier quis te accuſat?* & ipſa dixit, *nemo domine*,& Dominus dixit: *nec ego te condemno,* de quo exemplo in hoc ipſo propoſito conſiderationem fecit etiam Vital. tract. de malef. in procem. num.3.

num.3. Adeoque verum eſt, Iudicem debere iudicare non ſecundum cõſcientiam, ſed ſecundũ acta, & allegata, vt, ſi aliquod delictum ei reuelatum fuerit non vt Iudici, ſed vt priuato, non poſſit reum punire: Vide Alph. à Caſt. de poteſt. leg. pœn. lib. 2. ca. 15. verſiculo, primo quidem: Vnde & Par. de Put. tract. de Synd. in verbo, allegationes cap. 1. num. 7. ex ſententia Baldi ait, quod ex inſtrumento, oſtenſo Iudici tanquam amico non fit probatio pro, vel contra, quod tradit eſſe verbum ſingulare.

2 † Verũ iſta ſentẽtia, omiſſis limitationibus, traditis p Felyn. vbi ſupra, nõ procedit in ijs, q̃ modici preiudicij ſunt, quia in his lex multum confidit de Iudice, & propterea ex ſententia eiuſdem Clari dicta q. 8. verſiculo, ſed pone, quem etiam ſequitur Moder. dicto nume. 163. ſi iudex viderit proprijs oculis aliquem committere delictum, poterit inquirere, informationes aſſumere, & contra eũ procedere abſque querela, abſque denunciatione, & abſque diffamatione, immo non defuerunt aliqui, qui dixerunt, ſibi apertam eſſe viam etiam ad torquẽdum, quòd & ſi verum non ſit, teſte etiam eodem Clar. vbi ſupra, tamen nobis argumento eſſe poteſt, quòd ſaltẽ viam aperiat ad inquirendum ſpecialiter, hoc eſt, ad aſſumendas informationes iuxta ea, quæ dixi infra cap. 84. nume. 5. & quod iudex poſſit moueri ad iudicandum etiam ex confeſſione ſibi voce facta, & non ſcripta in actis vide Affl. deciſ. 28. num. 5.

De dicto ſocij criminis extra Torturam, & in Tortura. Cap. LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Socius criminis vt nominet ſocium dupliciter poteſt euenire.*

2 *Socij criminis depoſitio, & nominatio, facta ex ſe ipſo ſine interrogatione Iudicis, & ſine tortura, ad quem proceſſum, ſeu inquiſitionem viam aperiat.*

3 *Socij criminis depoſitio ad interrogationem Iudicis ad quem proceſſum viam aperiat, & quomodo defendatur Boſſius.*

4 *Crimina excepta, & non excepta in materia interrogandorum reorum non differunt de conſuetudine, quia Rei indiſtinctè interrogantur in Italia in omni caſu.*

5 *Socius criminis quando dicatur nominaſſe conſocium ex ſeipſo, & quando ad interrogationem.*

6 *Socij criminis depoſitio in tortura ad interrogationem Iudicis ad quem proceſſum, ſeu inquiſitionem viam aperiat, & quæ ſit practica Aſſeſſorum in recipienda depoſitione ſocij criminis contra ſocium.*

7 *Tortura quando ſit tiriaca infamiæ, & quando non.*

8 *Socij criminis qui ſint ad minus duo quam fidem faciant, & ad quem proceſſum viam aperiant.*

9 *Socij criminis depoſitio, contra conſocium habita in tormentis, nunquid ſit ratificanda ad bancum iuris more ſolito ad hoc, vt robur habeat.*

10 *Socius criminis quis dicatur, & quomodo ſit interrogandus.*

1 ILLVD in † primis ſcire oportet, Reum, qui eſt in fortijs Curię, poſſe dupliciter modo nominare, & indicare ſociũ ſui criminis; primo ex ſeipſo: ſecundo ad Iudicis iterrogationẽ, & vtroque caſu vel in ſimplici examine, vel in examine

2 rigoroſo, hoc eſt, tortura: † hoc præmiſſo, de pluribus dubitatur. Et primo, nunquid tale dictum ſocij criminis ex ſeipſo in ſimplici examine, ſeu tortura faciat indicium ad inquirendum? Et quidẽ res patitur non modicã dubitationem: Nam prima frõte videtur dicẽdum, quòd nullum prorſus faciat indicium, minus ad inquirendum, quia à teſtimonio ſocij criminis, ſpontè oblato, & exhibito ſine interrogatione, fides tollitur, vt tradũt Franc. Brun. tract. de indic. & tort. q. 3. primę par. ſub num. 23. Gram. deciſ. 28. nu. 11. & alij, quos refert, & ſequitur Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 5. caſ. 474. nume. 56. idem etiam docet Foller. in pract. crim. in verbo, & ſi confitebuntur 1. par. ſecundę par. num. 103. & bene comprobari videtur ex textu in cap. vltimo 15. q. 3. & ex illa ratione, quòd motu proprio denunciãs, fungitur vice accuſatoris, vt docui ſupra ca. 71. ſub num. 3. ibi. *Si priuata &c.* immo quòd ſocius criminis minus fungi poſſit vice accuſatoris videtur probari ex l. ſi filium. C. de liber. cauſ. & tradunt Gand. tract. de malef. Rub. qui accuſ. poſſ. vel non nu. 18. & ibi additio, ad eum, Ana. conſ. 59. & Rol. à Vall. conſ. 57. nume. 23. lib. 4. & Moder. in qq. crim lib. 1. q. 12. num. 25. in 5. concluſione, & in propria ſpecie quòd non faciat indicium ad inquirendum tradunt Fulgoſ. conſ. 136. col. vlt. & conſ. 107. col. 3. Marſ. in pract. crim. §. conſtante num. 93. & §. diligenter num. 67. Maran. in ſuo Spec. par. 6. de inquiſit. num. 23. & Rol. à Vall. conſ. 73. nume. 1. lib. 1. & conſ. 3. num. 31. lib. 3. & dicto conſ. 57. num. 22. lib.

* 4. & quòd hęc ſit vera, & communis * opinio teſtatur Dec. conſ. 189. num. 9. quem referunt, & ſequũtur Rol. à Vall. conſ. 16. num. 7. lib. 1. & Flam. Cart. tract. de execut. ſent. capto. bann. cap. fin. nume. 74. qui plures ad hanc ſententiam congerunt, & faciũt quæ retuli infra ſub nume. 3. ibi. *ex ſententia vero.* Contraria opinio vr̃ ſuaderi ex his, quæ referũt, & ſequuntur Aug. & Ang. tract. de malef. in verbo, quod fama publica præcedente ſub nume. 31. & ibi additio & Boſſ. tract. crim. tit. de indic. & conſid. ante torturam num. 182. qui ex Rom. in l. & ſi certus, in principio ff. ad Syll. referunt, hanc eſſe commu-

* nem * opinionem.

Ex quorundam verò theorica colligi videtur talis diſtinctio, ſeu conciliatio: ſi ſumus in criminibus nõ exceptis, procedat prima opinio, nimirum, quòd ex dicto ſocij criminis non aperiatur via ad inquirendum: ſi in caſibus exceptis, procedat ſecunda: Quid dicendum? Reſpondeo: vel loquimur de inquiſitione generali: vel de ſpeciali. ſi de generali: non eſt dubium, quòd aperit viam ad inquirendum iuxta doctrinam, quam docui ſupra cap. 73. num. 2. ſi de ſpeciali: rurſus diſtinguo: vel loquimur de inquiſitione

quiſitione ſpeciali,ſumpta primo modo,vel de ſpeciali,ſumpta ſecundo modo iuxta diſtinctionē, quā tradidi infra c.84.ſi de ſumpta primo modo:dico,ꝙ aperit: ſi deſumpta ſecundo modo, de qua ſunt intelligendi,vt loquantur Doctores,à nobis ſuperius allegati:dico,ꝙ non aperit: vnde placet mihi prima opinio,q̃ declarādo amplia,vt procedat etiam ſi talis nominatio eſſet facta in tormentis, quia licet per torturam eſſet ſublata infamia, tamen non eſt ſublatus defectus depoſitionis, proueniens à motu proprio,qui depoſitionē ſemper reddit ſuſpectam:Amplia ſecundo,vt habeat locum non ſolum in criminibus non exceptis, vt loquuntur Doctores allegati pro prima opinione,ſed etiam in exceptis,quia Doctores, dū aiunt in criminibus exceptis facere indiciū, p̃ſupponunt interrogationē iudicis præceſſiſſe cuius p̃ſuppoſiti argumēto nobis eſt thema illius cōcluſionis,q̃ firmant in eadem materia, videlicet, ꝙ ſocius criminis poſſit interrogari de ſocijs in criminibus exceptis.Et ita r̄ndeo ad adducta in cōtrariū, ꝙ procedunt,ſi præceſſerit aliqualis ſaltem interrogatio,vt declaraui infra. Verum,quia in praxi occurret dubitatio, quādo dicatur ex ſeipſo nominaſſe ſocium,& quando non:ideo vide quæ dixi infra nu.5.

3 † Secundo dubitatur, nunquid aperiat viā ad inquiſitionē ſpecialem,ſecundo modo ſumptā, ſi nominauerit ad interrogationem iudicis? R̄ndeo,aliqui diſtinguunt inter crimina excepta, & non excepta,in exceptis aiunt,ꝙ ſic,ſecus in non exceptis: Vide ad hæc Aug.ad Ang.tract.de malef. in verbo, ꝙ fama publica præcedente,ſub num.31.Rol. à Vall. conſ.16.nu.5.& 7.in fine.lib.1.& Ruin. qui teſtatur

* de cōi * conſ.147.nu.1.in fine, lib.1.& Rol. à Vall. qui eum refert,& ſequitur conſ.73.num.2.lib.1.Ex ſententia verò quorundam,quos allegat Simāc. de Cath.inſtit.tit.64.nu.37.vr̄ indiſtinctè dicendum,ꝙ non,quia, vt aiunt, participi criminis nulla fides eſt habenda,niſi eius teſtimonium tormentis fuerit cōfirmatum:à quorum ſentētia minus diſſentire videt̄ idem Rol. à Vall.conſ.3.nu.31.lib.3. dum ait,ꝙ ſocius criminis contra ſocium non facit indiciū ad formandam inquiſitionē,quia patitur defectū:Ex ſententia verò quorundam aliorū vr̄ omnino contrarium aſſerēdum,ꝙ aperiat ſiue ſimus in criminibus exceptis, ſiue in non exceptis, quæ probari videtur ex his,quæ ſcribunt Boſſ.tract.crim.titu. de inquiſit. nu.44.& tit.de indic.& conſid.an.tortur. nu.182.& Clar.lib.5.recep.ſent.q.21.verſiculo, Dictum ſocij, ibi: *Si tamen interrogetur*, & additio ad eum : Alij hoc totum ponunt in arbitrio iudicis, qui conſiderata qualitate perſonarum, criminum, & aliarum circunſtantiarum,arbitrabitur quanta fides adhibēda ſit teſtimonio ſocij criminis: Ita tradūt Simanc. vbi ſupra nu.38.& Frāc.Peg.in cōm.ad direct. Eymer. par.3.cōm.113.§.equidem,& §.ſed magis, reprobata eorum opinione, qui aiunt,adhibenda eſſe tormenta.Et hæc Simancæ ſententia ſatis apertè cōfirmatur ex his,quæ dixi infra c.ſeq.nu.2.in fine. Alij, & multi ex præallegatis diſtinguunt inter inquiſitionē ſpecialem, quæ ſolum formatur, & inquiſitionē ſpecialem,quæ formatur, & tranſmittitur vnà cum citatione ad effectum procedendi illius vigore vſq; ad condemnationem incluſiuè: Si loquamur de inquiſitione,quæ ſolum format̄:tradunt procedere illam cōem,& obſeruatam opinionem, ꝙ faciat indiſtinctè tam in exceptis,q̃ in non exceptis, indicium ad inquirēdum.Si verò loquamur de inquiſitione, quæ formatur,& trāſmittitur vna cum citatione:redeunt ad illam priorem diſtinctionem, quam retuli ſupra initio difficultatis, ſcilicet, aut ſumus in exceptis,aut in non exceptis.ſi in exceptis, tradunt ꝙ ſic, ſi in non exceptis,tradunt ꝙ non:vide Clar. dicta q. 21.verſiculo,ſi verò quæris, iunctis his, quæ ſcripſit verſiculo,Retēta igitur:& latè Flam. Cart. tract.de execut.ſent.capto bann.cap.fin.nu.74. qui ita interpretantur Rolandum à Vall. conſ.16.nu.3.& 7.& conſ.73.num.2.lib.1. Verum illud obiter aduerto, qđ poſtquam eis licet ita interpretari, & declarare Rol.non video cur tam Clarus in dicto verſicul. Si vero quæris,q̃ Flam.Cart.dicto ca.fi.nu.76.& Gaſpar Cabal.ſuper conſtit.Marchiæ lib.4.c.1.in verbo,comparuerit,nu.4.retulerint,ꝙ Boſſ. in allegatis titulis de inquiſitione num.44.& de indic.& conſid. ante tortu.nu.182.dixerit,ꝙ aperit viam ad formādum inquiſitionem,illamq; formatam tranſmittendam, cum in meo libro dicat ſimpliciter,ꝙ facit indicium ad inquirendum, ſicut loquitur Rol. à Vall. & non ꝙ faciat indicium ad inquirendum, & tranſmittendam inquiſitionem,vt ipſi eum allegant: & propterea,ſi pro eorum ſententia allegant Rolandum, non eſt opus ꝙ Clar.& Flam.Cart. in locis allegatis profiteantur ſentire contra Boſſ. eique reſpondere

4 conetur Flam.Cart.dicto nu.76.† In tanta perplexitate quid dicendum? Reſpondeo, in primis illa diſtinctio de inquiſitione ſolum formāda,& de inquiſitione tranſmittenda etiam cum citatione eſt ſup̃flua,& non diluit difficultatem, quia nos loquimur ſolum de ea,quæ tranſmittitur cum citatione.Et ꝓpterea huius diſtinctionis ſentētia illa in ſumma eſt, quòd in exceptis aperiat,& non in nō exceptis.Nos verò dicim⁹,quòd ſi loquimur de iure, relata diſtinctio videretur ſatis iuridica: ſed quia de conſuetudine hęc differentia criminum exceptorum,& nō exceptorum in materia interrogandi Reos, aut nullatenus,aut parum attenditur: ſiquidem de conſuetudine totius Italię Rei interrogantur de ſocijs in omni caſu,vt tradunt Caſon. tract. de tormen. cap.16. nu.6.& alij relati per Clar.dicta q.21.verſiculo, Dictum ſocij,licet ipſe teſtetur de contraria cōſuetudine Mediolani:idcirco teneo adhuc opinionē negatiuam, ꝙ faciat ſolummodo indicium ad aſſumendas ſpecialiter informationes, & non ad tranſmittendā citationem, quia ad tranſmittendam inquiſitionem vnà cū citatione requirīt legitimum indiciū, vt dixi infra c.84.ſub nu.3.quale non eſt illud, quod prouenit ex depoſitione ſocij criminis, qui dr̄ infamis, & hanc opinionem tenet Clar. dicta q.21. verſiculo,

5 Retenta igitur,ibi.*Nam vtroque caſu &c.*† Sed difficultas ſupereſt,quando ſocius criminis dicatur ex ſe ipſo nominaſſe ſocium, & q̄n ad interrogationē Iudicis? Reſpondeo, ex ſeipſo dicetur nominaſſe, q̄n nec verè,nec pręſumptiuè apparet de interrogatione:& ꝓ oppoſitū,ad interrogationē,q̄n vel verè, vel p̃ſumptiuè appareret de interrogatione. Quid

sit apparere verè de interrogatione satis est notum: præsumptiuè autem in isto proposito dicitur dupliciter: primo, quando iudex præcepisset Reo, qui cōfessus est homicidium, vt recenseret quomodo occidisset, & Reus diceret, quòd tali die ipse, & Petrus tali, & tali modo occiderūt, vt exemplificat Clar. dicta q. 21. versiculo, retēta igitur: quamuis ipse dicat, eam esse spontaneam nominationem: Secundo, quando Interrogatorium esset in hunc modum generaliter conceptum.

Ad opportunas domini interrogationes: sicut cōmuniter Assessores solent post extensum Constituti principium subnectere, vel in quacunq; alia parte examinis.

Et ad aliam interrogationem. his namq; casibus dicetur nominasse non ex se ipso, sed ad interrogationem iudicis: & hac declaratione adhibita cōcordant ea, quę scribunt Moder. in qq. crim. lib. 2. q. 43. nu. 190. & seq. quæ sine ista declaratione aduersarentur his, quæ dixi supra sub nume. 2.

6 †Tertio dubitatur ad quem processum viam aperiat, si nominauerit in tormentis ad Iudicis interrogationem? Respondeo: ad formandam inquisitionē specialem, eamq; vnà cum citatione transmittēdam, & sic ad inquisitionem specialem, secūdo modo sumptam iuxta distinctionē à nobis allatam inf. c. 84. sub nu. 3. & seqq. quoniam si sine tortura aperit viam ad inquisitionē specialē, primo modo sumptam: ergo cum tortura aperit etiam ad eā transmittendam cum citatione, siquidem eius dictum tortura purgatur, quæ dicitur Tiriaca infamiæ ꝑ ea, quæ tradunt Vitall. tract. de malef. Rub. quæ indicia &c. num. 5. dicens, quòd is, qui tormentis, & verberibus defatigatus deponit, præsumitur dicere veritatem Boss. tract. crim. tit. de Tortur. test. nu. 3. & Clar. lib. 5. recep. sent. q. 25. in principio, & facit locum in isto casu disputationi, nunquid socius nominatus in tortura possit quæstionari. Et licet vera, & communis opinio sit, ꝙ non, nisi aliud concurrat, vt tenet etiam Rota diuers. decis. 283. nu. 3. par. 1. tamen huiusmodi disputatio alicui nobis argumēto est, ꝙ faciat saltem indicium ad formandam, & transmittendā inquisitionem. Vnde practici assessores hanc nominationem semper solent recipere in tortura. 7 † Cæterum dum dico, torturam esse tiriacam infamię, quia sanat defectus, declara, vt procedat, quando Reus patitur vnum solum defectum, secus si plures, Crauet. cons. 6. nume. 54. 58. & 59. & Cęph. cons. 540. nu. 59. sed quomodo hæc declaratio procedat plene attingam in secundo libro, ideo pluribus hic non insisto, & multa scripsi in meo Manuale iuris in verbo tortura est tiriaca. Quarto dubitatur: Hucusque locutus sum de depositione vnius socij criminis.

8 †Quæro modo quam fidē faciat depositio pluriū, & in tortura? Respondeo, distinguendo: Aut sunt duo, aut sunt plures: Si duo: dico, quod facit indiciū ad torturā, teste Claro lib. 5. recept. sent. dicta q. 21. versiculo, sed pone, quem refert, & sequitur Franc. Pegn. ad Direct. Eymer. par. 3. com. 113. §. cęteris tñ, vbi plures congerit, & vberius declarat: Et licet Moder. in qq. crim. lib. 2. q. 43. nu. 41. restringat istā opinionē, vt procedat solum in casibus exceptis, in quibus reus pōt interrogari de socijs, & non in alijs nos tñ diximus supra nu. 4. ꝙ ista differentia criminum exceptorum hodie non attenditur de consuetudine: & dato ꝙ attenderetur, tunc certum esset, ꝙ nec vnus, nec duo, nec tres facerent indicium, quia non possunt interrogari. si plures quàm duo, tunc vide quæ scripsit idem Pegn. dicto com. 113. §. sit secundum, & addo ꝙ ipse non imponerem pęnam ordinariam: tu tamē Regnicola in causa latrocinij habes Capitulum Regni, allegatū ab Affli. super constitutio. si damna clandestina sub nu. 51. lib. 1. quo disponitur, vt tres socij criminis separatim deponētes contra aliquem, ita vt vnus ignoret depositionē alterius faciant plenam probationē, & in causa receptationis bannitorū habes pragmaticam .... qua similiter disponitur, vt depositio quatuor bānitorum plenè probet: Aduerte autē ꝙ depositio socij criminis debet esse in tortura iuxta ea, q̄ dixi sup. sub n. 6.

9 †Quinto dubitatur: nunquid ad hoc, vt depositio socij criminis, facta in tortura, faciat aliquod indicium contra participem criminis per eum nominatum, requiratur ꝙ sit ratificata ad bancum iuris more solito? Respondeo Bal. in l. fi. in fin. C. de quęstio. quem refert, & sequitur Honofrius Camarianus in informatione, quā posuit Moder. ī qq. crim. lib. 2. q. 39. nu. 139. tenet ꝙ non: Tu tamen saltem ad cautelam teneas cōtrarium cum Mars. in l. repeti. sub nu. 31. ff. de quæstio. & in pract. crim. §. diligenter. nu. 154. in quibus locis tenet, ꝙ confessio socij criminis facta in tormentis, non facit aliquod indicium contra nominatum, nisi vestiatur cum ratificatione, & perseuerātia, & licet ipse loquatur de indicio ad torturam, tamen ego intelligo, vt procedat etiam si loquamur de indicio ad transmittendam citationem, quia militat eadem ratio, & certi iuris est, ꝙ sola depositio socij criminis etiam ratificata non facit indicium ad torturam, vt dixi supra nu. 6. versus finem. secus dico, si loquamur de indicio ad inquirendū generaliter, quia sufficit, quāuis non sit ratificata. Hanc eandē practicam vnà cū Mars. vr̄ sequi Moder. qui alios allegat in qq. crim. lib. 2. q. 43. nu. 138. & 139.

10 † Sexto, & vltimo dubitatur quis dicatur socius criminis? In hac difficultate, vide Franc. Pegn. in cōmen. ad direct. Eymer. par. 3. cōm. 113. §. quis autē, vbi concludit, socium criminis dici non solum eum, qui est socius eiusdem delicti numero, sed etiam eū qui est socius in connexis, & annexis, vtputa si delicto aliquam causam prębuerit.

Qualiter autem socius criminis sit interrogandus docui infra ca. 86. sub nu. 67. & cap. 97. sub nu. 180.

De dicto socij hæreticæ prauitatis, & de depositione Lamiæ. Cap. LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Testis infamis siue infamia iuris, siue infamia facti an admittatur, vel repellatur à testimonio, tam in causis criminalibus, quàm in ciuilibus.*

2 *Testes infames admittuntur in causis violatæ Religionis ob fidei fauorē etiam tormentis non adhibitis, & posset teneri quòd admittantur etiam in nō subsidium: vide limitationem infra nu. 9.*

3 *Iudæus*

3 *Iudæus potest esse testis contra Christianum in causa violatæ religionis.*
4 *Excommunicatus etiam potest esse testis &c.*
5 *Testis infamis infamia iuris repellitur à testimonio in causis ciuilibus.*
6 *Infamis infamia facti, an repellatur in causa ciuili.*
7 *Testes infames, an torqueantur in causis ciuilibus.*
8 *Socij criminis depositio ad quem processum, & inquisitionem viam aperiat in causa hæresis.*
9 *Conclusio posita supra num.2. limitatur, vt non habeat locum in circunstantijs, & adminiculis, quia non possunt probari per testes infames, seu aliter inhabiles.*
10 *Lamiæ depositio circa illas diabolicas tragædias, & choreas, an faciat aliquod indicium contra personam, quam nominat.*

1 QVIA † socius criminis dicitur infamis, vt obiter dixi cap.pręcedenti sub num.3.6.& 7. idcirco operę pretium est videre initio. Nunquid testis infamis admittatur, seu repellatur à testimonio? Et quoniam egrediar extra Rubricæ cancellos procedam cum vna longa, & vera distinctione, quam omisimus facere in dicto cap.præcedenti. Aut igitur loquimur in causis criminalibus: Aut in causis ciuilibus: si in criminalibus: denuo distinguo: Aut loquimur in alio delicto, quàm hæresis, aut hæresis Si in alio delicto: denuo distinguo: Aut loquimur de eo, qui laborat infamia iuris: Aut de eo, qui laborat infamia facti. Si de eo, qui laborat infamia iuris, dico, quòd omnino repellitur à testimonio, vt tradunt Bar. in l.cunctos populos, num.12.C.de summ.Trinit.& fid.Cathol. & Rol.à Vall.cons.3.num.21.cum seq.lib.3. & hęc * est conclusio, quam admittunt omnes * sine controuersia, vt testatur pract.Conradi fol.77. numer. 12. quem refert & sequitur Clar.lib.5.recep.sent. q.24. versiculo, Item infamis, & confirmatur, quia si repellitur in ciuilibus, vt dixi infra nume.5. ergo à fortiori in criminalibus, in quibus testes eo habiliores idoneoresque requiruntur, quò requiruntur clariores probationes ad tradita per Soc.in reg.416. fall. 1. & per nos supra cap.63.sub num.1.versiculo. *Verum circa.* Hæc tamen conclusio declaratur, seu limitatur à Socin. vbi supra Reg.415.in fallentijs, & post eum à Menoch.de arbitr.iud.lib.1.q.27.nume.6.cum seqq.quos poteris videre: & tu eã intelligas, vt non aduersetur his, quæ dixi in cap. præcedenti. Si verò loquimur de eo, qui laborat infamia facti: res redditur paulò dubitabilior: tamen idem cõcludendum est, quòd repellatur per ea, quæ scripsi, loquendo in ciuilibus infra nume.5.& in proprijs terminis tradunt Bar.in dicta l.cũctos populos, sub nu. 12.Socin.dicta reg.415.& reg.416.fall.1.& Rol.à Vall.dicto cons.3.num.23.lib.3. & est similiter opi- * nio communis, * de qua testatur Alber.tract.de testi. lib.1.§.consequenter, nu.7.& seq. quem declarando refert & sequitur Clar. vbi supra: & tu eam declarationem habes ex his, quę scripsi dicto cap.pręcedenti: videlicet, vt ista opinio non procedat, quando deponeret in tortura, quia tunc in subsidium admittitur: eãdemq; declarationem tradit denuo, idẽ Clar.eod.lib.5.recept.sent.q.25.in principio, & hęc in alio delicto, quàm hęresis.

2 †Si verò loquimur in delicto hæresis, de quo particulariter sunt verba facienda, concludo totum oppositum, quòd admittitur siue sit infamis infamia facti, siue infamis infamia iuris, vt limitãdo tradit Ias. in dicta l.cunctos populos, num.46.C. de sum. Trinit.& fid.cath.in secunda lectura, & habemus textũ expressum in cap. in fidei fauorem, de hæret. in 6. quem textum ad hoc allegat Eymer. in Direct. Inquisit.par.3.q.64.& ibi Peg. comm.113. Et confirmatur ea ratione, quia si admittitur in crimine læsæ maiestatis, vt tradunt Soc.dicta reg.415. fall.1. Ias. vbi supra, & Menoch.dicta quæst.27.nume.7. ergo à fortiori in crimine hæresis iuxta ea, quæ dicebam supra cap.59.num.7.& seqq.

Verum circa hanc conclusionem ex allegato textu in cap.in fidei fauorem in illis verbis. *Præsertim in probationum aliarum defectum.* insurgit hæc non contemnenda difficultas. Si infamis qualis est excommunicatus, & socius criminis potest esse testis in causa fidei in defectum, & subsidium aliarum probationum: ergo in causa fidei est idẽ concludẽdum, quod in alijs causis: sicque nihil in ea est speciale, probatur consequentia, quia etiam in alijs delictis testis infamis recipitur in defectum, & subsidiũ aliarum probationũ, adhibitis tñ tormentis, vt tradunt Bar. in sæpe citata l. cũctos populos nu. 12. loquẽs tã de infame infamia iuris, q̃ de infame infamia facti, Soc.dicta reg.415. fall.4. latè comprobat Ias. in eadẽ l. cũctos populos nu.46.& 48.in fine, cũ seqq.tradit ẽt Menoch.dicta q.27.sub n.7.& est vera * Doctorum sentẽtia, de qua testatur Rol.à Vall. dicto cons.3.nu.51.lib.3.Vulp.cons.104.nu.5.& licet Clar.lib.5.recept.sent.q.24.versiculo, Item infamis, restringat hoc, vt procedat solum in teste infame infamia facti, tamen Bar & alij, allegati, volunt hoc procedere, etiam si sit infamis infamia iuris: & obiter nota tu, Procurator fiscalis, seu Criminalista, qui te geris Aduocatum, vt si velis, testes infames recipi in defectum aliarum probationum, præmittas, & probes hunc articulum, quòd veritas aliter haberi non potest, aliàs testes inhabiles non essent recipiendi, refert, & sequitur Rol. à Vall. dicto cons.3. num.47.lib.3. sed redeundo ad difficultatem, quid respondendum? Dicas, conclusionem hanc, firmatam in crimine hæresis, esse diuersam ab ea, quam firmauimus in alijs criminibus in eo, quòd in alijs socius criminis, seu alius infamis non admittitur in testem etiam in defectum aliarum probationum, nisi adhibitis tormentis, vt tradunt Doctores superius allegati, & præsertim Rol. dicto nu.51. Sed in causa hęresis potest admitti, etiam tormentis nõ adhibitis, vt ex sententia Simancę, & Pegnę dicebam supra cap.præced.sub nu.3. versicu. *Alij hoc totum.* quorum sententiam hac ratione munio, quòd quẽadmodum hoc delictum est præ cęteris grauissimũ, vt dixi supra cap. 59. ita etiam magis studendum

eſt, ne remaneat impunitum. Sed ſi teſtes infames eſſent torquendi, ſequeretur quòd tormentorum terror eos à teſtimonij prolatione non magis in iſto crimine, quàm in alijs arceret, & per conſequens nulla maior diligentia, nullumve maius ſtudium adhiberi videretur pro huius criminis punitione, quã pro punitione aliorum, quod eſt abſurdum: ſi quidem in odium tanti ſceleris multa ſpecialiter recepta ſunt: Igitur conueniens eſt, vt in iſta hæreſis labe admittantur teſtes infames etiam ſine tormentis: & in hoc conſiſteret ſpecialitas illius textus. Vel ponderando illud aduerbium. *Præſertim*, dicas, in iſto crimine hæreſis recipi teſtes infames etiam in non defectum aliarum probationum, Sed præſertim in defectũ: quia illa dictio *Præſertim* eſt dictio ampliatiua: & ampliatio non ſecus, ac exceptio, debet eſſe de regula, & hic eſt germanus, & verus intellectus. Et ſic firma remanet concluſio, quòd ſocius criminis, & quilibet alius infamis admittitur in teſtem in cauſa fidei cum tortura, & ſine tortura arbitrio iudicis, & ſecundum ſtylum loci ſicuti etiam admittit Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 21. verſiculo, ſcias etiam in fine.

3 † Amplia, ſecu declara iſtam concluſionem, vt habeat locum etiam in Iudæo, qui & ſi in alijs cauſis non poſſit eſſe teſtis contra Chriſtianum teſtibus Afflict. deciſ. 214. num. 20. & Crauet. conſ. 73. lib. 1. tamen in cauſa hæreſis admittitur cap. contra Chriſtianos, & ibi Gemin. Franc. & alij in verbo, Iudęos de hæret. in 6.

4 † Amplia, vt habeat locum etiam in excommunicato, dicto cap. in fidei fauorem, de hæret. in 6. Et in periuro, hæretico, & alio quouis infideli, vt Deo dãte, dicam ſuo loco. Et hæc in cauſis criminalibus.

5 † Si verò loquamur in cauſis ciuilibus: redeo ad eandem diſtinctionem: Aut laborat infamia iuris: Aut infamia facti. Si infamia iuris: dico, quòd adhuc repellitur à teſtimonio iuxta ea, quæ tradit Iaſ. in dicta l. cunctos populos. numero 46. & 48. in fine. C. de ſumm. Trinit. & fide cath. in ſecunda lectura: & comprobatur argumento l. Caſſius. ff. de Senator. cap. teſtimonium, de teſti. & cap. primo, de except. quæ iura loquuntur generaliter de repellendo teſtimonio eorum, qui aliqua infamiæ nota conſperſi ſunt: & de infamia iuris loquitur textus in l. 3. §. lege iulia. ff. de teſti. confirmari etiam poteſt, & aperte ex eo, quòd Doctores à me infra nume. ſequen. allegati circa teſtium admiſſionem, differentiam faciunt inter eos, qui ſunt infames infamia iuris, & eos, qui ſunt infames infamia facti.

6 † Si verò laborat infamia facti: res tunc videtur diſputabilis, Nam quòd adhuc repellatur ſuadetur, tum ex allegatis iuribus, quæ loquuntur indefinitè non magis in cauſis criminalibus, quàm in ciuilibus, nec magis de infamia iuris, quàm de infamia facti, tum ex his, quæ indefinitè tradit Bar. in l. prima. nume. 2. ff. de his, qui not. infam. & Crauet. conſil. 9. nume. 3. & in propria facti ſpecie, quòd repellatur etiam in cauſa ciuili tradit Socin. dicta reg. 415. Contraria opinio ſuadetur ex eo, quòd in cauſis ciuilibus non adeo claræ, vt in criminalibus, exiguntur probationes, & depoſitio teſtis infamis infamia facti eſt minus inhabilis, quàm depoſitio teſtis infamis infamia iuris, vt arguendo ſentit Rolan. à Vall. dicto conſ. 3. num. 23. & 24. lib. 3.

Et in proprijs terminis ita ſentit Socin. reg. 416. dicens, hanc eſſe regulam, vt teſtis, qui laborat infamia facti, non repellatur à teſtimonio, quam non limitat in cauſis ciuilibus. Eſt tamen ſibi contrarius, quia contrarium aſſeruit in regula præcedenti, ſed quia de hac re alibi latius diſſeram, idcirco pluribus non inſiſto.

7 † Quæro ſecundo, nunquid teſtes infames ſint torquendi in cauſis ciuilibus? Reſpondeo, hæc quæſtio non reſpicit noſtrum ſcopum: ideo dico tibi ſolum, quòd in praxi nunquam torquentur.

8 † Quæro tertio in propoſito noſtro: ad quam inquiſitionem viam aperiat dictum ſocij criminis in cauſa hæreſis? Reſpondeo: Nonnulli, quos refert, & ſequitur Ioann. de Amic. conſ. 27. numer. 2. tenent, quòd faciat indicium ad torturam, quod idem in crimine Sodomię deciſum fuit Venetiarum teſte Thom. Triuiſ. deciſ. 14. lib. 2. tu tamen teneas contrarium: nimirum, quòd in crimine hæreſis aperiat viam ad inquiſitionem, ad ſpecialem ſecundo modo ſumptã iuxta diſtinctionem, quam docui infra cap. 84. ſub numer. 3. & 4. quia in crimine hæreſis poteſt deueniri ad hanc ſpecialem inquiſitionem etiam ex leui ſuſpicione, vt dixi ſupra cap. 59. num. 9. & 10. & ſimiliter in crimine læſæ maieſtatis, vt refert & ſequitur Modern. in qq. crim. lib. 1. quæſt. 1. ſub nume. 44. verſiculo. *Amplia quarto.* in fine.

Amplia iſtam concluſionem, vt procedat etiam ſi iſte ſocius nominaſſet ex ſe ipſo, quia in crimine hæreſis illa ſpontanea depoſitio, ſeu inquam motus proprius ceſſat ex his, quæ ſcripſi ſupra cap. 56. num. 3. verſus finem, ibi. *Et quidem iſte modus &c.* & apertius in cap. 72. ſub num. primo. & pariter procedit etiam ſi nominauerit ſine tortura, quia, ex quo ſpecialiter in iſto crimine receptum eſt, vt etiam teſtes inhabiles admittantur, ceſſat tortura, vt docui ſupra ſub num. 2. & quod dixi aperire viam ad ſpecialem inquiſitionem ſecundo modo ſumptam intellige tu ad eam tranſmittẽdam cum citatione per ea, quæ docui dicto cap. 84. ſub num. 3. ibi. *Nos quid dicemus*, & in terminis in dicto cap. 59. ſub nu. 10. ibi. *per oppoſitum &c.*

9 † Limita modo, vt procedat ſolum reſpectu delicti principalis, & non reſpectu adminiculorum, ſeu circunſtantiarum, quia ad horum probationem requiruntur teſtes habiles, vt in alijs cauſis, quamuis delictum principale ſit hæreſis: vide Crauet. conſ. 6. nume. 11. & num. 57. vbi ſimiliter tradit, admitti ad probandum illud delictum tantum, & non aliud ſimile, in quo militaret eadem ratio, ſed non tanta: videto etiam Caroc. in Reg. Cum quid prohibetur lib. 6. par. 2. limitatione 5. nume. 1. 2. & 3. & Ant. Scapp. tract. iur. non ſcrip. lib. 5. cap. 40. nume. 21. cum ſeqq.

10 † His cognitis quoniã ſupra ca. 12. nu. 18. & ſeqq. & num. 51. docuimus, ſortilegia ſpectare ad iudices eccle-

eccleſiaſticos, & præſertim ad Inquiſitores: & ſæpe in eorum manus incidunt lamiæ, quarum aliqua nominat alias ſocias: quæro an illius dictum faciat aliquod indicium ſaltem ad inquirendum? Reſpondeo: Aut teſtatur de delictis commiſſis tempore, quo ipſa ſtrix deponens erat in illa diabolica tragedia, eaque dicit ſe tunc vidiſſe: & iſto caſu eius dictum non ſolum non faceret indicium ad torturam, ſed neque ad inquiſitionem ſpecialem, quia lamię, ſeu inquam ſtriges, cum reperiuntur in illis choreis, Dęmonum illuſionibus deceptę multa eorum ludificatione, & arte vident, quæ falſa, & ficta ſunt, & ipſæ vera exiſtimant: vnde malè faciunt non nulli crabrones Iudices, qui ad ſolam ſtrigis depoſitionẽ torquent, vt, quandoque factum fuiſſe à quodam ignaro Commiſſario, & propterea ex decreto Sacri, ac ſupremi Inquiſitionis Senatus debitas eum dediſſe pœnas, accepi.

Aut teſtatur de delictis, commiſſis alio tempore, & tunc poſſet facere aliquam fidem, prout vtrunque diſtinctionis membrum bene explicat Simanc. de Cath. Inſtit. tit. 37. nume. 15. Et hæc ſufficiant.

Reliquas difficultates, qualem ſcilicet probationem faciat dictum duorum ſociorum, & alias ſimiles diſſoluam, Deo fauente, in 2. libro. Interim poteris videre Peg. dicto comm. 113. par. 3.

De Inquiſitione Generali.

Cap. LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio generalis quotuplex ſit: quæ dicatur generaliſſima: quæ generalis quoad perſonas: quæ generalis quoad delicta: Et quæ generalis contra perſonas de neceſſitate.*

2 *Modus inquirendi generaliter qualis eſſe debeat.*

3 *Delictum eſſe commiſſum, hoc eſt, conſtare de corpore delicti non ſatis eſt, niſi conſtet etiam, illud fuiſſe ſcelere commiſſum, quod varijs oſtenditur exemplis, & quæ ſint principaliora ſigna ad cognoſcendum venenum, & ex quibus cauſis ſoleat generari, & quibus ex cauſis ſoleat mors ſubitanea obrepere.*

4 *Cincius nobilis ciuis Romanus ex ſobole Frangipania ortus cur aduerſus Benedictum Sextum ſe malè geſſerit.*

5 *Delictum non ſcelere commiſſum non dicitur delictum, & infra num. ſeq. & propterea proceſſus debet ſilere.*

6 *Delictum vbi nõ appareat, an ſit ſcelere commiſſum quid in dubio ſit præſumẽdum, & quomodo debeat procedi, vide reſolutionem num. 10.*

7 *Hæretici tolerandi ſunt, ſi ex non toleratione eorum ſequeretur læſio Chriſtianorum.*

8 *Suffocatus in puteo præſumitur ſuffocatus potius ob naturalem morbum, quàm delicto, & vbi appareat delicto fuiſſe ſuffocatum, præſumitur potius ſuffocatus ab alio, quàm à ſe ipſo.*

9 *L. 1. §. item illud. ff. ad Silla. habet locum etiam reſpectu inquiſitionis, tranſmittendæ vna cum citatione.*

10 *Delictum quando dicatur conſtare fuiſſe ſcelere commiſſum, & quando cadauer ſit exhumandum.*

12 *Inſpectio, ſeu inquiſitio delicti per euidentiã rei, quomodo ſit facienda, & quanti referat in inſpiciendis vulneribus deſcriptio eorum, & an ſint punctim, vel cæſim, & in qua corporis parte illata, & quo armorum genere.*

13 *Chirurgi, & Medici ſunt adhibendi ad inſpicienda vulnera, & quot eſſe debeant, & quomodo cadauer ſit recognoſcendum.*

14 *Relatio notarij, qui inſpexit corpus delicti, an ſufficiat ad hoc, vt dicatur conſtare de corpore delicti.*

15 *Relatio, & inſpectio corporis delicti, an poſſit fieri ab alia perſona, quam à Notario, & Iudice, & quid ſeruetur in ſtupro.*

16 *Teſtes, adhibendi in recognitione corporis delicti, an debeant eſſe periti circa rem recognoſcendam.*

17 *Inſpectio cadaueris, an ſit neceſſaria, ſi extent duo, vel tres teſtes, qui oculatim deponant contra delinquentem, quòd commiſerit illud homicidium.*

18 *Inſpectio delicti facienda per Latrũculatores, & Notarios maleficiorum vocatur communiter per totã Italiam viſum, & repertum.*

EGIMVS huсuſq; de inquiſitione generaliſſima, & de varijs indicijs, quorum quibuſdam diximus aperiri viam inquiſitioni generali, quibuſdam ſpeciali, quibuſdam ad torturam, & nonnullis ad condemnationem: verum de his, quæ non aperiunt viam inquiſitioni generali, nos ob materiæ connexitatem obiter egimus: principaliter autem de his ſolum, quæ aperiunt ad inquiſitionem generalem, de qua modo reliquum eſt, vt
1 agamus: † Vnde quęro in primis quotuplex illa ſit? Reſpondeo, ſecundum Amad. tract. de ſynd. num. 22. & Ang. tract. de malef. in verbo, Hæc eſt quædã inquiſitio num. 3. eſt quadruplex. Prima, quæ dicitur generaliſſima, de qua ſeorſum, & ſatis egimus ſupra ca. 69. Secunda, quæ dicitur generalis quoad perſonas, & ſpecialis quoad delicta, vt cum delictũ eſt notum, ſed ignoratur malefactor, vide Gãd. tracta. de malef. Rub. quomod. de malef. cognoſc. per inquiſit. num. 9. iunctis his, quæ tradit num. 7. Ang. vbi ſupra Afflic. in conſtitutione, ſi damna nu. 32. & 33. lib. 1. Maran. in ſuo Spec. par. 6. Rubr. de inquiſitione ſub nu. 8. ibi. *Sed primo ſit &c.* Boſſ. tract. crim. tit. de inquiſit. ſub nu. 2. Iodoc. in pract. crim. cap. 8. num. 16. ibi, *Tertia generalis &c.* Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 5. verſiculo, poterit igitur, & q. 20. in principio, & Moder. in qq. crim. lib. 1. quæſt. 1. numero 4. qui omnes loquuntur de hac generali inquiſitione, de qua poſſumus dicere, quòd loqui videatur etiam textus in l. quarta. §. mandatis. ff. ad legem Iul. pecul. & hæc alijs nominibus ſolet appellari. Nam Specu. titu. de inquiſit. §. quando. eam vocat

 præpa-

præparatoriam, & Iodoc. vbi ſupra eam appellat mixtam, ſeu, quod idem eſt, generalem, & ſpecialem ſimul.

Tertia, quæ dicitur generalis quoad delicta, & ſpecialis quoad perſonas, qualis eſt illa, quam facit Viſitator eccleſiæ contra exiſtentes in eccleſia ad inueſtigandum mores, & vitas eorum, & de iſta loquitur textus in cap. primo. §. ſanè, & ibi Gemin. & alij, de cenſibus, in 6, & ſcribunt Abb. in cap. primo. ſub nume. 6. de off. ordin. Maran. dicta Rubr. de inquiſit. nume. 14. & 32. Ang. in dicto verbo. Hæc eſt quedam inquiſitio. num. 6. & Rot. diuerſ. deciſ. 740. num. 5. par. prima. & qualiter ſe habere debeat Epiſcopus in corrigendis ſubditorum erroribus, vide omnino Concil. Trid. ſeſſ. 13, de reformat. cap. 1. & quia hoc non reſpicit noſtri operis ſcopum, ideo plu ribus non inſiſto: illud ſolum ex Additione ad Ang. vbi ſupra in litera. B. ibi. aliquem eorum, obiter hic refero, quòd cum per Iudicem eccleſiaſticum inquiritur ad punitionem criminum per pœnitentiam tũc poterit interuenire procurator, quia non dicitur cauſa criminalis, ſecus ſi inquireretur ad depoſitionẽ. Talis etiam dicitur inquiſitio, quæ fit contra officialem eiuſque familiam in ſyndicatu, quia dicitur etiã generalis quoad delicta, & ſpecialis quoad perſonas, vt exemplificant Ang. vbi ſupra, & Maran. dicta Rubr. de inquiſit. num. 28. & Clar. lib. 5. recept. ſent. quæſt. 6 verſicu. Cæterum: & de hac quia extant inſignes tractatus Franciſci Accurſij, Baldi, Bonifac. Amod. Catald. Par. de Put. Antonij Rondi. Ioſeph. Cum. & Hieron. Giacch. Lugienſis ad finem Iulij Clar. lib. 5. recept. ſent. ideo pluribus non agam.

Quarta, quæ dicitur generalis cõtra perſonas de neceſſitate, vt cũ inquiritur de aliquo maleficio contra aliquam Ciuitatem, & eius homines: ita declarat idem Ang. in dicto verbo. Hæc eſt quædam inquiſitio nume. 7. in qua Tu Regnicola Neapolitane quomodo procedere debeas habes in conſtitutione: ſuper inciſionibus, & ibi Affl. num. 31. & in conſtitutione: ſi damna, & ibidem Afflict. nume. 32. lib. 1. tradens, prius debere inquiri culpabiles, &, facta huiuſmodi inquiſitione, ſi non reperiatur malefactor, deueniri ad condemnationem pecuniarũ contra vniuerſitatem, aliàs inquit, omiſſa inquiſitione contra culpabiles, condemnatio contra vniuerſitatem eſſet ipſo iure nulla, quod refert, & ſequitur Maran. dicta Rubr. de inquiſitione num. 11. in fine, dicens, ſe iſtud pluries habuiſſe in facto, & feciſſe annullari plures proceſſus. Hæ ſunt quatuor ſpecies inquiſitionis generalis, quas enumerat Ang. in loco allegato, tradens ſingularum deſcriptionem: & hæ omnes ſpecies inquiſitionis generalis dicuntur inquiſitiones ad inueniendum delictum, vt tradunt Boſſ. tracta. crim. titu. de inquiſit. numer. 2, Clar. lib. 5. recept. ſent. quæſt. 50. verſiculo: item quia, & Rota diuerſ. deciſ. 740. numero 5. & 6, par. prima. Secundum Maran. dicta par. 6. de inquiſitione nume. 15. poteſt addi alia ſpecies, & erit quinta, quæ fit de bonis vacantibus, Fiſco deuolutis iuxta materiam legis vacantia, & ibi per Luc. de Penn. C. de bon. vacan. lib. 10. & huiuſmodi inquiſitionem olim particulariter faciebat in terris Carſeolorum Prouinciæ Aprutinæ Commiſſarius, vt dicitur, ſcadentiarum, qui bona morientium ſine liberis maſculis capiebat vti deuoluta ad Fiſcum Illuſtriſſimi ac Excellentiſſimi Domini Marci Antonij de Columna: ſiue ij decederent ex teſtamento, ſiue ab inteſtato. Hodie tamen, ſicut accepi, illa loca redimerunt ſibi ius teſtandi, & ſuccedendi ab inteſtato iuxta diſpoſitionem iuris communis.

Sed quicquid ſit de hac generalis inquiſitionis quotuplicitate, ſeu diuiſione, quæ à nobis in præſentiarum eo maximè recipienda non eſt, quòd de generaliſſima inquiſitione egimus, vt dixi, ſeorſim, tanquam de inquiſitione diuerſi generis: dico quòd inquiſitio generalis, de qua modo agimus, eſt illa ſola, quam poſui ſupra in ſecunda ſpecie, videlicet, quando inquiritur generaliter delinquens, & ſpecialiter delictum. Etenim ad agnoſcendum, an inquiſitio ſit generalis, nec ne, inſpiciendum eſt, an perſona inquiratur generaliter, vel ſpecialiter, & à modo inquirendi contra perſonam denominationem ſumet ipſa inquiſitio: Vnde malè à Doctoribus, relatis, cenſeo appellari inquiſitionem generalem illam, quæ fit contra officialem in ſyndicatu, cum in ea inquiratur ſpecialiter perſona.

2 † Quæro ſecundo: poſtquam iudici eſt aperta via ad hanc generalem inquiſitionem ex his, quæ docui cap. 71. & ſeqq. qualiter ſe debet gerere in inquirendo? Reſpondeo, in primis debet capere informationem de delicto, vt de eius corpore liqueat ſicut docui ſupra dicto cap. 71. num. 3.

3 † Verum quia non ſatis eſt, apparere de Veſtigijs, & corpore delicti ad hoc, vt delictum dicatur, niſi conſtet etiam, illud ſcelere fuiſſe commiſſum, vt tradit textus in l. prima. §. item illud. ff. ad Sillãn. cuius verba retuli infra ſub num. 6. Ideo poſtea inquirendum ſtatim eſt, an ſit ſcelere commiſſum, nec ne, præſertim in materia homicidij: quia quandoque haud apparet, an ſit ſcelere commiſſum, vel natura potius, & accidentaliter euenerit: exempli gratia: ſi reperiretur cadauer in puteo, inſpiciendũ eſt, an homo ſeipſum in eum præcipitem dederit, ſeu caſu ceciderit, vel potius fuerit ab aliquo impulſus, ſeu inquam vi deiectus: ſicut in facti contingentia conſuluit Dec. conſ. 438. quem etiam retulit, & ſecutus eſt Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 4. verſiculo. Hæc autem omnia.

Item ſi in ano pueri querelantis de ſtupro, & Sodomia cum fractura appareat ruptura, videndum eſt in quo loco appareat: & vbi appareat in rimis podicis, inſpici oportet, an potuerit prouenire ex aliqua inflammatione, ſeu apoſtemate, idque cognoſcetur ſi tota ani corona, & circumferentia eſſet inflammata, & vlterius febris cauſata, & denique Chirurgorum peritorum iudicium quamprimum adhibendum eſt: qui hoc diiudicent; & dico: quamprimum, quia, re adhuc recentiori exiſtenti; facilius diſcerni poterit, vnde illa ruptura poſſit eſſe cauſata. Debet pariter inſpici membrum querelati: quia ſi illud paruum ſatis appareret, facilius

facilius poſſet dignoſci, quòd querela ſit falſa, vt latè hæc omnia in caſu cuiuſdam Manuſſi querelantis præceptorẽ de Sodomia cum fractura latè docet Thom. Triuiſ.deciſ.13.num.4.& ſeqq.num.11. num.26. per totum, lib.2. Item ſi in aliquo cadauere apparerent aliqua ſigna veneni, videndum erit, an ſit venenum ab aliquo propinatum, vel potius ex ſe ipſo in corpore ob aeris corruptionem genitum, ſicut in facti contingentia declarat Gramm. vot.31. nume. 21. Nam humorum malitia poteſt gignere venenum, & præſertim retentio menſtruorum in mulieribus, vt docent Medici, ad quos vna cum Boſſ.tractat.crim.titu.de delict.num.5. omnino me remitto. Principaliora tamen ſigna, quæ traduntur ad cognoſcendum venenum ſunt iſta: ſi corpus cremetur, & cor remaneat illeſum, præſeruatum à veneno. Item ſi in toto corpore appareant liuores & ſpumæ, ore fluentes. Hoc tamen ſignum poſſet eſſe fallax: quia poſſet procedere ex febre peſtifera, ſeu morbo acuto citra veneni cauſam, vide de his Boſſ.dicto titu.de delict.nume.5.& 6. Et Foller. in pract.Crim.ĩ verbo. Capiat informationem ſub nume.16. & 26.per totum, & in verbo. Item quod ſororem venenauit nume.4. 13. & 16.qui medicorum auctoritate narrat quæ ſint ſigna veneni, melius quàm alius hucuſque ex noſtratibus fecerit. vide etiam Moder.in qq.crim.lib 1.queſt.2.num.31. cum ſeqq.

Item ſi reperiatur homo repente mortuus ſine febre, aut alia morbi ſpecie: inſpiciendum eſt, an ſit mortuus ex facto hominis ad necem ordinato, vel potius ob aliam cauſam, quæ non tendat ad malum: ſi quidem ex pluribus cauſis citra omnem delicti ſpeciem poteſt repentina mors obrepere, & prima ob nimium gaudium, ex quo, vt tradunt Galen. lib.2.cap.5.de ſymptomaton cauſis, & Alex.Aphrodis.problem.21. tanta fit cordis relaxatio, vt virtus vitalis vnà cum innato calore tota egeratur, ac diſſipetur, vnde ſyncope, & repentina mors quandoq; oritur.

Secunda: ob nimium timorem, vt tradunt idem Galen.loco citato: & Plin.lib.7.natur.hiſtor.ca.36. alia exempla poteris videre apud Tit. Liu. Deca.3. lib.2.& Val.Max.lib.9.cap.12. & Plin. dicto lib. 7. cap.32.& 53.& huc ſpectat memorandum exemplum, quod ſucceſſit Beato Fratri Ioanni de Capiſtrano, dum ante Religionis ingreſſum eſſet Fiſci Patronus in Ciuitate Parthenopeia, qui vt poſt Parid. de Put. refert Boſſ.tracta.crim.titu. de examin. reorum, nume.4. obtinuerat condemnari quendam in amputatione capitis, finxeratque ad eandem pœnam condemnatum eſſe illius filium: Verum, abſciſſo à ceruicibus capite patri, tantus timor inuaſit filium, qui erat præſens, & innocens, vt illico deceſſerit, quod conſcientiæ Capiſtrani, qui finxerat ad eruendam veritatem à filio, adeo graue viſum fuit, vt ſtatim officio renunciauerit, & factus ſit ordinis Sancti Franciſci. Huc etiam pertinet exemplum illius Rei, qui cum nonnullos graues viros de graui crimine inculpaſſet, Iudexque valde ſatageret certiorem fieri, an illi inculpati verè commiſiſſent illud delictum, ficte illum Reum condemnauit ad pœnam vltimi ſupplicij, & mandauit in actu vltimi ſupplicij ſibi fictè infligendi interrogari in animæ iudicio, ſi verum erat, quòd inculpati per eum delictum commiſerint. Sed reus, ignorans fictionem, factis ſibi interrogationibus, mortis imminentis timore obijt, vt poſt Parid.de Put. refert, Flam. Cart.in ſua pract.de interrogan.reis lib.2.cap.1.nu. 51. Et Ariſt.problem.5. ſect.7. ait, lipotomiam eos quandoque incidiſſe, qui ſolum vidiſſent homines laqueo ſuffocari.

Tertia: ob nimium cibum, & potum, vt apud Euſebium legitur de Domitio Aphro, qui redundans cibi ſuperfluitate in cœna perijt, & apud Gregor. Turonenſem de Childerico Saxone, qui cum in cęna ſe vſque ad aures cibo ingurgitaſſet, eo ſuffocatus, repertus fuit mortuus in lecto.

4 † Quarta: ob nimiam ſitim, & famem, vt quidam recenſent de Benedicto Sexto, qui à Cincio Ciue Romano nobilis familiæ Frangipaniæ in carcerem detruſus fame perijt: Sicuti teſtantur Gilb. Genebrardus lib.4.Chronol. M. Ant. Coccius Sabellicus, & Platina in locis infra allegatis, ſed qua de cauſa Cincius id fecerit Scriptores non aperiũt: teſtibus etiam ijſdem M. Ant. Coccio Sabellico Enneadis 19.lib.2. qui, loquens de eiuſmodi impio facinore, ſubdit. *Mirum videri poſſit, quòd tam atrox, & impium facinus vltorem non inuenerit: video quoſdam ſuſpicari non iniuria in eum ſæuitum, ſed qua culpa non expediunt.* Et Platina de Vitis Pontificum, qui in vita Benedicti Sexti, ſic inquit. *Sed vereor, ne talia fuerint Benedicti merita, quale præmium à Cincio conſecutus eſt:* Sed vtcunque ſit male fecit, & certiſſimum eſt, quòd iſte Cincius Frãgipanius fuit homo in Vrbe factioſus, vt teſtantur præcitati, & præſertim Coccius vbi ſupra, & quòd in hoc degenerauit à deuotione, & pietate huius tã nobilis familiæ Frangipaniæ: idem nonnulli ſcribũt de Bonifacio Octauo, capto à Sciarra Columnæ, & de Pomponio Attico, qui correptus morbo quodam in ſenectute ſeipſum cibi abſtinentia ſuffocauit, & de Cleante Philoſopho Zenonis diſcipulo, qui, dum ſibi cibum ſubtraheret, vt cuidam morbo, quo laborabat, mederetur, nimia inedia ſe peremit.

Quinta: ob immoderatum coitum, vt apud Iouianum Pontanum in Opuſculo de obedientia legitur de Beltrando cognomine Ferrerio, qui Barcellona in venere expirauit: & quandoque etiam præ nimio riſu, vt apud Val.Maxim.legitur de Philemone Poeta, qui videns Aſinum ficus menſæ paratas comedentem, tanto diffluxit riſu, vt eo expirauerit.

5 † Facta huiuſmodi inquiſitione: Aut conſtat, delictum nõ eſſe ſcelere commiſſum: Aut res eſt dubia: Aut conſtat, eſſe ſcelere commiſſum. Si primo caſu vt in exemplo, quod recenſet Boſſ.tract.crim. tit. de delicto nume.3.de illis ducentis viris, quos de anno Domini 1522.in vigilia Sancti Petri Mediolani in Caſtro Portæ Iouis vna cum duobus Præfectis Arcium fulgur interfecit: tunc proceſſus debet omnino ſilere, vt aduertit etiam Clar. lib.5.recept. ſent. quæſt.4. in fine: & certè iudex, qui adhuc in re clara inquireret, helleboro potius egeret, quàm Prætura.

6 †Si in ſecundo caſu, quando ſcilicet nõ apparet, an ſcelere, vel non ſcelere fuerit commiſſum: tunc poteſt dubitari: nunquid iudex poſſit vlterius procedere, formando etiam ſpecialem inquiſitionẽ, vel debeat ſimiliter ſilere? Reſpondeo, quòd conſideratione prima videtur dicendum, quòd poſſit vlterius procedere, idque ſuaderi videtur duobus potiſſimis argumentis, primo, quia in dubio debet præſumi fuiſſe ſcelere commiſſum, ex quo talia hominis culpa frequentius ſolent accidere ſecundum Boſſ. dicto titu. de delict. nume. 10. in fine: quod videtur etiam de mente Baldi in dicta l. prima. §. item illud. ff. ad Sillan. dicentis non poſſe procedi ad condemnationem, ſed bene ad inquirendum.

Secundo, quia textus in dicto §. Item illud requirit, quòd conſtet de ſcelere, non quãdo ageretur de formanda ſpeciali inquiſitione, ſed ſolum quando ageretur de inferenda tortura: Hæc enim ſunt verba illius textus.

Item illud ſciendum eſt, niſi conſtet, aliquem eſſe occiſum, non haberi de familia quæſtionem: liquere igitur debet ſcelere interemptum, vt ſenatuſconſulto locus ſit.

Contraria ſententia eſt vera, & communis: * quòd niſi prius conſtet, fuiſſe ſcelere commiſſum, Iudex non debeat formare inquiſitionem ſpecialem, ſecũdo modo ſumptam, quia non poteſt formari, niſi prius conſtet de delicto, Auguſt. ad Ang. tractatu de malef. in verbo. Quod fama publica, ſub num. 108. Boſſ. dicto titu. de delict. nume. 14. & 26. Maran. in ſuo Spec. par. 6. nume. 17. cum ſeqq. Marſ. in pract. crim. in principio ſub num. 4. ibi ſcitote Rol. à Vall. conſ. 51. nume. 11. 14. & 15. lib. 1. Vulp. conſ. 57. nu. 6. & Flam. Cart. in ſua pract. interrog. reor. lib. 6. ca. 2. num. 4.

Et faciunt quæ ſcripſi ſupra cap. 42. ſub nume. 6. & cap. 71. ſub num. 3. ibi, *Et videtur dicendum.* Et quòd donec non conſtat de corpore delicti, manus Iudicis ſint ligatæ, vt reum interrogare nõ poſſit tradit Marſ. conſ. 12. nume. 34. conſ. 14. numero 15. & conſ. 18. nu. 4. quem refert, & ſequitur Flam. Cart. in pract. interrogat. reorum dicto cap. 2. nume. 2.

Et intantũ eſt vera iſta ſententia, vt debeat prius conſtare de corpore delicti, vt ſi de illo non conſtaret, inquiſitio corrueret, ſicut generaliter notat Boſſ. dicto titu. de delicto num. 53. At de delicto non dicitur vnquam conſtare, niſi conſtet etiam, quòd ſcelere fuerit commiſſum, quia antea in propoſito iſto non diceretur delictum, vt patet ex exemplis adductis, & in proprijs terminis aduertit Boſſ. vbi ſupra numer. 4. dicens, quòd debet conſtare de qualitate mortis: quia non dicitur conſtare de facto, niſi etiã conſtet de qualitate facti: Igitur non poteſt formari, niſi conſtet, quòd delictum ſit ſcelere commiſſum. Nec obſtant adducta in contrarium pro prima opinione. Nam ad primum reſpondetur, contrariam propoſitionem eſſe veram, nimirum, quòd in dubio non ſit præſumendum delictum. l. meritò. ff. pro ſoc. tradunt Marſ. Rubr. de fideiuſſ. numer. 47. cum ſeqq. & Gramm. deciſ. 18. nume. 5. & hæc eſt concluſio communis, * quæ procedit etiam in cauſa hæreſis, vt refert & ſequitur Pegn. in comm. ad Director. Eymer. par. 3. commen. 111. §. Sed cum in dictis: pro qua concluſione facit illa regula, quòd promptiores debemus eſſe ad abſoluendum, quàm
7 ad condemnandum. † Vnde Gundiſſ. tract. de hæret. quæſt. 6. nume. 1. tradit tolerandos eſſe hæreticos, ſi ex eorũ punitione læderentur Chriſtiani iuxta exemplum Domini noſtri Redemptoris Ieſu Chriſti Matth. 13. prohibẽtis extrahi zizaniam, ne fortè cum ea eradicaretur triticum. Quare ſi nocẽs non poteſt puniri ſine damno innocentis abſtinendum eſt à punitione, quia melius eſt nocentem abſoluere, quàm innocentem punire.

8 † Ex his infero, bene ſenſiſſe Foller. ĩ pract. crim. in verbo, quod ſuffocauit vxorem numer. 9. & 27. dum tradit, repertum ſuffocatum, aliquo non exiſtẽte indicio, quòd facto hominis fuerit ſuffocatus, præſumi ſuffocatum ex naturali morbo, & ſubitanea morte iuxta exempla à nobis ſupra relata ſub nume. 3. Infero pariter Vulpelli conſilium primum, nume. 25. poſſe defendi, dum concludit, præſumendum eſſe, quòd ille Ioannes Ludouicus repertus ſuffocatus in fonte ſe ipſum illuc impulerit, vitæ tędio affectus, & ſuperueniente inſania.

Nec obſtat his, quòd mortem ſibi conſciſcenti denegetur eccleſiaſtica ſepultura, glo. in cap. placuit in verbo, ad ſepulturam 23. quæſt. 5. & Rom. ſingu. 264. & quòd repertus mortuus in puteo non ſit priuandus eccleſiaſtica ſepultura, ex quo non preſumitur, quòd ſibi mortem intulerit repugnante inueriſimilitudine, Dec. in l. 2. num. 14. C. qui teſt. fac. poſ. Plot. inter conſ. crim. diuerſ. conſ. 130. nume. 82. lib. primo. & Socin. Iun. conſ. 51. lib. primo. quem refert, & ſequitur Placha. in Epito. delict. ca. 23. num. 15. Et proinde præſumendum ſit, quòd ab alio fuerit illata, & ſic debeat præſumi delictum. Nam reſpondendo diſtinguo: Aut ſumus in dubio, an mors euenerit caſu, vel culpa potius, & facto hominis: & ſuccedit regula, quòd ad excludendum delictũ præſumitur caſu eueniſſe. Aut apparet, mortem ſecutam fuiſſe culpa, & facto hominis, ſed ignoratur, an facto ipſius mortui, vel potius facto alterius, vt in caſu deducto in contrarium: & tunc, retorquendo argumentum, dico: quia minus delictum eſſet ſi mors ſecuta fuiſſet ex facto alterius, quàm ſi eſſet ſecuta facto ipſius mortui: ideo præſumi ex facto alterius ſucceſſiſſe. Nam ſi fieri debet interpretatio ad excluſionem delicti, ergo debet fieri ad excluſionem maioris delicti, vt tradit Rot. diuerſ. deciſ. 808. nu. 3. par. prima. quia valet argumẽtum de toto ad partem l. quæ de tota. ff. de rei vend.

9 † Ad ſecundum reſpondetur, quod & ſi ille textus in §. Item illud. loquatur de tortura, tamen habet locum etiam in inquiſitione ſpeciali, vt patet ex his, quæ dixi ſupra ſub nume. 6. ibi. *Contraria ſententia.*

10 † Cæterum aduerte, quòd & ſi hæc omnia vera ſint, tamen ad propoſitam facti ſpeciem accõmodari non poſſunt: vnde modo reſolutiuè agẽdo, diſtinguo: Aut factum eſt eius naturæ, vt ex inſpectione eius veſtigiorum poſſit certa haberi ſcientia nũquid fuerit ſcelere commiſſum, vel nõ: Aut non eſt eius naturæ, vt iſta certa ſcientia poſſit haberi ex eius inſpectione,

spectione, & propterea inhærendum est depositioni testium. Si potest haberi: dico idem, quòd in primo casu: quia, si non constat, fuisse scelere commissum, constabit necessario, non scelere esse commissum. Si non potest haberi certior quàm ex depositione testium: concludo, quòd qualia erunt indicia, resultantia ex illis depositionibus, talis poterit formari inquisitio.

Si verò sumus in tertio casu, quando scilicet apparet, scelere fuisse commissum: tunc iudex, vlterius respiciendo, debet videre, an ex informatione capta resultent contra aliquem indicia, &, vbi non resultent, debet adhuc generaliter inquirere: Si verò resultent: tunc vel sunt sufficientia ad formandam inquisitionem specialem, vel non: si sufficiant, illam formabit, sin minus, continuabit inquisitionem generalem: Quæ autem indicia sufficiant, & quæ non declaraui infra cap. sequenti: nu.4. & seqq.

11 † Verum difficultas insurgit, quando dicatur cōstare de delicto, seu delictum esse scelere commissum iuxta theoricam, quam tradidi supra sub num. 6. ibi. *contraria sententia*? Et quidem prima consideratione videtur ita dicendum, quando plenè cōstat argumento textus in dicto §. Item illud. ibi. *liquere igitur debet*, & notant Bal. & Ias. in l. si quando: alter sub num. 1. & alter num. 12. C. vnde vi, vide Ioseph. Mascard. qui multos allegat. tract. de ꝓbat. lib. 2. conclus. 830. num. 5. & post eum Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 2. num. 6.

In contrarium, quòd satis sit, si de eo constet per indicia, & coniecturas faciunt quæ scripserūt Gād. tract. de malef. rubr. de præsumpt. sub nume. 6. ibi. *Aliud etiam*, & Boss. tract. crim. tit. de delict. nume. 19. & 23. qui aiunt, satis esse quòd Iudici constet de maleficio per indicium.

Quid dicendum? Respondeo, distinguendo: aut loquimur quoad effectum inquirendi generaliter: Aut quoad effectū inquirendi specialiter contra aliquam certam personam. si quoad effectum inquirendi generaliter: dico, satis esse, quòd constet per qualequale indicium: Vnde sufficit quelibet denūciatio, & quælibet querela: Et hoc est clarum, quia his diximus aperiri viam ad inquirendum generaliter: si quoad effectum inquirendi specialiter, denuo distinguo: Aut sumus in delicto facti permanentis: Aut in delicto facti transeuntis: Si in delicto facti permanentis: denuo distinguo: Aut loquimur de inquisitione, quæ fit, solum interrogando specialiter testes de delinquente: Aut de ea, quę format, transmittiturque vna cum citatione iuxta declarationē, quam faciebam supra cap. 81. sub nume. 3. ibi. *Aly & multi*: si de ea, quę consistit in interrogatione testium specialiter: dico quòd sufficit, si de eo constet per aliquod indicium, seu depositionem alicuius testis iuxta ea, quæ docui infra cap. seq. nu. 5. si de ea, quæ trāsmittitur vna cum citatione: dico, quòd debet de eo constare plenè, & liquidè per rei euidentiam, si delictum possit oculis subijci. Vnde si vulneratus decederet ante inspectionem vulneris, possetque adhuc exhumari corpus, & inspici vulnus, non esset inquirendum, nisi post factam vulneris inspectionē iuxta tradita per Mars. in pract. crim. in principio sub num. 4. & Clar. lib. 5. recept. sent. q. 4. versiculo, quando verò, & ita procedat textus in sępe citato. §. Item illud, sed finge, vt mihi quandoque in facto euenit, Episcopum esse absentem, & Vicariū nolle licentiam exhumandi impartiri: nunquid poterit formari specialis inquisitio? Respondeo, quòd sic, & poterit procedi vsque ad condemnationem, & executionem per ea, quæ in alio proposito adduxi supra cap. 11. sub num. 81. Bene verum est, quòd plures testes quam duos examinarem ad hoc, vt diceretur constare de morte, & hæc, quādo delictum est facti permanentis. Si verò sumus in delicto facti transeuntis, similiter distinguo: Aut loquimur de inquisitione, quæ consistit in interrogatione testium specialiter de delinquente, & dico, quòd de eo dicetur constare per querelam: Item per denunciationem, & similia, vt tradit Clar. dicta q. 4. versiculo, scias tamen, & q. 55. versiculo, quomodo autem. Vnde malè meo iudicio videtur contra eū sentire Moder. dicta q. 2. num. 13. Aut verò loquimur de ea, quæ formatur, & transmittitur vnà cum citatione, & iste casu dico, quòd satis est, si de eo cōstet per indicia, seu probationes iuxta ea, quæ docui infra dicto cap. seq. nu. 6. & seqq. & ita procedāt quæ adduxi in contrarium ex Gandino, & Boss. qui dicto num. 19. expressè loquitur in delicto facti transeuntis: Et quoniam in omnibus casibus, in quibus non potest habere locum probatio per euidentiam rei, debet sufficere probatio, resultans ex depositione testium, & ex indicijs: ideo dico quòd si dubitaretur an delictum esset scelere commissum, vel non, sufficeret probatio ex depositione testium, hoc est, peritorum, seu per indicia, vt bene deducit Thom. Triuis. decis. 13. nume. 28. & 29. lib. 2. in casu illius Manussi, dicens, satis esse, quòd de delicto appareat præsumptiuè, cum aliter apparere non possit.

12 † His cognitis, reliquum est, vt, redeūdo ad principale institutum, videamus quomodo sit facienda inquisitio delicti per rei euidentiam, & resolutiuè procedendo dico, quòd, facta accessione ab ipsomet Iudice vnà cū Notario, vel à Notario solo ad locum delicti iuxta ea, quæ docui supra cap. 71. nu. 3. Notarius debet diligenter scribere omnia vestigia, & signa, denotantia delictum: exempli gratia, si accesserit ad recognoscendum cadauer, & videndum homicidium secutū ex vulneribus, debet scribere omnia vulnera, & loca in quibus sunt illata, & an sint punctim, vel cæsim: item an lethalia, profunda, & qualia, vt docent Bar. in l. fin. num. 2. ff. de quæst. Ang. in l. si in rixa num. 2. ff. de sicar. & Ang. de Aret. tract. de malef. in verbo, Quod fama publica num. 108. Boss. tract. crim. tit. de delict. nume. 24. Iodoc. in pract. crim. ca. 75. num. 1. Rol. à Vall. cons.
* 51. num. 10. lib. 1. & hæc est practica communis * & consuetudo, de qua testatur Clar. dicta q. 4. versiculo, quando verò, & post eum Gasp. Caball. super Constitutionibus Marchiæ lib. 4. cap. 1. sub nu. 1. & Modern. dicta q. 2. num. 4.

Et ex hac distincta, accurataq; descriptione duplicem vtilitatem exoriri tradit Boss. loco proximè citato: primam, quia: quando aliquis à pluribus occiditur, posset vnus teneri de occiso, alius de percussione,

sione, & alius de vulnere iuxta qualitatem vulnerum: Secũdam, quia ex huiusmodi descriptione iudex deueniet in cognitionem an testes verum deposuerint: siquidem quandoque deponunt plura, quam reperiantur per rei inspectionem quæ superat omne genus probationis, vt dixi supra c. 71. sub num. 3. ibi. *At delictum facti permanentis &c.* Debet etiam annotari quo genere armorum sit illatum vulnus, quia ex eo deprehenditur qualis fuerit animus vulnerantis, vt tradit Boss. tract. crim. tit. de inquisit. nu. 109. Debet etiam, vt dixi, scribi locus vulneris, quia si sit illatum in facie non est lethale, prout bene notat Clar. lib. 5. recept. sent. q. 89. versiculo, pone aliquis, in fine.

13 † vt autem vulnerum qualitates cognoscantur sunt adhibendi Medici, & Chirurgi, qui, præstito iuramento, per modum examinis debent interrogati referre penes acta qualitatẽ vulnerum, sicut tradunt Foller. in pract. crim. in verbo, capiat informationes num. 4. 13. 29. & 30. & Iodoc. in pract. crim. dicto cap. 75. nume. 1. & iudices, qui aliter facerent, non seruarent rationem iudicãdi, & possent insontes, sicut sontes damnare præsertim in puris rixis, in quibus cuiusque ictus est attendendus, vt tradit Cason. tract. de indic. & tormen.. de atrocitate præmeditati &c. cap. 2. De viso, & reperto sub nume. 2. Dixi, adhibendos esse Medicos, & Chirurgos, quia debent esse duo periti, & vnus non sufficit: textus est in ca. significasti, il secũdo. de homicid. ibi. *Vt peritorum iudicio &c.* & tradit Felyn. in cap. proposuisti nume. 7. de probat. vbi ponit etiam limitationes inter quas illa præcipua est, quãdo peritus esset salariatus à publico, quia sufficeret eius relatio. Secunda est, quando in illo loco vnus, & non plures reperirentur: Cason. tamen vbi supra num. 6. ait quòd de consuetudine sufficit vnus peritus. Dixi etiã, eos debere referre præstito sibi prius iuramento: nunc aduerte, quia vel sumus in casu, in quo relatio potest fundari in veritate, & tunc requiritur iuramentum veritatis, vel in casu in quo potest fundari solum in credulitate, & tunc sufficit iuramẽtum credulitatis, vt declarant Felyn. dicto nume. 7. ibi. *Tertia conclusio*, Cason. dicto tract. de atrocitate præmeditati cap. 4. sub nume. 2. & Gail. in pract. obseru. lib. 2. obseru. 111. num. 19. Debet etiam iudex seu Notarius in homicidio facere recognosci illud cadauer, examinando testes, qui illum hominẽ cognouerunt dum esset in humanis. Quòd si nõ habeat testes, qui illum recognoscãt: Notarius describet eum per vestes, & signa, vt bene admonet Clar. lib. 5. recept. sent. q. 4. versiculo. Quando verò, quia non est necessarium scire nomen offensi iuxta ea, quæ scripsi infra. cap. 97, sub nu. 172. & seqq.

14 † Occurrunt modo circa præscriptam relationẽ faciendam quatuor difficultates, & prima, nunquid stetur soli Notarij relationi, vtputa: si referret, se vidisse fracturam ostij, seu capsulæ, in qua dicitur commissum furtum? Respondeo: prima fronte videtur dicendum, quòd sic, quia, quemadmodũ creditur Nuncio, referenti, se citasse, ex quo relationẽ facit de re spectante ad suum officium, ita quoque debet credi Notario, referenti de corpore delicti. Contrarium seruatur in practica, vt docent Foller, in dicto verbo, capiat informationes num. 4. Iodoc. dicto cap. 75. num. 1. & 3. & Clar. dicta q. 4. versiculo. Quando verò &c. ibi, *& debet*, volunt namque isti Doctores quòd cadauer occisi sit recognoscendum per testes: Ergo dico: non sufficit quòd notarius solus recognoscat, præsupposito quòd illum occisum, dum esset in humanis, cognosceret, & quòd inspectio sit facienda præsentibus testibus seu scabinis tradit Iodoc. dicto num. 3. quem poteris videre, huiusque practicæ ratio illa est, quòd de delicto facti permanentis debet liquidè, & plenè constare, vt in l. 1. §. Item illud ff. ad Syllan. Ergo debent adhiberi duo testes, quia nõ in ore vnius, sed duorum vel trium consistit omne verbum: faciunt quæ scribit de denunciatione officialium in eodem proposito Moder. in qq. crim. lib. 2. q. 52. num. 179.

15 † Secunda difficultas: nunquid hæc relatio, & inspectio delicti possit quandoque fieri ab alia persona, quàm à Notario? Respõdeo, quòd sic causa honestatis, vnde in crimine stupri mittuntur obstetrices, quæ inspiciant partes pudendas, & , vbi illæ cũ iuramento retulerint, commissum esse stuprum, seu ita se iudicare, satis dicetur constare de stupro, vt admonet Clar. dicto versiculo, quando verò in fine. &, quia hęc relatio stupri debet fieri non ab vna, sed à pluribus obstetricibus, vt tradunt Par. de Put. tract. Synd. in verbo, Tortura 111. cap. 6. sub num. 2. & Simanc. de cath. instit. tit. 54. num. 2. vbi ait, debere fieri à tribus, non requiruntur meo iudicio alij testes.

16 † Tertia difficultas: nunquid testes adhibendi in recognitione debeãt esse necessario periti rei recognoscendæ? Respondeo: Aut recognitio fit super re clara: Aut super re ambigua: si super clara: dico quòd non, vtputa, quando inspicitur fractura ostij seu quid simile: si super ambigua: dico, quòd sic: vtputa, quando inspicitur cadauer mortui ex veneno: quia debent adhiberi Medici, qui iudicent: an mors prouenerit ex veneno iuxta ea, quæ docui supra nu. 3. Nam si adhiberentur testes non periti, diceretur quidem constare de corpore facti, sed non de corpore delicti, quia, vt loco citato dixi, debet constare, an sit scelere commissum ex relatione peritorum.

17 † Quarta difficultas: finge, commissum esse delictum facti permanentis, vtputa homicidium in personam Titij, eiusque cadauer heri fuisse sepultum ita, vt possit adhuc recognosci, & inspici vulnus, si exhumetur: finge etiam, examinatos esse duos aut tres testes, qui deponant, se vidisse Meuium commisisse dictum homicidium: nunquid dicetur liquidè cõstare de corpore delicti ita, vt Iudex possit formare specialem inquisitionem contra Meuium, eũque citare? Respõdeo, credo quòd prima facie quilibet responderet affirmatiuè, quoniam satis videtur liquere de corpore delicti, & de delinquente, & illa inspectio si esset facienda à Curia, non aliter fieret quàm adhibitis duobus testibus, vt dixi supra num. 14.

Sed tamen contrarium arbitror verum: nimirũ, quòd cadauer, si possibile est, adhuc inspici debeat, & prius non sit formanda inquisitio, & per consequens multo minus sententia condemnatoria, & moueor

moueor ex duobus: primo, quia natura proceſſus criminalis eſt vt iudex nõ acquieſcat debilibus, ſeu validis probationibus, ſi poteſt habere validas, ſeu validiores, vt dixi ſupra cap. 71. ſub nume. 3. ibi. *At delictum facti permanentis &c.* Sed nulli dubium, quòd inſpectio delicti ſuperat omne genus probationis, vt dixi eod. num. 3. igitur ea eſt adhibenda. Secundo, quia ſi diceretur conſtare de corpore delicti per inſpectionem, quando duo teſtes deponerẽt de viſu ſequeretur, ꝙ in hoc non remaneret differentia inter delictum facti permanentis, & delictum facti tranſeuntis, quia etiã in delicto facti tranſeuntis poſſet conſtare de delicto, ex quo teſtes poſſent deponere, quòd viderunt, quando Titius colaphum impegit Meuio, ſeu verba hæreticalia protulit, ſed hoc conſequens eſt falſum, quia in delicto facti tranſeuntis, quod poſt ſe non reliquit veſtigia, dicimus quòd non poteſt conſtare de corpore delicti per inſpectionem, vt docui ſupra dicto num. 3. ergo eſt falſum antecedens. Et quòd iſta opinio ſit vera ſatis patet etiam ex his, quæ ſcripſi ſupra ſub nu. 11. ibi. *vnde ſi vulneratus.*

28 † Illud poſtremo loco vos monitos eſſe volo, ꝙ hæc delicti inſpectio, faciẽda per Iudicem, ſeu Notarium communiter per totam Italiam appellatur Viſum, & repertum, vt dicunt Marſ. in pract. crim. in principio num. 4. in fine, & Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 4. verſiculo, quando verò circa finem. formã autem, qua Notarius Maleficiorum debet recognoſcere corpus delicti, & referre, docent Nouel. in ſua pract. crim. fol. mihi 79. nume. 1. & Iodoc. in pract. crim. cap. 75. ſub num. 3.

De Indicijs aperientibus viam ad inquiſitionem ſpecialem. Cap. LXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Diffamatio, & non aliud indicium, loquendo de iure, aperit viam ad inquiſitionem ſpecialem.*

2 *Indiciorum ſunt plura genera: quædam enim dicũtur leuia non vrgentia, quædam leuia vrgentia, & quædam grauia.*

3 *Indicia prædicta an aperiant viam inquiſitioni ſpeciali, & quotuplex ſit ſpecialis inquiſitio.*

4 *Indicia leuia, ſeu præſumptiones, & indicia legitima, aperientia viam ad inquirendum ſpecialiter quæ ſint, relinquuntur arbitrio Iudicis, quod debet quatuor regulis, ſeu documentis regulare.*

5 *Querela, Denunciatio, & Depoſitio ſocij criminis aperiunt viam ad interrogandum teſtes ſpecialiter contra aliquem.*

6 *Indicia ſufficientia ad torturam an ſint neceſſaria ad tranſmittendam inquiſitionem vna cũ citatione, vel ſufficiant leuiora.*

7 *Depoſitio vnius teſtis integri, item denunciatio oculata publici officialis, querela vulnerati conſtituti in mortis articulo, depoſitio ſocij criminis, habita ĩ tormẽtis, & deniq; quodlibet indicium legitimum aperiunt viam ad citandum cum inſerto tenore inquiſitionis.*

8 *Legitimum indicium quod dicatur.*

9 *Indicia, quæ ſufficiunt ad citandum cum inſerto tenore inquiſitionis, ſufficiunt etiam ad examinandum reum carceratum, vti Reum.*

10 *Diffamatio ad quam inquiſitionem, & proceſſum viam aperiat.*

11 *Diffamatio neceſſario requiritur ante inquiſitionẽ ſpecialem, loquendo de iure, & quid de conſuetudine vide num. 25.*

12 *Amplia iſtam concluſionem primo, vt procedat etiã ſi iudex haberet à Principe, ſeu ſtatuto liberum, & plenum arbitrium.*

13 *Subamplia, vt procedat etiam ſi ſtatutum diceret, quòd Iudex teneatur inquirere de tali delicto, & quòd non inquirens puniatur &c.*

14 *Subamplia, vt procedat etiam ſi apertè diſponeret, quòd poſſet inquiri contra non diffamatum.*

15 *Amplia ſecundo, vt procedat etiam ſi iudex inquireret ex mero officio.*

16 *Amplia tertio, vt procedat etiam ſi iudex inquirens eſſet ordinarius.*

17 *Amplia quarto, vt procedat etiam ſi eſſemus in aliquo caſu ex expreſſis in banno, ſeu generaliſſima inquiſitione.*

18 *Limita modo illam concluſionem poſitam ſupra nu. 11. vt non procedat, quando is, contra quem inquiritur, eſſet præſens, & taceret.*

19 *Limita ſecundo, vt non procedat in crimine hæreſis.*

20 *Limita tertio, ſed cum declaratione, vt non habeat locum, quando inquireretur de mandato Principis.*

21 *Limitatio, quòd, præcedentibus indicijs, poſſit inquiri ſine diffamatione, eſt falſa, loquendo de iure.*

22 *Limitatio, quòd poſſit inquiri ſuper inquiſitione generaliſſima, & ſuper ipſa diffamatione, diffamatione non præcedente, eſt inepta, quia non eſt de regula.*

23 *Limitatio, quòd contra officiales in ſyndicatu poſſit inquiri, diffamatione non præcedente, an ſit inepta, ex quo illa inquiſitio non tendit ad puniendũ.*

24 *Diffamatio, quæ aperit uiam inquiſitioni ſpeciali debet habere ſex requiſita, quorum primum eſt, vt ſæpius clamoſa inſinuatione peruenerit ad aures Iudicis.*

25 *Secundum requiſitum eſt, vt fama proceſſerit à perſonis fide dignis, & non maleuolis· limita tamen hoc requiſitum in duobus caſibus, Primo &c.*

26 *Tertium requiſitum eſt, vt de ipſa diffamatione conſtet penes acta, quamuis ſit vehemens diffamatio, & quid ſit Vacchetta, ſeu Baſtardellus.*

27 *Quartum requiſitum eſt, vt diffamatio præcedat inquiſitionem: quia, ſi ſuperueniret poſtea, non conualidaret.*

28 *Quintum eſt, vt habuerit ortum ante capturã Rei.*

29 *Sextum eſt, vt fama probetur ad minus per duos teſtes, & propterea reijciuntur nonnullæ aliæ opiniones, quæ requirebant maiorem numerum.*

30 *Teſtes deponentes de fama à quot debeant dicere ſe audiuiſſe.*

31 *Item nunquid debeant nominare eos, à quibus deponunt ſe audiuiſſe, & argumentum à contrario ſenſu quando valeat, & quando non.*

32 *Teſtes interrogati quid ſit fama an debeant rectam illius*

illius diffinitionem aßignare.

33 *Fama est duplex, & quid vtraque sit.*

34 *Inquiri nunquid poßit ex officio in omni casu, in quo præcedet diffamatio.*

35 *Diffamatio, loquendo de consuetudine, non est necessaria ad inquisitionem specialem, quare Reus interrogatus super delicto cogitur respondere, quamuis non præcedat diffamatio, dummodo præcedant indicia, quæ successerunt in locum diffamationis.*

36 *Diffamatio etiam attenta consuetudine est in vsu ad aperiendam viam inquisitioni speciali.*

37 *Indicia an ita, sicut debebat diffamatio, debeant præcedere inquisitionem specialem, & , ijs non præcedentibus, an inquisitio sit nulla.*

38 *Indiciorum requisita an debeant esse illa eadem, quæ sunt aßignata in diffamatione.*

ET si in præcedentibus capitibus post cap.70. occasione tractatus eorũ, quæ aperiunt viam ad inquisitionem generalem, egerim de varijs indicijs, aperiẽtibus viam etiam ad inquisitionem specialem, tamen id obiter feci, & quoniam ordinatiori calamo de ijs hic venit agen-
1 dum, † Sciendum est in primis, quòd, loquendo de iure, sola diffamatio aperit viam inquisitioni speciali: indicia autem de consuetudine, & non de iure, vt declaraui infra sub num.21. ibi. *minus obstat*, & sub num.35. Et propterea tam hic, quàm in quauis parte operis dixero, aliquod indicium aperire viam ad formandam inquisitionem specialem, eamque transmittendam, intelligo, attenta consuetudine, & non de iure.

2 † Secundo sciẽdum est, indiciorum varia esse genera: quædam enim dicuntur leuia non vrgentia, & possunt vocari suspiciones, quędam leuia vrgentia, & possunt appellari præsumptiones, seu argumenta: quædam verò grauia, & possunt dici legitima indicia, ita tradit Clar.lib.5. recept.sent.q.20. in principio iunctis, quæ dicit ibidem: versiculo. Ad
3 formandam: † His præmissis, quæro de pluribus.

Et primo, nunquid singula hæc memorata indicia aperiant viam inquisitioni speciali? Respõdeo: Doctores videntur contrarij: Nam quòd præsumptiones, & sic leuia indicia aperiant viam inquisitioni speciali, sentit Salyc. in l. ea quidem C. de accusat. quem referunt, & sequuntur Ang. tract. de malef. in verbo, Hæc est quædam inquisitio nume.30. ibi. *Si verò &c.* & Boss. tract. crim. tit. de inquisit. sub nu.8. & quòd leuia indicia sufficiant, & ita se habeat obseruãtia testatur rursus idem Boss. eod. tit. nu.61.

Contrariam sententiam, quòd leuia indicia non sufficiant tradit Clar. vbi supra, quem refert, & sequitur Rol. à Vall. consi.57, sub nu.23. versiculo, superest modo lib.4.

Nos quid dicemus? Respondeo, inquisitionẽ specialem posse à nobis tripliciter sumi: primo, prout in ea interrogantur testes specialiter, & nominatim de delinquente: secundo, prout delinquens citatur cum inserto tenore inquisitionis: tertio, prout reus examinatur, vti Reus: si primo modo: dico, Bossij sententiam esse verã, nec reprobari à Claro vbi supra, vt malè existimat Rol. à Vall. dicto versiculo, super est modo, quia Clarus distinguendo, eum potius sequitur, vt patet ex his, quę tradit eadem. q.20. versiculo, Ad inquirendum igitur. Si secundo verò, & tertio modo: dico, veram esse sententiam Clari, quia ad formandam inquisitionem, eamque transmittendam: Item ad examinandum Reum requiruntur indicia grauia, & legitima, vt tradit Clar. dicta q.20. versiculo. Ad formandam, & ita conciliãtur: Quæ autem dicantur leuia, & quæ grauia indicia declaraui infra num.5. Iidem Doctores, videlicet Boss. Clar. & alij moderniores, quos allegaui infra cap.97. sub num.160. inquisitionem à nobis secundo modo acceptam considerant adhuc dupliciter, primo, prout, ea mediante, potest contra contumacem captum deueniri ad executionem sentẽtiæ: Secundo prout non potest deueniri. Si consideretur isto primo modo: tradunt, requiri indicia legitima, & certè hoc est verissimũ, & expressum in motu proprio Pij Quinti, vt docui infra cap.97. nume. 198. si secundo modo, prout scilicet non deuenitur ad executionem sententiæ, videntur tolerare, quòd inquisitio potuerit formari ex non præcedentibus legitimis indicijs, videnturque isto casu admittere, Iudicem, ex quo non habet tutam consciẽtiam exequendi sententiam, latam super inquisitione, formata non pręcedentibus legitims indicijs, posse Reum torquere, seu pœnam commutare iuxta ea, quæ latè retuli infra dicto cap.97. sub nu.160.

Vnde admittunt etiam isto casu, banniũ, admissum ad nouas defensiones, posse minus plene probare suam innocentiã, quàm si fuisset inquisitus, & condemnatus ex legitimis, vt retuli similiter infra dicto cap.97. nu.160.

Sed, quicquid isti dixerint, & quouis modo considerent, dicas, quòd ad formandam, transmittendamque inquisitionem semper requiruntur legitima indicia, vt docui infra cap.97. nume.198. &, vbi non præcesserint, reum non esse torquendum, sed dimittendum in pace: Quare inhęreas omnino nostræ distinctioni.

4 † Secundo quæro, quę sint præsumptiones, & legitima indicia, quæ aperiunt viam inquisitioni speciali iuxta ea, quę declaraui supra num. pręcedenti? Respondeo, hoc à Doctoribus non esse definitum, & propterea relinqui prudentis Iudicis arbitrio, testibus Bossio tract. crim. tit. de inquisit. num.65. Iodoco in pract. crim. cap.10. sub num.20. Clar. dicta q.20. versiculo. Ad formãdam, & alijs, quos refert, & sequitur Moder. in qq. crim. lib.1. q.1. sub nume. 45. versiculo. *propterea*, & quòd ita sentiant cõmu-
✻ niter ✻ omnes testatur idẽ Clar. eadem q.20. in principio. ibi. *hoc præmisso scire debes quòd secũdum omnes &c.*

Verum, & si hoc definitum non sit, nec definiri queat, quia quæ arbitrio subijciuntur, certa regula non determinantur, tamen tradi possunt nonnulla documenta, quorum primũ illud erit, vt ante oculos

habeat

habeat ſemper æquitatem, à qua omne arbitriũ debet regi, tãquam equus à freno, & nauis à clauo iuxta ea, quæ docui ſupra cap. 53. ſub num. 27. Secundum documentum: indicia, quæ ſufficiunt ad formandam, tranſmittendamvè inquiſitionem, à fortiori ſufficient ad interrogandum ſpecialiter teſtes de delinquente: Tertium, quæ faciunt indicium ad torturam, multo magis facient ad tranſmittendam citationem cum inſerto tenore inquiſitionis, quia tortura eſt maioris prẹiudicij, ſiquidem dicitur maior pẹna quàm vtriuſque manus abſciſſio, Auth. vt nulli iudicum §.fin. & tradunt Paris de Put.tract. de ſynd.in verbo Carcer, & carceratus cap.2. num.3. & in verbo, Tortura ca.1. Boſſ.tract.crim.tit.de examin.reor. num. 14. & tit. de tortur.nu.12. Ioan. Ant. de Nig.ſuper.Cap.Reg.in cap. Adhoc ſub nu. 140. Ant. Scapp. tract. de iur. non ſcript.lib.5. cap. 120. ſub nu.3. Flam.Cart.in ſua pract. de interr. reis. lib. 4. cap. 1. ſub nu. 19. & Moder. tract. de proceſſ.execut.par. 1. cap.6. num.47.

Quartum: vbi Doctores communiter determinarunt aliquod indicium, quòd aperiat viam inquiſitioni ſpeciali, iudex arbitrij prætextu à communi
5 eorum deciſione non recedat. † Sed videamus quæ ſint hæc indicia, quæ ſecundum communem Doctorum ſententiam aperiunt viam inquiſitioni ſpeciali, & reaſſumendo eandem diſtinctionem, dico: Aut loquimur de inquiſitione, primo modo conſiderata, prout ſcilicet interrogantur teſtes ſpecialiter de delinquente: Aut de inquiſitione, conſiderata ſecundo modo, prout ea tranſmittitur cum citatione: Aut de inquiſitione, conſiderata tertio modo, prout Reus examinatur, vti Reus. Si primo modo, dico, ad eam aperiri viã infra ſcriptis: primo per querelã partis, vt tradit Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 4. verſiculo, ſcias tamen.ibi.

Sed ſtatim porrecta querela poteſt, & debet &c.

Vbi ait, ſuper hac practica nullam fieri difficultatem, & q.5. verſiculo: ſcias etiam, & verſiculo, poterit igitur ibi. *Quando verò* iunctis etiam his, quẹ tradit q.20. in principio, & docui ſupra cap.73. num.2. Secundo: per denunciationem, idem Clar. eod. lib. q.7. verſiculo, quæro igitur, in fine, & verſiculo, ſequenti. Tertio, per depoſitionem ſocij criminis, idẽ Clar. eod. lib. q.21. verſiculo Retenta igitur, ſed tu intellige hoc ſecundum ea, quæ docui ſupra cap.81. num.4. cum ſeq.

6 † Si ſecundo modo: tunc diſputandũ venit in primis: nunquid requirantur indicia ſufficientia ad torturam? & quidem attenta conſuetudine, & ſtatuto, quòd contumax habeatur pro confeſſo, ſeu confeſſo, & conuicto, vt dixi infra cap.97. ſub num.28. & ſeqq. videtur dicendum, quòd ſic: quia huiuſmodi conſuetudo, & ſtatutum exorbitant à iure communi argumento eorum, quæ notaui infra cap.98. nu. 6. ſi exorbitant à iure communi, ſunt intelligenda quominus illi præiudicent, vt dixi cap.62. num.1. in fine. & cap. . . num. . . At minus præiudicant, ſi requirantur indicia grauia legitima, & ſufficiẽtia ad torturam, quàm ſi requirantur leuia: igitur requirantur indicia ſufficientia ad torturam, & ita in terminis tenuit Natt.conſ.594. num.14. lib.3. eiuſque opinionem, vti veriorem amplexi ſunt Becc. conſ. 11. nu.7. & 8. & Additio ad pract. Papien. in form. inquiſit. in gloſ.1. in verbo, contumax ſub hoc * aſte-
* riſco fol. mihi 1004. dicens eſſe cõmunem, * & veriorem: eandem ſententiam, vti communem concluſionem docet Fr. Michael Salon. in commen. ad D.Thom. 2.2. q.69. artic.2. controuer.2. concluſ. 2. in principio, dicens, reum non teneri ad reſpondendum, niſi iudex habeat ſemiplenam probationem: & nos addimus, clari iuris eſſe, quòd ſemiplena probatio facit indicium ad torturam.

Contrariam ſententiam, quòd non requirantur, ſufficiantvè aliquantulò leuiora, cenſeo de iure veriorem, & moueor ex eo, quòd indicia ad inquirendum, & citandum ſunt debiliora, & diſtincta ab indicijs ad torturam, vt licet paſſim videre apud Doctores præſertim dum tradunt, ex dicto ſocij criminis, item ex dicto vulnerati, conſtituti in mortis articulo, item ex fama poſſe procedi ad ſpecialem inquiſitionem vt dixi infra num. ſeq. cum tamẽ ex his nõ poſſit procedi ad torturam iuxta ea, quæ dixi ſupra cap.81. num.6. & dicam, Deo fauente, in ſecundo libro, & ratio eſt in promptu, quia maioris præiudicij eſt torquere, quàm citare, vt patet ſenſui, & ex his, quæ obiter dixi de tortura ſupra ſub num.4. vnde ſuper indicijs ad torturam diſputatur, tradita copia, vt dicam, Deo annuente in ſecundo libro, ſecus ſuper indicijs ad inquirendum, & quòd ſufficiãt leuiora, videtur apertè ſentire contra Becc. & alios, ſuperius allegatos Flam. Cart.tract. de execut.ſent. capto.ban.cap.fin.num.138. dum ait, requiri legitima indicia, quamuis Natt. & Becc. dixerint requiri indicia ſufficientia ad torturam.

7 † Si igitur non requiruntur indicia, ſufficientia ad torturam: quæro quæ ſufficiant? Reſpondeo: ſufficit depoſitio vnius teſtis integri, vt tradit Clar. lib. 5. recept. ſent. q.21. verſiculo, vnus teſtis: etenim, ſi vnus teſtis integer, omnique exceptione maior facit indicium ad torturam, ſecundum communẽ opi-
* nionem, * de qua teſtantur Rom. conſ.451. num.4. Viuius in ſus com. opin. in verbo, teſtis vnicus, & Clar. vbi ſupra: ergo à fortiori faciet indicium ad inquirendum, & çitandum: Sufficit etiam oculata publici officialis denunciatio, vt docui ſupra cap. 71. num.3. in fine.

Item querela vulnerati, conſtituti in mortis articulo ſecũdum ea, quẹ docui ſupra ca.73. nu.2. verſus finem ampliatione ſecunda.

Sufficit etiam depoſitio ſocij criminis, confirmata in tormentis iuxta ea, quẹ docui ſupra cap.81. nu. 6. Item ſufficeret fuga cum aliquibus alijs indicijs, vt tradit Clar. dicto lib.5. q.20. verſiculo, ad formãdam, in fine docens hanc practicam, vt iudex, non habens indicia ſufficientia ad tranſmittendam inquiſitionem, mandet, Reũ detineri: quia, vbi Reus non inueniatur, facta de hoc relatione penes acta, dicetur conſtare de fuga.

Et denique ſufficit omne legitimum indicium, vt
8 docui infra cap.97. num.198. & 199. & 200. † legitimum indicium dicitur illud, quod à iure eſt approbatum l. legitima ff. de pact. notat Flam. Cart. dicto cap.fin. num.69. & poſt eum Moder. in qq. crim. lib. 1. q.11.

1.q.11.sub num.16.versiculo. *Aduerte primo*. A iure verò approbatum dicitur in proposito nostro etiam illud, quod vti tale à Doctoribus communiter reputatur.

9 † Si verò tertio modo: dico, quòd eadẽ indicia, quæ sufficiunt ad transmittendam inquisitionẽ, sufficient ad interrogandum, & examinandum reum: Etenim quando præcedunt legitima indicia ad inquisitionem specialẽ, tunc indiciatus vel est absens, vel est præsens in fortijs Curiæ: si absens: citatur cum inserto tenore inquisitionis, vt docui: Si præsens, omisso huiusmodi solemni ritu formandi inquisitionem, solummodo examinatur, vt dixi infra cap.86. nu.17.

Et caueas, ne procedas ad examen Rei, vti Rei, nisi habeas legitima indicia, quia cum per eius interrogationem, & responsionem inducatur litis contestatio, eiusque nomen recipiatur inter reos, vt docui infra cap. vltimo. num.9. requiruntur indicia potius grauiora, quàm debiliora ijs, quæ requiruntur ad transmittendam inquisitionem: Aduerte quòd, dum assignauimus plura indicia aperientia viam inquisitioni speciali secundo, & tertio modo sumptæ, locutus sum de cõsuetudine, & non de iure iuxta ea, quæ docui infra num.21.

10 † His absolutis, occurrunt nonnullæ difficultates specialiter attingendæ circa indicium diffamationis, & prima ad quam inquisitionem specialem ex prædictis viam aperiat? Respondeo: regulariter facit indicium ad inquirendum, vt tradunt Boss. in tract. crim. tit. de inquis. nu.27. in fine, & Rota diuers. decis.523. nume.1. par.1. & hoc quod faciat indicium ad inquirendum specialiter tenent omnes, * vt tradit Clar. lib.5. recept. sent. q.6. in princ.

Dubium tamen videtur exoriri an faciat indiciũ ad transmittendam inquisitionem, vel solum ad interrogandos testes specialiter? Et resolutiuè procedẽdo: quamuis Clar. dicto lib.5. q.5. versiculo, scias etiam, & dicta q.6. in princ. videatur sentire, quòd solum ad interrogandos testes specialiter, dum æquiparat querelam partis, & diffamationem, & dũ dicta q.6. ait, posse assumi informationes, & indicia contra diffamatum: tamẽ ego arbitror facere indicium etiam ad transmittendam inquisitionem: Nã, vbi inter Doctores est controuersia de aliquo indicio an sit sufficiens ad torturam, tunc quamuis communis eorum opinio sit negatiua, nihilominus quoad formandam transmittendamvè inquisitionem communiter tenent affirmatiuam: vt patet in depositione vulnerati, constituti in mortis articulo, & socij criminis, confirmata in tormentis, quæ & si secundum veram, & communem * sententiam nõ faciat indicium ad torturam, vt de depositione socij criminis dixi dicto cap.81. sub num.6. & de depositione vulnerati, constituti in mortis articulo dicam in secundo libro: facit tamen sine controuersia indicium ad formandam, transmittendamvè inquisitionem, vt relatiuè dixi supra nu.7. Sed sic est, quòd inter Doctores est controuersia, nunquid fama faciat indicium ad torturam, vt patet ex adductis per Clar. lib.5. recep. sent. q.21. versiculo, fama sola, vbi post relatas opiniones tradit, quòd fama sola faceret indicium ad torturam tunc solum, quando delictum esset difficilis probationis: Nec refero Doctores, quia nonnullos allegaui infra cap.95. num.1. ibi. *nam si contra Reum laberet diffamatio*, & in secundo libro latius prosequar, & nonnulla scripsi in Manuali Iuris, in verbo. fama de per se sola. Igitur &c. Et in hanc sententiam, quòd faciat indicium etiam ad transmittendam inquisitionem, adduco eũdem Clar. dicta q.6. versiculo successiuè quero in fine dũ tradit, Iudicem post assumptas informationes debere interrogare reum diffamatum, si est præsens, sin minus, eum citare.

11 † Secunda difficultas: nunquid diffamatio necessario requiratur ante quamlibet specialem inquisitionem? Respondeo: Aut loquimur de iure: Aut de consuetudine: si de iure, dico, quòd est necessaria: Nam iudex potest triplici via procedere, per accusationem, per denũciationem, & per inquisitionem: si procedat per accusationem, seu denũciationem, videtur cessare difficultas, ex quo non procedit per inquisitionem: Quòd si procedat per inquisitionẽ, requiritur omnino diffamatio, seu clamosa insinuatio, vt apertè disponunt textus in cap. qualiter, & quando il 2. in fine. de accus. in illis verbis.

Sicut accusationem legitima debet præcedere inscriptio, sic & denunciationem charitatiua monitio, & inquisitionem clamosa insinuatio præuenire, & tex. in cap. cum oporteat. eodem tit. ibi.

Discretioni vestræ mãdamus, quòd nisi super prædictis famam ipsius læsam esse noueritis, vos ad inquisitionem illorum non subitò procedatis.

Et textus in cap. inquisitionis §. tertiæ eod. tit. ibi.

Ad hoc respondemus, nullum esse pro crimine, super quo aliqua non laborat infamia, seu clamosa insinuatio non præcesserit, propter dicta huiusmodi puniẽdum, quinimò super hoc depositiones contra eum recipi non debere, cum inquisitio &c.

Et ita, his, & similibus iuribus moti, firmant Bal. in cap. licet vndique, de off. ordin. Gand. tracta. de malef. Rub. quomod. de malef. cognosc. per inquisit. num.6. Ang. de Aret. eod. tract. in verbo, Hæc est quædam inquisitio num. 50. in quarto requisito, & August. ibi ad eum nu.57. Ias. in l. si sic legatum nu. 25. ff. de leg. 1. Dec. in cap. dilecti nume.5. de iudic. Maran. in suo Spec. par.6. de inquisit. nu.19. & 23. & actu 14. sub num.10. Mars. in pract. crim. §. constante num.12. Iodoc. in pract. crim. cap.8. sub num. 7.8. & 9. Paris. cons. 163. num.21. lib.4. Et quòd hæc sit communis * opinio testantur Hier. Cucchal. in additione ad Ang. in dicto verbo, Hæc est quędam inquisitio sub num.68. Paris. cons.88. nume.8. eod. lib.4. Clar. lib.5. recept. sent. q.6. in principio: Rol. à Vall. cons.3. num.9. lib.3. & cons.57. num.9. lib.4. & Moder. in qq. crim. lib.1. q. 9. in principio, qui alios congerunt: hæcque conclusio est adeo clara, vt eã totus mundus sequatur, teste Cat. inter cons. crim. diuers. cons.92. num.2. lib.1. & hinc videmus in forma inquisitionis semper apponi illa verba, *fama publica præcedente*.

12 † Amplia primo istam conclusionem, vt procedat etiam si iudex haberet à Principe, vel statuto liberum, & plenum arbitrium procedendi, quia talis

concessio

conceſſio intelligeretur, fama præcedente, Bal. in c. 1. de off. ord. Iaſ. in l. milites num. 3. C. de teſtam. milit. Marſ. in dicto. §. conſtante ſub dicto nu. 12. Boſſ. tract. crim. tit. de inquiſit. num. 22. & 23. Rol. à Vall. conſ. 24. num. 17. lib. 1. & dicto conſ. 3. nume. 11. lib. 3. & conſ. 94. nu. 27. lib. 4. & Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 78. num. 2.

13 † Subamplia, vt procedat etiam ſi ſtatutum diceret, quòd iudex teneatur inquirere de tali crimine, aliàs puniatur, quia adhuc non poſſet inquirere, niſi præcedente diffamatione: vide Maran. dicta par. 6. de inquiſitio. num. 33.

14 † Subamplia, vt procedat etiam ſi apertè diſponeret quòd poſſet procedi contra non diffamatum, quia tale ſtatutum non valeret, Marſ. dicto §. conſtante num. 13. & conſ. 79. nu. 5. & Moder. qui alios congerit dicta. q. 9. num. 9.

15 † Amplia ſecundo, vt procedat etiã ſi iudex procederet ex mero officio, quia adhuc requirĩt, quòd præceſſerit diffamatio, ſicut contra Ang. in l. ſi vacantia num. 177. C. de bon. vacant. lib. 10. & Alex. qui eum refert, & ſequitur conſ. 120. ſub num. 2. lib. 7. & Ang. tract. de malef. in dicto verbo, hęc eſt quędam inquiſitio ſub num. 51. ibi. *quarto fallit* firmant Auguſt. ad Ang. in dicto verbo: Hæc eſt quædam inquiſitio num. 57. & latius Marſ. dicto §. conſtante ſub nu. 22. ibi. *Ego dico quòd in hoc &c.* & quòd hæc
* ſit communis * opinio contra Ang. teſtatur. Hier. Cucchal. ſub dicto nume. 68. quem referunt, & ſequuntur Rol. à Vall. conſ. 24. num. 90. lib. 1. conſ. 3. num. 15. lib. 3. & conſ. 57. num. 28. lib. 4. Clar. dicta q. 6. verſiculo, idem etiam, & Moder. dicta q. 9. nu. 4. & quòd Ang. peſſimè ſit locutus tradit Boſſ. tract. crim. tit. de inquiſ. ſub nu. 21. dicens, quòd hoc modo eſſet in facultate mali iudicis homines viuos ſuffocare, & quòd eius opinio ſit communiter reprobata teſtatur Clar. eod. lib. 5. recept. ſent. q. 31. verſ. ex eorum. & certè ſi Doctores admittunt, diffamationem requiri quando proceditur ad querelã partis: à fortiori quantò magis hoc debent admittere, quando proceditur ex officio, quo caſu, cum accuſatio penitus deficiat, magis neceſſaria videtur diffamatio, quæ ſuſtinet vices accuſatoris, vt docui ſupra cap. 2. nu. 6. & 7. & conſiderauit Clar. dicta q. 6. verſiculo, Idem etiam in fine?

16 † Amplia tertio, etiam ſi iudex inquirens eſſet iu-
* dex ordinarius, & hæc eſt communis * opinio, de qua teſtatur Card. Alex. in cap. de accuſatione col. 25. verſiculo, tamen fortius, de accuſat. quam referunt, & ſequuntur Clar. dicta q. 6. verſiculo, ſed retenta, & Moder. dicta q. 9. num. 3. quicquid in contrarium dixerit Ang. in dicta l. ſi vacantia, cum eius opinio ſit communiter reprobata, vt teſtatur Alciat. in ca. 1. nu. 34. de off. ordin.

17 † Amplia quarto, vt procedat etiam ſi eſſemus in aliquo caſu ex ijs, qui ſunt expreſſi in inquiſitione generaliſſima, hoc eſt, banno, quod officiales faciũt initio officij, de quo dixi ſupra ca. 69. quoniam adhuc non poſſet procedi, niſi pręcedente diffamatione, & ratio eſt, quia quemadmodum iudex non poteſt vigore banni facere, vt poſſit procedi ex officio, quando eſt prohibitum à iure, vt dixi dicto cap. 69. ſub num. 3. ita etiam non poteſt facere, vt poſſit inquiri, diffamatione non præcedente: maximè quãdo eſſemus in caſu, in quo de iure non poſſet procedi per inquiſitionem, quia tunc illud Bannum induceret duo ſpecialia, quæ neque ipſa lex ſolet concedere l. 1. & ibi Doctores C. de dot. promiſſ.

18 † Limita modo iſtam concluſionem, vt non procedat in quibuſdam caſibus, Et 1. quando is, contra quem inquiritur, eſt præſens, & tacet, textus eſt in ca. 2. de accuſ. in 6. docent Papien. in pract. in form. Inquiſ. in verbo, fama publica num. 2. Ang. tract. de malef. in verbo Hæc eſt quædam inquiſitio nume. 51. & in verbo, quòd fama publica nume. 7. Cepoll. mihi conſ. 66. num. 3. alibi tamen allegant conſ. 67. Marſ. in dicto §. conſtante nu. 20. Maran. dicta par. 6. de inquiſ. nume. 27. docens propterea practicam, vt inquiſitus ſemper opponat proteſtationem con-
* tra inquiſitionem: Et hęc limitatio communiter * tenetur, vt ex Aret. in cap. qualiter, & quando il 1. de accuſ. & Foller. in pract. crim. cam. fol. 102. refert, & ſequitur Clar. dicta q. 6. verſiculo, vlterius ſcias, & ratio eſt, quia qui tacet in iudicio, habetur pro conſentiente Reg. qui tacet, & ibi Dyn. de reg. iur. in 6. Sed quæret quiſpiam, quomodo reus poſſit opponere, ſi inquiſitio ſoleat formari in Camera, reo nõ citato? Reſpondeo, quòd iudex antequam formet inquiſitionem, debet vocare Reum, eique dicere: Ego intendo inquirere contra te ſuper tali crimine, vt dixi infra cap. 100. ſub num. 11. ibi, *& pro intelligentia &c.* & tunc reus poterit opponere, quòd ſi non fuerit vocatus, opponet, cum primum habuerit notitiam de inquiſitione formata, videlicet, quando examinabitur.

19 † Limita ſecũdo, vt non procedat in crimine hæreſis, Auguſt. ad Ang. in dicto verbo Hæc eſt quædam inquiſitio num. 58. Boſſ. tract. crim. tit. de hæret. num. 6. & eod. tract. Ponzin. nume. 88. Simanc. de Cath. inſtit. tit. 44. nume. 9. & Rol. à Vall. conſ. 8.
* num. 6. lib. 1. & eſt opinio communis, * de qua teſtatur Felyn. in cap. qualiter, & quando il 2. num. 9. in fine quẽ referunt, & ſequuntur Clar. dicta q. 6. verſiculo, Itẽ ſcias, & Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 9. nu. 14. vbi nonnullos alios allegat. Verum textus in ca. excommunicamus. §. adijcimus de hæret. ex quo Moder. vbi ſupra, & communiter omnes arbitrantur, probari iſtam opinionem, non facit ad propoſitum, vt bene aduertit Auguſt. ad Ang. loco citato: vnde tu dicas, eam poſſe probari argumento textus in ca. accuſatus, de hæret. in 6. & ex his, quæ dixi ſupra ca. 59. nu. 9. & 10.

20 † Limita tertio, vt non habeat locum, quando inquireretur de mandato Principis: Bal. in l. nullus. nu. 1. C. ad l. Iul. maieſt. quem refert, & ſequitur Ang. tract. de malef. in verbo. Quòd fama publica num. 5. Alij verò, declarando iſtam limitationem, diſtinguunt: Aut Princeps motu proprio mandauit, inquiri: Aut ad inſtantiam partis: Si motu proprio, tradunt, veram eſſe limitationem, ſecus ſi ad inſtantiã partis: ita volũt Aug. ad Ang. vbi ſupra dicẽs, quòd iſta limitatio aliàs ſimpliciter relata fecit errare multos ignorantes, & ſæpe multos peritos, & aduocatos, & Marſ. in pract. crim. §. conſtante num. 22. &

Maran.

Maran.in suo Spec.par.6.de inquisit. nume.25. qui omnes asserunt in summa, quòd limitatio habeat locum solummodo, quando in Principe præsupponitur scientia delicti, vtputa, quia in commissione diceret, sibi constare de crimine, vel quòd fama deuenit ad eius aures, sicut referunt, & sequũtur Dec. cons.170.sub num.1.vers.fin.cons.256. in fine Maran.& Marsil.in locis allegatis:vel committeret motu proprio, sicut loquuntur Aug.& idem Marsil. vbi supra, & quòd si hæc scientia non præsumatur in Principe, vtputa, quia commissio sit facta ad instantiam partis simpliciter, requiratur diffamatio, tenet glos.in cap.2.in verbo fuerat de accus. in 6. quę cõmuniter approbatur secundum Mars. sub dicto nu. 22.Menoch.de arbitr.Iud.lib.1.q.78.sub num.4.vide latius Moder dicta q.9. num. 13. & quòd sit singularis tradit Aug. ad Ang. in loco allegato: Nec dissentit Clar.lib.5.recept.sent.q.6.versiculo, pręterea scias, quia & si dicat, limitationem esse veram, etiam quando Princeps committit ad instantiã partis, ex quo preces stant loco libelli, tamẽ subdit, hoc verum esse, si Princeps vsus fuerit verbis assertiuis.

21 † Tradunt Doctores alias limitationes, quarum vt modo videbitis quædam sunt falsæ, quędam verò, strictè loquendo, videntur ineptæ, quamuis sint veræ: limitant ergo primo, vt non procedat, quando extarent indicia, quia tunc potest secundum eos procedi etiam diffamatione non præcedẽte, ex quo indicia stãt loco diffamationis Bar.in l. congruit sub num.3.ff.de off.præsid.Bal.in l.iubemus sub num.5. ibi. *Quarto propter indicia* C.de probat.Ang.tract. de malef. in verbo. Quòd fama publica nu.3. Boss. tract.crim.tit.de inquis.num.8. ibi. *Vbi præcedit infamia, vel alia præsumptio* Clar.lib.5.recept.sent.q. 45.versiculo.sed pone in fine, & Moder.dicta q. 9. nu.20.& Flam. Cart. in sua pract.de interrog. reis. lib.3.cap.2. sub num.13. & quòd eandem sententiã tenuerint Innoc.Abb.Ant.de Butr.Aret.& alij grauissimi viri in cap.cum oporteat de accusat. & etiam Diuus Thom. refert Fr. Michael in comm. ad D. Thom.q.69.artic.2.controuer.6.versiculo, *Non addo*: Immo quòd fortiora sint indicia ad inquirendũ, quàm diffamatio tradit August.ad Ang. vbi supra, quem refert, & sequitur Mars.in pract.crim.§. constante nume. 19. Et quòd ita seruetur testatur Boss. dicto tit.de inquis.num.27. & quòd absurdissimum esset aliter dicere testatur Clar.dicto lib.5.q.6.vers. vlterius scias, in fine, & faciunt quæ scripsi supra nu. 6.& 7.

Cæterum ego sum in contraria opinione, quòd conclusio adhuc procedat, & limitatio ista sit falsa, & moueor, quia de iure potest procedi solũ per viã accusationis, & non inquisitionis iuxta ea, quæ docui supra ca.68.nu.2.& seq.

Et licet ista conclusio fallat quando extaret publica fama, seu insinuatio, vt disponit allegatus textus in ca.qualiter, & quando; cuius verba retuli supra sub nu.11.

Tamen illud est, quia ea, quorum publica fama extat, conniuentibus oculis sine scandalo pertransiri non possunt.

Vnde illa fama, seu scandalum dicitur fungi vice accusatoris, impellitque Iudicem ad procedendum, vt dixi supra cap.2.num.8. & 9.sed quãdo extant sola indicia, cessat scandalum, & propterea tenacius prohibet processus ex officio, prout in quadã similitudine dicimus de eo qui ex necessitate tenet denũciare delictum, quia illa necessitas vẽdicat sibi locũ in delicto, quod potest probari, & nõ in delicto occulto iuxta ea, quæ referebam supra cap.56. sub nume.4. & hanc nostram sententiam post hæc scripta reperi apud. Fr. Micha. dicta controuer.6. versiculo: Non addo: pro qua adducit Nauar. & eandem rationem, quam nos adduximus hic supra.

Non obstat, quòd indicia sint fortiora, vt dicunt Aug.& alij, relati, quia & si hoc verum sit respectu probationis, vt tradit Fr. Michael in loco citato, tamen respectu scandali, ad quod tollendum Iudici permittitur, vt valeat procedere per inquisitionem, sola diffamatio, & notorietas dicitur validum indicium: Nec est verum, quod tradit Mars. vbi supra, dicens quòd, si præcedant duo indicia, & nõ vnum, eaque sint proxima, & non remota, dicetur constare de infamia: nam respondendo dico, quòd fama, seu infamia aliter probatur, vt docui, & satis hoc eius dictum confutatur ex textu in ca. inquisitionis. §.tertiæ.de accus.

Minus obstat auctoritas tot, tantorumque Patrum tenentium contrarium, quia ij, vel loquuntur secundum communem practicam, & bene loquuntur iuxta ea, quę dixi infra sub num.35. vel loquuntur de iure, & tunc malè, quia loquuntur sine lege, immo diuinatiuè, & contra textus apertos, maximè contra textum in dicto cap. inquisitionis §.tertię de accus. vbi diffamatione non præcedẽte prohibetur procedi per inquisitionẽ, quamuis adsint testes iurati, qui deponant contra aliquem, cuius textus verba retuli supra sub nu.11.

Minus obstat, quòd supra cap.71.num.3. in fine, & supra hoc eod.cap. nume.5. & seqq. docuerimus nonnulla indicia, quę aperiũt viam inquisitioni speciali secundo, & tertio modo sumptæ: quia respondeo, illud esse verum de consuetudine iuxta ea, quę docui infra dicto num.35.

Nota ex hac nostra opinione, quòd, de iure loquendo, omnes illæ conclusiones, in quibus docuimus vnà cũ Doctoribus quædam indicia, quę aperiunt viam inquisitioni speciali, corruũt, Corruit pariter illa limitatio, quam de denunciatione Officialium tradunt Ang.tract.de malef.in verbo. Hæc est quædam inquisitio num.51. & alij, quos refert, & sequitur Maran.in suo Spec.par.6. de inquisit.num. 24.asserentes, quòd ad denunciam Officialium potest procedi ad inquisitionem, diffamatione nõ præcedente: si Nam si loquamur de denũciatione, quæ est modus procedendi de per se iuxta ea, quæ docui supra Cap.55. cessat inquisitio: si verò loquamur de ea, quæ inseruit processui ex officio, requiritur diffamatio, quia denunciatio boni viri aperit viam ad inquirendum de infamia contra aliquem, &, reperta infamia, potest cõtra eum specialiter inquiri de crimine, vt tradunt Abb.in cap.licet nume. 4.& Fely.num.3. de accus.& alij, quos refert, & sequitur Moder.in qq.crim.lib.1.q.9.num.17.& ante

eum

eum Maran.in ſuo Specu.par.6. de inquiſit. numero 26.

22 † Limitant ſecundo, vt nõ procedat in inquiſitione generaliſſima, ſeu generali, quæ fiunt ad inueniẽdum: ita docent Innoc.in cap.bonæ il primo, num. 6.de off.ord. Abb.in cap.1.num.6.eod. tit. & in cap. ad noſtram, il ſecundo, nu.2. de iureiur. Ang. tracta. de maleſ. in verbo, hæc eſt quædam inquiſitio nu. 51. Marſ.in pract.crim. §. conſtante, ſub nu.20.ibi. *Item fallit* Maran.in ſuo Spec.par.6.de inquiſit.nu. 29. & hæc eſt communis * opinio, de qua teſtatur Berous in cap.qualiter, & quando, il ſecundo, num. 34.de accuſ.quem refert, & ſequitur Clar. lib.5. recept.ſent.queſt.6.verſiculo ſcias etiam: & poſt eum Moder.in qq.crim.lib.1.q.9.nu.18. & 19.circa medium.

Limitant tertio, & videtur eadem cum præcedẽti, vt non habeat locum in inquiſitione ſuper ipſa diffamatione, quia tunc ſufficit modica diffamatio ad inquirendum, an quiſpiam ſit diffamatus de aliquo delicto, vt tradunt Gand.tract. de maleſ. Rub. quomod.de maleſ.cognoſc.per inquiſit.numer.14. Clar.dicto verſiculo: ſcias etiam & alij, quos retuli ſupra.

Cæterum iſtæ duæ limitationes, & ſi veræ ſint, tamen ſunt ineptæ, vt dicebam, & ratio eſt, quia exceptio, ſeu inquam limitatio debet eſſe de regula l. nã quod liquidè. §.fin.ff.de pen.leg. & tradunt Dyn.in Rubr.de reg.iur.in 6.Bar.in l.prima. nu. 6. & Dec. num... ff.eod.idem Dec.in l.ſenium, nume.29. & 30.C.qui teſtam.fac.poſſ. & in l.quæcunque nu.62. ff.de off.eius Soc.Iun.in l.ſciendum, num.111. ff.de leg.1.Pariſ.conſ.85.nume.21.& conſ.114.nu.5.lib. 4.& ſparſim omnes Doctores.

Sed iſtæ exceptiones non ſunt de regula, quia loquuntur de inquiſitione generali, & regula loquitur de ſpeciali. Igitur ſunt ineptæ.

23 † Limitant quarto, vt non habeat locum in inquiſitione, quæ fit contra officiales tempore ſyndicatus: Ita tradunt Par.de Put. tract.de ſynd. in verbo, Proceditur autem in ſyndicatu Ang.tracta. de maleſ.in dicto verbo. Hæc eſt quædam inquiſitio nu. 51.Marſ.in ſua pract. crim. dicto §. conſtante, ſub numer.20. ibi. *Et per iſta &c.* Maran in ſuo Specu. par.6.de Inquiſit.num.28.Clar.dicta quæſt.6.verſ. Cæterum, quando &c. & ita tenent communiter * omnes, & quòd ſeruetur in practica teſtantur Ang. in l.ea quidem, num.5.C.de accuſat. & in l.ſi vacantia, nume.170.C. de bon. vac. lib.10. Clar.lib.5.recept.ſent.q.50.verſiculo, ſcias etiam, & dicta quæſ. 6.vbi ſupra, & hos refert, & ſequitur Moder. dicta quæſt.9.num.16.

Verum iſta quoque limitatio videtur inepta, ex quo non eſt de regula: nam inquiſitio, de qua loquitur regula, tendit ad puniendum, ſed iſta, quæ fit cõtra officiales in ſyndicatu, non ad puniendum, ſed ad inueſtigandum delicta, per eos commiſſa, vt tradit Clar.dicta quęſt.6.verſiculo, Cæterum, & q.50. verſiculo. ſcias etiam. Et quòd propterea iſta limitatio nõ ſit de regula, videtur ſentire Clar. dicto verſiculo, Cæterum ibi. *Sed certè illa inquiſitio non fit ad puniendum.* Et expreſſe hoc aduertit Moder.dicta q.9.num.16.in fine. Et quòd non tendat ad puniendum patet ex eo, ꝙ inquiſitio ſpecialis, quæ tendit ad puniendum habet delictum inuentum, & delinquẽtem vel diffamatum, vel indiciatum. Sed inquiſitio, quæ fit contra officiales, non habet delictũ inuentum, neque delinquentem diffamatum. Nam aut conſideras illud bannum, quod ſyndicatores faciunt promulgari contra officialem ſyndicandum, & ad beneficium priuatorum, excitãdo eos, ſi ſe ſenſerint aggrauatos ad querelandum: Aut conſideras illum ipſum libellum, qui vocatur inquiſitio, formaturque à ſyndicatoribus ex eorum proprio officio, de cuius inquiſitionis forma, vide per Amod.in ſuo tract. Syndic. & neutro caſu dicitur conſtare de delicto, & per conſequens, nec delinquente. Et ſi vis apertius cognoſcere, quòd non tendat ad puniendum conſidera hoc, quòd officialis, ita inquiſitus, non poteſt examinari, ſeu citari ad ſe defendendum, prout poteſt examinari reus inquiſitus, de quo verba fecimus in regula.

Nec obſtat, quòd contra officialem in ſyndicatu, ita inquiſitum, poſſit procedi vſque ad ſententiã incluſiuè, ex quo ſyndicatores, promulgato illo banno, & formata illa inquiſitione, de qua dixi hic ſupra, receptiſque querelis, citant ipſum officialem, & coram eo libros iam recluſos, & ſigillatos aperiunt, videntque acta, ſcripturas, & condemnationes, legunt querelas, & demum, lite conteſtata, recipiunt indicia, & probationes, & cauſam expediunt abſque, quòd aliam ſpecialem inquiſitionẽ formauerint teſte Clar.dicta q.6.verſiculo, cæterum, & q. 50.verſiculo, ſcias etiam. Quia reſpondetur, hãc inquiſitionem non propterea eſſe ad puniendum, ſeu eandem cum ea, de qua loquitur regula, vt patet ex his, quæ dixi ſupra hoc eodem num.

Et quamuis ſyndicatores procedant, vt dictum eſt ad ſententiam ex illa inquiſitione, tamẽ illud eſt, quia in practica hodie non formatur amplius inquiſitio ſpecialis, ſed ſolum aſſumuntur informationes, ex quibus ſi reſultent indicia contra aliquem is citatur, & ad vlteriora proceditur, ſicque ex ipſa generali inquiſitione, mediantibus indicijs, & probationibus, deuenitur ad ſententiam. Et proinde ex iſta inquiſitione ſpeciali, quæ formatur cõtra officiales, deuenitur ad condemnationem, prout ex generali inquiſitione deueniretur contra quempiam alium. Et tamen non dicimus, quòd inquiſitio generalis ſit ad puniendum, hæcque ſolutio conuenit cum his, quæ tradit Clar.in locis, proximè citatis. Cæterum aduerte, quòd & ſi hæc omnia vera ſint, tamen iſta limitatio non videtur inepta, quia regula loquitur ſolummodo de inquiſitione ſpeciali, & nõ de inquiſitione ſpeciali, & quæ tendit ad puniendũ. Et hæc ſufficiant.

24 † Reliquum modo eſt, vt doceamus, qualis eſſe debeat diffamatio, quæ aperit viam inquiſitioni ſpeciali iuxta ea, quæ docui ſupra nu.10. Et reſolutiuè procedẽdo, dicas, eam debere habere ſex requiſita: primum, quòd ſæpius clamoſa inſinuatione ꝑuenerit ad aures iudicis: vt tradũt Gãd.tract.de maleſ. Rubr. quomo.de maleſ.cognoſ. per inquiſition. ſub numero 6. ibi. *Quarto, quod non ſemel*, Ang.

T eod,

eod.tract.in verbo, Hæc est quædam inquisitio sub nume.50.ibi. *Quarto requiritur*, Dec.cons.75.sub num.2, ibi. *Secundo principaliter*, cons.170.sub nu. 1.ibi. *Sed prædictis nullo modo &c.* & cons.189.sub nume.15.ibi. *Non omitto &c.* Maran. in suo Specu. par.6.de inquis.nu.19.& est communis * opinio, de qua testatur Aret.in cap.qualiter, & quando, il 2.nu. 75.de accus.quem refert, & sequitur Clar.lib.5. recept.sent.q.6.vers.Quæro nunc, & probatur euidēter ex allegato textu in cap.qualiter, & quando.

25 † Secundum requisitum est, vt talis fama processerit à personis, fide dignis, & non à maleuolis dicto cap.qualiter, & quando, & tradūt Bar. in l.de minore, §.plurium, nu.15.ff.de quæstio.Papien. in pract. in forma positiones actoris, in gl.Item quòd de prędictis nu.7.Gand.tract.de malef. dicta rubr.quom. de malef.cognosc.per inquis.sub num.6. Ang. eod. tract.& dicto verbo.Hæc est quædā inquisitio, sub nu.50.Dec.vbi supra.Boss.tract.crim.tit.de Inquis. nu.38.Maran. dicta par.6. de Inquis.nu.21. Iodoc. in pract.crim.c.8.& seq.vtrobique num. 9. Crauet. cons.249.nu.14.Rol.à Val.cons.3.num.19.lib.3.& cons.94.sub nu.26.lib.4. & communiter * omnes in dicto cap.qualiter, & quando, de qua communi testatur etiam Clar.dicta q.6.vers.sed quid si nō sint, & videtur expressum in statutis Vrbis lib.2.c.13.dū disponunt, ꝙ sit probanda per testes idoneos. Hoc tamen requisitum limita, vt non habeat locū in duobus casibus; primo quoad indicendam purgationē: quia non refert vtrum fama habuerit ortum à maleuolis; dummodo vigeat apud bonos, & graues viros, vt tradit Rom.cons.351.nu.1.malè allegatus in cons.308.à Boer.de Landr.in addit.ad Gād.vbi supra in litera D. Sed aduerte quia ista limitatio videtur extra casum. Limita secundo, vt non procedat, quando ageretur de delicto, commisso in lupanari, vel alio simili loco, vbi fama, & veritas ipsius delicti regulariter haberi non potest ab alijs personis, quàm à lenonibus, scortis, & alijs similibus, qui ibi cōuersari solent, & nō à Doctoribus, & Equitibus, teste Clar.dicto vers.sed quid, in fine. Sed hoc eius dictum esset verum, nisi Doctores, & Equites frequentarent meretrices.

26 † Tertium requisitum est, vt de ipsa diffamatione constet penes acta, quoniam iudici non creditur nisi quatenus ex processu appareat, vt ī terminis tradunt Fulgos.cons.107.& 136.Ang.tract. de malef. in verbo.Quòd fama publica nu.1. Dec.cons.170. sub nu.1.ibi.*Et de tali fama, quòd præcesserit*, & cōs. 256.nu.11.Mars.in pract.crim.§.constante, nu.16. Maran.in suo Spec.par.6.de inquis.num. 20. Rol.à Val.cons.3.nu.20.lib.3. & quòd hæc sit magis communis * opinio testatur Moder.in qq. crim. lib.1.q. 9.sub nume.7. & quòd seruetur in practica testatur Clar.lib.5.recep.sent.q.31.versic. fama publica.ibi. *Breuiter quicquid &c.* Et certè, si non seruaretur, fama posset produci in occulto, quod est absurdum secundum Ang.loco citato. Et propterea Ang. de Perus.in l.si vacantia nu.182.C.de bon. vac. quem referunt, & sequuntur Ang.in dicto verbo. ꝙ fama publica.nu.1.& Clar. dicto vers. fama publica.admonet iudicem, vt sit cautus, ꝙ dum notarius recipit in vacchetta, seu Bastardello hāc diffamationem, scribat. *Et prædicta facta fuerunt ad bancum iuris, iudice pro tribunali sedente.* Cæterum aduerte, quia vt tradit Mars.in pract.crim.§.constāte, sub nu.11. iste liber Vacchetta, seu Bastardellus, non est liber authēticus maleficiorum, & hæc communis opinio, & practica est approbata à statut. vrbis lib.2.c.6.vnde de ea non venit dubitandum, & infrascriptæ opiniones reprobantur. Et primo opinio eorum, qui dicebant, credendum esse assertioni iudicis, quam opinionē cōem arbitratur Foller.in pract.crim. canon. fol.87.num.33. Secundo eorum, qui distinguendo dixerunt, de fama debere constare penes acta, quā do proceditur ad partis instantiam, secus verò si ꝓcederetur ex officio, & hanc esse cōem opinionem testatur Card.Alex.in ca.de accusatione, col.25. circa medium.q.8. Tertio eorum, qui distinguēdo tradiderunt, de fama constare debere, quando inquisitio formatur à iudice delegato, secus si à iudice ordinario, quorum opinionem cōem arbitratur Aret. in cap.cum oporteat, num.45.& seq.de accusa. Aduerte ad vnum, ꝙ dum dixi, informationes scribendas esse in Bastardello, seu Vacchetta, non intelligo de illa vachetta, quam statut.dicto lib.2.cap.15.mādat, retineri per Senatorem, quia in illo libro, vt ibi apertè disponitur, summariè annotāda sunt solum nomina delinquentium, cum annotatione temporis diei, & qualitatum delicti.

Circa hoc requisitū insurgit vna difficultas: nam secundū Marā.in suo Spec.par.6. de Inquis.nu.19. & Moder.dicta q.9.nu.5.qui alios allegant: hoc requisitum est necessarium, etiam si fama esset vehemens, tradunt enim requiri vehementē famam, & postea ampliando dicūt, de tali fama debere cōstare penes acta: Augu. vero in addit. ad Ang.tract.de malef.ī verbo.Quòd fama publica sub nu.1.tradit, ꝙ si fama esset vehemēs ita, vt transiret in notoriū, posset recipi per iudicem etiam pro Tribunali non sedētē: Tu dic, aliud esse notorium, aliud famam: & ideo si sit notorium, vide quæ dixi supra cap. 76.

27 † Quartum requisitū est, vt diffamatio præcedat inquisitionem, sicut disponit textus in c.qualiter, & quando, il 2. de accusat. & satis docui supra nu.11. hocque requisitum in tantum est verum, vt si interuenerit post formatam inquisitionem, processus nō reconualescat etiam si inquisitus esset conuictus per testes postea productos, Rol. à Val.cons.24.nume. 16.lib.1.& cons.57.num.25.lib.4.

28 † Quintum requisitum est, vt hæc diffamatio habuerit ortū ante capturā rei, vt tradunt Bal.in ca.tuanos, nu.3.de cohab.cler.& mul.Iodoc.ī pract.crim. cap.9.nu.6.Gram.cons.42.nu.10.& Foller.in prac. crim.in verbo. Dentur capitula, quòd suffocauit vxorem, sub nu.28.circa medium, & videtur expressum in statutis Vrbis lib.2.cap.13.in illis verbis.

Si fama publica præcedente &c. ad manus Curiæ deuenerint.

Et facit qđ tradit Abb.in c.licet ex quadā, sub nu.3. ibi.*Itē nota*.de testib.dicēs, ꝙ testimonium de auditu non facit aliquā fidem, si testis dicat, se audiuisse post litem motam, quia præsumitur locutio facta occasione litis; sed quomodo hoc requisitū sit verum,

rum, vide Bar.in l.de minore.§.plurium, nu.16.ff. de qst.& Boss. tract.crim.tit. de part.suppos.nu.21.

29 † Sextum, & postremum requisitum est, vt fama probetur ad minus per duos testes. gl. in l.3.§.eiusdem.in verbo.confirmat in fin.ff. de testibus. quam gl.refert, & sequitur Bar. dicto §. plurium nu. 19.ff. de quæst. Et post eum Papien.in pract. in forma:positiones actoris, in glo.Item quòd de prędictis num. 8.Ioan.de Amic.cons.42.nu. 1. Et quòd hæc sit cõmunis * opinio testatur Alber. in l.ea quidem.num. 24.C.de accusa.quem referunt, & sequuntur Clar. lib.5.recept.sent.q.6.vers. Sciendum est autem, & Pegn.in comm. ad Direct.Eymer. part.3.com.19. §.ex his, & Moder.in qq.crim.lib.2.q.47.num.208. & confirmatur argumento textus in ca. in omni negotio, & cap.licet vniuersis.de testib. quæ iura nitũtur illo Dominico dicto. *In ore duorum, vel trium stat omne verbum*: comprobatur etiam auctoritate textus in l.vbi numerus. ff. de testib. quo loci tradit Iureconsf.sufficere duos testes, quando numerus nõ definitur, quem textum ad hoc propositum considerauit etiam Gasp.Cabal.super Const. March.lib.4. cap.3.in gl.1.num.18.comprobatur quoque ex his, quæ dixi supra ca.76.num.10. Vnde reijcienda est opinio eorum, qui arbitrantur, famam probandam esse per decem testes, & multò magis opinio eorũ, qui volebant, probandam esse per viginti: & similiter eorum, qui tradebant, esse probãdam maiori numero viciniæ, pariter est reprobanda opinio, quam sequitur Iodoc.in pract.crim.dicto cap.9.nu.12. dicens, quòd ex quo numerus nõ est à iure definitus, commissus censetur arbitrio iudicis: Nam huic opinioni satis refragatur tex. in dicta l. vbi numerus. Quare inhæreas opinioni gl.in dicto §. eiusdẽ, quæ est communis, vt dixi, & seruatur in practica.

30 † Sed hic venit dubitandum, qualiter hi testes debeant deponere. & primo, nunquid debeant deponere se audiuisse à maiori parte populi, vel potius publicè dici, & quidem res est controuersa: Nam ꝙ debeant deponere, se audiuisse à maiori parte populi, tenet gl.in dicto §.eiusdem, in verbo. Confirmat, in fine, quam sequuntur Bar.in d.l.de minore.§. plurium, num.19.ff.de quæstio. inferens eo loci nu.22. ibi. *Sed quid si dixit*, ꝙ non sufficeret, si dicerent, se audiuisse illud publicè dici, & alij, quos refert, & sequitur Crauet.cons.41.nu.5. Et ꝙ hæc sit cõis, * seu magis cõis opinio, testatur Imol. in l.hæredes palã, in princip.ff.de testib.quem refert, & sequitur Alex. cons.212.nu.5.lib.2.cons.20.nume 9.lib.4. & cons. 123.nu.3.lib.7.& ita in facto se obtinuisse aduersus Dominum Benedictũ testatur Corn. cons.304.nu. 10.in fine, lib. 3. & ista opinio fundatur in eo, quia aliàs potuissent à duobus tantum, vel ab vno publicè dici. Quinimò Imo.vbi supra, vt eum refert, & sequitur idem Corn.cons.221.nu.5.ibi. *Battaglia autem*, eod.lib.3. arbitratur, communem theoricam Bartoli in dicto §.plurium esse, vt satis non sit, deponere audiuisse à maiori parte populi, sed requiri, vt deponant etiam, se audiuisse publicè dici, cum aliàs, si illud secretò audiuissent, nõ diceretur probata fama, quamuis audiuissent à maiori parte populi.

Contrariam sentẽtiam, ꝙ satis sit, si deposuerint, se audiuisse publicè dici, tenuit Bal.in ca. literas, nu 2.de præsumpt.in cap.præterea, num.9.cum seq.de testib.& in l.testium, nu.26.C.eod. & ꝙ hæc opinio Baldi contra Bar.in dicto §.plurium sit communis * testatur Laurent.Calcan.cons.8.sub nu.11.& quòd seruetur in pract.testatur Cassad. decis.3. præcipuè num.7.de probat.& quòd seruetur in Romana Curia testatur Paris.Cons.52.num.52.lib.3. & in statu Mediolani.Clar.lib.5.recept.sent.q.6. vers. debent etiã, in fine, dicens, quòd Aduocatus, qui super hoc vellet insistere, reputaretur cauillosus, & proculdubio succumberet, & quòd communis vsus iudicantium ita seruet, & exploserit contrariam sententiã, testatur Franc.Pegn.in Comm.ad Direct. Eymer. par.3.comm.19.§.Ad hæc, in fine. de eadem obseruantia testatur Gaspar Cabal.super constitut.March.lib.4.cap.3.in gl.1.sub nu.20.& quòd hęc opinio seruetur in Rota testatur Cassad.decis.3.num.7. de probat. & quòd seruetur in Curia Romana testant Paris.cons.52.in fine lib.3.& alij allegati ꝑ Moder. in qq.crim.lib.2.q.47.nu.257.sub den. num.259. ꝙ propter Rotæ auctoritatem ista opinio magis seruatur in practica. Et hæc communis opinio videtur cõprobari ex textu in l.3. ibi. *Sed quia publicè*. ff. ad S.C.Macedon.& l.2.C.eod.cõfirmatur etiam ex his, quæ dixi in sequenti dubio.

31 † Secundo dubitatur, nũquid debeant nominare eos, à quibus audiuerũt? Distinguo: Aut de hoc interrogant: Aut non. Si interrogantur: dico, ꝙ sic, vt tradunt Innoc.in c.qualiter, & quando il 2.nu.1. de accus.Bar.in dicto §.plurium nu.23. Papien. in sua pract.in forma positio.actoris, in gl. Item ꝙ de prædictis nu.9. Olas.decis.79.nu.53.& Frãc.Peg.dicto cõm.19.§.ergo testes.& ꝙ hæc sit cõis * opinio testatur Alex.cons.100.sub nu.4.ibi. *Sextus testis est Hieronymus* lib.1. Et ꝙ sit magis * cõis testatur Aret. in c.cum oporteat sub nu.58.vers.cõiter tamẽ. De accusat.& ꝙ seruetur in practica testat Clar.dicta q.6. vers.Amplius etiam, quæ cõis opinio comprobatur auctoritate textus in l.si quis Decurio, in fin.C.ad l. Corn. de fals. vt cõsiderat Iodoc.in pract.crim.c.9. nu.10.& quidẽ hæc opinio transit sine cõtrouersia.

Si non interrogantur: res videtur dubia: nam ꝙ non teneantur nominare suadetur argumento, à cõtrario sensu ex præcedenti opinione desumpto, & maximè ex dictis per Innoc.in dicto ca. qualiter, & quando, in illis verbis.

Hic potes colligere qualiter probetur infamia: debet enim dicere testis eum, de quo agitur, de tali crimine diffamatum: & si quæratur ab eo, apud quos est infamatus, debet respondere, apud tales &c.

Vnde cum debeat nominare, si ab eo quęratur, sequitur, ꝙ, si nõ quæratur, non cogatur nominare. Contraria opinio, ꝙ nihilominus debeãt eos nominare, suadetur ex pluribus, & validioribus: & primo: quia fama non dicitur, nisi processerit à personis honestis, & fide dignis, vt docui supra nume. 25. Sed quomodo hoc poterit cognosci, si testes nõ deponant, à quibus audierint? Secundo, quia textus in dicto cap.qualiter, & quando, ex quo desumitur ista conclusio, quòd fama debeat peruenisse ab honestis, & non maleuolis personis, loquitur indi-

stinctè, & non facit differentiam, an præcesserit interrogatio, nec ne: Et hanc opinionem secuti sunt plures, quos refert, & approbat Clar. dicta quæst. 6. vers. sed quid si non sunt: subdens, communem tamen practicam esse, quòd semper interrogetur. Et quòd hæc sit communis * opinio testatur Modern. qui plures congerit dicta q. 47. nu. 230. & 231. in fi.

Non obstat argumentum, desumptum à contrario sensu, quia respondetur, quòd non valet, quando nõ stat causatiuè, & adequatè, seu, vt dicit Euer. in Top. in loco à contrario sensu fol. 184. non sumitur à defectu causæ finalis, argumento legis, Conuẽticulam. C. de episcop. & cleric. Vnde non valet ista consequentia. Si dies Paschatis est, potest comedi caro, Ergo à contrario sensu, si non est dies Paschatis, non potest comedi: Et per oppositum valet ista. Si est animal rationale, est homo, Igitur si non est animal rationale, non est homo: At in casu nostro non dubito, quòd non stat causatiuè, & adæquatè. Non obstat, quòd Innoc. loquatur conditionaliter: *Si quæratur*: quia Innoc. loquitur secundum communem practicam, quæ, vt ex Claro retulimus, est, vt semper interrogentur.

32 † Tertio dubitatur: nunquid testes si fuerint interrogati, quid sit fama, debeant rectè respondere, assignando famæ descriptionem? Respondeo, distinguẽdo: Aut loquimur de exacta definitione per verba iuris, & non facti: Aut de definitione per verba facti more vulgi, Si de exacta: dico, quòd non est necessarium, vt bene tradit Pegn. in cõm. ad Direct. Eymer. par. 3. comm. 17. §. Item interrogatus, & ꝙ hæc sit communis * opinio refert, & sequitur Mascar. in suo tract. de probat. lib. 2. conclus. 749. num. 35. quem refert, & sequitur Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 21. nume. 104. in fine, & lib. 2. q. 47. num. 225. & certè, si aliter diceremus, vix sufficerent testes iurisperiti ad probandam famam iuxta ea, quæ scribit Clar. dicta q. 6. versic. postremò scias, relatus etiam per Pegn. vbi supra, & Vulp. cons. 4. num. 6. & cons. 5. nume. 8. Vnde Gram. cons. 42. quem similiter refert Vulp. in locis alleg. & cons. 113. nu. 7. ait, se tempore vitæ suæ, nunquam vidisse processum, in quo fama fuerit concludenter probata. Si de nõ exacta, sed per verba facti more vulgi, dico, quòd sic, vt tradunt Pegn. & Mascard. in locis proximè allegatis: & ita procedat opinio Marsilij in l. de minore. §. plurium, num. 104. Clari dicto versi. postremo, & aliorum Criminalistarum, qui eum communiter sequũtur, vt testatur Pegn. dicto commẽ. 17. §. sed quid si interrogatus, dum tradunt, quod testis deponẽs de fama, & interrogatus quid sit fama, non probat, si dicat, se nescire, quibus adde Moder. d. q. 47. num. 219. & seqq.

33 † Sed in gratiam eorum testium, qui interrogantur, quid sit fama, videamus, quid illa sit: & vt clarè procedamus, dico, famam esse duplicẽ, vt tradũt Papien. in dicta glo. Item quod de prædictis num. 2. & Gand. tract. de malef. Rubr. quomod. de malef. cognosc. quan. crim. est notor. & quid sit fama num. 2. Alteram, quę dicitur status hominis, & ista describitur, ꝙ sit illęsę dignitatis status moribus, & legibus comprobatus, & in nullo diminutus, ita describit Gand. vbi supra, & hæc facit de mortuo viuum, vt inter alios bene dixit Franc. Petrar. nel son.

L'aspettata virtù, ch'in voi fioriua:
Credete voi, che Cesare, o Marcello,
O Paolo, ò l'African fossin cotali
Per incude giamai, ne per martello?
Pandolfo mio, quest' opre son si frali
A lung' andar, ma'l nostro studio è quello,
Che fà per fama gli huomini immortali,

Idem nel Trionfo della fama

Vidi da l'altra parte giunger quella
Che trahe l'huom del sepolcro, e'n vita il serba,

Et nel son. 288.

Ma la fama e'l valor che mai non more
Non è in tua forza, habbite l'ossa ignude.

Alteram verò, quæ dicitur alicuius facti, seu rei inter homines, differtq; à rumore in eo, quod is dr̃ de re recenti tantum: ista verò de re etiam inueterata, firmataq; in hominum opinione, quamuis incerta, & hanc famam fabulantur Poetę esse Deam filiam terræ. Nam cum regnandi cupiditate ortũ esset bellum inter Gigantes Titani, & filios Terrę, & Iouẽ, iamq; filij Terræ passim trucidarentur à Ioue, cęterisq; Dijs, Terra nimio percita dolore, cumq; sibi hostes aduersus tàm potentes arma deessent, cogitans iniuriam sibi illatam vlcisci, quacunque posset via, vtero coacto, famam enixa est, quæ superũ scelera per orbem terrarum disseminaret. Et huius famę domum bene descripsit Ouid lib. 12. Metamorfab. 12. Et fama isto secundo modo sumpta varijs modis describitur: Nam Virgil. quem referũt Gãd. dicto tract. de malef. Rubr. à quo, vel à quibus possfam. incipere sub nu. 12. Ioan. de Amic. cons. 127. num. 13. & Simanc. de Cathol. instit. tit. 65. sub nu. 38. ita describit.

Fama malum, quo non aliud velocius vllum;
Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo
Parua metu primo, mox se se tollit ad auras,
Ingrediturq; solum, & caput inter nubila condit,

Et postea,

Tam ficti, prauiq; tenax, quàm nuncia veri,

Ad idem tendunt descriptio Ouidij dicentis

Fama loquax peruenit ad aures,
Deianira, tuas, quæ veris addere falsa
Gaudet, & à minimo sua per vestigia crescit.

Et descriptio Ioachini Dentati

Fama bonos lædit plures, ad sidera tollit
Fama malos, famæ non adhibenda fides.

Et descriptio Ludouici Ariosto cant. 32. stãz. 32.

Che tosto ò buona, o ria che la fama esce
Fuor d'vna bocca, in infinito cresce.

Et multę alię similes descriptiones ex scriptoribus sumi possunt, quas ne aliorum inutili transcriptione onustũ reddamus opus, tu poteris videre apud Simanc. loco citato: omnes tamen tendunt ad ostendendum, famã esse fallacem, & incertam, & propterea ex ea non posse deueniri ad cõdemnationẽ, seu torturã: sed Gãd. dicta Rub. quom. de malef. cogn. quan. crim. est notor. sub nu. 2. inquit. Fama est publica, & cõis proclamatio ex sola suspicione ab incerto authore ꝓcedẽs, à qua descriptione Gãd. dissentit Papiẽ. in pract. ĩ forma positio. Actor. in d. gl.

Item

Item quòd de prædictis num.3.dicens, famam eſſe quandam opinionem communem, voce manifeſta tam, ex quadam ſuſpicione prouenientem, & ibidẽ ſingula prædicta verba explicat. Cæterum, quia huiuſmodi deſcriptiones poſſunt ſciri ſolùmodo à Iuriſperitis, & non ab idiotis, qui, vt dixi, poſſunt more vulgi per verba facti, & minus exactè reſpondere, idcirco dicas, ſatis eſſe, ſi reſpondeant, famam eſſe publicam quandam vocem, quę de aliquo publicè, & paſſim circumfertur, vt notat Pegn. ad Director. Eymer. par.3.comm.17.§.Item interrogatus.

34 † Dixi ſupra num.11.quòd diffamatio debet neceſſario anteire inquiſitionem ſpecialem. Modo inſurgit hic tertia difficultas: Nunquid in quolibet caſu, in quo adeſt diffamatio, poſſit procedi ſine accuſatore, ex officio, & per inquiſitionem? Reſpõdeo: prima facie videtur dicendum, quòd nõ, præſertim in crimine adulterij, vbi ſine accuſatore procedi nõ poteſt.l.ſi conſtante.l.miles.§.volenti. ff. ad l.Iul. de adult.& l.quamuis, la ſecunda.C.eod.& comprobatur ex iure diuino in Ioann.13. vbi Chriſtus dimiſit mulierem, ex quo non aderat accuſator. Et quòd in crimine adulterij procedi non poſſit per inquiſitionem tradunt Andr.de Iſern. in Conſtitutione. Humanitate. Afflict.deciſ.176.num.2. Gramm.deciſ. 31.num.1. Vulp. conſ.94.nume.6.& Maran.in ſuo Spec.par.6.de Inquiſit.nu. 170. vbi reprobat Ang. qui contrarium tenuit tract.de maleſ.in verbo. Che hai adulterato la donna mia, nume.31. & in Hiſpaniarũ Regnis Caſtellæ, & Legionis lege Regia expreſſe ſancitum eſt; marito non accuſante vxorem de adulterio, neminem poſſe accuſare, licet iſta lex non proſit clericis, teſte Diaz.in pract.can. crim.ca. 79. ibi vnum præterea qui tamen loquitur cum grano ſalis, & ſtat. Vrbis lib. 2.cap.5.inter caſus, in quibus vult poſſe procedi ex officio, & per inquiſitionẽ non enumerat crimen adulterij. Et quòd, vbi prohibetur proceſſus per inquiſitionem, prohibitio remanet firma, etiam diffamatione præcedente, probatur argumento illius cautelæ, quam tradit Ang.tract.de maleſ.in verbo. Etiam per modum notorij num.1.à nobis relatæ ſupra cap.76.ſub nume.9.ibi. *Si in ſecunda ſpecie:* quia illa cautela redderetur ſuperflua: ſi diffamatio operaretur, vt poſſet procedi in caſu prohibito. Contraria ſententia, quòd poſſit procedi, videtur ſuaderi ea ratione, quòd ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, vulg.iur.& dixi ſupra cap.2.num. 9. Sed diffamatio ſuccedit in locum accuſationis, cap.qualiter, & quãdo, il ſecundo, de accuſa. & dixi ſupra dicto cap.2. num.8.& 9. Ergo diffamatio retinet naturam accuſationis, ſed natura accuſationis operatur, vt iudex valeat procedere, Igitur hoc idẽ debet operari diffamatio: Quid dicendum? Reſpondeo, primam opinionem negatiuam eſſe verã, ſed vt cognoſcas qui ſint illi caſus, in quibus non poteſt procedi per inquiſitionem etiam diffamatione præcedente, diſtinguo: Aut ſumus in caſu, in quo cuilibet eſt licitũ accuſare: Aut in caſu, in quo quibuſdam tantum. Si in primo caſu: dico, quòd, præcedente diffamatione, poteſt procedi per inquiſitionem, & ita procedat textus in dicto cap.qualiter, & quando, & argumentum inde deſumptum. Si in ſecundo caſu dico, quòd non poteſt procedi, quamuis præcedat diffamatio: & ratio eſt, quia ad hoc, vt iudex valeat procedere, requiruntur duo copulatiuè: primum accuſatio: ſecundum, ꝙ perſona, quæ accuſat, admittatᷓ à iure ad accuſandum. Sed diffamatio operatur tantum primum, & non ſecundum: Vnde cum in crimine adulterij requirantur iſta duo copulatiuè: accuſatio ſcilicet, & quòd perſona accuſans ſit ex admiſſis à dicta l.quamuis, la ſecũda, C. ad l.Iul. de adult. ſequitur, ꝙ diffamatio non ſufficiat in crimine adulterij, & vera ſit prima opinio negatiua, quæ etiam ſeruatur in practica. Et hæc omnia dicta ſint, loquẽdo de iure, circa illam ſecundam difficultatem, excitatam ſupra nu.11.

35 † Ad quam redeũdo dico, quòd ſi loquimur de conſuetudine, diffamatio non eſt neceſſaria ad formandam inquiſitionem: quia iſte modus procedendi ex diffamatione ad inquiſitionem ſpecialem receſſit ab Aula, vt teſtatur Clar. lib.5.recept.ſent.q.6.in fine principij, & verſ. p̃terea ſcias, & verſ.quæro nunc, & q.31.verſ.fama publica.in fine, & eum referunt, & ſequuntur Bonacoſſ. in ſuis comm.opin.lib.1.verſ. inquiſitionem debet præcedere fama, fol.mihi 94.col.1. Ant. Scap. tracta.iur. non ſcript.lib.5.cap.37.& Moder.in qq. crim.lib.1. q.9.nu.21.& loco diffamationis hodie ſtant indicia iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num.21. Et propterea licet reus interrogatus à iudice ſuper delicto, non pręcedente diffamatione, non poſſit cogi ad reſpondẽdum ſecundum communem opinionem, de qua teſtantur Card.Alex.in ca. de accuſatione, col.37. de accuſ.& Clar.dicto lib.5.recept.ſent. q.45. verſicu. ſcias autem, & verſ.ſed pone, in fine: tamen de conſuetudine ſeruatur cõtrarium: quia dummodo præcedant indicia, interrogatur, & cogitur reſpondere, vt tradit Clar.loco citato, quem refert, & ſequitur Flam.Cart.in pract.de interrog.reis lib.3.cap.2.nu. 13.dicens, illa indicia ſuccedere loco diffamationis, & lib.1.cap.2.nu.14. & ita declara tu, vt procedant ea, quæ dixi ſupra initio huius capitis, & ſignanter dicto num.21. Nec obſtat impugnatio, quam aduerſus Clar. facit Rol.à Vall. conſ.57. ſub nu.26. verſ. *Non obſtat:* lib.1.dicens, neminem ex Doctoribus, tam antiquis, quam modernis teſtari, quòd diffamatio de cõſuetudine nõ ſit neceſſaria, & Clarum poſſe ſaluari, ſi intelligatur, vt teſtetur de conſuetudine Mediolani tantum. Nam reſpondeo, Clar.intelligendum eſſe, vt loquatur de conſuetudine generali omnium locorum, & bene eum loqui, quia ait, indicia ſuccedere loco diffamationis, & ſic excludit illam diffamationem formalem, de qua loquitur textus in dicto cap.qualiter, & quando, & admittit neceſſariam eſſe eam, quæ reſultat ex indicijs, prout communiter ⁎ tradunt omnes Doctores, quos allegaui dicto numero 21. & tradit ipſemet Rol.a Vall.eodem conſ.57.numer.6. & 10. Et in propoſito notat Moder.ſub dicto num. 21. verſi. *Ego verò.* Et proinde concluſiones, ampliationes, & limitationes, quas de iure loquendo firmauimus in diffamatione, habebunt de conſuetudine locum in indicijs, quia ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, vt dixi ſupra num. 34. ibi.

Contraria ſententia, & indicia de conſuetudine ſunt ſubrogata in locum diffamationis.

36 † Aduerte, quòd etſi dixerim, diffamationē non eſſe neceſſariam: non tamen dico, eam eſſe omnino excluſam; ita vt proceſſus non poſſit ab ea inchoare, quia quando deficerent indicia proxima, iudex poteſt, & ſolet quærere indicium diffamationis, interrogando teſtes in genere, contra quem fama talis delicti laboret, neminem nominando, vt bene aduertit etiam Clar. dicta quæſt.6. verſ. ſed quoniā plerumque quem refert, & ſequitur Moder. dicta q.9. num.21. qui modus interrogandi in delictis occultis videtur neceſſarius, ex quo committuntur in occulto ita, vt nullus de ijs poſſit teſtimonium ferre, & in delictis non occultis videtur vtilis, ex quo facilius teſtes deponunt ſuper diffamatione, quàm ſuper veritate criminis, vt per Clar. loco citato, quod ipſe interrogando ſum expertus, quoniam quamuis ſcirent delictum, quandoq; tamen deponebant ſe audiuiſſe, idque faciunt, vt reo minus obſint. Sed poſtea, dum diligenti examine interrogantur, aperiunt tandem veritatem. Quare practica interrogandi eſt, vt prius præmittantur interrogationes pertinentes ad indicia proxima delicto, & vbi is, qui interrogatur, nihil de ijs deponat, ſubdatur interrogatio ſuper diffamatione. Nec dicas, Clarum eſſe ſibimet contrarium, ex quo, vt retuli ſupra nume. præcedenti, dixit, ſe nunquam vidiſſe aliquem proceſſum, qui inceperit à diffamatione, eamque receſſiſſe penitus ab Aula, quia tunc loquitur de diffamatione, prout erat neceſſaria, & ſine qua non poterat deueniri ad inquiſitionem ſpecialem.

37 † Occurrunt modo nonnullæ difficultates: Et prima: nunquid de conſuetudine ita neceſſariò indicia debeant præcedere examen Rei, ſeu ſpecialem inquiſitionem iuxta ea, quæ firmaui ſupra num.3. in fine, & nume.4. ſicut eam de iure debebat præcedere diffamatio? Reſpondeo, quòd ſic, vt tradunt Bar. in l. congruit, ſub numer.3. C. de offic. præſid. Fulg. conſ.107. & alij, quos allegat, & ſequit Marſ. in ſua pract. crim. §. conſtante, num.33. Boſſ. tract. crim. tit. exam. reorum, nume.6. Foller. in pract. crim. in 3. par. 3. par. in verbo. & ſi confitebuntur numero 9. Rolan. à Vall. conſ.57. num.10. lib.4. Clar. lib.5. recept. ſent. q. 20. verſ. ad formandam. Flam. Carta tract. de execut. ſenten. capto bannito. cap. fin. nu.59. & in practi. interrog. reor. lib.1. cap.2. num.5. & alij, quos allegaui infra num. ſequenti. Et in tantum eam debent præcedere, vt ſine illis inquiſitio ſit nulla, vt tradunt Bero. conſ.167. nume.15. lib.3. dicens proceſſum reddi nullum, nullumque iudicium, Grat. conſ.97. numero 3. lib.1. Cephal. conſ.262. in princ. lib.2. Rol. à Vall. conſ.94. nume.10. lib.4. Et quòd ita intrepidè teneant doct. teſtatur Grat. conſ.57. ſub num.1. lib.2. & quòd iſta ſit concluſio valde trita, eamque conſulentes omnes affirment, & totus mundus ſequatur, teſtatur Catus inter conſ. crim. diuerſorum. conſ.99. nume.1. lib.1. quem referunt, & ſequuntur Clar. dicto verſ. Ad formandam, & Flam. Cart. dicto cap. fin. nu.60. cum ſeqq. vbi alios allegat, & ampliat, & Moder. in quæſtio. crim. lib.1. quæſt.1. num. 40. & quæſt.11. nume. 16. Immo ex quo inquiſitio eſt baſis, & fundamentum totius proceſſus ſubſecuti, ſi eſt nulla ipſa, corruent etiam bannum, & ipſamet ſententia diffinitiua, vt poſt alios tradunt Boſſ. tract. crim. titu. de inquiſit. num.77. Foller. in pract. crim. in verbo. Et ſi confitebuntur in 4. p. tertiæ par. num.6. Flam. Cart. dicto cap. fin. nu.63. & 143. cum ſeqq. Vnde, & piæ memoriæ Pius Quintus, motu proprio incipiente. Dudum poſtquam §. Nos igitur, verſi. Quod, & c. expreſſe diſponit, quod ſententiæ, latæ in contumaciam contra bannitos, tunc demum executioni mandentur, quando latę fuerint, præcedentibus legitimis indicijs: Et ex his nota, quòd officiales Mōtisferrati, qui formant inquiſitionem, non præcedentibus indicijs, vt refert Papien. in practic. in form. inquiſitionis, in glo. fama publica, nu.2. malè faciunt, vt dixit etiam Clar. vbi ſupra, dicens, quòd propterea ſenatus grauiter repræhendit Capitaneum Vicomercati, qui non præcedentibus indicijs, formauerat inquiſitionem.

38 † Secunda difficultas: nunquid requiſita diffamationis ſint neceſſaria etiam ad indicia, quippe quæ in eius locum ſuccedunt? Reſpondeo, ex illis ſex, quæ enumerauimus ſupra nume. 24. cum ſeqq. ſecundum, tertium, & quartum ſunt ſimpliciter neceſſaria, ſextum verò non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, hoc eſt, ſecundum qualitatem indicij: Nam vnus teſtis, qui deponat de ipſo delicto per ſenſum corporis, facit ſufficiens indicium. Si vero deponat de aliquo remoto, non ſufficit. Sed requirūtur duo: primum verò, & quintum requiſitum, nullatenus poſſunt conuenire alteri ſpeciei indicij, quàm indicio diffamationis.

De Inquiſitione ſpeciali.

Cap. LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio eſt duplex, generalis, ſcilicet, & ſpecialis.*

2 *Inquiſitio ſpecialis quid ſit.*

3 *Inquiſitio ſpecialis in modo, & praxi inquirendi quot modis ſumatur remiſſiuè.*

4 *Inquiſitioni aperitur via diuerſis modis non tamen diuerſis modis proceditur per inquiſitionem reprobata doctrina Roberti Marantæ.*

5 *Inquiſitio, loquendo de iure, eſt remedium extraordinarium.*

6 *Amplia, vt procedat etiam de iure canonico, & de iure diuino.*

7 *Amplia, vt procedat etiamſi extaret ſtatutum, vt in quolibet caſu poſſet procedi per inquiſitionem.*

8 *Inquiſitio, loquendo de conſuetudine, eſt remedium ordinarium.*

9 *Inquiſitio, an ceſſet, ſuperueniente accuſatore.*

10 *Inquiſitio, an poſſit concurrere ſimul cum accuſatione.*

11 *Iudex antequam formet inquiſitionem, an debeat ſtatuere terminum parti offenſæ ad accuſandum.*

IN præcedenti capite egi de indicijs, quę viam aperiunt inquiſitioni ſpeciali, conſequẽter modo venit agendum de ipſa ſpeciali inquiſitione.
1 † Et in primis reminiſci oportet, quòd inquiſitio ĩ ſumma eſt duplex, generalis ſcilicet, & ſpecialis, vt tradunt Gandin. tract. de malef. Rub. quomod. cognoſc. de malef. per inquiſit. num. 7. Ang. eod. tracta. in verbo. Hæc eſt quędam inquiſitio nume. 3. & latè ibi Aug. ad eum nume. 9. & 10. Boſſ. tract. crim. tit. de inquiſit. nu. 2. Simanc. de Cath. inſtit. tit. 44. num. 7. & 8. Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 20. in principio. Franc. Pegn. ad Direct. Eymer. par. 3. cõm. 16. §. Hæc verò inquiſitio, & Moder. in qq. crim. lib. 1. quæſt. 1. ſub num. 4. verſ. *Stante hac Doctorum.* Eandem diuiſionem ſub alijs verbis amplexus eſt Specu. titu. de Inquiſit. §. quando autem: verſ. quod autem, & denique colligitur tã ex dictis per antiquos, quàm Modernos, vt refert, & ſequit̃ Augu. ad Ang. vbi ſupra: De generali, eiuſque ſpeciebus, & de generaliſſima ſatis egi ſupra, cap. 69. &
2 83. † Remanet vt agamus de ſpeciali, quæ, vt vnico verbo me expediam, eſt quoddam ius per officium procedendi ad condemnationem, & punitionẽ contra aliquos, nominatim inquiſitos, & de certis delictis diffamatos. Ita deſcribit Ang. in dicto verbo. Hæc eſt quædam inquiſitio. nume. 8. motus ex his, quæ ſcripſerunt Bar. in l. 2. §. ſi publico. ff. ad leg. Iul. de adult. & Ang. in l. ſi vacantia. C. de bon. vacan. & conuenit cum deſcriptione, quam tradit Bal. in l. ea quidem, num. 43. in fine. C. de accuſ. & eandem referunt, & ſequuntur Gig. tract. de crim. læſ. maieſta. lib. 1. titu. qualiter procedatur quæſt. 8. numer. 3. & Franc. Peg. dicto comm. 16. §. ſpecialis verò, videto etiam Marſ. conſ. 53. incipiẽ. longè eſt, & Simãc.
3 dicto tit. 44. nume. 8. † Et quia hæc inquiſitio poteſt ſumi tripliciter, vt docui ſupra cap. præcedenti, ſub num. 3. ibi. *Nos quid dicemus &c.* Et aliud indiciũ aperit illi viam vno modo ſumptæ, aliud alio modo ſumptæ, ideo de his quoque eodem cap. diſtinctè e-
4 gimus. † Nunc ſciendum eſt, quòd in inquiſitione, quouis modo ex illis tribus ſumpta, poteſt ſecundũ ea, quæ ſcripſit Maran. in ſuo Spec. par. 6. de inquiſit. num. 12. vno ex his tribus procedi, vel ex mero officio, vt quando iudex inquirit de per ſe contra aliquem ſine querela, & denuncia alicuius, vel ad querelam alicuius, vt quando offenſus non vult facere partem in iudicio per viam accuſationis, ſed ſolum exponit querelam, & inſtigat, & ſollicitat Curiam ad inquirendum, & procedendum, ſicut hodie ſolet facere quilibet Accuſator: Vel ad denunciam alicuius officialis, prout ſunt Magiſtri Camerarij Ciuitatum, & alij Nuncij, Syndici, & Vicarij deputati ad denunciandum, vt dixi ſupra cap. 71. ſub num. 3. ibi. *Aut eſt conſtituta ad denunciandum tantum &c.* Vel coniunctim prædictis omnibus iuxta formam inquiſitionis, quam tradunt, & interpretantur Ang. tract. de malef. in verbo. Ex mero officio. in verbo. Et ad querelam, & in verbo. Nec non ad denunciationem. & Clar. dicto lib. 5. recep. ſent. quæſt. 3. in eiſdem verſiculis, & præſertim in verſiculo. Nec non &c. & quęſt. 10. verſic. ſcias autem, & quæſt. 3. verſicu. Hinc infertur, vbi teſtatur, quòd in practica iſta tria remedia non rarò, vt dicebat Ang. ſed ferè ſemper ſimul concurrunt: verum, vt quid ſentio, dicam, Maran. non bene loquitur, & inepta per cõſequens redderetur hodie illa forma. Nam non propterea, quòd iudex procedit ad inquiſitionem ex denunciatione officialis, ſeu querela offenſi, dicitur diuerſo modo procedere, quàm ſi abſque his procederet ex mero officio, legitimo quouis alio indicio præcedente: Siquidem denunciatio, facta ab officiali, aperit viam iudici ad inquirendum, & non eſt modus procedendi de per ſe iuxta ea, quæ docui ſupra cap. 55. ſub numero 3. ibi. *Aut enim, qui denunciat &c.* Et quando eſſet de per ſe, de conſuetudine ſeruatur, vt ſolum aperiat viam ad inquirendum, ſicuti ſcripſi eodem cap. numer. 5. Et ſimiliter querela aperit hodie viam iudici ad inquirendum: Vnde Doctores moderni, & præſertim Clar. dicta quæſt. 31. verſic. & ad querelam, & verſic. Nec non ad denunciationem. tradunt, hos modos eſſe connexos cũ inquiſitione, & nos ſupra cap. 71. ſub nume. 3. ibi. *Videamus modo.* cap. 73. nume. 2. & cap. 84. numero 5. docuimus, denunciationem, & querelam aperire viam iudici ad inquirendum. Et quòd modus procedendi ſuper inquiſitione, & multò magis ipſa inquiſitio ſit vna, & non triplex contra Maran. vbi ſupra, patet ex duobus: primo, quia illa differentia, quam cõſtituebat Ang. dicens, quòd in inquiſitione, quæ fit ex mero officio, non eſt neceſſaria diffamatio, non eſt vera, &
* communiter * reprobatur, vt dixi ſupra cap. præcedenti, num. 15.

Secundò, quia in practica nihil refert, quòd iudex appoſuerit, vel non appoſuerit in inquiſitione prædicta verba. *Ad querelam, denunciationem, & ex mero officio*, cum non propterea alteretur diſpoſitio iuris in procedendo, vel condemnando, immo idcirco tota illa ſeries verborum, qua iudices olim vtebantur, hodie, vt dixi infra cap. ſequenti, num. 16. ibi. *Si verò loquimur ſecundum &c.* receſſit penitus ab aula, vt quid ſuperſtitioſum, & ſine effectu, quippe cum hodie procedatur ſummario quodam modo iuxta ea, quæ docui ſupra cap. 51. numero 30. Non tamen nego, inquiſitioni vno ex tribus prædictis modis viam neceſſariò aperiri, & ſi ita dixiſſet Maran. bene fuiſſet loquutus.

5 † His cognitis, quæro de nonnullis: Et primo: nunquid inquiſitio ſit remedium ordinarium, vel extraordinarium? Reſpondeo, diſtinguendo: Aut loquimur de iure: Aut de conſuetudine. Si de iure, dico eſſe remedium extraordinarium, vt tradit Innocen. in cap. cum oporteat, de accu-
* ſa. quem ſequuntur communiter * Doctores, teſte Diaz. regu. 336. Et quòd hæc ſit communis opinio Canoniſtarum in Rubric. de iudic. teſtatur Clar. lib. 5. recept. ſent. quæſt. 3. verſiculo. Debes autem ſcire. de eadem teſtatur indiſtinctè
6 Ant. de Nigr. ſupra cap. 143. ſub numero 7. † quam amplia, vt procedat etiam de iure canonico ſecun-

dum communem opinionem, de qua teſtatur Alc. in cap. 1. nume. 14. de offic. ordin. Hier. Cucchal. in addit. ad Ang. de malef. in verbo. Hæc eſt quædam inquiſitio ſub num. 80. Boſſ. tract. crim. tit. de inquiſit. numer. 17. & Clar. vbi ſupra: & ratio eſt, quia illud, quod ſubrogatur in defectum alterius, dicitur remedium extraordinarium. Sed de iure Canonico modus procedendi per inquiſitionem ſubrogatur in defectum modi procedendi per accuſationẽ. Ergo modus procedendi per inquiſitionem dicitur remedium extraordinarium. Probatur maior propoſitio argumento textus in l. in cauſæ, la ſecunda, ff. de min. 25. ann. cum ſimilibus. Probatur minor, quia modus procedendi per diffamationem ſubrogatur in defectum modi procedendi per accuſationem, cum diffamatio fungatur vice accuſatoris. ca. qualiter, & quando. il ſecundo, de accuſ. & dixi ſupra cap. 2. nu. 8. Sed de iure Canonico modus procedẽdi per inquiſitionẽ eſt modus procedendi per diffamationẽ: ergo de iure canonico modus ꝓcedẽdi per inquiſitionem ſubrogatur in defectum modi procedendi per accuſationem. Comprobatur etiã ex eo, quòd ius Canonicum deſcendit ex iure diuino, dicto cap. qualiter, & quando. Sed de iure diuino proceſſus per inquiſitionem eſt remedium extraordinarium, ergo & de iure Canonico. Quòd de iure diuino ſit extraordinarium patet ex eo, quòd iſte modus procedendi per inquiſitionem ſine accuſatore eſt prohibitus non ſolum de iure diuino, vt aſſerui hic, ſed etiam de iure canonico, & ciuili, vt docui ſupra cap. 68. in principio. ſed quid magis repugnat, quàm modum prohibitum eſſe remedium ordinarium?

7 † Amplia rurſus ſecundum Boſſ. dicto num. 17. vt procedat etiam ſi extaret ſtatutum, quòd in quocunque delicto poſſet procedi per inquiſitionem, quia hoc ſtatutum debet intelligi ſecundum ius cõmune, vt procedat, quando nõ reperitur accuſator, & ſic in defectum. Nec obſtat, ſi quis diceret, ſtatutum reddi ſuperfluum, quia etiam de iure canonico poteſt procedi per inquiſitionem in omni caſu, quãdo deficit accuſator, & exiſtit diffamatio, & propterea Bal. in l. 1. §. in initio, ſub nume. 7. ff. de off. præf. vrb. ex Andr. de Piſis retulit contrariam ſentẽtiam, quam ſequitur Ant. de Nigr. ſuper cap. 143. ſub nu. 7. Nam reſpondeo, non reddi ſuperfluum: quia, vbi accuſatio permittitur quibuſdam tantum perſonis, proceſſus per inquiſitionem eſt prohibitus, etiamſi præcederet diffamatio, vt docui ſupra cap. præcedenti ſub num. 34. ibi. *Si in ſecundo caſu &c.* Et hæc de iure.

8 †Si loquamur de conſuetudine, dico remedium inquiſitionis eſſe remedium ordinarium, vt teſtantur Clar. dicta q. 3. verſ. ſed certè, & Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 1. nu. 10. Verum non moueor ea ratione, qua ipſi, & cæteri alij communiter mouentur: videlicet, quia hodie ex diſpoſitione ſtatutorũ, & inolita iam conſuetudine poſſit procedi per inquiſitionem in omni caſu. Nam hæc ratio nõ concludit per ea, quæ dixi in præcedenti ampliatione: Vnde moueor ea ratione, quòd de conſuetudine iudex non ſolum non ceſſat ab inquiſitione, ſi ſuperueniat accuſator, ſed inquirit etiam ſi accuſatio præceſſerit, & non deſiſtit, quamuis deſiſteret accuſator, vt docui in ſequentibus quæſitis.

9 † Quæro ſecundò, an inquiſitio ceſſet, ſuperueniente accuſatore? Reſpondeo diſtinguendo, vt ſupra: Aut loquimur de iure: Aut de conſuetudine: ſi de iure, dico quòd ſic, vt tradunt Dyn. in cap. actus legitimi, de reg. iur. lib. 6. Additio ad Bar. in l. 3. §. fi. in verbo. Si maritus. ff. ad l. Iul. de adul. Marã. in ſuo Spec. par. 6. de inquiſit. nu. 38. Boſſ. tract. crim. tit. de inquiſit. num. 18. & ita communiter fatentur omnes Doctores teſte Claro dicta q. 3. verſ. Ex hac. & quòd ita communiter ſeruetur teſtatur Alber. in tertia parte ſtatutorum q. 57. eſtque ratio: quia remedium ordinarium facit ceſſare extraordinarium. l. in cauſæ. la ſecunda. ff. de minor. 25. ann. l. in prouinciali. ff. de nou. oper. nũc. cum ſimilibus, & certè iſta communis opinio procedet ſaltem cum temperamento, ſeu inquam diſtinctione, tradita per Bar. in dicta l. 3. §. fin. ſub num. 2. ff ad l. Iul. de adult. quam refert, & ſequit Ang. tract. de malef. in verbo. Hæc eſt quædam inquiſitio nu. 74. vel ſaltem cum diſtinctione, plenius tradita per Salyc. in l. ea quidem nu. 54. C. de accuſ. quem Doctores in iſto articulo communiter ſequuntur, teſte Felyno in cap. qualiter, & quando, il 2. §. licet autem nu. 14. in fine, de accuſat. Et quòd in hoc ad eius diſtinctionem ſemper recurratur, atteſtatur Clar. vbi ſupra: cuius quidem diſtinctionis hæc eſt ſumma, ſi accuſatori non poſſit obijci negligentia, nec ſuſpicio de colluſione, & delictũ non ſit probatum, proſequaturque ſuorum iniuriã, facit ceſſare inquiſitionem. Si loquamur de conſuetudine, dico indiſtinctè contrariũ, vt ſentiunt Ang. vbi ſupra ibi. Hodie autem. & Clar. dicta q. 3. verſ. ſed certè, iuncto verſic. præcedenti, & ita videmus ſeruari in practica, & aliter Doctores dicere nõ poſſunt, cum teſtentur omnes inquiſitionem de conſuetudine eſſe remedium ordinarium, vt dixi num. præcedenti, imò de conſuetudine iſta quæſtio videtur reddi omnino ſuperflua, ex quo ſupra cap. 51. nu... diximus modum procedendi per accuſationem eſſe ſublatũ: Vnde ſi ſublatus eſt eius modus, ad quid illum, ſeu eius qualitates in paleſtram deducimus? cum non entis nullæ ſint qualitates. l. eius qui. ff. ſi cert. pet. Pariſ. conſ. 100. nu. 21. & 23. lib. 4. & Boſſ. tract. crim. tit. de proclam. quod ſit bon. publ. ſub nume. 7.

10 †Quæro tertiò, an inquiſitio poſſit ſimul cõcurrere cum accuſatione? Reſpõdeo, adhibendo eandẽ diſtinctionẽ. De iure non poteſt: ita concludunt omnes, teſte Roma. in l. ædita, ſub nu. 138. C. de eden. ſed de conſuetudine poteſt per ea, quæ dixi ſupra ſub num. 4. Eſtque laudabilis modus procedendi: quia conſulitur accuſatori, vt valeat ſuam iniuriam proſequi, & Fiſco, ne fiat colluſio, vt tradit Clar. dicta q. 3. verſic. Hinc infertur: verum de conſuetudine hoc etiam quæſitum videt reddi inane; quia modus procedendi per accuſationem receſſit ab aula, vt ſepe dixi ſupra dicto cap. 51. ſub numero 15. ibi. *Vel ſi minus &c.* & numero 27. & ſolum aperit viam inquiſitioni, vt docui ſupra cap. 55. num. 5. & ſupra cap. 73. per totum. Bene verum eſt, quòd

ſeruatur

feruatur etiam de confuetudine, vt iudex teneatur in quolibet actu citare querelantem, tanquam adhęrentem Fifco, maxime quando ita proteftatus fuiffet, videaturque quodammodo magis obligari ad puniẽdum reum, quando adeft querela partis: vnde, concordata parte, folent fæpe quidam auari iudices impofturas cõniuentibus oculis admittere in damnum Fifci, & Reipublicæ.

11 † Quęro quartò: An iudex priufquam formet inquifitionem debeat ftatuere terminum parti offenfę ad accufandum? Refpondeo, quòd fic de iure, vt tradunt glo. penultima in cap. fi presbyter à plebe, in verbo. fufpendatur 2. q.4. & in modernis.5. Bal. in l.Senatus fub num.1.C. qui accuf.non pof. Alex. in addit.ad Bar.in l.2.§.fi publico, fub nu.2. in verbo.per modũ inquifitionis.ff.ad l.Iul. de adult. Boff. tract.crim.tit.de citat. nume.41. & plures alij, quos idem eodem tract.tit.de Inquif. num.68. refert, &

* fequitur, & quòd hæc fit communis * opinio teftatur Clar.lib.5.recept.fent.q.3.verf. & confequẽter, & termino ftatuto, aut pars offenfa comparet: aut non: fi comparet, accufationemque porrigat, eft audienda, & facit ceffare inquifitionem ita, vt deinde debeat femper in quolibet actu citari: nifi iudex fecerit fibi dari licentiam procedendi, eo non citato, iuxta ea, quæ tradit Bar. in l. inter accufatorem nu. 8.ff.de publ.iudic.& practicam, quam docet Bal. in l.fi accufatoribus num.4.C.de accufat.dicẽs, quòd cauti Affeffores faciunt fibi dari hanc licentiam: fi non comparet, tunc vlterius non eft audienda, quia iudex dicetur eã præueniffe, vt tradit Aug. ad Ang. tract. de malef. in verbo. Hæc eft quædam inquifitio num.77.

Cæterum de confuetudine iudex poteft formare inquifitionem, & in caufa procedere, nullo termino conftituto parti offenfæ ad accufandũ, & ita practicat, vt teftant Boff. & Clar.in locis allegatis: & ratio huius confuetudinis illa quoque eft, quòd inquifitio eft remedium ordinarium, qua ratione attenta, tam prædictæ conclufiones, quàm multæ alię, quas omitto, & effent veræ in terminis iuris, ceffant, & non feruantur, vt dixi, & hæc fufficiant.

Practica, & modus procedendi, tam fuper inquifitione generali, quam fuper fpeciali qualis effe debeat. Cap. LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Informationes contra delinquentem vbi fint fumendæ.*

2 *Iudex inquifiturus debet quatuor principaliter habere præ oculis, quorum aliqua refpiciunt eius perfonam, aliqua perfonas teftium, & inquirendi, aliqua qualitatem delicti, & aliqua qualitatem indiciorum.*

3 *Iudex debet effe bonus, peritus, diligens, eloquens, conftans, & prudens: debet effe fine timore &c. debet cauere à feueritatis affectione, & qualis in eo requiratur clementia, & quid euenerit Cyro Regi facto Tomyris Reginæ.*

4 *Iudex debet timere Deum quia &c.*

5 *Illuftres perfonæ, mulieres, & aliæ honeftæ perfonæ non funt facilè trahendæ in iudicium.*

6 *Delictum graue rigorofum, leue leuem requirit proceffum.*

7 *Iudex, cui eft aperta via ad inquirendum generaliter folum, debet abftinere ab interrogatione in fpecie, quia effet fuggeftio, & proceffus non teneret, & quoniam carcer eft mala manfio, ideo teftes carcerati non funt interrogandi in fpecie contra delinquentem, fi non fit aperta via.*

8 *Suggeftio eft duplex: aperta, & palliata, & hæc dupliciter committitur.*

9 *Iudici nunquid liceat verbotenus interrogare teftẽ, & deinde, fi videat illius depofitionem fore vtilem Fifco, redigere illam in fcriptis, fecus fi videat damnofam.*

10 *Interrogare teftẽ iam examinatum an fciat, feu credat &c. eft captiofum.*

11 *Interrogandi modus eft arbitrarius.*

12 *Refponfio: ita eft, fi bene recordor, nunquid fit admittenda.*

13 *Modus, & praxis examinandi per extenfum.*

14 *Teftis, qui refpondet, fe non recordari de eo, de quo verifimiler debet recordari, an fit carcerandus, & demum torquendus, vel potius puniendus de falfo, & an requiratnr, quòd præcedant indicia contra reum.*

15 *Iudex, cui eft aperta via ad inquirendum fpecialiter, poteft interrogare teftes fpecialiter de delinquente, etiamfi interrogentur cum tortura, de confuetudine tamen folent prius femper interrogari in genere, & demum in fpecie, & quando teftis eft fufpectus de falfo, debet varijs interrogatorijs illaqueari, & interrogari de circumftantijs etiam remotis.*

16 *Informationes affumere fpecialiter contra aliquem an fit idem, quod formare inquifitionem, & hodie an formetur ille titulus inquifitionis.*

17 *Iudex, cui eft aperta via ad citandum cum inferto tenore inquifitionis, quomodo debeat procedere, & quid feruetur in diuerfis Curijs.*

18 *Iudex, cui eft aperta via ad examinandum reum, vti reum fuper delicto, debet cauere, ne cum ipfo cõtrahat familiaritatem, & ne aduerfus illum excãdefcat, debet tamen regulariter vultum terribilem illi oftendere.*

19 *Debet confiderare qualitatem Rei, quia vrbanius cũ Nobili, quàm cum ruftico agendum eft, confiderabit etiam an fit verecundus, vel audacter.*

20 *Debet etiam refpicere an fit literatus, vel idiota, quia &c.*

21 *Debet etiam cõfiderare qualitatem criminis, de quo interrogat, quia non omnium morborum eft eadem medicina.*

22 *Debet ẽt fideliter memoria cuftodire omnia indicia, quæ exiftunt contra reum examinandum, quia indicia funt medij termini, & loca interrogatoriorũ.*

23 *Modus, & praxis interrogandi reum fuper homicidio, & fuper ftupro.*

24 *Interrogatoria funt formanda in figuris Syllogifmorum.*

25 Iudex

25 Iudex qualem in examine reorum debeat seruare ordinem circa res, de quibus interrogat.

26 Examen Rei cur vocetur constitutum.

27 Reo examinando an sit deferendum iuramentum de veritate dicenda.

28 Iudici an liceat vno interrogatorio interrogare de pluribus.

29 Reus cur interrogetur de nomine, cognomine, patria &c. & cur tortura soleat inchoari à reo, habente turpius cognomen.

30 Iudæus effectus Christianus, si retineat nomen iudaicum antiquum, redditur aliqualiter suspectus.

31 Reus in responsione ad interrogatorium non debet vagari extra interrogata.

32 Interrogatoria obscura, & sophistica an sint licita.

33 Responsio Rei per verbum: credo, an sit admittenda.

34 Interrogare reum de his, quæ consistunt potius in iure, quàm in facto, non licet, & ideo non est interrogandus reus an sit culpabilis, vel non &c.

35 Cautelæ, fictiones, & fallaciæ in interrogandis reis an sint licitæ, & quotuplex sit cautela, & quæ dicatur inhonesta, & an iudici liceat ad eruendam veritatem à reo promittere illi impunitatem, sicq; an ad bonum finem liceat mentiri.

36 Confeßio delicti extorta à reo impunitatis promißione an illi noceat.

37 Cautelæ honestæ, & licitæ quæ sint, & quid sit simulare, & fingere, quod est permissum ad bonum finem.

38 Interrogare reum specialiter, an vulnerauerit &c. nunquid liceat, quando præcedunt indicia sufficientia, & num. seq.

39 Indicia sufficientia ad interrogandum reum specialiter de delicto tam in examine simplici, quàm in rigoroso, qualia esse debeant, & quid seruetur de cõsuetudine, & in praxi.

40 Interrogare reum specialiter de delicto, seu circunstantia illius non licet, si non præcedant sufficientia indicia ad interrogandum, quia aliàs esset sumere probationes de domo rei, & suggerere, quæ sunt prohibita.

41 Iudex debet cauere à suggestione, quæ est damnosa Fisco.

42 Reo, quærenti, dum examinatur, disputare cum iudice, an ei sit concedendum.

43 Responsiones, quas reus affert, sunt scribendæ integræ, & eomet idiomate, quo ab ipso proferuntur.

44 Interrogatoria validiora ad inducendum reum, vt fateatur delictum, quæ sint.

45 Interrogatoriorum cũ aliqua sint validiora, aliqua valida, & aliqua infirma, dubitatur an modus initiandi sit arbitrarius, vel potius sit certa arte præscriptum à quibus debeat inchoari.

46 Reus, interrogatus de delicto, seu circunstantijs illius, de quibus debet verisimiliter recordari, si nolit præcisè, vel ullo modo respondere, potest cogi.

47 Reus interrogatus in secundo constituto de his, ad quæ sufficienter respondisset in primo, an poßit se referre ad illa, vel &c.

48 Reus, qui cogitur à iudice respondere per extensum, & non per relationem ad ea, quæ in alijs constitutis deposuisset, an eo petente, sit sibi prius legenda responsio per ipsum alias tradita, & illius lectione sibi denegata, an validè poßit protestari, vt si apparebit, ipsum aliter deposuisse in priori constituto, secunda depositio referatur ad primam.

49 Reus quomodo poßit cogi pro responsione, seu præcisa responsione habenda, & vsque ad quem gradum isto casu poßit torqueri, & quomodo sit interrogandus in tortura, & cum qua protestatione.

50 Reus interrogatus à iudice laico, si alleget, se esse clericum, & propterea non teneri ad respondendum, nunquid possit adhuc compelli pro responsione.

51 Reus si, dum interrogatur, alleget diffamationem non præcedere, & propterea non posse cogi ad respõdendum &c. nunquid iudex priusquam ipsum cogat teneatur ei facere fidem, & ostendere copiam indiciorum.

52 Reus interrogatus, an habeat. A. pro homine probo &c. Si respondeat, quòd sic: nunquid talis responsio obstet ei, quominus poßit illius testis dicta infringere.

53 Confrontatio Rei cum teste an sit ad bene esse, vel omnino necessaria tam in crimine hæresis, quàm in alijs delictis: Et quomodo cõfrontatio sortiatur effectum repetitionis, & quando sit ab ea abstinendum.

54 Testes, confrontati cum Reo ante litis contestationẽ, an sint repetendi post litis contestationem.

55 Testis si, dum repetitur, petat sibi legi depositionem, à se aliàs factam, nunquid sit ei legenda, & quid si reus protestetur, non legi, & à iudicis decreto, quod contra protestationem emanasset, appellaret.

56 Testis infamis an sit torquendus in confrontatione, & quid si fuisset iam tortus in priori examine ante confrontationem.

57 Tortura testis debet esse leuis, quia &c.

58 Testis an poßit confrontari inuitus.

59 Confrontationis, & recognitionis forma qualis esse debeat, & inter quot recognitio fieri debeat.

60 Testes confrontandi si sint plures, an debeant simul omnes, vel singuli separatim adduci.

61 Reo, qui est recognoscendus, instante, vt iudex testi recognituro ostendat ad digitum, seu ad oculum alium, quàm ipsum recognoscendum, nunquid iudex teneatur id facere ad detegendam falsitatem.

62 Recognitio an debeat fieri contra carceratum adhuc inculpatum de illo delicto, sed solum suspectum ex descriptione delinquẽtis, quæ ei quadraret, & quæ sit forma huiusmodi recognitionis.

63 Cautela circa modum interrogandi reum confrontandum.

64 Reus an poßit examinari pro eodem delicto pluribus vicibus.

65 Inquisitionis titulus an debeat formari ante examen Rei, vel postea.

66 Reus an sit examinandus ligatus manicis ferreis, an verò solutus.

67 Modus, & praxis per extensum examinandi reum principalem.

Mvlta,

MVLTA, quæ de modo inquirēdi ſecundum theoricam ſuperioribus capitibus docui, nunc in gratiam officialium, quomodo ad vſum practicæ accomodentur, copioſè indicabo, multaſque circa eum occurrentes difficultates diſſoluam.

1 † Illud ergo in primis ſciendum eſt, quòd, commiſſo delicto, eiuſque notitia ad iudicis aures quomodocunque deducta, debet is in primis ſe ad locū commiſſi delicti, ſeu patriam tam propriam, quàm paternam delinquentis cōferre, ſeu ſaltem mittere notarium, ibique informationes aſſumere argumēto textus in l. 2. C. vbi de crim. agi oportet. & l. vnica C. vt omnes iudices, tam ciuiles, quàm criminales &c. Vbi enim delictum commiſſum eſt, ibi veritas eius melius indagari poteſt, vt in hoc ipſo propoſito tradit Gand. tract. de malef. Rubr. quomod. de

2 malef. cognoſc. per inquiſit. num. 2. & 3. † Et vbi ad locum deſtinatum, vt informationes aſſumat, ſe cōtulerit, debet multa præ oculis habere, & in primis ea, quæ ſui perſonam reſpiciunt. Secundo, quæ reſpiciunt perſonas teſtium, & inquirendi. Tertio debet conſiderare delicti qualitatem. Quarto, & vlti-

3 mo qualitatem indiciorum. † Et quantum attinet ad ea, quæ ſpectant ad ſui perſonam, ſunt ſex ſecundū Pirrhū in l. imperitia ff. de reg. iur. & Neuiza. in Silua lib. 3. relatus per Stiat. in pract. Capit. vltimo nu. 32. videlicet, Bonitas, Peritia, Diligentia, eloquentia, Conſtantia, & Prudentia, & ſecundum Dionyſ. Cartuſianum ſuper cap. 7. Euangelij Sancti Ioannis, ſuper illis verbis. *Nolite iudicare &c.* ſunt vndecim, quæ ſimiliter refert, & latè proſequitur idem Stiat. dicto cap. vltimo nume. 32. & 33. Ego tamen eorum aliqua magis neceſſaria, & præcipua docebo. Debet ergo in primis ſtudere, vt ſit bonus Chriſtianus; quoniam Deus bonis viris ſolet bona conſilia ſibi, & Reipublicæ ſuggerere, vt recenſet Simanc. de Cath. Inſtit. tit. 34. nume. 9. in fine, & profectò ī critico, & Iudice adeo requiritur bonitas, & integritas vitæ, vt Plato, relatus per eundē Simanc. vbi ſupra, dixerit, ad magiſtratum eligendos nō eſſe niſi eos, qui ab adoleſcentia probati ſunt. vt autē ſit bonus, non debet ſuperari ab illis quatuor paſſionibus, de quibus in cap. quatuor 11. q. 3. & his verſibus exprimuntur.

Quatuor iſta: Timor, odium, dilectio cenſus,
Sæpe ſolent hominum peruertere ſenſus,

Et præſertim caueat, ne ſuperetur ab amoris æſtu: quia, vt ait Salomon lib. prouerbiorum, relatus à Foll. in pract. crim. par. 1. in verbo, ſtudeat ſe ornare num. 56. Vinum, & mulieres faciunt apoſtatare ſapientes, & Ouid. Metamor. lib. 2.

Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur.
Maieſtas, & amor.

Caueat etiam, vt ait textus in l. reſpiciendum. ff. de pœn. ne ſeueritatis affectione, aut inani clementiæ gloria, quid durius, vel remiſſius ſtatuat. ſiquidem pernicioſè errant iudices, qui ſeueritatis gloriam affectantes, crudeles, & atroces ſunt: legant hi queſo ſequens Eprigramma Claudiani in Conſulatu Manlij Theodori.

Se iactent alij, ſtudeant feritate timeri,
Abductoq́, hominum cumulent æraria cenſu.
Lenè fluit Nilus, ſed cunctis omnibus extat
Vtilior, nullas confeſſus murmure vires:
Acrior, ac rapidus tacitas prætermeat ingens
Danubius ripas: eadem clementia ſæui
Gurgitis immenſum deducit in oſtia Gangen.
Torrentes immanè fremunt, lapſiſq́, minantur
Pontibus, inuoluunt ſpumoſo vertice ſyluas.
Pax maiora docet, peragit tranquilla poteſtas
Quod violenta nequit, mandataq́, fortius vrget
Imperioſa quies.

Seueritatis igitur nomen abijciant: Nam, ſicut miſericordia ſurſum ad Deum leuat, ita ſeueritas deorſum in Infernum deijcit, vt tradit Simanc. dicto tractat. de Cathol. Inſtitu. titu. 47. numero 80. & ante eum Hiero. ſuper 12. Prophet. Immo Demoſthenes, agnoſcēs miſericordię virtutem, quamuis non Chriſtianus, ſed Paganus eſſet, vt ponderauit Gram. deciſ. 23. nume. 16. dixit ad Alexandrum.

Non habes, Rex, vel fortuna maius, quàm vt poſſis, vel natura tua melius, quàm vt velis ſeruare plurimos.

Erraret quoque, ſi ita eſſet clemens, & miſericors, vt calamitoſorum precibus collacrymaretur, id nāque non conſtantis, & recti iudicis eſt l. obſeruandum. ff. de offic. præſid. vbi notat Alber. quē refert, etiam Stiat. dicto cap. vltimo ſub nu. 33. verſ. Sextum eſt, quòd ſi nimia ſeruatur humilitas, regentis frangitur auctoritas: idem admonent Luc. de Pen. in l. ſi apparitor col. 8. C. de Cohertal. & Principib. Cornicul. & primipilar. Foller. in dicto verbo. Studeat ſe ornare num. 13. & Flam. Cart. in ſua pract. de interog. reis. lib. 2. cap. 1. nume. 6. & repugnat iuſtitiæ, quæ eſt conſtans, & perpetua &c. repugnat etiam definitioni iudicis, qui debet eſſe vir bonus, iudicandi peritus, & ad id poteſtatem habens, & vir dicitur à virtute, quia iudex debet ſe monſtrare virum, non fœminam, ſeu effœminatum, latius hęc tradit Theſſ. Foſſan. in præfat. deciſ. pedem. nu. 24. Cæterum, ſemota mollitie, clementia virilis laudanda eſt, quia iudex debet dolere ijs, quos vltimo ſupplicio legibus condemnare tenetur iuxta præceptū Diui Auguſtini, qui, vt refertur à Simanc. de Cath. Inſtit. tit. 46. num. 85. ſic ait.

Imple, Chriſtiane iudex, pij patris officium: ſic ſuccenſere iniquitati memineris, vt non in peccatorum atrocitatibus exerceas vlciſcendi libidinē, ſed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem.

Vnde, & Bias damnaturus quempiam ad mortem, lacrymatus eſt, & cum dixiſſet quidam: quid eſt, quòd fleas, cum penes te ſit condemnare hominem? Reſpondit, quia neceſſarium eſt naturæ affectum, & legi ſuffragium reddere, & Ariſt. ad Alex. piè ac præclarè dixit: *parce effundere ſanguinem humanum, quia hoc illius eſt, qui nouit ſecreta cordium.*

Verum

Verum (proh dolor) hodie nonnulli iudices geſtiunt, ac gaudio exiliunt, ſed caueāt ſibi, quia ſi humanum ſanguinem ſitiunt ita, vt in condemnatione glorientur, efficiuntur homicidę, quamuis culpabilem condemnent, vt refert, & ſequitur Boſſ. tract. crim. tit. de fauor. defenſ. ſub nume. 1. Vnde poſſet etiam ſibi contingere, quod legitur eueniſſe Cyro Regi, cuius caput, è ceruice deuulſum, iuſſu Tomyris Reginæ fuit immiſſum in vtrem plenum humano cruore his verbis.

Filij mei ſanguinem hauſiſti, & meum ſitiſti, Cyre, at ego cruore ſe ſaturabo.

Iſta verò clementia virilis qualis eſſe debeat collige ex his, quę doctè tradit Greg. relatus à Simāc. de Cath. Inſtit. tit. 34. num. 46. inquit is.

Sit amor, ſed non emolliens: ſit rigor, ſed non exaſperans: ſit Zelus, ſed non immoderatè ſæuiens: Sit pietas, ſed non pluſquam expedit parcens.

Adde etiam tu, quòd iudex in definitione vocatur vir, quia non debet eſſe impubes, ſeu nimis iuuenis, cuius conſilia, & regimina non ſunt bona iuxta verſus quos ponit Caſſan. in Catalogo glor. mund. par. 10. conſider. 29. relatos etiam à Carau. ſuper ritu 101. num. 3.

Roma vetus veteres cum te rexere Quirites
Nec bonus immunis, nec malus vllus erat:
Defunctis patribus ſucceſſit praua iuuentus,
Conſilio cuius præcipitata ruis

Debet igitur, vt dixi, eſſe bonus, aliàs, ſi ſit peccatis irretitus, non poterit dubia cauſarum ſoluere, & anima eius condemnabitur ad infernum: non poteſt ſoluere dubia cauſarum, teſtibus Bal. in ca. quia procurator col. 6. de elect. Affl. deciſ. vltima in fine, & Crauet. conſ. 15. num. 1. & ratio eſt, quia, vt ſapiens teſtatur, in maleuolam animam non intrabit ſpiritus ſapientiæ, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis, ſeu, vt dicit textus in cap. forus in fine, de verb. ſign. iuſtitia non poteſt habere cōmercium cū homine ſcelerato, ſeu, vt tradit Simanc. dicto tit. 34. num. 9. quia, ſicut oculi, propria virtute priuati, malè vidēt, ita anima, propria virtute deſtituta, malè ſuum opus peragit. Condemnabitur eius anima ad infernum, vt ex teſtimonio ſacræ ſcripturæ, dicentis.

Veh vobis, qui corrupti eſtis precio, qui, tracti odio, vel amore, dicitis bonum eſſe malum, & malū eſſe bonum, ponentes tenebras eſſe lucem, & lucem tenebras, mortificantes animas veſtras, quæ nō moriuntur, ſed in inferno ſepeliuntur: refert Vital. tract. de malef. in procemio nu. 9. quod etiam Virg. quamuis gentilis eſſet apertè innuit lib. 6. Aneid. dū de ijs in Tartaro poſitis ſic loquitur.

Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere diuos:
Vendidit hic auro patriam, dominumq́; potentem
Impoſuit, fixit leges precio, atque refixit.

Etenim ſunt nonnulli auari iudices, qui non attendunt merita cauſarum, ſed merita perſonarum, nō iura, ſed munera, non iuſtitiam, ſed pecuniam, teſte Vital. vbi ſupra, qui egregiè loquit, vt dicit Boſſ. tract. crim. tit. de fauor. defenſ. ſub nume. 1. de quibus iudicibus poſſumus vnà cū Proper. ſic canere.

Vndique deſertis ceſſant ſacraria lucis;
Aurum omnes, victa iam pietate, colunt:
Auro pulſa fides, auro venalia iura
Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.

An & quando cauere debeat à xenijs: vide quę ſcripſi infra cap. ſequenti num. 12. Caueat quoque ab ambitione, quia vt inquit Cic. lib. 1. offic.

Planè conſtat, miſerrimam eſſe omnem ambitionem, honorumq́; contentionem &c. Vtque ab iſta peſte caueat, audiat Senecam dum ait.

Humanorum aſcenſus ſunt lubrici gradus, tremulus vertex, horrendum præcipitium, ægrè conſcenditur ad eminentem ſtatum, anxiè ibi conſiſtitur, grauiter inde, & repente conſcenditur.

Et Horat. qui lib. 2. Carm. Ode 10. ſic canit.

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celſæ grauiore caſu
Decidunt Turres, feriuntq́; ſummos
Fulmina montes.

4 † Debet etiam iudex timere Deū: quia, vt ait Propheta, *Initium ſapientiæ eſt timor Domini*, & vt ait Greg. mor. lib. 6. cap. 23. *pondus timoris eſt anchora cordis*, & lib. 19. cap. 7. *Timor Domini ipſa eſt ſapiētia*: Vnde Ioſaphat Rex Iuda ſic iudicibus loquitur.

Videte quid faciatis: non tantum hominis exercetis iudicium, ſed Domini, & quodcunque iudicaueritis in vos redundabit: ſit timor Domini vobiſcum. &c.

Et hæc reſpiciunt partem animi: Reliquum erit deinde, vt inſpiciat partem corporis ne offendatur, & propterea debet aſſociatus à ſua familia, & cautè accedere: Et hæc de his, quę ſpectant ad perſonam iudicis, poteris addere, quæ tradit Foller. in dicto verbo. Studeat ſe ornare.

5 † Quantum attinet ad ea, quæ reſpiciunt perſonam teſtium debet in primis inſpicere eorum qualitatem: quia, ſi ſint perſonæ egregiæ, ſeu illuſtres, non facilè trahendæ ſunt in iudicium, ſed ita vocari debent, vt potius videātur rogati, ſeu, ne iudicij imperium diſtrahant, vel recuſent, ad eos accedēdum eſt, vel mittendus eſt notarius, præſertim, ſi eſſent moniales, ſeu aliæ honeſtæ mulieres, cum quibus vrbanius eſt agendum: quanta autem, & qualis debeat eſſe iſta vrbanitas, & modeſtia erga teſtes examinandos debet determinari ex qualitate iudicis, & teſtium examinandorum, vt tradit Franc. Pegn. ad Direct. Eymer. par. 3. comm. 123. §. prudenter. & ante eum Simanc. de Cath. Inſtit. tit. 64. num. 13.

Debet etiam inſpicere qualitatem, quia ſi ſint religioſi, iurant tacto pectore more ſacerdotum, ex quo non conuenit, vt eorum manus, per quas corpus, & ſanguis Chriſti conficitur, polluantur per tactum ſcripturę: Sed de hoc vide Marcheſ. qui alios allegat tract. de commiſſ. par. 1. commiſſ. 1. cap. 1. num. 13. Nos enim hac de re plura verba faciemus lib. ſeq.

6 † Quantum attinet ad qualitatem delicti: debet primo loco inſpicere, an delictum ſit facti permanentis, vel tranſeuntis: quia, ſi eſt permanentis, debet in primis facere recognitionem per inſpectionem veſtigiorum ipſius delicti, vt dicebam ſupra c. 71. nu. 3. & cap. 83. nu. 2. cum ſeqq. Secundo debet inſpi-

inſpicere, an delictum, de quo eſt inquirendum, ſit graue, quia in graui ſæuiter eſt procedendum cum aliquo benignitatis temperamento, & in leuibus leuiter l. reſpiciendum ff. de pœn. cap. diſciplina diſt. 45. & admonet Simãc. de Cath. Inſtit. tit. 47. nu. 80.

Quantum attinet ad qualitatem indiciorum: debet diligentiſſimè hoc ſolum perſcrutari: nunquid aperiant viam ad inquirendum generaliter tantum, an verò ad inquirendum ſpecialiter, quæ perſcrutatio, quia ſatis commodè fieri poterit ex his, quæ docui ſupra dicto cap. 71. num. 3. per totum, & cap. 73. & ſeqq. & ca. 84. vbi egi de his quæ aperiunt viã inquiſitioni ſpeciali: ideo hic plura verba non faciam:

7 † Hac perſcrutatione adhibita, via apparebit aperta, vel ad inquiſitionem generalem, vel ad ſpecialem: Si ad generalem, caueat omnino ab interrogatione in ſpecie, ſicut admonent Boſſ. tract. crim. tit. de indicijs, & conſid. ant. tort. num. 148. & Simanc. de Cath. Inſtit. tit. 65. num. 59. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 5. Caſ. 474. nume. 53. qui alios allegat, & poſt eos Flam. Cart. in pract. interog. reor. lib. 2. ca. 1. num. 69. qui loquuntur de reo, quòd non ſit interrogandus in ſpecie de ſocijs, quando non præcederet indicium, quia eſſet ſuggeſtio, & iudex propriam animam perderet, & proceſſus, ita per ſuggeſtionem factus, non præcedentibus indicijs, eſſet ipſo iure nullus, vt teſtatur Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 21. verſ. Retenta igitur. verſus finem, & remiſſiuè ad eum locum q. 45. verſ. Debet autem. quem refert, & ſequitur Flam. Cart. in pract. interrog. reor. lib. 4. cap. 1. nume. 95. & probatur ea ratione, quia inquiſitio ſpecialis formata, non præcedẽtibus indicijs, eſt nulla, vt dixi ſupra cap. 84. ſub nu. 37. ibi. *Et in tantum*. Sed iſta in ſuo genere formaretur, non præcedentibus indicijs, Igitur eſſet nulla, probatur etiam ex his, quæ dixi infra. ibi. *Qui eſt valde turbatus*: Adde ſi placet prædictis Moder. quos vidi poſt hæc à me ſcripta in qq. crim. lib. 2. q. 43. num. 132. & ſeq. Et ad hunc caſum extendas tu textum notabilem in l. 1. §. qui quæſtionem. ff. de quæſt. cuius verba hæc ſunt.

Qui quæſtionem habiturus eſt, non debet ſpecialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit, ſed generaliter, quis illud fecerit, alterũ enim magis ſuggerentis, quàm requirentis videtur.

Et maximè attende quando teſtis eſſet in carcere, quia tunc & ſi non interrogetur in tortura, tamen ſatis eſt, quòd interrogetur in carcere, qui dicitur mala manſio, vt tradunt Boſſ. tract. crim. tit. de carcere nu. 1. & Moder. qui alios congerit in qq. crim. lib. 1. q. 27. nume. 1. & facit textus in l. omnes C. de pœn. immo in tantum dicitur mala manſio, vt, ſi ſit perpetuus, æquiparetur morti ſecundum Innoc. in cap. qualiter, & quando, de accuſat. quem referunt, & ſequuntur Marſ. in pract. crim. §. attingam num. 30. Iodoc. in pract. crim. cap. 16. num. 2. immo ęquiparatur torturæ, vt refert, & ſequitur idem Marſ. vbi ſupra nu. 28.

Sed mala manſio continetur quæſtionis verbo. l. Item apud Labeonem §. quæſtionis ff. de iniur. Igitur ille textus videtur habere locum etiam in teſte, qui examinatur carceratus.

Et dato, quòd ille textus ex proprietate verborũ, ſeu interpretatione, quã facit ibi glo. in verbo. Gręci dicunt, non pateretur huiuſmodi extenſionem, tamen, quòd eius diſpoſitio adhuc habeat locum in teſte carcerato probatur hac alia ratione.

Qui eſt valde turbatus, & ſpecificè interrogatur, dicitur per ſuggeſtionem interrogatus, & actus, qui ad ſuggeſtionem ſequitur, eſt nullus.

Sed qui manet carceratus dicĩ valde turbatus. Ergo qui manet carceratus, & ſpecificè interrogatur, dicitur per ſuggeſtionem interrogatus, & reſponſio, quæ ad talem interrogationem ſequitur, eſt nulla.

Probatur maior propoſitio pulchro exẽplo Notarij, interrogantis ſpecificè teſtatorem, infirmitate valde turbatum, An velit inſtituere hęredem Sempronium? quia, ſi teſtator reſponderit affirmatiuè, teſtamentum diceretur factum per ſuggeſtionem, & non valeret, vt ex communi * Doctorum limitatione refert Boſſ. tract. crim. tit. de exam. reor. ſub num. 13. quæ limitatio tunc maximè videtur communis, quando non conſtaret, quòd teſtator prius teſtamentum ordinauerit iuxta ea, quæ refert, & ſequitur Clar. lib. 3. recept. ſent. in §. Teſtamentum q. 37. verſ. Tertio ſcias, dicens in fine, quòd ita in facti contingentia iudicauit Senatus in cauſa Illuſtris. D. Marliani, ex quo non conſtabat, quòd teſtator ita prius habuiſſet animum teſtandi.

Minor propoſitio patet ad ſenſum, præſertim quando detinetur in carcere ſecreto, & obſcuro, vt detineri ſolent hic Romæ, patet etiam per rationẽ, quia ſi perpetuus carcer æquiparatur morti, vt retuli ſupra, ergo carcer ad tempus poteſt æquiparari infirmitati: Vnde voluerunt nonnulli, quòd confeſſio carcerati dicatur extorta metu tormentorum, quę opinio & ſi vera non ſit, maximè in practica, attamen alicui argumento nobis eſſe poteſt, quòd carceratus dicatur valde turbatus: Et, hac ratione attẽta, ita concludit in interrogatione Rei Flam. Cart. in ſua pract. de interrog. reis lib. 2. c. 1. ſub nu. 54. cũ ſeqq. vſque ad num. 62.

Extenſionem dicti §. quęſtionis amplia quoque, vt habeat præcipue locum in teſte timido, & meticuloſo, & qui examinaretur ad locum tormentorum, & forſan à latrunculatore terribilis aſpectus, quia tunc eo magis abſtinendum eſſet à ſuggeſtione: Siquidem in meticuloſis timor carceris, & metus tormentorum ſolent quandoque magis operari, quàm ipſa carcer, & tormenta in fortibus, & virilibus.

Firma igitur erit concluſio, quòd vbi via eſt aperta ad inquirendum generaliter, iudex non debet interrogare teſtes in ſpecie.

Quam amplia, vt procedat etiam in caſu, quo iudex ſubſiſteret, an eſſet aperta ad inquirendum generaliter, vel ſpecialiter, & ratio eſt, quia in dubijs cautior via eligenda eſt.

Sed cautior eſt: ſi interroget in genere, tum quia quando eſt aperta via ad inquirendum ſpecialiter, non eſt prohibita interrogatio in genere, prout eſt prohibita interrogatio in ſpecie, quando eſt aperta ad inquirendum generaliter, tum quia in dubio debemus

bemus fauere reo, Igitur debet interrogare in genere, & non in ſpecie.

8 † Circa modum iſtum interrogandi teſtẽ occurrunt nunc nonnullæ difficultates: Et prima quotuplex ſit ſuggeſtio? Reſpondeo: duplex: Aperta, & Palliata: Aperta dicitur, quando de ea apertè patet ex interrogatione, vtputa, quia interrogatus ſit: an Caius occiderit enſe Sempronium tali die, in tali loco? iuxta tex. in dicta l. 1. §. qui quæſtionem ff. de quæſt. Palliata verò dicitur per oppoſitum, quando de ea ex interrogatione non apparet: & hæc fit dupliciter, primo, quando nullo modo apparet de qua re teſtis fuerit interrogatus: vtputa, quia ſcriptum ſit: *Ad opportunas Domini interrogationes*, ſeu, *& ad aliam interrogationem*: à quo interrogandi modo regulariter eſt abſtinendum, quia is eſt leno ſuggeſtionis, & plenus propterea periculi, vt Flam. Cart. tract. de execut. ſent. Capto bann. cap. 2. num. 76. cum ſeqq. oſtendit, quando eo modo interrogatur confeſſus in tortura, vno tamẽ caſu videtur poſſe concedi ſecũdum Flam. Cart. in ſua pract. de interrog. reis lib. 3. cap. 3. num. 22. in fine: quando ſcilicet teſtis non perfectè declaraſſet ſuam reſpõſionem, allatam ad præcedens interrogatorium, ſeu quouis modo eſſet manca eius reſponſio, quia tunc poſſet interrogatio ita concipi. *Et ad aliam interrogationem.* Extra hunc caſum, qui hoc genere interrogandi vtuntur, vel ſuggerunt, vel neſciunt forſan latinè interrogare, vel multitudine cauſarum impediti, non poſſunt per extenſum omnes interrogationes formare, quo caſu ſunt excuſatione digni.

Secundo modo fit, quando iudex, extenſo interrogatorio, præuenit, ac præit teſtem in reſponſione, indicando ei viam reſpondendi, quod genus ſuggeſtionis eſt valde pernicioſum, fitque vel in damnũ Rei, vel in damnum Fiſci iuxta ea, quæ dixi infra ſub num. 40. & 41.

9 † Secunda difficultas: nunquid iudici liceat interrogare verbotenus, & deinde, ſi videat teſtis depoſitionem fore vtilem Fiſco, redigere eam in ſcriptis, ſecus ſi videat, fore damnoſam? Reſpondeo: Aut iudex intendit ſcribi aliquam tantum partem depoſitionis: Aut eam intendit integram omitti: Si partem: dico, quòd non, quia iudex, & Notarius debẽt illam integram ſcribere, vt dixi infra nume. 43. aliàs erunt rei gehennæ, ſicut admonet etiam Ioan. Ant. de Nigr. ſuper Capitulis Regni ca. 272. Si cum ſceleratis num. 37. dicens etiam, quòd teſtis debet deponere pro vtraque parte, & in Regno ſalubri pragmatica incipiẽte Item quia nobis datum eſt &c. expreſsè prouiſum eſt, vt Actuarij integras teſtium depoſitiones tam pro Fiſco, quàm pro reo ſcribant ſub pęna arbitraria, immo iudex debet teſtes interrogare ſuper toto negotio, vt inde poſſit explorare etiam innocentiã Rei, vt tradit Franc. Caſon. tract. de torm. cap. 6. num. 6. dicens, maximum vitium eſſe eorum iudicum, qui aliter interrogãt, & teſtes debere deponere pro vtraque parte. Si intendit integrã omitti, vtique poteſt, ne videatur alicuius perſonæ defenſiuum proceſſum fabricare.

10 † Tertia difficultas: nunquid iudex, poſtquã examinauerit teſtem, poſſit adhuc illum interrogare, an ſciat, vel credat &c. Reſpondeo, quòd hoc ſecundũ Boſſ. tract. crim. tit. de exam. reor. in fine, vbi alios allegat, eſſet captioſum.

11 † Quarta difficultas: nunquid modus interrogandi ſit arbitrarius, vel potius quibuſdam certis regulis præſcriptus? Reſpondeo, eſſe arbitrarium, vt docui infra ſub num. 45.

12 † Quinta, & poſtrema: nunquid hæc reſponſio: *Ita eſt, ſi bene recordor*: ſit bona, & admittenda? Reſpondeo, non eſſe bonam ad hoc, vt faciat fidem, quoniam debet deponere de veritate: Vnde iuramentum, quod ei defertur, eſt de veritate dicenda, vt notat Maran. in ſuo Spec. par. 6. actu 9. num. 25. Eſſet tamen à iudice admittenda, quando veriſimiliter non poſſet recordari, aliàs eſſet cogẽdus etiam per torturam, vt dixi infra num. 46. & 49.

13 † Quæ hucuſque docui, nunc examinis exemplo in praxi oſtendo: Finge ergo tibi delatum eſſe, quòd Titius N. &c. heri die 1. Iunij 1594. fuerit repertus interfectus in platea Capitolina, multis vulneribus confoſſus, teque cadaueris recognitionem feciſſe iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 71. num. 3. & cap. 83. num. 2. & ſeqq. ac ſubſequenter monitoriũ expediuiſſe contra vicinos, iuxta ea, quæ docebam ſupra cap. 58. nume. 3. ſeu vt de facto ſeruatur in quibuſdam locis, eos carceraſſe, tunc ita eos examinabis.

Examinatus fuit N. de tali loco, qui delato ſibi iuramento de veritate dicenda tactis &c. fuit per Dominum.

Interrogatus an ſciat, ſeu ſaltem imaginetẽ cauſam præſentis ſui examinis?

Reſpondit Signor non.

Interrogatus à quo tempore incœperit manere hic Romæ?

Reſpondit poſſono eſſere da doi anni in circa.

Interrogatus an hos duos annos continuè manſerit Romæ?

Reſpondit, Signor ſi: per l'ordinario ſono ſtato ſempre qui à Roma.

Interrogatus in quo loco fuerit die prima Iunij præſentis menſis?

Reſpondit, Signor io non mene ricordo.

Et Domino dicente, vt cogitet, recordetur, & dicat, quia non eſt veriſimile, quòd de facto proprio intra tam breue temporis ſpacium oblitus ſit.

Reſpondit, Signore: adeſſo ci ſtò penſando.

Et cum ſteiſſet aliquãtulum cogitans fuit denuo per Dominum.

Interrogatus, an cogitauerit, recordatuſque ſit?

Reſpondit, Signor: io non me ne ricordo.

Et Domino replicante, quòd cogitet, & reſpondeat: quia aliàs deuenietur contra ipſum ad opportuna iuris, & facti remedia, & cum ſteiſſet parum cogitabundus, *Reſpondit: Adeſſo Signor mi ricordo. La mattina io fui à San Pietro, & il giorno andai in Campidoglio, per parlar ad un mio Compadre, che non lo trouai.* Hac reſponſione habita, iudex poterit altero ex his modis interrogare.

Interrogatus an ea die eo in loco viderit aliquam rixam, & iuxta reſponſionem poterit ſubdere alia interrogatoria, vel interrogabit, an

cogno-

cognoſcat Titium. N.

Reſpondit, Signor ſi

Interrogatus à quanto tempore eum nõ viderit.

Reſpondit, Io non l'ho viſto, che ſono intorno à venti giorni,

Interrogatus, an ſciat, vbi dictus Titius ad præſens reperiatur, & quid de eo ſit, ſeu fuerit?

Reſpondit, Titio è morto.

Interrogatus à quanto tempore mortuus ſit?

Reſpondit: ſono à punto venti giorni.

Interrogatus, quonam mortis genere interierit, naturali ne, an violento?

Reſpondit: Titio fù amazzato quel giorno da che io dico non hauerlo veduto.

Et Domino dicente, vt receſſeat, quomodo fuerit interfectus, quo armorum genere, in qua parte offenſus, ex qua cauſa, quibus præſentibus, à quo, & denique totam facti ſeriem recenſeat.

Reſpondit: Venti giorni ſono andando io in Campidoglio, trouai Meuio, & Titio predetto, che haueuano parole inſieme nella piazza di Campidoglio, per non ſo che lite, & danari, & mentre erano à paro le Meuio cacciò mano ad vn archibugietto, & ſparò con quello vn' archibuſciata al detto Titio, & poi ad vn medeſmo tempo ſe li ſtrinſe à darli delle pugnalate, &, hauendoneli date molte, ſe ne fuggi via, & Titio reſtò in terra, che à pena reſpiraua, & l'archibugiata l'haueua colto nel petto, & delle pugnalate ne haueua nella gola, & p altre parti del corpo, ch'io non ſtetti à veder i' luoghi preciſi, ne meno lenumerai, perche mi diſpiaceua di vederlo. Et ci erano preſenti molti, delli quali io non conoſco altri, che Horatio Tuberoni, & Mutio Squinterna.

Interrogatus quomodo hæc ſciat?

Reſpondit: le ſo, perche ci fui præſente, & lè viddi con queſti occhi.

Interrogatus an ſciat, ob quam cauſam ille Meuius interfecerit præfatum Titium?

Reſpondit, io non lo sò, ſenonche per quanto inteſi allhora dal loro contraſto, Titio doueua reſtituire certi danari à Seio, & che perciò frà di loro ci era nata lite, & sò anco, che il detto Meuio, è amico ſtretto di Seio.

Et demum continuabit, vt natura negotij, & reſponſionum qualitas ſuadebit.

Quòd ſi reus interrogetur vti teſtis de ſocijs, & complicibus, quomodo is interrogandus ſit docet Iacob. de Beluiſ. in pract. crim. tit. de quæſtio. nume. 50. quem refert, & ſequitur Flam. Cart. in pract. interrog. reor. lib. 2. cap. 1. nume. 70. dicens, eſſe interrogandum in genere quis fuerit ſecum, quia ſolus non poterat illud delictum committere &c.

24 † Sed circa hunc examinandi modum fingamus, quòd teſtis dum fuit interrogatus, vbi fuerit prima die præſentis menſis Iunij, ſemper reſponderit, ſe non recordari: quid erit agendum? Reſpondeo, iudex ſæpius eum monebit ad reſpondendum præciſè, conceſſo etiam illi aliquo breui temporis ſpacio ad reminiſcendum, vt loquendo de reo conſulit in facto præterito Ioan. de Amic. conſ. 109. num. 9. & tandem, vbi is perſtiterit in eadem reſponſione, & iudici videatur, quòd veriſimiliter debeat recordari, vtputa, quia prima dies præſentis mẽſis Iunij fuerit heri, ſeu nudius tertius, mãdabit, eum detradi in carcerem, in quo vbi permãſerit vno, vel altero die, eundem denuo interrogabit, & ſi adhuc perſtiterit in eadem reſponſione, vrget difficultas, num poſſit torqueri: Et quidem videtur reſpondendum negatiuè, primo ex eo, quòd is teſtis poſſet forſan eſſe ſtolidus, vel immemor, ſiquidem de Meſſala Coruinio legimus, quòd grauitate morbi etiã ſui proprij nominis fuerit oblitus. Secundo, quia videtur interrogatus de circũſtantia remota, & non de facto principali: Tertio, quia teſtis torqueri non poteſt, niſi prius præcedant indicia contra reum, teſtibus Bar. in l. 1. num. 3. ff. de quæſt. Boſſ. tract. crim. tit. de tortur. teſt. num. 1. & tit. de mand. ad homicid. ſub num. 30. & Ruin. conſ. 147. num. 6. vol. 5. Quarto, & vltimo, quia teſtis, qui interrogatus dicit, ſe non recordari de eo, de quo veriſimiliter debet recordari, nõ torquetur, ſed punitur de falſo ad differẽtiam Rei, qui ſolum torquetur, vt refert, & ſequitur Boſſ. dicto tractat. crim. tit. de reſponſ. à Reo facien. numer. 4.

Contrarium cenſeo verum, quòd poſſit torqueri, & moueor. quia teſtes, qui fuerunt præſentes delicto, & dicunt, ſe non vidiſſe delinquentem, poſſunt torqueri, ex quo videntur celare veritatem, vt tradunt Cepol. conſ. 40. num. 17. Boſſ. dicto tit. de tort. teſt. nu. 10. & Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 25. verſ. Torquentur etiam, in fine, & facit textus in l. vnius, §. iudex. ff. de quæſt.

Sed teſtis in caſu noſtro, cum interrogetur de facto proprio, & recenti, & per quod deuenitur ad inuentionem delinquẽtis, & dicat, ſe de eo non recordari, videtur velle celare veritatem: Ergo debet poſſe torqueri: Quòd interrogetũ de facto proprio, & recenti patet, quòd inde deueniatur ad inuentionem delinquentis clareſcit ex eo, quia vicinus præſumitur ſcire geſta in vicinia, vt tradunt Affl. ſuper conſtitutio. Si damna clandeſtina ſub num. 28. lib. 1. & ceteri Doctores communiter* in diuerſis locis, & ipſum iam ſupponimus talem iuxta ea, quæ dicebam dicto cap. 58. num. 3. Vnde, cum dicat, ſe non recordari vbi fuerit illo die, quo fuit cõmiſſum delictum, videtur obliuionem fingere, ne interrogationibus paulatim protrahatur ad indicandum delinquentem.

Moueor ſecundo, quia ſi reus, qui vel nullo modo, vel præciſè non vult reſpondere, poteſt torqueri non ad extorquendam veritatem, ſed reſponſionem, quamuis non præcedant legitima indicia, & quamuis fuerit interrogatus nõ de ipſo delicto principali, ſed de circunſtantijs ipſius, vt dixi infra num. 49. Ergo cur non item teſtis, quãdo iam conſtat de delicto, & præcedit indicium, quòd ipſe ſciat delinquentem?

Non obſtant adducta in contrarium: Et primo, quòd iſte teſtis poſſit eſſe ſtolidus, ſeu immemor, quia reſpondeo, in caſu noſtro apparere, quòd non eſt ſtolidus, neque immemor, ex quo ad alia interrogatoria rectè, & memoriter reſpondit.

Non obſtat ſecundo, ꝙ ſit interrogatus de circũſtantia remota, quia dico, non eſſe omnino remotã.

Non

Non obſtat tertio doctrina Bartoli, & aliorum, dicentium, requiri indicia contra reum, quia, vt bene ſenſit Brun.tract.de indic.& tortur.q.4.2.par.nu. 12.13.& 14.requiritur indicium contra teſtẽ, quòd ſciat à quo commiſſum ſit delictum, & hoc ſufficit, vt patet ex pluribus exemplis, relatis per Brun. ybi ſupra,& ex eo, quod nos retulimus ſupra ibi. Contrarium.

At in caſu noſtro teſtis eſt indiciatus de ſcientia ex eo, quòd eſt vicinus, qui præſumitur ſcire geſta in vicinia intantum, quòd poteſt torqueri etiam vti ſuſpectus de ipſo delicto, ſaltem ſi ſit malæ opinionis,& famę,vt referunt,& ſequunt Iaſ. in l.in actionibus num.42.ff.de in lit.iur.Ang.tract. de malef. in verbo, quòd fama publica ſub nume.49. & ibi Auguſt.in additione, & Marſ.in pract. crim.§. diligenter,nu.97. & adde, ſi placet Moder.in qq. crim.lib. 2.q.52,nume.128. cum ſeqq.Igitur poterit omnino torqueri, ſaltem pro habenda præciſa reſponſione. Vel, vt ſaluemus Bar. reſpondeo cum diſtinctione: Aut loquimur de iure: Aut ſecũdum practicam, & conſuetudinem:Si de iure:rurſus diſtinguo:Aut teſtis,de cuius tortura agitur, eſt talis, vt ex eius dicto, quamuis firmato in tortura, non poſſit deueniri ad torturam rei,vtputa quia ſit teſtis infamis, & nõ omni exceptione maior, & iſto caſu procedat opinio Bartoli: quia, niſi præcedat aliud indicium contra reum, quod coniunctum cum depoſitione dicti teſtis faceret indicium ſufficiens ad torturam, fruſtra videretur torqueri teſtis, & hoc verè ſentit Bar.pro quo facit quod ſcribit Foller. in pract. crim. in verbo. Capiat informationem. ſub num.38. circa medium, dicens, hoc procedere quando iudex ſolum vellet fundare intentionem ſuper dicto illius teſtis, ſecus ſi ſuper alijs: Aut teſtis eſt talis, vt ex eius dicto poſſit deueniri ad torturam contra reum,vtputa quia ſit omni exceptione maior, vel non ſit vnus teſtis, ſed plures,ita vt ex illius,ſeu eorum depoſitione poſſit deueniri ad torturam contra reum, & tunc dictum Bartoli non eſt verum, quia teſtis poterit torqueri, etiam quòd contra reum non præcedat aliud indicium, & hæc de iure: Si ſecundum practicam, & conſuetudinẽ, quæ ſunt optimæ legum interpretes,dico indiſtinctè poſſe torqueri, ſiue ſit teſtis, ex cuius depoſitione poſſit deueniri ad torturam contra reum,ſiue non:vt patet in ſocio criminis,qui torquetur ad ſciendos complices, vt docui infra cap. 97.nu. 180.quamuis ex eius depoſitione non poſſit deueniri ad torturam contra ſocium, quem nominabit, quia non præcedat aliud indicium: Et ratio huius practicæ eſt, quia teſtis torquetur ad hoc, vt maiorem fidem faciat, quando eſt infamis, & non abſolutè ad hoc, vt poſſit torqueri reus, nã poterit ſuperuenire aliud indicium, quòd iũctum cum depoſitione teſtis torti faciet ſufficiens indicium ad torturam,& hæc ſatis.

Non obſtat quartum argumentum,quia non per hoc,quòd poſſet puniri de falſo, quando diceret, ſe non recordari de eo, de quo ſecundum vehementem veriſimilitudinem debet recordari,ſequitur, ꝙ non poſſit torqueri,& in hoc remanet differentia cũ Reo,quòd reus poteſt ſolum torqueri, & non puniri de falſo. Accedat, quòd illud dictum de puniendo teſte in prædicto caſu nũquam vidi in praxi obſeruatum, & ideo melius ait Crauet.conſ.9. num.9. dum tradit,ſolum reddi ſuſpectum.Verum in præſenti difficultate ad fugiendum omnem ſcrupulum, & quia videtur interrogatus de circunſtantia non ſubſtantiali,poſſet iudex procedere ad alia interrogatoria, interrogando eum, an ſciat, in ſua vicinia fuiſſe commiſſum aliquod delictum, & à quo, continuando deinde examen ſecundum qualitatem reſponſionis: & hoc laudarem præſertim ſi non eſſet ſuſpectus de occultãda veritate: Et tandẽ ſcias, quòd tortura teſtium debet eſſe leuis, vt docui infra num. 57. & hæc dicta ſint quando eſt aperta via ad inquirendum generaliter.

15 † Si verò eſt aperta ad inquirendum ſpecialiter, tunc in primis repetenda eſt diſtinctio, quam præmiſi de illo triplici modo inquirendi ſpecialiter ſupra cap.84.ſub nume.3.ibi. *Nos quid dicemus*? qua præmiſſa,iuxta eam diſtinguo:Aut loquimur de inquiſitione ſpeciali, primo modo ſumpta, videlicet, quoad interrogandos ſpecialiter teſtes contra aliquam certam perſonam: Aut loquimur de ſpeciali ſecundo modo ſumpta, quando ſcilicet citatur reus cũ inſerto tenore inquiſitionis:Aut de ſpeciali ſumpta tertio modo, videlicet quando Reus examinatur:Si loquimur de ea in primo modo:rurſus diſtinguo: Aut loquimur de iure: Aut de conſuetudine: Si de iure: certa eſt concluſio, quòd teſtes poſſunt interrogari ſpecialiter iuxta ea,quæ tradit Clar. lib. 5.recept.ſent.q.5.verſ. poterit igitur. dicens, quòd tunc iudex interrogat teſtes quid ſciant de contentis in querela, & ſic intelligas aſſumi informationes contra aliquem: Et procedit non ſolum quando teſtis examinatur de plano in ſimplici examine, ſed etiam quando examinatur in tortura: quia, præcedentibus indicijs contra aliquem, poſſet de eo nominatim in tortura interrogari, vt dixi infra ſub num. 38.Si de conſuetudine:dico ſtylum eſſe,vt prius interrogetur in genere, & deinde in ſpecie iuxta modum,quem docui ſupra num. 13. quando eſt aperta ad inquirendum generaliter, & ita ſe habet practica,quæ tribus rationibus ſatis mihi probatur:prima, quia euitabitur diſputatio, an eſſet aperta via ad interrogandum ſpecialiter, ſecunda, quia ſi teſtis eſt ſuſpectus,vt plerunque eſt, de celanda veritate melius eſt ſumere initium interrogandi à remotis per ea, quæ dixi in examine Rei infra ſub num.39. Imo quòd iudex debeat ſtudere, vt illaqueet interrogatorijs teſtem, quando dubitat, illum non eſſe veritatem dicturum, refert, & ſequitur ex Alex. & Dec. Vrſil.in annot.ad Affl.deciſ.113. num.4. quæ illaqueatio fieri non poteſt, niſi interroget per circuitum etiam de circũſtantijs remotis, de quibus quòd ſit interrogandus vide Alex.conſ.91.nume.7.lib.4. & conſ.54. nu.7.lib.5. tertia, quia ex ea nullum Fiſco,vel Reo ſequi poteſt detrimentum.

16 † Occurrit modo difficultas: nunquid aſſumere informationes ſpecialiter contra aliquem ſit idem, quod formare inquiſitionem? Reſpondeo diſtinguendo: Aut loquimur ſecundum priora tempora, quibus formabatũ inquiſitio, ſeu titulus inquiſitionis ſub

ſub illis verbis. *Hæc eſt quædam inquiſitio, ſiue titulus &c.* Prout docent Papien.in pract. in forma Inquiſit. per totam, Ang.tract.de malef.in verbo.Hęc eſt quædam inquiſitio, cum pluribus ſeqq. & Clar. lib.5.recept.ſent.quæſt.31. quæ verba interpretantur latè præfati Doctores,& Maria.in cap.qualiter, & quando,il ſecundo,à nume.187.vſque ad nume. 212. de accuſat. & multiplicem formam inquiſitionis ſecundum diuerſitatem caſuum docent Vitall. tract.de malef.Rubr.de Inquiſit.& ear.form. & Iacob.Nouell.in pract.crim.Aut loquimur ſecundum tempora noſtra:ſi ſecundum priora:dico,quòd nõ: quia formare inquiſitionem erat elicere ex præcedenti informatione diffamationis, & indiciorum titulum,veluti libellum quendam contra eum, qui ex illa aſſumpta informatione apparebat diffamatus, ſeu indiciatus,isque titulus eo modo formatus trãſmittebatur vna cum citatione ad reum,quia ad hũc effectum formabatur. Et ideò dum Rol.à Vall.quẽ retuli ſupra cap.80.ſub num.3. ibi. *Ex ſententia vero quorundam*, tradit,ſocium criminis nõ facere indicium ad formandam inquiſitionem, bene loquitur, quia non facit indicium ad citandum, & malè Clar.dicto lib.5.recept.ſent.quæſt.21.verſic. Si verò quæris.& nonnulli alij Moderniores arbitrãtur, quædam indicia aperire viam ad formãdam inquiſitionem,& quædam etiam ad eam tranſmittendã. Siquidem hæc,vt dixi, non recipiunt diuiſionem. Sed aſſumere informationes erat quid antecedens, vt narraui ſupra. Si verò loquimur ſecundum hęc tempora,dico,quòd difficultas euaneſcit:quia inquiſitio amplius non formatur,teſte etiam Carauit. ſuper Ritu 20.in fine,& dixi etiam infra cap.100. ſub num.11.ibi. *Si loquamur de copia ſpecialis inquiſitionis*. Et in ſpecie, quòd in Turrono Bononiæ inquiſitio non formetur, ſed ſolum incipiatur illius forma.

Hæc eſt quædam inquiſitio, quæ fit &c. & deinde tota ſeries delicti taceatur,relinquaturque ſpacium in albis: teſtatur Moder.in qq.crim.lib.primo. quęſtio.11.ſub num.40.verſicu.Bene verum eſt, quam obſeruantiam ipſe vidi in multis locis. Imò,illa prędicta prima verba inquiſitionis ſpecialis vidi apponi ante aſſumptas vllas informationes, & initio querelæ,quæ ſumitur: qui ſtylus certè fuit introductus, vel à Notarijs,vel à Iudicibus ignorantibus, & hodie ab oculatis Gubernatoribus conniuẽtibus oculis toleratur,quia attenditur ſubſtantia, & nõ ſolemnitas: ineptiſſimus tamen eſt,quia illa verba, quæ, ex quo denotant inquiſitionem ſpecialem,eſſent apponenda poſt aſſumptas generales informationes, & quando ex illis reſultaret ſufficiens indicium ad inquirendum ſpecialiter, tunc omittuntur, & initio generalis inquiſitionis,quando deberent omitti, apponũtur. Et licet in multis Curijs reus citetur ad reſpondendum inquiſitioni contra eum formatæ occaſione talis delicti, vel ad reſpondendum inquiſitioni ſimpliciter ſine expreſſione delicti, vt dixi ſupra cap.39. ſub numero 7. tamen inquiſitio in ijs non formatur. Et ex his nota, quòd illa practica, quam docet Marſ. in practic.crim.§.conſtante,nume.11.& §.poſtquam,in principio. legendi inquiſitionem reo inquiſito, & ſubinde ſcribendi eius reſponſionem, abijt in deſuetudinem. Et hæc de inquiſitione ſpeciali primo modo ſumpta.

17 † Si loquimur in ſecundo modo, prout ſcilicet, citatur: dico,practicam eſſe, vt poſtquam ex informationibus aſſumptis in generali, vel in ſpeciali inquiſitione, reſultat indicium contra aliquem,is vel capiatur iuxta ea, quæ docui ſupra cap.42. vel citetur iuxta modum, & formam quos docui ſupra dicto capit.39. Forma tamen, qua vocatur, non eſt eadem apud omnes Curias: quia in quibuſdam locis citatur ad reſpondendum inquiſitioni contra eum formatæ, in quibuſdam additur expreſſio delicti, dicendo, formatæ occaſione talis delicti, vt retuli dicto capit.39. ſub numero 7. in quibuſdam verò, vt hic Romæ monetur ad comparendum infra certum terminum, ſeque defendendum cum comminatione pœnæ, in eoque monitorio exprimitur non ſolum delictum, ob quod vocatur,ſed etiam quælibet qualitas, & circunſtantia illius, prout latè docui ſupra cap.58. ſub nume. 22. Et deinde, ſi non compareat, citatur per quatuor vices ſingulis diſtinctis diebus vna die pro alia, prima ſcilicet pro prima, ſecunda pro ſecunda, tertia pro tertia, quarta pro quarta, & ſuperabundanti,ad dicendum cauſam, quare non debeat condemnari &c.iuxta practicam, quam docui infra cap.92.ſub nume.3.

18 † Si loquimur de inquiſitione ſpeciali tertio modo ſumpta, quando ſcilicet reus venit examinãdus, quia vel comparuit citatus ad reſpondendum inquiſitioni, vel quia, præcedentibus indicijs,fuit captus, quo vltimo caſu olim etiam in praxi examinabatur, non aliter formata illa inquiſitione ſpeciali, de qua dixi ſupra ſub nume.16.ibi. *Aut loquimur &c.* teſte Claro lib.5.recept.ſenten.quæſt. 20.verſiculo, ad formandam. ibi. *Hæc tamen*, licet ibi teſtetur ſolum de praxi Mediolani. Et vtroque caſu, ſiue citatus comparuerit, ſiue fuerit captus, ſi præcedat aliquod legitimum indicium eorum, quæ poſui ſupra cap.84.nume.7. poterit examinari vti principalis, & reus. Circa quod examen faciendum debet ſagax iudex multa reſpicere: & primo loco perſonam ſuam, vt ſit imbuta ijs præceptis, quæ docui ſupra nume.2. & ſeqq. & hic addo alia, & primum, vt cum Reo familiaritatem non contrahat, quia ex æquali conuerſatione, naſcitur contemptus, vt ait textus in l.obſeruandum. ff.de offic. præſid. & admonet glo.in cap.nullam poteſtatem, in verbo. Auctoritas.18.queſt. 2. Secundum, vt aduerſus reos, etiam quos malos putat, non excandeſcat,eadem l. obſeruandum. ff. de offic. præſid. Tertium, vt dum interrogat reum, oſtendat ei vultum terribilem, ſicut dicit Imper. in Auth. de mand. Princip. §. feſtinabis. ibi.

Talem verò præbebis temetipſum omnibus & publicè, & priuatim, vt terribilis quidem ſis delinquentibus &c.

Et ex eo textu notant Ign.in l. & ſi certus,nume.27. ff.ad Syllan. & Flam. Cart.in pract. interrog. reor. lib.2.cap.1. nu.8. & ante eum Foller.in pract.crim.

par.1.in verbo.Studeat ſe ornare nu. 10. & 49. Tu tamen intelligas,hoc faciẽdum eſſe regulariter, ſed non ſemper per ea,quæ dixi infra num.ſeq.

19 † Secundo loco debet conſiderare qualitatẽ Rei, num ſit nobilis,vel ignobilis:quia cum nobile debet vrbanius agere,faciendo quòd ſedeat aliquo humiliori loco,vt in cauſis fidei admonet Franc.Pegn.ad Director.Eymer.par.3.comm.18.§. non erit indecorum,& ipſe vidi ſeruari.Et quòd perſonę graues ſint examinandæ cum decenti decore admonet etiam Flam.Cart.dicto lib.2.cap.3.in principio. Debet etiam reſpicere, an ſit timidus, vel fortis, & an loquatur timidè, vel audacter, & qualem præſeferat vultum,& qualem habeat effigiẽ, quia reperiuntur quidam natura verecundi, qui modeſtia potius mitigantur,quàm vincãtur pugna, teſte eodẽ Cart. dicto cap. 3. in fine. Sicque illud, quod diximus de oſtendendo vultu terribili,non cenſeo perpetuò verum.Timidus namque debet terreri,iracundus concitari, ambitioſus inflari,& verecũdus modeſtis,& blandis verbis potius, quàm toruo vultu capi iuxta ea,quæ ex Quintil.refert Cart.dicto cap. 3. num.6. Horumque blandorum verborum,quibus in cauſa hæreſis reus quandoque fuerit adductus ad hæreſim aperiẽdam,exemplum ſumas ex Flauiano Antiochiæ Epiſcopo, qui vt refert Theodoritus lib.4. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.10.& ex eo Franc. Peg. dicta par.3.comm.23.§.His cautelis.benignè ad ſe vocato Adelphio admodum ſene, deliniẽtibus verbis illum inaduertẽtem adduxit ad Maſſilianorum hæreſim patefaciendam.

20 † Debet pariter reſpicere,an ſit literatus,vel idiota, quia literati diligentius ſunt examinandi, vt per eundem Cart.dicto cap.3.num.2.Debet quoque attendere quibus parentibus ſit ortus, vnde ſit oriundus,quod nomen ſit ei ſuper impoſitum,& alia ſimilia, ex quibus poterit melius deliberare quomodo ſit interrogandus.

21 † Tertio debet conſiderare qualitatem criminis, ſuper quo interrogat,quia, vt dicit Eymer.in Director. Inquiſit. par.3.nume. 86. ſicut non omnium morborum eſt eadem medicina, ſed potius diuerſorum,& ſingulorum diuerſæ ſunt, & ſingulæ medicinæ,ſic non eſt ſeruandus idem modus interrogandi ſuper omnibus delictis, quod dictum eleganter ornatur illis duobus verſibus.

Sed quoniam variant animi,variabimus artes:
Mille mali ſpecies,mille ſalutis erunt.

Et proinde aliter eſt interrogandus reus in cauſa homicidij,aliter in cauſa ſtupri:Nam in cauſa homicidij interrogatoria verſabuntur circa inimicitias, minas,rixas,arma,& ſimilia,quæ ſolent eſſe cauſæ, & inſtrumenta homicidiorum: In cauſa verò ſtupri circa amores,colloquia,tactus,oſcula, & ſimilia iuxta ea,quæ docui infra num.23.

22 † Quarto debet memoria cuſtodire omnia indicia,quæ exiſtunt contra reum examinandum: quia iudex ſe habet cum reo ad inſtar eius, qui in literarijs palæſtris intendit aduerſarium conuincere, quemadmodum enim ille tunc rectè argumẽtatur, quando idoneis vtitur medijs,ita quoque iudex tũc bene,& ſapienter interrogabit, cum ex indicijs, & præſumptionibus, veluti ex certis, & proprijs locis interrogatoria cõſtruet. Siquidem ipſa indicia ſunt media,& loca interrogatoriorum.

23 † Sed,vt huius tertiæ, & quartæ conſiderationis veritas exemplo luceſcat. Finge, repertum eſſe cadauer Titij.N.de N. in nemore, vt vulgariter dicitur,Baccani: & facta illius recognitione, ac aſſumptis informationibus in genere contra delinquentẽ, reſultare ex illis hæc duo indicia:primum, quòd eademmet die,qua fuit eo loci interfectus Titius,tranſiuerit illac Zaccagninus N.armatus,& aſſociatus à Marco Sciarræ Bannito,& condemnato: Secundũ quòd dictus Zaccagninus erat inimicus capitalis dicti Titij. Finge quoque, Ennium Aurum delatum eſſe,quòd ſtuprauerit Lauiniã N. & facta recognitione per obſtetrices,vt docebam ſupra cap.83. nu. 15. & aſſumptis informationibus, apparere ex his, quòd Ennius Aurus eam procaciter intuebatur, quodque eam fuerit allocutus, ſecumque ingreſſus in aliquod Tugurium, & quòd viſus ſit eam palpare,& ſemel oſculari.

Tũc iudex in cauſa homicidij ſic Zaccagninum interrogabit.

Inimicus, præſertim capitalis, nactus occaſionẽ offendendi inimicum, præſumitur, ſi reperiatur offenſus,quòd ipſe eum offenderit.

At tu, Zaccagnine, eras inimicus Titij, & quidẽ capitalis, nactuſque fuiſti occaſionem eum offendendi, ac interficiendi. Igitur cum is repertus ſit interfectus, præſumendum eſt,quòd tu eum interfeceris.

Maior propoſitio probatur ĩ iure ex his, quę ſcribunt Spec.titu.de præſumpt §.2.verſ. Sed pone:& ibi Ioã.Andr.in addit.ad eum Ang.tract. de maleſ. in verbo, quòd fama publica num.50.& ibi Auguſ. in addit.ad eum,Marſ. in pract. crim. §. diligenter, num.70.Boſſ.tract.crim.tit.de delinquen.num.2. & ibi Mandoſ.in additione Crauet.conſ.35. nume.3. lib.1.Ant.de Nigr.ſuper cap.clandeſtinis, num.28. Clar.lib.5.recept. ſent.q.21. verſ. Inimicitia. Gaſp. Cabal.ſuper Conſtitut.March.lib.4.c.25.nu.79. & Theſſaur.Foſſanen.deciſ.24.nu.1. quorum & ſi maior pars teneat,inimicitiam non facere indicium ad torturam,de qua re nos,Deo fauente,agemus in ſecundo libro,tamen ſi aliquid aliud cum ea cõcurrat admittunt omnes,quòd faciat indicium ad torturã, hocque indicium qualecunque illud ſit deſumitur à Doctoribus ex l.1.§.cum quis latrones.ff. de quæſt. Sed in caſu noſtro concurrit,quòd fuerit viſus in loco homicidij, armatus, & aſſociatus à malis hominibus.

Minor propoſitio probatᷣ ex depoſitione Sẽpronij,& Meuij,qui deponũt de inimicitia,& ex depoſitione Lucij,qui deponit, ſe vidiſſe eum in loco homicidij,armatum archibuſio,& pugione, & aſſociatum,vt dixi.

In cauſa verò ſtupri ſic interrogabit Ennium, reum delatum.

Qui procaciter mulierem reſpicit, & cũ ea in aliquem ſecretum locum ingreditur, alloquitᷣ, palpat, & oſculatur,præſumitur etiam, quòd eam carnaliter cognouerit iuxta illos verſus

Oculi,

Oculi, ſi neſcis, ſunt in amore duces,
Viſus, alloquium, tactus, poſt oſcula factum.
Vt tradunt gl. in l. quod ait, in principio. ff. ad l. Iul. de adult. & Afflict. in Conſtitutione. In quæſtionibus, num. 13. lib. 1.

At tu, Enni procaciter reſpexiſti Lauiniam, & cũ ea in ſecretum locum ingreſſus es, tetigiſti in pectore, & denique oſculatus fuiſti, vt probatur ex depoſitione plurium teſtium. Ergo præſumendum eſt, ꝙ tu eam carnaliter cognoueris.

24 † Vnde, ſi bene aduertis, hæc interrogatoria, tam in cauſa homicidij, quam ſtupri ſunt argumentationes quædam in prima figura, & ſunt in Darij, & ꝓpterea optima, vt in ſimili tradit Flam. Cart. dicto lib. 3. interrog. reorum. cap. primo, nume. 60. ſunt in prima figura, quia tam in argumẽto contra Zaccagninum, inquiſitum de homicidio, quàm in argumẽto contra Ennium, inquiſitum de ſtupro medius terminus eſt ſubiectum in maiori propoſitione, & in minori prædicatum: ſunt etiam in Darij, quia in vtroque argumento maior eſt vniuerſalis affirmatiua, & minor, & concluſio ſunt particulares affirmatiuæ iuxta regulas Dialecticorum. Verũ tamen eſt, quòd interrogatoria in practica non concipiuntur ſub tam ſolemni forma argumentorum, ſed potius formantur ad inſtar Enthymematum hunc in modum.

Zaccagnine, tu eras inimicus capitalis Titij, & eadie, qua ipſe fuit occiſus, tu fuiſti viſus in loco homicidij armatus, & aſſociatus, & hæc tu non potes negare, quia es conuictus. Igitur veriſimiliter tu eum occidiſti iuxta ea, quæ ſcribit idem Cart. eodem ca. 1. num. 56. cum ſeqq.

25 † Quinto, & poſtremo reſpiciet ordinem interrogandi: Nam quemadmodum ædificia extructuris non ſatis eſt cęmenta congerere, niſi, vt ait Quint. lib. 7. Orator. Inſtit. in præfat. à manu artificis ordinatè diſponantur, ita quoque dico, non ſatis eſſe iudici interrogare de qualitate Rei, & criminis, & congerere indicia, niſi ordine interroget, & congerat. Et propterea examen, ſeu, vt vocant, conſtitutum, ſecabit in duas partes, quarum prima continebit interrogatoria reſpicientia qualitates Rei, remotas à delicto. Secunda vero ipſum delictũ, & indicia: Interrogatoria reſpiciẽtia qualitates Rei ſunt illa, quibus interrogatur de nomine, cognomine, patria, ꝓfeſſione, ſeu exercitio, ætate, & de alijs generalibus. Reſpicientia verò delictum, & indicia ſunt illa, quibus interrogatur de qualitatibus annexis, & proximis, præcedentibus, vel ſubſequentibus ad delictũ, & de ipſo delicto: vt patet ex forma conſtituti, quã

26 poſui infra. His præmiſſis. † Quæro de pluribus: & primo, quare examen Rei vulgo vocetur. *Conſtitutum*, vt ait Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 45. verſ. ſcias autem? Reſpondeo, quia, ſicut viſitatio, & recognitio cadaueris appellatur *Viſum & repertum*, vt dixi ſupra ca. 83. nu. 18. eo ꝙ Notarij relatio eo modo incipit, ita quoque examen Rei appellatur Conſtitutũ eo, quòd cum reus eſt examinandus, initio examinis faciendi dicimus, Conſtitutus perſonaliter. N. &c. vt aduertit etiam Flam. Cart. in pract. interrog. reor. cap. 1. nu. 6.

27 † Secundo quæro: nunquid reo examinando ſit deferendum iuramentum de veritate dicenda? Reſpondeo, de iure eſſet dicendum, quòd non per ea, quæ ſcribunt Marſ. in practic. crim. §. poſtquam, in princ. & ſub nu. 4. Clar. dicta q. 45. verſ. ſed quæro, & Ant. Scap. tract. iur. non ſcripti lib. 5. cap. 65. nu. 7. tamen de conſuetudine in tota Italia ſeruatur cõtrarium, vt teſtantur Clar. & Scap. vbi ſupra, & Cart. in pract. inter. reor. lib. 3. cap. 3. nu. 15. & patet ex forma Conſtituti, quod poſuimus infra num. 67. à qua conſuetudine recedendum non eſt, vt aduertit etiã Clar. vbi ſupra. Et quicquid ſit de iure, non eſt neceſſarium, quòd laicus iuret tactis Euangelijs, ſeu alia ſacra ſcriptura: ſed ſufficit, ꝙ iuret, tacta quauis ſcriptura, & ſi eſt clericus, tacto pectore, vt poſt alios tradit Cart. dicto lib. 3. cap. 3. num. 18.

28 † Tertio quæro: nunquid liceat Iudici vno interrogatorio de pluribus interrogare? Reſpondeo, ꝙ ſic: Nam videmus, quòd in primo interrogatorio Reus ſemper de pluribus interrogatur, tamen melius eſt, quòd interrogetur ſucceſſiuè de ſingulis, vt tradit Flam. Cart. tract. de execut. ſent. capto bann. ca. 2. ſub nu. 16. & apertius Franc. Pegn. ad Direct. Eymer. par. 3. comm. 22. §. Inquiſitores, & Simanc. de Cath. Inſtit. tit. 44. ſub nu. 14. dicens, quòd Reus de pluribus interrogatus vno interrogatorio poteſt cum Sycophanta Plautino, dicere Iudici: *Multa ſimul rogitas, neſcio quid expediam potiſſimum &c.*

29 † Quarto quæro, cur Reus ſit interrogandus de nomine, cognomine, patria, & ſimilibus, vt infra in exemplari num. 67.? Reſpõdeo: interrogandus eſt de nomine ob duplicem cauſam, prima eſt, vt conſtet ex eius propria confeſſione, ꝙ ipſe eſt ille, cõtra quem extant querela, indicia, & probationes, quòd commiſerit illud delictũ, & hæc ratio militat in omnibus illis interrogatorijs, quę inducunt cognitionẽ, & certitudinem perſonæ. Secunda, vt appareat, an ſibi nomen mutauerit, quia ſi illud mutaſſet, daretur maior anſa Iudici interrogandi, & reo fatendi delictum: de cognomine verò, & patria venit interrogandus non ſolum ob prædictas duas cauſas, ſed etiam, quia ab his ſumuntur non leuia argumenta ſuſpicionum. Nam cum cognomen (quod à vulgaribus dicitur ſopranome) ſoleat originem trahere ab aliqua præclara, vel mala actione illius, cui ſuper imponitur iuxta textum in §. Tutores autem Inſtit. de Tutor. meritò ab eo ſumi poteſt argumẽtum, vt tradit glo. 1. in l. Diuus. ff. de bon. damnat. & hinc eſt ſecundum Marſ. in pract. crim. §. expedita num. 52. quòd ſi tortura eſſet pluribus Reis, ſeu teſtibus inferenda ad eruendam veritatem alicuius delicti, cæteris indicijs paribus exiſtẽtibus, inchoandum eſſet ab eo, qui haberet turpius nomen, vtputa ſi vocaretur *Forabosco Tarabuſo*, *Spezzacroce*, *Pizaguerra*, *Mezzofra*, *Falameſcia*, *Scaramella*, & alio ſimili, vt aiunt, nomine proceſſus. Adde, ſi placet, quæ ſcribunt Modern. in qq. crimin. lib. 2. quæſt. 52. numero 165.

30 † Hinc quoque eſt, quòd ſi Iudęus effectus Chriſtianus retineat nomen Iudaicũ antiquũ, ac eo vtatũ argueretur amor, & affectus erga Iudaiſmũ, cumque approbare præſumeretur per ea, quæ tradunt

Eymer. in suo Direct. Inquisit. par. 2. quæst. 44. sub nume. 6. versicu. *Nam ille.* in fine. & ibidem Franc. Pegn. comm, 69. §. & imponitur, & singulariter Cravet. cons. 73. nume. 13. cum seqq. Immo secundum eundem Pegn. dicto commen. 69. §. de originarijs. Christianus originarius, qui vocaretur aliquo Iudaico nomine, apud Christianos penitus insolito, præberet forsan causam suspicandi, saltem quòd originem ducat ab Hebræis. De alijs, videlicet, de disciplina, professione, ætate, educatione, bonitate, & prauitate, tempore præterito, societate, & similibus venit similiter interrogandus, quia ex his quoque suspicionum argumenta elici possunt, vt docent Cicero lib. 2. Rhetor. ad Heren. Quintil. lib. 5. Orator. instit. ca. 10, copiosè, & diligenter Franc. Cason. tract. 1. de indic. ex person. cap. 1. & multis seqq. Simanc. de Cath. instit. tit. 44. nu. 14. Franc. Pegn. ad Direct. Eymer. par. 3. comm. 18. §. & interrogatus, & Flam. Cart. in pract. interrog. reor. lib. 3. cap. 1. num. 20. vsque ad num. 39.

31 † Quinto quæro: nunquid iudex interrogans debeat pati, vt Reus vagetur extra interrogata? vtputa si interrogatus qua occasione, & vna cum quo discesserit à patria, hucque se contulerit: respondeat, *Io venni quà à Roma per vedere il mondo, come communemente desiderano di vedere tutti li gioueni dell' età mia, & vn' altra volta io andai in Spagna, doue stetti cinque mesi, & poi &c.* Respondeo, quòd non. Sed cum primum videt illum vagari, compellat eum ad respondedum, vt post Eymer. admonet Pegn. dicta par. 3. comm. 22. §. Inquisitores. Cæterum vbi congruè respondeat, illum non interrumpat, quia ex illa interruptione posset consilium capere circa responsionem.

32 † Sexto quæro: Num liceat iudici vti interrogatorijs obscuris, & sophisticis? Respondeo: Aut interrogat rusticos, & idiotas: Aut doctos, & versutos. Si rusticos, censeo, quòd non per ea, quæ dixi supra num. 20. & ita in fauorem pauperum expressè cauetur motu proprio Pauli Tertij Pontif. Max. relato per Flam. Cart. in pract. interrog. reor. lib. 2. cap. primo, sub nu. 14. Si doctos, & versutos: censeo, quod ei liceat, dummodo talis modus interrogandi vtilis esse possit ad eruẽdam veritatem, aliàs esset frustratorius. Omni tamen casu arbitror, quòd iudex: Reo instante, deberet semper declarare interrogatoriũ obscurum, & sophisticum. Nam quemadmodum Reus afferens ambiguam, & obscuram responsionem, quæ plures patiatur intellectus, cogitur à iudice clarè, & apertè respondere, vt post Eymer. in Director. Inquisit. par. 3. nume. 88. admonet ibi Pegn. ad eum comm. 22. §. primus est cum seqq. sed apertè in §. quòd si quãdoque, & Flam. Cart. vbi supra: ita quoque ad instantiam Rei debet iudex declarare interrogatorium obscurum, & amphibologicũ.

33 † Septimo: Nunquid iudex debeat admittere responsionem per verbum. *credo.* vt in forma constituti, quam posui infra sub num. 67. ibi. *Respondit. Signorsì credo. &c.* Respondeo, quòd non, testibus Aret. tract. de malef. in verbo. Comparuerunt dicti inquisiti, & negauerũt totum num. 1. & Flam. Cart. qui plures congerit in pract. interrog. reorum. lib. 3. cap. 3. nume. 17. versiculo. *Et cum reus.* Et propterea caueat etiam iudex ne interroget, an credat &c.

34 † Octauo: Num iudici liceat interrogare reum de his, quę consistunt potius in iure, quàm in facto? Respondeo, quòd non: quia, si interrogat, reus non tenetur respondere, & si respondeat, & veritas possit haberi clariori modo, quam per responsionem Rei, iudex illi responsioni non debet acquiescere. l. ornamentorum, & ibi Bar. ff. de aur. & arg. leg. glo. in cap. si post præstitum, in verbo. absque, circa medium. de confess. in 6. Alex. cons. 115. nume. 2. cum seqq. lib. 3. & Maran. in suo Specu. par. 6. memb. 7. nume. 17. vnde Bar. in l. prima. §. accusationem, in fin. ff. ad Turpill. & cons. 115. Alex. vbi supra. Boss. tract. crim. tit. de Responsion. à reo facien. num. 17. & Flam. Cart. dicta pract. interrogan. reorum. lib. 2. cap. 2. nume. 19. tradunt, reum non oportere in sua responsione dicere, an sit culpabilis, vel non, quia hoc pertinet ad iudicem, sed debet respondere super facto an fecerit, vel non. Eadem ratione dico, quòd minus cogendus est, vt respondeat ad ea, quę peritorum iudicio relinquuntur, vt admonet Franc. Cason. tract. de indic. & torm. cap. 4. sub nume. 3. dicens, Reum, seu testem interrogandum non esse, an vulnus sit lethale, quia hæc cognitio requirit peritiã Medicorum, & Chirurgorum, & quòd practica interrogandi reum, an vulneratus ex vulnere decesserit, sit diabolica, quia tendit ad tollendas Rei defensiones, tradit post Signor. quem allegat Clar. lib. 5. recept. sent. quæst. 45. versic. Debet autem: & quòd vxor, inquisita de veneno, propinato eius viro, qui sit mortuus, non sit interrogãda, an maritus sit mortuus ex veneno, sed solum an dederit ei venenum, & quòd hoc sit intantum verum, vt, etiam si quis cõfiteatur se venenasse aliquem, & ex veneno mortuũ esse, eiusmodi confessio non præiudicaret, quia non sit ipsius facultatis cognoscere, an ex veneno decesserit: vide Foller. in pract. crim. in verbo. Item quòd sororem venenauit. num. 36. & 15. seu, vt refert, & sequitur ex pluribus Thom. Triuis. decis. 5. nume. 2. lib. 2. quia non spectat ad ipsum facere delictum illud, quod non est delictum.

35 † Nono: Nunquid ad eruendam veritatem, detegendaque crimina, liceat ei, dum interrogat reũ, vti cautelis, fictionibus, & fallacijs? Respondeo, prima facie videtur dicẽdum, quòd non: quia esset relaxare habenas malitijs, quod non est faciẽdum, teste glo. in l. cum hi. §. si cum lis, in verbo. circumueniatur. ff. de transact. vnde Paul. de Castr. in l. si per errorem num. 5. in fine, ff. de iurisdic. omn. iud. & in l. edita, num. 9. C. de eden. refert ex Cyn. quòd & si cautelę afferant iudicibus honorem in hoc sæculo, in alio ædificant ad gehennam, cum doceant damnare animam. Sed tu, vna cum Franc. Pegn. ad Director. Eymer. par. 3. commen. 23. §. sed duo sunt: dicas, cautelarum genus esse duplex: alterum, quod tendit ad malum finem: alterum verò, quod tendit ad bonum. Si loquimur de eo, quod tendit ad malum: dico, illud esse semper prohibitum, & ita intelligas glos. & Paul. de Castr. vbi supra. Si verò loquimur de eo, quod tendit ad bonum: rursus distinguo: Aut est honestum, & sine periculo: Aut

Aut inhoneſtum, & periculoſum. Si honeſtum: dico, illud eſſe permiſſum, & laudabile, argumento tex. in cap. afferte, de præſumpt. vbi Salomon ex honeſta fictione peruenit in cognitionem veræ matris illius infantis. Si inhoneſtum: dico, adhuc eſſe prohibitũ, quia non ſunt facienda mala, vt inde eueniant bona, ſicuti docui ſupra ca. 12. ſub num. 48. ibi. *Nam reſpondetur &c.* Sed difficultas erit in cognoſcẽdo quæ cautela dicatur inhoneſta, & breuiter agendo, dico, hoc relinqui arbitrio iudicis: inter alias tamen inhoneſtas cenſeo omnes illas, quæ imminẽtis mortis timorem incutiunt: talis fuit illa, qua, vt retuli ſupra cap. 83. ſub nume. 3. ibi. *Et huc ſpectat memorandum &c.* vſus fuit Beatus Frater Ioannes de Capiſtrano, dum eſſet Fiſcalis ante religionis ingreſſum, quia enim fuit nimis periculoſa, ſicut exitus indicauit, reputatur inhoneſta, & prohibita: talis æſtimanda eſt etiam illa, qua, vt ibidem retuli, vſus fuit quidam iudex, contra eum, qui plures graues viros inculpauerat de graui delicto. Inhoneſta quoque eadem ratione iudicanda venit illa, qua vſus fuit Carolus Magnus, qui ratus, quòd vel pater, vel filius, quos carceratos detinebat, occidiſſet quendam, ſed incertus vter eorum, iuſſit, vtrumque ſuſpendi. Cũque pater, qui illum occiderat, omnem tunc redemptionis ſpem abieciſſet, filium vt ab imminenti periculo liberaret, faſſus eſt homicidium, & propriam culpam agnouit, filiumque innocentem ſic ab imminenti ſupplicio redemit, ſicuti referunt Andr. de Iſern. in ca. primo. §. publici latrones. de pace tenen. & eius violator. Par. de Put. tracta. Synd. in verbo. Tortus. cap. 11. Boer. deciſ. 166. nume. 6. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. caſ. 270. nume. 15. & alij nonnulli, quos refert Flam. Cart. in pract. interrog. reorum, lib. 2. cap. primo, nu. 48. & 49. Vbi vna cum Couarr. Tiraquelli memoriæ lapſum admonet: dicens, hunc Carolum non fuiſſe Carolum Secundũ, vt æſtimauit Tiraquel. Sed Carolum Primum: Dico, hanc cautelam fuiſſe parum honeſtam, quia etſi res bene ſucceſſerit, tamen erat nimis periculoſa, ſi ad propinquum mortis actum deueniebatur.

Inhoneſtam etiam, ſed alia ratione, cenſeo impunitatis promiſſionem, qua iudex ducit Reum ad fatendum delictum, ſicut aduerſus communem opinionem tradunt etiam Clar. lib. 5. recept. ſent. queſ. 55. verſicu. allegare, & verſiculo, ſequenti. & Flam. Cart. qui multa dicit dicto cap. primo, num. 23. cum plur. ſeqq. & ante eum Franc. Pegn. ad Direct. Eymer. par. 3. comm. 23. §. & inquiſitor, & in terminis in §. Hæc tamen opinio, & §. veruntamen.

Hancque contra communem ſententiam vna, vel altera ratione confirmo: prima, quoniam, ſi iudici non licet factum, quod ignorat, mentiendo, dicere reo, ſe illud ſcire: ex quo incurreret mẽdacij peccatum, vt admonet Franc. Pegn. dicto comm. 23. §. Dando ſibi, quem refert, & ſequitur Flam. Cart. dicto lib. 2. cap. 1. nume. 77 Ergo multo minus licebit ei mendaciter, & falsò impunitatem promittere, cum ipſe non poſſit gratiam facere, vt dixi infra ca. ſeq. num. 25. Sicque eſſet potius doloſa deceptio, & fraus, quàm laudanda cautela.

Secunda, quia ſi lex nõ debet eſſe nutritiua peccati ad notata per Bar. in l. omnes populi, ſub num. 22. & 23. ff. de iuſtit. & iur. Ergo nec iudex qui eſt illius miniſter, ſiquidem turpe eſſet, quòd is, qui aliena peccata debet corrigere, & ne fiant prohibere, ijs detineretur irretitus. l. meminerint. C. vnde vi. Sed mendacium eſt peccatum cap. mihi autem. ca. nec artificioſo, & cap. omne genus 22. q. 2. in quibus dicitur, quòd qui mendacio aliquem decipit, animã ſuam occidit, ergo ab eo omnino debet abſtinere. Nec dicas, iudici cauſa inueniendæ veritatis, corrigendique delicti, licere ea, quæ priuatis vetita ſunt, quia poteſt mittere in carceres, torquere, & punire, quæ priuati facere non poſſunt. Nam reſpõdeo, quòd mittere in carcerem, torquere, & punire ſunt actus, ſine quibus iuſtitia contra malefactores exerceri non poteſt. Sed iuſtitia deſcendit ex iure diuino iuxta ea, quæ docui ſupra cap. 11. nume. 3. Igitur ab eodem prædicti actus prohibiti non ſunt, ſed permiſſi. At mendacium eſt actus ſeparatus à iuſtitia, quia ſine eo poteſt exerceri, immo eſt illi contrarius, ex quo eſt peccatum, vt dixi, & propterea nunquam apud Sanctos, alioſque probos viros reperitur vſitatum, dicente Apoſtolo, non eſſe faciendum malum, vt inde ſequatur bonum. Vnde cum quidam Catholici ad inquirendos Priſcillianiſtas, mendaciorum, atque periuriorum inuolucris deliteſcentes, dicerent, artem contraria arte deludendam eſſe, atque ob eam cauſam, ne magno fidei detrimento ijdem Priſciallianiſtæ occulti remanerent, licere mendacijs mendacia prodere, nempe mentiri, ſe quoque eſſe Priſciallianiſtas, vt qui verè eſſent Priſcillianiſtæ detegerent, ſicque ab huiuſmodi prauis fruticibus expurgare poſſent Eccleſiã: S. Auguſtinus, cum hæc accepiſſet, execratus eſt facinus, quòd Chriſtiano homini, nec in leuibus mentiri liceret: Sic refert doctiſſimus, ac eloquentiſſimus Cæſar Baronius Soranus in annalibus Eccleſiaſticis tomo. 5. anno Domini 413. Honor. & Theod. Impp. Et dato millies, quòd iudex apud vulgares, & Birruarios laudabiliter impunitatis promiſſione reum duceret ad confitendum, & ſubinde ad ſupplicium, tamen apud graues viros, qui etiam hoſti fidem ſeruandam cenſent, non tranſiret ſine improbitatis nota.

36 † Aduerte modo, quòd præſuppoſito, Reum ſub ſpe promiſſæ impunitatis faſſum eſſe delictum, inſurgit tunc difficultas: nunquid talis confeſſio impunitatis promiſſione extorta noceat confitenti, de qua videto Clar. Pegn. & Cart. in locis allegatis, & ſuppoſito, eam nullatenus nocere, quod non dico, tunc illa promiſſio non ſolum videretur inhoneſta, vt dixi, ſed eſſet etiam fruſtratoria. Suppoſito verò, quòd ex ea poſſit condemnari, dubium oritur: nunquid iudex poſſit, ſi velit, promiſſam impunitatem ſeruare, de quo vide apud eoſdem Doctores ſuperius citatos.

37 † Honeſtæ autem, & licitæ cautelæ per oppoſitum ſunt illæ, quæ nec imminentis mortis periculũ incutiunt, nec mendacio, ſed potius ſimulationi, & fictioni nituntur, vt tradunt Clar. dicta quæſt. 55. verſicu. Circa primum. Et Franc. Pegn. dicto commen. 23. §. Hæc tamen opinio, dicentes, aliud eſſe

ſimulare, & fingere, quod eſt permiſſum iuxta exẽplum Salomonis in dicto cap. afferte. de præſumpt. aliud mentiri, & decipere, quod eſt prohibitum: & iuxta hãc theoricam, dum eſſem Commiſſarius Ciuitatis Tuſculanæ, recordor, quòd quidam Petrus de Iſaia ad probandum ſe reſtituiſſe ſcripturam cuiuſdam tentorij cuidam Lucæ Turcireo induxerat coram meo prædeceſſore quendam teſtem, vocatum Iacobum Frezzam eiuſdem Ciuitatis, qui articulum apertè probabat. & quòd deinde is Lucas coram me accuſauit dictum teſtem de falſo, quem cum ipſe iuſtis de cauſis valde ſuſpectum haberẽ, diligentiſſimè examinaui, & cum paulatim viderẽ illum timere, & variare, ſtatim hac in interrogando vſus ſum cautela.

Iacomo hor via dite la verità: Che mai potria valere queſto pauiglione? Che più preſto, che hauer à ſtentar tanto con voi, lo vorrei hauer à pagar io del mio. Iacobus, his verbis auditis, æſtimauit, non amplius de falſitate, ſed de valore tentorij agi, ſicque ferè deliberabat dicere veritatem, quod ipſe aduertens ipſum ſollicitabam, & ſubdidi.

Dite la verità, & non vogliate per così poca coſa trauagliar tanto. Et ſic ſtatim faſſus fuit, ſe ad dicti Petri ſuggeſtionem falſum depoſuiſſe, quod genus cautelę, quia nititur ſimulationi, mihi videtur honeſtiſſimum.

38 † Decimo quæro: nunquid iudici liceat interrogare Reum ſpecialiter de delicto, vtputa, an vulnerauerit Titium. Reſpondeo: Aut præcedunt ſufficientia indicia ad interrogandum ſpecialiter: Aut non. Si præcedunt, non eſt dubium, quòd licet per ea, quæ tradunt Boſſ. tract. crim. titu. de exam. reor. nume. 12. Franc. Brun. tract. de indic. & tortur. par. 1. quæſt. 3. nume. 25. Foller. in pract. crim. in verbo. Rei indurati torqueantur, ſub nu. 1. & Flam. Cart. in pract. interrog. reorum. lib. 2. cap. 1. nume. 64. & faciunt quæ dixi de interrogatione ſpeciali in teſte ſupra ſub nu. 15. ibi. *Si de iure*. Et hoc procedit etiãſi reus eſſet in tortura, quia adhuc poſſet ſpecialiter interrogari, tam ſuper delicto, vt in hoc quoque caſu apertè ita ſentiunt Foller. Boſſ. & Flam. Cart. vbi ſupra, & Auguſt. ad Ang. tracta. de malef. in verbo. quod fama publica ſub num. 118. quàm ſuper complicibus, & ſocijs, ſi indicia contra eos præcedant, vt dixi infra cap. 97. ſub nu. 186. & nos, Deo fauente, latè proſequemur in ſecundo libro.

39 † Tota difficultas remanet in agnoſcendo, quę dicantur indicia ſufficientia Et breuiter agendo, quoad interrogandum in ſimplici examine arbitror, requiri aliquantulo vrgentiora, quàm ad interrogandum in genere: quo vero ad interrogandum in tortura, arbitror requiri talia, vt ex illis iudex certò ſciat, illum commiſiſſe delictum, vt tradunt Boſſ. dicto tit. de exam. reorum. numẽ. 12. & Cart. dicto lib. 2. cap. primo, num. 64. dicetur in hoc propoſito pro certo ſcire meo iudicio, quando præcederet pluſquam ſemiplena probatio, & hæc de iure. Si loquimur de conſuetudine: dico, cõtra Caſonem, quem refert Clar. lib. 5. recept. ſent. quæſt. 45. verſic. Debet autem, adhuc reum eſſe interrogandum in genere per ea, quæ dixi de interrogatione teſtis ſupra ſub nume. 15. & ita ſe habet practica, vt patet ex formulis interrogandorum reorum, quas tradunt Eymer. in Direct. Inquiſ. par. 3. nume. 74. & ibi Franc. Pegn. comm. 18. §. communioribus. cum ſeqq. Simanc. de Cath. Inſtit. tit. 44. num. 14. & ſeq. & inter alios nouiſſimè Flam. Cart. dicta pract. interrogan. reorum, lib. 3. cap. 3. nume. 22. cum ſeqq. Huiuſque practicæ interrogandi reum in genere, & per circuitum addo hic aliam rationem, quia ſcilicet facilius ducitur reus ad detegendum, fatendumque delictum: Nam reus, cum primum audit interrogatorium ſuper delicto, ſeu proxima illius circunſtantia, ſtatim animaduertit intentionem iudicis, à qua, vti à cognita, facilius poterit cauere, quia cognita intentione, facilè præuidebit quas interrogationes iudex ſit facturus: præuiſis interrogationibus, facilius etiã inueniet reſponſiones, ſicque interrogatoria reddẽtur debiliora iuxta illud.

Iacula præuiſa minus feriunt. Et illud

Piaga antineduta aſſai men dole.

Quod non erit, ſi fuerit interrogatus in genere, & per circuitum, vt bene exemplificat Flam. Cart. dicto lib. 3. cap. 1. num. 75. ibi. *Et quoniam*. & repetit num. 50. & 58. dicens, Reum de eo, quod in iudicium ſubſtantialiter venit, non eſſe ſtatim interrogandum, ſed aliquo circuitu ad id perueniendum eſſe, vt longe repetita oratione, quæ cauſæ non nocere arbitratur cõcedat, ijſque, quę negare vult cogatur fateri. Siquidem, vt ait, ex oratione ſparſa plerunque colligimus argumenta, quæ per ſe nihil reũ aggrauare videntur, ſimul tamen poſtea collecta eo reum perducunt, vt vel cogatur delictum fateri, vel ſuperioribus dictis repugnare: quod certè eſt veriſſimum, & ego in interrogandis reis ſæpe expertus ſum. Verum poſtquam fuerit interrogatus de generalibus, poterit paulatim interrogari circa qualitates, & indicia, & vltimo loco de ipſo delicto ſecundum prudentiam interrogantis. & hæc, quando pręcedunt ſufficientia indicia.

40 † Si non præcedunt, dico tam de iure, quam de conſuetudine interrogandum ſemper eſſe in genere iuxta exemplar, quod ad hunc effectum poſui infra num. 67. aliàs enim videretur ſumere probationem de domo Rei, quod eſt prohibitum per textũ apertum in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. & in l. nimis graue. C. de teſtibus. & notat Boſſ. tractat. crim. tit. de exam. reor. nu. 1. in fine, & nu. 9. quem refert, & ſequitur Cart. vbi ſupra lib. 1. cap. 1. nu. 6. idẽ tradunt Foller. in pract. crim. in dicto verbo. Rei indurati torqueantur ſub nu. 1. & in verbo. & ſi confitebuntur 3. par. 3. par. nu. 76. Moder. in qq. crim. lib. 1. quæſt. 18. ſub nume. 45. idem firmat Neuiz. conſ. 5. num. 2. quem videas, quia limitat & declarat ſub num. 32. & ſeq. quando dicta l. nimis graue, non ꝓcedat, Et iudex ſi interrogaret in ſpecie, diceretur potius ſuggerere, quàm interrogare argumẽto tex. in l. prima. §. qui quæſtionem. ff. de quæſt. qui & ſi loquatur in teſte, vt illum induxi ſupra num. 7. tamen, vt ibi tradunt Bar. & Marſ. & alibi alij, quos refert, & ſequitur ad hoc propoſitum Flam. Cart. in prac. interrog. reorum. lib. 2. cap. primo, ſub nume. 55. extenditur etiam ad Reum, & quòd iudex nõ debeat inter-

interrogare in ſpecie, quia videretur illum inſtruere, vt ad euitandam torturam ita reſponderet, tradunt Boſſ. tract.crim.tit. de exam.reorum, numero 12.Clar.lib.5.recept.ſent.quæſt.45. verſ. debet autem. Franc.Pegn. ad Direct.Eymer. par.3.comm. 18.§.id verò in primis.cum ſeqq.Flam. Cart. dicto cap.1.nume.54.& Gaſp. Caball.ſuper Conſtitutio. March.lib.4.cap.1.in verbo.comparuerit.in principio.vbi iuxta allegatum textum in §.qui quæſtioné. nititur declarare qualis interrogatio dicatur ſuggeſtioſa, concludens demum,eſſe arbitrarium.Et quę dixi ſupra dicto nume.7. de non interrogando teſte carcerato nominatim contra aliquem,quia carcere dicitur turbatus, per excellentiam habent locum in Reo,qui procul dubio dicetur magis turbatus,& de eo loquuntur Boſſ.& Flam. Cart.quos eo loci adduxi.Immo ad euitandam ſuggeſtionem, quæ poſſet totum proceſſum reddere nullum, vt dixi ſupra dicto num.7.debet iudex cauere etiam, ne interroget de circunſtantia,ſicut ex Franc.Caſon.in tractat.de tormen.ca.15.admonet Franc. Pegn. dicto comm. 18.§.vt autem.Et poſt eum Flam. Cart. dicto lib.2. cap.1.num.67.&68. Hanc concluſionem de nõ interrogando Reo nominatim ſuper delicto principali,ſeu circunſtantia illius,amplia vt tunc maximè ꝓcedat quando interrogaretur in tortura, vt loquendo de teſte,diſponit allegatus.§.qui quæſtioné. Nã ſi ſuggeſtio eſt euitanda in conſtituto de plano, vt hic dixi: ergo à fortiori eſt euitanda in examine rigoroſo,vt tradit, & cõgerit Flam.in pract.interrog. reor.lib.4.cap.1.ſub num.94.Et faciunt quæ ſcribit idem tract.de execut.ſent.capto bann.cap.2.nu.83. 84.& 85.& probatur ratione, quia ſi ſuggeſtio habet dependentiam à metu tormentorũ, ex quo reus ad euitanda tormenta præſumitur fateri quæ ſibi ſuggeruntur.Ergo quanto magis dependet ab ipſimet tormentis.

41 † Illud tamen obiter notandum cenſeo, quòd iudex tenetur fugere non ſolum iſtam ſuggeſtionem, quæ tendit in damnum Rei,ſed etiam eam,quæ tẽdit in damnum Fiſci, quando ſcilicet, facta interrogatione, præuenit eum in reſponſione, quaſi ſubtiliter ei indicando modum, & viam reſpondendi, & euadendi, quod genus ſuggeſtionis eſt valde pernicioſum,vt tradit Pegn.dicto comm.18. §.inter cæteros.

Et ex his collige, aliud eſſe præcedere indicia ad interrogandum Reum,de quibus dixi remiſſiuè ſupra cap.84.num.9.aliud verò præcedere ad interrogandum ſpecialiter ſuper delicto, quia iſta debent eſſe magis vrgẽtia,vt dixi ſupra nu.39. & hæc ſatis.

42 † Vndecimo quæro:nũquid Reo,quærenti diſputare de aliquo articulo cum iudice, dum illũ examinat, vt ſæpe euenire ſolet in cauſis fidei, & in alijs quoque,quando examinarent Doctores,debeat aures porrigere? Reſpondeo, ꝙ non, ſed debet ſtatim eum compellere ad reſpondẽdum ad interrogationem,nullam cum eo iniẽs contentionem iuxta exẽplar,quod poſui infra ſub num.67. verſ. *Interrogatus, an cognoſcat aliquem bannitum &c.* Siquidem poſſet illa contentio ipſum diuertere,obliuionemq; inducere eorum, de quibus, vti indiciatus, veniret interrogandus,ſicut admonet Franc.Pegn.ad Direct. Eymer.par.3.cõm.22.§.poſtremo. & poſt eũ Flam.Cart.in pract.interrog.reorum,lib.2.ca.1.nu. 16.

43 † Cæterum reſponſiones,quas affert ad interrogata,ſunt exaudiendæ,& diligenter à notario ſcribẽdæ,vt admonent Foller.in pract.crim.in verbo, capiat informationes ſub nu.54. & in verbo. Et ſi cõparent ante contumaciam examinentur num.4. Simanc.de Cath.inſtit.titu.44.nu.15.in fine, & Flam. Cart.vbi ſupra lib.3.ca.2.nu.90.dicens, ſcribendas eſſe eo ſermone,quo proferuntur: & vbi non intelligatur,adhibendum eſſe vel notarium illius idiomatis,vel interpretem, quod ipſe annotaui infra c.97. nu. 176. & poteris in hoc videre motum proprium Pauli Tertij,verſic.ijdem iudices,æditum in fauorem pauperum.

44 † Duodecimo quæro: quæ nam interrogatoria ſint validiora ad inducendum reum,vt fateatur delictum? Reſpondeo: illa, quibus commemorantur delicti circunſtantiæ,quas Reus negare non poteſt, quia tunc, ſicut vulnera perfricatione recrudeſcunt, ita & labefacta conſcientia delictorum,& circunſtãtiarum commemoratione erubeſcit,pauet, & timet iuxta dictum Iuuenal.Saty.13.

Nos tu euaſiſſe putas,quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos,& ſurdo verbere cædit
Occultum quatiens animo tortore flagellum.

Huc quoque tendunt quæ ſcripſi ſupra cap.78. ſub num.11. & ꝙ huiuſmodi interrogatoria vrgeãt reum tradit Franc.Pegn.ad Directo. Eymer. dicta par.3.comm.23.§.alias explicare.

45 † Tertiodecimo quæro, poſtquam dantur interrogatoria validiora,valida,& infirma,quę nam iſtorum debent præcedere,& quæ ſubſequi? Reſpondeo,aliqui aiunt,inchoandũ eſſe à validis, & ab his procedendum ad infirma, & poſtremo loco ad validiora. Alij arbitrantur,incipiẽdum eſſe ab infirmis, & vltimo loco ad validiora.Aliqui verò cenſent interrogatoria ponẽda eſſe iuxta ordinem negotij, in quo delictum eſt commiſſum,quem ordinẽ ſumunt vel ex probationibus,& indicijs, vel ex natura ipſiꝰ negotij, prout arbitrantur, hoc præceſſiſſe, & illud ſubſecutum eſſe,ſicuti hæc eadẽ retulit Flam.Cart. in pract.interrog.reorum,libro 3.cap.1.nu.42. cum ſeqq. Ego tamen in ea ſum ſententia, quòd ars interrogandi (obſeruatis ijs quæ dixi in præcedentibus quæſitis,& nonnullis alijs,quæ dicam in ſequẽtibus) ſit in reliquis omnino arbitraria, & nullo certo præcepto definita:prout aſſerũt etiam Gaſp.Caball.ſuper Conſtitut.March.lib.4.ca.1.in verbo.cõparuit,& Flam.Cart.in dicta pract.interrog.reor.in præfat.nu.3.& faciunt ꝙ dixi ſupra nu.21. vnde bene inquiunt Eymer.in Direct.inquiſit.par.3.nu.74. verſ.Et ſecundum reſponſiones,& Franc.Pegn.ibi ad eum.comm.18.§.cõmunioribus, quòd iuxta reſponſionem Rei formabuntur cæteræ interrogationes,cauſæ competentes. Et certè de hac ſententia ambigendum non eſt:quia,vt dicit textus, in l.2. C.de vet.iur.enucl.& dixi ſupra cap..... nume. ... natura quotidie nouas deproperat edere formas. in tantum, quòd ſecundum Quintil.relatum à Flamin. Cart. in dicta practic. interrog. reorum. in

epistola, quam scribit lectori. Tot sæculis nulla reperta est causa, quæ sit tota alteri similis. Sed quid dico, artem interrogandi esse arbitrariam, & nullo certo præcepto definitam? immo dico etiam, debere esse talem: quia, vt prudenter aduertit Eymer. in Direct. Inquis. par. 3 Rub. obseruanda ab Inquisitoribus in examinat. hæret. sub nu. 86. Si daretur aliqua regula, seu modus determinatus interrogandi Rei, illum ita assuetum præuidissent, ac proinde eum tanquam laqueum euitarent, atque præcauerent. Verum ipse accommodatam artem interrogandi, qua etiam hucusque vsus sum, arbitror esse eam, qua in primo, & etiam secundo constituto; si delictum sit valde occultum, fit sparsim quęstus indiciorum, & deinde in sequenti constituto ex ijs opportunè conficiuntur interrogatoria, incipiendo à debilioribus, quia, cum reus, qui multitudine interrogatoriorum est defatigatus, audit postremo grauia, & vrgentia: nescit iam defessus amplius respõdere. Cęterum quemadmodum in instruenda acie, si mons occurrat, si flumen impediat, si collis, si silua aut alia loci asperitas obstet, belli Dux modo hostium genus mutat, modo aciem dirigit, modo cuneis, modo legione pugnat, ac etiam quandoque, simulata fuga, terga vertit, sicque ab illa ratione dirigendi frontem, promouẽdi vtrinque cornu, & equites locandi pro cornibus omnino recedit, ita etiam iudex à prædicta, vel simili interrogandi arte, si criminis conditio, si responsionis qualitas, aut alia conditio suadeat, consultò recedet, eamque variabit, vt dixi etiam supra nu. 21.

46 † Quartodecimo quæro: nunquid reus, qui vel non præcisè, vel nullo modo vult respondere, possit à iudice cogi? Respondeo: hoc quæsitum, vt plenè satis faciam, continebit duo capita: primum, nunquid possit cogi: secundum, quibus modis sit cogendus. Circa primum non insisto, quia dum infra trado modos, quibus cogitur, clara erit cõclusio, quòd potest compelli. Hoc tamen intelligas, præsuppositis terminis, in quibus loquimur, quando scilicet interrogatur, præcedentibus indicijs ad examinandum, vt bene aduertunt etiam Clar. lib. 5. recept. sent. quæs. 45. vers. sed pone. versus finem, & Flam. Cart. in pract. interrog. reorum. lib. 3. ca. 2. num. 13. cum seqq. Nam indicijs non præcedentibus, nõ potest inquiri, seu interrogari vti reus per ea, quæ dixi supra cap. 84. sub num. 9. & 37. & faciunt, quæ dixi infra num. 51. & hæc conclusio ita declarata, procedit non solum, quando nollet respondere super ipso delicto, sed etiam quando nollet respondere super circunstãtijs, & qualitatibus illius, de quibus verisimiliter debet recordari, vt partuifactis dictis Follerij, tradit idem Clar. vbi supra. Et quòd ita seruãdum sit testatur Flam. Cart. dicto cap. 2. num. 17. Dixi, super circunstantijs, & qualitatibus illius: quia, si interrogaretur de alijs circunstantijs remotis, nõ cogeretur respondere, quod satis apertè colligitur à contrario sensu. Et ratio est in promptu, quia super his, de quibus non præcedunt indicia, non est interrogandus. Qualitates delicti in isto proposito dicuntur secundum Vulp. cons. 34. num. 7. quem refert, & sequitur Flam. Cart. vbi supra, illæ solæ, quæ crimẽ præcisè inferunt: Dixi de quibus debet verisimiliter recordari, quia si verisimiliter de illis recordari non potest, non esset cogendus, quando autem verisimiliter debeat recordari, vide Boss. & ibi addit. ad eum tract. crim. tit. de respons. à reo facien. nu. 5. & alios per eos allegatos.

47 † Sed quid dicendum? Si interrogatus in secundo, aut tertio constituto de ijs, ad quæ sufficiẽter respondisset in primo, diceret, se referre ad ea, quæ dixit in alio examine, & aliam respõsionem nollet afferre: Nunquid poterit cogi ad denuo per extẽsum respondendum? Respondeo, Flam. Cart. dicto lib. 3. cap. 2. num. 83. & 84. allegans Boss. dicto tit. de respons. à reo facien. num. 3. & Vulp. cons. 34. num. 8. & seq. tenet, positum esse in arbitrio iudicis, an velit talem responsionem relatiuam admittere, vel non: hancque opinionem probari existimat ex eo, quòd ita dicunt in teste Bar. in l. eos, nume. 6. ff. ad l. Corn. de fals. Socin. cons. 98. col. 9. versic. postremo etiam lib. 3. Fely. in cap. cum in tua, num. 1. de testibus, Foller. in sua pract. crim. in verbo. Capiat informationes sub num. 51. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 109. nume. 3. & Mising. cent. 3. obseru. 64. & quòd hæc opinio seruetur in practicà testant Natt. cons. 537. num. 8. & Tessau. Fossan. decis. num. 8.

Contraria sententia, quòd sit cogendus ad respõdendum per extensum suadetur ex eo, quòd cõtra Bar. & alios loquentes de teste, & superius allegatos tenuerunt Bal. in l. fin. in fine. C. de testibus. Simanc. de Cath. Instit. tit. 64. num. 24. & Additio ad pract. Papien. in forma opponendi con. testes post public. in glo. ac etiam varij. in verbo, vnum. litera A. folio mihi 306. Alij, vt refert, & sequit Osasc. decis. 128. sub num. 13. distinguunt, vt opinio Bartoli, & sequacium procedat, quando testis fuit in priori examine plenariè, & diligenter interrogatus: Opinio verò Baldi, quando testis in priori examine fuisset examinatus summariè, vtputa si vigore literarum Monitorialium suum testimonium dixisset in Curia Episcopali, prout in casu, de quo loquitur Osasc. vbi supra num. 12. Quid dicendum? Censeo, recedendum non esse ab opinione Bartoli, quæ seruatur in practica, & est communis. * † Verum aduerte, quia

48 Iudice nolente admittere hanc relatiuam responsionem, insurgunt aliæ difficultates: & prima, nunquid testis, seu reus tali casu petẽs, sibi prius legi depositionem, factam in alio examine, iudex teneatur eam legere. Secunda, nunquid, ea lecta, seu sibi denegata, possit antequam respondeat præmittere hanc protestationem.

Dico vt nunc mihi videtur, quòd si constabit, me iam aliter dixisse, meam hanc responsionem, & depositionem ad illam primam refero, cum tunc melius recordarer.

Et iudex teneatur eam recipere, & admittere?

Ad primam respondeo, quòd Bar. dicta l. eos, nume. 6. & 7. tenet opinionem affirmatiuam, quam sequuntur ibidem Mars. nume. 6. Fely. in dicto cap. Cum in tua num. 1. de testi: Boer. Decis. 108. nume. 9. Foller. in pract. crim. in dicto verbo. Capiat informationes nume. 51. Boss. dicto tit. de respons. à reo facien. num. 3. & tit. de tortur. testi: num. 34. & tit. de

oppolit.

oppoſit.con. teſtes nume.8. Io. de Amic.conſ.109. num.9.& Teſſaur.Foſſan. vbi ſupra. Cæterum ego arbitror vna cum Menoch.dicto caſ.109. ſub num. 12.& Flam.Cart. dicto cap. 2. ſub nu.86. verſ. Sed Iaco. in hoc quoque debere verſari arbitrium iudicis, præſertim ſi interrogatur reus, qui eſt ſemper magis ſuſpectus, vt loquitur Cart. Nam ſi interrogetur de re recenti, & ab eo aliquo corporis ſenſu percepta, præſertim viſu iuxta ea, quæ dicebam ſupra ca.63.num.1.in fine, non video, cur ſibi ſit prius legenda alia depoſitio, ſecus tamen ſi interrogaretur de formalitate aliquorum verborum, & non recenter auditorum.

Ad ſecundam: Vt breuiter me expediam, poteris videre Felyn.in dicto cap.cum in tua.num.1. qui tradit, quòd, ſi iudex non vult ei legi depoſitionem, teſtis proteſtabitur, & Boſſ. tract. crim. tit. de tort. teſt.num.34.& de oppoſit.cont.teſt.nume.8. qui inſtruit, vt quamuis ei ſit lecta depoſitio, nihilominus reſpondeat cum prędicta proteſtatione: poteris etiã videre, quæ copioſè ſcribit Andr.Gail.in pract. obſer.lib.1.obſeru.104. Ego tamen cenſeo, quòd huius quoque proteſtationis admiſſio ſit iudicis arbitrio indiſtinctè committenda, ſitque nullius nomẽti: quia, quemadmodum, iudice veritatem indagãte, non debet reo ſuffragari relatiua reſponſio, nec primæ depoſitionis lectura eſt ei concedenda, iudicis arbitrio reluctante, vt dixi ſupra, ita etiam, ei minus debet ſuffragari proteſtatio, iudicis arbitrio nõ accedente: Siquidẽ talis proteſtatio videretur contraria facto, quando aduerſaretur primæ depoſitioni, & ſuſpicionem, quæ ob contrarietatem contra eum laboraret, minimè tolleret: & in hanc ſententiam iuit Menoch. dicto caſ. 109. in fine, quem refert, & ſequitur Flam.Cart.dicto cap.2. num. 88. in fine: Verum aduerte, quòd iudex priuſquam cogat reum ad reſpondendum debet facere, quòd Notarius taciturnitatem, & inobedientiam illius notauerit apud acta, & ibidem ſcripſerit, quòd de ipſius iudicis mandato eam notauit in hunc modum.

Et tunc Dominus mandauit mihi notario, vt ſcriberem, & notarem in actis, qualiter ipſe Reus, interrogatus, non vult reſpondere: prout ipſe vidi.

Iuxta ea, quę tradunt glo.in cap.quoniam contra in verbo. . . . . . Et ibidem Innoc. Felyn. & alij de probat.Foller. in pract. crim. in verbo. &ſi compar.an. cont. num.5. & in ſpecie Claud. Battand. in Pract.crim.reg.12.nu.18.Cart.dicto ca.2. ſub num. 1.ibi & ſi fortè, & nu.78.cum ſeqq. Addidi illa verba: *Prout ipſe vidi*, quia & ſi Notarius in his, quæ non vidit, debeat ſcribere ſolum, quòd iudex ita dixit, & iuſſit ſecundum Bal. in l. nullum num. . . C. de teſtib.quem refert, & ſequitur Felyn. in dicto ca. quoniam contra num.49. in quinto quæſito in fine, ad quem ſe remittit Boſſ. dicto tit. de oppoſit.con. teſt.num.145. tamen, quia inobedientia euidenter, & neceſſario ſibi quoque erit nota, ideo debet addere prædicta verba, prout in quolibet caſu, in quo viderit id, quod iudex mandat annotari, faciẽdum eſſe admonent Felyn. vbi ſupra, & Flam. Cart. dicto cap. 2. nume. 82. dicentes, quòd erit efficacior ſcriptura.

49 † Circa ſecundum: qualiter ſit cogendus: Diſtinguo: Aut ſumus in delictis grauibus, pro quibus venit imponenda pœna corporalis: Aut in delictis leuibus, pro quibus non imponitur: Si in grauibus: dico, reum poſſe torqueri pro reſponſione, ſeu præciſa reſponſione habenda, Bal.in l. accuſationem ſub num.11.verſ.ſuper hoc melius.C. qui accuſare non poſſunt Maran.in ſuo Spec.par.6. memb. 2. nume. 29.fol mihi 317.& actu 14.num.9. & ita in facti cõtingentia ſeruauit Conſilium Neapol. teſte Capic. deciſ.145.num.1. & 4. quem refert Foller. in pract. crim.in verbo.& ſi confitebuntur 3.par.num.4. & in verbo. Etſi compar.an.contum.examin. nume.3. in fine, & poſt eum Clar.lib.5. recept. ſent.q.45. verſ. Sed pone. Simanc. de Cath. Inſtit. tit. 14.nume.9. Gaſp.Cabal.ſuper conſtit.March.lib.4. cap.25. nu. 80.& Flam.Cart.dicto cap.2.nu.4. Et quòd ita ſeruauerit Senatus Mediolani contra quendam Moncinum, qui nolebat reſpondere, teſtatur Clar.vbi ſupra, dicens, eum iuſſu Senatus fuiſſe tribus ictibus funis publicè affectum. Et quòd ſeruetur in ſtatu eccleſiaſtico teſtatur Cart.vbi ſupra num.4.in fine: Et ego ita obſeruaui tã in terris eccleſiæ, quàm in alijs: Et quia iſta tortura non datur ad eruendam veritatem, ſed ſolum reſponſionem, ideo poterit dari etiã non pręcedentibus indicijs, vt tradit Bal. vbi ſupra, quem referunt, & ſequũtur Clar.vbi ſupra, & Cart. dicto cap.2.num.3.& 4. An tamen debeat eſſe leuis, vel quanta Doctores non definiunt, ſed ego cenſeo, quòd debet eſſe leuis, magis tamen, & minus, ſecundum quòd magis, & minus veriſimiliter debet recordari, ſi diceret, ſe non recordari: Vel, ſi nullo modo vellet reſpondere, ſecundum quod id, de quo interrogatur, magis, vel minus eſt ſubſtantialiter delicto annexum: Et licet Moder.in qq.crim.lib. 2.q.37.nume.187.dicat, quòd hæc tortura non datur, niſi per vnam quartam partem horæ, & aliquãdo etiam minus: Ego tamen crederem, poſſe excedi vltra quartũ horæ, ſi ita facti qualitas iudici ſuadeat: Et aduertat iudex, qui vult torquere Reũ pro habenda reſpõſione, vt proteſtetur expreſsè, quòd torquet illum non ad eruendam veritatem, ſed reſponſionem, ſeu præciſam reſponſionem citra prę-iudicium eorum, de quibus eſſet confeſſus, vel conuictus: Et, cum interroget ad habendam reſponſionem, caueat ne interroget de delicto, prout faciunt quidam peſſimi iudices, qui, capta leui etiam occaſione torquendi reum pro præciſa reſponſione habenda, deinde quamuis ille in tortura præciſè reſpondeat, tamen pergunt in tortura, ac interrogant ad eruendam veritatem, ac ſi legitima præcederet indicia, & vbi reus delictum fateatur, confeſſionem illius ita ſcribi faciunt, ac ſi non interrogatus, ſed ſpontè illam feciſſet, & hi iudices, quia ſitiunt ſanguinem hnmanum, videant quæ ſcripſi ſupra ſub num. 3. ibi. *Vnde & Biaſ.* Et nunquid ab hoc decreto de torquendo detur appellatio, vide quæ dixi infra ca. 97.num.81.cum ſeqq. Si verò ſumus in his, in quibus pœna corporalis non imponitur, dico, poſſe cogi, vel mulcta indicta, vel captis pignoribus, vt tradunt Mill.in pract.crim.fol.88.nume.4. & 5.& Foller.in dicto verbo. Etſi compar.an.cont.examin.nu.

3.&in specie,ita distinguendo,Flam.Cart. in pract. interrog.reor.lib.3.cap.2. num.2. narrans, præmittendas esse prius tres monitiones. Quinimò secundum aliquos potest vti confessus condẽnari, vt tradunt Milleus vti supra,& Caso,in pract. crim.tit. de torm.cap.3. num.2. Estque ratio, quia habetur pro confesso, seu negãte,prout ei deterius erit argumẽto textus in l.de etate.§.qui tacuit.ff.de interrog.act. & tradunt Papien. in pract. in form. Interrogatio. sien.in glo.compellatis nume.3.fol. mihi 7. Mill. dicto fol.88.num.7. & Foller. dicto num.3. & faciunt textus in cap.2. de confess. in 6. & quamplures Doctores, quos refert,& sequitur Thom.Triuis. decis. 38.num.1.lib.1.qui vnanimiter tradunt, quòd contumax in respondendo positionibus in causis ciuilibus habetur pro confesso, sed inter vnum, & alterũ iudicium,quando non imponitur pœna corporalis, militat eadem ratio: Ergo &c. Confirmatur, & horum opinio sententia Bruti, qui quosdam reos,qui terrogati non responderunt, statim condemnauit, vt in vita Publicolæ paulò post principium refert Plutarchus secũdum Lapi Florentini interpretatio nem in illis verbis.

Age,inquit, Tite, age Tiberi cur non accusationi respondetis? vt autem ter rogati nil respondissent, ad lictores conuersus: Vestrum iam, inquit reliquũ est opus, qui statim comprahensos iuuenes nudantes,actisq́; in tergum manibus,virgis ceciderunt.

Sed mihi hæc sententia non probatur, quia de iure communi contumax non potest reputari pro cõfesso,vt dixi etiam supra cap.58.sub num.5.ibi.Ratio igitur est, & cap.98.num.6.ad hoc, vt possit condẽnari, & ideo requiritur plena probatio, sicut docui infra cap.97.sub num.1.Et in specie, quòd taciturnitas non inducat cõfessionem, sed solum faciat indicium, & propterea seruanda non sit Bruti sentẽtia refert,& sequitur Flam.Cart.dicto cap.2. nume. 9. & 10. quod si tu vis apertè cognoscere respice practicam torquendi, quam docui supra. Si enim reus tacens haberetur pro confesso vtique non esset torquendus, sed condemnandus: Nec dicas, aliter esse seruandum in locis,in quibus contumax vigore consuetudinis, vel statutorum habetur pro confesso,quia respondeo, quòd in statu Ecclesiastico, & in Ducatu Mediolani, in quibus Doctores superius allegati tradunt,reum esse torquendum,extant prędicta statuta, & consuetudo, vt retuli infra cap.97. num.29. & seq.

50 † Decimoquinto: supponamus, Reũ, interrogatum à iudice laico,allegare se esse clericũ, & propterea non teneri ad rñdendum: nunquid adhuc poterit cõpelli? Respondeo, videndum esse an dicat,se esse in sacris, vel non, quia si est in sacris, certi iuris est,quòd quemadmodũ, à iudice laico iudicari non potest,iuxta ea, quæ latè scripsi supra cap.11.num. 13.& num.32.&in specie sub nume.82.ibi. *Si verò est constitutus in sacris*, ita nec examinari per ea, quæ scribit Flam. Cart. dicta pract. interrog, reor. lib.1.ca.2.sub num.12.in secunda impressione, vbi respondet Mill.& Foll.qui testantur de contrario: Si non est in sacris,tunc seruanda est dispositio Cõcilij Tridentini, quam retuli supra dicto ca.11.sub nu.82.& tradit Flam.Cart.sub dicto nu.12.vbi etiã refert multa de clericis Diocæsis Neapolitanę,quæ poteris apud eum videre.

51 † Decimo sexto: supponamus,quòd alleget, diffamationem non præcedere, & quòd propterea dicat, se nolle respondere, nisi sibi prius ostendatur, an præcedat, vel non: nunquid iudex possit adhuc eum compellere? Respondeo: sed cum longa distinctione,quæ egreditur etiam quæsiti cancellos: Aut ergo diffamatio, seu indicia verè non præcedunt, & tunc iudex,etiam quòd reus non opposuerit, non deberet eum vti reum interrogare per ea, quæ remissiuè dixi supra nume.46.Quòd si adhuc velit cũ interrogare, denuo distinguo: Aut reus spontè respondet,& non opponit, & tunc sibi imputet, quia tacuit,sicut limitando docui supra cap. 84. num. 18. Aut opposuit, & est huius quæsiti casus, & tunc dico, quòd iudex nõ deberet vllo pacto eum interrogare, & multò minus illum compellere ad respondendum: quoniam communis * opinio, de qua testantur Card.Alex. in ca. de accusatione col.37.circa fin.2.q.8.& alij alibi, quos refert Clar.lib.5. recept.sent.q.45.vers.scias autem,& vers.sequenti.& post eum Flam.Cart.dicta pract.interrog. reor. lib. 1.cap.2.num. 14.& lib.3.cap.2.num.13. est, vt reus non teneatur respondere, quando nõ pręcedit diffamatio,vel,vt subdit Clar.vbi supra,aliquid aliud, quod stet loco diffamationis, quam opinionem tenuit etiam Diuus Thom.2.2.q.69.art.2.& isto casu, si eum interrogauerit, tempore Syndicatus, quando apparebit, non præcedentibus indicijs eum interrogasse, tenebitur ad omnia damna, expensas, & interesse, & ita tu intelligas Maran. in suo Spec. par.6.de Inquis.num.21.& 31.in fine fol.mihi 261. Rol.à Val.cons.3.nume. 13.lib.3. & Moder. in qq. crim.lib.1.q.9.num.10.quia dum aiunt, iudicem inquirentẽ sine diffamatione teneri in Syndicatu,sunt intelligendi, vt loquantur quando reus opposuerit, ne repugnet limitatio,quam posui dicto cap.84. num. 18. Vnde sit cautus reus, vt dum interrogatur præmittat protestationem, quam docui infra cap. 100. sub num.11.ibi.Secundum remedium. Et hęc quãdo indicia non præcedunt: Si verò præcedunt:tunc vrget difficultas: Num iudex antequam eum cogat ad respõdendum,debeat prius illi ostendere, quòd indicia præcedunt, in qua distinguo, & respondeo vt dixi infra dicto ca.100.sub nu.11.

52 † Decimo septimo quęro,nunquid assensus Rei, dum,interrogatus an habeat.A. pro homine probo &c. iuxta interrogationem, quam posui infra sub nume.67.ibi. *Interrogatus an cognoscat Seium &c.* respondet, quòd sic, obstet ei, ne deinde illius depositionem valeat infringere? Respondeo,aut consideramus dicta testis: aut personam: Si dicta: certissimi iuris est, quòd non obstat, quin aduersus ea valeat obijcere: Si personam: videtur dicendum, quòd obstet, quia eius persona videt ab eo approbata, vt tradit Vulp.cons.11.num.6.cum seq. Sed nos de hac re agemus in secundo libro, ideo hic nihil firmo circa hoc secundum membrum distinctionis.

53 † Decimo octauo quęro circa confrontationem,

quam

quam ſæpe videmus fieri in proceſſibus, nunquid illa ſit vtilis, & ad bene eſſe, vel poti⁹ neceſſaria? Rñdeo: Aut loquimur in alijs delictis, quàm hæreſis: Aut in delicto hæreſis: Si in alijs: rurſus diſtinguo: Aut loquimur de iure: Aut de cõſuetudine, ſeu particulari diſpoſitione: Si de iure: rurſus ſubdiſtinguo: Aut teſtis affrontandus cognoſcit Reum de viſu, & de nomine: Aut de viſu tantum: Si de viſu, & de nomine, cenſeo, non eſſe neceſſariam, tum quia contrarium non reperitur in iure cautum, tum quia ita etiam arbitrantur Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 45. verſ. Sed in propoſito, & Flam. Cart. in pract. interrog. reor. lib. 3. cap. 1. num. 89. vt eum in dubitabilioribus terminis allegaui infra. Si de viſu tantum: cẽſeo, omnino neceſſariam eſſe, ſed non in forma cõfrontationis, ſed recognitionis iuxta ea, quæ docui de recognitione banniti infra cap. 97. num. 164. & ſeqq. & ita loquuntur Mill. in pract. crim. in gl. commiſſus num. 5. litera. B. fol. 83. Foller. in pract. crim. in verbo. Capiat informationes num. 46. & in verbo. & Si comparẽt ante &c. ſub nu. 2. Marſ. in pract. crim. in principio num. 18. & ſic intelligas tu Clar. & Cart. vbi ſupra num. 88. dum aiunt, neceſſariam eſſe quando teſtis cognoſcit reum de viſu ſolum: & hæc de iure: Si de conſuetudine, & practica, rurſus diſtinguo: aut teſtes, affrontandi, ſunt teſtes de viſu, qui aliquid deponunt, quod de directo contrariatur ei, quod Reus dixit in ſuo examine: aut non ſunt tales: Si primo caſu, dico, quòd & ſi Senatus Mediolani velit, eam omnino fieri, tamen non eſt de ſubſtantia: Vnde, ea omiſſa, proceſſus adhuc teneret, vt tradunt Clar. dicto verſic. Sed in propoſito, & Flam. Cart. dicto cap. 1. num. 89. Verum conſulo cuilibet iudici, ne eam omittat, quia eſt valde vtilis, & efficax non ſolum ad conuincẽdum reum, qui, vt tradit Franc. Pegn. ad direct. Eymer. par. 3. comm. 23. §. alias explicare, viſis teſtibus, & commemoratis ſingulis commiſſi delicti circunſtantijs, acrius vrgetur iuxta textum in l. ſi poſtulauerit, §. quæſtioni. ff. ad l. Iul. de adult. Sed etiam ad fugiendam repetitionem, quæ alias eſſet, reo citato, faciẽda: Nam confrontatio, ſeu affrontatio, vt eam vocat Eymer. in Direct. Inquiſ. dicta par. 3. num. 101. in tertia cautela, ſortitur effectum citationis ita, vt teſtium affrontatorum examen valeat, etiam quòd non repetantur iuxta ea, quę tradit Affl. ſuper conſtit. Regn. lib. 2. Rub. 10. num. 15. quem refert, & ſequitur Clar. in dicto verſ. ſed ĩ propoſito, & poſt eũ Flam. Cart. dicto lib. 3. cap. 1. nu. 84. Accedat, quod mediante inſpectione, quæ fit in ipſa affrontatione tollitur etiam omnis æquiuocatio, quæ poſſet oriri circa perſonam Rei iuxta ea, quæ docui infra dicto cap. 97. nu. 164. Quia tamen quandoque teſtes confrontandi, quales ſunt vaſalli, ſeu famuli erga Dominum, filij erga patrem, & quilibet pauper, & timidus erga potentem, vel timore, vel reuerentia cõpreſſi, ea, quæ aliàs contra eos depoſuerunt, non auderent in eorum facie repetere, ſed potius ea, vel palliarent, vel inuoluerent, ſeu aliter debilitarent, & reus eorum præſentia minimè vrgeretur, dico, conſultò abſtinendum eſſe ab huiuſmodi affrontatione, ex quo poſſet eſſe damnoſa Fiſco, vt aduertit etiam Flam. Cart. dicto cap. 1. nu. 97. Immo quando teſti poſſet imminere periculum ob potentiam Rei, non ſolum abſtinendum eſſet à confrontatione, ſed etiam à publicatione nominis illius teſtis, vt conſiderat, & quandoque ſeruatũ fuiſſe refert Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 49. verſ. Habetque locum, & ex eo Ant. Scap. tract. Iur. non ſcript. lib. 5. cap. 41. nu. 3. & Flam. Cart. dicto cap. 1. num. 101. quamuis dicant, ſe id nunquam ſeruatum vidiſſe: Vide quæ dixi in cauſis fidei infra cap. ſequenti nume. 18. Illud hic te monitum eſſe volo, quòd, vt ob aliquã ex prędictis cauſis, vel quia teſtes repetendi eſſent mortui, ſeu abſentes, abſtinendum eſſet à confrontatione, reus erit omnino vrgendus ſaltẽ lectione depoſitionis iuxta practicam, quam docui infra ſub nume. 67. ibi. *Ex tunc Dominus &c.* Et hæc quando teſtes de viſu deponunt de directo contra reum: Si ſumus in ſecundo caſu, quando ſcilicet non ita deponunt, dico affrontationem non eſſe neceſſariam, nec ſolitam: & hæc in alijs delictis, quàm in hæreſi: Si in delicto hæreſis, vide quæ dixi infra cap. ſequenti num. 19.

54 † Decimo nono quæro: nunquid teſtes confrontati ante litis cõteſtationem, hoc eſt, antequam reus fuerit interrogatus ſuper ipſo delicto principali ſint repetendi poſt litis conteſtationem ſolemniter, eo citato, vtputa ſi cum Reo, negante aliquod præambulum, ſeu aliud indicium proximum delicto, confrontarentur in eo teſtes, cum tamen adhuc is interrogatus non eſſet ſuper delicto principali? Reſpondeo: Aut loquimur de iure: Aut de conſuetudine, & ſecundum particulares conſtitutiones, quibus diſponitur, vt in criminalibus poſſit procedi ſummariè, & arbitrario modo iuxta quæ docui ſupra cap. 51. nu. 30. Si de iure: ego teneo, quòd illi teſtes ſint denuo repetendi, ſeu habendi pro legitimè examinatis, & repetitis, & priuſquam ſint repetiti, ſeu pro repetitis habiti, quòd nec ad condemnationem, nec ad torturã poſſit deueniri: & moueor, quia ad hoc, vt teſtes probent, ſeu indicium faciant, duo copulatiuè requiruntur: primum, quòd ij ſint, parte citata, examinati: ſecundum, quod fuerint examinati poſt litis conteſtationem, vt de vtroque requiſito copulatiuè tradit Boſſ. tract. crim. tit. de indic. & conſid. an. tort. nu. 128. Et de conteſtatione litis habemus textum in cap. quoniam frequenter. vt lit. non conteſt. & tradunt Marant. in ſuo Specu. par. 6. actu 14. ſub num. 10. vbi docet practicam. Marſ. in pract. crim. §. Nunc videndum, nume. 28. Foller. in pract. crim. in verbo. Et demum repetantur teſtes. Boſſ. dicto titu. de indic. & conſid. an. tort. nu. 126. Galleſ. ad form. Cam. oblig. par. 3. q. 2. ſub num. 4. fol. mihi 97. Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 45. verſ. & in primis, & verſ. Cæterum ſi reus. Simanc. de Cath. Inſtit. titu. 64. nume. 14. Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 92. num. 1. & Flam. Cart. in pract. interrog. reor. lib. 3. cap. 1. num. 87. & quòd teſtes, recepti ante litis conteſtationem, non ſint validi ad faciendum indicium etiam ſi eſſent mille tradit Albert. de agnoſc. aſſert. Cath. q. 34. num. 37. & quòd recognitio facienda ſit poſt litis conteſtationem in alio crimine, quàm hæreſis dicit, nullam eſſe dubitationem Simanc. dicto tit. 64. num. 17.

num. 17. de cuius dicto vide quæ dixi infra sub nu. 67. ibi nec obstat, quod Simanc. Sed, vt ostendi infra cap. vltimo num. 9. in criminalibus litis contestatio inducitur, quando reus examinatur super delicto principali: Igitur postquã fuerit examinatus sunt denuo repetendi, quia ante non probant, & in specie de confrontatione testiũ, quòd facienda sit postquam reus interrogatus negauerit delictum tradit Ant. Columb. in controuers. crim. artic. 216. Et hæc de iure. Vnde tu, Regnicola, qui Reis litem contestaris, quando ipsi iam examinato præfigis terminum, & copiam decernis, vt dixi infra cap. 100. sub num. 11. ibi. Si loquimur de copia capitulorum nota, quòd testes, quos antea confrontasses, sunt repetendi. Si loquamur de consuetudine, seu practica generali, & secundum aliquas particulares constitutiones: dico, quòd nõ sunt repetendi, quia in causis, in quibus proceditur summariè &c. non est necessaria litis contestatio, vt docui infra cap. vltimo num. 11. Sed, vt docui dicto cap. 51. num. 30. in criminalibus potest procedi extraordinariè, summariè, & arbitrario modo: Igitur in eis non est necessaria: Si non est necessaria, ergo frustra dicitur, quòd testes sint repetendi post litem cõtestatam, & quòd in practica reus possit torqueri, etiam si testes sint examinati non facta litis contestatione tradit Boss. dicto tit. de indic. & consid. an. tort. sub nume. 128. Nec dicat aliquis, quòd, quemadmodum vbi requiritur litis contestatio, testes sunt post eam examinãdi, vt dixi, ita quoque in causis, vbi non requiritur, esse examinandos post illum actum, qui fungitur vice litis cõtestationis, cum scilicet incipit cognosci de meritis causæ, & proinde, cum in criminalibus interrogatio cum subsequenti Rei responsione sit primus actus, in quo incipiat cognosci de meritis causæ, & fungatur vice litis contestationis, vt dixi, testes esse examinandos post talem interrogationem, & subsequentem responsionem super delicto principali: Nam respondeo, litis contestationem ob duplicem causam debere præcedere examen testium: prima est, vt euitetur superfluitas, quia si reus, fatendo delictum, vellet cedere, frustra viderentur examinari testes: Secunda verò est, quia testes, qui recipiuntur, lite non contestata, examinantur, parte non citata, sicut, hac causa attenta, dicunt, eam esse necessariam Simanc. dicto tit. 64. num. 17. & Flam. Cart. dicto lib. 3. cap. 1. num. 87. Modo, si nos consideremus litis contestationem secundum primã causam, dico, illam non esse necessariam, quia, cum respiciat solum ordinem ad tollendam superfluitatẽ, dicitur solemnitas iuris positiui, quæ in his causis, in quibus proceditur summariè &c. & arbitrario modo potest omitti iuxta ea, quę docui supra: At in criminalibus potest procedi eo modo, vt dixi supra: Ergo litis contestatio secundum istam causam non est necessaria: Si verò consideremus illam secundum aliam causam, dico, eam esse necessariam etiam in causis, in quibus procedit summariè: Sed confrontatio testium operatur effectum citationis, vt dixi supra sub num. præcedenti. ibi. Nam cõfrontatio &c. Igitur testes confrontati satis in casu, de quo quærimus, dicentur lite contestata recepti: Accedat præterea, quòd in eo tantum recipiuntur, in quo præcedit negatio Rei, sicque in eo, in quo per negationẽ potest dici lis contestata. Et ita seruatur de consuetudine, & in practica: quia testes confrontati faciũt fidem sine alia repetitione: Hic tamen Romæ, ex quo iudex non dat copiam processus Reo, nisi sub ista conditione: habitis scilicet testibus pro ritè, & rectè examinatis, ac legitimè repetitis, vt docui infra cap. 100. sub num. 11. ibi. Si loquimur postquam &c. Cessat omnis difficultas, & hæc satis.

55 † Vigesimo quæro: nunquid testi, qui adductus in confrontatione, & interrogatus an ea, quæ deposuit in alio examine deposuerit pro veris, & quæ illa sint iuxta practicam, quam docui infra sub nume. 67. vers. *Respondit, Io non mi ricordo à pieno.* priusquam respondeat petit, sibi ea legi, sint legenda? Respondeo, quòd hoc stat in arbitrio iudicis, vt docui supra sub num. 48. ibi. *Cæterum ipse &c.* quia tamen, non audita depositione, aliàs in examine facta, posset in confrontatione, seu inquam repetitione facilè illi contrariari, & subinde Fisco præiudicium oriri, Iudices, qui etiam suum honorem à futura condemnatione omnino pendere arbitrantur, in practica non solum depositionis lectionem non negant, sed non petitam vltro concedunt, &, quod peius est, in actis exinolito stylo, & forma decreti eã petitam fuisse narrant iuxta practicam, quam docui infra sub num. 67. ibi. *Respondit. Io non mi ricordo à pieno &c.* Verum quid dicendum, si reus, replicando, protestatur, eam non legi, sed repeti per extensum, & à iudicis decreto, quod in contrarium emanasset, appellaret? Respondeo, prima facie videtur absolutè dicendũ, quòd lectio depositionis non esset concedenda, quia si testis ad instantiam Fisci, allegantis, eum esse suspectum de falso, cogitur per extensum respondere, varijsque interrogationibus interrogatur, vt ex Alex. à nobis relato supra sub num. 15. & ex Gram. decis. 34. num. 41. tradit Foller. in pract. crim. in verbo. Capiat informationem, nu. 51. in fine. & post eum Flam. Cart. qui in pract. interrog. reor. lib. 3. cap. 2. num. 86. in fine cum seq. hoc dictum de teste extendit ad reum: ergo cur, militante suspicione, & instante reo, non debet ei denegari prioris depositionis lectio, quæ est cautela fouendi mendacium? cum obliuio, quæ mendacem ostendit, huiusmodi lectione tollatur? adde pro ista sententia ea, quæ scribit Thom. Triuis. decis. 46. nu. 5. & 6. lib. 1. dicens notorium esse, quòd testis nulliter examinatus in causa criminali non potest in repetitione se referre ad depositionẽ aliàs à se factã, quia attenditur in eo trepidatio, & pallor, & ita fuisse pluries seruatum coram Nuncio Venetiarum attestatur. His non obstantibus, adhuc censeo esse in arbitrio iudicis, qui si aliquam reus persuaserit iustã suspicionem falsitatis contra testem, posset lectionem denegare, aliàs non: Nec obstat allata decisio Triuisani, quia sumus in diuersis: in eius enim casu nec cum lectione, nec sine repetebatur: præterea non negamus, quòd non debeat respondere ad interrogatoria.

56 † Vigesimo primo quæro: nunquid testis, qui est infamis, vtputa, quia est socius criminis, sit torquendus,

dus, quando confrontatur? Reſpondeo, quòd, ſi torqueatur, faciet maius indicium iuxta ea, quæ docui ſupra cap.81.ſub num.6. Nec ſufficeret, fuiſſe tortũ in priori examine, quando reus non fuerat citatus, nec confrontatus, quia illius examinis facti, parte non citata, nulla habetur conſideratio, & propterea debet repeti cum ſolemnitatibus requiſitis, ac ſi nũquam fuiſſet examinatus, ſed teſtis infamis, qualis eſt ſocius criminis, ad hoc, vt maiorem faciat fidem debet, vt dixi, deponere in tortura, Igitur cũ ea debet repeti, ſeu inquam confrõtari, & ita tradit Clar. lib.5.recept.ſent.q.45.verſ.Cæterum ſi reus, quem ſequuntur * omnes, & vltimo loco Moder. in qq. crim.lib.1.q.43.num.137.

57 † Verum aduerte, quia tortura teſtis debet ſemper eſſe leuis tam ſi torqueatur pro validitate ſui dicti, vt tradit Boſſ.tract. crim. tit. de mand. ad homicid.ſub nume.31.quàm ſi torqueatur ſuper præciſa reſponſione, ſeu veritate habenda, quando eſt ſuſpectus, quòd ſciat delictum, vt tradit Clar. dicto lib.5.recept.ſent.q.25.verſ.torquẽtur. in fine: prout leuis etiam eſſe debet, quando torquetur principalis ad ſciendos complices, aliaque delicta Ign.in l.& ſi certus num.10.ff.ad Syllan.quem refert, & ſequitur Clar.vbi ſupra q.64.verſicu. Veritas eſt.in fine, & vtrumque Flam.Cart.tract.de execut.ſent.capto ban.cap.2. num.68. & aduertit Moder.in qq. crim. lib.1.q.11.num.19.in fine, & q.21.num.149. & ratio eſt in promptu, quia veriſimilius credimus teſtẽ contra reum, & reum de ſe confeſſum contra complices, & ad ſcienda alia delicta, quando ex confeſſato iam mortem meretur, veritatem eſſe dicturos cruciatu dimidiæ, ſeu vnius quarti horæ, quàm reũ contra ſe cruciatu vnius, vel ſeſquihoræ. Vnde ex hoc tibi liquet quantum errent hi, qui arbitrantur, confeſſum, ſeu condemnatũ, qui peruenerit ad manus Curiæ, poſſe torqueri tanquã cadauer ad ſciendos complices, & quantum bene aduerſus eos exclamauerit Moder.dicta q.11.num.19. & quàm ſalubre poſſit eſſe illud conſilium, quod ſecundum Fr. Michaelem in commẽ.ad D.Thom.2.2.q.69. actu 2.controuerſia 9.verſ.obſeruemus tertio. à Doctoribus communiter traditur: videlicet, vt miſeri iam condemnati, antequam tormentis crucientur, inſtruantur à perito Theologo, qui illos admoneat: quia, ſi iudex poteſt à reo habere veritatẽ ſine tormentis, debet ab illis abſtinere, quòd autem hac pe riti Theologi inſtructione poſſit habere, patet: quia, vt inquit ipſe, quid magis probabile, quàm vltimo ſupplicio, & diuino iudicio proximũ, à perito Theologo, cui fidem ipſe adhibeat, monitum, diſceſſurum in peccato, niſi ſocios indicet, reuelaturum illico, quos in conſcientia tenebitur reuelare? vt liberet animã in alio ſeculo, & corpus in iſto à tormentis: Verum Iudices hoc conſilium non ſequuntur: quia volunt à Reo tam manifeſtos cõplices, quàm occultos ſcire: vnde eos indiſtinctè torquent in caſu, in quo de ſocijs poſſunt interrogari, inferunt tamen boni iudices leuem torturam, maximè quando torquent teſtem infamem pro validitate dicti, quia tũc, vt docet Menoch.de arbitr.iud.lib.2.cent. 5.Caſ.474.num.50. ſatis eſt, quòd nominet ſociũ, ſeu reum in tortura, vel ſtatum poſt: Vnde poteſt aliquantulum eleuari, &, cum in tortura nominauerit reum, deponitur, & vberius interrogatur; ſicut ipſe ſæpe practicatus ſum, & docui infra ſub nu.67.

58 † Vigeſimo ſecundo: nunquid teſtis poſſit inuitus confrontari? Reſpondeo, quòd ſic: vide Franc. Pegn.ad Direct.Eymer.par.3.Coment.23.§.quæſitum ſcio, & Flam.Cart.in pract.interrog.reor. lib. 3.cap.1.num.93.quia ſi teſtis poteſt compelli ad teſtificandum, ergo & ad confrontandum: Fallit tamen quando teſtis eſſet ex his, quos notauimus ſupra ſub nu.53.ibi. quia tamen.

59 † Vigeſimo tertio quæro qualis eſſe debeat forma decreti circa confrontationem, & recognitionẽ faciendam? Reſpondeo: Aut loquimur de forma ſubſtantiali: Aut de extrinſeca: Si de ſubſtantiali: dico, formam confrontationis eſſe, vt delato ambobus, teſti ſcilicet, & reo iuramento, factaque mutua perſonarum recognitione, teſtis deponat in facie ipſius conſtituti: formam verò recognitionis dico eſſe, vt, Reo ſolito habitu induto, & poſito inter plures, ei tum ætate, tum aſpectu, & habitu quo magis inueniri poſſunt ſimiliores, teſtis, adductus, & interrogatus an ibi adſit ille, de quo depoſuit, eum recognoſcat. Dixi: quo magis inueniri poſſunt ſimiliores: Vnde aduerte, ne facias, duci reum compedibus, ſeu manicis ferreis, & alios diſſolutos: quod mihi iuſdicenti quandoque præbuit anſam dubitandi circa recognitiones, per me factas, dum eſſem Auditor in Campanea pro Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino Marco Antonio Columna. Et hęc de forma ſubſtantiali. Si loquimur de extrinſeca: dico, eam eſſe arbitrariam, quia quilibet iudex poteſt eam notario dictare verbis, modo, & ſtylo, quibus vult, dummodo à Procuratoribus, & Aduocatis clarè intelligatur, ſicut admonet etiam Flam.Cart. dicto lib.3.ca.3.num.30. in fine: arbitrarius etiam eſt numerus eorum, inter quos poni debet reus recognoſcendus, vt patet ex his, quæ tradunt Foller. in pract. crim. in verbo. Capiat informationem ſub num.46.vbi ait, exhibendum eſſe reum inter duos, vel tres, & in verbo. & ſi comparent ante contumaciam examinen. nume. 2. in fine, vbi ait, reum ponendum eſſe inter aliquos, & Clar.lib.5.recep.ſent. q.45.verſ.Sed in propoſito, circa finem, vbi ait ponendum eſſe inter tres, vel quatuor. Illud tamẽ certiſſimum eſt, quòd quo maior eſt numerus eorum, inter quos recognoſcitur, recognitio eo remotior erit à ſuſpicione fraudis, quamuis vſu receptum ſit, vt ponatur inter duos, ſeu tres.

60 † Vigeſimo quarto: nunquid, ſi teſtes adducendi ad confrontationem, ſeu recognitionem faciẽdam ſint plures, debeant omnes ſimul adduci, & confrõtari, vel potius vnuſquiſque ſeorſim de per ſe? Reſpondeo, quòd quilibet eſt confrontandus de per ſe, & ſingulorum confrontationes ſeorſim, prout confrontantũ, ſunt ſcribendæ, ſicut admonet Franc. Pegn.ad Direct.Eymer.par.3.comm.48.§. poſtremo vbi, & ratio eſt, quia, ſi forſan eſſent teſtes falſi, falſitas non detegeretur, ſi alter alterius depoſitionem audiret. Et licet Pegn.vbi ſupra limitet, vt hoc non procedat quando illi teſtes, qui confrontantur,

eſſent

essent socij, & participes criminis, quo casu tradit posse omnes simul cōfrontari etiam in crimine hæresis, ex quo tunc confrontantur non tam, vt testes, quàm vt complices, sicut tradit eodem Comm. 48. §. sit secundum, Tu tamen teneas vna cum Flam. Cart. in pract. interrog. reor. lib. 3. cap. 1. nume. 96. quòd adhuc sint confrontandi separatim, quia militat adhuc eadem ratio, & quæ dico de confrontatione, intelligo habere locum etiam in recognitione facienda.

61 † Vigesimo quinto: tradunt Bar. in l. si cum exhibuissent, §. ante autem nume. 2. ff. de publica. & vectig. & in l. Stigmata C. de Fabricens. lib. 11. Bal. in cap. cum causam: num. 53. de testib. Foller. in pract. crim. in verbo. Capiat informationem nu. 46. Mars. in pract. crim. in princ. num. 18. Flam. Cart. tract. de execut. sent. Capto ban. cap. 2. nume. 37. & Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 11. num. 25. reum recognoscendum, exhibendum esse testibus cum indumentis, & qualitatibus eius, si possibile est: &, ne detur materia fabricandi falsum, non esse eum ad oculum testibus demonstrandum post alios bene admonent Foller. Flam. Cart. dicto cap. 2. nu. 39. & Moder. dicto nu. 25. & quòd sit inter alios ponendus dixi supra num. 59. Quæro modo quid si Reus, ad docendum illos testes esse falsos, moneret iudicem, vt non solum ipsum ad oculum testi non ostenderet, sed instaret, vt ostenderet alium, nunquid iudex hoc debeat facere? Respondeo, quòd non: quia, quemadmodum ostensio Rei ad oculum dat materiā fabricandi falsum contra reum, ita ostensio alterius daret materiam fabricandi falsum contra Fiscum.

62 † Vigesimo sexto: præsuppone testem, qui examinatur pro informatione Curiæ super homicidio, non cognoscere homicidam, seu de homicidio suspectum de nomine, sed solum de visu, illūque propterea ab eo describi per signa, & vestes, & talem descriptionem conuenire, & accomodari alicui carcerato, qui detineatur ob aliam causam, puta furti, vel ciuilem: quæro, an debeat fieri recognitio? Respondeo, quòd sic, sed forma recognitionis erit, vt recognoscendus adducatur non tanquam Reus, neque dicatur in decreto recognitionis: ad conuincendum eum de mendacio, sed in hunc modum.

Ex tunc Dominus mādauit N. cui descriptio facta à N. præsenti teste satis cōuenit, poni inter tres, vel quatuor alios, qui ei quoad fieri potest, sint similes ætate, effigie, statura, & habitu, eosque vna cum dicto N. simul adduci in præsentia dicti testis: Quibus vt supra adductis fuit prefatus testis per Dominum interrogatus an inter istos ad sui presentiā adductos reperiatur ille, de quo dixit in sua depositione? Et si dixerit, quòd sic, ostendendo quis eorū sit, tunc notabitur recognitio, & si ex dicti testis depositione oriatur sufficiens indicium ad illum recognitum examinandum vti Reum, iudex teste, alijsque cum recognito adductis licentiatis, interrogabit eū tanquam reum, & vbi, quæ à teste deposita sunt negauerit, testis debet cum eo confrontari omissa recognitione, quia iam est recognitus.

63 † Vigesimo septimo quæro qua cautela vti debeat iudex, dum, venturus ad confrontationem, interrogat reum, an cognoscat N. sitque suus amicus, & habeat eum pro fide digno, & veridico, vt habes infra? Respondeo, debere mixtim interrogare tam de teste examinato, & confrōtando, quàm de alijs, vt Reus, ignorans, quis sit aduersus se examinatus, facilius eum habere possit pro fide digno, & veridico, sicuti admonet Foller. in pract. crim. in verbo. Etsi comparent ante contum. exam. nu. 16. & tu habes exemplum infra sub nu. 67. vers. Interrogatus an cognoscat Seium Blasij &c. cum seqq.

64 † Vigesimo octauo: nunquid reus possit pluribus vicibus examinari? Respondeo: prima facie videtur dicendum, quòd semel tantum possit interrogari: quia secundum communem * opinionem Doctorum, de qua testatur Marian. in ca. qualiter, & quādo, in q. 75. num. 217. in fine de accusat. quem refert Clar. lib. 5. recept. sent. q. 45. vers. scias autem: Reus, vbi, respondendo inquisitioni, negauerit, vlterius nō debet examinari, sed debent recipi testes, & ad vlteriorem processus compilationem procedi. Contrarium docet Foller. in sua pract. crim. in verbo. & si comparent ante con. exam. nume. 4. & quòd hoc seruetur de consuetudine, vt Reus pluribus vicibus interrogetur, & examinetur arbitrio iudicis testātur Maria. & Clar. vbi supra, quos refert, & sequitur Flam. Cart. in pract. interrog. reor. lib. 1. cap. 2. num. 13. & hoc in practica nullam patitur difficultatem.

65 † Vigesimo nono quæro: nunquid ille titulus inquisitionis debeat formari ante examen rei, vel post? Respondeo: Aut loquimur de iure: Aut de cōsuetudine: Si de iure: res videtur aliquantulum controuersa: Nam Ang. tract. de malef. in verbo. Hæc est quædam inquisitio, sub num. 54. quem refert, & sequitur Foller. in dicto verbo. Et si comp. an. cont. exam. num. 13. tenet, quòd sit formandus post examen Rei, dicens, quòd, si delinquens est in fortijs Curiæ, interrogabitur à Iudice semper cum tortura, & si non, in Camera pluries, vt videat bene super quo possit formare inquisitionem, & post eius interrogationem formet inquisitionem, quòd si primo formaretur inquisitio, ait, quòd nō valeret. pro hac opinione facit etiam doctrina Bossij in tract. crim. tit. Quomodo proced. per præcep. nume. 9. & 10. in fine. vbi ait, quòd, si Reus non est ita indiciatus, vt contra eum possit formari inquisitio, est monendus, vt compareat personaliter ad effectum, vt examinetur iuxta ea, quæ docui supra cap. 58. num. 7. & facto, inquit, examine, & inde resultante indicio ad formādam inquisitionem, via ipsius est procedendum, & in tit. de exam. reor. num. 8. vbi similiter tradit, quòd, si iudex nesciat, se bene explicare quomodo sit formāda inquisitio, poterit citare reū, vt examinetur, subdens, quòd Doctores, qui aiunt, posse moneri reum ad comparendum personaliter, loquuntur quando præcedunt indicia, & sumus in causa, in qua admittitur tortura, & volūt, vt tam ante inquisitionem, quàm postea possit interrogari.

Contraria sententia, quam arbitror veram, probatur tum ratione, tum ex processus ordine, quem Criminalistæ docent: Ratione: quia, quemadmodū diffamatio succedit in locum accusatoris, vt dixi supra

pra

pra cap.2.num.6.cum ſeqq.ita,& inquiſitio,quæ inde elicitur,in locum accuſatorij libelli; Sed libellus, accuſatorius præcedit neceſſario examen Rei: ergo & inquiſitio: Et certè, ſi diceremus, ſatis eſſe, ꝙ præcedat diffamatio,ſeu aliud indicium,admitteremus in neceſſariam conſequentiam,quòd ſatis eſſet accuſator ſine accuſatione, quod eſt abſurdum,immo repugnans,& impoſſibile,quia accuſator nõ dicitur, niſi ab actu accuſandi,ſeu inquam ab ipſa accuſatione,quam porrigit: Probatur illa conſequentia,quia cum diffamatio ſtet loco accuſatoris, & inquiſitio loco accuſationis, vt dixi, ſi ſufficeret diffamatio ſine inquiſitione, ſufficeret accuſator ſine accuſatione.

Secundo probatur: quia, quemadmodum accuſatus, priuſquam cogatur reſpondere accuſationi, poteſt obijcere tum contra accuſatorem, quòd non ſit admittẽdus,quia eſt mulier,ſeu alia perſona prohibita accuſare; ſeu quòd ſe adhuc non ſubſcripſerit,ſeu quid ſimile ex his,quæ tradit Foller. in pract. crim.in verbo. Audiantur exceptiones propon. per eos: per totum: tum contra libellum accuſatorium quòd careat ſubſtantialibus iuxta diſpoſitionem.l. Libellorum. ff. de accuſat. & ea, quæ nos diximus ſupra cap. 50. in pluribus locis: ita quoque poterit obijcere contra diffamationem, quòd proceſſerit à maleuolis, & non à fide dignis, vt requirit textus in cap.qualiter,& quando il.2.de accuſat. & contra inquiſitionis libellum, quòd ſit formatus non præcedente ſufficienti diffamatione, & quòd careat ſubſtantialibus iuxta id, quod ſcribunt Affl.in conſtitutio.Hi qui per inquiſitionem, ſub nu.15.not.13.lib. 1.& Foller.in dicta pract.crim.in verbo.Dentur capitula nume.1.& alij Doctores communiter* in diuerſis locis.

Ex ordine proceſſus,quia Marſ.in pract. crim. in §.poſtquam,in principio.& in §. conſtante, ſub nu. 11.Affl.ſuper conſtit.Si damna clandeſtina ſub nu. 36.lib.1.Maran.in ſuo Spec. par.6. actu 14. ſub nu. 10.& Clar.lib.5.recept.ſent.q.45.verſ.Et in primis. ibi.Aut verò Reus comparet in iudicio. tradũt, poſt formatam inquiſitionem reum ſuper ea eſſe interrogandum,& licet Affl. & Maran. dicant, poſt formata capitula,tamen ſumunt capitula,& inquiſitionem,vti antecedens,& conſequens connexa: vnde aiunt: *capitula ſpecialis inquiſitionis formandæ*.

Nec obſtat,ꝙ iudex debeat ad ſe vocare Reum, eique dicere: *Ego intendo inquirere contra te ſuper tali crimine, de quo es diffamatus*, vt dixi infra cap. 100.ſub nu.11.ibi.Et pro intelligentia &c.Et quòd, facta tali notificatione, ſi reus fateatur, ſit puniendus,vt tradit Clar.lib.5.recept. ſent.q.6. verſ. Succeſſiue quæro,quia reſpondeo, hoc non eſſe examinare,ſed exponere Capitula iuxta diſpoſitionẽ textus in cap.qualiter,& quãdo, il 2.§. Debet igitur. de accuſat. quibus expoſitis, venit ſuper eis diſcutiendum priuſquam inquiratur, vt colligitur ex allegato §.Debet igitur: & docet apertè Boſſ. tract. crim.tit. de Inquiſit. nume.70.Vnde remanet firma iſta opinio, quòd titulus inquiſitionis ſit formandus ante examen Rei: Non obſtat, quòd Aret. & Foller. relati tenuerint contrarium,& cum eis videatur ſentire Boſſ. Nam ad Aret. & Foller. reſpondeo; quòd ipſi ſe fundant in dicto.§. debet igitur, ex quo, vt oſtendimus,iſta concluſio non probatur, & quidem multo magis miror, quòd Aret.dixerit, poſſe interrogari cum tortura, ſicut ſentit etiam Bernar. Comen.in Lucerna Inquiſitorum,in verbo. Inquiſitio. Nam hoc eſt abſurdiſſimum, quòd Reus torqueatur in proceſſu informatiuo ante formatam inquiſitionem, & traditam ſibi copiam.Et proinde officiales, qui reum ante formatã inquiſitionem torquent, malè faciunt,& poſſent teneri in Syndicatu, vt tradit Franc.Brun. tract. de indic. & tortur,q.2,1. par. nume.10.quia, vt ait Franc.Caſo, iam ſenio confectus tract.de torment.cap.4. num,3.pro talibus officialibus non reperitur aliqua lex, ſeu ratio, & quòd practica non procedendi ad torturam ante publicationem proceſſus, quæ ſeruatur in Regno Neapolitano, ſit melior, & probabilior ea, qua deuenitur ad torturam ante publicationem proceſſus, teſtatur Ioan. Ant. di Nigr. ſuper Capitulis Regni, cap. 272.Si cum ſceleratis.in fine.dicens, hanc practicã torquendi ante publicationem proceſſus ſeruari in partibus Lombardiæ, Et ad Boſſ. dico, quòd tunc non examinatur vti Reus,ſed vti teſtis,qui nulli dubium,quòd poteſt examinari tam poſt inquiſitionẽ, quàm ante iuxta ea,quæ docui ſupra dicto cap.58. num.7.& ſeqq. Et hæc de iure.Si de conſuetudine, non eſt dubium, quòd inquiſitio debet præcedere examen, ſicut diximus de iure, teſtibus Ang. in l.Si vacantia num.197.C. de bon. vacan. & Clar. dicta q.6.verſ.ſucceſſiue quæro.Cæterum,cum hodie,vt docui ſupra, ſub num.16.verſ.ſi verò loquimur, inquiſitio non formetur,dicas, quòd indicia ſufficientia ad interrogandum reum debent illius examen præcedere,vt docui ſupra dicto ca.58. nu.7. & melius cap.84.ſub num.9. verſ. & caueas.

66 † Trigeſimo quæro, an iudex debeat examinare reum ligatum ferreis manicis, vel ſolutũ? Reſpondeo: ſolutum, ſi loquamur de iure per ea, quæ ſcribunt Affl. in Conſtit. Humanitate nobis, in 19. notab.nu.50.lib.2.Foller. in pract. crim. in verbo. fiat conteſtatio litis. num.1. & 3. & Ioan. Ant. de Nigr. ſuper Capitulis Regni cap.143. ſubiungendo num. 16. Sed de conſuetudine poterit examinare etiam ligatum, ſi qualitas delicti, & perſonæ ita ſuadeat, & ego ſæpe obſeruaui, monitus à miſerando exẽplo illius iudicis,qui,vt ex Par.de Put. refert Franc. Caſon.in controuerſijs criminalibus. artic.195. rogatus ab accuſato, vt aurem porrigeret, quia habebat quædam in ſecreto ei dicere, fuit ab eo gladio iugulatus.

67 † Nunc reliquum eſt, vt ſubijciamus exemplar modi, quo Reus eſt examinandus, & ſubijcio.

Cõſtitutus perſonaliter in Camera cuſtodis carceris coram Magnifico, & Excellenti Domino Põpeio de Amatis Romano Auditore Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Marci Antonij Columnæ in Terra Iannazani, meque Notario &c. Petrus Zaccagnus principalis ĩ ſe,& teſtis quoad alios,qui, delato ſibi iuramento per Dominum de veritate dicenda, prout iurauit manu tactis ſcripturis, fuit per eundem Dominum,

Interro-

Interrogatus, an sciat, seu saltem præsumat causam sui præsentis examinis?

Respondit: Io me la imagino, ma non la sò di certo.

Et Domino dicente, vt eam, quam arbitratur, recenseat, *Respondit &c.* Hic moneo Iudicem, vt si reus incipiat fateri delictum, eum non interrumpat, sicuti admonet etiã Franc. Pegn. ad Direct. Eymer. par. 3. Com. 18. §. Quòd si: Nota etiã, quòd ex quo Reus est plenè cognitus, non solet interrogari de nomine, cognomine, & patria: Cæterum si sit incognitus, vtputa, quia esset apprehensus in flagranti crimine, & apprehensores illum non cognoscerent, tunc non dicimus: Constitutus talis: Sed: Constitutus personaliter quidam homo ordinariæ staturæ, habens barbam breuem pili nigri, vestitus femoralibus rubeis, tibialibus albis, thorace croceo, pallio, & pileo nigris, ætatis, vt dixit, & apparet, vigintiquinque annorum, qui delato sibi iuramento &c.

Fuit per Dominum interrogatus de nomine, cognomine, patria, & exercitio.

Redeo ad institutum, quando est cognitus: Sed finge, quòd tũc interrogatus de causa sui examinis; dixerit, vt Rei communiter respondere solent.

Io non sò, ne posso imaginarmi cagione di questo mio examine.

Tunc iudex procedet ad sequentia Interrogatoria.

Interrogatus quomodo reperiatur carceratus, vbi, quando, & à quibus fuerit captus?

Respondit: Io fui preso dalli Sbirri di V. S. hoggi sono tre giorni. &c.

Interrogatus qua occasione discesserit à sua patria, & huc accesserit?

Respondit: Io partij per vedere il mondo &c.

Interrogatus an habeat, seu habuerit aliquam litem, seu controuersiam cum aliquo, & dictę litis occasione aliquis sibi sit ortus inimicus?

Respondit: Signor, io credo di non hauer hauuto mai lite, ne meno credo di hauerla adesso.

Et Domino dicente, vt respondeat per verbum scientiæ, & non credulitatis, & dicat an habuerit aliquem inimicum? *Respondit: Io non hò hauuto, ne hò lite con alcuno, ne meno ho inimico aperto, se poi in segreto alcuno mi vuol male, questo lo saprà Dio, al quale non si può ascondere il cuore.*

Interrogatus an cognoscat aliquem Bannitum? *Respondit: Signor nò:* Et Domino dicente, vt bene aduertat quomodo neget: quia, si bene cogitauerit, agnoscet, se hoc non posse negare: *Respondit: Io cognosco Squarcione de Cappadocia, ma questo non è bandito, perche il bando non è valido, attesoche fù bãdito, non præcedentibus legitimis indicijs, & però se bene egli và fuori, io dico, che non è bandito.*

Et Domino dicente, vt dicat quomodo illum cognoscat, qua occasione, & à quanto tempore; *Respondit: io lo conosco perche &c.*

Interrogatus vbi ipse constitutus fuerit die prima præsentis mensis Iunij? *Respondit: Signor io nõ me ne ricordo, lasciate, ch'io ci pensi vn puoco, acciò mi torni à memoria.* Et cum stetisset aliquantulum cogitabundus *dixit. Signor io fui &c.*

Interrogatus, & monitus, vt cogitet, si fuerit alibi? *Respondit: Signor nò:* Et Domino dicente, quomodo audeat dicere, quòd non, Cum Curiæ, & Fisco constet, quòd fuerit etiam alibi?

Respondit: Signor io vi dico, che iò non fui in altri luoghi, che in quelli ch' hò detto: Et Domino instante, vt aduertat dicere veritatem: quia, si de mẽdacio conuincatur, sibi quid deterius continget: *Respondit: Signor io non voglio dir d'esser stato, doue non sono stato:* Et Domino replicante, quòd recedat à pertinacia, & mendacio, ex quo nõ desunt testes, qui de visu deponunt medio iuramento, ipsum transiuisse per nemus, vt vulgariter dicitur, de gl' Agliari.

Respondit: li testimonij possono dir come gli piace, ma in ciò dicono la bugia, perche alla Selua de gl' Agliari io non ci sono stato da vn'anno in quà.

Interrogatus, an cognoscat Seium Blasij, de Terra Sancti Laurentij, sitque ipsius amicus, eumque habeat pro homine probo, & fide digno? *Respondit: Io lo conosco, & l'hò per quel che è, & non mi è amico, ne nemico.*

Interrogatus, an cognoscat Petrum Antonij de Terra Carpineti &c. *Respondit, Io non lo conosco, & però non sò se sia da bene, ne se nò.*

Interrogatus, an cognoscat Titium Ambrosij de Talleacotio in Aprutio &c. *Respondit &c.*

Interrogatus, an cognoscat Meuium Francisci &c. *Respondit &c.* Qua negatiua responsione allata, testis vel est absens, vel est præsens: Si absens: studebit, illum depositionis lectione conuincere in hunc, qui sequitur, modum.

Interrogatus, quid dicet, si dictus Titius Ambrosij deposuerit, quòd ipse constitutus dicta die transiuit &c.

Respondit: dirò, che hà detta la bugia.

Ex tunc Dominus ad conuincendum ipsum constitutum de mendacio, ipsumque disponendum ad dicendam veritatem mandauit, sibi legi per me &c. ad claram intelligentiam depositionem dicti Titij Ambrosij, factam sub die 2. præsentis mensis Iunij in illa parte: *Io viddi &c.* qua per me &c. lecta, & per ipsum constitutum bene, vt asseruit, audita, & intellecta fuit per Dominum.

Interrogatus, quid modo respondeat?

Respondit, Signor questo, che adesso m' hà letto il Notario, tutto è bugia.

Interrogatus, & monitus, vt dicat veritatẽ, quia testis præfatus hæc non deposuisset, si vera non essent.

Respondit: Io non dico altro, se non che hà detto vna gran bugia.

Interrogatus, & monitus, vt recedat ab ista pertinacia, quia vltra dictum testem sunt alij, qui idem deposuerunt, vnde melius erit ingenuè veritatem fateri, quàm de mendacio conuinci.

Respondit: La verita io l' hò detta.

Interrogatus, an cognoscat Milonem Tomasij, sitque illi amicus, eumque habeat pro homine probo, & fide digno?

Respondit: Io l'hò per vn gran bugiardo, & à me mi è nemico capitale: Et Domino dicente, vt recenseat

recenſeat cauſam inimicitiæ.

Reſpondit: mi è nemico: perche quando lui litigaua con Franceſco certi danari, io mi eſſaminai per Franceſco.

Interrogatus quota ſumma pecuniæ erat illa, & quis erat actor, & quis reus? *Reſpondit: ſi litigauano diece ſcudi, che Franceſco diceua hauerli preſtati à Milone in mia preſentia, & così Franceſco era l'Attore, & à prouar la ſua intentione adduſſe me per teſtimonio, & io diſſi la verità.*

Interrogatus, an alia orta ſit inter eos cauſa inimicitiæ?

Reſpondit: Signor nò: Et Domino dicēte, ex tam leui cauſa non poſſe oriri inimicitiam, præcipuè capitalem, & quòd propterea ipſe conſtitutus ſimulat dictum Milonem eſſe ſibi inimicum: cum re vera talis non ſit; maximè cum ipſe conſtitutus, vt aſſeruit, veritatem dixerit: vnde hac friuola exceptione reiecta eundem interrogauit, & monuit ad dicendam veritatem.

Reſpondit: Io la verità l'hò detta, & non hò altro da dire.

Ex tunc Dominus ad conuincendum &c. Et cōtinuabit vtſupra. Si verò teſtis eſt præſens: in hunc, qui ſequitur, modum procedet.

Interrogatus quid dicet ſi præfatus Titius teſtis in eius faciem dicet ea, quæ ipſe conſtitutus modo negauit?

Reſpondit: dirò, che egli dice vna gran bugia: perche la verità è, ch'io non ci ſono ſtato.

Ex tunc Dominus ad conuincendum ipſum cōſtitutum de mendacio, ipſumque diſponendum ad veritatem dicēdam mandauit, in eius faciem adduci Martinum Zoccum, qui ſic adductus, & delato ei dem iuramento de veritate dicenda, prout iurauit manu tactis &c. factaque mutua nominum, & perſonarum recognitione fuit per Dominum interrogatus, an ea, quæ ſupra depoſuit in eius examine, fuerint, & ſint vera, & ab ipſo pro veritate dicta, eaque, vti talia, velit approbare, & ratificare in faciem Petri Zaccagni, præſentis conſtituti?

Reſpondit: Signor ſi: quanto hò depoſto nel mio eſſamine tutto è vero, & per la verità l'hò detto, & lo ratifico qui in faccia di Pietro Zaccagno.

Qua reſponſione habita, Iudex poterit ad melius habendam talem ratificationem vno ex his tribus modis proſequi.

Et lecta ſibi per me &c. de mādato Domini eius depoſitione facta ſub die &c. de verbo ad uerbum, prout iacet, & ad claram vtriuſque intelligentiam, eaque ab vtroque bene, vt aſſeruerunt, audita, & intellecta, fuit idem adductus per Dominum interrogatus, an quę modo legi audiuit, ſint illa eadem, quę ipſe adductus in ſuo examine depoſuit, & pro veritate tunc dixerit, & modo vti talia eadem approbet, & ratificet in præſentia, & facie dicti conſtituti?

Reſpondit: Signor ſi: quanto il Notario m'hà letto, tanto io depoſi, & hora alla preſenza qui di Pietro Zaccagno, come vero, lo ratifico, & approuo.

Vel dicet.

Et monitus, vt denuo dicat quomodo, & quando viderit præfatum Petrum Zaccagnum tranſeuntem per Nemus, vt dicitur, de gl'Agliari &c.

Reſpondit: Io, ſtandomi à ripoſare fuor di detta ſelua, viddi &c.

Vel, & iſte tertius modus procul dubio eſt magis idoneus ad tollendam omnem ſuſpicionem ſuggeſtionis, dicet

Et Domino dicente, vt recenſeat in ſubſtātia ea, quæ dixit in ſuo examine.

Reſpondit: Io, tre giorni ſono tornando da Froſinone alla volta di Roma, quando fui all'entrar della ſelua dell'Agliari, eſſendo ſtracco, mi poſi à ſedere, & in queſto mentre io viddi vſcir dalla bāda deſtra di detta ſelua Pietro Zaccagno, qui preſente, armato, & caminaua di buon paſſo, & con eſſo ci viddi vn'altro veſtito di verde &c. ch'io non lo conoſco.

Vel ſi timeat, ſe non bene recordari, quia forſan aliquot diebus ante confrontationem fuerit examinatus, poterit petere, vt ſibi legatur ſua depoſitio in hunc modum.

Reſpondit: Io non mi ricordo à pieno, à pieno del mio eſſamine, & del fatto così bene, come all'hora ch'era più di freſco, pero leggetemelo.

Et Dominus mandauit per me &c. ſibi legi eius depoſitionem, qua ſibi lecta ad claram vtriuſq; intelligentiam, & per ambos, vt aſſeruerunt, bene audita, & intellecta, fuit per Dominum

Interrogatus, an prædicta, quæ modo ſibi lecta fuerunt, fuerint ab ipſo depoſita, ſint vera, pro veritate dicta, & vti talia ratificet, & approbet, ſeu velit quicquam addere, vel minuere?

Reſpondit: Signor ſi, che quanto mi è ſtato letto, io l'hò depoſto, & hora lo ratifico, perche tutto è vero, & non ho da aggiungerci, ne da minuirci.

Tunc Dominus, conuerſus ad conſtitutum, eum interrogauit, quid modo reſpondeat prædictis?

Reſpondit: Io dico, che coſtui dice la bugia.

Replicante dicto adducto: Io dico, che quanto hò detto tutto è vero, & ſe non fuſſe tale, io non l'hauerei detto.

Et cum vterque ipſorum ſtaret in ſuo dicto Dominus licentiauit dictum teſtem adductum.

Hic aduertendum eſt, quòd, ſi iſte teſtis eſſet ſocius criminis, ſeu aliàs infamis, non eſt dicendum: Dominus licentiauit, ſed Dominus ad ipſum Conſtitutum magis conuincendum de mendacio, eumque magis diſponendum ad veritatem dicēdam, & magis afficiendum. Item ad tollendam omnem dubitationē, quæ circa perſonam, & dicta ipſius teſtis poſſet oriri, & ad omnem meliorem finem, & effectum mādauit, dictum teſtem adduci ad ſolitum locum tormentorum, ibique in præſentia, & caput ipſius Cōſtituti ſpoliari, ligari, & in altum eleuari. Qui ſic adductus, ſpoliatus, ligatus, & in altum eleuatus fuit in præſentia dicti Conſtituti per Dominum interrogatus, & monitus, vt ſi ea, quæ modo dixit contra Petrum Zaccagnum præſentem Conſtitutum, ſint vera, & pro veritate à ſe depoſita, eadem ratificet, & approbet in tortura, ſin minus reuocet.

Reſpōdit: Signor, quanto io hò detto contra Pietro Zaccagno q̄ preſente tutto è vero, & così lo ratifico,

& conuersus ad Petrum, *Dixit; Pietro, tu lo sai benißimo, ch'io dico la verità: Replicante dicto Petro: questo non fu ne sarà mai vero.*

Et, cum in tortura paruo temporis spacio ita in altum eleuatus mansisset, & in suæ depositionis ratificatione constanter in præsentia, & caput ipsius Constituti perseuerasset; Dominus mandauit, eum deponi: & depositus fuit per Dominum incontinenti monitus, vt recenseret quæ sint ista, quæ dixit, & deposuit contra ipsum constitutum: & priusquam vlterius progrediar nota hic obiter practicã, vt reus ratificet depositionem in tortura, & post illatam torturam denuò per extensum: & ab ista practica non videtur dissentire Modern, in qq.crim.lib.2, quæst. 43.numer.137. dicens, ita obseruari contra nonnul los Doctores, qui arbitrantur sufficere etiam, quòd habeatur depositio, seu ratificatio post illatam torturam: Nota quoque ratificationem faciendam esse in facie nominati, si is præsens sit, vt post Vulp. cons.30.num.7.& cons.83.num.8. & alios, quos allegat testatur Moder. dicta quest.43.num.140. Redeo ad constitutum.

Respondit: Signor, essendo io in viaggio per andar à Frosinone trouai Pietro Zaccagno qui presente, armato d'archibugio lungo à rota, & pugnale, io li domandai doue voleua andare, & lui mi disse, che voleua andare ad incontrare quel traditore di Mastro Paolo Ronca, & mi disse, ch'io li volesse far compagnia, dicendomi: Non ti ricordi quando costui si essaminò contra di noi, & che fu causa, che fussimo tanto trauagliati à torto &c. & io li dissi, che troppo me ne ricordaua, & lui mi replicaua: adesso è tempo, che ce ne rissentiamo, & così di compagnia andãmo, & l'incontramo alla bocca della selua dell'Agliari, che veniua alla volta di Roma, & là Pietro Zaccagno li voltò la bocca dell'Archibugio: & disse: fermati cornuto, tu ci hai pur dato questa volta &c.

Vel posset petere, vt denuo sua depositio legatur, vel, absque quòd petatur, posset de mandato iudicis legi iuxta ea, quæ scripsi supra in anteriori confrontatione, & eam lectam approbabit, & ratificabit, vt supra, ea ratificata iudex vlterius procedendo, sic interrogabit.

Tunc Dominus conuersus ad ipsum Constitutum, eum interrogauit an modo, ex quo apertè cognoscit, se id amplius negare non posse, nisi mendaciter, cum testis depositio sit confirmata in tortura, qua sanatur testis defectus, & per consequens redditur magis efficax illius depositio, sit dispositus ad fatendum ingenuè veritatem, & recedẽdum à pertinacia? *Respondit &c.* Et cum vterque adhuc maneret in suo dicto, licentiauit dictum testem, & continuando examen cum ipso Cõstituto, eundem interrogauit, monuit, & hortatus est ad dicendam veritatem, quia indiciatis, & ferè conuictis melius est veritatem humiliter fateri, quàm mendacium pertinaciter sustinere, *Respondit &c.*

Ex qua confrontandi forma nota, testem prius confrontandum esse sine tortura, & deinde; Reo adhuc perseuerante in negatiua, cum tortura: quia sic suadet iuris regula, quæ vult, iudicem procedere ad torturam in subsidium, & vltimo loco: Non tamen dico, quin possit in prima confrontatione torqueri iuxta exemplar nonnullorum aliorum: quòd etsi breuius sit, plerisque tamen & mihi ea ratione non probatur, quòd, cum reus potuisset in simplici cõfrõtatione veritatem fateri, frustra torqueretur. Et hęc, quando testis confrontandus cognouit Reũ de visu, & nomine. Quòd si cognosceret de visu tantum, tunc iudex ante confrontationem debet sub hac, vel simili forma recognitionem præmittere.

Interrogatus, & monitus, vt dicat veritatem, postquam non desunt testes, qui medio iuramento deponunt, se vidisse &c. *Respondit: questo con verità non lo può dire persona del mondo.*

Et tunc Dominus mandauit, ipsum Cõstitutum poni in circulo inter duos, tres, aut quatuor, ei ætate, statura, effigie, & habitu quoad fieri potest magis similes, & deinde in faciem eius sic positi adduci Ouidium Antonij, testem examinatum, qui adductus, delato sibi prius iuramento de veritate dicenda, prout iurauit manu tactis &c. fuit per Dominum.

Interrogatus, an inter hos, quos coram se stantes videt, adsit ille, de quo ipse deposuit in suo examine, & dixit, se eum cognoscere de visu tantũ, & non de nomine, & si adest, monuit, vt illum indicet?

Respondit: Signor si: Frà questi ci è quello, del quale io hò deposto nel mio essamine, & è questo, tangens Petrum Zaccagnum, qua recognitione facta, & à Domino licentiatis ijs, inter quos ipse constitutus, & recognitus fuerat positus, & teste similiter de mãdato Domini paululum inde recedente, eundem Constitutum interrogauit, an cognoscat illum, qui ipsum modo recognouit? *Respondit: Signor, io nõ lo conosco, ne l'ho visto mai se non adesso*, & Domino dicente, quòd diligenter cogitet, quia recordabitur, se illum alibi etiam vidisse? *Respondit: certo io non l'ho visto mai più &c.*

Interrogatus, & monitus, vt se disponat ad dicẽdam veritatem, quia diu eam celare non poterit, cũ ipse iam videat Curiam bene de omnibus esse informatam?

Respondit: Hò detto la verità, & non posso dir altro.

Interrogatus quid dicet, quando testis in eius faciem adductus, ostendet, ipsum dixisse mendacium?

Respondit: Io sò d'hauer detto la verità, & però nessuno potrà farmi rimaner bugiardo.

Et Domino dicente, vt nõ ita se iactet, quia postquam Curiæ, & Fisco constat, ipsum transiuisse per Nemus &c. magis sibi expediret, sponte veritatem fateri, quàm mendacium vi, & coactè vomere?

Respondit: Come V.S. vuol ch'io dica quel, che non è vero?

Tunc Dominus ad conuincendum ipsum Cõstitutum de mendacio, ipsumque disponẽdum ad veritatem dicendam, mandauit, in eius faciem rursus adduci eundẽ Ouidiũ Antonij, qui ipsum recognouit, qui adductus, & delato ei denuo iuramento de

veritate

veritate dicenda, prout iurauit manu tactis &c. factaque inter eos mutua perſonarum recognitione, fuit per Dominum.

Interrogatus, an ea, quæ &c.

Et procedet, vt docui ſupra in antecedenti confrontatione, vſque quo Iudex denuo teſtem licentiauerit, quo licentiato, procedet vlterius, interrogando reum, donec abſoluat examẽ, quo expleto altero ex his modis abſoluet.

Ex tunc Dominus, alijs præuentus negocijs, dimiſit examen, & mandauit, ipſum Conſtitutum reponi ad locum ſuum animo &c. vel

Ex tunc Dominus tarditate horę præuentus &c.

Ex hac recognoſcendi forma, nota prius faciendam eſſe recognitionem perſonæ, & deinde cõfrontationem ad effectum conuincendi Cõſtitutum de mendacio, aliàs, ſi prius interponeretur decretum confrontationis ad effectum conuincendi reum de mendacio, prout facit Flam. Cart. in prac. interrog. reorum, lib. 3. cap. 3. nume. 34. & communiter vidi ſeruari, & ſeruatur, videretur hyſteron proteron: quia in omnibus iudicijs, priuſquam procedatur ad vlteriora, ſunt legitimandæ perſonæ, vt dixi ſupra cap. 29. num. 2. Quid enim ſi teſtis adductus ad conuincendum Conſtitutum, diceret, illum non eſſe eũ, de quo ipſe dixit in ſuo examine, vt quandoque mihi interroganti euenit? quo caſu obiter moneo Iudicem, vt diligenter eum interroget de ſtatura, ætate, habitu, & alijs circũſtantijs, etiam minimis illius, de quo ipſe ait, ſe depoſuiſſe, quia cum is, qui eſt cõſtitutus ſit indiciatus de illo delicto, eiq; conueniat deſcriptio, aliàs forſan tradita ab eodẽ teſte in priori examine, dubitandum eſt, quòd modo ſubornatus dicat, non eſſe eum: & propterea iudex teſtem hunc veluti ſuſpectum de falſo varijs interrogationibus examinabit iuxta ea, quæ dixi ſupra ſub numero 15.

Nota ſecundo, teſtem non eſſe interrogandum, an inter aſtantes reperiatur ille Petrus Zaccagnus, quia etſi huiuſmodi interrogatio ſuggeſtione careat, illa tamen, qua ſuppreſſo nomine interrogatur, & caret, & magis congruit, cum teſtis illum non de nomine, ſed de viſu ſolum cognoſcat. Verum tunc nominatim videtur interrogari cõgruè, an inter eos adſit ille Petrus Zaccagnus, vt interrogat Flam. Cart. dicto cap. 3. num. 34. quando teſtis in alio examine dixiſſet, ſe cognoſcere illum de viſu tãtum, & credere, quòd vocetur Petrus Zaccagnus, eo quòd ita ſibi videtur à quodam fuiſſe vocatus.

Nota, & aduerte tertio, quòd hi, inter quos conſtitutus recognoſcendus ponitur, debent eſſe teſti incogniti, alias ſi ſibi, maximè omnes, eſſent cogniti, ex eorum cognitione facilè poſſet includere, illũ incognitum eſſe illum, ad quem recognoſcendum fuit adductus.

Poſtremo reminiſcere, quòd, cum recognitio ſit quædam perſonę legitimatio, poterit fieri etiam ante litis conteſtationem ea ratione, quòd legitimatio perſonarum, eſt de præparatorijs, quorum probatio recipitur etiam lite non conteſtata iuxta ea, quæ dixi ſupra cap. 29. nume. 1. & 3.

Nec obſtat, quòd Simanc. de Cath. Inſtit. tit. 64. num. 17. dixerit, recognitionem faciendam omnino eſſe poſt litis conteſtationem: quia reſpondetur tripliciter, primo quòd ipſe intellexit de recognitione, & confrontatione ſimul: & dato, quòd intellexerit de recognitione tãtum; dico, quòd deceptus eſt, quia præparatoria poſſunt probari etiam lite non conteſtata, vt dixi. Tertio dico, quòd quicquid ſit de iure, de cõſuetudine poteſt fieri etiam antea per ea, quę ſcripſi de cõfrontatione ſupra ſub num. 54. ibi. Si loquamur de conſuetudine.

Et hæc, quæ in pleriſque examinibus interuenire ſolent, & ab arbitrio minus pendere videntur, & eo, quo nos docuimus modo, firmiora ſunt, dixiſſe ſufficiat. Tu, ſi vberiorem examinandi modum videre cupias, legito Flam. Cart. dicto lib. 3. cap. 3.

De Inquiſitione generali: de indicijs aperientibus viam ad ſpecialem: de ſpeciali, & modo inquirendi in crimine hæreſis. Cap. LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores, an ſyndicentur finito officio, & quomodo, ſeu ad quos recurratur ab eorum grauaminibus.*

2 *Inquiſitores, & Commiſſarij pro illicita pecuniæ extorſione, & ſimilibus delictis culpabiles reperti à quo amouerentur olim, & à quo amoueantur, & puniantur hodie.*

3 *Inquiſitores ob quas cauſas amoueri poſsint.*

4 *Indicia, aperientia viam ad inquirendum ſpecialiter in cauſis fidei, ſufficiunt leuiora, quàm in alijs cauſis.*

5 *Diffamatio in crimine hæreſis, etiam de iure loquendo non eſt neceſſaria ad formandam inquiſitionem.*

6 *Inquiſitor, proceſſurus cõtra quempiam, quæ debeat præcipuè intueri.*

7 *Inquiſitor debet eſſe bonus.*

8 *Item debet eſſe prudens, & quidem magis, quàm quilibet alius iudex, quoniam verſatur circa grauiora negotia: Vnde in eo requiritur ætas quatraginta annorum, & quare in Epiſcopo ſufficiat ætas triginta.*

9 *Inquiſitor ob eminentem doctrinam, & vitæ probitatem poteſt creari, quamuis attigerit ſolum trigeſimum annum.*

10 *Inquiſitor expedit magis, quòd ſit Iuriſperitus, quã Theologus.*

11 *Inquiſitor debet eſſe mundus, & alienus ab extorſionibus & omnibus ſordibus.*

12 *Inquiſitor, qui habet ſuum ſtipendium ordinarium, nunquid poſsit accipere xenia, & quid in Referendarijs, & quid in Iudicibus ordinarijs, & quid in Delegatis.*

13 *Iudex habens ſufficiens ſalarium, ſi accipiat exculẽta, qua pœna ſit puniendus.*

14 *Exculenta, & poculenta quæ ſint.*

15 *Inquiſitor debet tam reum, quam teſtes per ſe ipſum examinare, niſi &c.*

16 *Examini, tam teſtium, quam Rei debent eſſe præſentes, & aßiſtere duæ perſonæ religioſæ, & diſcretæ, & qui in iſto propoſito poßint dici perſonæ religioſæ, & quid hodie ſeruetur, vt plurimum.*

17 *Teſtes, & ſimiliter reus, tam in cauſa hæreſis, quam alterius grauis delicti ſecundum ſtylum nonnullorum locorum ſubſcribunt ſuas depoſitiones.*

18 *Nomina teſtium non eduntur reo inquiſito de hæreſi, & propterea Inquiſitor debet eos diligenter interrogare, & intueri quo animo, & zelo deponant, & rimari eorundem qualitates, mores, & fidem.*

19 *Recognitio Rei, an ſit facienda in cauſis hæreſis, & quomodo, & qua decreti forma, & quando teſtes di cantur confrontari ſine periculo.*

20 *Teſti, perfecto examine, eſt iniungendum ſilentium ſub pœna excommunicationis, & Conſultores, ſi quid de fidei negocio propalauerint, ſunt puniendi, quamuis eis non fuerit indictum ſilentium, nec &c. & qualiter fuit punitus Dominus Franciſcus Bellonus, eo quòd ſententiam reuelauerat.*

21 *Modus interrogandi delatum de hæreſi, & de quibus ſit interrogandus.*

22 *Reſponſiones Rei inquiſiti de hæreſi ſunt diligenter conſiderandæ, quia, ſi in eis appareat manifeſtus hæreticus, & pertinax, ſunt cum eo adducendi viri literati, ſi vero errorem palliet, & abſcondat, debet Inquiſitor illum prudenter detegere.*

23 *Inquiſitus de hæreſi dupliciter poteſt in ea deprehendi, verbis, ſcilicet, & factis: & ijſdem modis poteſt ipſe hæreſim palliare, & abſcondere: verbis, quãdo affert reſponſiones amphibologicas, & ſophiſticas: factis, quando ſimulat vel corporis languorem, vel dementiam.*

24 *Cautelæ inquiſitoris ad retegendos hæreticorum errores ſunt totidem, quot ſunt cautelæ, quibus hæretici conantur eos abſcondere.*

25 *Inquiſitor, an licitè poßit inquiſito promittere impunitatem, ſi veritatem fateatur.*

26 *Confrontatio in cauſis fidei, an ſit licita.*

27 *Inquiſitus de hæreſi, qui priuſquam accuſetur à Promotore Fiſcali eſt interpolatim monendus ad fatendum veritatem, quot vicibus ſit monendus, & quæ ſit forma accuſandi, & an illæ monitiones, & accuſatio Fiſcalis ſit amplius in vſu &c.*

HAEC, quæ de hæreſis crimine multis potuiſſent exarari capitibus, & ijs nõ vno poſt aliud, ſed inter ea, quibus de alijs egim⁹ delictis, more noſtro interſeptis, hoc vnico, vt Rubrica indicat, perſtringam. Et quo (ſed citra obſcuritatem) breuior ſim, ijs, quæ huius, & aliorum criminum iudicio, & proceſſui communia ſunt, conſultò omiſſis, ea, quæ ſingularia videntur per quæſita, & difficultatum propoſitiones expediam.

1 † Quæro igitur primo loco: Nunquid illa generalis inquiſitio quoad delicta, & ſpecialis quoad perſonas, quæ fit contra Iudices, & officiales tempore Syndicatus iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 83. ſub nume. 1. ibi. *Tertia &c.* fiat etiam aduerſus Inquiſitores poſt depoſitum officium? Reſpondeo me, nec iure cautum inueniſſe, nec in praxi obſeruatũ vnquàm vidiſſe, quòd ſyndicentur. Et propterea, qui ſentit ſe ab Inquiſitoribus grauari, debet recurrere ad ſummum Pontificem, ſicut ad fauorem Inquiſitorum Auinionenſium reſcripſit Pius Quartus in Breue incipiente. Cum ſicut &c. & tradunt generaliter Eymer. in Director. Inquiſit. par. 3. quæſt. 12. nume. 2. & ibi Pegn. comm. 61. §. quibus tamen. Et ratio, qua ipſi quoque mouentur, eſt, quia Inquiſitores ſunt delegati Papæ cap. ne aliqui, de hæret. in 6. de qua delegatione ſatis ſcripſi ſupra cap. 15. & apertius cap. 67. numer. 5. † Nec obſtat, quòd textus
2 in Clem. Nolentes. §. Qui equidem prælati. de heret. dicat, Inquiſitores, & Commiſſarios, reos repertos ab Inquiſitorum Prælatis amouendos, puniendoſque eſſe, prout idem diuerſorum Pontificum reſcriptis, reſcriptum oſtendit Franc. Pegn. ad Director. Eymer. dicta par. 3. comm. 58. § quantum verò, cũ ſeqq. dicens, ſe cenſere ea ratione fuiſſe hanc facultatem remouendi Inquiſitores Prælatis datã, quia ipſi facilius intelligunt, quando eorum amotio expediat, quippe cum cognoſcant Fratres, & ſingulorum vires notas habeant.

Nam reſpondetur dupliciter: & primo, quòd dicta Clementina vult, vt poſſint amoueri, & amoti puniri pro illicita pecuniæ extorſione, quæ non eſt actus cõcernens iuſtitiam proceſſus, & delictorum hæreſum. Sed à particulari ad vniuerſalem, maximè diuerſiſſimæ ſpeciei non tenet conſequentia, vt docent Ariſt. lib. 1. Prior. Analy. ca. 7. Eymer. dicta quæſt. 12. ſub num. 4. & ibidem Pegn. §. à particulari. Et ideo eſto, quòd ſecundum illam Clemẽtinam poſſint amoueri, & puniri pro huiuſmodi extraneo actu extorſionis, tamen pro citationibus, captionibus, proceſſibus, abiurationibus, & ſententijs, per eos latis, & alijs, ad eorum officium pertinentibus à ſolo Papa ſunt corrigendi, vt admonet idem Eymer. vbi ſupra num. 2.

Secundo reſpõdeo, quòd quemadmodum Prelati ordinum hodie amplius non eligunt Inquiſitores iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra dicto cap. 67. num. 2. ita nec illos deponunt, ſeu puniunt, teſte Pegn. dicto Comm. 58. in fine, & comm. 61. §. Ceterum hodie.

3 † Si cauſas, ob quas Inquiſitores remoueri poſſunt, libet videre, legito Eymer. dicta q. 12. nu. 5. & ibidem Pegn. §. expedire, cum ſeqq.

4 † Secundo quæro: quæ nam indicia aperiant viã ad inquiſitionem ſpecialem? Reſpondeo: leuiora, quàm in alijs delictis, vt docui ſupra ca. 59. ſub nu. 10. Quæ autem indicia ſufficiant ad Inquiſitionem ſpecialem in alijs delictis docui ſupra cap. 84. num. 4. cum ſeqq.

5 † Tertio quæro: An in cauſa hereſis poſſit formari de iure inquiſitio, non præcedente diffamatione? Reſpondeo, ꝙ ſic, vt docui ſupra c. 84. nu. 19. Cætera, quæ ſpectant ad formam ſpecialis inquiſitionis, vide ſupra dicto cap. 84. & cap. 85. per totum.

† Quarto

6 † Quarto quæro, quot & quæ debeat conſiderare Inquiſitor, dum inquirit? Reſpondeo, tria, quorũ aliqua reſpiciunt perſonam ſuam: aliqua examinã-
7 dorum: aliqua modum ipſum examinandi. † Quæ reſpiciunt perſonam ſuam debet conſiderare non ſolum dum inquirit, ſed in omni actu, quo iudicis officio fungitur, & hæc ſunt duplicis generis: quædam enim ſunt, quibus debet eſſe ſatis ornatus: quędam verò, quibus debet omnino eſſe exutus. Quibus debet eſſe ornatus, ſunt Bonitas, Prudentia, & Doctrina. De bonitate ſatis in omni ſpecie iudicũ ſcripſi ſupra cap. præcedenti, num. 3.

8 † De prudentia, ꝙ in Inquiſitore requiratur, teſtatur Eymer. in Director. Inquiſit. par. 3. quæſt. 1. & Simanc. de Cath. Inſtit. tit. 34. nume. 9. & 10. & ꝙ maior, quàm in alijs iudicibus probatur vna, vel altera ratione, & prima, quia vbi maius verſatur periculum, ibi prudentius eſt agendum, cap. vbi maius. de elect. in 6. cap. quieſcamus. diſtinc. 42. cap. fin. 7. quæſt. 2. cap. vt officium. §. verum, de hæret. in 6. & ibi. Archid. num. 1. facit textus in l. prima. §. ſed etſi quis. ff. ad Carbon. tradunt Boſſ. tracta. crim. titu. de conuict. num. 8. & Gail. tract. de pace publ. lib. 1. ca. 15. nume. 6. Sed nulli dubium, quòd in cauſis, quas tractat Inquiſitor, verſatur maius periculum, cum agatur de fide, cuius negocio maius non habemus. Igitur in Inquiſitore maior requiritur prudentia, & in ſpecie, quando examinat, quòd debeat eſſe multum prudens teſtantur Eymer. in Directo. Inquiſit. par. 3. Rubr. Quot perſonæ eſſe debeant in examinatione teſtium &c. num. 81. verſ. prima perſona. & ibi Pegn. ad eum comm. 20. §. Inquiſitor.

Secunda, quia ſi ætas quadraginta annorum in aliquo iudice requiritur, ea de cauſa requirĩt, quòd debet eſſe valde prudens. Sed iſta ætas requiritur in Inquiſitore. Ergo eã ob cauſam requiritur, quia debet eſſe valde prudens. Probatur maior propoſitio tum ex Dionyſio lib. 2. Roman. Antiq. quem referunt, & ſequuntur Simanc. dicto titu. 34. numer. 11. & Pegn. dicto comm. 20. §. cæterum hoc. dum ait, hoc tempore homines eſſe prudentiſſimos, tum ex Clemen. Nolentes. de hæret. cuius hæc ſunt verba.

Nolentes ſplendorẽ ſolitum negocij fidei per actus indiſcretos, & improbos quorumuis Inquiſitorũ hæreticæ prauitatis, quaſi tenebroſi fumi caligine obfuſcari, hoc ſacro Concilio approbãte, ſtatuimus nullis ex nunc, niſi qui quadrageſimum ætatis annum attigerint, officium Inquiſitionis prædictæ committi Inquiſitoribus.

In quibus verbis minor propoſitio patet ad literam: Nec eſt mirandum, quòd in Epiſcopo, qui eſt Inquiſitor ordinarius, vt dixi ſupra cap. 15. nume. 3. ſufficit ætas triginta annorum. cap. cum in cunctis. §. primo. de elect. quoniam, vt ibi numero 6. tradit Abb. quem referunt, & ſequuntur Simanc. ſub dicto nume. 11. & Pegn. dicto commen. 51. §. quòd ſi quis quærat, promouendi in Epiſcopos tranſeunt cum magna inquiſitione: nam recipiuntur teſtes, & diſcutitur prius promotio in Conciſtorio Papæ in Collegio Cardinalium &c. Sed officium Inquiſitionis non committitur cum tãta indagatione, & ideo voluerunt iura, vt ſit maturus ætate.

9 † Cæterum haud eſt ignorandum, quòd ob eminentem doctrinam, probitatem vitæ, & prudẽtiam cenſeo, Inquiſitorem creari poſſe etiam eum, qui trigeſimum attigerit annum, quia vt tradit Simanc. dicto titu. 34. numero 12. ſcientia, & prudentia ſupplent defectum ætatis, & hominibus perfecta ætas ſunt triginta anni, & quòd ob prædictas qualitates liceat recedere à diſpoſitione dictæ Clementinæ. Nolentes. teſtatur etiam Pegn. dicto comm. 51. §. non tamen ambigo. quæ quidem ratio maximè prę ualere debet hoc ſæculo, quo ætas, cum, vt aiunt, ſit breuior antiqua, ea, quæ eſt triginta annorum debet iudicari perfectiſſima.

Et ideo forſan non ſine ratione conſtitueretur hodie, vt ſufficeret ætas triginta annorum; prout ſummi Pontificis generali decreto conſtitutum eſſe in Hiſpania tradit Simanc. vbi ſupra, quamuis Pegn. dicto comm. 51. §. Simancas, dicat ſe neſcire, an illud decretum reperiatur.

10 † De Doctrina conueniunt omnes, quod is debeat eſſe ſcientia inſignis. Controuerſia ſola remanet, quæ ſcientia ſit magis expediens Theologię ne an Iuriſprudentię? Et quidem Theologi, ſuam tuẽtes cauſam, aiunt, Theologiæ doctrinam eſſe magis expedientem, quorum ſententia ea præcipuè fulcitur ratione, quòd Inquiſitores ſunt ſuffecti in locũ Epiſcoporum, vt dixi ſupra cap. 15. numero 4. Sed Epiſcopi ſecundum eos ſunt eligendi potius Theologi, quàm Iuriſperiti, Igitur & Inquiſitores etiam.

Simanc. verò de Cath. Inſtit. titu. 41. nu. 3. & alij Iureconſulti contendunt, iuriſprudentiam eſſe magis expedientem.

Franciſcus Pegn. ad Direct. Eymer. par. 3. commen. 50. §. ego ita ſentio, arbitratur, bonum eſſe, vt eligatur is, qui vtraque polleat ſcientia: Verùm ipſe controuerſiam non dirimit, ſed propriam patrocinatur cauſam.

Vnde vt controuerſiæ ſecundum meam opinionem finem imponam, dico vna cum Simãc. & alijs Iureconſultis, iuriſprudentiam eſſe magis expediẽtem, & propterea eligendos eſſe Iureconſultos potius quàm Theologos: & certè non propriæ cauſæ affectione, ſed ſola ratione motus.

Nam, vbi agitur de deputando iudice ad puniendos, corrigendosque reos, & duo, vt eligantur, concurrunt ſcientifici viri, alter ſcilicet, qui habet ſcientiam delicti, num ſit ſcelere, vel non ſcelere commiſſum iuxta ea, quæ ad aliud propoſitum dicebã ſupra ca. 83. num. 3. alter verò, qui habet ſcientiam eorum, quæ tendunt ad proceſſum, & punitionem, certè iſte vltimus eſt eligendus, & alterius ſcientia venit adhibenda, veluti periti, cuius iudicio ſtãdum eſt in arte.

Sed in cauſis fidei agitur de deputando iudice ad puniendos, corrigendosque reos læſæ diuinæ maieſtatis, & Iureconſulti habent ſcientiam eorum, quæ tendunt ad proceſſum, & punitionem: Theologi verò num ſit hæreſis, vel non.

Ergo in cauſis fidei Iureconſulti ſunt eligẽdi Inquiſitores: & Theologorum, veluti peritorum in arte eſt adhibenda doctrina.

Probat maior propoſitio, quia,reperto cadauere,& exorto dubio,an ſit veneno peremptũ; Medicus quamuis cognoſcat,an ſit veneno, nec ne extinctum,vt dixi ſupra dicto cap.83.nume.13. cauſa tamen non ei,ſed Iureconſulto committitur, Medicique adhibetur iudicium,quia ſtandum eſt peritis in arte,l.ſeptimo menſe.ff.de ſtat. hom.

Minor ſatis de ſe patet.Et hæc de his,quibus de-
31 bet Inquiſitor eſſe ornatus. † Quibus debeat omnino eſſe exutus, ſunt extorſiones,barattariæ, & cætera vitia,& peccata iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap præcedenti,ſub nume.3. quòd ſi quiſpiam tanta ſit prauæ conſcientiæ caligine excæcatus, vt auaritiæ voragine, libidiniſque æſtu in huiuſmodi extorſiones,aliaq; id genus præceps rapiatur, quam debeat expectare mercedem legat Clement. Nolentes, de hæret.& Simanc.de Cath.Inſtit.titu.34. num.44.& apud Boſſ.tract.crim.tit.de carcer. fideiuſſ.commit. ſub nume.34.ſummam ſententiæ condemnatoriæ, latæ aduerſus quendam Præſidem Pariſienſem. Cæterum,quia,vt tradit Boſſ.eodem tract.crim.tit. de offic.corrup.pecun.ſub num.5.iudex, qui non accipit, quod poteſt licitè accipere,ſibimet dicitur inſidiari, & qui non habet ſalarium, poteſt pro miniſterio ſuo vltra id, quod debetur exigere, & extorquere ſecundum Franc.Aret.in cap.cum cauſa,nu. 26.quem refert,& ſequitur Ant.Scap.tract.Iur. nõ
32 ſcript.lib.3.cap.19.nume.24.† Quæro in ſpecie, an iudex,qui habet ſuum ſtipendium ordinarium, poſſit vltra illud accipere Xenia, hoc eſt, exculenta, & poculenta, quæ intra paucos conſumuntur dies, & ſponte ſibi ſunt oblata? Reſpondeo: Aut loquimur de Inquiſitore:Aut de alijs Iudicibus.Si de Inquiſitore: rurſus diſtinguo: Aut quæritur, nunquid honeſtè accipiat,Aut nunquid licitè.Si primo caſu cẽſeo vna cum Pegn.ad Director.Eymer.par.3.commen.153.§. Cæterũ.& §.ſunt equidem.quòd non: maximè à reis, ſeu eorum conſanguineis, vel amicis.Si ſecundo, rurſus diſtinguo: Aut loquimur ſecundum ius commune; Aut ſecundum ius locale. Si ſecundum ius commune,reſpondeo idem, quod in alijs Iudicibus ordinarijs reſpondi infra.Si ſecũdum ius locale: dico,in Hiſpania, nec Inquiſitores, nec alios Sancti Officij Miniſtros poſſe accipere:dico non ſolum munera,ſed etiam exculenta,& poculenta; & contrafacientes incurrerent excommunicationem, priuarentur officio, tenerentur reddere duplum, & alia pœna mulctarentur, & hoc procedit etiamſi acciperent ab eiſdem officialibus Sanctæ Inquiſitionis, vt referunt Simanc. de Cath. inſtit.tit.34.nume.45.& Pegn. dicto comm.153. §.in Hiſpania, quinimmo miniſter, cum ſciuerit alium miniſtrum donum accepiſſe, tenetur ſub eiſdem pœnis illum Inquiſitori reuelare, vt tradunt ijdem Simanc.vbi ſupra,& titu.41.nume.37. & Pegn.dicto commen.153.§.ſed eiſdem, vbi inſtructionis verba refert.

Alibi tamen, vbi huiuſmodi prohibitiuæ conſtitutiones non extant,vidi exculenta,& poculenta impune fuiſſe accepta,& hęc de Inquiſitore.

Si de alijs iudicibus: rurſus diſtinguo, ſed breuius: Aut loquimur de conſuetudine: Aut de iure. Si de conſuetudine, dico, quòd impune accipiunt non ſolum exculenta, & poculenta, ſed etiam alia munuſcula, & munera, prout quiſque eorum magis, & minus patentem habet conſcientiam ad ea capienda, ſpretis quibuſuis prohibitionibus, quaſi Deum ſolum habeant vltorem. Quare licet Referendarij Signaturæ ex Alexandri Septimi Conſtitutione, ſeu ordinatione circa reformationem Curiæ non poſſint pro eorum munere accipere exculenta, & poculenta ſub pœna periurij, ſuſpenſionis per menſem,& alijs pœnis, Papæ arbitrio reſeruatis, vt ſcribit Ludou.Gomeſ.in compend.vtriuſque ſignaturæ quæſt.16.folio mihi 500. verſicu. præterea,licet etiam hoc ſit prohibitum alijs iudicibus, tamen,vt dicit idem verſ.ſequenti: malè obſeruatur. Sed hæc dicta ſint pace eorum, qui ſuæ conſcientię melius conſulunt,quorum etiam nõ deſunt. Et hęc de conſuetudine.

Si de iure diſtinguo denuo: Aut loquimur in iudice delegato: Aut in ordinario. Si in delegato:habemus textum,quòd poſſit,expreſſum in cap. ſtatutum.§. inſuper. de reſcript. in 6. ſecundum allegationem, quam faciunt Boſſ.tract.crim.titu. de offic. corrup. pecun.ſub num.3.Gundiſ. tracta.de hæret. quæſt.8.num.9.Simanc.de Cath.inſtit.tit 34.num. 43.& Franc.Pegn.ad Direct.Eymer. dicto comm. 153.§.de ea quid ſentiam.

Si in ordinario, oritur contrarietas: Nam quòd non poſſit ſuadetur authoritate Deuteronomij ca. 15. ſeu 16.& Eccleſiaſtici, in quibus, vt notarunt etiam Foller,in pract.crim.in verbo. Studeat ſe ornare num 63.vbi alios allegat,& Simanc. de Cath. inſtit.dicto tit.34.nu.41. cum ſeq. vbi alia congeſſit, dicitur, quòd munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum,Item quòd xenia, & dona excæcant oculos iudicum.

Contraria ſentẽtia,quòd poſſit,probatur ex textu aperto in l.ſolent.§. non verò. ff. de off. proconſ. & in l. plebiſcito. ff.de offic. præſid, quorum iurium auctoritate, ita reſpondit Guil.relatus per Bal.in dicto §.non verò.nume.2.& poſt Guil.Bar.in dicta l. plebiſcito. relatus vterque à Gundiſ. dicta quæſt.8. nume.8.& poſt iſtos Simanc.dicto tit.34.nume.43. & Pegn. dicto commen.153.§.de ea quid ſentiam. Cæterum gloſ.in dicta l.plebiſcito. in verbo. poculentum ve. & in Auth.ſcriptum eſt exemplar. in verbo. Auaritia. Vt Iudic.ſin.quoq.ſuffrag.collat.2. & ibidem Bar.& Alex.conſ.206.num.9.lib.2. contrarietatem quaſi conciliare videntur, dum aiunt,iudicem non poſſe accipere eſculentum, ſeu poculentum, niſi in defectum ſui ſalarij, cum ſcilicet, ſalarium non ſufficit: quæ opinio ſatis apertè comprobatur auctoritate dictæ Auth.ſcriptum eſt exẽplar: vbi dicitur,quòd, ſi iudices non habent ſalarium, poſſunt accipere quantum inculpabilis antiquitas definiuit, videlicet Xenia vſque ad gubernationem. Et quòd hæc ſit verior teſtantur Bal. in dicto §. non verò.ſub nu.2.& Boſſ.tract. crim.tit. de offi. corrupt.pecun.ſub nu. 3. circa medium, addentes, prohibitum iudicibus non eſſe, ne accipiant vnum par faſianorũ,ſeu duas phialas maluaſię,quia in his paruis nõ offendit lex,nec iudicis flectitur animus: quod

quod dictum bene comprobat Gundis. dicta quest. 8. sub num. 9. argumento textus in ca. Et si quæstiones, de Simon. vbi pro modico voluntariè, oblato in collatione rei spiritualis non committitur Simonia, licet in spiritualibus omnis traditio, & promissio cessare debeat.

13 † Quæro secundo qua pœna puniantur de iure communi iudices, qui accipiunt munera, seu exculenta, & poculenta, cum habeant sufficiens salariũ? vide dictam Auth. scriptum est exemplar, & Bal. in dicto §. Non verò. sub num. 4.

14 † Quæro tertio, quæ sint exculenta, & poculenta, quæ intra paucos dies consumũtur, & recipi possunt in defectum salarij? Respondeo, glos. in cap. non licet. 11. quæst. 3. quam refert, & sequitur Gomes. vbi supra, definit exculenta, & poculenta non debere excedere vno anno valorem centum ducatorum. Sed glo. & melius meo iudicio in cap. statutum. §. insuper. de rescript. in 6. quam refert, & sequitur Boss. dicto num. 3. in fine ait, in huius quæsiti definitione habẽdam esse rationem ad qualitatem Iudicis accipientis, & suam solitam impensam, & qualitatem dantis, & hanc ait esse in effectu paucitatem dierum. & hæc de his, quæ respiciunt personam Inquisitoris.

Quantum attinet ad ea, quæ respiciũt personam examinandorum, distinguo: Aut loquimur de testibus, Aut de reo. Si de testibus: vide quæ scripsi supra ca. præcedenti num. 5. Si de reo quæ scripsi ibidem num. 19.

Quantum attinet ad ea, quæ respiciunt formam, & modum examinandi, dico, attendenda similiter esse ea, quæ scripsi dicto cap. præcedenti nume. 21. cum seqq. & infra scripta, quę ĩ causis fidei sunt ma-
15 gis specialiter recepta. † Et primum, vt tam testes, quàm reus examinẽtur ab ipsomet Inquisitore, excepto si testes essent legitimè impediti, & Inquisitor ad eos facilè accedere non valeret, quo casu posset eorum examen alteri delegare, vt tradit Simanc. de Cath. Institu. tit. 64. num. 11. & dicam, fauente Deo, in secundo libro.

16 † Secundum, vt in examine, tam testium, quam Rei faciat assistere duas Religiosas, & discretas personas, sicuti disponit textus in cap. vt officium. §. verum. De hæret. in 6. & notaui in receptione denunciationis supra cap. 72. nume. 3. Et licet appellatione personarum Religiosarum, propriè loquẽdo, comprehendantur solum, qui Religionis habitum assumpserunt, voueruntque illa tria, tamen in proposito, de quo loquimur, comprehenduntur etiam clerici sæculares, vt notant in dicto §. verum. Archid. num. 13. & Ioan. Andr. & alij, immo secundum Eymer. in suo Direct. Inquisit. par. 3. num. 84. & quæst. 63. nu. 2. & ibidem Pegn. Commen. 112. §. & quamquam: comprehenduntur etiam honesti laici. appellatione verò discretarum personarum intelliguntur solum periti, vt per eundem Archid. dicto §. verum. num. 14. & Pegn. dicto Comm. 112. §. per discretas. Et sufficit, quòd assistant finito examine, illisque depositio legatur in præsentia ipsius Rei, seu testis, & ea lecta, interrogetur, an stet, & perseueret in illa depositione? Et eo perseuerante, Notarius scribet in actis, quomodo in præsentia N. & N. fuit examinato lecta depositio, & stetit, ac perseuerauit in ea, vt docet Eymer. dicto nume. 84. in fine. Et ratio, cur requirantur hæ duæ religiosæ personæ, est, quia, quæ multorum comprobantur testimonijs, certiora creduntur, vt tradunt Simanc. dicto titu. 64. nume. 9. & Pegn. ad Eymer. dicta par. 3. Commen. 20. in principio. Verum, vt testatur Pegn. dicta par. 3. Commen. 112. §. Tametsi hodie tam reus, quam testes, vt plurimum examinantur sine interuentu harum personarum, & processus ita factos, tolerat supremus Senatus Sanctæ Romanæ, & generalis Inquisitionis, quia, vt ibidem tradit, prędictæ personæ adhibentur potius de Cõsilio, quàm de necessitate.

17 † Inuenta tamen est practica, quam vidi seruari etiam in alijs causis criminalibus arduis, videlicet, vt tam reus ipse, quã testes, finito examine, se subscribant hoc modo.

Io N. affermo quanto di sopra di mia mano.

Vel, si nesciat scribere, apponat loco subscriptionis signum ✠ Crucis, vt specialiter in examine Rei admonet Pegn. dicta par. 3. commen. 18. §. hæc omnia Notarius. quæ sanè practica est meo iudicio satis laudabilis, tum quia cessat timor testium, qui, timentes, ne eorum depositio reueletur, non auderẽt forsan deponere coram illis duabus personis, vt cõsiderauit etiam Pegn. dicto commen. 112. §. cum testes, tum quia cessat etiam timor propalationis depositionis, factæ ab ipso reo, & nihilominus adhuc, mediante eiusmodi subscriptione, per æquipollens satisfit consilio, seu præcepto dicti cap. vt officium §. verum. de hæret. in 6. & hac practica vtuntur Inquisitores in Insula Melitensi, quia subscriptio testium est inuenta pro valido munimine, vt in casu, de quo loquitur Rot. diuers. decis. 246. num. 5. par. 1. vbi eam præferunt depositioni iuratæ.

18 † Tertium, quod Inquisitor debet attendere, dũ examinat testes, est, vt, cum testium nomina reo non edantur iuxta ea, quæ scripsi infra numero seq. cauta propterea, ac diligenti solicitudine iuxta textum in capit. Si qui sunt 2. quæst. 7. & quæ scribunt Simanc. dicto tit. 64. num. 10. & Franc. Pegn. ad Direct. Eymer. par. 3. Commen. 20. §. Inquisitor rimetur testium qualitates, mores, & fidem, interrogando eos quo animo, an zelo iustitiæ, vel potius inuidiæ, seu inimicitiæ stimulo impulsi testificentur, concipiendo in fine examinis interrogatorium, an prædicta deposuerint odio, vel rancore, & an dimiserint aliquid amore, vel fauore? vt docet Eymer. in Direct. Inquis. par. 3. Rub. forma examinis testium. sub num. 72. in fine. Immo secundum Simanc. dicto tit. 64. nume. 7. sunt diligenter ab Inquisitore monendi, ne prece, precio, ira, odio, aut qualibet alia illicita, vel iniusta causa vllo modo falsum testimonium dicant, quia admodum graue, & horrendum est, quempiam innocentem tanti criminis infamare. Debet pariter, ex quo crimen hæresis est grauissimum, vt dixi supra capit. 59. numer. 1. diligenter inuestigare hæresim delatam, & illius qualitates, præsertim quando examinarentur super aliqua hæresi, seu

errore, quem illius Rei pro poſſe celare conantur, ſicut ſecundum Eymer. dicta par. 3. numer. 81. & 87. in fine. faciunt Valdenſes, & Begardi, de quorũ erroribus, vide eundem Eymer. par. 2. quęſt. 14. vbi recenſet viginti errores Valdenſium, & quæſt. 15. vbi recenſet alios quinquaginta quinque Begardorum, & Beuignorum, & de ſignis exterioribus, quibus præfati hæretici cognoſcuntur, vide per eũdem Eymer. dicta par. 3. num. 112. & 113.

19 † Quartum erit circa recognitionem, quando teſtis delatum nõ cognoſceret de nomine, ſed ſolum de viſu, quo caſu inſurgit difficultas, nunquid ſit ei exhibendus, vt recognoſcatur? Et prima facie videtur dicendum, quòd non, quia ſi eſt prohibita publicatio nominum teſtium. Ergo & cõfrontatio, ſeu recognitio. Quòd ſit prohibita publicatio nominũ patet ex reſcripto Innocentij Quarti, incipiente. Cum negotium fidei. & tradunt Simanc. de Cath. Inſtit. tit. 64. num. 27. & Franc. Pegn. ad Direct. Eymer. par. 3. comm. 23. §. Cæterum contraria, & cõmen. 124. in principio, & per totum, & communiter * omnes in diuerſis locis, & nos, fauente Deo, v-berius dicemus in ſecundo libro: Conſequentia ſatis de per ſe patet, quia militat eadem ratio periculi.

Contraria ſententia ſuaderi inde videtur, quòd ex ſolo recognitionis actu delatus nõ deprehendit, an is aduerſus eum teſtimonium dixerit, vnde ceſſat periculum, propter quod teſtis nomen non publicatur cap. ſtatuta. §. iubemus. de hæret. in 6.

Quid dicendum? diſtinguo: Aut imminet teſti periculum: Aut non imminet. Si imminet, rurſus diſtinguo: Aut recognitio eſt neceſſaria, vtputa, quia delatus, adhibita iam diligentia, non eſt conuictus ex alijs probationibus: Aut non eſt neceſſaria, vtputa, quia iam eſt alijs indicijs, & teſtibus ſufficienter conuictus. Si eſt neceſſaria: dico, eam omitti non poſſe, quia eſt neceſſaria. Nec obſtat, quòd publicatio nominum teſtium, eorumve cum delato affrontatio ſit prohibita, quia reſpondeo, confrõtationem non eſſe neceſſariam, & ideo proceſſum valere etiam ea omiſſa: ſecus tamen ſi omitteretur recognitio, vt hæc omnia docui ſupra ca. præcedenti ſub nume. 53. idem ferè dico de publicatione nominum teſtium, quòd non eſt ita rei defenſioni neceſſaria, vt eſt recognitio, & propterea circa illius omiſſionem facilius diſpenſari poteſt. Verum tamẽ eſt, quòd Inquiſitor ad euitandum periculum, quod teſti poſſet imminere, faciet delatum ita recognoſci, vt teſtis à reo videri non poſſit, quod facilè fiet, ſi fecerit, teſtem adduci ad aliquam Cameram, vnde per rimulas hoſtij, ſeu aliam paruam fracturam bene delatum poſſit inſpicere, & recognoſcere: Vel faciet, ita recognoſci, & videri, vt ipſe teſtis, quamuis videatur, minimè tamen cognoſcatur, quod fiet, ſi teſtis perſonatus à capite vſque ad plãtas pedum adducatur, & adductus fuerit interrogatus modo, quem docui infra, & huiuſmodi recognitio, quia poteſt fieri per viſum, erit ſecurior illa, quæ ex dictis per Alex. conſ. 24. ſub num. 10. lib. 2. Marſ. in Rubr. de probat. numer. 353. & 354. C. de probat. & Anton. Colum. in controuerſijs criminalibus art. 220. poteſt fieri ad cortinam per auditum, quando teſtis timet inquiſitum. & forma decretandi ſuper tali recognitione hæc erit, vel ſimilis.

Tunc Reuerendiſſimus Dominus Inquiſitor mãdauit, ipſum Conſtitutum poni in circulo inter tres, vel quatuor, ipſi Conſtituto ætate, ſtatura, effigie, & habitu quoad fieri poteſt magis ſimiles, & deinde ad talem Cameram adduci N. teſtem examinatum, quo Conſtituto, vt ſupra poſito, & relicto ſub cuſtodia, & guardia ſatellitum, & teſte ſic adducto, eique iuramento delato de veritate dicenda, prout iurauit manu tactis ſcripturis, fuit is teſtis poſitus ad rimulas hoſtij, indeque ſibi dicto Conſtituto, & alijs cum eo poſitis oſtenſis, fuit à Reuerendiſſimo Domino.

Interrogatus, an inter illos, quos per rimulas hoſtij ſtantes vidit, adſit ille, de quo ipſe in ſuo examine depoſuit, & dixit, ſe cognoſcere de viſu tantum, & non de nomine?

Reſpondit, Signor ſi: fra quelli c'ho viſti, & vedo per queſto buſetto di queſta porta, iui nella ſtanza, doue &c. ci è quello, del quale io hò depoſto nel mio eſſamine, & è quello, che tiene la beretta di velluto nero, con vna penna bianca, col colletto bianco trinciato, con il gibbone di raſo cremeſino, con li calzoni di velluto nero, & calzette di ſeta cremeſina, & ha la barba caſtagnaccia, & è vn poco più baſſotto di quelli doi altri, & adeſſo tiene la mano dritta meſſa nella ſaccoccia delli calzoni, & ſtà co'l piede manco innanzi, & come ſi moue vn poco, ve lo dirò &c. dicẽs, è quello, ch'adeſſo hà ſputato, & s'è voltato quà, oſtendens, & deſcribens prædictis ſignis Martinum Lutherum. Quà recognitione facta Reuerendiſſimus Dominus eum licentiauit, reuerſuſque ad ipſum Conſtitutum, licentiatiſque ijs, inter quos fuerat poſitus, & continuando cum eo examen. Interrogauit &c.

Vel ſi teſtis inducatur perſonatus dicet.

Tunc Reuerẽdiſſimus Dominus Inquiſitor mãdauit, ipſum Conſtitutum poni &c. & deinde in eius faciem ſic poſiti adduci Lucium Seij, teſtem examinatum, & perſonatum, qui ſic perſonatus adductus, & delato ſibi iuramento de veritate indubitato geſtu dicenda, prout iurauit manu tactis ſcripturis, fuit per Dominum monitus, vt videret, an inter hos coram ſe ſtantes, ſtet ille, de quo ipſe depoſuit in ſuo examine, & dixit, ſe eum cognoſcere ſolum de viſu, & non de nomine, &, ſi inter eos ſtat, quòd ipſum manu tangat.

Qui teſtis ita monitus ſtatim manu dextera tetigit Martinum Lutherum. Qua recognitione, ita manus tactu facta, Reuerendiſſimus Dominus Cõſtitutum, alioſque cum eo poſitos licentiauit, & deinde teſtem denuo interrogauit, an bene illum recognouerit?

Reſpondit: Signor ſi. E quello ſteſſo, ch'io toccai con la mano, lo vedeua beniſſimo, & l'hò riconoſciuto chiaramente.

Tunc Reuerendiſſimus Dominus Inquiſitor licentiauit ipſum teſtem, & coram ſe mandauit denuo Reum delatum adduci, qui ſic adductus, eique iuramento delato &c.

Fuit

Fuit interrogatus &c. Et hæc quando recognitio eſt neceſſaria: Si non eſt neceſſaria, poterit omitti, vel ſaltem fieri eo modo, quem docui. Et hæc quādo imminet periculum.

Si verò non imminet: poterit fieri, & aperto modo, vna cum confrontatione, vt docui ſupra ca. præcedenti ſub nume. 67. verſ. ex tunc Dominus mandauit &c. quia tunc publicatio non eſt prohibita argumento tex. in cap. ſtatuta. §. ceſſante. de hæret. in 6. & tradit Simanc. in Enchiridio violatæ religionis tit. 35. num. 16. quem refert, & ſequitur Pegn. ad Direct. Eymer. par. 3.. Comm. 48. §. ſit ergo. Dubiū tamen exoritur, quando periculum dicatur non imminere, & Pegn. dicto Comm. 48. §. ſit ſecundum axioma: & §. ſit tertium, arbitratur, non imminere, quando teſtes ſunt complices, quia tunc poterunt adduci apertè ad recognoſcendum, & confrontandum, Idem arbitratur ſub verbo, fortaſſis, quando teſtes ſunt viliſſimi, qui parum curant bonam, vel malam famam habere, quales ſunt viliſſimæ meretrices, & viliſſimi homines, qui humeris onera deferunt: Sed poſtea in hoc ſe corrigit, & bene, dū ſubdit, hos adhuc confrontandos non eſſe, niſi procul abſit omnis ſuſpicio periculi: Et deniq; ſcias, quòd quamuis Inquiſitori videatur ceſſare periculum, tamen ſolus non debet ad apertam recognitionem, & confrontationem deuenire ſine conſenſu Epiſcopi, & peritorum, qui ſi ſecum non conueniant, conſulet maiores Inquiſitores, quia etiam in ſupremo Senatu Sacroſanctę, & generalis Inquiſitionis Romanę nunquam fiunt recognitiones, ſeu inquā confrontationes, niſi re cognita, & decreto interpoſito per Illuſtriſſimos Cardinales Inquiſitores generales in tota Republica Chriſtiana, vnde tu ſume argumētum quàm cautè in re tam periculoſa debeas procedere, & quòd, vbi dubium eſt an immineat periculum, vel non, abſtinendum eſt à cōfrontatione, & recognitione. Nec refragantur Breue Pij Quarti incipiens. Cum ſicut; & conſuetudo, quæ ſecundum Pegn. ad Direct. Eymer. par. 3. Cōm. 124. §. tameſi volunt, quòd nomina teſtium non publicētur etiam ceſſante periculo, & proinde quòd corrigant dictum cap. ſtatuta. §. ceſſante. de hæret. in 6. quia reſpondeo, dictum Breue, & conſuetudinem poſſe habere locum reſpectu publicationis nominū teſtium, vt loquitur dictum Breue, & non reſpectu recognitionis, & confrontationis, quæ ſunt magis neceſſariæ: Nam, ſi recognitio omitteretur, poſſet inquiſitus facilius innocens condemnari, quàm ſi omitteretur publicatio nominum teſtium, vt dixi ſupra ſub nume. 19. ibi. Nec obſtat. &c. Similiter reus facilius poſſet errorem ſuum tegere, ſi omitteretur confrontatio, quàm ſi omitteretur publicatio nominum teſtium: Vnde, cum recognitio ſit magis neceſſaria Reo, & confrontatio Fiſco, apparet diuerſam eſſe rationem inter eas, & publicationē nominum teſtium, & proinde dictum Breue, & conſuetudinem non eſſe extendenda ad confrontationē.

20 † Quintum erit, vt Inquiſitor, examine abſoluto, teſti ſilentium imponat ſub pęna excommunicationis, quia illa ratio, ob quam ſecretum indicitur Cōſultoribus iuxta textum in dicto cap. ſtatuta. §. & vt eorundem. de hæret. in 6. & quæ ſcribunt Eymer. dicta par. 3. q. 81. & ibi Pegn. ad eum. Comm. 129. §. Ne autem, & comm. ſeq. videlicet, ne fidei ſecreta pādantur, militat etiam in teſtibus: Vnde, quemadmodum Conſultores etiam, quòd eis ſilentiū indictum non ſit, nec iuramentum de eo obſeruando ſuſceperint, obligantur adhuc ad illud obſeruandū ob multa iura, quę iubent, fidei cauſas non propalari ob ingens periculum, &, ſi non ſeruauerint, poſſent ab Inquiſitoribus extraordinariè puniri, vt tradit Pegn. dicto Comm. 129. §. quamuis autem, ita quoque reſpondendum cenſeo in teſtibus: Qua autem pœna puniantur, qui ſecretum reuelant, non eſt hic locus, vt dicamus, poteris tu interim videre Boſſ. tract. crim. tit. de carcer. fideiuſſ. Commit. nu. 30. & 31. & 32. vbi recenſet, Dominum Franciſcū Bellonum Senatorem in Ciuitate Caſalis, ex quo ſententiam quandam Capitalem, adhuc non publicatam reuelauerat, fuiſſe vltimo ſupplicio affectū: Omitto formam examinandi, quia eam ponit Eymer. dicta par. 3. num. 72. & 79. & ego ſatis eam docui ſupra cap. præcedenti ſub num. 67. & hæc de his, quę reſpiciunt modū examinandi tam teſtes, quàm Reos, ſed ſpecialiter teſtes.

Modo remanet, vt obſeruemus nonnulla, quæ ſpecialiter reſpiciunt modum examinandi Reum: Et hæc ſecundum Eymer. in Direct. Inquiſit. dicta par. 3. Rub. Obſeruanda ab Inquiſitoribus in examinatione hæreticorum. num. 85. ſunt tria: primū, quomodo, & qualiter, & de quibus Reus debeat interrogari: Secundum, quæ, & qualia in Rei reſponſionibus debeant attendi, & conſiderari: Tertium, quomodo, & qualiter reſponſionibus vulpinis, & cauteloſis Rei ſit obuiandum.

21 † Quantum ad primum dico, modum, quo reus hęreſis eſt interrogandus, poſſe ſufficienter ſumi ex eo, quem docui ſupra cap. præcedenti ſub num. 67. Ea, de quibus venit interrogandus, dico eſſe illa, de quibus in denunciatione, & informationibus aſſumptis apparet indiciatus, &, vbi appareat, vel ſit ſuſpectus alicuius ſectæ, de his etiam omnibus, quæ hæretici illius ſectæ tenuerunt, ſeu tenent: Nam, ſicut quamplures, & diuerſæ ſunt ſectæ hæreticorum, ita quoque de hæreſi delati non vno, ſed pluribus, & diuerſis modis, & interrogatorijs ſunt interrogādi iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. præcedenti. num. 21. Harum verò ſectarum diuerſitatem ſi cupis intelligere: vide Eymer. in ſuo Direct. Inquiſ. par. 2. q. 6. cum ſeqq. & ibi Pegn. ad eum Comm. 31. cum ſeqq. Sanctum Anton. in Summ. par. 4. tit. 11. cap. 7. Repertorium Inquiſitorum. in verbo. Hæreſis. §. diuerſitatem hæreſum, & Turrecrem: in Sum. de Eccleſ. lib. 4. par. 2. cap. 34. & alios.

Interrogandus quoque eſt de alijs generalibus, ſpectantibus ad fidem, videlicet, an ſciat orationem Dominicalem, Angelicam, articulos fidei, & ſimilia, horum enim inſcitia arguit malam fidem.

Interrogari etiam debet de vita, & moribus, quia ex vita mala præſumitur mala fides, ſiquidem vt ille Orthodoxæ veritatis vindex īſignis Athanaſius ait, vita praua eſt parens, ſeu anteambulo hæreſis, & Baſilius, eſt gradus ad infidelitatem.

† Quantum

22 † Quantum ad secundum: dico in responsionibus Rei cõsiderari oportere: num manifestè fateatur, & defendat suum errorem, prout faciunt Ariani, Sabelliani, & Manichęi, & quamplures alij, vel potius errorem abscondat, & palliet cautelosis responsionibus, vt faciunt hi, quos retuli supra sub nu. 18. Nam, si manifestè fateatur, & persistat in errore, sunt cum eo adducendi viri literati, qui eum de hæresi facile poterunt conuincere, & eius fallas rationes soluere, & destruere: Si verò errorem abscõdat, & palliet, tunc Inquisitor debet esse admodum prudens, circumspectus, sagax, & diligens in examine.

23 † Vt autem huiusmodi sit, debet duo diligenter obseruare: primum dicta, & facta eius, quem interrogat, quia quilibet reus dupliciter deprehendi potest: verbis scilicet, & factis: verbis quomodo hæresis reus deprehendatur, liceat nunc vos remittere ad Albert. qui copiose scripsit tract. de agnoscen. assert. Cath. q. 30. per totam: factis quomodo deprehendatur difficile est narrare: quia facta sunt infinita, & Diabol⁹ quotidie noua excogitat, vide tu exẽpla quædam, quæ ad hoc propositum tradit Pegn. ad Direct. Eymer. par. 3. Com. 24. §. illa facta. cum seqq. & aliud exemplum ad aliud propositũ habes relatum per Fratrem Iuonetum in fragmento suæ summæ, vbi, vt refert idem Pegn. dicta par. 3. cõm. 21. in fine testatur, se vidisse vilem quandam fornicariam fœminã, insignibus viris literatis multis diebus illusisse per palliatas, fictas, & cauillosas respõsiones, &, cum iam foret liberãda, scribit, quòd fuit inuenta recondidisse in arcula ossa cuiusdam hæretici, nuper combusti, quæ illa, velut Martyris reliquias, venerabatur. Secundum, quòd debet obseruare, sunt modi, quibus Reus palliat suas respõsiones, ne ex ijs eius errores colligi possint, & hi modi secũdum Eymer. in Direct. Inquis. par. 3. Rub. De modis decem hæreticorum, quibus errores suos obtegere student num. 88. vsque ad num. 97. & ibi Pegn. ad eum Comm. 22. sunt decem, quos ex eis satis accuratè transcripsit Flam. Cart. in pract. interrog. reor. lib. 3. cap. 2. à num. 27. vsque ad num. 37. inclusiue. Mihi tamen videtur, quòd commodè reduci possint ad duos: Vel enim palliat, & Sophisticat verbis, vel factis: verbis: quãdo affert responsiones ambiguas, & amphibologicas, habentes plures intellectus, vt patet in primo modo, quem tradit Eymer. vbi supra. Factis verò dupliciter, simulatione scilicet languoris corporis, & simulatione dementiæ. Simulatione languoris: quando Reus, videns, se amplius non posse euadere, quin depræhendatur, fingit, se esse debilem capite, & propterea non posse amplius sustinere, dicendo.

Placeat vobis pro Deo modo me dimittere: quia sum valde debilis, seu, quia nimius dolor me inuadit: parcatis mihi, vado ad lectum, & surgens ponit se in lecto.

Et sic pro tũc euaderet, & interim cogitaret quomodo debeat respondere: huncque fingendi modum se esse infirmum tunc maximè reus tentat, quã do videt, se debere quæstionari: Simulatione dementiæ: quando fingit, se esse fatuum, & mẽte alienatum, qualem se finxit Dauid coram Achis, ne deprehenderetur: Fingit reus dementiam, cum, respõdendo, ridet, multaque verba derisoria, fatua, & impertinentia interserit, qua dementiæ simulatione studet cooperire suos errores, & hæreses, &, si quæ sibi damnosa dixerit, vt videantur fatuè dicta: soletque etiam fatuum se fingere, cum debet quęstionari, vel relinqui Curiæ sęculari, vt per Eymer. vbi supra num. 96.

24 † Quantum ad tertium: dico, quòd, quemadmodum Reus vtitur quibusdam modis, de quibus egi supra num. præcedenti ad sophisticandum, tegendosque errores, ita & Inquisitor totidem vti debet cautelis ad eos retegendos: quia, vt in adagio est, clauus clauo retunditur, & quoniam Eymer. vbi supra, indicauit decem modos, quibus vtitur reus, decem etiam docuit cautelas, quas tu apud eum dicta par. 3. à num. 98. vsque ad num. 108. inclusiuè, & ibi Pegn. Comm. 23. potes copiosè videre: Ego verò breuibus, vt superius, agens, dico, quòd, si Reus vtatur amphibologia, Inquisitor claræ, apertęque responsionis extorsione eam retundet iuxta ea, quæ scripsi supra ca. præcedenti sub nu. 32.

Si verò sophisticat factis, fingendo, se infirmũ, non propterea desistat ab interrogationibus, & tandem Medicorum iudicium adhibeat, vt cognoscat, an simulet, vel non: similiter si finxerit, se fatuũ, tũc aut non apparet de stultitia, aut apparet: Si non apparet: tunc, vel præcedunt legitima indicia ad eum torquendum, vel non: Si præcedunt: torturæ, aliorumvè tormẽtorum comminatione simulationem reteget, quæ comminatio si satis non esset, ipsismet tormẽtis, quę, quoniam dolor, vt dicit etiam Pegn. dicta par. 3. Com. 22. §. Hunc modum: iocum, & simulationem non patitur, erunt albumen ad detegẽdam simulationem: Si non pręcedunt: sola comminatione, ac exteriorum actuum obseruatione, quia rarò contingit, vt mente sani omnia mentecaptorũ more faciant: Vnde monebit Custodes, vt diligenter obseruent, ac aduertant singulas illius actiones, & verba. Et hæc, quando non apparet de stultitia: Si verò, apparet, abstineat ab vlteriori processu, & supersedeat, & quæ cautelæ sint honestæ vide supra ca. præcedenti nu. 35. cum seqq.

25 † Occurrunt modo nonnullæ difficultates: & prima: nunquid de hæresi delato licitè Inquisitor promittere valeat impunitatem, si veritatem fateatur? Respondeo: Eymer. in Direct. Inquis. par. 3. Rub. Cautelę Inquisitorum contra hęreticorum cauillationes, & fraudes nume. 106. in octaua fallentia: & ibi ad differentiam aliorum tribunalium expressius Franc. Pegn. Comm. 23. §. verum tamen: quos refert, & sequitur Flam. Cart. in pract. interrog. reor. lib. 2. cap. 1. nume. 27. tenent, quòd sic, mouenturque ea ratione, quòd in isto tribunali agatur benignè, & misericorditer. ita, vt Inquisitor valeat ad eius arbitrium mitigare, & commutare pęnas ca. vt commissi. de hæret. in 6. in illis verbis.

Et illorum, qui, vestris mandatis obedientes, humiliter stant propter hæresim in carcere, vel muro reclusi, pœnam vna cum Prælatis, quorum iurisdictioni subsunt, mitigandi, vel mutandi cum

di cum videritis expedire .

Cæterum ego arbitror, contrariam ſententiam, quam in alijs Tribunalibus, & Iudicibus firmauimus ſupra ca. præcedenti ſub nu. 35. verſ. Inhoneſtam etiam &c. non eſſe mutandam.

Nec obſtat, quòd Inquiſitor poſſit mitigare, & commutare pœnas, & ſubſequenter promiſſam gratiam, ſi non in toto, ſaltem in parte adimplere, quia reſpondeo, hoc dictum in primis nõ eſſe verum reſpectu pœnarum, quæ in iure determinatæ ſunt, quia eas ſicut alij Iudices commutare nequeũt iuxta ea, quæ dixi ſupra cap. 12. num. 93. ita nec Inquiſitor, vt vere tradit Zanch. tract. de hæret. q. 19. nu. 1. & in pœna relapſi notat idem Pegn. dicto Cõm. 23. §. iam in hac promiſſione: Nec huic reſponſioni refragantur verba relata dicti ca. vt commiſſi: quia, cum diſponãt, commutationem, ſeu mitigationem faciendam eſſe, quando expediret, nullam in hoc maiorem tribuunt Inquiſitori facultatem, quàm tribuant alia iura alijs iudicibus, quia illa verba. *Cum videritis expedire*, denotant cauſam, cum qua dicimus, quòd etiam alij Iudices poſſunt commutare, & mitigare pœnas iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra dicto cap. 12. nu. 93. in 4. difficultate. Reſpectu verò pœnarum, quæ arbitrariæ ſunt, dico ſimiliter, quòd ſicut alij Iudices eas debent imponere non ad libitũ, ſed quæ ſint, & regulatæ à iure, & alienæ ab omni prorſus dolo iuxta ea, quę ſcripſi ſupra dicto ca. 12. ſub nume. 97. ita & Inquiſitor non debet arbitrio abuti.

Minus obſtat, quòd illa promiſſio faciendi gratiam poſſit in quauis etiam minima gratia adimpleri, vt arbitratur eruditiſſimus, ac vir multæ lectionis Frãc. Pegn. in dicto §. Iam in hac promiſſione, quia reſpondeo: Si hoc eſſet verum, ſequeretur, quòd iudex, qui aliquem Reum pœna ordinaria condemnaſſet, ſi condemnationis executionem poſtea protrahi mandaret ad diem, vel horam ſequentẽ, promiſſioni ſatisfeciſſe diceretur, quod eſt abſurdum, quia verba ſunt intelligenda ſecundum communẽ vſum loquendi, vt dixi ſupra cap. 64. ſub nu. 6. verſus finem. Etenim, ſi intelligerentur non ſecundum communem vſum, ſed ſecundum extortam, ac cauilloſam proferentis intentionem, omnis humana negotiatio deſtrueretur, & fides, atque iuriſiurandi religio deceptionis vulnere nunquã inſanabili ſauciæ manerent, fruſtraque fierent inſtrumenta, & contractus.

Sum ea propter in ea ſententia, quòd Inquiſitor non debeat promittere impunitatem, ſeu gratiam ſe facturum, ſed quòd ſecum aget benigniori, quo poterit, modo: vel (dummodo relapſus non ſit) quòd Eccleſia ſecum miſericorditer aget.

26 † Secunda difficultas: nunquid teſtes liceat confrontare cum delato de hæreſi? Reſpondeo, quòd non, niſi ceſſante periculo. ca. ſtatuta. de hæret. in 6. Pegn. ad Direct. Inquiſ. par. 3. Comm. 23. §. cæterũ contraria, & comm. 48. §. ſit ergo. & docui ſupra nu. 19. per totum, & præſertim ibi. Si verò non imminet.

27 † Tertia difficultas: nulli dubium eſt, quòd ſecũdum Doctores delatus de hæreſi eſt interpolatim monendus ad fatendam veritatem, vt, erroribus relictis, ad fidem Catholicam, & Eccleſiæ gremium reuertatur, cum comminatione, quòd, ſi fuerit renitens, Promotor Fiſcalis proponet accuſationem, vt tradunt Gundiſſ. Alph. à Caſtr. Simanc. Franc. Pegn. & Cart. in locis infra allegatis: Difficultas ſola remanet quoties ſit monendus? Nam Gundiſſ. tract. de hæret. q. 8. num. 2. & Alph. à Caſtro de iuſt. hæret. pun. lib. 2. cap. 1. quem refert, & ſequi videtur Flam. Cart. tract. de execut. ſent. capto bann. ca. fin. ſub nume. 186. verſ. & licet, tradunt, ſatis eſſe, quòd bis moneatur.

Simanc. verò de Cath. Inſtit. tit. 44. nume. 19. & 20. & Franc. Pegn. ad Direct. Eymer. par. 3. comm. 18. §. communioribus, & §. Cumque accuſatus: dicunt, eſſe ter monendum: hancque opinionem arbitratur Simanc. dicto nu. 19. probari in cap. penultimo 2. q. 1. in cap. de presbyterorum 17. q. 4. in ca. de illicita 24. q. 3. & alijs per eum allegatis, in quibus fit ſemper mentio de trina monitione, ſeu correctione: Et quòd hæc opinio ſeruetur in praxi ſatis videtur teſtari Gundiſſ. vbi ſupra, dum ait, quòd Inquiſitores ex abundanti conſueuerũt addere tertiam monitionem. Item remanet difficultas: nunquid hæ monitiones fieri debeant intra triginta dies à die capturæ, vel intra decem. Gundiſſ. enim vbi ſupra, arbitratur, faciendas eſſe intra menſem ſingulis decem diebus, Simanc. verò dicto tit. 44. nu. 16. & Pegn. vbi ſupra tradunt, faciendas eſſe infra decem dies, quibus elapſis, ſi Reus faſſus non fuerit delictum, tradunt idem Simanc. dicto tit. 44. num. 21. & tit. 4. num. 8. & 11. & Pegn. dicto §. Cumque accuſatus, & Comm. 14. §. ego Auguſtinus, quòd Promotor Fiſcalis, viſis prius depoſitionibus teſtium, & indicijs, format accuſationem in hunc modum.

Ego Paſchalis de Franchis officij Sanctæ Inquiſitionis Melitenſis Fiſcalis coram vobis, Reuerendiſſime Domine Inquiſitor, & iudex delegate: criminaliter accuſo Martinum Lutherum, qui, cum ſit Chriſtianus baptizatus, & velut talis apud omnes habitus, à fide Catholica receßit, & ad peſtiferam hæreſim Manichæorum, ac aliorum hæreticorum, talem videlicet, & talem impiè acceßit, prædicans, ſcribens, componens, firmiterq; aſſerens multa dogmata hæretica, erronea, ſcandaloſa, & valde ſuſpecta in approbationem, & laudem præfatæ hæreſis, & hæreticorum, quos velut magiſtros imitatur.

Adde ſi placet concluſionem iuxta ea, quæ dixi ſupra cap. 51. num. 25.

Huiusque procedendi modi, quo præmittuntur tres monitiones, & Reo adhuc non confitente hæreſim, admittitur accuſatio Fiſcalis, eam cenſeo rationem eſſe, quia, ſi reus ita monitus confiteretur hęreſim ante accuſationem, diceretur ſpontè confeſſus, & propterea benignius ſecum agendum eſſet cap. presbyterum diſt. 50. glo. communiter * approbata, in cap. de hoc, & ibidem Panorm. de Simon. quem refert, & ſequitur Boſſ. tract. crim. tit. de conuict. num. 7. cum ſeq. & tradit Foller. in pract. crim. in verbo. etſi confitebuntur nu. 82. ſecus verò poſt accuſationem.

Cæterum

Cæterũ ego in officio Sanctæ Inquisitionis Melitensis nunquam vidi, nec audiui alijs in locis fuisse in praxi seruatum hunc ordinem præmittendi prędictas tres monitiones, & deinde admittendi accusationem Fiscalis, sed solum vidi, & intellexi, assumi informationes, ijsve assumptis, & sufficientibus ad examinandum, interrogari reum, & in omnibus examinibus moneri ad fatendum veritatem: quia secum benignius agetur, & deinde Fiscali instante ad instar Fiscalium in alijs causis criminalibus, procedi ad vlteriora, absque quòd formalem porrigat accusationem. & certè, si in alijs delictis non est necessaria accusatio Fiscalis, cur erit necessaria in crimine hæresis, in quo, vt ita dicam, magis summariè proceditur?

Citatio quòd sit necessaria in singulis actibus cuiuslibet causę. Cap. LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Citatio est necessaria ad singulos actus iudiciales.*

2 *Amplia vt procedat etiam si ageretur coram Principe, qui minus potest super ea dispensare, seu eius defectum supplere, quia citatio est de iure naturali, ex quo est species defensionis, immo est de iure diuino.*

3 *Amplia secundo, vt habeat locum etiam in notorijs, & coram Principe, sed limita quando qualitas Notorij esset notoria.*

4 *Amplia tertio, vt procedat etiamsi statutum dictaret, quòd sententia possit proferri sine vocatione partis.*

5 *Amplia quarto, vt procedat etiam si causa ageretur coram arbitris, ijsq; data esset facultas definiendi causam eorum arbitrio.*

6 *Limita istam ampliationem, vt non procedat quando in specie esset eis data facultas pronunciandi, partibus absentibus.*

7 *Limita etiam quando esset eis data facultas prorogandi instantiam eorum arbitrio, & partibus ignorantibus.*

8 *Declara, vt licet non requiratur citatio, requiritur tamen notificatio.*

9 *Amplia quinto, vt procedat etiam si quis initio causæ fuisset citatus generaliter &c. quia adhuc deberet citari ad singulos actus.*

10 *Limita hanc ampliationem, vt non procedat quando citandus maneret de longinquo.*

11 *Declara, vt ista limitatio non procedat, si is, qui fuerat citatus generaliter, comparuisset, quia &c.*

12 *Extende istam declarationem, vt habeat locum in quauis parte iudicij comparuisset.*

13 *Citatus personaliter, qui respondet, se nolle comparere, an sit vlterius citandus.*

14 *Citatus generaliter ad totam causam, quamuis de iure non sit amplius citandus, tamen de stylo Romanæ Curiæ citabitur adhuc ad singulos actus per edictum.*

15 *Citatio generalis contra absentes ad totam causam practicatur solummodo in Curijs magnis.*

16 *Citatio generalis ad totam causam, an sufficiat etiã ad ferendam sententiam.*

17 *Citatus generaliter ad totam causam, & comparens, & discedens non relicto procuratore, non est vlterius citandus, de stylo nihilominus citatur per edictum.*

18 *Citatio ad singulos actus adeo est necessaria, vt, ea omissa, actus dicatur nullus.*

19 *Amplia, vt procedat non solum quando citatio esset in totum omissa, sed etiam quando non fuisset legitimè adhibita, seu non legitimè executa, intellige tamen &c.*

20 *Limita modo conclusionem positam supra num. 1. vt non procedat, quando constaret, aduersario nullam competere defensionem.*

21 *Limita secundo, vt non procedat quando citationis solemnitas esset contrahentium pacto remissa.*

22 *Licentia data à reo Iudici, vt valeat procedere, ipso Reo non citato, an teneat.*

23 *Limita tertio, vt non procedat, quando citandus reperiretur præsens in iudicio.*

24 *Præsens in iudicio, qui propterea non est citandus, nunquid vltra præsentiam debeat certiorari de actu faciendo.*

25 *Citatus ad vnã causam, & comparens, an possit cogi ad respondendum in alia, pro qua non fuerit citatus.*

26 *Limita quarto, vt non procedat in exactione tributorum, & collectarum Fiscalium.*

27 *Limita quinto in quolibet actu, qui expediretur vltima die termini.*

28 *Limita sexto quando ageretur de modico præiudicio vtputa &c.*

29 *Limita septimo quando actus, qui est faciendus, concluderet solum Iudici ad eius instructionem.*

30 *Citationis forma ad videndum porrigi libellum, & admitti, & de stylo an citetur Procurator, vel Dominus, vel vterque.*

EGIMVS hucusq; de primis actibus, quibus potest aliquis tam ad instantiam partis, quàm ex officio Iudicis vexari, & processari.
1 † Verum quia ad omnia acta, quæ contra aliquem fiunt in illius præiudiciũ, regulariter debet ille citari, ideo de citationis necessitate venit hic agendum: & quòd sit necessaria in singulis actis probatur in l. de vnoquoq; ff. de re iud. l. nã ita Diuus. ff. de adopt. l. fin. C. si per vim, vel al. mo. tradunt Marf. in dicta l. de vnoquoque num. 11. Rol. à Val. cons. 2. nume. 2. & 11. lib. 2. Io. Bapt. A fin. in pract. §. 7. c. 5. in principio. Ioseph. Cum. in Rit. Sicil. cap. 1. nume. 6. & Maran. in suo Spec. par. 6. memb. 1. num. 4. & 5. vbi
* in limitatione hanc vocat communem * conclusionem: quæ etsi certissima sit, adhuc tamen comprobatur ex sententia Senecæ in Medea, qui, vt refert Simanc. de Cath. Instit. tit. 2. num. 2. ait.

Qui statuit aliquid, parte inaudita altera, æquũ licet statuerit, haud æquus fuit.

Et ex sententia Cic. ad Atticum dum ait.

Ne

Ne cauſam ante iudicaueris, quàm vtriuſque cauſam audiueris:

Et huc tendit diſticō illud, relatum etiam à Gail. de pac.publ.lib.1.cap.5.num,2.

Cur geminas homini conceſſit Iuppiter aures?
Poſſit, vt hæc læſis, illa patere reis.

Et hinc Alex.ille Magnus, cum in cauſis capitalibus ius diceret,orāte accuſatore,altera manu aurem ſolebat occludere, vt ipſa reo expers calumniæ conſeruaretur, & vberius probabitur ex ſequētibus ampliationibus,& ex his, quæ de citatione præmittenda ante iurium productionem tradunt Bar.in extrauag..ad reprimendum,in verbo.de plano. ſub num.3.Rot.in deciſ.1. aliàs 10.num.3. de fid. inſtrum. in nou.Oſaſc. deciſ.1. nume.47. & 49. & 51. Veſtr. in pract.lib.6.cap.1.numer.7. & Manſuer. in addit.ad pract.Papien.in form.product.inſtrum.in glo.exhibens,in 1.additione.fol.mihi 328.& dicam,Deo fauente, in 2.libro.

2 † Amplia primo dictam communem concluſionem, vt procedat etiamſi cauſa ageretur corā Principe, quoniam adhuc requiritur citatio, Clem. paſtoralis,§.cæterum, de ſent. & re iud. Bal. in l. cum fratrem, in fine.C.de his,quib.vt indign. & cōſ.58. nu.5.lib.3.Soc.conſ.12. lib.1. conſ.164. lib.2. Lud. Rom.Sing.664.Curt. ſen. conſ.50.col.71. Maran. dicto memb.1.nume.3. Boſſ. tract.crim.tit. de citat. num.13.Io.Bapt.Aſin.dicto cap.5.nume.2.& §.1.c.1.num.28. Ioſ. Cumia. dicto cap.1. nu.5. Menoch. de arbitr.iud.lib.1.q.17.nu.6.Gail. in pract. obſeru. lib.1.obſeru.75.num.9. & latè Claud. Seyſſell. in l. vt vim.ff.de iuſt.& iur. Declara iſtam ampliationē, vt intelligatur de Papa,& Imperatore: quia, ſi cauſa coram eis agatur,citatio adhuc eſt neceſſaria: vide Doct.in l.fin.C.de leg.Et hæc eſt cōmunis * opinio,de qua teſtantur Corſet. in Repert. Abbatis. in verbo.Princeps. vel Papa Soc.inter conſ. Curtij ſenioris.conſ.20. nume.4. & ſeq. & quòd non poſſint diſpenſare ſuper defectu citationis,ſeu illum ſupplere,vide Affl.deciſ.307. in fine. Boſſ. dicto tit. de citat. num.14.& Vant. qui plures congerit tract. null. Rubr.de null.ex def. citat. nume.9. & faciunt, quæ ſcribit Felyn.in cap.ex parte, il 2.ſub num.3. de off. & poteſt.iud.deleg.& quòd hæc ſit communis * opinio teſtantur Boer.deciſ.247. num.7. & Crauet. de antiq.temp.nume.39. quos refert, & ſequitur Grauat.in annot.ad pract.Veſtr.lib.3.cap.2. num.23. & ratio huius ampliationis illa eſt, quòd citatio eſt de iure naturali,dicta Clem.Paſtoralis.§. cæterū. Soc. dicto conſ.164.num.16. in fine.conſ.266. num.46. lib.2.conſ.120.nume.10.lib.3. Affl.deciſ.283. in fine. & in rubr.95.de exordijs præparat.Iud. num.2. lib.1.Conſtitut.Grauat. in annotatio. ad pract. Veſtr.lib.5.cap.13.num.7.Aſin.in pract.§.1. cap.1. nu.27.Ioſeph.Cum.in Rit.Sicil.cap.1. num.4. & Gail. in pract.obſeru.lib.1.obſeru.75.nume.9. & Thom. Triuiſ.deciſ.68.in principio.lib.1.Et dicitur de iure naturali, quia eſt ſpecies defenſionis,quæ eſt naturalis.l.vt vim.ff. de iuſt. & iur. & propterea nec diabolo, ſi eam in iudicio peteret,denegandam eſſe tradunt Rot.deciſ.16.aliàs 364.num.3. Abb. in cap. ſi quis contra clericum, num.48.de for.compet. Vāt. dicta Rub.de null.ex def.cit.num.3. & Flam. Cart. de execut.ſent.capto ban.cap.1.num.116.immo citatio eſt de iure diuino,iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra c. 8.ſub nume.7. & licet Veſtr. quem retuli ſupra cap. 57.num.12.arbitretur,citationem neceſſariam eſſe, non eo,quòd ſit iuris diuini, ſed quòd ſit de ſubſtātia iudicij, quia iudicium eſt cauſæ diſcuſſio cū cunctarum perſonarum interpoſitione, vt dixi ſupra c. 2.nu.3.& 21. quæ diſcuſſio fieri non poteſt cū prædictis perſonis,niſi interueniat vocatio, ſeu inquam citatio, tamen,ſi maturius conſideretur,illa ipſa ſubſtantia iudicij procedit immediatè à iure diuino, & naturali, aliàs ſi non procederet omnino à iure Diuino,ſeu naturæ, Princeps facilè poſſet diſpenſare: Cum igitur ſit de iure naturali, & diuino mirum nō eſt, quòd requiratur, etiamſi cauſa ageretur coram Principe.

3 † Amplia ſecundo, vt habeat locum etiam in notorijs, glo. in cap. cum dilectis filijs. in verbo. Indicenda. de purg.Canon.Felyn.in cap.cum olim. ſub nu.11.de ſent. & re iud.& quòd hęc ſit magis communis * opinio teſtantur Alex.in l.A Diuo Pio.§. in venditione num.31.ff.de re iud. Marſ. in dicta l. de vnoquoque, num.12. Andr. Gail. in pract.obſeru. lib.1.obſeru.77.num.9.& Flam.Cart.tract. de execut.ſent.capto ban.cap. fin. num.99. Extende iſtam ampliationem,vt procedat etiāſi cauſa notorij ageretur coram Principe. Clar. lib.5. recept. ſent.q.9. verſ.quæro nunquid,& q.31. in fine principij. Philip.Port.lib.1.comm.opin. concl.43. & Andr. Gail. in pract.obſeru.lib.1. obſeru.48.nu.2. Limita iſtam ſecundam ampliationem,vt non procedat, quando eſſet notoria etiā qualitas notorij iuxta ea,quæ ſcripſi ſupra cap.76.ſub nume.8.verſ.Si verò ſupponimus &c.& faciunt quæ ſcripſit Cart. vbi ſupra.

4 † Amplia tertio, vt procedat etiamſi ſtatutum dictaret, quòd ſententia poſſit proferri ſine partis vocatione,quia tale ſtatutum non valeret,Felyn. in dicto cap. ex parte, il 2.num.5.Gram. deciſ.65. nu.5. Vant.dicta rubr. de null. ex def. citat. nu.9, & Gail. dicto lib.1.obſeru.75.nu.9.& 10.

5 † Amplia quarto, vt procedat etiamſi cauſa ageretur coram Arbitris,quibus à partibus data eſſet facultas definiendi cauſam eorum arbitrio,Bar.in dicta Extrauag.Ad reprimendum in verbo. & figura nume.6. Bal. in l. captatorias q.3.C. de teſtam.mil. Alex.conſ.218.num.6.lib.2.Iaſ. in l. ſi quis arbitratu nume.23. verſus finem.ff. de verb. oblig. & facit quod ſcribit Vant.tract. null. dicta rubr. de null. ex def.cit.ſub num.3. & hanc vti veriorem opinionem firmat Menoch.de arbitr. iud. dicta q.17. ſub num. 3.&4.vbi plures congerit,quos breuitati ſtudens o-
6 mitto.† Limita hanc ampliationem, vt non procedat,quando ipſis data eſſet ſpecifica poteſtas pronūciandi,partibus abſentibus,& non vocatis, quia tūc citatio non eſt neceſſaria,l.diem proferre. §. ſi quis. ff. de recept.arbitr. vide Menoch.qui ita tenet dicta quæſt.17.numer.13. & faciunt quæ ſcribit Gozad. conſ.100.num.16.& licet Dec.conſ.39.nume.2. & Vant.dicta Rubr.de null.ex def.citat.ſub nume.10. firment oppoſitum: Ego tamen, motus auctoritate dicti textus in §.ſi quis, & etiam ratione facultatis

eis

eis ſpecificè datæ, non audeo ab iſta limitatione re-
7 cedere. † Eadem quoque ratione adductus, limito,
vt non ſit neceſſaria in prorogatione inſtantiæ, quã-
do eis data eſſet facultas à partibus prorogandi eo-
rum arbitrio, & partibus ignorãtibus, Aſin. in pract.
8 §. 7. cap. 5. limit. 92. † Veruntamen aduerte, quòd
tam ſententiæ, quàm prorogationis requiritur no-
tificatio, vt de notificatione prorogationis admo-
nent Bal. in l. eos. §. Apoſtolos nume. 5. C. de appel.
Alex. conſ. 63. num. 4. lib. 3. Iaſ. in l. nec quicquam. §.
vbi decretum. num. 56. ff. de offic. proconſ. Marſ. in
dicta l. de vnoquoque. num. 61. Cagn. in l. vnica. nu.
22. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt profer. &
✻ Becc. conſ. 99. num. 10. Et quòd hæc ſit communis *
teſtantur Dec. dicto conſ. 39. ſub nu. 2. & Vant. di-
cta Rub. de null. ex def. cit. ſub num. 10. & quòd ita
iudicatum ſit vide Lud. Rom. Sing. 273. compro-
miſſum. & Capic. deciſ. 93. num. 5. Et eſt ratio ſecũ-
dum Bal. Alex. & alios in locis allegatis, quia arbi-
tri ſine notificatione viderentur dolosè proceſſiſſe.
9 † Amplia quinto, vt procedat etiam ſi iam initio
cauſæ fuiſſet aliquis generaliter citatus, quoniã ad-
huc ad ſingulos actus deberet denuo citari: Bal. cõſ.
268. num. 1. & 2. lib. 1. Paul. de Caſtr. in l. ad perem-
ptorium. ſub num. 6. ff. de iudic. Abb. in cap. fin. col.
✻ 3. de dilat. Et quòd hæc ſit communis * opinio te-
ſtatur Maran. in ſuo Spec. par. 6. memb. 1. nu. 118.
& quòd ſeruetur in Curia Romana teſtatur Vant.
10 dicta Rubr. de null. ex def. citat. nume. 57. † Limita
modo, ſeu declara hanc quintam ampliationem, vt
non procedat, quando citandus maneret de longin-
quo, quia tunc citatio generalis ſufficit argumento
textus in cap. tum ex literis. §. fin. & notat ibi glo. in
verbo, locorum. de in integr. reſtit. tradunt Paul. de
Caſtr. vbi ſupra Alex. in l. qui ante Calendas num.
11. ff. de verb. oblig. & ibidem Iaſ. num. 9. idem Iaſ.
in l. nec quicquam. §. vbi decretum nume. 37. ff. de
off. proconſ. Vrſil. in annot. ad Affl. deciſ. 289. num.
✻ 7. & quòd hæc ſit communis * opinio teſtantur Ma-
ran. vbi ſupra, Grauat. in annot. ad pract. Veſtrij
lib. 4. cap. 4. ſub nume. 15. Aſin. dicto §. 7. cap. 2. ſub
num. 2. & Gail. dicto lib. 1. obſeru. 51. nume. 13. Et
quòd huiuſmodi generales citationes ad totam cau
ſam practicentur in Vrbe teſtantur Veſtr. in pract.
lib. 4. cap. 2. nume. 6. & Vant. in ſæpe citata rubr. de
null. ex def. cit. nume. 99. & de communi obſeruan-
tia, & ſtylo curiarum teſtatur Maran. dicto nume.
11 118. verſus finem. † Declara modo iſtam limitatio-
nem, vt non procedat, quando is, qui fuerat genera-
liter citatus, comparuiſſet, quia tunc dicitur reſolu-
ta virtus illius citationis generalis ita, vt, ſi actor vo-
luerit procedere ad alium actum, debeat denuo ci-
tare, Paul. de Caſtr. in l. Conſentaneum ſub num. 2.
ibi. Sed ſi cõparuiſſet ſemel. C. quom. & quan. iud.
Abb. in dicto cap. fin. ſub num. 11. in fine. Soc. conſ.
195. verſ. quinimo &c. lib. 2. Alex. in conſ. 137. nu.
12. lib. 2. idem Alex. & alij in dicta l. qui ante Calẽ-
das, Maran. Vrſil. & Grauat. in locis allegatis, Aſin.
12 dicto cap. 2. nu. 5. † Extende iſtam declarationem,
vt habeat locũ etiam ſi citatus comparuiſſet in me-
dio cauſæ, ſeu in quauis alia parte inſtantiæ, quia,
dummodo reperiatur præſens in loco iudicij, ha-
beaturq́ue notitia de præſentia, dicitur extincta illa
citatio generalis quoad futuros actus faciendos,
13 Vant. dicta rubr. de null. ex def. citat. num. 98. † Sed
nunquid hæc extenſio procedet, ſi citatus reſpõdiſ-
ſet, ſe nolle comparere? Reſpondeo Bar. in l. con-
ſentaneum nume. 10. C. quom. & quan. Iud. Marſ.
in l. de vnoquoque, num. 70. ff. de re iud. & Maran.
in ſuo Spec. par. 6. memb. 1. nume. 19. & communi-
✻ ter * alij in diuerſis locis aſſerunt, quòd citatus, qui
declarauit facto, vel verbis, ſe nolle comparere, nõ
eſt vlterius citandus, & idem videtur ſentire Rot.
deciſ. 10. aliàs 245. in fine. de re iud. in nou. dicens,
quòd, ſi citatus perſonaliter nihil reſpondeat, non
eſt vlterius citandus, Vant. verò vbi ſupra tenet, ꝙ
ſic, dicens, ad alios actus eſſe citandum. Quid tenẽ-
dum? Reſpondeo, Aut citatus declarauit ſolum,
ſe nolle comparere: Aut, ſe nolle comparere in illa
cauſa: ſi ſolum, ſe nolle cõparere, teneo cum Vant.
quòd extenſio procedat, & moueor, quia contuma-
cia tendit ad delictum, iuxta ea, quæ ſcripſi infra ca.
93. & cap. 99. nume. 1. Sed interpretatio debet fieri
ad excluſionem delicti, & maioris delicti, vt dixi ſu-
pra cap. 83. ſub num. 8. & maior contumacia exclu-
ditur, ſi illa expreſſio referatur ad actũ, ſeu aliquos
actus, quàm ſi referatur ad totam cauſam: Ergo ita
eſt referenda: Si ita eſt referenda, ſuccedit ratio,
quam ex Dec. conſ. 534. num. 11. ſumit Vant. loco
citato. Videlicet, quòd contumacia, ſeu negligentia
in vno non debet præiudicare in alijs, & hæc noſtra
ratio valide fulcitur ex his, quæ ſcribit Alex. ad Bar.
in l. tres denunciationes: ibi. Peremptorij. C. quom.
& quan Iud. & quòd dictum Rotæ, aſſerentis, eum,
qui nihil reſpondit, non eſſe amplius citandum, non
ſit verũ, probatur ex ijs, quæ ſcribit Paul. de Caſtr.
in l. ſi finita. §. ſi plures ſub nume. 9. verſus finem. ff.
✻ de damn. infect. & quòd communiter * reprobetur
teſtatur Alex. vbi ſupra. Si verò expreſſerit, ſe nol-
le comparere in illa cauſa, teneo cum Bar. Marſ. &
Maran. quia ceſſat ratio præcedentis caſus, & ſub-
intrat oppoſita: Eſto namque, quòd citatus ſit præ-
ſens in loco iudicij, & citetur ſpecialiter, tamen, ſi
dixerit, ſe nolle comparere in illa cauſa, non erit vl-
terius citandus, Rot. dicta deciſ. 10. aliàs 245. in fi-
ne. de re iud. in nou. & ita ꝓcedant adducta per Ma-
ran. vbi ſupra. An autem credatur nuncio, referen-
ti, quòd citatus dixit, ſe nolle comparere, vide Iaſ.
in l. & properandum, §. & ſi quidem nume. 9. C. de
iudic.
14 † Declara etiam prædictam limitationẽ, vt quã-
uis generaliter citatus ad totam cauſam de longin-
quis partibus, non ſit vlterius citandus, tamẽ de ſty-
lo Romanæ Curiæ adhuc per edictum citaretur in
Audientia contradictarum ſeparatim ad ſingulos
actus faciendos, vt teſtatur Paul. de Caſtr. conſ. 81.
col. 4. lib. 2. & in dicta l. ad peremptorium ſub num.
6. ff. de iud. & ita refert ſe vidiſſe fabricatum proceſ
ſum per quendam Commiſſarium Papæ in patria
Forliuij. & Paulum de Caſtro referunt, & ſequun-
tur Felyn. in cap. quoniam frequenter. §. porrò. nu.
20. vt lit. non cõteſt. Maran. in ſuo Spec. dicto mẽb.
1. ſub num. 118. Vant. dicta rubr. de null. ex def. ci-
tat, ſub num. 110. & Aſinius dicto §. 7. cap. 2. nume.

6.Rot.diuers.dicta decis.514.nume.14.par.1.licet non loquatur de citatione per edictum,facienda ad alios actus: & quòd iste stylus seruetur de honestate, & non de necessitate testatur Rot. decis.10.aliàs 245.sub num.1.de re iud.in nou.& Mascar. de probat.conclus.131.nu.7.lib.1.

15 † Occurrunt modo circa hanc limitationem duę vel tres difficultates: Et prima: nunquid manens extra ciuitatem,& suburbia dicatur de longinquo manere ad effectum, vt possit citari generaliter ad totã causam? Respondeo: Ego non vidi istam citationẽ practicari alibi, quàm in Curia Romana, & eadem ratione forsan practicatur in Curia Imperatoris, in quibus personæ citantur de longinquis partibus, in alijs vero verò ciuitatibus parum est in vsu, vt dicit etiam Paul.de Castr. in l. Consentaneum sub num. 2.ibi.Illa tamen practica &c.C. quom. & quan. iud. & in Curia Romana vidi, eam practicari indistinctè,dummodo citetur extra Vrbem, verum tamen est, quòd deinde citatur per contradictas ad singulos alios actus. 16 † Secunda difficultas: nunquid illa citatio generalis sufficiat etiam ad ferendam sentẽtiam,vel requiratur noua citatio? Respondeo: Bal. in cons.4.lib.5.quem referunt,& sequuntur Maran. sub dicto num.118.Grauat.in annot. ad pract. Vestr.lib.4.cap.4. sub nu.15.& Asin. dicto cap.2. num. 3.in fine tenet, quòd non sufficiat in causis, in quibus est necessaria litis contestatio. Tu tamen, vberius declarando, forma distinctionem: Aut loquimur de iure: Aut de consuetudine: Si de iure distinguo iuxta illius theoricam: Aut sumus in causis, in quibus requiritur contestatio litis: Aut in causis, in quibus non requiritur, quales sunt omnes causæ, quæ sunt summariæ, vel de iure communi, vel ex rescripto Principis, vel ex forma statutorum iuxta ea,quæ dixi supra cap.53.nu.13. Item omnes causę ciuiles Regni iuxta ea,quæ scripsi supra cap.50. nu. 34.& infra cap.91.num.26. Item de iure communi omnes causæ criminales, in quibus imponitur pœna infra relegationem, vt dixi dicto ca.97.nu.1.

Si in his, in quibus est necessaria litis contestatio, teneo vna cum Bal.quòd non sufficiat, quia, lite nõ contestata, nõ potest contra reum contumacem deueniri ad sententiam diffinitiuam, testibus glo.fin.in cap.prout,& ibidem Abb.nume.18.& in cap. Causam quæ nume.15. de dol. & contum. Bar.in Auth. qui semel num.9.C.quom.& quan.Iud.Paul.de Castr.in l.consentaneum nu.1.C.eod.& Gail. in pract. obseru.lib.1.obseru.59.num.5. & hoc secundũ Bal. loco citato est verum, etiamsi is esset citatus specialiter, seu esset præsens, quia adhuc requiritur contestatio litis.

Si in his,in quibus non est necessaria, dico oppositũ, quòd sufficit citatio generalis vsque ad sententiam inclusiuè,sicut à contrario sensu sensit Bal. vbi supra,& signanter, dum nu.3. iunctis his, quæ scripsit initio dicti consilij, tradit, quòd citatio generalis non arctat, quamuis superuenerit rescriptum, vt posset procedi summariè, quia citatio iam emanauerat ante dictum rescriptũ, quo tẽpore causa erat talis, quæ non poterat definiri sine contestatione litis, quasi apertè velit, quòd si ab initio fuisset summaria,sicque definibilis sine contestatione litis, illa citatio fuisset sufficiens.Et hæc de iure.

Si loquimur de consuetudine: dico indistinctè, quòd illa citatio sufficit,quia tam ex forma statutorum, quàm consuetudinis causæ, vel sunt summariæ, & tunc litis contestatio non est necessaria, vt iã dixi, vel, si non sunt summariæ, lis decerni potest pro contestata,vt disponunt statuta vrbis lib. 1, cap. 59.& sic cessat difficultas,quia lis est contestata, seu contumax habetur pro confesso, sicque diffinitiuè potest condemnari, licet sit absens,vt in ciuilibus dixi infra cap.96. num.20. & in criminalibus cap.97. num.16. & seqq. & propterea concludo de consuetudine sufficere citationem generalem in omni casu,etiam vsque ad sententiam inclusiuè, & ita procedant quæ tradũt Vant.dicta Rubr.de null.ex def. cit.num.109.& Rot.diuers.decis.514.num.7.par.1. Et hinc videmus,quòd is,qui generaliter citatur, citatur ad singulos actus vsque ad sententiam inclusiuè,vt loquuntur Bal. dicto cons.4. in principio Ias. in l.qui ante Calendas.nu.9.ff. de verb.oblig. Vestr. in sua pract.lib.4.cap.2.num.6. Vant.dicta rubr. de null.ex def.citat.sub nume.99. Vrsil. ad Affl. decis. 289.num.7.& Asin.dicto §.7.cap.2. num.7.vbi ponit tres formas huius citationis, & tradit Vant. sub dicto nume.99. vers.& postmodum &c.quòd eiusmodi citatio, seu eius instrumentum, redigitur per Notarium causæ in publicam, & probantem formam,cum appositione testium, ac suo consueto signo subscribitur, & sigillo eiusdem Domini citantis roboratur: Cæterũ ipse video, in Tribunali Auditoris Cameræ apponi solum subscriptionem Iudicis citantis, & sigillum solitum Cameræ Apostolicæ in cera rubea: Notarius tamen commissionum apponit etiam testes, quibus pręsentibus iudex mãdauit citari: Nec obstat, quòd ad sententiam requiratur citatio specialis, quia, vt tradit Paul.de Castr. in dicta l.Consentaneum sub nume.2.hoc non procedit,quando reus est contumax.

17 † Tertia:dixi supra num.11.in declaratione limitationis ad quintam ampliationem, quòd, si citatus generaliter,venisset ad locum Iudicij,& de hoc haberetur notitia, seu comparuisset in Iudicio, vigore illius citationis non poterat vlterius procedi, sed requirebatur alia citatio, Modo oritur difficultas, nũquid,si redijsset ad patriam,debeat denuo ibi citari, vel sufficiat illa citatio generalis? Respondeo,quòd sufficit illa generalis,quia illa ratio ob loci distantiã, scilicet ob quã quis citari potest generaliter ad singulos actus, adhuc viget,& cum iam sit citatus, non est opus,quòd denuo citetur: Nec obstat, quòd venerit, quia non dicitur venisse, qui venit, & non stetit ad notata per Doctores in l. Consentaneum. C. quom.& quan.Iud.& per Paul.de Castr. in l. si finita §.si plures nume.9. versus finem ff. de damn. infect. Et cum hac nostra conclusione concordãt Bar. in extrauag.ad reprimendum, in verbo . per edictũ sub num. 13. & Asinius dicto cap.2. sub nu.7. vers. His formulis. dicentes,quòd secus esset,si fuisset solum citatus ad respondendũ super tali negotio, quia requireretur alia citatio, & ratio est aperta, quoniã non fuisset citatus ad singulos actus: Sed tu de stylo

Romanæ

Romanæ Curiæ dic indistinctè, quòd adhuc citaretur per edictum in Audientia contradictarum, vt docui supra cap.27.sub num.1. & cap.34. nu.13.

18 † Vidimus de citationis necessitate, modo quæro qualis sit ista necessitas? Respondeo: talis, vt actus, in quo citatio sit omissa, dicatur nullus l. de vnoquoque. ff. de re iud. cũ alijs allegatis per Maran. in suo Spec. par.6. memb.1. num.2. & quidem nullus ipso iure, vt tradit, Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseruat. 48. num.1. in fine, & notant Doct. in Clem. pastoralis de re iud.

19 † Amplia, & sic clarius apparebit hęc conclusio, vt procedat non solum, quando citatio esset in totum omissa, sed etiam quando fuisset adhibita, sed non legitimè: vtputa, quia fuerit non legitimè facta, seu non legitimè executa. Ias. in Rubr. num.7. & 8. ff. de in ius voc. Affl. decis.182. nume.4. Vestr. in pract. lib.7. cap. vltimo num.10. & ibidem Grauat. in annot. num.30. in fine. Vant. dicta Rub. de null. ex def. citat. nume. 22. & Ioseph. Cumia: in Rit. Sicil. cap.1. num.29. qui omnes volunt, quòd citatio, quæ sit inualida, & illegitima nullũ possit producere effectum, & proinde sententia, seu alius actus, ad eam factus, sit ipso iure nullus, & quòd inualidè citatus non possit effici contumax, & hãc esse communem * theoricã testatur Rol. à Val. cons. 68. num.14. lib.2. quem refert, & sequitur Clar. lib. 5. recept. sent. q.31. in principio. Et ratio quidem est in promptu, quia scilicet paria sunt, vt tradit Vant. vbi supra num. 25. nullo modo facere, vel sine debita solemnitate facere. Cæterum ne in hac ampliatione decipiaris, modificeris, & restringas eam iuxta ea, quæ scripsi supra cap.45. num.10. Et hæc omnia, quæ hucusque in præsenti capite dixi de necessitate citationis, intelligas habere locum in ciuilibus, & à fortiori in criminalibus, & maximè in hæreticalibus, quia vbi agitur de maiori præiudicio, ibi magis necessario requiritur citatio, vt, loquendo de criminalibus, tradunt Ang. tract. de malef. in verbo. Qui iud. fecit sibi dari licentiam. sub nu. 1. & Clar. dicta q.31. vers. Adde quòd &c. in fine.

20 † Illam conclusionem, quòd citatio sit necessaria in vnoquoque actu, postquam ampliauimus, reliquum est, vt limitemus. Limita igitur primo, vt nõ procedat, quando constaret, aduersario nullam cõpetere defensionem, cap. Cum sit Romana, in fine, de appell. Bar. in l. 1. §. quod de frumentaria. ff. de administr. rer. ad Ciuit. pertinen. Abb. in cap. ex insinuatione, in fine. de appell. Fely. in cap. cum olim, sub num.11. de sen. & re iud. Affl. decis.178. nume. 6. in fine. Gozad. cons.9. nume.62. Paris. cons.1. nu. 33. lib.1. Maran. in suo Spec. par. 6. memb. 1. nu.5. & 37. & Rol. à Val. cons.2. sub nume. 177. vers. pro ista opinione lib. 1. & faciunt quæ scripsi supra cap. 76. sub num.8. ibi. Et quòd non sit necessaria &c. Et quòd hæc sit communis * opinio testantur Paris. vbi supra. Vant. dicta Rubr. de null. ex def. citat. sub nu. 20. & Menoch. de arbitr. Iud. lib.1. q. 17. sub nume. 15. vbi ait, quòd ita affirmant omnes in capit.1. de caus. poss. & ratio est euidens: quia, cessante causa dispositionis, cessat dispositio. cap. cum cessante. de appell. cum similibus vulg. Sed causa citationis est defensio, vt citatus scilicet, valeat se defendere, & istam defensionem præsupponimus cessare, Ergo cessabit citatio: Nec obstat, quòd Deus, cuius oculis omnia sunt nuda, & aperta, ad instruendos Iudices, ne præcipitanter procedant, noluerit mala Sodomorum iudicare priusquam causæ cognitionem adhiberet, vt habetur in cap. Deus omnipotens 2. q.1. & facit tex. in cap. qualiter, & quando il 2. de accusat. & notat Vant. tract. null. Rub. de null. ex def. citat. num.7. & similiter, quòd noluerit Adam iudicare, nisi prius eum citauerit, vt dixi supra ca.8. sub nume. 7. quamuis sciret, nullam illi competere defensionem, quia sunt ei omnia nuda, & aperta, vt in dicto ca. Deus omnipotens, & notant Vant. vbi supra, & Rol. à Val. cons.53. nume.19. lib. 4. Nam respondeo, aliud esse constare, sed non in forma iudicij, seu Notorij, & ita procedant adducta in contrarium: aliud in forma iudicij, seu notorij, & ita procedat limitatio. Cæterũ, quia hic est punctus, qui non discernitur, idcirco consulo cuique Iudici, vt citationem semper præmittat iuxta ea, quæ dixi supra cap.76. sub nume. 8. ibi. Consulo etiam, vt quamuis &c.

21 † Limita secundo, vt non procedat, quando citationis solemnitas contrahentium pacto esset remissa, vtputa, quia debitor in instrumento concessit creditori facultatem capiendi bona sine alia citatione, Mars. in l. de vnoquoque num. 99. ff. de re iud. Maran. in suo Spec. par.6. memb.1. num.11. & Afin. in pract. §. 7. cap.5. limit.57. & faciunt quæ scripsi supra cap.62. num.23.

22 † An tamẽ licentia data à Reo, & ab auido latrunculatore procurata de procedendo singulis diebus, & horis, etiam Reo non citato, valeat? est difficultas controuersa magis, quàm videatur: Nam etsi Spec. in tit. de Citatio. §. viso. in. vers. pone quòd partes. Bal. in l. is qui reus nume. 4. ff. de public. Bal. in l. diem proferre, §. si quis litigatorum. ff. de recept. arbitr. & in l. si quando nume.5. C. de testib. & in l. si accusatoribus. C. de accusat. Marian. in cap. qualiter, & quando sub nume.235. vers. nonagesimo quæro. de accus. Ang. tract. de malef. in verbo. Qui iudex fecit sibi dari &c. sub nu. 1. & ibi August. sub nu.2. Boss. tract. crim. tit. de senten. num.12. & Clar. lib.5. recept. sent. q.45. vers. facta autem &c. tradant, hãc esse communem practicam, obseruatam à cautis Assessoribus, vt faciant sibi dari licentiam procedendi &c. eamque faciant scribi per Notarium penes acta: Tamen Mars. in dicta l. de vnoquoque num. mihi 100. quem refert, & sequitur Afin. in pract. §.7. cap.5. limit.57. sub nu. 3. arbitratur, quòd talis opinio, & practica possit procedere in ciuilibus tantum, & non in criminalibus, mouetur que ea, valida quidem, ratione, quòd non liceat reo in criminalibus defensioni renunciare. Verum iuxta eius opinionem firma vberiorem distinctionem, Aut loquimur in casu, pro quo veniret imponenda pœna non corporalis: Aut in casu, pro quo veniret imponenda pœna corporalis: Si primo casu: censeo, procedere opinionem, & practicam, quam ex Specu. Bal. Ang. & alijs retuli supra, quia cessat ratio, quæ militat in vltimo membro sequentis casus, & suadetur ex eo, quòd tũc causa nõ videtur criminalis per ea, quæ scripsi supra ca.6. Si

verò

verò sumus in secundo casu, quando imponitur pœna corporalis, rursus distiguo: Aut loquimur de defensione, quam reus posset facere ante conclusionẽ in causa: Aut de ea, quã posset facere aduersus sententiam proferendam, illiusque futuram executionem. Si de prima specie defensionis, dico idem, qđ in præcedenti casu. Si de secũda specie, dico, quòd illa renunciatio, seu licentia non tenet: quia, vt tradunt glo. in l. pactum inter hæredes, in verbo. liceat. ff. de pact. Ias. in l. iubemus, nu. 7. C. de iudic. Mars. & Asin. in locis allegatis, & Foller. in pract. crim. in verbo. Et si confitebuntur, in 1. par. secundæ par. nume. 72. & in 3. par. tertiæ par. num. 57. &, Deo fauẽte, dicam in tertio libro; Reus non potest defensionibus etiam medio iuramento renunciare: & quòd
* hæc sit communis * opinio, refert, & sequitur Clar. lib. 5. recept. sent. quæst. 49. versic. Quæro nunc. & ratio rationis illa est, ne quis videret dominus suorum membrorum, quod esset contra ea, quę dixi supra cap. 51. sub num. 14. adde prædictis Thom. Triuis. decis. 1. num. 7. & seqq. lib. 2.

Limitant tamen hoc Foller. & Clar. vbi supra, vt non procedat quando Reus sponte fassus esset delictum, & iudex illi statuisset terminum ad faciendas suas defensiones, quia tunc renunciatio, quam reus faceret, teneret, & practica scribendi renunciationem est, vt dicatur. *Quia scit nullam se habere defensionem, ideo &c.* vt tradunt Ang. tract. de malef. in verbo. Qui iuddx dictis inquisitis &c. nume. 5. & Clar. vbi supra. Cæterum in practica ego nõ admitto istam limitationem, quia abstineo adhuc ab executione, donec labatur terminus. Et de licentia obtenta ab accusatore, vide infra cap. 94. nu. 2. in fine.

23 † Limita tertio, vt non procedat quando aduersarius citandus reperiretur præsens in iudicio. Bal. in l. nam ita diuus. num. 3. cum seq. ff. de adopt. & in l. 1. nu. 2. ff. de in ius voc. & in l. si accusatoribus, sub num. 13. C. de accus. Alex. in d. l. de vnoquoque, nu. 2. ff. de re iudic. & in Rubr. de in ius voc. C. Crauet. cons. 4. nu. 25. Vant. tract. null. Rubr. de null. ex def. citat. nu. 17. cum seqq. Gail. in pract. obseru. lib. 1. ob-
* seru. 48. nu. 4. & quòd sit communis * opinio testantur Ias. in l. nec quicquam. §. vbi decretum, num. 26. ff. de offic. procons. Maran. in suo Spec. par. 6. mẽb. 1. sub nu. 12. quem refert, & sequitur Gail. dicto lib.
24 1. obseru. 58. sub nu. 5. † Sed hic insurgunt duæ difficultates: Et prima, nunquid hæc opinio præsupponat interuenire etiam monitionem, seu certiorationem, vel præsupponat pręsentiam simpliciter, vt de per se sola sufficiat? Respondeo: Bar. in l. furioso, in fine. ff. de re iud. Ant. de Butr. in cap. 1. nu. 10. de iud. Ias. in dicto §. vbi decretum, sub nu. 28. & Fely. in dicto cap. 1 num. 18. in fine, de iud. tenent, quòd vltra præsentiam requiratur etiam certioratio. Contrariam opinionem tenent Imol. & Alex. in dicta l. de vnoquoque. ff. de re iud. Franc. de Aret. in dicto ca. 1. col. 9. de Iud. Ias. sibimet contrarius in l. 1. nu. 14. ff. de in ius voc. Maran. in suo Spec. dicto nu. 12. vers
* fus finem, & ibi Foller. ad eum, & certè hæc est cõmunis * opinio, quæ fundatur ea ratione, quòd pręsens præsumatur sciens, & intelligens, vt dicũt pręallegati Doctores: Vnde testis, qui deponit, se scire, quia fuit præsens, optimè probat, licet non dixerit, quòd audiuit, seu intellexit.

Quid dicendum? Distinguo: Aut præsumptæ scientiæ, seu audientiæ, quę resultat ex probata pręsentia, repugnat qualitas loci, & Tribunalis, vtputa, quia sit magnum Tribunal, in quo sit multitudo causarum, & gentium, fiatque magnus rumor ita, vt actus verisimiliter nõ audiatur, nisi ab eo, qui manet attentus, vt illum audiat: Aut non repugnat. Si repugnat, censeo, recedendum esse ab illa communi opinione, & tenendum cum Bar. & alijs, qui volunt, requiri certiorationem: Si non repugnat, teneo cõmunem opinionem posse in puncto iuris defendi. Verum, quia vix videtur reperiri casus, in quo non detur repugnantia prædictæ præsumptæ scientiæ. Nam videmus hora audientiæ causarum, venire etiam aliquos, vt vel aliquem alloquantur, vel videant Iudicem pro Tribunali sedentem, vel ad alium aliquem finem, indeque recedere nõ finita audientia, ita vt actus posset fieri post eorũ discessum, & si fieret ante, non esset inuerisimile, quòd factus esset, ijs non aduertentibus. Et ideo in praxi vellem indistinctè seruari opinionem Bar. & aliorum requirentium certiorationem, maximè quia huiusmodi certioratio fit sine vllo labore, & sine vlla impensa, & possumus dicere, quòd seruetur, quoniam Notarij scribunt in actis parte præsente: quæ verba secundum communem vsum loquendi iudiciorum denotant præsentiam, & intelligentiam, prout videtur de mente Francisci Aretini secundum allegationem Felyni in dicto cap. 1. sub num. 18. ibi. *Sublimita, nisi notarius scripsisset secundum eum parte præsente*, & melius facerent, si adderent, *& audiente*, & saltem vellem, quòd, probata præsentia, non sufficeret, quando ex aduerso is, cõtra quem fuit factus actus, iurasset se illũ non audiuisse, & multò magis, si probaret aliquas circunstantias repugnantes præsumptæ intelligentiæ, vtputa, quòd ipse discurrebat cum aliquo, vel quid simile.

25 †Secunda difficultas, nunquid citatus ad vnã causam, & comparens, possit cogi ad respondẽdum in alia causa, pro qua non fuit citatus? Remitto vos ad ea, quæ scribũt Bal. in l. si accusatoribus. col. 2. C. de accusa. & in l. cum fratrem, in fine. C. de his, quib. vt indign. Ias. in d. l. nec quicquam. §. vbi decretum sub nu. 28. Fely. d. ca. 1. nu. 19. de iud. Mars. in l. de vnoquoq;. nu. 176. ff. de re iud. Marã. qui apertius loquitur dicto mẽb. 1. nu. 13. & Gail. in pract. obseru. lib.
* 1. obseru. 51. nu. 7. & 8. vbi testatur cõem, * & veriorem opinionem esse, ꝙ non requiratur noua citatio.

26 †Limita quarto in exactione tributorum, & collectarum Fiscaliũ, quia proceditur de plano, & executiuè, cogẽdo debitores, ẽt nõ citatos ad soluẽdũ.

27 † Limita quinto in quouis actu, qui expediretur vltima die termini.

28 † Limita sexto, quando ageretur de re modici præiudicij, & ideo interlocutoria, quæ vel non est præiudicialis, vel est parui pręiudicij, potest ferri sine citatione.

29 †Limita septimo, qñ actus, qui fit, seu informatio quæ assumitur, concludit solum Iudici ad eius instructionem. Possem, aliorũ stylũ, & vestigia sequendo,

quamplures alias limitationes, seu casus congerere in quibus citatio non est necessaria: sed nec illas cõgeram, nec quatuor vltimas à me enarratas allegationibus locupletabo, quia statui vos remittere ad Grauat.in annot.ad pract.Vestrij lib.6.ca.2.nu.30. Marian. Soci.Rub.de dilat.in 7. artic. principali,ad quem se remittit Vant.tract.null.Rub.Qualiter senten.& processus, qui dicuntur nulli &c. sub nu. 113. ad Maran.dicto membr.1.ad Doctores, & præsertim Mars.in l.de vnoquoque.ff.de re iud. & Asin.in pract.§.7.cap.5. quia Grauat. enumerat decem, & septem limitationes. Marian.Soc.& Maran.enumerãt triginta,nec prima,& penultima,quas ponit Maran.sunt duæ,sed vna tantũ, vt testatur ipsemet nu. 37. Mars. enumerat sexaginta, & Asinius centum quadraginta quinque: sed vt verum fatear, eas taceo,nõ ne fuci naturam assumere viderer, sed quia videntur mihi inculcatæ,& vna in alia cõtineri. Etenim principaliores,in quibus reliquæ,vel earũ plurimæ continentur, sunt hæ: quando notoriè constat, defensionem non competere,quãdo agitur de modico præiudicio, quando periculum esset in mora: item quando citatio esset adimpleta per ęquipollẽs, vt supra in tertia limitatione.

30 † His absolutis, finge, quempiam citandum esse ad libelli productionem, quæro quæ dicetur legitima citatio ad hunc actum? Respondeo ista.

Coram Senatore.

Citentur N.ex aduerso principalis, & N.eius procurator,quatenus sit,ad videndum productionem libelli,seu petitionis, videndum illam admitti, & respondendum illi ad primam diem. Instante N. principali,seu eius procuratore.

Ita docet etiam Luc. Pæt.in pract. Capitol.lib.2. c.2.nu.4. Ex qua forma duo sunt notanda: primum, ꝙ si procurator est constitutus in actis,vterque in ꝓductione libelli solet citari de stylo: Dico, de stylo, quia de iure satis est citare alterum eorũ iuxta modum,quem docui supra c.45.imò in actis,quæ fiunt ante litis contestationẽ consultè citaretur dominus, quia procurator posset onus mandati non acceptare,sed post litis contestationem potest sine scrupulo citari procurator,quoniam iam est effect⁹ dominus litis,ob quam rationem nõ desunt, vt ostendit Vãt. tract.null.Rub.de null.ex def.citat.nu.85. qui tenuerunt, sententiam posse annullari, si ad eam citatus fuisset Dominus,& non procurator, sed de hoc dicam, Deo fauente,in tertio libro: Dico rursus,de stylo,quia etiam de iure statutorum satis est citare dominum,cum in eis nõ reperiatur cautum, ꝙ debeat vterque citari: ansam tamen prædicto stylo citandi vtrunque præbuerunt,vt arbitror, eadem statuta vrbis lib.1.c.53.vbi ponũtur nonnulli casus, in quibus vterque debet citari,inter quos, etsi non reperiatur iste,tamen,vt notauit Luc.Pęt.dicto c.2. nu.3. in fine,ad cautelam etiam in isto vterque citatur.

Alterum notandum est, ꝙ de stylo citatur etiam ad videndum admitti: dico, de stylo, quia prædicta verba: *Ad videndum admitti:* nec de iure communi,neque ex forma statutorum lib.1.ca.59.vbi traditur modus citandi,sunt necessaria. Huius tamen stylirationem alibi adducam,& hæc sufficiant.

De qualitate, de numero, de peremptorio, de executione, de relatione, & reproductione Citationum in omni genere causarum. Cap. LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Citationis, item causæ, & iudicis species consideranda est in qualibet citatione.*

2 *Citatio vnica regulariter sufficit pro expeditione vnius actus.*

3 *Citatio peremptoria requiritur in quibusdã casibus.*

4 *Reproductio citationis vna cum relatione Nuncij, est necessaria.*

5 *Relatio executionis citationis contra citantẽ non est necessaria, quando reus citatus de longinquis partibus mitteret in termino procuratorem, seu compareret personaliter ipsemet, & iureiurando assereret, se fuisse citatum, quia sibi crederetur, & posset contra actorem, qui citauit, & non cõparet, procedi.*

6 *Actore comparente, & asserente contra præstitum iuramentum Rei, seu eius procuratoris, se illum non fecisse citari, adhuc creditur reo.*

7 *Reo crederetur etiamsi citatio careret relatione executionis citationis.*

8 *Procurator assertus si fecerit aliquem citari, & citatus comparuerit in termino, nunquid poterit procedi contra principalem asserti procuratoris non cõparentem.*

9 *Reproductio citationis vna cum relatione executionis illius quomodo sit facienda, per quem, quo tempore, & quæ sint partes Notarij post reproductam sibi citationem.*

1 VIS A necessitate † præmittendæ citationis ad singulos actus faciendos, remanet, vt videam⁹ qualis debeat præmitti, & de alijs, de quibus in Rubr.pręsentis capitis, & quò breuius me expediam, dico circa qualitatem citationis tria esse attendenda: primum est genus citationis: secundum genus causę: tertium genus Iudicum: Circa genus citationis inspici oportet, an citatio sit verbalis, vel realis. Si verbalis, nunquid verbalis simpliciter, vel in scriptis, vel per literas, vel per edictum, vel ꝑ proclama, vel per campanam. Circa genus causæ: Nunquid sit ciuilis, vel criminalis, vel hæreticalis. Circa genus Iudicum: nũquid coram ordinario, vel coram Delegato. Et quoniam de natura, & qualitate prędictarum omnium satis ĩ genere locutus sum supra cap.32.cum seqq.ideo illuc recurras.

2 † Quoad numerũ citationum dico, ꝙ ad vnicum actũ, & etiam ad plures, quãdo iudex super eis vnica audiẽtia potest interloqui, regulariter sufficit vnica citatio.

3 † Dixi, regulariter, quia reperiuntur aliqui casus, in quibus ad vnicum actum requiruntur, vel tres formales citationes, vel vna peremptoria pro omnibus: de quibus casibus quoniam opportunè egi

egi infra cap.91.sub nu.25. ibi. enumerant hos tres casus &c.vbi egi de peremptorio, idcirco non expedit,quòd hic plura de hac re verba faciamus.

Quoad modũ exequendi,& referendi,vide quæ scripsi supra cap.45.cum seqq.& cap.48.

4 †Quoad reproductionem citationis vna cum relatione Nuncij dico,eam necessariam esse, quia Iudex non potest deuenire ad actum,nisi prius sibi cõstet de executione citationis iuxta ea,quæ docui dicto cap.48.Hæc tamen conclusio fallit, tàm in fauorem citantis,quàm in fauorem citati:fauore citantis fallit in casibus,de quibus dixi dicto cap.48.nu.2.& seqq.vbi notaui, posse Iudicem procedere antequã
5 sibi fiat relatio executionis citationis.†Fauore citati fallit, quando actor citasset de longinquis partibus, & Reus citatus mitteret in termino citationis procuratorem,seu compareret personaliter, quia tunc q̃uis actor non reproduceret executionem citationis, tamen,si reus,vel procurator habens speciale mandatum iureiurando assereret, quòd fuit citatus, sibi crederetur,vt tradit Vestr.in pract.lib.4.cap.4.nu.2. & propterea cõtra ipsum actorem, licet absentem, procederetur in causa ad vlteriorem expeditionẽ, & quidem per contradictas,tanquam contra contumacem, si, nullo procuratore dimisso, & acceptãte, recessisset à Romana Curia, vt dixi supra dicto ca.
6 48.num.5.† Sed hic occurrunt quædam difficultates: Et prima,nunquid,si post præstitum à Reo iuramentum,compareret actor,& diceret, se illum non fecisse citari,crederetur adhuc reo? Respondeo, ꝙ
7 sic.† Secunda, nunquid eidem crederetur, si actor ostenderet citationem sine relatione executionis? Respondeo,quòd sic,quia possunt hæc simul stare, quod sit citatus, & quòd executionis citationis non sit facta relatio,& propterea concludo, ꝙ reo crederetur,donec actor concludenter probaret negatiuã coarctatam loco,& tempore.Tertia difficultas:finge, quòd reus, habita notitia de decreto citationis cõtra eum relaxato,compareat ante citationis executionem,& actor citationem nolit amplius executioni mandari:Nunquid reus posset intentare remedium legis diffamari.C.de ingen. & manum. & cogere actorem vti diffamantem ad suscipiendum ibi iudicium? Hoc relinquo cogitãdum lectori, quia nimis vagamur.Et hæc quando citatio fuisset relaxa-
8 ta ipsi principali,seu eius certo procuratori.†At fingamus nunc, eam fuisse relaxatam asserto tantum Procuratori, & reum comparuisse ante reproductã citationem:quero nunquid contra eum,ad cuius fauorem assertus procurator citationem obtinuisset, procederetur, quemadmodum diximus,quòd procederetur si ipsemet principalis citationem obtinuisset? Respondeo,quòd non,etiamsi ipse assertus ꝓcurator reproduxisset relationem executionis citationis,quia debet assertus procurator docere,vel de legitimo mandato,vel de ratihabitione, aliàs procederetur contra ipsum ad condemnationem expensarum,& pœnarum, sub quarum obligatione in forma Cameræ Notarij has citationes assertis procuratoribus egregijs,& notis in Curia solẽt relaxare, sicuti totum hunc stylum recenset Vestr.dicto lib.4. cap.2.num.4.

9 †Postquam reproductio citationis, cum relatione executionis est regulariter necessaria,vt dixi,q̃ro vt finem imponam,breuiter de nonnullis.Et primo quomodo sit facienda:Secundo per quem fieri possit:Tertio quo tempore sit facienda:Quarto,& vltimo, quæ sint partes Notarij post sibi reproductam citationem?Ad primum respondeo,istam reproductionem esse quid facti, & fieri sine vlla solẽnitate, quia solummodo datur in manibus Notarij, si fuerit in scriptis:Ad secundum respõdeo,posse fieri ab ipsomet principali, à procuratore, & quouis alio ẽt extraneo,infami, excommunicato, & infanti, quia actus iste reproductionis citationis, prout cõsistit in facto,non est iudiciarius.Ad tertium dico, reproducendam esse ante lapsum termini, hoc est, priusquã Notarius legat citationes Iudici. Ad quartum dico, quòd Notarius,reproducta citatione, notabit in libro,quem appellamus *Brogliardo*, seu *Manuale Actorum*, reproductionem,& instantiam, quam facit is,ad cuius instãtiam emanauit citatio, & deinde hora audientię causarum citationem ipsam Iudici pro Tribunali sedenti leget,quibus peractis,Iudex poterit interloqui,& procedere.

De moribus Iudicis,& de Decreto,quod potest interponere antequam incipiat ius reddere. Cap. XC.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non debet esse acceptator personarum, quia iustitia regitur æqualitate iudicis, & eiusdem disparitate inficitur,sicut corpus humanum isonomia cõtinetur, & monarchia alicuius ex humoribus fit morbosum.*

2 *Iudex,cum primum sedere incœperit,vt ius reddat, cautelatè aget,si causas indecisas reassumpserit.*

QVOMODO Iudex debeat facere ingressum ad officium, vide Parid.de Put. tracta. de Synd. tit.De modo, & forma Syndicatus,ĩ principio.Et quibus moribus, & qualitatibus debeat esse imbutus satis docui supra c.
1 86.nu.2.cum seqq.& cap.87.nu.6.cum seqq.† Addo solum hic,quòd caueat, ne sit acceptator personarum:quia, sicuti isonomia, hoc est, æquabilitate cõtinetur corpus humanum, & monarchia alicuius ex humoribus fit morbosum,vt refert Andr.Tiraq. tract.de nobilit.cap.31.sub nu.392. ita quoque iustitia iudicis æqualitate regitur,& cõseruatur, & disparitate inficĩt,ac necatur. & Leuit. 19. habetur. *Non consideres personam pauperis,nec honores vultũ potentis,iuste iudica proximo tuo*, & Deut.16. *Non accipies personam,nec munera*,& infinitæ ad huius rei comprobationẽ possent adduci sententiæ sacræ scripturæ,quas breuitati studens omitto:quare veh illis Iudicibus,de quibus possumus dicere cũ Innoc. lib. 2.de vtilitate conditionis humanæ. *Pauperũ cãm cũ mora negligitis,diuitũ cãm cũ instãtia ꝓmouetis: in illis rigorẽ ostẽditis,ĩ istis ex mãsuetudine dispẽsatis*

illos cum difficultate respicitis, istos cũ facinore tractatis: illos negligẽter auditis, istos subtiliter auscultatis; & rursus ibidem, *Si fortè pauperum causam suscipitis, illos remissè fouetis, cum autem diuitum causam suscipitis, illos pertinaciter adiuuatis: pauperes despicitis, diuites honoratis: istis reuerenter assurgitis, illis despicabiliter communicatis.* Vtinam hæc non fierent, & vtinam mẽtiretur Solon, qui interrogatus quid esset lex? respondit: *Araneæ tela, quia si in eam inciderit quid debile retinetur, graue autem pertransit tela rescissa.*

Imbutus autem illis moribus, & qualitatibus, cũ primum incœperit sedere pro Tribunali, vocabit suos Notarios, eisque dicet.

Scribite in actis, quòd ego reassumo omnes, & singulas causas vertentes inter partes collitigantes, & indecisas in statu, & terminis, in quibus reperiebantur tempore mei prædecessoris.

Quæ quidem reassumptio, etsi necessaria non sit per ea, quæ scribit Fely. in cap. causam quę. num. 1. de testib. tamen de stylo potest ad cautelam fieri, & laudo, quòd fiat.

Hoc reassumptionis decreto interposito, dicet subinde Notarijs, quòd legant citationes, protestationes, & alia acta, & seruent terminos. Quibus lectis, alterum horum necessariò sequitur, aut contumacia, aut comparitio, de quibus propterea venit modo ordinatè agendum.

Quid sit contumacia, quomodo contrahatur, & quomodo procedatur contra actorem citantem, & non comparentem: & quid sit peremptorium, & in quibus casibus sit necessarium in causis ciuilibus. Cap. XCI.

SVMMARIVM.

1 *Contumaciam quæ personæ incurrant.*
2 *Contumaciæ nomen quid significet.*
3 *Contumaciæ Etymologia quæ sit, & quomodo in ea ponatur effectus pro causa.*
4 *Contumacia actoris, quando contrahatur.*
5 *Contumacia actoris citantis contrahitur etiamsi citatio fuerit minus legitima, seu legitimè non executa.*
6 *Comparitio citati sanat omnes defectus citationis.*
7 *Citatio, eiusq; legitima executio est inducta in fauorem citandi, & non citantis.*
8 *Actor citans, & non comparens propter legitimũ impedimentum excusatur à contumacia, sed citatio, quæ fuit semel circunducta, amplius nõ reuiuiscit.*
9 *Contumacia actoris citantis quæ damna ipsi pariat.*
10 *Contumacia actoris citati, & non comparentis, quæ damna sibi pariat, vide remissiuè.*
11 *Citans, siue sit actor, siue reus an teneatur comparere personaliter, seu saltem per procuratorem hora audientiæ causarum, vel sufficiat, quòd Notarius legat citationem.*
12 *Contumacia ex parte citantis, & citati mutuo cõpensatur, & ideo dicitur circunduci.*
13 *Fallit, si sit citatio generalis ad totã causam, & singulos actus, quia remanet in suo robore quoad alios futuros actus.*
14 *Contumacia Rei citati potest esse duplex, vera, & ficta, & quæ dicatur vera, & quæ ficta, & quæ vera apparenter, & quæ ficta apparenter.*
15 *Contumacia quibus interuenientibus contrahatur.*
16 *Practica Regni Neap. in accusanda contumacia Rei.*
17 *Contumaciæ accusatio contra Reum non est necessaria in causis Fiscalibus.*
18 *Contumaciæ accusatio contra Reum contumacẽ, an sit necessaria, quando ex contumacia resultat ficta confessio iuxta dispositionem statutorum, disponẽtium, quòd contumax habeatur pro confesso.*
19 *Iudex an possit differre, & retardare accusationem contumaciæ.*
20 *Reus citatus nunquid admittatur ad respõdendum in scriptis sine comparitione personali.*
21 *Peremptorium vnde dicatur.*
22 *Peremptorium quotuplex sit.*
23 *Peremptorium, quo quis citatur vnica citatione pro tribus, debet continere eundem terminum, quem contineret tres citationes separatim factæ, & qualis sit stylus circa huiusmodi peremptorium, debet etiam continere expressionem peremptorij.*
24 *Peremptorium quomodo debeat exprimi.*
25 *Peremptoriũ requiritur in multis casibus, videlicet in absolutione ab obseruatione iudicij, in missione in possessionẽ ex primo, seu secundo decreto: in prolatione sentẽtiæ diffinitiuæ, & denique in singulis actibus, qui tenderent ad expeditionem causæ, seu in quibus ageretur de magno præiudicio.*
26 *Limita primo, vt non procedat in causis summarijs, quia peremptorium in eis non est necessarium, quãuis simus in aliquo casu ex prædictis: Vnde nec in causis hæreticalibus, nec in beneficialibus est necessarium, quia peremptorium fuit inuentum non ad solemnizandum iudicium, sed ad cõuincendã malitiam, & proteruitatem non comparentis.*
27 *Sublimita hanc limitationẽ, ut procedat solummodo quando proceditur contra præsentem, qui scilicet, quandoque comparuerit, secus si procederetur contra absentem, qui nunquam comparuisset.*
28 *Limita secundo, vt non procedat in actis, quæ fiunt post litis contestationem &c.*
29 *Limita tertio, vt non procedat quãdo ipsemet iudex moneret ad actum faciendum.*
30 *Amplia istam limitationem, vt procedat etiamsi moneret Nuncius, præsente tamen Iudice.*
31 *Limita vltimo, vt non procedat si extaret statutum, seu consuetudo in contrarium.*
32 *Perẽptoriæ citationis terminus quantus esse debeat, q̃ dilatio sit concedenda absenti citato ad perficiendum iter, & quot dies sint indulgendi pro quiete.*
33 *Citatio vnica, & peremptoria pro tribus non sufficit in casibus sequentibus, quia requiruntur formaliter tres citationes: primo, quando extaret statutum quod mandaret citari tribus citationibus.*
34 *Secundo, quando contumax reputatur pro confesso.*
35 *Citatio per edictum, an sufficiat vnica, & peremptoria pro tribus.*
36 *Peremptorium in quibus casibus nõ sit necessarium.*

FACTA

FACTA reproducta,& lecta citatione coram Iudice pro Tribunali ſedente hora audiẽtiæ cauſarum, horum alterũ,vt dixi, neceſſariò ſequitur,vel contumacia, vel comparitio. Si contumacia (de qua ſum verba facturus, quia de comparitione egi poſt explicitum tractatum hũc
1 infra cap.100.) tunc: † Aut ea ſequitur ex parte citantis: Aut ex parte citantis,& citati: Aut ex parte citati,ſicuti hanc trimembrem diſtinctionem conſiderat etiam Rot.deciſ.7.aliàs 886.de verbo. ſignifi.in antiq. Sed priuſquam vlterius progrediamur, nonnulla de ipſius nominis ſignificatione, & Etymologia referenda eſſe cenſeo.
2 † Contumaciæ ergo nomen ſecundum quoſdam ſignificat quandoque bonam animi partem,videlicet,magnificẽtiam, & fortitudinem:vnde ait Cic.lib.1.Tuſcul.

Adhibuit liberam contumaciam à magnitudine animi inductam,non à ſuperbia.

Cæterum ſecundum communem, & proprium vſum loquendi contumacia ſimpliciter dicta ſignificat ſemper,& indiſtinctè malam animi partem: videlicet, inobedientiam inferiorum in ſuperiores.
3 † Et in hac ſignificatione, in qua nos de ea ſumus acturi,habet Etymologiam à verbo. *Contumeo*,compoſito ex verbo *Tumeo*,quòd ſignificat inflari,ac ſuperbire:ex quo Tumore,& ſuperbia ſcatẽt ipſa inobedientia,& cõtumacia, & ſic ponitur effectus pro cauſa: vel ſecundum Bal.in l.conſentaneum,nume. 5.C.quomo.& quan. iud. dicitur contumacia,quaſi non obedientis pertinacia:vnde ſecũdum Hoſt. relatum in additione ad Spec.de cõtumacia,in Rubr. in litera B.definitur,quòd ſit erga Iudicem,vel Prælatum commiſſa inobedientia. Et his circa nominis cognitionem prælibatis, remanet, vt iuxta præmiſſam trimembrem contumaciæ diuiſionem agamus in ordine de contumacia ex parte citantis, hoc eſt, actoris.

4 † Contumacia actoris dicitur quando, ipſo non comparente in termino,quo citauit Reum, Reus cõparens in termino, accuſat illius contumaciam, vt docui infra.

5 † Quæro modo de nonnullis: Et primo,nunquid actor,non comparens in termino,poſſit reputari cõtumax,ſi citatio nõ fuerit legitima, ſeu legitimè executa? Reſpondeo, ꝙ ſic,quod vnica ratione,ſed pluribus modis inducta,oſtẽdo. Et primo,quia citatio, eiuſdemq; legitima executio requiritur ſolum propter citandum,vt valeat ſe defendere, ergo ipſe ſolus debet poſſe illi renunciare, & contra illam obijcere. Et cum reſpectu citantis nõ ſit neceſſaria, quia eſt certiſſimus de facto ſuo,vt dicit ẽt Rot.deciſ.53. aliàs 384.in fine.de appel.in nou. ſequitur, ꝙ reſpectu eiuſdem nihil referat,an ſit legitima,vel nõ iuxta ea,quę dixi de libello inepto ſupra cap.50.nu.15.
6 † Secundo, quia comparitio citati ſanat omnes defectus,vt dixi ſupra cap.45.nu.10. Ergo non poteſt amplius obijci,quòd ſit illegitima.
7 † Tertio,quia, ſi eſſet neceſſaria in caſu præſenti, ſequeretur, ꝙ iſta neceſſitas redundaret in odium citati,ob cuius fauorem dicimus eſſe inductam,quòd redundaret patet ex eo,quoniam expedit ſibi,vt nõ requiratur legitima.

8 † Quæro ſecundo, nunquid actor, qui non comparuit,& probat iuſtum impedimentum, euadat cõtumaciam,& citatio reuiuiſcat,ac reintegretur? Reſpondeo,vna cũ Gail.in pract.obſeru.lib.1.obſeru. 59.num.2.ipſum excuſari à cõtumacia, citationem verò remanere circunductam, & non reintegrari, ſed eſſe opus noua citatione.

9 † Quęro tertiò, qđ damnum proueniat actori ex ſua contumacia? Reſpondeo: Aut eſt contumacia aduerſus propriam citationem: Aut aduerſus citationẽ Rei: Si aduerſus propriam citationẽ,quia ſcilicet citauit, & non comparet, dico, in primis poſſe à Reo peti,ꝙ caſſetꝰ illa citatio, & ſtatim caſſabitꝰ ſine vlla difficultate,vt notat Bar.in Auth. qui ſemel.nu. 13.C.quom.& quan.iud.ſed ꝑ hoc eſt parũ reo cõſultũ,vt dicit Bar.quia actor,refectis expẽſis, poſſet denuò reum conuenire ſuper eodẽ libello:dico etiã dari anſam Reo,vt contra actorẽ poſſit intẽtare remedium legis,diffamari. C. de ingen.& manum.de quo remedio,vide quæ ſcripſi ſupra.c.34.nu.32.& ſeqq. Poterit ẽt virtute dictæ contumaciæ condemnari actor in expenſis ipſi Reo cum decreto, ꝙ non prius audiatur,ꝗ̃ reſarciuerit expenſas,Bar. vbi ſupra,& ẽt idoneã præſtiterit cautionẽ de proſequenda lite iuxta ca.actor.de dol.& contum.in 6. & ea,ꝗ̃ tradunt Rot.deciſ.7.aliàs 886.nu.3.de verb.ſign.in antiq.& Veſtr.in prac.lib.4.c.4.nu.3.Quòd ſi actor ab initio promiſiſſet exercere litẽ ſecundũ formam authenticę,offeratꝰ.C.de lit.cõteſt. & iuxta ea,ꝗ̃ ſcripſi ſupra ca.32.ſub nu.7.tunc, elapſo termino,intra quẽ erat expectãdus actor, ſi nõ cõparuerit, poterit etiã petere abſolutionẽ ab obſeruatione iudicij, vt notat idẽ Bar.in eadẽ Auth.qui ſemel ſub nu.13.C. quom.& quan.iud.Imò,ſi eſſemus in cauſis ſummarijs,in quibus nõ eſt neceſſaria litis cõteſtatio,daretꝰ ſecundũ Veſtr.quẽ retuli infra c.93.ſub nu.3.ibi.Si vero non.&c. etiã abſolutoria ab impetitis: & hæc, qñ contumacia eſt cõmiſſa in ſua propria citatione.

10 † Si eſt cõmiſſa etiã aduerſus citationẽ Rei, quo caſu Reo diceretur melius conſultũ,vt tradit Bar.dicta Auth.qui ſemel.nu.13.vide quę dixi infra dicto cap.93.ſub nu.3.ibi. Si de ſecunda.

11 † Quæro quarto, An citans teneatur perſonaliter ipſe,ſeu eius procurator cõparere,vel ſatis ſit,quòd Notarius hora audientię cauſarũ citationẽ Iudici legat? Rñdeo, quicquid ſit de iure: hic Romæ habemus duplicẽ ſtylũ:alterũ in Tribunali Auditoris Cameræ,& Rotę,vbi,ſi Reus citatus taceat, ſufficit, ꝙ Notarius citationẽ legerit. Si verò opponat,interrogando,quis cõpareat?eſt neceſſaria comparitio,vel principalis,vel procuratoris,vt dixi,alias põt reputari cõtumax;& hunc ſtylũ arbitror eſſe iuridicũ. Difficultas tñ eſt,nũquid hoc ſit verũ,etiãſi procederetꝰ via monitorij, & ſic ẽt in ordinarijs, & maximè qñ cõpareret ad rñdendũ libello, in qua difficultate cõſule omnino practicos. Alterum verò ſtylum habemus in foro Capitolino,vbi ſatis eſt, ꝙ Notarius citationẽ legat.& hęc de contumacia actoris citantis.

12 † Contumacia ex parte citantis, & citati est, quando neuter eorum comparet, quo casu contumacia compensatur l. si ambo. ff. de compensat. Rot. dicta decis. 7. num. 1. & citatio dicitur circunducta, l. post edictum. §. 1. ff. de iudic. cap. 1. de dol. & contuma. in 6. Rota, vbi supra Foller. in pract. crim. in verbo: accusentur contumaciæ nume. 9. Vestr. in pract. lib. 4. cap. 4. nume. 1. & Grauat. ibi. in annot. ad ipsum nu. 14. Vant. tracta. null. Rubr. de nullit. ex def. citat. nu. 11. & Ioseph. Cumia. in Rit. Sicil. cap. 2. num. 30. & quòd si non extiterit accusata contumacia contrahatur Eremocidium, adde Neuiz. cons. 6. num. 1. & effectus huius circunductionis erit, vt requiratur noua citatio.

13 † Limita, seu declara hoc dictum, vt non procedat in citatione generali, de qua dixi supra cap. 88. num. 9. cum seq. quia licet illa circunducatur quoad illum actum, qui habet diem indictam, quoad reliquos tamen remanet in suo robore, vt declarāt Vestr. & Vant. in locis proximè allegatis: & hęc de cōtumacia citantis, & citati.

14 † Cōtumacia ex parte citati quid sit ex prædictis potest liquere. Opportunè modo pro declaratione quęro de nonnullis alijs. Et primo quotuplex possit esse contumacia Rei citati? Respondeo, duplex: vera, & ficta: vera dicitur, quando fuit quis personaliter citatus, seu constat, quòd citatio ad eius certam notitiam peruenit. l. ex consensu. §. fin. & ibi Bar. & Ang. ff. de appell. glo. in l. 1. §. fin. in verbo. computādum. circa medium. ff. quando appellandum sit &c. Cyn. Bar. Salic. & Alex. in l. properandum. §. sin autem. ad quos se remittit ibidem Ias. num. 6. C. de iudic. idem tradunt Rot. decis. 53. aliàs 384. in fine, de appel. in Nou. Maran. in suo Specu. par. 6. memb. 2. num. 8. & ibi Foller. in addit. ad eum. Vestr. in pract. lib. 7. cap. 3. num. 22. Rol. à Vall. cons. 47. nume. 23. ✤ lib. 2. & communiter ⁎ omnes in diuersis locis, prout testatur Grauat. ad Vestr. dicto cap. 3. nume. 53. Ficta contumacia dicitur per oppositum, quando citatio non fuit facta personaliter, nec apertè constat, quòd ad citati notitiam peruenerit, vtputa, quia fuerit citatus domi, vel per edictum. Bar. in l. fina. col. 4. versic. fictus contumax. ff. de in integr. restit. Foller. in pract. crim. in verbo. Et si confitebuntur 4. par. 3. par. num. 3. Grauat. & alij per eum allegati, sub dicto num. 53. Quæ autem dicatur contumacia vera apparenter tantum, & non existenter, & similiter cōtumacia ficta apparenter, & non existenter, vide Additionem ad Rot. decis. 2. aliàs 49. num. 3. de dolo, & contum. in Nou. Maran. & Foller. vbi supra, & eundem Foller. in pract. crim. in 4. par. 3. par. in verbo, & si confitebuntur. num. 3. & alios Doctores per eos, & à nobis superius allegatos. Nos enim in materia appellationis in tertio libro vberius, Deo fauente, agemus.

15 † Secundo quæro, nunquid ad inducendam contumaciam satis sit Reum citatum non comparuisse iuxta ea, quę dixi supra in præcedenti quæsito? Respondeo, quòd non, quia multa requiruntur, quorū illud primum est, vt sit legitimè citatus, & sit reproducta citatio, vt de his luculenter egi capitibus præcedentibus. Secūdo requiritur, quòd actor, seu eius legitimus procurator cōpareat in termino hora audientiæ causarum, ibique maneat, quousque Iudex sedet ad bancum pro Tribunali, vel recedat licentiatus, l. properandum. §. & si quidem, & ibi Paul. de Castr. num. 3. C. de iudic. Innoc. in ca. Calumniam. de pen. Bar. in l. si finita. §. Iulianus, col. 2. versic. sed quid si actor comparuit. ff. de damn. infec. & in l. cōsentaneum, sub nume. 18. C. eod. & Rol. à Val. cons. 90. sub nu. 12. circa medium lib. 3. & glo. in prag. Relatione, in verbo, contumaciam.

Tertio requiritur, quòd contumaciam accusauerit, dicto §. & si quidem. Bar. in l. 2. col. fin. nume. ... ff si quis in ius voc. non ier. & in dicto §. Iulianus. nume. 15. & ibidem Alex. nu. 32. ff. de dam. infec. idem Alex. cons. 100. num. 5. & 6. lib. 5. Pau. de Cast. in dicto §. & si quidem, nu. 3. & ibidem Ias. nu. 7. Mars. in l. de vnoquoque, nu. 147. ff. de re iud. Affl. in Constitutione: penam nouem vnciarum, sub nu. 11. lib. 1. Crauet. cons. 254. nu. 2. lib. 2. Maran. in suo Spec. par. 6. mēb. 2. nu. 1. & 15. Grauat. in annot. ad pract. Vestr. lib. 4. cap. 4. nu. 17. Asinius in pract. §. 17. c. 3. cas. 11. nu. 3. Andr. Gail. in pract. obseruat. lib. 1. obseru. 55. nu. 7. & ita seruamus in practica, teste Tess.

16 Fossan. decis. 19. nu. 1. † Et nota hic obiter, tu, Regnicola, practicam accusandi contumaciam in criminalibus, quia die immediatè sequenti hora causarum accusatur prima contumacia, siue Curia regatur, siue non, dummodo non sit dies feriata: quia, si esset dies feriata, deberet expectari dies prima non feriata, & illa diceretur immediata sequens dies, in qua accusatur prima contumacia cum mentione pręcedentis diei, seu dierum feriatorū in hac forma. *Die octaua non fuit recta Curia propter festiuitatē Sancti Nicolai. Die nona non fuit recta Curia propter festiuitatem Sācti Martini*: & sic deinceps vsque ad diem iuridicam: & quia, vt dixi, potest accusari, etiā si Curia non regatur, dummodo nō sit dies feriata; ideo scias, præsentiam Iudicis nō esse necessariam, & forma acccusandi hæc est. *Die hodie accusata extitit prima contumacia contra Petrum citatum, & relatum, & non comparentem.* Accusata prima cōtumacia, expectantur alij tres dies continui, in quibus, si reus citatus nō comparuerit, accusatur vltima contumacia, & ex tunc reus reputatū contumax: vnde, vt vides, facto calculo, reus citatus nō potest habere breuiorem terminum ad cōparendum, quàm quinq; dierum, prout totam istam practicam latius explicant Maran. in suo Specu. par. 6. mēb. 1. nu. 67. & 68. & memb. 2. nu. 1. & Foller. in sua pract. crim. in verbo. accusenū contumaciæ, nu. 1. cum seqq. & in verbo. bāniantur num. 4. & aduerte, ne decipiaris in modo loquendi Marantæ dicto nu. 67. dum ait, reum citari vna die pro alia immediatè sequenti, & in alia die sequēti hora causarum, accusari primam contumaciam, quia debet legi, seu exponi, & in illa die sequenti hora causarum accusari primam contumaciam. Item aduerte, quòd illa tridui expectatio post primam citationem seruatur solum in prima citatione, & ista practica refertur à Ritu. Item seruat ipsa Curia in primis citationibus, & seruatur etiam in ciuilibus, vt docui infra sub num. 27.

17 † Hoc tertium requisitū fallit in causis Fiscalibus argu-

argumento textus in l.2.§. ſenatus. ibi. *Quoties tamen delator adeſſe iuſſus ceſſat, ne hoc fraude &c.* ff.de iur.fiſc.Alex.in l.4.§.hoc autem iudicium, nu. 25.ff.de damn.infec.quem refert, & ſequitur Gail. dicta obſeru.55. in fine, & tradit idem Afflict.loco
18 citato.† Sed quæro, nunquid hoc requiſitum ſit etiã neceſſarium, quando ex contumacia reſultat cõfeſſio, ſicuti in Ciuitatibus diſponunt ſtatuta Vrbis lib. 1.cap.68.contra non reſpondentem poſitionibus? Reſpondeo: Aut loquimur de iure: Aut de conſuetudine. Si de iure, ſunt opiniones: Nam, quòd non ſit neceſſarium tenuerunt Bar.in l. inter accuſatorẽ, col.fin.num.8.ff.de publ.iud.Bal.in l.ſi tutor.num.1. C.de interd.matrim.Alex.in l.abſentem, in apoſtillis, in verbo.habeatur pro confeſſo, verſ. & an ſtante.ff.de pœn.& in conſ.120.ſub num. 8. in fine, lib. 7.Iaſ.in l.properandum, §.& ſi quidem ſub num. 7. C.de iudic.Fely.in cap.illud, ſub nu.5.verſus finem. de præſcrip. Marſ. in l.de vnoquoque, num.150.ff. de re iud.Foller.in addit.ad Spec.Maran.par.6. mẽbro 2.ſub nume.15.& in pract.crim. in verbo.accuſentur contumaciæ num.10.& in verbo.Et ſi confitebuntur 4.par.3.par.num.20. & Gail. in pract.obſeru.lib.2.obſeru.55.num.9.Et quòd hæc ſit verior opinio teſtatur pleniſſimè Andr.de Iſer. in cap. primo.col.4.verſi.ſed an die peremptorij, tit. de contr. inter vaſ.& al.deben.quem refert, & ſequitur gl. in dicta pragm.Relatione.in verbo.Contumaciam, in
* fin.Et quòd hæc ſit communis * teſtatur Rol.à Val. conſ.90.ſub nume.24.verſicul.ſimiliter non obſtat. lib.3.

Contrariam opinionem, quòd adhuc ſit neceſſarium tenuerunt Anch.conſ.97.col. 2. verſic. quarto ad idem Natt.conſ.364.à nume.1.vſque ad 8. & in addit.ad Alex.dicto conſ.120.ſub hoc * aſteriſco: ibi tamen fallit: & ſimiliter Oſaſc.deciſ.3.num.5.& Foſſanen.dicta deciſ.19.nu.1.in fine, & plures alij, quos refert, & ſequitur Flam.Cart.tract. de execut. ſent.capto ban.cap.fin.nume.169.& certè quamuis ad Anch.reſpondeant Neuiz.conſ.6. nume.3.cum ſeqq.& Rol.vbi ſupra, tamen eius opinio mihi videtur in puncto iuris verior: quia hoc ſtatutum, ꝙ contumax habeatur pro confeſſo, deducit ex contumacia fictam confeſſionem. Ergo, vbi non adeſt contumacia illam non deducit, quoniam cui non conueniunt verba ſtatuti, minus conuenit illius diſpoſitio, vt dixi infra cap.97.nu.194. ſed contumacia non dicitur adeſſe, antequam fuerit accuſata, vt dixi ſupra ſub nu.15.in tertio requiſito: Igitur tantum abeſt, ꝙ iſto caſu non requiratur, vt dicã, magis requiri: Nec dicas, intelligi contumaciam inductam, etiamſi non ſit accuſata propter illud verbum: *habeatur*, quia reſpondeo, ꝙ illud verbum loquitur de confeſſione, & ſatis eſt, quòd corrigat ius commune in hoc: & ſi aliter diceremus, extenderemus ſtatutum correctorium vltra ſuos terminos, & contra interpretationẽ iuris communis, ꝙ eſſet contra omnes theoricas legales. Quare cum contumax habeatur pro cõfeſſo, & hoc contra ius commune, debet in primis probari cõtumacia cum omnibus ſuis requiſitis, & hoc teneo, etiam ſi ſtatutum diceret: *habeatur pro confeſſo ipſo iure*: quia adhuc referũtur illa verba ad ſolam confeſſionem, quamuis Oſaſc.vbi ſupra, videatur fœdere diſtinctionis ſentire, quòd iſto caſu non ſit neceſſaria accuſatio contumaciæ. Et hæc de iure. Si de conſuetudine, dico, eſſe ſeruandum ſtylum loci, quo ceſſante, non recederem ab iſta vltima opinione, quam confirmo, quia tantum debet operari diſpoſitio ſtatutaria contra contumacem, quantũ operatur diſpoſitio legalis: ſed diſpoſitio legalis nõ operatur ſuas pœnas contumaciales, niſi accuſata cõtumacia, vt dixi: ergo nec ſtatutum.

19 † Moueo etiam circa præmiſſum tertium requiſitum vnam, vel alteram difficultatem. Et primam, nunquid iudex poſſit differre cõtumaciẽ accuſationem, iniungendo actori, vel reo citanti, ꝙ expectet citatum per aliam ſequentem horã, vel ſequentem diem? Reſpondeo, quòd ſic, ęquitate ſuadente, per ea, quæ ſcribit Menoch.de arbitr. iud. lib.2. cent. 2. caſ.45.num.8.& 9.

20 † Secundam, nunquid reus citatus, qui non cõpareret perſonaliter, ſeu per procuratorẽ ad reſpondendum citationi, ſed dat in manibus Notarij reſpõſionem in ſcriptis, poſſit reputari cõtumax? Rñdeo ſtylum eſſe in omnibus Tribunalibꝰ Vrbis, vt ſufficiat illa reſponſio in ſcriptis, legenda per Notariũ hora audientiæ cauſarum, dummodo nõ eſſet citatus ad actum, qui expleri non poſſet aliter, q̃ per preſentiã ipſius citati: Et ſi quæras rationem, cur cõparitio rei citati indiſtinctè admittatur per reſponſionẽ in ſcriptis, & non item comparitio actoris, cuius perſonalem comparitionem diximus eſſe neceſſariã in Tribunali Auditoris Cameræ, Reo petente? Reſpondeo, eſſe eam, ꝙ actor citans debet iam eſſe inſtructus, & præparatus iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra c. 10. nu.3. Vnde eius contumacia reputatur maior, quã contumacia Rei, argumento textus in ca.cauſam, & ibi Abb.ſub nu.15.de dol.& contu.Bar. in l. hæc cõditio.la 2.in fine.ff.de condit.& demõſt. Rot. deciſ. 53.in fine, de appel.in Nou.Menoch.de arbitr. iud. dicto caſ.45.num.1.& 2.& Andr.Gail.in pract.obſeru.lib.1.obſeru.59.num.6.

21 † Quarto requiritur peremptorium, ſed cum declaratione ad quam priuſquam accedam, nonnulla circa ſignificationem nominis, & diuiſionẽ referenda eſſe duxi. Et quãtum ad nominis ſignificationẽ, vt apertè dicit textus in l.& tertium.ff.de iudic.dicitur peremptorium, quia perimit diſceptationẽ, hoc eſt, vltra non patitur reum tergiuerſari: vide Spec. tit.de peremptorio.mitten.§.viſo.num.1.par.2. Bal.& Boer.nu.122.in l.tres denunciationes. C.quomo.& quan.iud.& Ioſeph.Cumia: ſuper Rit.Sicil.cap.2.
22 nu.1.† Quantum ad diuiſionem dico, multipliciter diuidi, vt videre eſt apud Doctores, in l.ſi finita.§. Iulianus.ff.de damn.infec.& in l.conſentaneum, & in dicta l.tres denunciationes. C. quom.& quã.iud. & in ll.68. cum ſeqq. vſque ad l.73. incluſiuè. ff. de iudic.Caſtren.enim in dicta l.ſi finita, §.ſi plures, nume.9.tradit, peremptorium dici quatuor modis: Verum & ſolemne, non tamen expreſſum, vt cum quis fuit citatus tribus vicibus, & poſtea quarta vice ex abundanti iuxta textum in l. & poſt edictum, iunctis duabus ll. præcedentibus. ff. de iudic.Item verum & expreſſum, non tamen ſolemne, vt cum quis citatur

citatur ſemel, vel bis tantum cum hac dictione *peremptoriè* iuxta textum in l.nonnunquam.eod. titu. Item verum,non tamen expreſſum, nec ſolemne,vt cum quis citatur ſemel,vel bis dumtaxat,ſed ſine illa dictione *peremptoriè*, ſeu alijs verbis,illi æquipollentibus iuxta textum in l.in peremptorio.ff.eod.Itẽ fictum,quod nec verum, nec expreſſum dicitur, vt cum quis citatur tribus citationibus iuxta textum in dicta l.tres denunciationes.C.quomo. & quan.iud. Ioſeph.Cumia verò ſuper Rit.Sicil.cap.2.nume.5. tradit eſſe duplex. verum ſcilicet, & fictum: rurſus verum tradit eſſe triplex, ſolemne:minus ſolemne, & ſolemniſſimum. Denuo ſolemne diuidit in expreſſum,& tacitum, & ſingula declarãdo proſequitur vſque ad num.10.incluſiuè. At ego, omiſſa hac nominum quæſtione: an illud rectè dicatur ſolemne,illud ſolemniſſimum,hoc verum,iſtud fictum,illud expreſſum, & hoc tacitum, quia eſt campus, in quo multa fererem verba,& modicum admodum, aut nullum, tu, Domine lector, inde ſumeres fructum: conſultò rem tantum inſpicio,& dico,peremptorium conſtitui ſaltẽ quatuor modis:primo,quando quis citatur tribus diſtinctis citationibus, & vicibus iuxta dictam l.Tres denunciationes, & ibi Bar. & Paul.de Caſtr.auth.qui ſemel.C.quom. & quan. iud.l.& tertium. ff. de iudic.l. contumacia.l. de vnoquoque.ff.de re iud.l.abſentem.ff.de pœn.cap.ex literis.de conſtitut.& tradunt Marſ.in dicta l.de vnoquoque,nu.151.Maran.in ſuo Spec.par.6. memb. 1.nume.1.& Boſſ.tract.crim.tit.de Citat.ſub nume. 1.& hoc peremptorium Paul. de Caſtr. in dicta l.ſi finita.§.ſi plures à me relatus ſupra,& Cumia dicto cap.2.nume.10. vocant fictum peremptorium,& quod vna citatio non ſufficiat tradunt Afflict. deciſ. 289. num.5.& 6.& Boſſ.tract.crim. tit. de ſenten. nume. 2.dicens,de hoc extare infinitas leges,& præcitatas allegãs,ſed quomodo hoc dictum ſit verum aperi infra num. .. Et dum dico,peremptorium conſtitui tribus citationibus,intellige vna cum Boſſ. dicto titu.de citat.ſub num.1.& dicto titu.de ſenten.num. 7.vt habeat locum tàm in ciuilibus, quam in criminalibus,quia vt tradit ipſe, & ante eũ tradunt Ang. tract.de malef.in verbo.Qui iudex fecit ſibi &c. ſub nume.2. Iaſ.in l. properandum. §. & ſi quidem,ſub nume.7. C.de iudic. & Rol.à Vall. conſ.90.ſub nu. 11.lib.3.in criminalibus proceditur ad inſtar ciuilium.

Secundo, quando citatur quatuor vicibus, iuxta textum in dicta l.& tertium,& ibi Bar.& l.& poſt edictum.ff.de iudic.Paul.de Caſtr. dicto §. ſi plures, ſub num.9.à nobis ſupra relatus, & Ioſeph. Cumia dicto cap.2.num.6.in fine, & hanc citationem ex ſuperabundanti addimus,vt notat Innoc.in cap. conſuluit.de offi.& poteſt.iud.deleg.quem refert, & ſequitur Rot.deciſ.3.alias 69.de dol.& contu. in nou. & quòd ita communiter ſeruetur teſtatur Bar.in dicta l.tres denunciationes,ſub nume.1.& ego vidi in praxi in Curia Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi Domini Gubernatoris Vrbis,vt docui infra cap.92.numero 3.& hoc Paul.de Caſtr.in dicta l.Tres denunciationes,num.1.& in l.ad peremptorium, nume.1. ff.de iud.& Cumia dicto cap.2.nume.6. in fine, vocant peremptorium ſolemne.

Tertio, quando ad maiorem abundantiam additur quinta citatio iuxta textum in l.& poſt edictum, & ibi glo.in verbo.Citari.ff.de iudic.Paul.de Caſtr. in dicta l.ad peremptorium, ſub num.1.ff.eodem.& Cumia dicto cap.2.num.9.dicentes, hoc eſſe ſolemniſſimum peremptorium.

Quarto, quando citatur vnica, vel bina citatione pro tribus iuxta textum in l.nonnunquam, & in l.cõtumacia.ff.de iud.& l.conſentaneum. C. quomo.&
23 quand. iud.† Sed aduerte,quia in hac vnica, vel bina citatione requiritur idem terminus, qui requireretur in tribus citationibus, ſicut admonent Cumia dicto ca.2.num.6.ibi. Dicitur ſolemne &c. & Gail. in pract.obſeru.lib.primo. obſeru.53.num.22. Vnde,vt docet Paul.de Caſtr.in dicta l.nonnunquam, num.2.communis ſtylus citandi eſt,quòd dicatur altero de duobus modis.*Citamus te,vt compareas ad ſententiam infra ſex dies*, vel *duodecim*, prout Iudici videbitur, *quorum duos*,vel *quatuor pro primo, alios duos*,vel *quatuor pro ſecundo*, *& totidem reliquos pro tertio,& peremptorio aſſignamus*; vel ſimpliciter dicat, *pro prima, ſecũda, & tertia citatione*, aſſignando vnum terminum peremptorium ſine aliqua illius diuiſione.

Requiritur etiam in iſta citatione expreſſio peremptorij,vt tradunt Bar.in dicta l.ſi finita, §. Iulianus,col.2.numer. . . ff. de damn. infect. Paul. de Caſtr.in dicta l.tres denunciationes,nu.2. C. quomodo, & quando iud. & in l. properandum, §.& ſi quidem num.4.C.de iudic.Rot.deciſ.10. alias 245. nume.1.de re iud. in nou. Boer.in l. conſentaneum, num.24.C.eodem.& Vant.tract.null.Rub. de null. ex def.citat.num.102.Boſſ.tract.crim.tit.de ſenten. num.4.& Maran.in ſuo Spec.par.6.memb. 1.num. 72.licet loquantur per diuerſa verba, & apertè colligitur ex his, quæ ſcribit Bar. in dicta l. conſentaneum,in principio. & ex ſtylo citandi, quem modo retulimus ſupra,ex eodem Paul.de Caſtr. & in hoc conſiſtit virtualis differentia inter hoc peremptoriũ,& illud,quod inducitur tribus citationibus, quia etſi iſta vnica citatio contineat eundem terminum, quem continent omnes ſimul illæ tres, tamen illæ tres citationes inducunt peremptorium, quamuis non exprimatur, vt tradit Paul. de Caſtr. in dicta l. tres denunciationes,num.1.& eſt communis,* quia nemo eorum Doctorum,qui tradunt,peremptoriũ conſtitui tribus citationibus,& à nobis ſunt relati ſupra ſub num.22. ibi. At ego omiſſa &c.tradit,requiri expreſſionem peremptorij. Nec obſtat,quòd Bolign.in l.ſi finita.§.Iulianus.num.55. ff. de damn.infec.quem refert,& ſequitur Cumia ſuper Rit. Sicil. capit.2.nume.6. verſus finem, teſtetur communem eſſe opinionem,quòd expreſſio peremptorij minus neceſſaria ſit in vnica citatione, quæ fit pro tribus, dicens idem Cumia contra alios Doctores,hanc vnicam citationem,quæ fit pro tribus,eſſe verum peremptorium. Nam reſpondeo ſibi credendum non eſſe,quia Doctores, à me relati in contrarium, ſatis videntur facere communem opinionem. Præterea noto obiter contra Cumiam: Si ſecundum ipſum vna citatio pro tribus dicitur verum peremptorium

ptorium: Ergo cur ipse, & Paul. de Castr. relati à me supra sub num. præcedenti, tradunt, tres citationes dici peremptorium fictum? Etenim si dicitur verum illud, quod stat, seu subrogatur in locum alterius, illud tale, cui fit subrogatio, debet dici verius: vel, si tres citationes dicuntur fictum peremptoriũ, quia sunt plures, quàm vna, ergo malè idem Cumia eod. cap. 2. num. 9. tradit, quinque citationes esse solemnissimum, & verum peremptorium, quia deberet appellari fictissimum: At postquam requiritur expressio peremptorij, quęro qualiter exprimendũ sit? Respondeo: per appositionem huius dictionis, *peremptoriè*, vel per aliam cõminatoriam illi æquipollentem, sicut colligitur ex his, quæ scribunt Bar. in dicta l. Consentaneum, in principio, & Rot. decis. 10. aliàs 245. nu. 2. de re iud. in nou. & tradit Felyn. in cap. consuluit nu. 16. de off. iud. deleg. & tradit in terminis Vant. dicta Rubr. de nul. ex def. citat. num. 101. & 102. & quòd ita seruetur in practica patet ex forma citandi quam retulimus supra ex Paul. de Castr. & ex ea, quam ponit Vant. vbi supra num.

25 99. & hæc satis. † Accedamus modo ad declarationem, quando requiratur peremptorium, & quando non: Innoc. in cap. ad petitionem nume. . . de accusat. Bar. in l. si finita §. Iulianus num. . . . ff. de damn. infec. & in l. consentaneum num. 6. C. quom. & quan. iud. Paul. de Castr. in dicta l. si finita. §. si plures. num. 8. Cumia dicto cap. 2. num. 12. & alij, quos refert, & sequitur Boss. tract. crim. tit. de senten. sub num. 2. enumerant hos tres casus: primum, quando quis vellet absolui ab obseruatione iudicij: secundum, si vellet mitti in possessionem ex primo, aut secundo decreto: tertium, quando vellet proferri diffinitiuam sententiam: in reliquis verò actis, vtputa ad videndum iurare testes, publicari processum, vel ad alium similem actum, tradunt sufficere vnicã citationem. Sed tu pro vberiori doctrina fac duas cõclusiones: primam affirmatiuam, quòd requiritur in omnibus casibus, in quibus agitur de actu, qui immediatè tẽdit ad finalem expeditionem, & ita procedant, quæ tradunt Doctores superius allegati, Item in omnibus his, in quibus agitur de priuatione alicuius iuris, seu priuilegij, vt tradunt glo. in Clem. 1. in verbo, tertio, de vit. & honest. cleric. Abb. in ca. ex tuæ, de cleric. non resid. Rebuf. in tract. de priuil. Doct. & Schol. priuilegio 140. & Crauet. cons. 103. num. 9. lib. 1. Item in his, in quibus agitur de aliquo magno præiudicio, & ideo quando contumax reputaretur pro confesso, seu conuicto, non posset reputari contumax, nisi priùs esset tribus citationibus vocatus, & quidem distinctis, vt docui infra in secundo casu num. 34.

26 † Limita modo istam conclusionem, vt non habeat locum in sequentibus casibus: primo in causis summarijs, quia in his peremptoriũ non est necessarium, quamuis ageretur de actu, qui immediatè tenderet ad finem, & exitum causæ: Clem. sæpe. §. sententiam verò, de verb. sign. & ibi Io. Andr. super verbo. non peremptoriè: Ang. in l. ad peremptoriũ sub num. 1. ff. de iudic. Rot. decis. 10. aliàs 245. num. 1. de re iud. in nou. Alex. in additione ad Bar. in l. cõsentaneum. in verbo. dicat veritatẽ in fine. C. quom. & quan. iud. Abb. in cap. cum olim, in princ. de testi. Felyn. in dicto cap. consuluit num. 8. Affl. in Constitutione. Inconsutilem. num. 63. lib. 1. Maran. in suo Spec. par. 6. memb. 1. nu. 72. Vant. tract. null. Rubr. de null. ex def. citat. nume. 103. Grauat. in annot. ad pract. Vestr. lib. 5. cap. 2. sub nume. 7. & Ioseph Cumia dicto cap. 2. nu. 6. in fine. Hinc est, quòd in causis hæreticalibus peremptorium non est necessariũ, vt docui infra cap. 92. nu. 6. Hinc quoque est, quòd non est necessarium in causis beneficialibus, Rot. & Vant. vbi supra. Hinc quoque est, ꝙ in Regno in causis ciuilibus potest omitti perẽptoriũ, vt testantur ijdem Maran. Cumia, & Grauat. vbi supra, & ratio est, quia ea, quæ non sunt de solemnitate iudicij, facilè omitti possunt in causis summarijs iuxta ea, quę scripsi supra cap. 53. num. . . Sed peremptorium fuit inuentum non ad solemnizãdum iudicium, sed ad conuincendam malitiam, & proteruitatem non comparentis l. ad peremptorium ff. de iud. & tradũt Alex. cons. 123. viso processu nu. 1. in fine lib. 2. & in proprijs terminis ostendit Vant. dicta Rubr. de nul. ex def. citat. num. 6.

27 † Sublimita, & restringe notabiliter hanc limitationem, vt procedat solum, quando proceditur cõtra præsentem, qui quandoque comparuerit, quia contra eum potest deinde deueniri ad sententiam sine peremptoria citatione: secus si procedatur cõtra absentem, qui nunquam comparuerit, quia contra eum non potest deueniri ad sententiam, seu similem actum, nisi fuerit peremptoriè citatus, seu inquam pluribus vicibus citatus iuxta textum in l. absentem, ibi. *Sæpius monit*. ff. de pœn. quem textum intelligo, vt procedat indistinctè, etiam in summarijs, per ea, quæ scripsi infra cap. seq. num. 5. versus finem. & hinc est, quòd absens, qui citaretur generaliter ad totam causam, quamuis causa esset summaria, deberet nihilominus citari peremptoriè, hoc est, vnica saltem citatione cum appositione peremptorij, sicuti tradit glo. in extrauag. Ad reprimendũ in verbo. super crimine, & ex Bartoli eodẽ loci doctrina firmat Vant. dicta Rub. de null. ex def. citat. nu. 105. & ex Vãt. Grauat. in annot. ad pract. Vestr. lib. 4. cap. 2. num. 15. & quòd hæc limitatio seruetur de stylo, patet ex formula, quam tradit Vant. dicta Rubr. de null. ex def. citat. nu. 99. Nec obstat, quòd contrarium dixerit Vestr. dicto cap. 2. nume. 6. cum seq. quia ipse se fundat in allegata Rotæ decis. 10. quæ loquitur de citatione per contradictas ad sententiam, quæ citatio solet præmitti contra absentẽ citatum generaliter potius de honestate, quàm de necessitate, vt retuli supra cap. 88. num. 14. vnde debemus credere, quòd citatio generalis emanauerit cum expressione peremptorij, & deinde esset orta difficultas super alia citatione, quę emanauit ad sententiam. Hinc quoque est, quòd in primis citationibus causarum, quæ aguntur in Regno, quamuis ibi omnes causæ sint summariæ, vt dixi supra nu. præced. requiratur nihilominus in illis primis citationibus peremptorium, vt patet ex pragmat. incipien. Relatione. Rubr. de form. proced. in caus. vbi disponitur, quòd, facta relatione citationis, si Reus non comparuerit, actor in termino citationis comparẽs

debeat

debeat illi accuſare contumaciam,& deinde elapſo triduo, ſi minus comparuerit, habetur pro cõtumace, & proceditur ad primi decreti interpoſitionem, vel ad dationem termini ad probandum ad electionem ipſius actoris,& ita ſeruatur,& ſimiliter in Curia Capitolina, vbi ſtatuta lib..1. cap.89. diſponũt, quòd actor in cauſis ſummarijs, ſi Reus iterum, & tertio citatus ad reſpondendum petitioni fuerit cõtumax, pro re, vel ſumma petita, contra eum tanquam contumacem, relaxetur mandatum &c. Requirunt enim peremptorium iuxta diſpoſitionẽ iuris, vt ſi contigerit, citatum non comparere, valeat actor, mediante peremptorio, nihilominus procedere contra abſentem ad expeditionem cauſę per miſſionem in poſſeſſionem, vel per relaxationem mandati iuxta diſpoſitionem dicti ſtatuti vrbis.

28 † Redeo ad limitationes. Limita ſecundo, vt non procedat in actis, quæ fiunt poſt litis conteſtationẽ, quia poſt litis conteſtationem omnes termini cenſentur peremptorij, ſaltem de ſtylo Palatij, vt tradunt Rot.dicta deciſ.10,nu.2. de re iud. in nou. Felyn.in cap.In nomine.num. 22. de teſti.Vant. dicta Rubr.de null. ex def.citat. nume.104. Gomeſ.reg. de anna.q.72.num.2.Grauat. in annot.ad pract.Veſtr.lib.4.cap.2.num.14. &lib.5.cap.4,nu.7.& Manſuer.in addit.ad pract. Papien. in forma reſponſionis Rei conuenti, in glo.In termino. in eod. verbo, fol.mihi 176. & certè ita ſeruatur de conſuetudine: quia pars citatur ad audiendam ſententiam ſemel tantum, & ſine expreſſione peremptorij, & contra huiuſmodi citationes nulla fit oppoſitio, teſte etiam Paul. de Caſtr. in l.tres denunciationes, in fine. C. quom. & quan. iud. & ſic habes limitationẽ ſaltem de conſuetudine, quod peremptorium non eſt neceſſarium ad ſententiam.

29 † Limita etiam, vt non procedat, quando iudex ipſe moneret ad actum faciendum, textus eſt in terminis,& ibi Doctores in l.ceſsãte C.quom.& quan. Iud.Bar.in l.ſi finita,§. Iulianus ſub nu.4. ff. de dãn. infect.Bal.in l. vt perfectius nu.15. C. de annal. except.Paul.de Caſtr.in dicta l.ſi finita,§. ſi plures nu. 9.verſus finem. Alex.in l. contumacia num.6. verſ. ſeptimo fallit.ff.de re iud.Marſ.in l. de vnoquoque, num.123.caſu 52.& num.155.ff.eod.Maran.in ſuo Spec.par.6,memb.1,num.48.& 49. Carauit. ſuper

* Ritu 120.num.2. Et eſt communis * opinio, de qua teſtantur Alex. in addit. ad Bar. in dicta l. ceſſante, in verbo monitio,Felyn.in cap. conſuluit, ſub num. 16.circa medium,de off. & poteſt.iud.deleg.& in c. in nomine num.21.in fine de teſtib.Vant tract.null, dicta rubr.de null.ex def. citat. ſub nume.82. Bologni.in dicta l.ſi finita,§. Iulianus nu. 58.ff. de damn. infec.& Ioſeph.Cumia ſuper Rit.Sicil.cap. 2. num. 14.quam declara, vt tunc procedat, quando fuit facta a Iudice pro Tribunali ſedente, vt dicit Felyn. in dicto cap.conſuluit ſub nu. 16.ſeu iuriſdictionem exercente iuxta ea,quæ in ſimili propoſito dicebam ſupra cap.76.ſub num.8. ibi, Et licet in iſto caſu &c, Quare practica eſt, vt Notarij ſcribant penes acta, quod talis fuit monitus iudicialiter &c. ad tradita ꝑ Felyn, loco proximè citato, & clarius per Maran.dicto num.49.& ratio huius limitationis eſt, quia, vt dicunt omnes, monitio Iudicis habet vim peremptorij,& ſecundum magis communem * opinionẽ, *
de qua teſtatur Boſſ.tract.crim.tit.de ſent.nu.5. ſufficeret,etiam vbi requirerentur tres citationes.

30 † Amplia iſtam limitationem, vt habeat locum etiam ſi moneret Nuncius, præſente iudice: Vide Fely.vbi ſupra, qui vltra hanc ampliationem ponit duas alias.

31 † Limita vltimo,vt non procedat in loco,vbi ſtatuta ſeu practica extarent in contrarium,Boſſ.tract. crim.tit.de ſent.num.10.in fine,& Clar. lib.5. recep. ſent.q.31.verſiculo,Quæro modo,dicens vterque, ſeruandam eſſe formam traditam à ſtatutis,& conſuetudine.

32 † Hiſce limitationibus abſolutis, quæro circa eãdem concluſionem de nonnullis.

Et primo quem terminum debeat iudex præfigere in pereptorio? Reſpondeo: Aut citandus eſt præſens: Aut abſens. ſi præſens, dico, ꝙ debet ad minus in vnaquaque citatione illarum trium præfigere terminum decem dierum, vt dicũt textus in l. per interuallum ff.de iudic.& in l.properandum.§.& ſiquidem.C.eod.& tradunt. Bar. in l. conſentaneum nume.1.& ibidem Bal. nume. 14.ſequens Innoc.C. quom. & quand. iud. & poſt eos Guid. Papa deciſ. 429. nu. 6. Quòd ſi vocetur vnica citatione peremptoria pro omnibus illis tribus debet in ea præfigere illi terminum triginta dierum iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra nume.23. & iſte terminus eſt præfigendus quotieſcunque quis citatur ad aliquem actum ex illis,quos numeraui ſupra ſub nume.25.& ideo Affl. in conſtitutione Edictorum in principio, lib. 1. bene dicit, requiri tres, ſeu quatuor citationes ad ſententiam,quarum quælibet contineat terminum decem dierum, quamuis, vt dixi ſupra ſub nume.28. de conſuetudine non ſeruetur,& hęc,ſi eſt præſens: ſi verò eſt abſens;dico, vltra præfatum terminũ eſſe eidem aſſignandam vnam diem pro ſingulis viginti milliaribus ita,vt conficiẽs in ſingulos dies iter viginti milliariorum ſit certo peruenturus ad iudicium in termino præfixo iuxta textũ in l. 1. ff. ſi quis cautio.& in l.in itinere ff.de verb.ſign. & in §.qui autem excuſare ſe: Inſtit.de excuſat.tutor.& vltra hos dies dico eſſe eidem aſſignandam vnam diem pro quiete in qualibet hebdomate, vt dicunt gloſ. in ca. cupientes §. 1.in verbo commodè de elect.in 6.& alij,quos refert,& ſequitur Affl.in conſtitutione, ſi quem noſtrorum num.15.lib.1.& tu, Regnicola, ſi peteres ius reuocandi domum, poſſes petere etiam tibi concedi nonnullos dies pro requie in domo iuxta dictam conſtitutionem,ſi quem noſtrorum, & ibi tradita per Affl. dicto num. 15. aduerte pro perfectiori intelligentia, quòd milliare eſt menſura mille paſſuum,& paſſus quinque pedũ, gl.in dicta l. in itinere,in verbo,milliaria. & pes eſt menſura quindecim digitorum gl.in cap.ſicut.in verbo. paſſus 17. q. 4.Bar.in dicta l.1.nume.4.& ibidem Alex. ff. ſi quis cautio.& mẽſura digiti qualis ſit vide Cæpoll. tract. de ſeruit.ruſt.præd.num.33.& an menſura milliarij ſit inchoanda à porta Ciuitatis, vel ab ædificijs, & Burgis prope Ciuitatem, vel à fine Diœceſis vide Bar.in iuribus ſupra allegatis, Rot. deciſ.34. de reſcrip.

ſcrip.in antiq.Alex. conſ.22. nu.1. lib.4. & alios relatos per Marcheſ. tract. de commiſſ.par. 1. cōmiſſ. 2.cap.3.ſub nu.7.Et hæc de iure communi: Quòd, ſi aliter ſit vſu receptum, ſeu diſpoſitum per ſtatuta ſeruabis ſtylum loci.

33 †Quæro ſecundo,an in caſu,vbi requiritur perēptorium illud requiratur vno certo modo, & non alio, vel potius non referat quo nam ex his,quos do cui ſupra ſub. num.22.adhibeatur? Reſpondeo,regulariter non referre quouis modo adhibeatur: extare tamen aliquos caſus, in quibus requiritur vno, & non alio modo:Et primus eſt, quando in loco iudicij extaret ſtatutum, quod mandaret ad aliquem actum citari tribus citationibus, quia non ſufficeret vnica citatio perēptoria pro omnibus, Bal. in l. ceſſante.num.11.C.quom.& quand.iud.Felyn. in cap. conſuluit.nu.15. fallentia tertia de off.& poteſt.iud. deleg.Marſ.in l.de vnoque nume. 152.ff. de re iud. & Vant.tract.null.Rub. de null. ex def. citat. nume. 82.in fine.

34 † Secundus eſt, quando cōtúmax haberetur pro confeſſo, quia ad inducendam huiuſmodi confeſſionem nō ſufficeret vnica peremptoria, ſed requirerentur tres citationes, Bal.in l.receptitia num. 11. C.de non num.pec.Catald.tract.de Synd.num. 82. q.141.in fine Felyn. dicto cap. conſuluit ſub nume. 15.fallentia quinta,& in ca. excommunicamus ſub. num.1.col.2.de hæret. Marſ. in pract. crim.§. poſtquam num.66.Affl. in conſtitutione pœna eorū nu. 65. in fine, & in conſtitutione: partes in iudicio ſub nu.4.Sed non ita apertè lib.2.Foller. in pract. crim. in verbo,& ſi confitebuntur 4.par.3.par. nume. 16. Crauet.conſ.254.num.2.lib.2.Rol.à Vall.conſ. 68. nume.32.lib.2.& alij,quos refert,& ſequitur.Flam. Cart.tract.de execut.ſent.capto bann. cap. fin. ſub. num.186.verſiculo,*& licet*: idem, ſed non adeo apertè,tradit Carauit.ſuper ritu 120.nume.1. & hæc de iure: ſed quid dicendum de conſuetudine? Reſpondeo: Vitall. tract. de malef. Rubr. de citat. ſub nume.1. Affl. Foller.& Flam.Cart. vbi ſupra Clar. lib.5.recept.ſent.q.31.verſiculo. Quæro modo nūquid,Decian. conſ.18. nume.169.lib.1. & Moder. tract.de proceſſ.execut.part.1. cap.2. ſub nume.14. teſtantur, vnicam citationem peremptoriam, quæ contineat eundem terminum, quem deberent continere ſimul iunctæ omnes illæ tres, ſufficere.

Verū in Curia Romana, & in pluribus locis ſeruatur aliter,quia adhibentur tres, vel quatuor citationes,vt oſtendi cap.ſequenti num.3.in tertio quęſito,Et ad Vitall.Affl. & alios allegatos per Clar. & Cart.poteſt reſponderi,quòd, dum ipſi dicunt, reū condemnari non poſſe, niſi ſit peremptoriè citatus, & ſæpe citatus,videlicet, ad reſpondendum, ad allegandum,& ſe defendendum, & ad ſententiam ſecundum ſtylum loci, vt loquuntur Affl. dicta conſtitutione pœnam eorum nume.66.& Clar. dicto, verſiculo: Quæro modo nunquid, & Cart. dicto tract.de execut.ſent.capto. bann. cap.1. nume.427. manifeſtius affirmant, quàm negent, requiri plures citationes, & vnam pro omnibus non ſufficere.

Quòd ſi aliter diſponant ſtatuta, ſeu ſtylus loci, ea ſeruabis: Nam ſtatuta Vrbis lib.1.cap.68. dum diſponunt, quòd non reſpondens poſitionibus habeatur pro confeſſo, volunt, quòd ille citetur ad reſpondendum poſitionibus per verbum credit, vel nō credit infra triduum cum comminatione,quòd, eo ceſſante reſpondere, habebitur pro confeſſo ſuper omnibus &c. quo triduo elapſo, eoque contumace, & iterum citato,diſponunt, quòd iudex pronunciet,eum haberi pro confeſſo,& ſic vides,quòd in foro Capitolino ſufficit bina citatio: Item lib.2. c. 2.in proceſſu, qui fit contra extraneum, & habitantem extra vrbem, & tria milliaria infra diſtrictum diſponunt,quòd ſufficiat vnica citatio:

35 † Sed quid dicendum de citatione per edictum: nunquid ſufficeret vnica citatio perēptoria pro omnibus? Reſpondeo: Io. Andr. in addit. ad Spec. tit. de Cleric.non reſid.Ant.de Butr.in cap. ex tuę eod. tit.& Felyn.in dicto cap. conſuluit nu.13. in fine. de off.& poteſt.Iud.deleg.tradunt, requiri tres citationes, & vnam peremptoriam pro omnibus non ſufficere,& horum opinio ſecundum ea, quæ ex Imol. in dicto cap.ex tuæ referunt Felyn. in cap. quoniam frequenter.§.porrò,ſub num.22.vt lit. non conteſt. & Affl.deciſ.289.num.6.tunc maximè procederet, quando lex mandaret, edictum non ſolum affigi, ſed etiam publicari iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 48.num.17.quia,dum publicatio reiteratur, citatio facilius poteſt tranſire in notitiam citati, ſiquidem citati amicus, ſeu conſanguineus, qui non interfuerunt in prima citatione poſſent intereſſe in ſecunda, vel in tertia: ſed quando affigitur ſolum, & præſertim,vt loquitur Felyn.in dicto §.porrò, non ſolet amoueri, durante termino, videtur ceſſare iſta, ſeu ſaltem tanta ratio.

Tunc quoque hæc opinio præcipuè videtur vera,quando iudex intenderet contra citatum, & non comparentem procedere ratione contumaciæ ad aliquam pœnam iuxta practicam, quam docui infra cap.99. num.9. quo caſu gloſ. in clem.1. in verbo tertio de vit. & honeſt. cleric. quam cōmuniter * approbari teſtatur Alex. in l. contumacia nume.12. ff.de re iud. indiſtinctè tradit requiri trinam citationem, vel ſaltem requiritur bina, vt ait Crauet. conſ.103.nu.9.lib.2.

Cæterum tu teneas in omnibus contrarium: Nā quòd ſatis ſit vnico edicto peremptorio pro omnibus citari eſt opinio communis, * quam refert, & ſequitur Affl. dicta deciſ. 289. ſub nu.6.Item quòd ſufficiat vnica citatio peremptoria pro omnibus ad imponendam pęnam docui infra cap.99. ſub num. 11.& hæc circa primam concluſionem.

36 † Facias ſecundam concluſionem negatiuam, ꝙ in reliquis caſibus,in quibus non agitur de actu, qui tendat immediatè ad expeditionem cauſæ, ſeu priuationem alicuius iuris, ſeu ad aliud magnum præiudicium peremptorium,non eſt neceſſarium,Paul. de Caſtr.in l.ſi finita §.ſi plures num. 8. in fine, & 9. ff.de damn.infect. Boſſ. tract. crim. tit. de ſent. ſub num.2.& communiter* omnes in diuerſis locis, & quòd citatio ad videndum iurare teſtes non requiratur peremptoria firmat contra Bal. Felyn. in cap. in nomine num. 21. de teſti. & iſta concluſio procedet etiam ſi fieret actus circa litis ingreſſum,vtputa, ſi quis

ſi quis vellet facere examinari teſtes ad perpetuam rei memoriam, vel alium ſimilem actum præparatorium, ad quem vellet citari partem, quia ſufficeret vnica citatio non peremptoria: Nec aduerſatur Ioſeph. Cumia ſuper Ritu Sicil.cap.2.numero 12. dum ait, in ingreſſu litis requiri peremptorium, quia ipſe loquitur de ingreſſu, per quem deuenitur ad miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, quod patet inde, quia ait eſſe caſum illius Capituli, & in illo Capitulo agitur de miſſione in poſſeſſionem: Bene verum eſt, quòd malè videtur deinde tertio loco enumerare caſum miſſionis in poſſeſſionem, vti diuerſum à caſu primo: & hæc ſufficiant.

De contumacia, & de alijs, de quibus in ca. præcedenti in cauſis criminalibus, & hæreticalibus. Cap. XCII.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia an debeat neceſſario accuſari in criminalibus.*

2 *Reus an admittatur ad reſpondendum in ſcriptis ſine comparitione perſonali.*

3 *Peremptorium, an ſit neceſſarium in cauſis criminalibus, & quid ſeruetur in Curia Reuerendiſſimi Domini Gubernatoris vrbis, & in Curia Auditoris Cameræ.*

4 *Peremptorium, quod requiritur in cauſis criminalibus, an poſſit expediri vnica citatione peremptoria pro omnibus, an verò requirantur tres citationes formales.*

5 *Peremptoria citatio, an ſit ſemper neceſſaria initio cauſæ.*

6 *Peremptoria citatio, an & quãdo ſit neceſſaria in cauſis hæreſis.*

IN cap. proximè præcedenti egimus de contumacia Actoris citantis, & non comparentis: De contumacia vtriuſque, citantis ſcilicet, & citati, & de contumacia ſolius Rei citati in cauſis, & proceſſibus ciuilibus.
1 † Modo in cauſis criminalibus quæro de nonnullis, & primo: nũquid contumacia debeat, ſicut in ciuilibus, neceſſario accuſari? Reſpondeo, diſtinguendo: Aut poteſt procedi ad ſolam partis inſtantiam; Aut etiam ex officio: Si ad ſolam partis inſtantiam: rurſus diſtinguo: Aut loquimur de iure: Aut de conſuetudine: ſi de iure: dico, in criminalibus non eſſe quid diuerſum reſpondendum ab his, quæ in præcedenti cap. dixi in ciuilibus: quoniam tunc proprie intrat communis illa concluſio, de qua dixi ſupra cap. .. num. ..., videlicet, quòd in criminalibus procedit ad inſtar ciuilium: Et in propria facti ſpecie, quòd accuſator teneatur accuſare contumaciam Rei non comparentis tradunt Bar. in locis allegatis infra Salyc. in l. abſentem C. de accuſat. Alex. conſ. 120. ſub nume. 8. lib. 7. Affl. pulchre in conſtitutione, accuſatorum temeritati ſub nume. 8. & 9. lib. 2. & Foller. in pract. crim. in verbo accuſentur contumaciæ num. 10. & propterea male meo iudicio loquitur Nell. tract. de bann. 3. par. prim. temp. q. 10. dicens accuſationem contumaciæ non eſſe neceſſariam ſiue procedatur ex officio, ſiue per accuſationem.

Si de cõſuetudine inſurgit maior difficultas: Nã quòd non ſit neceſſario accuſanda refert, ex Imola Boſſ. & Clar. Flam. Cart. tract. de execut. ſent. capto bann. cap. fin. num. 171. Cęterũ ego in ea ſum ſententia, quòd, ſi daretur caſus, in quo aliter procedi non poſſet, quàm ad ſolam inſtantiam partis, contumacia etiam de conſuetudine, & in practica accuſaretur. Non obſtant Doctores allegati in cõtrarium per Flam. Cart. Nam Imola ſecundum relationem Clari loquitur, quando iudex ſupplet, & ſic ſupponit caſum, in quo poſſit iudex etiã ex officio procedere, & ſimiliter Boſſ. tract. crim. tit. de ſent. ſub num. 7. & Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 44. verſiculo. Dictum eſt: cum non aperiant, an loquantur in caſu à nobis ſuppoſito, iure arbitramur, eos loqui in caſu, vbi proceditur ex officio ſaltem mixtim cum querela partis: Et hæc, quãdo ad ſolam inſtantiam partis: Si verò poteſt procedi etiam ex officio: repeto eandem diſtinctionem: Vel loquimur de iure: Vel de conſuetudine, & ſecundũ diſpoſitiones, & conſtitutiones particulares: ſi de iure: inſurgunt opiniones: nam quòd accuſatio cõtumaciæ contra Reum non ſit neceſſaria tenuerunt Bar. in extrauag. Ad reprimendum in verbo neglexerit num. 4. & in l. inter accuſatorem num. 8. ff. de publ. iud. Alex. vbi ſupra Affl. in conſtitutione pœnam eorum in 4. requiſito ſub num. 17. lib. 2. Boſſ. tract. crim. dicto tit. de ſent. ſub num. 7. Foller. in pract. crim. vbi ſupra, & inter conſ. crim. diuerſ. conſ. 141. in fine. Flam. Cart. qui nonnullos alios congerit dicto cap. fin. ſub nu. 170. & Foſſanenſ. deciſ. 19. num. 3. reſtringens poſtea, vt hoc ſit verum in cauſis, quæ aguntur coram Poteſtatibus villarum, in quibus, vt inquit, quia nõ adeſt procurator Fiſcalis, iudex ſupplet: & certè poſſumus dicere, iſtam eſſe communem * opinionem.

Contrariam tamen ſententiam, quòd adhuc debeat accuſari à Fiſco tenet Pet. de Rebuff. in 3. tom. commentar. ad reg. conſtitut. tract. de contum. & defect. gloſ. 1. nume. 19. quem refert. Cart. dicto num. 170. in fine, & ſequitur Foller. in dicto verbo: Accuſentur contumaciæ num. 10. in fine. Et vrgenter hæc opinio mihi probatur ex eo, quòd inquirẽs ſuccedit loco accuſatoris, vt in hoc ipſo propoſito oſtendit Oſaſc. deciſ. 71. num. 48. cum ſeq. & faciũt quæ ſcripſi ſupra cap. 91. ſub num. 15. Ergo, ſi accuſator debet accuſare contumaciam Rei, vt dixi, eã debet accuſare etiam is, qui mediante inquiſitione aſſumit locum accuſatoris, & ita hac ratione motus firmat Foſſan. dicta deciſ. 19. nu. 3. in fine. Amplia, vt procedat etiam ſi extaret ſtatutum, quòd contumax habeatur pro confeſſo: & moueor ex ijs, quæ firmaui, loquendo in ciuilibus ſupra cap. præcedenti ſub num. 18. Non obſtat, quòd contrarium ſenſerint Clar. dicta q. 44. verſiculo, dictum eſt, & verſiculo,

culo, vidi quandoque, & alij quos retuli ſupra dicto num. 18. quia eorum ſententiam auctoritate, & ratione confutaui: Et dato quòd iudex poſſit supplere partes accuſatoris, ſeu Fiſci, nō per hoc ſequitur, quòd contumaciæ accuſatio non ſit neceſſaria, quia deberet ſaltem ipſe accuſare: Nec ſufficit ſola pręſentia iudicis, quemadmodū non ſufficeret ſola pręſentia actoris, ſeu accuſatoris, niſi etiam formaliter accuſaret: & hæc de iure.

Si de conſuetudine: inſurgūt ſimiliter opiniones: Nam quòd accuſetur teſtantur Affl. in dicta conſtitutione, pœnam eorum: num. 17. in fine. Carauit. ſuper rit. Mag. Cur. 123. nu. 5. & Burſat. conſ. 225. num. 155. in fine lib. 2. & ſatis hæc conſuetudo manifeſtatur ex practica Regni, quam retuli ſupra ca. præcedenti num. 16. & in crimine hæreſis docet Simanc. de Cath. inſtit. tit. 2. nume. 7. quem refert, & ſequitur Peg. in commen. ad direct. Eymer. par. 3. comm. 49. §. his peractis, & quòd hęc praxis ſit cautior non negat Boſſ. ſub dicto num. 7.

Contrariam ſententiam, quòd non accuſetur: tradunt Boſſ. dicto tit. de ſent. num. 7. Clar. dicto verſiculo, dictum eſt, & verſiculo, vidi quandoque: quāuis non videatur negare, quòd iudex ſaltem debet accuſare, & Flam. Cart. dicto cap. fin. nume. 170. & 171. & hanc conſuetudinem cenſeo hodie eſſe iuridicam in cauſis, in quibus procedi poteſt ex officio, quia poteſt in his arbitrario quodam modo, & manu regia procedi, vt docui ſupra cap. 51. num. 30. & in pluribus alijs locis: ſed certi iuris eſt, quòd in cauſis, in quibus poteſt procedi arbitrario modo, & manu regia, poſſunt omitti ſolemnitates iuris poſitiui iuxta ea, quę docui ſupra cap. 53. nu... clari quoque iuris eſt, contumaciæ accuſationem eſſe iuris poſitiui ſicuti aduertit etiam in hoc ipſo propoſito Cart. dicto ca. fin. num. 173. & propterea licet Fiſcus, ſeu inſtigator non compareret in termino citationis, tamen Reus fruſtra accuſaret eorum cōtumaciā: fruſtra etiam arbitraretur, citationem circumduci, ſi ipſe quoque abſtineret à comparitione, & licet prędictæ conſuetudini non accuſandi contumaciā Rei repugnent ſtatuta vrbis lib. 2. cap. 2. quando proceditur contra ciuem, quia diſponunt, contumaciam eſſe accuſandam ſaltem in citatione ad ſententiam: tamen arbitror, quòd, etiam ea non accuſata, proceſſus maneret validus, maxime attenta Bulla Sixti Quinti à nobis relata ſupra ca. 24. in fine.

2 † Quæro ſecundo: nunquid ſit admittenda comparitio Rei per ſcripturam? Reſpōdeo: Aut ſumus in caſu, pro quo imponitur pœna corporis afflictiua: Aut in caſu, pro quo imponitur pęna pecuniaria: ſi primo caſu: dico, eum debere comparere perſonaliter, & non per ſuppoſitam perſonam, vt, Deo fauente, latè dicam in ſecundo libro: ſi ſecundo, rurſus diſtinguo: Aut fuit citatus ad comparēdum perſonaliter, vtputa, quia eſt examinandus, & dico, ꝙ debet ſimiliter comparere perſonaliter. Aut fuit citatus ſimpliciter: & dico, admitti comparitionē: ſeu inquam reſponſionem in ſcriptis iuxta ea, quæ dixi ſupra cap. præcedenti num. 20.

3 † Quæro tertio, an peremptorium ſit neceſſariū in criminalibus? Reſpondeo, quòd ſic, maximè eo quòd contumax habetur pro confeſſo ſecundū conſuetudinem, & diſpoſitionem ſtatutorum, de quibus dixi infra cap. 97. num. 29. & 30. & de hoc certè haud eſt dubitandū, quia, vbi agitur de magno præiudicio, requiritur peremptorium, vt dixi ſupra cap. præcedenti nu. 25. ſed cui ignotum eſt, quòd in criminalibus agitur ſemper de magno præiudicio iuxta ea, quæ dixi ſupra cap. 88. num. 19. in fine. Et ita ſeruatur hic in vrbe in Curia Reuerendiſſimi Domini Gubernatoris, monetur enim Reus ad perſonaliter comparendum, & ſe defendendum infra triduum iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 58. num. 18. & ſi non comparuerit, lapſo triduo, citatur denuo per quatuor vices ſingulis diſtinctis dieb⁹ vna pro alia: prima ſcilicet pro prima, ſecunda pro ſecunda, tertia pro tertia: quarta pro quarta, & ſuperabundanti ad dicendum cauſam, quare non debeat condemnari &c. & demum citatur ad ſententiam, vt refert etiam Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 11. num. 44. & citationes qualiter mittantur executioni docui ſupra c. 45. ſub num. 23. verſiculo, quæro modo, & cap. 40. num. 11. eadem practica ſeruatur in Curia Auditoris Cameræ: expeditur enim, vt dixi, monitorium, quod, elapſo termino, reproducitur legitimè executum, eoque reproducto, citatur Reus per contradictas ad dicendum contra literas monitoriales, & citatorias ad partes decretas, executas, & reproductas, iuraque producta, & repetita, videndumque iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, nec non docendum, ſe dictis literis paruiſſe primo pro prima dilatione, & ſubinde præmiſſis ēt alijs tribus citationibus: ſecundo ſcilicet pro ſecunda, tertio pro tertia, & quarto pro quarta, & ſuperabundanti, citatur poſtea ad ſententiam: Eadē practica citandi quatuor vicibus ſeruatur in Gallia, vt teſtant̄ Io. Fab. in l. cūctos populos C. de ſum. Trin. & fid. cath. Boer. deciſ. 63. num. 8. & alij, quos refert Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 44. verſiculo, licet autem, Seruatur etiam in Flandria, Barbantia, & pluribus alijs in locis, teſte Iodoc. in ſua pract. crim. cap. 28. num. 7. Et hęc practica citandi quatuor diſtinctis citationibus quomodo ſit fundata in iure cōmuni habes, ex his, quæ docui ſupra cap. 91. ſub num. 22. ibi ſecundo, quando & num. 34. Et quomodo ſit conformis diſpoſitioni ſtatutorum vrbis quando proceditur contra habitantes in vrbe, & difformis, quādo contra non habitantes, vide ſtatuta lib. 2. ca. 2.

4 † Quæro quarto: nunquid hoc peremptorium, quod dicimus requiri in criminalibus, poſſit expleri vnica citatione peremptoria pro omnibus, vel requirantur tres ad minus iuxta relatas practicas? Reſpondeo: Aut præſupponimus extare ſtatutū, quòd contumax habeatur pro confeſſo: Aut non: Si præſupponimus, & velimus procedere iuxta illius diſpoſitionem, dico, requiri tres citationes, & vnam pro omnibus non ſufficere per ea, quæ dixi ſupra c. præcedenti nu. 34. & ita procedant quæ dixi in antecedēti quæſito: Si non præſupponimus huiuſmodi ſtatutum, ſeu conſuetudinem: dico, ſufficere vnicam peremptoriam pro omnibus, & hæc eſt communis, * de qua teſtantur Felyn. cap. conſuluit ſub num. 15. ibi quarto fallit de off. & poteſt. iud. deleg. Boſſ.

Boss.tract.crim.tit.de sent.sub nume.4. & alij, quos refert, & sequitur Clar. dicto lib. 5. recept. sent. q. 31. versiculo, quęro modo nũquid, & procedit quã-uis agatur ad imponendam pœnam, vt dixi infra c. 99.num.11.

5 † Quæro quinto nunquid initio causę Reus sit citandus semper peremptoriè iuxta ea, quæ dicebam supra cap.39.num.8.? Respondeo, quòd non, sed tunc solum, quando citandus non comparet, seu nõ reperitur in fortijs Curiæ: dico, nõ comparet, quia tam in ciuilibus quam in criminalibus, si Reus citatus comparuerit in termino primæ citationis, omittuntur reliquæ duæ, &, si comparuerit in termino secundæ, omittitur tertia, seu non expectatur amplius lapsus totius termini, si fuisset vnica perẽptoria pro omnibus citatus: dico: *seu non reperitur in fortijs Curiæ*: quoniam, si Reus pro causa criminali sit carceratus, peremptorium nec in illis primis citationibus, nec in alijs est necessarium, sed solũ in citatione ad sententiam, & hoc loquendo de iure: secus autẽ secundum constitutionẽ Marchię, & consuetudinẽ, quoniam potest secundum eas, vt dixi supra ca.51. num. 30. in causis criminalibus procedi summariè, & in causis summarijs peremptorium nõ est necessarium iuxta ea, quæ dixi supra cap. præcedenti nu. 26. Quòd si Reus non comparuerit, seu non reperiatur in fortijs Curiæ: facio conclusionem, quòd semper debeat citari peremptoriè initio causæ, & ita procedant quæ dixi supra dictis cap.39. & præcedenti. Et ratio est, quia vel sumus in ciuilibus, vel in criminalibus: si in ciuilibus: requiritur perẽptorium, quia, Reo contumace, deuenitur de iure communi ad missionem in possessionem, vt docui infra cap.96. sub num.3. si in criminalibus, quoniam vel sumus in casu, vbi est imposita pœna infra relegationem, vel in casu, vbi est imposita pœna corporis afflictiua: si primo casu requiritur, quia potest deueniri ad sententiam diffinitiuam: si secundo, quia potest deueniri ad bonorum annotationem iuxta ea, quæ scripsi infra cap.97.nume.5. ibi si Reus sit contumax.

Quòd sententia, & missio in possessionem sint actus, in quibus peremptorium sit necessarium dixi supra ca.præcedenti sub num.25. Et quòd in annotatione bonorum peremptorium requiratur tradit etiam Paul.de Castr. in l. si finita §. si plures num.8. in fine ff. de damn. infect. & in prædictis actibus in tantum requiritur peremptorium, vt, Reo absente, requiratur etiã si procederetur summariè iuxta ea, quæ dixi dicto cap.præcedenti num.27. & infra nu. seq.versus fin. Et multo magis requiretur hodie, attentis statutis, & consuetudine, secundum quæ cõtumax habetur pro confesso, vt dixi: Hæc tamen cõclusio, quòd Reus citatus, & non comparens sit citandus perẽptoriè limitatur, vt non procedat quando statuta aliter disponunt, sicuti disponunt statuta vrbis, quæ, vt retuli infra cap. 96. nu. 20. non mandant reum citari peremptoriè.

6 † Quæro sexto nunquid in causa heresis peremptorium sit necessarium? Respondeo: videtur dicendum, quòd sic primo: quia in causa hæresis dicitur agi de magno præiudicio, quo casu diximus supra cap. proximè præcedenti sub nume.25. requiri peremptorium. Secundo, quia in alijs causis criminalibus, quamuis procedatur in eis summariè, adhibetur peremptorium, vt dixi supra nu.3. Tertio videtur apertè probari ex eo, quod supra cap. 87. nu. 27. iam diximus, contra inquisitum de hæresi requiri tres monitiones: Et quòd requirantur duæ citationes, vel tres quando proceditur contra absentem tradunt Archid. in cap. cum contumacia num. 4.& 5. de hæret. in 6. & Lud.Carrer.tract. de hæret. num.128. & comprobatur ex eo, quia suspectus de hæresi si non compareat citatus, excommunicatur, vt docui infra cap.98. sub nu.4. ibi. si fuit citatus simpliciter. Sed ad excommunicationis sententiã, quæ est veluti missio in possessionem, & veluti bannum non deuenitur, nisi contra cõtumacem citatum peremptoriè, vt dixi infra cap.97 num.7. & sub nume. 37. & in pluribus alijs locis, & sentit Rot. decis. 7. aliàs 886. nu. 1. de verb.sign.in antiq. Sed quid eundum est amplius per emẽdicata suffragia, legito modum procedendi contra inquisitum de hæresi, quẽ docui infra cap.98. nu.4. & clarè videbis, quòd requiritur peremptorium. Contraria sententia videtur vrgenter probari ex eo, quod in causa hæresis proceditur summariè, vt dixi supra cap.52 num.2. & in causis summarijs diximus supra cap.præcedẽti num. 26. peremptorium non esse necessarium: & hac ratione adducti ita tradunt Decia. cons. 18.nu. 164.lib.1. & Flam.Cart.tract.de execut. sent. capto bann.cap.fin.num.186. versiculo, & licet versus finem, alter in crimine læsę maiestatis, alter vero in proprijs terminis nostris. Quid dicendum? Concilio, distinguendo: Aut proceditur contra absentem, qui non comparet in causa: Aut contra præsentem, hoc est, comparentem: si contra absentem: dico, requiri peremptorium, & ita procedat prima opinio: si contra præsentem: dico non esse vnquam necessarium, & ita procedat secunda: Et quia totum hũc procedendi modum contra suspectos de hęresi absentes latius docui infra dicto cap.98. num.4. idcirco pluribus non insisto.

An contumacia sit delictum, & quomodo procedatur contra Actorem citatum, & non comparentem in causis ciuilibus. Cap. XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia an, & quando sit delictum, & an, & quando statutum, disponẽs, bannitos ex delicto posse impunè offendi, habeat locum in bannitis in contumaciam, & an habeat locum in bannitis ob solã contumaciam, seu ob leue delictum, seu ob debitum pecuniarium.*

2 *Statutum, permittens bannitum posse impunè occidi, non habet locum in bannito non capitaliter, & ita laudabiliter disponitur à nonnullis statutis, & constitutionibus.*

3 *Actor citans, seu citatus, si sit contumax, quibus afficiatur incommodis distinguuntur multa capita: & quan-*

& quantum duret instãtia tam de iure communi, quàm secundum statuta Vrbis, & quomodo procedat illa regula: Actore non probante, reus absoluitur: & quomodo procedatur in contumaciam actoris, & an, & quando possit deueniri ad sententiam diffinitiuam, lite non contestata, & quem terminum debeant continere primæ citationes, & quæ sit diuersitas inter l. properandum §. & siquidem C. de indic. & auth. qui semel. C. quom. & quand. iud.

4 *Absolutio ab obseruatione iudicij, an sit sententia interlocutoria, vel diffinitiua.*

5 *Reus an possit absolui ab obseruatione iudicij, si actor nõ fuerit prius citatus peremptoriè tribus, vel quatuor citationibus.*

1 IN hac† difficultate tot circumferũtur opiniones, vt Felyn. in cap. ex literis nu. 27. de constit. eas noluerit referre: ego verò eas breuiter recẽsere, & meã subinde aperire sententiam deliberaui.

Prima igitur est opinio affirmatiua, quòd sit delictum, quam tenent glos. in l. vnica in §. fin. in verbo, meram pœnam, ibi quia ex delicto, & ibidem Alex. num. 17. & Ias. num. 39. & in §. si procurator nume. 3. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Mars. in l. de vnoquoque num. 224. ff. de re iud. Anan. cons. 25. incipiente. vtrum præsentatio nume. 5. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 153. num. 1. Fossanen. decis. 265. nu. 1. argumentum sumens à Rubrica de dol. & contum. & est communis * opinio secundũ Andr. Gail. tract. de pace. publ. lib. 2. cap. 5. sub nume. 8. Et quòd hæc opinio sit de mẽte Doctorum probatur ea ratione, quia Doctores communiter agunt de pœnis contumaciæ, vt ostendi infra cap. 95. nume. 1. ergo supponunt, eam esse delictum, probatur antecedens ex his, qui scribunt in dicta l. vnica ff. si quis ius dicen. non obtemp. & in alijs locis, in quibus enumerant pœnas contumaciæ: consequentia de se patet: quia datur quandoque delictum sine pœna, sed nunquam pœna sine delicto, vt dixi supra cap. . . . . num. . . . vnde qui arbitraretur contumaciam posse puniri, quamuis non sit delictum, nauigaret, vt dicitur, ad Anticyras: Et prefata communis opinio videtur probari primo ex textu in l. omne delictum. §. contumacia ff. de re milit. secundo auctoritate Apostoli, præcipientis vt refert Simanc. de cath. inst. tit. 14. num. 1. Principibus, & Iudicibus esse obtemperandum: & quòd contumacia dicatur graue delictum testatur Menoch. vbi supra: & quòd dicatur grauissimũ ita, vt assimiletur hæresi tradit Rolan. à Vall. cons. 47. num. 4. lib. 2. & quòd sit quædam species heresis testatur Gundis. tract. de hæret. q. 1. nume. 4. & quòd per contumaciam contrahatur hæresis tradit Lud. Carrer. tract. de hæret. num. 43. sed intellige, vt intelligit Carrer. de contumacia, qua consistit in non faciendo quæ præcipit Ecclesia &c. seu, vt declarat Ias. quem vide in l. 1. nume. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Et quòd contumax reputetur infidelis vide Mars. in pract. crim. in §. postquam num. 64. & quòd aduersus contumaces omnia iura clamẽt tradunt Mill. in praxi crim. tit. de probat. nume. 9. Rot. decis. 16. de dol. & cont. in nou. Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 18. sub nume. 26. & Fossan. dicta decis. 265. in principio.

Contrariam sententiam, & erit secunda opinio, videtur sentire Bal. in l. si mora nume. 1. ff. sol. matr. in l. & in multis num. 4. C. de appell. & in l. fin. in fine C. de crim. stellio. dicens, nulla lege caueri, quòd contumacia sit maleficium, & quòd hæc sit cõmunis * opinio testatur Felyn. in ca. ex literis sub num. 27. de constit. dicens istam videri communem conclusionem, quòd contumacia per se non sit delictum.

Alij, sequentes mediam viam, & erit tertia opinio, dixerunt, contumaciã esse delictum impropriè: & hanc ex Felyni testimonio vbi supra tradunt esse communem Foller. in pract. crim. canon. cap. 10. in verbo non comparentes contumaces reputẽtur nu. 7. fol. 145. Clar. lib. 5. recep. sent. §. 1. versiculo. Quęro etiam, & Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 18. num. 28. sed verba Felyni quæ sint iam audiuistis supra: Et pro confirmatione huius tertiæ, & secundæ opinionis, & impugnatione primæ adducitur à Doctoribus illud argumentum, quòd statutum disponens, bannitos ex delicto posse impunè offendi, non habet locum in bannito, & condemnato in contumaciam secundum deducta per Mars. in pract. crim. §. sequitur. num. 20. & secundum opinionem communem, * de qua per Bal. cons. 193. sub num. 2. lib. 2. & Rol. à Vall. cons. 45. sub nu. 66. cum seqq. lib. 1. & de magis cõmuni * testatur Alex. in dicta l. si mora sub num. 13. ff. sol. matr. quos refert, & sequitur. Gail. dicto cap. 5. in fine, & quòd ita teneant communiter Moder. in dicta l. si mora, testatur Aug. ad Ang. tract. de malef. in verbo, qui Dominus iudex videns &c. sub num. 26. & satis videtur confirmari ex his, quæ tradit Rot. diuers. decis. 369. nu. 9. cum seqq. par. 1. dicens, quòd statutum, & Bullę, loquentes de damnatis de delicto, vel homicidio, & de homicidis, & talia committentibus, non habent locum in condemnatis de prædictis propter contumaciam vigore statutorum, disponentium, contumacem haberi pro confesso, & conuicto, quia contumacia nõ probat delictum, aut fictè tantum probat.

Quid dicemus? Respondeo, hanc vltimam opinionem esse falsam, & primam affirmatiuam, & secundam negatiuam veras, sed cum hac distinctione: Aut ex contumacia prouenit impedimentũ iurisdictioni, vtputa, quia vocatus, non veniendo, vel non patiendo, vel non restituendo, ius alterius lædit, & simul iurisdictionem Iudicis contẽnit, & tunc contumacia dicitur delictum, & propterea poterit mulctari, & puniri, quoniam contemptus Iudicis dicitur delictum, vt tradunt Clar. dicto §. primo, versiculo, quæro etiam, versus finem, & Gail. dicto cap. 5. nu. 15. & ita procedat prima opinio.

Aut ex contumacia nõ prouenit iurisdictioni impedimentum, & per consequens alterius ius, quàm sui met non comparentis nõ offendit: exẽpli gratia, quando

quando aliquis citaretur ad videndum, iurare testes, ad dicendum contra, & ad similia: & tunc contumacia nullo modo est delictum, & ita procedat opinio secunda, & ratio est in promptu, quia contumacia isto casu est renũciatio quędam sui iuris particularis, sed indubitati iuris est quòd, qui renũciat iuri suo, nemini iniuriam facit, vide circa hanc doctrinam, seu distinctionem Bal. in dicta l. vnica §. is videtur. per totum ff. si quis ius dicen. non obtemp. quem pro singulari referunt, & sequuntur ibidem Alex. & Paul. de Castr. sub num. 4. Ias. nume. 7. & quòd hoc sit notabilissimum dictum testatur Foller. in pract. crim. in verbo, accusentur contumaciæ nu. 17. Remanet, vt respondeamus ad illud argumentum de statuto contra bannitos, & quo firmiorē habeamus solutionem distinguo: Aut loquimur de inquisito ob aliquod delictum, & de eo condemnato in contumaciam, stante statuto, quòd cōtumax habeatur pro confesso: Aut de bannito ob solam contumaciam: Nam quòd pro sola contumacia possit imponi pœna banni tradunt Bar. in l. illicitas §. fin. ff. de off. præsid. Bal. in l. 1. C. ne sine iuss. Princ. Ias. in dicta l. vnica num. 25. Boss. tract. crim. tit. de mulctis num. 17. Royzius decis. 2. nume. 52. Andr. Gail. in pract. obseruat. lib. 1. obseru. 60. nu. 1. & Moder. dicta q. 18. num. 39. Hoc tamen erit intelligendum in subsidium, quia bannum æquiparatur excommunicationi, vt dixi infra ca. 97. sub nu. 66.

Vnde sicut sacrum Concilium Tridētinum sess. 25. de reformat. cap. 3. sanctè, & laudabiliter sanciuit, vt iudex ecclesiasticus ad compescendam subditi cōtumaciā in causis iudicialibus procedat prius ad mulctam, seu executionem tam realem, quàm personalem, & demum vltimo loco, & in subsidium ad excommunicationis mucronem, siquidem experientia compertum est ex illius temerario vsu contemptum potius quàm formidinem oriri, ita etiam iudex laicus ad coercendam contumacis inobediētiam prudēter ad mulctam, & executionem potius, quàm ad bannum procedet: quia, vt experientia docti sumus, bannitus ob leuem causam postquam se à Ciuium commercio eiectum agnoscit facilè occasionem nanciscitur versandi cum homicidis, facinorosis, & capitaliter bannitis, & vna cum his infinita committit flagitia: & vnde arbitramur tantũ bannitorum, & facinorosorum numerũ reperiri, nisi ex nimio luxu, & facilitate banniendi, qua vtuntur nonnulli Iudices, qui prosiliunt ad bāniendos homines pro qualibet etiam minima causa: Si loquamur de bannito primo modo, videlicet, ob delictũ: dico argumentum corruere: quia contrariam opinio. quòd illud statutum habeat locum etiam in bānitis in contumaciam, tenuerunt idē Bal. dicto cons. 193. Ang. tract. de malef. in verbo, qui dominus iudex videns num. 24. & ibidem Aug. num. 27. Boss. tract. crim. tit. de inquis. num. 55. Bero. cons. 182. nu. 14. cons. 197. num. 38. lib. 3. Pase. cons. 189. num. 1. & seq. Bertazz. cons. 83. nume. 15. lib. 1. latè Flam. Cart. de execut. sent. capto bann. cap. 1. nume. 43. & Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 11. nume. 93. & q. 18. nu. 28. in fine: & quòd hæc opinio sit verissima probatur apertè ex eo, quòd bannitus de delicto in cōtumaciam non dicitur bannitus propter contumaciā, sed propter delictum mediante probatione, seu inquam confessione, resultante ex dicta contumacia, & ideo prædictum statutum ita comprehendet bannitum ob delictum probatum ex vera confessione, sicut bannitum ob delictum, probatum ex ficta cōfessione, & si tu diceres, quòd illud statutum loquitur de bannito propter delictũ probatum veris probationibus: respondeo dupliciter: primo quòd hoc esset diuinare: secundo, quòd etiam delictum habitum pro confessato mediante contumacia potest dici verè probatum, & hoc probatur dupliciter, & primo, quia, vt dixi infra cap. 97. sub num. 160. ibi, sed quid dico fictam &c. Reus non citatur, vti reus, nisi præcedentibus legitimis indicijs, quæ faciant indicium ferè ad torturam, & deinde non bannitur, nisi accedente cōtumacia, quę addit aliud indicium ita, vt delictum videatur potius verè, quàm fictè probatum. Secũdo, quia si diceretur probatum ex præsumptionibus, & nō ex veris probationibus, sequeretur, quòd banniti, & condemnati in contumaciā non possent condemnari pęna ordinaria delicti, sicque omnes sententiæ redderentur iniustæ, & nullę, & executionem non mererentur: Vnde destrueretur practica totius orbis.

Sed prædictum consequens est falsum: ergo & antecedens: Probatur consequens: quia, vbi delictum probatur præsumptiuè, Reo imponitur pœna non ordinaria, sed mitior, vt tradunt Innoc. in cap. verisimile num. 2. de præsumpt. Bal. in l. non est verisimile num. 5. ff. de eo quod met. cau. Abb. in cap. quanto num. 3. de præsumpt. Alex. cons. 189. num. 12. lib. 7. latè Mars. in l. 1. §. diuus Adrianus nume. 37. ff. ad l. Corn. de sicar. in l. repeti nume. 24. ff. de quæst. in pract. crim. §. postquam nume. 50. Foll. in pract. crim. in verbo, pœnis debitis feriantur num. 59. & communiter * omnes in cap. afferte de præsumpt. Et quòd delictum, probatũ ex præsumptionibus, circumducta speciali pœna legis, non sit puniendum pœna corporali tradit Boss. tract. crim. tit. de conuict. nume. 24. 34. 35. & 36. vbi testatur de communi. *

Falsitas consequentis, videlicet, quòd banniti in cōtumaciam puniantur pęna ordinaria paret ex his, quæ scribit Osasc. decis. 105. nume. 5. & in facto ijs omnibus, qui versantur in Curijs, &, si placet, adde quæ dixi infra cap. 97. sub nu. 126.

Et quod hæc opinio, quòd statutum, permittens bannitos ob delictum posse impunè offendi, habeat locum etiam in bannitis in contumaciam, seruetur in practica testatur Clar. lib. 5. recept. sent. §. 1. versiculo quæro etiam. ibi. *Sed certè licet*, & nos, quia id videmus quotidie, non egemus eius testimonio, & si quæ in puncto iuris superstes remansisset difficultas ea sublata est per Bullam Sixti Quinti contra bannitos &c. editam Romæ apud sanctum Marcũ Anno Incarnationis sesquimillesimo octuagesimo quinto Kal. Iulij, Anno primo Pontificatus in versiculo. Vniuersis, versus finem ibi.

Etiam in contumaciam bannitis.

Et certè, si aliter diceremus, nullus ferè bannitus posset impunè offendi, sicque statutum redderetur elusorium,

eluſorium,vt cõſiderat Bal.vbi ſupra, quem refert, & ſequitur Cart.dicto cap.1. ſub nu.40.

Si verò loquamur de bannito ſecundo modo,videlicet,propter ſolã contumaciam: res vr̃ magis dubia:tñ tunc ſum in contrario voto, videlicet,ꝙ prædictum ſtatutũ non vendicet iſto caſu ſibi locum,& pro iſta opinione adduco Bar.in l. omne delictũ. ff. de re milit.Ang.in dicto verbo,qui Dominus iudex videns nu.24.Fely.in c.quæ in eccleſiarum,nu.4.de conſtitut. Capic. deciſ.141.nu.2.& Ioſeph.Cumia. ſuper Rit Sicil.ca.58.num.20.& ita procedit opinio Alexandri,& aliorum in dicta l.ſi mora.ff. ſol.matr. dicentium,bannitum propter contumaciam non dici bannitum propter maleficium,& non comprehẽdi ſub diſpoſitione memorati ſtatuti. Et ꝙ ita ſit intelligenda,vide Flam.Cart.dicto c.1.ſub nu.43.qui bene loquit̃,& allegat Alban.cõſ.8.nu.27.Bertazz. conſ.83.nu.15.lib.1. notantes Clar.ꝙ inaduertẽter intellexerit,illam opinionem eſſe cõem in caſu,quo quis condẽnaretur propter delictum in cõtumaciã. Et hæc ſententia comprobatur, quia predictum ſtatutum non habet locum in bãnitis propter leue delictũ,teſte Claro lib.5.recept.ſent.§.homicidiũ, verſiculo,plerunq; verſus finẽ, & quatenus diſponeret vt ẽt banniti ob leue delictum poſſent offendi, non valeret,quẽadmodũ minus valeret, ſi permitteret, ꝙ banniti pro debito pecuniario poſſent offendi ſecundũ Fely.in dicto c.quæ in eccleſiarũ,nu.4.& cõ-

* munem * opinionẽ, q̃ ex Decio refert, & ſequitur Clar.loco proximè citato:& ꝙ ſtatutum permittẽs, bannitum poſſe offendi, non habeat locum in bannito ex ſimplici cauſa pecuniaria declarat Menoch.

2 de arbit.iud.q.90.nu.37. † Imò, quod magis dubiũ erat,non habet locũ in alio bannito, q̃ in eo, qui eſt bãnitus propter delictum, quod punit̃ pęna mortis, ſicuti ex Alber.tract.ſtatut.par.4.q.18.in fin. refert, & ſequitur Menoch.dicta q.90.nu.41. Vnde ſapiẽter ſtatuto vrbis lib.2.ca.16. & ſtatuto Papienſe, de quo loquit̃ Menoch.dicta q.90. nu.42. cauet̃,ꝙ ſolum diffidati ad mortem poſſint impunè offendi, & laudabilius diſponit conſtitutio Regni incipiens, Grandis vtilitas, quæ eſt prima Conſtitutio libri ſecundi,vt reus non banniat̃,niſi pro crimine capitali, vt patet in illis verbis. *Et capitaliter accuſatos*,& ibi notant glo.& Afflic.num.10. & Foller. in ſua pract. crim.in verbo,Banniantur,num.27. & intelligo capitale crimen eſſe,quod punitur ſupra relegationẽ: quod enim inquit glo.punitur infra relegationẽ,ſeu pęna relegationis poteſt definiri per ſententiam,q̃uis accuſatus ſit abſens iuxta ea, quæ dixi infra cap. 97.ſub nu.1. Cęterum,vide quid deinde ſit diſpoſitum per Cap.Regni 155.ſiue quis: & ibi Ioan. Ant. de Nigr.& ratio quare prædictum ſtatutum non habeat locum in bannito propter leue delictum eſt,ne ſic imponatur maior pœna, quàm delicti qualitas requirat,quia eſſet nimis durum iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap.58.num.12.& 23.Sed contumacia,de qua nos loquimur eſt leue delictum. Igitur ſtatutũ, loquens de bannitis propter delictum,non habet locum in bannito propter ſolam contumaciam de per ſe: & ſic illud argumentum in primo caſu redditur falſum, & in ſecundo non habet vim, quia non ex eo, quòd contumacia non eſt delictum,ſed ex eo, quòd eſt delictum leue, ſtatutum non habet locum.

3 † His cognitis reliquum eſt, vt videamus quibus incommodis afficiatur actor propter illam cõtumaciam,quam diximus ſupra ſub nume.1. ibi: Aut ex contumacia non prouenit &c.non eſſe delictum:de ea enim,quæ eſt delictum, egi infra cap.99.

Reſolutiuè procedendo: Aut loquimur de contumacia actoris citantis:Aut de contumacia actoris citati:ſi de prima, relego te ad ea, quæ ſcripſi ſupra cap.91.num.9. Si de ſecunda, diſtinguo duos caſus principales: Aut actor priuſquam citetur iam obtulerat libellum,ſeu preces Principi porrectas vnà cũ reſcripto reproduxerat: Aut nec libellum, nec preces produxerat, ſed ſolum citauerat Reum fueratque contumax in ſua propria citatione:ſi primo caſu,Rot.deciſ.7.aliàs 886. quæ eſt vltima de verbo. ſignif.in antiq.& Veſtr.in pract.lib.4. cap.4. ſub nu. 2.tradunt, reum poſſe petere in contumaciam actoris abſolutionem ab impetitis: Verum quia iſte caſus,in quo libellum præſupponimus oblatum,videtur nimis laconicè,imò imperfectè reſolutus, tu amplectendo totam materiam ſubdiſtingue: Aut requiritur litis conteſtatio:Aut non. Si requiritur, ſubdiſtingue: Aut eſt conteſtata,Aut non:ſi cõteſtata (& vagamur extra huius primi libri cancellos) rurſus diſtinguo tres caſus: Aut actor ſe abſentauit ſtatim lite cõteſtata:Aut ſtatim poſt aſſignatas ſibi dilationes ad probãdum:Aut poſt liquidatum negocium: ſi primo caſu,tunc,vel conſideramus.l. properandũ in §.& ſiquidem.C.de iudic.vel Auth.qui ſemel.C. quomodo,& quand.iud.vel ſtatuta,& ſtylos: ſi l.ꝑperandum:Reus actore citato tribus edictis cũ termino,quem docui ſupra dicto cap.91.num. 32. eoque cõtumace poterat petere abſolutionem ab inſtantia,ſeu inquam obſeruatione iudicij, vt notant Papien.in pract.in form.libell.actio. real. in glo.per veſtram,nume.2.fol.mihi 84.& Iaſ.in dicto §. & ſiquidem ſub num.13. ibi. Nam pone quod actor ſe abſentauit &c. & ſic intelligas etiam Ioã. de Amic. conſ.139.nu.9.& ita expreſſius, ac apertè loquitur conſ.95.num. 2.& quidem abſolutionem hanc petebat prope finem triennij,& ſic inſtantiæ, vt notãt in dicto §.& ſiquidem Paul.de Caſtr.ſub num.6.& 7.& in dicta Auth.qui ſemel,ſub num.1.ibi ſuperuenit:&c.Felyn.in cap.conſuluit,ſub num.7.de offi. & poteſta.iud. deleg.& Ioan. de Amic.dicto conſ.95. num.2.dicens poſſe peti, quando ſumus propè triẽnium per ſemeſtre: & quòd ſententia aliter lata videlicet diffinitiua eſt ipſo iure nulla.

Si conſideremus Auth. qui ſemel: Reus, citato actore peremptoriè,vt declaraui infra,hoc eod.nume. ibi, reſpondeo Doctores iuiſſe &c. eoque contumace,poteſt liquidare negocium, eoque liquidato,petere abſolutionem ab impetitis, vt tradit Maran.in ſuo Spec.par.5.quæſt.3.principali ſub nu.52. & dixi infra.

Si ſtatuta, & ſtylos: ea non cenſeo hic referenda: quia poſſunt diuerſimodè diſponere, & nos de eis commodiori loco agemus libris ſequentibus, & interim videto quæ ſcripſi de ſtatutis vrbis infra c.

96.nu.20.vbi videbis,quòd lis conteſtari, probatio recipi,& alia fieri poſſunt in cõtumaciam vſque ad ſententiam diffinitiuã incluſiuè.& licet locutus ſim, quando eſt contumax Reus,procedent tamẽ etiam quando eſt contumax Actor : ſcias etiam quòd inſtantia cauſarum ciuilium, quæ de iure cõmuni durabat per triennium, vt dixi ſecundum ſtatuta Vrbis lib.1.cap.81.durat per biennium: Et hæc de primo membro.

Si ſumus in ſecundo, quando abſentauit ſe poſt ſibi aſſignatas dilationes ad probandum, tunc tam ſecundum dictam Auth.qui ſemel, quam ſecũdum alias leges Codicis,lapſis dilationibus,actore perẽptoriè citato cum eodem termino, quem docui dicto cap.91.nu.32.eoque cõtumace, Reus poteſt petere abſolutionem ab impetitis, vt ſentiunt glo.in dicto §.& ſiquidem,in verbo termino: ibi. *vtraq; parte præſente*,& apertius,& latè Iaſ.ibidem nume.15. & 16.Maran.dicto nume.52.in fine,& ita intelligas Io.de Amic.conſ.139.ſub num.9.dum ait, ꝙ, ſi ſint producti teſtes,reus debet tam in ciuili,quam in criminali abſolui diffinitiuè,& ita expreſsè loquitur dicto conſ.95.nu.1.&6. Et idem tenet Paul. de Caſt. in eod.§.& ſi quidem ſub nu.8.ibi in gl.ſuper verbo termino, quãuis eam impugnet eo quòd exiſtimat, illam ſentire,vt tempore ſentẽtiæ ſit neceſſaria præſentia vtriuſque:& ratio huius cõcluſionis eſt, quia lis iam eſt conteſtata, & intrat illa vulgata regula. Actore non probante Reus abſoluitur.l. qui accuſare,& ibi Dec.nu.17.C.de eden.l.fin. C. de rei vendic.l.actor qui aſſeuerat.C.de probat. & ca.eccleſia Sutrina,in fine, de cauſ.poſſ.& propr. Rot.deciſ.6. aliàs 461.de verb.ſign.in antiq. Ioã.de Amic. conſ. 65.&86.vtrobique nu.1.Rol.à Vall.conſ.67.nu.1. cum ſeq. lib.2. Et ꝙ hæc ſit regula trita teſtatur Pariſ.conſ.104.num.1.lib.1.& conſ.58.nu.70.& conſ.
✻ 59.nu.1.lib.4.& quòd hæc ſit communis ✻ opinio teſtantur Iaſ.in l.non eſt nouum,nu.5. & Villal. in ſua collecta communium opinionum in litera A. num. 47.quos refert,& ſequitur Clar.lib.5.recept.ſent.q. 62.in fine principij, & plures etiam cõgerit Moder. in qq.crim.lib.1.q.4.ſub num.27.licet ipſe in criminalibus,prout firmauimus etiam nos infra c.95.ſub nu.1.ibi.ſi de conſuetudine,teneat contrariũ: & amplia iſtam regulam,vt procedat etiam ſi reus aſſumpſiſſet in ſe onus probandi,quia adhuc, actore non probante,eſſet abſoluendus,Abb.in c.2.nu.8.de reſcrip.& in ca.cum ſuper. nu.9.de cauſ.poſſ.& propr. Dec.conſ.3.nu.10.Marſ.conſ.2.nu.20. Ferret. cõſ. 101.num.17.& alij,quos refert, & ſequitur Thom. Triuiſ.deciſ.4.ſub nu.30. & amplia ſecundum eundem Triuiſ. ibidem procedere etiam ſi conſtaret reum nullum ius habere.

Limita modo vnà cũ Marã.& alijs ꝑ eũ allegatis d.q.3.nu.53.vt iſta cõcluſio nõ ꝓcedat,qñ actor ꝓbaſſet ſemiplenè,& poſtea ſe abſentaſſet, quia tunc Reꝰ abſolueretꝛ ſolũmodo ab obſeruatione iudicij.

Si in tertio, qñ ſe abſentauit poſt liquidatũ negotium:dico ſimiliter,ꝙ dicta Auth.qui ſemel,nihil noui inducit,quia Iudex poteſt, præmiſſa citatione peremptoria cũ termino,de quo in dicto ca.91.nu.32. ferre ſententiã diffinitiuã,tàm pro, ꝗ contra, prout exigit iuſtitia. Et hæc, quando lis eſt conteſtata.

Si verò lis nõ eſt conteſtata,tunc diſtinguo: Aut cõſideramus leges digeſtorũ,& Codicis: Aut dictã Auth.qui ſemel.Si ll.ff.& C.dico,ꝙ Reus,citato Actore peremptoriè cũ illo termino, de quo in dicto nu.32.eoq; cõtumace,poterat inſtare ſolum in fine inſtantiæ pro abſolutione ab obſeruatione Iudicij: ſi dictã Auth.qui ſemel: denuo diſtinguo: Aut vult in ſe aſſumere onus probãdi,Aut nõ: ſi primo caſu, tunc, citato actore tribus edictis cũ interuallo triginta dierum pro quolibet edicto,vel probat, vel non: ſi probat,tunc,elapſo anno,& citato denuo actore, & contumace,erit diffinitiuè abſoluendus ab impetitis,dicta auth.qui ſemel.C.quomo.& qñ iud.& ibi notat Bar.nu.13.ibi, *ideo Reus quãdoque petit plus, ꝙ pronuncietur diffinitiuè, tunc habemus practicare iſtã Auth. iſto caſu debent præcedere tres dilationes,& poſtea debet dari annus,& elapſo anno,debet plus citari actor,ſed iudex debet ueritatẽ perquirere* & Pau.de Caſt.ibidẽ nu.3.& ſub n.1. verſus fin.ibi. *Sed ſi lis non erat conteſtata, non habebat locum, quod ibi dicitur,videlicet, vt poſſet procedi ad diffinitiuã,ideo ſuperuenit iſta Auth. quod eſt teſtiũ ius, & addit alia duo, ꝙ, etiam ſi lis non erat conteſtata poſtquàm Reus fuit citatus,& comparuit,ſi ſua intereſt,ꝙ cauſa finiatur,procedatur contra actorem, vt hic,& ponatur in contumacia, quo facto, ſi non erat liquidum de cauſa, poterat liquidare, & etiã iudex ex officio poterat inquirere, & reperire veritatẽ: & hoc eſt vnũ:Itẽ illud,quod reperta veritate,poteſt petere,ferri diffinitiuam ſententiam.* & Iaſ.in dicta l. ꝓperandũ.§.& ſiquidẽ,nu.13.verſus finẽ, & nu.21.

Et apertius tradit Abb.in ca.cauſam ꝗ, nu.17.in fin.de dol.& cõtu.quẽ refert, & ſequitꝛ Gail.in practic.obſeru.lib.1.obſeru.59.nu.5.dicens, Reũ poſſe onus probandi in ſe aſſumere, & ſubinde perueniri ad ſententiã diffinitiuã:& ꝙ contra Actorem contumacẽ poſſit deueniri ad ſententiã diffinitiuã, lite nõ conteſtata,quãuis non poſſet contra Reum: notant Bar.Pau.de Caſt.ĩ dicta auth.qui ſemel.& idẽ Pau. de Caſt.in l.conſentaneũ,nu.1.C. quom. & qñ Iud. Abb.& Gail.in locis allegatis,& in hoc conſiſtit ſpecialitas iſtius authenticę:& ſi põt,lite non cõteſtata, à fortiori poterit in caſu, quem retuli ſupra poſt litis cõteſtationẽ ibi,ſi cõſideremus Auth. Si ſecũdo,qñ ſcilicet non probat:& tunc,quia iudici non liquebit, non poterit ferri ſentẽtia diffinitiua: vult enim dicta Auth.ꝙ perquiſita veritate, Iudex ꝓferat ſentẽtiã. Et quod dicta Auth. loquatꝛ ẽt in caſu litis non cõteſtatæ,vide ibi Pau.de Caſtr.dicto nu.1.& 3.& alios Doctores: Vnde cũ nõ liqueat,feretꝛ ſolũ abſolutoria ab inſtantia iudicij,vt notat glo.in dicta Auth.in verbo,locum habet. Abb.dicto c.cauſam quæ num. 15.& ita procedat Rot.deciſ.3. aliàs 69. de dolo,& contu.in nou. Sed hic inſurgit vna difficultas: nunquid illa tria edicta,quibus eſt vocãdus actor in iſto caſu, debeant continere ſingula ſpaciũ triginta dierum iuxta diſpoſitionem dictæ auth. qui ſemel, vel decem dierum iuxta diſpoſitionem iurium,quę adduxi ſupra c.91.nu.32.? Reſpõdeo, Doctores iuiſſe in contrarias ſententias, tamen Paul. de Caſtr.in dicta auth.qui ſemel ſub nu.4.ibi, Tertium eſt. & Iaſ.

in dicta

in dicta l.properandum.§.& si quidem,nu. 13. versus finem videntur apertè sentire,quòd debeant cõtinere spacium triginta dierum iuxta dictam auth. & quòd nõ propterea corrigat illa iura,sed cum nouiter addat istum casum, vt possit deueniri ad sententiam diffinitiuam,lite non contestata,ideo, quòd in eo quoque nouiter prouideat, vt in singulis edictis requiratur tempus triginta dierum,& sic longius tempus ea ratione,quòd cum actor grauetur in hoc, vt contra regulas iuris possit diffinitiuè cõdemnari ante litis contestationem releuetur aliqualiter in hoc, vt tempus triplicetur: verum hęc eorum ratio videtur restringere illam Auth. vt habeat locum solum, quando procedendum esset ad diffinitiuam sententiam.sed ego censeo,procedere etiam in casu, quo procederetur ad absolutionem ab instantia iudicij, quia actor tunc grauatur in eo,quòd hæc absolutio ab obseruatione iudicij, quæ peti non poterat, nisi propè finem triennij, vt dixi supra hoc eodem num. ibi. *Nam pone,quòd actor*, hodie potest peti, lapsis ibi lis terminis citatorijs,& anno : vnde etiam isto casu debet citari cũ longiori termino:& hæc in casu,quo requiritur litis contestatio: Si verò non requiritur, tunc secundum Vestr.in pract.lib.4.cap.4.sub num. 2.daretur indistinctè absolutio ab impetitis, etiam actore non citato, æstimãs, satis esse quòd actor fuerit contumax in sua propria citatione, & ita intelligas, quod tradit Maran.in suo Spec.par.6.membr. 2.num.37.

Si verò non est oblatus libellus:tũc,citato denuò actore tribus vicibus perẽptoriè cum termino, quẽ docui dicto nume.32.& quarta pro superabundanti si placet ad tradita per Rot.dicta decis. 3. de dolo & contum.eoque contumace, absoluetur Reus ab instantia iudicij, vt tradũt Rota dictis decisionibus 3.de dol.& contuma.& 7.sub num.3.de verb.signific in antiq.& Vestr.dicto cap.4.sub nu.2. aduertendo,quòd hodie tempus comparendi in citationibus præfigitur arbitrariè,vt aliàs dixi,nisi repugnent statuta,& styli: & hæc sufficiant.

4 † Quæro nunc circa prædicta de nonnullis difficultatibus:Et primo,nunquid sententia absolutoria ab obseruatione iudicij sit interlocutoria, vel diffinitiua? Respondeo,Aut imponit finem causæ, vtputa,si absoluat, quia,pendẽte iudicio,interuenerit solutio : & tunc habet vim diffinitiuæ , seu inquam est diffinitiua:Aut non imponit finem controuersiæ,vt in casibus à me supra relatis, & dicitur interlocutoria,sicut ex Bar.referũt,& sequunt̃ Papien.in pract. in form.libell.act.real.in gl.per vestram nu.3. Ias.in dicto §.& si quidem,nu.17. & Maran. in Spec.par. 5.in 3.q.principali nu.54.cum seq.& Gail. in pract. obseru.lib.1.obseru.132.nu.5.& lib.2. obseru. 103. nu.6.& 7. & quia regulariter absolutio ab obseruatione iudicij est interlocutoria, vt patet ex his, quæ diximus supra, ideo reprehẽdi nõ potest Rot. dicta decis.3.sub num.1.de dol. & contum.in nou.dicens indistinctè, ꝙ talis sententia dicitur interlocutoria, & ꝙ propterea petitur ante litis contestationẽ.Hinc quoque infero,quòd malè loquitur Paris. cons.67. nu.1.lib.1.& bene Gail.in locis allegatis: ille dũ ait, quòd huiusmodi sententia regulariter est diffinitiua,& hic dum ait,quòd est interlocutoria.

5 †Secundo quæro: nunquid actor citatus, & non comparens in casibus prædictis possit reputari contumax ad hunc effectum, vt Reus possit absolui ab obseruatione iudicij, si ipse actor non fuerit citatus peremptoriè? Respõdeo Fastolus caus.18.dub.38. sub num.1.sub verbo fortè,tenet, quòd requiratur peremptoriũ trinæ citationis. Sed tu sub verbo certè dicas requiri per ea,quæ dixi superius : immo nõ solum debet citari ter, sed etiam quater secundum Rot.dicta decis.3.de dol.& contu.in nou.Vnde aduerte,ꝙ Maran.qui in suo Spe.par.5.q.3.nu.49.ait, ꝙ,si reus citatus compareat in vltimo peremptorio, & accuset contumaciam actoris,potest petere absolutionem ab obseruatione iudicij, loquitur imperfectè secundum ius commune.

Quomodo procedatur contra accusatorem & Fiscum citatos,& non comparentes in causis criminalibus. Cap. XCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Accusator,& Fiscus citati à Reo, si sint contumaces, quæ eis eueniant incommoda ob illam contumaciã, & captus sine legitima informatione præcedente, quomodo sit relaxandus sine fideiußione, & sine expensis,& quomodo iudex teneatur in syndicatu:& malè captus,an dicatur bene retentus, si superuenerint legitima indicia:& quomodo expediatur compendiosè totus processus.*

2 *Accusator,& Fiscus an sint citandi, Reo petente, se absolui.*

3 *Absolutio ab obseruatione,& instantia iudicij criminalis,an & in quibus differat ab obseruatione iudicij ciuilis,& quanto tẽpore duret instãtia causæ ciuilis cõtra laicũ,& quanto cõtra clericũ,& quando actor audiatur,refectis expẽsis, & q̃ acta pereãt,perẽpta instãtia,& qd seruetur ĩ hoc de cõsuetudine.*

4 *Absolutio ab obseruatione iudicij, an poßit habere locum ante peremptam instantiam.*

SI quod accusatori, seu Fisco citantibus, & non cõparentibus obueniret detrimẽtum, & incõmodũ, illud enarraui supra. cap. 92.nu.1.in fine: remanet vt enarremus illud,qđ ijsdẽ,citatis à Reo, & nõ cõparẽtibus,posset euenire. Et,quia volo hinc recedere ab illa seriosa, lõgaque distinctione,qua vsus sum ꝑcedẽti ca. in causis ciuilibus,procedã,vt breuiter me expediã,ꝑ q̃sita.

1 †Vnde q̃ro primo loco quid in accusatoris, & Fisci incõmodũ, & detrimentũ faciendũ sit,qñ ijdem citantur,& euadunt cõtumaces? Rñdeo, Aut sumus in casu,in quo non põt procedi,nisi ad partis instantiã: Aut in casu, in quo ꝓcedi potest q̃ ex officio: si in primo,forsan,loquẽdo de iure, seruãda essent eadẽ,quæ dixi supra dicto ca.ꝑced. in causis ciuilibus:

dico forſan,quia,cum caſus iſte non eueniat in praxtica,non intelligo illum aliter examinare.

Si in ſecundo: dico,nullam conſiderationem faciendam eſſe,an Inſtigator, & Fiſcus compareant, nec ne: quia ſint quantumuis contumaces tamē,vis conſiſteret in indicijs, & informationibus,quæ ſemper ſunt præſentia: Vnde ſic diſtinguo: Aut Reus vexatur,ſeu eſt carceratus ſine pręcedenti legitima informatione,de qua dixi ſupra cap.42.Aut ea pręcedente: ſi ſine præcedēti informatione:dico,quòd eſt liberè relaxandus, & dimittendus ſine aliqua impenſa,vt dixi dicto cap.42.num.4.dico *Liberè*,quia non poſſet Iudex illum cogere ad fideiubēdum,ſeu iuratoriè cauēdum. Quare hæc relaxatio fiet in forma ſimplicis decreti relaxatorij: &,quia hoc, quod dixi,procedit etiam ſi compareret Fiſcus, ſeu quilibet alius,& inſtaret,eum non relaxari,clarè tibi cōſtat,quòd non facimus vim in contumacia eorum. Et caue,Domine Iudex,ne procedas ad capturam, ſeu aliam moleſtiam, non præcedente legitima informatione, quoniā teneberis in ſyndicatu, vt obiter dixi dicto cap.42.nu.3.in fine, & non excuſareris,ſi ſuperueniret indicia poſt capturam, teſte Par. de Put.tract.de ſyndic.in verbo, captura cap.1.nu. 10. quemadmodum Iudex torquēs ſine indicijs minus excuſaretur tempore ſyndicatus vigore indiciorum,quę poſt illatam torturam ſuperueniſſent,teſte eod.Par.de Put.eod.tract.in verbo tortus cap. 1.numero 9.Immo,quamuis Reus tortus ſine indicijs fateatur delictum, tamen Iudex adhuc eſſet puniendꝰ,vt tradit Ant.Scap.tract.iur. nō ſcrip.lib.5.c.69.

Neque obſtat illa vulgata doctrina, quam Doctores contra Reum malè carceratum proferunt, quando ſuperueniunt indicia,videlicet:male captus bene retentus iuxta ea,quæ ſcribunt Paul.de Caſtr. conſ.16.viſo dicto puncto ſub num. 5. verſiculo ex his infertur lib.1. Par. de Put. in dicto verbo captura cap.3.incipiente. An ſi poteſtas nume. 2. in fine, Marſ.tract.de Bann.in verbo capti nu.2. & 5. Lud. Gozad.conſ.21.num.31.Dec.conſ.449. nume.18. & 19.Crauet.conſ.46.num.7.& conſ.65.num.4. & Aſin.in pract.§.31.cap.6.nume.2. quia in primis reſpondeo,illam regulam, vt ex eiſdem colligitur, & apertè in terminis tradit Rot.diuerſ. deciſ. 151.nu. 5.par.2.procedere,quando notoriè,& plenè conſtaret,quòd denuo eſſet carcerandus. Et deinde dico, quòd quamuis appareat,eſſe denuò carcerandum, & propterea debere remanere carceratum, tamen non ſequitur ex hoc,quòd iudex non fecerit contra legem, & quòd non ſit puniendus, procedendo ad capturam ſine legitima informatione. Etenim quid filio Manlij Torquati,& alijs tranſgreſſoribus euenerit retuli infra cap.97.nume.182. Nec dicas,inde ortum fuiſſe prouerbium *Manliana Imperia*: aut talem punitionem locum habere ſolum in diſciplina militari argumento textus in l.3.§. in bello. ff. de re milit.ſecus in diſciplina iuſtitiæ tempore pacis,quoniam reſpondetur, non magis puniēdum eſſe eum, qui Duci belli,non bene forſan præcipiēti, non obtemperat,quàm eum,qui iuſta legis pręcepta temerè tranſgreſſus eſt.Sed nimis diuertor.

Si verò vexatur,ſeu carceratus eſt, præcedēti legitima informatione: tunc ſimiliter diſtinguo: Aut eſt indiciatus vſque ad ſpecialem inquiſitionem incluſiuè, hoc eſt, vt poſſit veluti Reus interrogari: Aut eſt indiciatus vſq; ad torturam: Aut vſq; ad cōdemnationē:ſi vſq; ad ſpecialē inquiſitionē:dico,ꝙ eſt examinandus vna,bina,vel trina vice arbitrio iudicis,& modo,& forma,quam docui ſupr. c.86.nu. 67.eoq; examinato:Aut faſſus eſt delictū: Aut nō: ſi faſſus eſt,quid ſuperſit agendū dicā libris ſequentibus:ſi negauit,tūc,vel adſunt indicia ad torturam, vel non:ſi adſunt,quid agendum ſit dicam libro ſequenti:ſi non adſunt:Iudex vel ſperat noua indicia, vel non: Si ſperat, poterit illum adhuc per aliquot dies detinere carceratum,infra quos,vel ſuperuenerunt,vel non: ſi ſuperuenerunt,redeo ad diſtinctionem ſuperius allatam: Aut ſufficiunt ad torturam: Aut non:ſi non ſufficiunt,eſt relaxandus cū fideiuſſione,vel ſine iuxta ea, quæ congerit Moder. in qq. crim.lib.1.q.4.nu.25.& 26.& q̄ dixi infra c.ſequenti,ſub nu.1.ibi: ſi verò non ſufficiunt ad torturā &c. & fauente Deo,dicā libro ſequenti, & hæc relaxatio facienda eſt,ſiue inſtigator,& Fiſcus cōpareant, & contradicant,ſiue nō: & huiuſmodi relaxatio habet vim abſolutionis ab obſeruatione iudicij,vt per eundem Moder.dicta q.4.num.25.26. & 27. verſiculo,quid dicendum.

2 † Quæro ſecundo,an,Reo petente abſolutionē, debeant citari Accuſator,& Fiſcus? Reſpondeo,ꝙ ſic,maximè ſi accuſator proteſtatus fuiſſet,ipſum citari ad ſingulos actus faciendos, ſicuti vt plurimum proteſtari ſolent omnes hi,qui intendunt facere partes in iudicio,& Iudex qui,his nō citatis,abſolueret, poſſet moleſtari in ſyndicatu:nā aut abſoluit Reum carceratū,tantū:aut Reum tortum,qui tormentum ſuperauit, aut Reū confeſſum,ſeu conuictū: primo caſu erant citādi,quia forſan Reus erat torquēdus, vel accuſator, ſeu Fiſcus habebat alia indicia, quæ erant ſufficientia ad torturam, vel ad condemnandum ſaltē pęna extraordinaria:Secundo caſu,quia vel erat acrius torquendus,vel accuſator,ſeu fiſcus habebat alia indicia,vt tortura repeterēt: Tertio caſu,quia erat condemnandus,& non abſoluēdus: ſicuti hos ſecundum,& tertiū latius,Deo dante,ꝓſequar in libris ſequētibus, & propterea ſunt ſemper citandi iuxta practicā, q̄ docet Marſ. in l.repeti.nu. 35.ff.de q̄ſt.fallit hæc concluſio, q̄n iudex habuiſſet licentiā ab ipſo accuſatore procedendi ſingulis diebus, & horis, eo ēt non citato iuxta ea, q̄ de licentia habita à Reo dicebam ſupra ca.88.nu.22.quoniam tunc ſatis eſſet,quòd citaretur Fiſcus, ſi adeſt.

3 †Quæro tertio,An abſolutio ab obſeruatione,& inſtantia iudicij criminalis differat, & in quibus ab obſeruatione iudicij ciuilis? R̄ndeo, aut loquimur de ea,q̄ fit ꝑ ꝑ peremptā inſtātiā, q̄ in criminalibus de iure cōi eſt biennij.l.properandū, & ibi Bar.Bal. Paul.de Caſtr.Iaſ.& alij. C.de iudic. Maran.in ſuo Spe.par.5.nu.2.Io.de Amic.cōſ.139.n.11.& Veſtr. in pract.lib.3.c.5.nu.1. ꝑterquā in cauſis, q̄ aguntur contra clericum, quia inſtantia eſt duorū menſium de iure ciuili, vt notat Veſtr.vbi ſupra:Biennij ēt eſt in Regno, ex quo in hoc ſeruatur ibi ius commune ex diſpoſitione ritus incipientis. Item ſeruat ipſa Curia,

Curia, vt inſtantiam &c. & teſtantur Maran. dicta par.5.nu.5.& 6.& Io.Ant.de Nig.ſuper Capit. Regni cap.183.nume.7.

Aut loquimur de ea, quæ fit ſecundum conſuetudinem etiam ante peremptam inſtantiam iuxta ea, quæ dixi ſupra ſub num.1.verſus finem, ibi, ſi verò vexatur. Si de prima: videtur dicendum, quòd non differat, & quòd pariat eoſdem effectus, quos pareret abſolutio in ciuilibus iuxta ea, quæ obiter notaui infra cap.ſeq. ſub numer.3. ibi. Nota tamen.

Et licet contrarium teneat Maran.dicta par. 5.q. 2.principali nume.47.& 48.dicens, actorem in cauſis ciuilibus poſt peremptam inſtantiam audiri cum refectione expenſarum, accuſatorem verò minimè, & quæſt.3.principali nume. 57. dicens in cauſis ciuilibus per lapſum inſtantiæ perire ſolum acta ordinatoria: in criminalibus autem perire etiam probatoria: tu tamen non recedas à prædicta noſtra opinione. Præterea, quicquid ſit de iure ciuili, ſecũdum quod ipſe loquitur: hic in vrbe, & in toto ſtatu eccleſiaſtico de conſuetudine ceſſant prædicti effectus, & nec acta probatoria, nec ordinatoria pereũt: finge, namque, aliquem eſſe accuſatum de homicidio, carceratum, & denique, delicto non probato, eſſe relaxatum, & deinde, lapſo biennio, ſeu triennio, conſtare quòd homicidium commiſerit: certè iſte denuo carceraretur, & puniretur ſine vllo ſcrupulo: Et hæc concluſio confirmatur ex eo, quòd in ſtatu eccleſiaſtico ſeruatur ius Canonicum, & de iure Canonico inſtantia ſemper durat, & nunquam perit, ſicut refert, & ſequitur idem Maran. dicta par.5.nume. 14. in prima limitatione. Si de ſecunda: dico ſimiliter, quòd differunt: quia hæc abſolutio: videlicet, rebus ſtantibus, prout ſtant, ſeu ex hactenus deductis: ſeu, vt dicunt in Regno, ad noua indicia, non parit vllum alium effectum, niſi quòd Reus non poſſit moleſtari ſuper eiſdem, ſed ſolum ſuper nouis indicijs, vt ſcribit Modern. in qq. crim. lib.primo.quæſt.4.nume.25.cum ſeq. & dixi obiter infra cap.ſeq.ſub num.3.ibi, nota tamen, & quotidie practicamus, & fauente Deo, latè proſequar in ſecundo libro. In ciuilibus verò, ſiue reus abſoluatur ab obſeruatione iudicij propter peremptam inſtantiam, ſiue propter ineptum libellum, ſiue aliter, actor, volens denuo agere, cogitur ſemper in primis reficere expenſas, vt tradunt Maran. dicta par. 5.quæſt.3.principali nume.49.& Grauat. in annot. ad pract. Veſtrij lib.4.cap.4.numer.16.& 20.& poſtea cogitur reficere etiam omnia alia acta ordinatoria, vt latè docet Maran.dicto num.49.cum ſeqq. & nos dicemus libris ſequentibus.

4 † Quæro quarto: nunquid abſolutio ab obſeruatione iudicij poſſit ferri ante peremptam inſtantiã, & ſic ante lapſum biennij? Reſpondeo, quòd ſic, quia illa, quæ fertur de iure ciuili vigore peremptæ inſtantiæ, non habet locum in criminalibus, ex quo in his, vt dixi, inſtantia non perit in ſtatu eccleſiaſtico, & illa quæ fertur ſub illa forma: *Ex deductis:* vel alia ſimili, quia non fertur vigore inſtantiæ peremptæ, ſed potius, quia deficiunt indicia iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra ſub nume.1. in fine. Si non ſufficiunt eſt relaxandus; Et hoc nullam patitur difficultatem: quia non eſt propriè abſolutio ab obſeruatione Iudicij, vt bene etiam ſentit Moder. dicta q. 4.num.26.verſiculo. Tertia fuit.

Quomodo procedatur accuſatore, & Fiſco citatis, & non comparentibus in cauſis fidei. Cap. XCV.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitus de hæreſi, ſeu alio delicto, ſi appareat innocens, vel ſint purgata indicia per torturam, vel non ſint purgata, quando poſſit abſolui diffinitiuè, & quando ab obſeruatione Iudicij: & quando dicatur conſtare de innocentia inquiſiti, & quomodo proceſſus ſummarius iudicij criminalis differat à proceſſu ſummario iudicij ciuilis, & quæ ſint differentiæ inter proceſſum cauſæ hæreticalis, & proceſſum alterius delicti, & quomodo diffamatio non faciat indicium ad torturam, & quomodo purgatio canonica, & abiuratio receſſerint ab vſu in delictis non hæreticalibus, & quomodo tortus non ſufficienter poſſit cogi ad ſe purgandum &c. & quomodo, hæreſi ſemiplenè probata, Inquiſitor habeat triplicem viam expediendi reum inquiſitum.*

2 *Abſolutio diffinitiua in alijs delictis, quàm hæreticalibus differt ab abſolutione diffinitiua, quæ fertur ſuper iſto crimine hæreſis, quia hæc non tranſit in rem iudicatam, & poteſt quandocunque retractari ex nouis &c. non poteſt tamen diffinitiuè abſolutus moleſtari ab eodem Tribunali, ſi ſit ritè abſolutus, ſed ſolum à Superiori.*

3 *Abſolutus diffinitiuè, cum deberet abſolui ex deductis, an poſſit denuò moleſtari, & quid in crimine hæreſis, & quid in alijs criminibus.*

4 *Abſolutus per hæc verba: Abſoluimus Titium, an habeatur pro diffinitiuè abſoluto, vel ex deductis tantum.*

1 QVAERO, an † delatus de crimine hæreſis, non probato crimine, debeat abſolui diffinitiuè, vel ab obſeruatione iudicij? Reſpondeo, prima facie videtur dicẽdum, quòd ſit abſoluendus diffinitiuè, quia, actore non probante, Reus abſoluitur, vt dixi ſupra cap.93.ſub num.3.ibi ſi ſumus in ſecundo, quando &c. ſed tu pro abſoluta reſolutione diſtingue: Aut Iudici conſtat de innocentia: Aut non conſtat. ſi conſtat, debet abſolui diffinitiuè, vt tradunt Paul. Ghirl.tract.de relaxat.carcer.Rubr. de abſolutione innocentis.quæſito.2.ſub num.1. Boſſ. tracta. crim. titul. de ſent. numero 65. in fine, & Pegn. in comment. ad Director. Eymer. par.3. commen. 37. §. quod verò. & quod ita ſeruetur Mediolani teſtatur Clar.lib.5. recept. ſent. q. 62. verſiculo: forma autem, in principio, & iſto caſu bona eſt illa forma

absolutionis, quam tradit Zanch. tract. de hæret. ca. 41. in fine in illis verbis.

Idcirco te, tanquam penitus innocentem per nostram diffinitiuam sententiam in his scriptis absoluimus.

Difficultas tamen remanet, quando dicatur constare de innocentia: & dicas secundum Ghirl. vbi supra constare, quãdo clarè apparet, quòd alius verè commisit illud delictum, item secundum Franc. Pegn. dicto commen. 37. §. quod verò. quando testes examinati contra Reum retractant eorum depositionem asseruntque, se falsum deposuisse, quia erant vel inimici capitales, vel fuerant subornati, & pretio ducti, quo casu reus est absoluendus vti immunis, & testes sunt condemnandi, veluti falsarij, vt tradit Eymer. in suo Direct. Inquis. par. 3. Rubr. de duodecimo modo termin. process︎. nume. 208. in fine, quem sequitur Peg. vbi supra: sed sit iudex isto casu diligens, & circumspectus, ne testes, seu denunciatores prece, aut pretio corrupti retractent, sed quid dicendum: si vnus testis retractet depositionẽ, dicatque, se instigatum, & corruptum ab altero teste dixisse, seu detulisse falsum, & iste alter testis perseueret in depositione, prout ipse casum hunc vidi in facto in Officio Sanctæ Inquisitionis Melitensis in causa cuiusdam N. delati à duobus alijs N. quòd asseruisset, rem habere cum muliere etiam præpostera venere non esse peccatum? Respondeo, quòd finito processu contra testes: si ille alter perseuerauit in prima depositione: non debet ille delatus diffinitiuè absolui, vti innocens: quia non apparet, ꝙ ille testis deposuerit falsum.

Si non constat de innocentia, & tunc rursus distinguo: Aut indicia sunt sufficienter purgata: Aut non. Si purgata, & maximè per torturam: rursus distinguo: Aut loquimur de iure: Aut de consuetudine. Si de iure, insurgunt duæ opiniones: altera, quòd sit absoluendus ab obseruatione iudicij: & pro ista allegantur Salyc. in l. ea quidem. C. de accusat. & in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiestat. & in l. si qui adulteri. C. ad leg. Iul. de adult. Alex. in l. vnius. §. reus in verbo, nec cõfitetur. ff. de quæst. Ghirl. dicto quæsito 2. nu. 1. in fine, & Boss. dicto tit. de sent. nume. 68.

Altera verò, quòd sit diffinitiuè absoluendus, & pro ista adducuntur Gomez. tom. 3. var. resolut. ca. 13. numer. 28. & Clar. sed sub verbo fortè lib. 5. recept. sent. quæst 62. versiculo forma autem, versus finem Hieron. Magon decis. 89. numer. 11. & seqq. par. 1. & Moder. in qq. crim. lib. 1. quæst. 4. num. 26. versiculo contrarium: dicens, hanc opinionem videri substentabiliorem, & veriorem secundum Iodo. & Clar. quos allegat: Hanc eandem opinionem clarè colligo ex his, quę firmat Ioan. de Amic. cons. 139. sub num. 9. & 10. dicens, quòd productis testibus, reus tam in ciuili, quam in criminali est diffinitiuè absoluendus à tota causa, & actor debet condemnari in expensis, & loquitur, siue sit actum per accusationem, siue per inquisitionem: & videtur confirmari etiam ex eo, quòd reus in tortura præsumitur dixisse puram, & meram veritatem secũdum Alber. in Rubr. de quæst. num. 9. C. quem referunt & sequuntur Clar. lib. 5. recept. sent. quæst. 64. versiculo, illata Moder. vbi supra, & Flam. Cart. in practic. interrog. reorum, lib. 4. cap. 1. num. 133. Et certè in puncto iuris nõ auderem ab hac postrema opinione recedere: quoniam dilutis indicijs iuxta ea, quæ scribit Simanc. de Cath. instit. tit. 65. nume. 74. causa non debet remanere in suspenso: Et post hæc à me scripta, vidi quod eandem sententiam amplexus est Franc. Pegn. dicta par. 3. comm. 39. §. & si omnino.

Si de consuetudine: dico, quòd est absoluendus indistinctè ab obseruatione iudicij forma, & modo quos obiter indicaui supra cap. præcedenti sub numer. 3. prout de consuetudine totius Italiæ testatur Mars. in pract. crim. §. quoniam, nume. 49. & in l. repeti. num. 36. ff. de quęst. & de consuetudine Hispaniæ Didac. lib. primo. resolut. cap. 1. sub nume. 8. & de consuetudine Galliæ Ign. & Rebuff. quos refert Clar. dicto lib. 5. recept. sent. quæst. 62. versiculo, forma autem, & de consuetudine Mediolani Boss. dicto titu. de sent. num. 65. & 72. & Clar. dicto versiculo forma autem, & de cõsuetudine Regni Carauit. super Ritu Mag. Curiæ. 248. num. 18. & de consuetudine vrbis Moder. dicta quæst. 4. nume. 26. versiculo, ego autem, quẽ refert & sequitur Flam. Cart. dicto ca. 1. num. 137. secundum modernam impressionem: & hanc consuetudinem amplia, vt procedat etiam si Fisco, seu instigatori esset præfixus terminus ad probandum iuxta ea, quæ dixi infra, ibi si agitur de expediendo: dummodo simus in casu, in quo liceat procedi etiam ex officio: Bene verum est quòd ista absolutio aliter fertur in vno loco, aliter in alio: Nam secundum Mars. dictis num. 49. & 36. & in Regno secundum Carauit. vbi supra reus tortus, qui superauit tormentum, absoluitur cum fideiussione de se repręsentando ad omne mandatum Curię: Mediolani verò sine fideiussione, nisi Senatus, cui relationes fiunt, id expresè iubeat, vt refert Clar. dicta quæst. 62. versiculo, forma autem in Vrbe diuersimodè, vt refert Moder. vbi supra: & ego, Deo fauente, latius prosequar in secundo libro. Et quod etiã in Tribunali Sanctæ Inquisitionis Reus, qui sufficienter tortus superauit tormenta, fit dimittendus ab instantia iudicij, & liberè disposuit Madruliana Instructio, quam vti iuri consonam refert Pegn. in comm. ad Director. Eymer. par. 2. comm. 14. §. Atque cum seq. Et hæc, quando indicia sunt sufficienter purgata.

Si non sunt purgata: rursus distinguo, vel sumus in alio delicto, quàm hæresis, vel in delicto hæresis. Si in alio, rursus distinguo: vel nullatenus sunt purgata: vel non sunt sufficienter purgata. Si nullatenus, rursus distinguo, vel illa indicia sufficiunt ad torturam: vel non. Si sufficiunt, non est quærendum de forma absoluendi, sed de tortura irroganda iuxta ea, quæ, Deo fauente, dicam in secũdo libro: qua sufficienter irrogata, indicia dicuntur purgata, & succedunt quæ dixi supra: Sufficienter verò non irrogata, intrat illud membrum distinctionis, quando non sunt sufficienter purgata, de quo vide

quæ

quæ dixi infra ibi: ſi ſunt non ſufficienter: Si verò non ſufficiunt ad torturam, & agitur de expeditione Rei: rurſus diſtinguo; Aut tractatur de expediendo Reo nondum examinato, vtputa, quia indicia non ſolum non ſufficiunt ad torturam, ſed neque ad interrogandum vti Reum: Aut agitur de expediendo eo iam examinato. Si de eo non examinato: dico indiſtinctè de iure, & de conſuetudine eum eſſe dimittendum ex deductis: & non diffinitiuè: quia deficit in primis litis conteſtatio. Nec obſtaret, ſi diceretur, in cauſis criminalibus procedi arbitrario, & ſummario modo, vt dixi ſupra cap.51. num. 30. & propterea in eis procedi ſine litis conteſtatione iuxta ea, quæ dixi infra cap. vltimo, ſub num.9. & ideo, etiam lite non conteſtata, poſſe ferri diffinitiuam abſolutionem iuxta ea, quæ, loquendo in ciuilibus, dixi ſupra cap.91. nu.9. in fine. Nam reſpondeo proceſſum ſummarium in cauſis criminalibus eſſe diuerſum à proceſſu ſummario in ciuilibus, & ideo non valere de vno ad alium argumentum: & quòd ſint diuerſi patet ex eo, quòd in criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores: irrogatur tortura ad inueniendam veritatem, ſi probato delicto, veniret imponenda pœna corporis afflictiua, & non defertur iuramentum in ſupplementum plenæ probationis, ſecus dicimus in ciuilibus iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 4. num. 5. & in pluribus alijs locis huius libri. Limitaretur iſta concluſio quādo Reus doceret de innocentia, quia tunc, quamuis non eſſet examinatus ſicque lis non conteſtata, tamen eſſet ſaltem de iure diffinitiuè abſoluendus vigore Authenticæ, qui ſemel. C. quom. & quando iud. de qua ſcripſi ſuprà cap.93. ſub num.3. & faciunt quæ dixi ſupra in principio huius capitis.

Si agitur de expediendo eo iam examinato: rurſus diſtinguo: Aut contra Reum non fuerunt datæ dilationes ad probandum delictum: Aut fuerunt datæ. Si non fuerunt datę: certum eſt, ꝙ non abſoluitur diffinitiuè: intellige tamen hoc dictum, vt, loquendo de iure; non ſit forſan verum, quādo Reus liquidaret ſuam innocentiam per ea, quę dixi ſupra dicto cap.93. ſub nu.3. verſ. ſi cōſideremus. Si fuerunt datæ rurſus diſtinguo: Aut ſumus in caſu, vbi procedi poteſt ex officio: Aut in caſu, vbi poteſt procedi ſolum ad inſtātiam partis. Si ex officio denuò diſtinguo: Aut loquimur de iure: Aut de conſuetudine. Si de iure, dicerem, ꝙ eſſet diffinitiuè abſoluendus, quia dantur Fiſco, qui nunquam dicitur abſens: vnde ſuccedunt quæ dixi ſupra cap.93. ſub num.3. ibi, ſi ſumus in ſecundo: Si de conſuetudine dico, quòd abſolueretur ex deductis tantum, & non diffinitiuè, & hæc ſi poſſet procedi ex officio. Si ad ſolam inſtantiam partis, diſtinguo: Aut fuerunt datæ accuſatori abſenti, hoc eſt, qui ſe abſentauit antequam præfigerētur: Aut pręſenti: Si abſenti, & perſeueranti in abſentia: tunc inſurgit difficultas: Nam Dec. in l. qui accuſare, nu.17. C. de eden. Boſſ. tract. crimin. tit. de ſent. num.67. 74. & 76. & Moder. & multi ex allegatis per eum in qq. crim. lib.1. quæſt.4. num.27. verſic. Contrarium, & verſic. ſequenti, indiſtinctè tradunt: accuſatore non probante maximè illi præfixo termino ad probandum, reum eſſe diffinitiuè abſoluendum, & faciunt quæ dixi ſupra ex Ioan. de Amic. ibi: hāc eandem. &c. Ego tamen teneo contrarium, videlicet, quòd eſſet abſoluendus nō diffinitiuè, ſed ſolum ex illucuſque deductis iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 93. ſub num.3. ibi. Si primo caſu &c. niſi, vt ibidem dixi, liquidaret, hoc eſt, doceret de innocentia. Si pręſenti: teneo ꝙ ſit diffinitiuè abſoluendus iuxta ea, quę ſcripſi dicto cap.93. ſub nu.3. ibi ſi ſumus in ſecundo. Et hæc, qñ indicia nullatenus ſunt purgata.

Si ſunt non ſufficienter purgata: dico ſimiliter, agendum nō eſſe de abſolutione, ſed de additione, ſeu repetitione tormentorum, donec ſunt ſufficienter purgata, vt, Deo fauente, hæc omnia ſuo peculiari cap. proſequar libro ſecundo, vbi vna cum Claro lib.5. recept. ſent. quæſt.64. verſic. Illata, in fine reprobabo eorum malam practicam, qui illata tortura, adhuc ſub prætextu indiciorum valde vrgentium reum condemnant ad pœnam extraordinariam: Et hæc, quando non ſunt purgata, & in alio delicto, quàm hæreſis.

Si ſumus in crimine hæreſis, & non ſunt, vt dixi, purgata, diſtinguo; vel illa indicia ſufficiunt ad aliquam cōdemnationem, ſeu vlteriorem proceſſum, vel non: Si ſufficiunt, agendum non eſt de forma abſoluendi, ſed de forma procedendi, & condemnandi, vt dixi ſupra hoc eodem nu. ibi. Si non ſunt purgata, & ibi: ſi ſunt non ſufficienter. Et nota hic obiter differentiam inter modū procedēdi in alijs delictis, & modum procedendi in crimine hæreſis, quia in alijs delictis, quando indicia non ſufficiunt ad torturam, & agitur de expeditione Rei, is ſemper abſoluitur, vt dixi, ab inſtantia iudicij ex deductis: in crimine verò hæreſis aliter ſeruatur: Nam, ſi contra reum laboret diffamatio, quæ facit indiciū ad inquirendum ſpecialiter, vt dixi ſupra cap. 84. num. 10. & non ad torquendum, teſtibus Marſ. in pract. crim. §. diligenter, num.18. & Clar. lib.5. recept. ſent. quæſt.6. verſic. ſucceſſiuè, in fine, & eſt communis * opinio, de qua teſtantur Marſ. conſ.3. num.4. in fine, Iaſ. in l. admonendi, num.207. ff. de iureiuran. vbi plures allegat Crauet. conſ.41. num. 6. & plures alij, quos refert, & ſequitur Clar. dicto lib.5. recept. ſent. quæſt.21. verſic. fama ſola, & ego latius proſequar libro ſequenti: tunc reus non abſoluitur, ſed indicitur ei, vel purgatio canonica, vel abiuratio de leui, vt tradit Eymer. in Direct. Inquiſit. par.3. Rubr. de ſecundo modo finiendi proceſſum, num.144. & Rubr. de quarto modo, num. 161. & Nos, Deo fauente, proſequemur libris ſequentibus, quæ canonica purgatio, & abiuratio in alijs delictis receſſerunt penitus ab vſu, vt teſtantur poſt alios Boſſ. tract. crim. tit. de ſenten. num.75. Clar. lib.5. recept. ſenten. quæſt.63. verſic. licet autem, Simanc. de Cath. inſtit. tit.56. num.1. & Franc. Pegn. in commen. ad Director. Eymer. par.3. commen.38. §. & cum in omnibus: preterquam in delicto fractę pacis, & in Camera Imperiali, teſte And. Gail. tract. de pace publ. lib.2. cap.7. adde alios caſus, videlicet, quando Monialis eſt vehementer ſuſpecta de defloratione, & incontinentia, quia tunc

posset ei indici purgatio canonica secūdum Thom. Triuis. decis. 24. lib. 2. vbi testatur, sic fuisse decisum in vna Iustinopolitana: item quando mulier allegaret impotentiam viri, & peteret matrimonium dissolui, quia tunc, si coniuges iuramento testentur de dicto impedimento, & impotentia, adhibito etiam iuramento septem testium propinquorum, vel vicinorum ex vtraque parte, qui iurent, se credere illos rectum, & verum iurasse, Iudex ecclesiasticus impotenti pręcipiet, ne aliud matrimonium contrahat, & potenti dabitur licentia transeundi ad alias nuptias &c. Vide M. Ant. Cucch. Instit. maior. lib. 5. tit. 12. num. 264. & 266. Nota etiam hic obiter aliam differentiam, quòd in alijs delictis, si ex præcedentibus indicijs deueniatur ad torturam, eaque secundum arbitrium iudicis non sit sufficienter illata, venit solum repetenda, vt innui supra ibi: si sunt non sufficienter: in hoc aūt, vt ex Madruliana Instructione refert Franc. Pegn. in Cōm. ad Direct. Eymer. par. 2. comm. 14. §. Cæterū in hac, fol. mihi 122. posset omissa additione, seu inquam repetitione torturæ, indici adhuc purgatio Canonica, seu abiuratio de leui, vel vehementi, vel aliqua pęna pecuniaria, sed hæc fieri non debent sine vrgenti causa, & matura consideratione iuxta tenorem dictæ Instructionis.

Sed obijciet quispiam dupliciter, & primo: si ex sola diffamatione potest inquisitus de hæresi condemnari ad purgationem Canonicam, seu abiurationem; ergo, non probata innocentia, vt in casu, de quo loquimur, nunquam potest absolui? Probatur consequentia, quia de iure non potest aliquis inquiri, nisi sit diffamatus, vel aliter indiciatus, vt dixi supra cap. 84. nu. 11. Secundo, quia si ex sola diffamatione posset indici purgatio, sequeretur, quòd in modo expediendi nulla remaneret differentia inter hæresim semiplenè probatam, & hæresim non semiplenè probatam: probatur consequentia, quia tam quando præcedit sola diffamatio, quæ non facit semiplenam probationem, siquidem aliàs faceret indicium ad torturam, quàm quando præcedit semiplena probatio indicitur purgatio, vt dicam, Deo fauente, libris sequentibus.

Respondeo ad primam obiectionem, negando consequentiam, & ad probationem illius dico, illud assumptum esse verum in aliis delictis, secus autem in crimine hæresis, in quo, vt limitatiuè docui eodē cap. 84. nu. 19. potest inquiri etiam sine diffamatione, & sic ex leuioribus indiciis, quàm in aliis delictis, vt dixi etiam supra cap. 59. nu. 9. & seq. versus finem: & sic iuxta hanc responsionem dico, inquisitum de hæresi ex leuiori indicio, quàm diffamationis posse absolui ex deductis.

Ad secundam obiectionē respondeo inter vnū, & alterum modum remanere hanc differētiam, ꝙ si hæresis est semiplenè probata, Inquisitor habet triplex remedium, purgationem canonicam, abiurationem de leui, seu vehementi: & tormentum, vt docuit etiam Pegn. ad Direct. Inquis. par. 3. comm. 39. §. Quare in hoc. & prosequar libro sequenti. Item poterit cogi ad se purgandum maiori manu, quòd si non est semiplenè probata, cessat tertium remedium, tormenti scilicet: & purgatio indicetur breuiori manu, & hæc, quando sufficiunt ad aliquam condemnationem.

Si non sufficiunt: dico indistinctè absoluendum esse ex deductis, & ita procedunt quæ tradunt Eymer. in Direct. Inquis. par. 3. Rubr. de primo modo finiendi fidei processum sub num. 143. ibi. Alia forma ad hoc idem: in illis verbis.

Caueatur, quòd non ponatur in sententia, quòd est insons, vel immunis, sed quod non fuit probatum &c.

Tabiensis in summa in verbo, Inquisitor. §. 12. nu. 13. versic. caueatur: Sprenger in Malleo. malef. par. 3. q. 20. in fine, & Franc. Pegn. ad direct. Eymer. dicta par. 3. comm. 37. §. caueatur, & adde, si placet, quæ dixi supra hoc eod. num. ibi si de eo nō examinato &c. Et omitto hic illam distinctionē, an procedatur ex officio, vel ad partis instātiā, quia in crimine hęresis certissimū est posse procedi ex officio, & ita procedendū esse, vt dixi supra c. 52. nu. 6. Cęterum, si videre libeat quid dicendū, quando Fisco essent prefixę dilationes ad probandum, vide quę dixi supra hoc eodem num. ibi. Si agitur de expediendo, & ita sit expeditum primum quęsitum.

2 †Quęro secūdo: An absolutio diffinitiua in aliis delictis differat ab absolutione diffinitiua in crimine hęresis? Respondeo, ꝙ sic: quia in aliis delictis pareret exceptionem rei iudicatę, vt, Deo fauente, prosequar in tertio libro: secus est in crimine hęresis: in quo sententię fidei fauore nunquā transeunt in rem iudicatam: Luc. de Pen. in l. vnica, in verbo, notū, C. de sent. aduer. Fisc. latis retractādis lib. 10. Io. Roias. tract. de hęret. par. 2. assertione 49. & Simanc. de Cath. Instit. tit. 60. nu. 13. quos refert, & sequitur Frāc. Peg. dicto comm. 37. §. sed quid si absoluatur. Et si quę superstes remansisset difficultas ex his, quę in cōtrarium scripsit Conrad. Brun. lib. 4. de hęret. cap. 8. in fine sublata est Motu proprio Pii Quinti. Incipiente inter multiplices curas. Dat. Romę Kal. Ianuarii 1567. anno primo sui Pontificatus, & registrato lib. 1. secretorum, fol. 51.

Sed hic insurgit difficultas: quoniam, si absolutio diffinitiua in crimine hęresis non parit exceptionem rei iudicatę, & potest quandocunque retractari ex nouis superuenientibus indiciis respiciētibus etiam tempus preteritum, & circa eandem speciem hęresis, vt disponit Pius Quintus dicto Motu proprio, sequerentur duo incōuenientia: primum, ꝙ frustra actum esset, qñ reus sit absoluēdus diffinitiuè, & qñ ex deductis: siquidem nihil refert an vno, vel altero modo absoluatur: secundū, quia semel absolutus posset denuò molestari, quod non debet permitti. l. si cui. §. ijsdē. & ibi gl. prima. Bar. & alij. ff. de accusat. Rom. cons. 213. præsupposito pro vero. & cons. 223. præmissa. sub nu. 2. cum seq. & plures alij quos allegat, & sequitur Ioan. Ant. de Nigr. super Capit. Reg. cap. 40. nu. 7. & idē tradunt Boss. tract. crim. tit. de sentent. nu. 60. & 64. & Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 4. nu. 27. in fine: & ꝙ hæc sit * communis * testatur Ang. tract. de malef. in verbo. Et ad querelam. nu. 90. & post eum Ant. de Nigr. vbi supra nu. 8.

Huic difficultati respondeo, quòd differentia

potest

poteſt cōſiderari in eo,quòd abſolutio ex deductis, & ab obſeruatione iudicij ex quo eſt interlocutoria iuxta ea,quæ dixi Cap. præcedenti. nu.4. poſſet facilius reuocari,quàm diffinitiua,idque eſt verum etiam ſi abſolutio ex deductis ſaperet naturam diffinitiuę, vtputa, quia eſſet lata ex meritis iuxta ea, quæ dixi loco proximè citato: Nam adhuc remaner ſupradicta differentia, quia in ſumma ſicut pro abſolutione diffinitiua ferenda debet innocentia inquiſiti clarius probari, quàm pro abſolutione ex deductis, ſic quoque pro reuocatione eiuſdem diffinitiuæ clariores requiruntur probationes, quàm pro reuocatione abſolutionis ex deductis; & quòd vna ſpecies abſolutionis differat ab alia, colligitur etiam ex eo, quòd in alijs quoque cauſis, in quibus ſententia minus tranſit in rem iudicatam, dari ſolet abſolutio diffinitiua, & quandoque ex deductis.

Non obſtant adducta in contrarium. Nam ad primum inconueniens ſatis patet ſolutio ex allata reſponſione: Ad ſecundum dico fauore fidei ſemel abſolutum poſſe denuo moleſtari, ſi extent indicia.

3 †Quæro tertio: An abſolutus diffinitiuè cum deberet abſolui ab Inſtantia, hoc eſt ex deductis iuxta conſuetudinem, de qua ſcripſi ſupra ſub num. 1. ibi. Si de conſuetudine dico, quòd &c. poſſit denuo moleſtari? Reſpondeo: Aut abſolutio non eſt ritè lata: Aut eſt ritè lata: ſi nō ritè: dico indiſtinctè, poſſe denuo moleſtari etiam ab eo, qui eum abſoluit, dummodo ſit iudex ordinarius iuxta ea quæ declaraui infra cap. 97. nu. 187. ſi eſt ritè lata: diſtinguo: Aut ſumus in alio delicto quàm hæreſis: Aut in delicto hæreſis: ſi in alio: videtur adhuc dicendum, ꝙ ex nouis ſuperuenientibus indicijs poſſit denuo moleſtari, ſicut tradit Ioan. de Amic. conſ. 95. num. 5. vbi loquens de eo, quem dicit nu. 1. eſſe abſoluendum diffinitiuè, quia erant datæ dilationes ad probandum, &, reſpondēdo tacitę obiectioni ait quòd, ſi ſuperuenerint indicia, poterit iterum inquiri, non obſtante abſolutione: ego tamen dico, quòd ſemel abſolutus non poteſt amplius moleſtari, niſi per viā appellationis, priuſquàm ſententia faciat tranſitum in iudicatum, & cum iſto, *niſi*, intelligas Doctores, & quæ diximus hic ſupra: Et ratio huius concluſionis eſt, quia licet ſententia ſit iniuſta ſecundum merita iuſtitię, tamen, ſi ſit ritè lata ſecundum ordinem iudicij tenet, vt docui infra cap. 97. ſub nu. 198. & in Regno eſt diſpoſitum per cap. Item ſi quæ vniuerſitates, & ibi notat Ioan. Ant. de Nigr. Nota tamen vnam differētiam inter abſolutionem ab obſeruatione iudicij in proceſſu facto ad inſtantiam partis, & inter abſolutionem ex deductis, quòd in primo caſu abſolutio, ſi eſſet in vſu, nō ferretur, niſi prope finem inſtantię, & quòd, refectis expenſis poſſet ſuper ijſdem renouari vexatio, ſed in ſecundo poteſt ferri quandocunque, &, lata, non poteſt inſtaurari iudicium niſi ex nouis indicijs ſuperuenientibus.

Si in crimine hæreſis: dico, poſſe denuò moleſtari tàm à ſupremis Inquiſitoribus quàm ab eodemmet Inquiſitore, qui eum abſoluiſſet, & hoc fauore fidei.

4 †Quæro poſtremo loco: An ſimpliciter abſolutus per hæc verba. *Abſoluimus Titium* cenſeatur in dubio abſolutus diffinitiuè, vel ex deductis? Reſpondeo, in dubio cenſeri abſolutum ex deductis, hoc eſt, ab obſeruatione iudicij: vide Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 57. verſiculo, ſed hic quæro: Fallit ſi ex actis poſſet colligi, reum eſſe inſontem, quia tunc intelligeretur abſolutus diffinitiuè: vide Bal. & Ang. in l. ex morte ff. ad l. Aquil. Aug. ad Ang. tract. de malef. in verbo, & ad querelam num. 88. & alios adductos per Moder. dicta quæſt. 4. num. 28. & hęc ſufficiant.

De proceſſu contra Reum contumacem in cauſis Ciuilibus. Cap. XCVI.

SVMMARIVM.

1 Contumacia ſecundum Doctores varijs pœnis punitur: cæterum multæ ex his, quas arbitrantur pœnas, ſunt remedia ad expediendam cauſam: quale eſt amiſſio totius cauſæ, quæ non poteſt imponi, vti pœna, ſed datur vti remedium.

2 Contumacia, dum ex ea deuenitur ad expeditionem cauſæ, non reputatur delictum.

3 Modus procedendi lite non conteſtata contra reum contumacem in cauſis ordinarijs vſque ad interpoſitionem primi decreti eſt vt poſt cōtumaciam Rei Actor petat, ſe mitti in poſſeſſionem ex primo decreto, iuret, ſeu iuramento liquidet petita, ſeu aliter ſummariè de eis doceat &c. reliqua poſt primū decretum vide infra num. 9.

4 Miſſio in poſſeſſionem eſt duplex: altera, quæ fit in actione reali, & altera, quæ fit in perſonali.

5 Miſſio in poſſeſſionem in actione reali differt ab ea, quæ fit in actione perſonali: primo, quia in actione reali datur miſſio in poſſeſſionem totius rei petitæ: in perſonali verò ſolum pro menſura debiti.

6 Secundo, quia agens actione reali mittitur in poſſeſſionem rei petitæ, ſed agens perſonali mittitur in poſſeſſionem ſeruato ordine, qui ſeruatur in executione ſententiæ diffinitiuæ.

7 Tertio, quia miſſus in poſſeſſionem ex actione reali efficitur poſſeſſor, reiq; fructus percipit, ſed miſſus ex actione perſonali efficitur nudus detentator, & cuſtos.

8 Quarto: quia contumax, qui paſſus eſt miſſionem in poſſeſſionē ex actione reali, ſi compareat infra annum, & reficiat expenſas, & caueat de iudicio ſiſti recuperat poſſeſſionem, ſecus ſi compareat poſtea: At contumax, qui eam paſſus eſt ex actione perſonali, poteſt, refectis expenſis, & præſtita cautione, eam recuperare quandocunque ante interpoſitionē ſecundi decreti, dummodo non ſint lapſi triginta anni.

9 Modus procedendi poſt interpoſitum primum decretum in actione reali.

10 Secundum decretum infra quantum tempus debeat interponi tam in actione reali, quàm in perſonali.

11 Secundum decretum, an poſſit interponi ſine citatione peremptoria, & ſufficiat ſimplex citatio.

12 Secundum

12 *Secundum decretum antequam interponatur an debeat plenè cōstare de iure actoris, vel sufficiat, quòd semiplenè constet.*

13 *Secundum decretum antequam interponatur in actione personali missus in possessionem semper est nudus detentator, & nunquam possessor.*

14 *Missio in possessonem si locum non habeat, quia vel contumax non habet bona, vel, si habet, subest timor scandali: quomodo sit procedendum.*

15 *Contumax, contra quem non potest deueniri ad missionē in possessionem bonorum, seu ad sequestrum: quia nihil possidet, an possit banniri.*

16 *Modus procedendi contra Reum contumacem post litis contestationem in causis ciuilibus, & ordinarijs est, vt possit deueniri ad sententiam diffinitiuam.*

17 *Modus procedendi contra Reum cōtumacem in causis summarijs.*

18 *Primum, & secundum decretum quid sint remissiuè ad Doctores citatos.*

19 *Modus procedēdi tam in actione reali, quàm in personali contra Reum contumacem qualis sit, & quomodo possit deueniri ad sententiam diffinitiuam, lite non contestata, in Regno Neapolis vigore pragmaticæ.*

20 *Modus procedendi in causis ordinarijs, & in actione personali vigore statutorum vrbis contra contumacem: vide etiam num. seq.*

21 *Appellatio à declaratione, quòd articuli habeantur pro confessatis an detur, & quomodo procedatur ad executionem, & subhastationem, quando est actum actione personali, & in quo differat pignus iudiciale à pignore prætorio, & quomodo procedatur super executione rerum mobilium.*

22 *Modus procedendi super executione rerum stabiliū quando actum est actione personali.*

23 *Modus procedendi in causis ordinarijs quando agitur actione reali contra reum contumacem.*

24 *Modus procedendi in causis summarijs vsq. ad executionem, & subhastationem inclusiuè tam super mobilibus, quàm super stabilibus contra reum contumacem, & perseuerantem in contumacia, non est diuersus ab eo, qui seruatur in causis ordinarijs.*

25 *Modus procedendi in causis summarijs contra reum contumacem, sed non perseuerantem in contumacia tam ante interpositionē secundi decreti, quàm postea, & tam quando agitur actione personali, quàm quando agitur reali.*

26 *Notabilia circa modum procedendi contra reum contumacem.*

27 *Decretum æstimationis bonorum stabilium quare præcedat decretum subhastationis.*

28 *Bona mobilia capta in executione quare secundū stylum Romanum non æstimentur in eorum subhastatione, sicut æstimantur bona stabilia.*

29 *Augumentum tertiæ partis pluris, quod datur creditori in datione in solutū rerum stabilium an habeat locum in datione in solutū rerum mobilium, & quid sit de iure communi.*

30 *Modus procedendi in causis executiuis contra contumacem est, vt creditori detur pignus iudiciale, & non prætorium.*

31 *Mandatum relaxatum in executiuis contra reū contumacem, an sit reuocandū, reo comparente, & opponente aliquam exceptionem ex his, quæ &c.*

32 *Modus procedendi in executiuis, & coram Auditore Cameræ pro obligatione in forma Cameræ qualis sit, & quomodo citentur debitores, si obligatio sit recepta extra Tribunal Auditoris Cameræ, & quo modo, si sit recepta in eius Tribunali, & quomodo si in instrumento sit consensum in mandatum executiuum, & quomodo citationes mandentur executioni quādo est facta mutatio personarum, & quomodo quando non, & quomodo quando citātur præsentes, & quomodo absentes, & quomodo quando solutio est destinata in vrbe &c. & extensio formæ Cameræ quando sit necessaria, & quando non, & denique quomodo procedatur vsque ad relaxationem mandati executiui.*

33 *Modus procedendi in obligatione formæ Cameræ post relaxatum mandatum vsque ad finalem executionem.*

34 *Modus procedēdi super instrumentis in forma guarentigiæ, & modus procedēdi in obligationibus formæ Cameræ coram alio iudice, quam coram Auditore Cameræ.*

35 *Ordo iuris, de quo in l. à diuo Pio §. in venditione, ff. de re iud. qualis sit in faciendis executionibus.*

36 *Excussio bonorum contra fideiussorem, an sit facienda si prius non sit relaxatum mandatum cōtra personam debitoris principalis, eaq. sit perquisita, & an in dicta excussione sit seruandus ordo iuris.*

37 *Excussio, seu missio in possessionem facta non seruato ordine iuris an sit nulla sine appellatione.*

38 *Ordo iuris in faciendis executionibus an seruetur etiam in executione facienda contra pupillum.*

39 *Item an seruetur contra debitores Fisci.*

40 *Creditor, qui fecit fieri executionem, an admittatur ad licitandum in subhastatione rerum captarum in executione.*

41 *Oblatores, an possint se pœnitere, & recedere ab oblatione facta super bonis hastæ subiectis.*

42 *Debitor, lapso vno die termini ad reluendum, an admittatur amplius.*

43 *Executio, an possit fieri in tegulis domorum, item in libris scholarium, & Doctoris legentis.*

44 *Intimatio an possit reproduci quandocunque.*

45 *Modus procedendi contra depositarium executionis factæ.*

46 *Augumentum tertiæ partis pluris an habeat locum in datione insolutum coram Auditore Cameræ.*

47 *Debitor carceratus, an sit relaxādus, si fideiubeat in forma depositi de soluendo ad omne mandatū &c.*

OSTENDIMVS supra cap. 91. & seqq. qualiter procedatur contra actorem, reliquum modo est, vt ostendamus modum procedendi contra reum cōtumacem: † Sed in primis illud aduertendū puto, q; & si Host. in sum. tit.
1 de sent. & re iud. Affl. in cap 1. §. si quis hominem, versiculo

verſiculo nono nota nume.2. de pace tenen. Foller. in pract. crim. in verbo. Banniantur nume.41. cum ſeq. Natt. conſ.549. Andr. Gail. de pace publ. lib.2. cap.5. num.2. Moder. in qq. crim. lib.1. q.18. nume. 59. communiter * Doctores in l. contumacia ff. de re iud. in l. vnica. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. & in l.2. ff. ſi quis in ius voc. non ier. & in cap.1. de iud. tradant, reum cõtumacem puniri varijs pœnis, quę iuxta collectionẽ Marantæ in ſuo Spec. par.6. mẽb. 2. num.9. cum ſeqq. ſunt viginti quatuor, tamẽ quędam ex illis non ſunt propriè pęnæ, ſed remedia ad expediẽdam cauſam, & de his nobis hoc capite venit agendum: inter alias enim pœnas enumerant fictam confeſſionem, reſultantem ex cõtumacia iuxta diſpoſitionem ſtatutorum, de quibus dixi ſupra cap.92. num.3. & infra cap.97. Et tamen non poteſt dici pœna, quia habitus pro confeſſo patitur amiſſionem totius cauſæ, vt patet ex his, quæ docui infra dicto cap.97. in diuerſis num. & pęna, ſeu mulcta, quæ imponitur pro contumacia, nõ poteſt eſſe amiſ-
2 ſio totius cauſæ, vt docui infra cap.99. num.3. † Vnde infero, quòd cõtumacia, dum proceditur ad expeditionem cauſę, non punitur, vt delictum: pro cuius illationis veritate ſunt videnda quæ ſcribit Iaſ. in l. vnica §. is videtur num.2. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. & quæ docui ſupra cap.93. ſub num.1. ibi.
3 Quid dicemus. † His cognitis, quęro quomodo procedatur contra Reum contumacem? Reſpondeo, diſtinguendo: aut loquimur ſecundum ius commune: aut ſecundum ſtatuta, & ſtylos: ſi ſecundũ ius commune: rurſus diſtinguo: Aut loquimur de cauſis ordinarijs: Aut de ſummarijs: ſi de ordinarijs: denuo diſtinguo: Aut loquimur ante litis conteſtationem: Aut poſt: ſi ante: rurſus diſtinguo: Aut ſumus in caſu, vbi poteſt deueniri ad miſſionẽ in poſſeſſionem ex primo decreto: Aut in caſu, vbi nõ poteſt: ſi in caſu, vbi poteſt: dico, quòd poſtquam reus fuerit contumax iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap.91. nu.15. & 21. actor exhibebit, vt tradit Aſin. in pract. §.4. cap.3. limitatione 7. nume.6. petitionem penes acta ſub forma, quam tradit Spec. tit. de primo decreto nu.5. & ſequuntur: Moder. tract. de proceſſ. par.3. cap.8. num.30. ſufficit enim petitio, & non requiritur libellus ad obtinendam miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto ſecundum magis communem, * & ſeruatam opinionẽ, de qua vide Aſin. dicta limitat.7. nu.1. & 5. verſus finem, & licet Bar. per eum allegatus teſtetur, ſe quãdoque vidiſſe ſeruari contrariam opinionem, quam tenet, & aſtruit Michael vrcurrus in l. ſi finita §. Iulianus num. 105. ff. de damn. infect. tamen non propterea de illa magis communi eſt ambigendum, vt ambigere videtur Aſin. vbi ſupra, quia contraria opinio ſeruaretur non ex neceſſitate, ſed ad cautelam: oblata petitione, eſſet præſtandum iuramentum calumniæ, vt per Spe. tit. de primo decreto §. primo in principio par. 2. & Aſin. eadem limit.7. nume.7. quod ego non firmo, quia Paul. de Caſtr. in dicta l. ſi finita §. ſi plures num.6. enumerans requiſita neceſſaria ad obtinendam hanc miſſionem in poſſeſſionem, nullum facit verbum de hoc iuramento: ſicut idem ſilentio prætereunt communiter alij: dico tamen quòd, ſi omittatur iuramentum calumniæ, requiretur neceſſario ſaltem iuramentum pro liquidatione petiti debiti, vel alia ſummaria probatio, vt tradunt Spec. dicto §. primo ſub nume.1. & gloſ. in Auth. & qui iurat in verbo declarati C. de bon. auth. Iud. poſſ. & in l. cũ proponas in verbo. conſtat & Bar. quem ibidẽ refert, & ſequitur Paul. de Caſtr. num.2. C. eod. Abb. in cap. quoniam §. in alijs num.31. vt lit. non cõteſt. Afflic. in conſtitutione Rei vendicatione num.6. & in conſtitutione contumacem nume.7. lib.1. & Maran. dicta par.6. memb.2. ſub nu. 12. & Ioſeph. Cumia ſuper Rit. Sicil. cap.2. nu.48. cum ſeqq. & Vinc. Caroc. tract. de ſequeſ. par.3. q.1. & hæc ſummaria probatio requiritur non ſolum quando agitur actione perſonali, ſed etiam quando agitur reali, vt tradit Spec. dicto §.1. ſub nu.8. His peractis, actor obtinebit miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto l.1. & 2. l. fulcinius. §. Celſus ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. dicta l. ſi finita. §. ſi plures, & §. Iulianus, & ibi Doctores, cap.2. de dol. & contum. & cap.1. & 2. de eo, qui mitt. in poſſ. vide gloſ. in dicto §. ſi plures in verbo prius Spec. tit. de primo decreto §.1. par.2. Papien. in pract. in form. reſponſ. Rei conuenti in gloſ. in termino ſub num.13. & 15. fol. mihi 174. cũ ſeq. Paul. de Caſtr. in dicta l. ſi finita §. ſi plures nu. 6. cum ſeq. ff. de damn. infect. Iaſ. in l. vnica ſub nu. 23. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. Affl. in conſtitutione. contumacem num.1. & 2. & in conſtitutionibus ad eam ſeqq. lib.1. Maran. in ſuo Spec. par.6. mem.2. num.10. Ioſeph. Cumi. ſuper rit. Siciliæ cap. 90. ſub num.7. & 10. Aſin. dicto §.4. cap.3. limit.7. num.2. cum ſeq. & Moder. tract. de proceſſ. par.1. c.
4 2. num.10. † Sed hic aduerte, quòd miſſio in poſſeſſionem eſt duplex: altera, quæ fit ſuper actione rea-
5 li: altera, quæ fit ſuper actione perſonali † quæ inter ſe differunt in pluribus: & primo, quia in actione reali datur miſſio in poſſeſſionem totius rei petitæ, in perſonali verò ſolummodo pro menſura debiti, vt corrigendo iura antiqua diſponit Auth. & qui iurat, & ibi notat glo. in verbo menſuram. C. de bon. auth. Iud. poſſid. & tradit Paul. de Caſtr. in l. cũ proponas num.1. & 4. C. eod. & ad hanc differentiã vide Papien. ſub dicto num.13. Affl. in conſtitutione Rei vendicatione. in prima differentia nu.3. & in decima differentia num.8. in fine lib.1. & Maran. dicto mem.2. nume.12. & quòd ita ſeruetur in Regno, vt detur pro menſura debiti patet ex pragmatica, Relatione citationis, & ſic mittitur in poſſeſſionem, præcedente æſtimatione, vt colligitur ex forma ſecundi decreti quam ponit Spec. de ſecundo decreto §. nunc dicamus nu.8. par.2.
6 † Secundo differunt: quia agens actione reali petit, vt dixi, ſe mitti in poſſeſſionem rei petitæ: vnde in eam mittitur ſine alio ordine, vt tradunt Salyc. in l. nomen C. quæ res pigno: oblig. poſſ. & Soc. conſ. 158. col.8. in fine lib.2. quos refert, & ſequitur Maran. in ſuo Spec. par.6. in 3. & vltimo actu principali num.13. agens verò perſonali, quia petit, ſe mitti in poſſeſſionem bonorum, ideo ſeruatur iuris ordo, qui ſeruaretur in executione ſententiæ diffinitiuæ, vt tradunt gloſ. in l. præſenti §. cum autem in verbo, ſolitus ordo C. de his, qui ad eccleſ. cõfug. Spec. tit. de

tit.de primo decreto §. reſtat nu. 1. par. 2. & eſt opinio communis, * de qua teſtatur Alex. in l. A diuo Pio. §. in venditione num. 11. ff. de re iud. quem refert, & ſequitur gloſ. ſuper dicta pragmatica. Relatione citationis in verbo. Ad primi decreti interpoſitionem: idem tradit, ſed in terminis aliqualiter diuerſis Iaſ. in l. properandum §. ſin autem reus num. 7. C. de iudic. & confirmatur ex forma petitionis, quam tradit Spec. dicto titulo de primo decreto nu. 4. quam ſequuntur Moder. quos retuli ſupra ſub num. 3.

Et quomodo fiat miſſio in poſſeſſionem in nominibus debitorum docet Spec. dicto §. reſtat ſub nu. 2. dicēs, quòd iudex vocabit debitores, qui ſi fateātur debitum, illis mandabit, ne ſoluant creditori ſine ſua licentia.

7 †Tertio differunt: quia miſſus in poſſeſſionem ex actione reali efficitur poſſeſſor, reique fructus percipit, gloſ. fin. in cap. cum contingat de dol. & contum. & eſt magis communis * opinio, de qua teſtantur Alex. in dicta l. ſi finita, §. Iulianus nume. 4. ff. de damn. infect. Soc. ſen. in l. iubere cauere num. 15. ff. de iuriſd. omn. iud. & Moder. tract. de proceſſ. execut. par. 3. cap. 10. ſub nume. 1. & quòd eos lucretur hique ſortem non extenuent ſecundum conſuetudinem vide Bal. in l. ſi is qui §. ſi antiphona in principio. ff. de pign. quem refert, & ſequitur Manſuer. in ſuis addit. ad pract. Papien. in forma Reſponſionis Rei in glo. in termino in fine, fol. mihi 179. Et quòd poſſideat ſecundum omnes effectus poſſeſſionis firmat Salyc. in Auth. & qui iurat nume. 22. C. de bon. auth. iud. poſſ. quem referunt, & ſequuntur Moder. vbi ſupra. Miſſus autem in poſſeſſionem ex actione perſonali efficitur nudus detentator, & cuſtos rei l. 3. §. fin. & ibi gloſ. in verbo poſſeſſionem. ff. de acquir. poſſ. & textus magis apert⁹ eſt in l. ſi duo §. creditores ff. vti poſſidetis, gloſ. in l. conſentaneum in verbo transferre. C. quom. & quand. iud. Papien. in dicta gloſ. in termino num. 14. Maran. in ſuo Spec. par. 6. memb. 2. ſub nume. 12. Galleſ. ad form. Camer. oblig. in qq. poſt proceſſ. incidentibus num. 25. fol. mihi 159. Ioſeph. Cumia ſuper rit. Sicil. cap. 2. ſub num. 54. & cap. 90. nu. 19. Andr. Gail. de pign. obſeruat. 6. num. 10. & Moder. tract. de proceſſ. par. 3. cap. 10. num. 2. & procedit etiam ſi eſſet immiſſus in poſſeſſionem vigore rei iudicatæ, ſeu inſtrumenti guarentigiati, ſeu in forma Cameræ, vt tradit Galleſ. loco proximè citato.

8 † Quarto differunt: quia ſi is, qui ob contumaciā paſſus eſt miſſionem in poſſeſſionem ex actione reali, compareat quandocunque infra annum, & reficiat expenſas, & caueat de iudicio ſiſti, recuperat poſſeſſionem l. ſi quis emptionis §. ſed & ſi quis, & ibi Bar. C. de præſcript. triginta, vel quadrag. ann. auth. & qui iurat. in fine C. de bon. auth. Iud. poſſid. gloſ. in dicta l. conſentaneum in verbo transferre, & ibidem Paul. de Caſtr. ſub nume. 1. C. quom. & quan. Iud. Pap. in pract. in form. reſponſ. rei conuēti in gloſ. in termino. ſub num. 13. Iaſ. in l. ſciendū ſub num. 2. limitatione 2. ff. qui ſatiſ. cog. Affl. in conſtitutione: Rei vendicatione. num. 3. Galleſ. vbi ſupra num. 22. fol. 158. Ioſeph. Cumia. dicto cap. 2. nume. 55. & Moder. dicto tract. de proceſſ. par. 1. cap. 2. nu. 51. elapſo autem anno, & quamuis non eſſet interpoſitum ſecūdum decretum, non recuperaret, quia iam eſſet effectus verus, & perpetuus poſſeſſor vide gloſ. in dicto cap. cum contingat: de dol. & cont. & Affl. dicta conſtitutione Rei vendicatione nume. 3. verſus finem, & num. 4. licet, vt ijdem teſtantur ſoleat ad cautelam interponi ſecundum decretū, quare elapſo anno volens agere cogitur agere petitorio ſicque rei vendicatione, vt per eundem Affl. in dicto nume. 3. eique ſic agenti non obſtabit exceptio rei iudicatæ: quia, cum primum, & ſecundum decretum ferantur in abſentem, non poteſt dici res iudicata: ſiquidem abſens non poteſt diffinitiuè condemnari iuxta ea, quæ ſcripſi infra: is verò, qui eam paſſus eſt ex actione, perſonali, poteſt, refectis expenſis, & præſtita cautione, recuperare quandocunque ante interpoſitionē ſecundi decreti, quod quando interponi poſſit dixi infra num. 10. Dato autem, quòd non ſit interpoſitum, poteſt, refectis expenſis, & præſtita cautione de iudicio ſiſti, recuperare vſque ad triginta annos: vide Papienſ. in dicta gloſ. in termino ſub num. 13. & Galleſ. qui clarius loquitur in dictis qq. poſt proceſſ. num. 22. fol. mihi 158. in fine, & Moder. tractatu de proceſſ. par. 1. cap. 2. nume. 51. Et aduerte quòd qui tenetur reficere expenſas contumaciales tenetur etiā reficere eas, quę fiunt pro conſecutione dictarum expenſarum, vt dicit Neuiz. conſ. 17. num. 17. & 18. & an iudex poſſit illarum refectionem differre vide eūdem conſ. 38. ſub num. 23. qui, loquendo de expenſis contumacialibus, ſed in diuerſis terminis, videtur ſentire, quòd ſic, ſed ego illi in hoc non acquieſco. Reliquas differentias, ſi quæ remanent præſertim, quæ ſeruabantur in Regno vigore nonnullarum conſtitutionum ante pragmaticam Relatione citationis vide apud Affl. in conſtitutione: Rei vendicatione num. 3. cum ſeqq. lib. 1. vbi enumerat decem differentias.

9 †Interpoſito igitur primo decreto reus iterū de gratia citabitur, vt veniat defenſurus poſſeſſionem, ſeu tenutam ex interlocutoria dandam corporaliter actori, vt docet Speculator tit. de primo decreto §. 1. num. 9. par. 2. qua citatione executa, & reproducta, & facto decreto de apprehendenda corporali poſſeſſione iuxta formam, quam tradit Spec. vbi ſupra, diſtinguendum rurſus eſt, an ſit interpoſitum ſuper actione reali, vel perſonali: nam, ſi ſuper actione reali, cogitur actor expectare annum, infra quē ſi reus minus comparuerit, aliaque adimpleuerit, Actor denuo citabit Reum, eoque ſimiliter contumace, petet, ſe mitti in poſſeſſionem ex ſecūdo decreto, argumento textus in l. fulcinius §. 1. ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eat. & in l. cum proponas, in fine. C. de bon. auth. iud. poſſid. & tradunt glo. in l. 4. §. poſſeſſionem. ff. de damn. infect. Spec. titu. de ſecundo decreto. §. nunc dicamus, nume. 1. cum ſeqq. par. 2. Papien. in dicta gloſ. in termino nu. 16. Affl. in conſtitutione: ſi quis poſt litem nu. 7. in fine, cum ſeqq. lib. 1. Maran. dicto mem. 2. ſub num. 12. Ioſeph. Cumia. dicto cap. 2. num. 60. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 6. nume. 3. verſiculo, Ad ſecundum, & Doctores communiter * in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam.

de dam.infect. & in dicta l. cũ proponas, & in pluribus alijs locis: Si super personali, vide quæ dixi infra num. 13.

10 † Verum hic occurrunt nonnullę difficultates, & prima quantum tempus debeat labi antequam possit deueniri ad secundum decretum? Respondeo: Menoch.de arbitr.Iud.lib.2.cent.1.cas.6.nu.4. cum seqq.refet octo opiniones, quarum postremam refert esse communem,* & sequitur, videlicet: quòd hoc tempus sit positum in arbitrio Iudicis, & quòd illa sit communis: addo vltra adductos per eum Felyn.in cap.consultationibus sub num.1.de off.& potest.iud.deleg. Maran. in suo Spec. par.6. memb.2. sub num.12.ibi.communis conclusio &c.& Ioseph. Cumiam super rit.Sicil.cap.17.sub nume.164.versiculo.Quæro quanto: Ego tamen, distinctius procedendo, dico: aut loquimur super actione reali: aut super actione personali: si super reali, censeo, non esse in arbitrio iudicis, sed definitum, vt sit cursus vnius anni argumento textus in l. si quis emptionis. §.sed & si quis.C. de præscrip.30. vel 40. ann. & ꝙ hæc sit communis * opinio testatur Ioseph.Cumia: super rit. Sicil.cap.2.num.60.& faciunt pro ea, quæ dixi supra num. 8. Et ita seruaretur in practica: Si super personali: censeo, esse arbitrarium, & ita loquuntur glos.in l.cum proponas, in verbo transacto C.de bon.auth.Iud.poss.Felyn.in dicto cap.consultationibus Mars. in l. quæstionis modum nume.12. ff.de quæst. & nonnulli alij, qui dicunt, tempus esse arbitrarium, & licet sit arbitrarium, tamen ego semper expectarem vnum annum.

11 † Secunda difficultas: nunquid ad hanc missionem in possessionem ex secũdo decreto requiratur citatio peremptoria, vel sufficiat simplex citatio? Respondeo: ego arbitror, requiri peremptoriam quia, si requiritur in primo decreto, ergo à fortiori in secundo, per quod infertur maius præiudicium, & de executione huius citationis vide Bologn.in dicta l.si finita.§.Iulianus nu.21.ff.de damn.infect.quem refert, & sequitur Menoch. dicto cas.6. sub nu.3. ego tamen modo nihil firmo.

12 † Tertia: nunquid priusquã interponatur debeat plenè constare de iure actoris, & sic de debito, vel sufficiat semiplena, & summaria probatio? Respõdeo: Bar.in l.si finita.§.Iulianus.ff.de dam.infect. & in l.1.§.fin.C.vbi in rem act. Castren. in l. cum proponas nu.2.in fine.C.de bon. auth. iud. poss. Felyn. in dicto cap.consultationibus sub num.1. & num.4. de off. & potest. iud. deleg. Maran. dicto memb.2. sub nume.12.ibi verum non interponitur, & Vinc. Caroc.tract. de sequest. par.3.q. 1.& nonnulli alij, quos omitto, tradunt, requiri exactam probationẽ, & plenam fidem, quamuis ea summariè recipienda sit, videlicet, absente parte, & ita vltra certam quãtitatem statutum est in Regno per constitutionem Quæstiones iurisperitorum in fine lib.1. & faciunt quæ dixi cap.sequenti sub nume.37. ibi. Item sicut contumax, & hæc est communis * à qua non censeo recedendum in iudicando, quamuis contrarium, nimirum, quòd sufficiat illa semiplena, & summaria probatio, quam diximus faciendam esse ante primi decreti interpositionem, teneat Ioseph. Cumia. dicto cap.2.sub nume.60. Et certè hæc opinio contra communẽ non videretur sine ratione: finge enim, me mutuò dedisse decem Sempronio, nemine presente, & modo, dum ago, velle offerre ei iuramentum litis decisiuum: certè, si requiritur plena probatio: ipse ex sua contumacia reportabit commodũ, & vtilitatem, quod est contra ea, quæ scripsi supra cap.93.sub num.1.ibi, & quod aduersus: Vel finge, me ea dedisse, vno tantum teste præsente, & nihilominus me velle dictum iuramentum offerre, vel iurare in supplementum plenæ probationis, sicuti si esset præsens: dices ne, requiri plenam probationẽ? Item hæc opinio cõtra communem satis confirmatur ex his, quæ dixi infra cap. sequenti fol. 710. vbi dixi, ꝙ in criminalibus bona annotata per lapsum anni incorporantur Fisco irreuocabiliter, & tamen non requiritur, quòd plenè probetur, inquisitum commisisse illud delictum, & in criminalibus proceditur ad instar ciuilium, vt dixi supra cap.seq. nu. 37.in fine.

13 † Si verò primum decretum est interpositum super actione personali, quod diximus posse interponi quandocunque tunc actor, quia non est possessor, sed nudus detentator, & custos, vt dixi supra nume. 3.curabit creditor omnino, vt interponatur secundum decretum, quia antequam interponatur nõ dicitur possidere Afflic. in constitutione, Rei vendicatione sub nume.3. in secunda differentia lib.1. & Galles.ad form.cam.oblig.in qq. inciden. post processss.num.26.fol.mihi 160. dicens, quod propterea cauti actores curant, vt pignora capta quamprimũ per subhastationem vendantur, & de precio sibi satisfiat: Et quia ad huius decreti interpositionẽ proceditur eodem ordine, quo diximus supra nume.9. procedi ad interpositionẽ super actione reali, ideo pluribus non insisto: Et hæc, quando potest deueniri ad missionem in possessionem.

14 † Si sumus in casu, vbi ad eam perueniri non potest, quia vel non adsunt bona, vel sumus in beneficialibus, vel adest timor scandali, vt innuunt tex.in l.æquissimum.ff.de vsufr.in l.fin.ff.de procur. Cæs. cum similibus, & tradunt Papien. in pract. in forma sequest.seu Saximenti in glos. sapiens vir. nume. 2. fallentia octaua Felyn.in ca. olim. nu.1. de rescript. Gail.in pract.obseru.lib.1. obseruat.5.num.2. Moder.tract.de process.par.1.cap.2.num.111.qui multa allegant, & Vinc.Caroc.tract.de seques. par.2.q. 9.tunc, accusata contumacia, vt dicebam remissiuè supra sub num. 3. dabitur alterum ex his remedijs: vel sequestrum, vel eo deficiente, captura personæ, de quibus quia scripsi supra cap.37. & cap.38. ideo pluribus non insisto: Illud solum addo, quòd iudex, qui vellet ob timorem scandali denegare missionẽ in possessionem, & sequestrum concedere, debet prius sumere summariam informationẽ de dicto timore scandali iuxta ea, quæ scribit Curt.cons.60.& in additione ad pract. Papien. in dicta glos. sapiens vir in verbo, Rixa, litera.D.

15 † Sed finge, quòd nullum ex his remedijs possit intẽtari: quia Reus nil possideat, & capi minus possit: nunquid poterit banniri? Respondeo: videtur dicendum, quòd sic per ea, quæ dixi supra cap.93.

sub num.

sub num.1.ibi, nam ꝙ, & ita tradit in terminis Spec. tit. de primo decreto. §. primo nume. 10. par. 2. Cæterum ego de consuetudine hoc non vidi vnquam seruatum: & hæc, quando Reus est contumax ante litis contestationem.

16 † Si est contumax post litis contestationem: tunc non solũ potest intentare tria prędicta remedia iuxta ea, quæ scribunt Ias. in l. vnica sub nu. 23. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & Dec. in l. iubere cauere nu. 16. ff. de iurisd. omn. iud. sed poterit, docto de suo bono iure, petere etiam, vt iudex ferat sententiam diffinitiuam iuxta textum in l. consentaneum: & ibi Bar. Paul. de Castr. & alij. C. quom. & quand. iud. & hæc de causis ordinarijs.

17 † Si sumus in summarijs: dico, quòd, liquidato negotio, semper potest deueniri ad sententiam diffinitiuam, & moueor, quia, vbi non est necessaria litis contestatio, potest contra Reum licet absentem deueniri ad sententiam diffinitiuam, vt dixi infra c. 97. num. 1. in fine, ibi, huiusque sententię &c. & facit, quia si, vbi est necessaria litis contestatio, potest, ea adhibita, deueniri ad sententiam diffinitiuã contra Reum absentem, vt dixi hic supra num. præcedenti: Ergo, vbi non est necessaria, poterit deueniri, ac si esset adhibita: Et sic Actor habebit similiter prædicta quatuor remedia: Et hæc de iure communi.

18 † Remaneret solum, vt pro vberiori doctrina declarassem quid sint primum, & secundum decretũ: Item nunquid in actione noxali requiratur secundũ decretum, an verò primum habeat vim secundi, & alia nonnulla circa latitationem, quã Doctores passim dicunt esse vnam ex causis, quibus iudex potest concedere missionem in possessionem: Verum hęc omnia studio præterij, quia quid sint primum, & secundum decretum satis liquere potest ex his, quę in materia diximus: Quòd si quid punctualiter videre libeat adito glos. in l. si finita. §. si plures. in verbo, prius. ff. de damn. infect. & latè Ioseph. Cumi. super Rit. Sicil. cap. 9. nume. 7. vbi refert decem definitiones, poteris etiam videre quę scribunt in tractatibus tom. 3. par. 2. fol. 136. & 139. Odoffr. Beneuen. Iacob. de Beluis. Gui. Pap. & Guid. de Suazar. Item an in actione noxali requiratur secundum decretũ poteris videre Doctores in dicta l. si finita. §. si plures, & §. Iulianus. ff. de damn. infect. & Soc. sen. in l. si quis eum §. si absens nume. 2. ff. si ex nox. caus. & Maran. in suo Spec. par. 6. memb. 2. sub nu. 12. versus finem. ibi. In quibus autem &c. & circa latitationem, cuius materiam non vidi practicari, satis enim est, quòd reus sit contumax, poteris videre Doctores in multis ex locis, quę citauimus supra: Et hæc de iure communi.

19 † Si loquamur secundum statuta, & stylos locorum: dico in Regno Neapolis videndam esse pragmaticã, Relatione citationis: qua cauetur, vt, Reo, contumace, Actor ad eius electionem, vel mittatur in possessionem bonorum Rei conuenti pro mensura debiti, vel admittatur ad probandum, sicut retuli etiam supra cap. 91. sub num. 27. circa medium, & sic vides, quòd ad obtinendã huiusmodi immissionem non requiritur tunc probatio debiti; quando autem in Regno ad hoc propositum Reus dicatur contumax docui supra eodem cap. 91. num. 15. & 21. &, vbi fuerit missus in possessionem, actor habet tempus non vnius anni, vt dicebamus de iure communi, sed trium mensium: infra quos, si comparuerit, refuseritque expensas, & cauerit iuxta Ritum Magnæ Curiæ, recuperat possessionem, vt disponitur in eadem pragmatica: Reo autem perseuerante in contumacia, hoc est, non comparente infra dictos tres menses, habemus subsequentẽ pragmaticam: Reo in eius contumacia, quæ disponit, vt tunc ad petitionem actoris iterum citetur ad videndum interpositionem secundi decreti infra terminum moderandum iudicis arbitrio, in quo si comparuerit, & infra tres dies vtiles à die cõparitionis refecerit expensas, audietur, ac si à principio comparuisset: Si verò non comparuerit infra dictum terminum: tunc actor, accusata denuo Rei contumacia, & re per Tabularios appretiata, mittetur in possessionẽ ex secundo decreto pro concurrenti quantitate debiti: quo secundo decreto interposito, Reus habet vnum mensem continuum ad comparendũ, in quo si comparuerit, refeceritq; omnes expensas, & soluerit debitum, recuperabit possessionem: Elapso dicto mense, amplius non audietur, nisi legitimè docuerit iusta de causa se impeditum: quo casu restituereretur per Iudicem ad tempora iusto impedimento decursa.

Et ex his pragmaticis nota duo: Primum, quòd potest deueniri ad sententiam diffinitiuam, etiam lite non contestata, vt notat Maran. in suo Spec. par. 6. memb. 2. num. 10. & hoc patet ex dicta pragmatica: relatione citationis: dum vult, actorem admitti ad probandum. Secundum, quòd loquũtur in actione personali: in reali ergo procederetur eodem quidem modo, sed non daretur ille mensis continuus ad reluendum nec res appretiaretur: Et hæc dicta sint quando actor petit, se mitti in possessionem. ꝙ si elegerit viam probationis: tunc vel intendit, examinari principalem super positionibus: vel non: Si intendit: dico, quòd si citatus tribus vicibus est contumax, declaratur pro confesso, vt disponit Ritus 120. & docent Carauit. ibi num. 1. & Affl. in constitutione: partes in iudicio sub num. 4. lib. 2. an autem hoc procedat etiam de iure communi Affl. vbi supra arbitratur, quòd sic: sed ego dicam, Deo dante, in secundo libro: Si non intendit examinari principalem: tunc faciet examinari testes, & producet scripturas in termino sibi assignato, quia procedet seruatis seruandis, & dabitur ei non pignus Prætorium, sed iudiciale ex iudicato iuxta ea, quæ dixi in materia statutorum vrbis infra sub num. 21. ibi. vnde nota: ideo hunc procedendi modum via probationis libeat quæso, ne hic diutius immorer, differre ad secundum librum, quia cum iste non sit diuersus ab eo, qui seruatur, Reo comparente, ibi tanquã in proprio loco latè prosequar: & hęc de pragmaticis, & stylo Regni.

20 † Si loquimur secundum statuta vrbis distinguo: Aut sumus in causis ordinarijs: Aut in summarijs: Aut in executiuis: Si in ordinarijs: ita proceditur. Citatur Reus, vt docebam supra ca. 88. num. 30. & deinde

deinde ante productionem articulorum citatur denuo ad conteſtandum litem, aliàs videndũ pronunciari eam haberi pro conteſtata, & ad præſtandum, præſtarique videndum iuramentum calumniç, eoque contumace, lis habetur pro conteſtata, & actor iuramentum præſtat iuxta diſpoſitionem eorundẽ ſtatutorum lib.1.c.66. Quibus peractis, producũtur poſitiones, ſeu articuli: ita diſponitur in eiſdem ſtatutis cap.59. eodem lib.1. & ijs productis actor, vel vult intentionem probare teſtibus, ſeu inſtrumẽtis, vel reſponſione, & confeſſione ipſius aduerſarij: ſi teſtibus, ſeu inſtrumentis, & ſcripturis: illos inducit, & facit examinari, & ſimiliter inſtrumenta, & ſcripturas producit, aliaque facit in termino, & dilationibus, citando ad ſingulos actus Reum, &, docto de ſuo iure, inſtat, citatis Domino, & ꝓcuratore iuxta diſpoſitionem ſtatutorum lib.1.cap.53. pro ſententia diffinitiua: quia iam lis eſt habita pro conteſtata, quo caſu poteſt deueniri ad ſententiam diffinitiuã, vt dixi ſupra num. 16. Et hunc ordinem procedendi habes ex eodem cap.59. ſi verò vult intẽtionem probare reſponſione ipſius Rei, tũc facit ipſum perſonaliter, vel domi dimiſſa copia monitorij moneri, vt infra triduum debeat ſingulis poſitionibus in actis exhibitis ſimpliciter, & explicitè reſpõdiſſe per verbum credit, vel non credit cum comminatione, quòd aliàs habebuntur pro confeſſatis, prout ſibi deterius erit, & elapſo dicto triduo, Reoque contumace exiſtente, denuo is, & eius procurator iuxta diſpoſitionem dicti cap.53. citabuntur ad videndum pronunciari, articulos haberi pro confeſſatis, & ipſum Reum pro confeſſo iuxta diſpoſitionem ſtatutorum, &, reproducta citatione, & Reo non comparente, iudex ad inſtantiam actoris interloquetur, articulos haberi pro confeſſatis, & Reum pro confeſſo, niſi ad primam cum intimatione, prout totum hunc procedendi modum habes ex eiſdem ſtatutis eodem lib.1.c.68. & ex Luc. Pæt. in pract. Capitol. lib.2.c.4.nu.13. & 14.

21 † Et caueas tu, qui es Reus ab iſta declaratione, quia non poſſes ab ea appellare, & proinde tibi incumberet onus probandi contrarium iuxta ea, quæ ſcripſi in cauſis criminalibus cap.97.nume.111.q.4. & dato, quòd poſſes appellare iuxta formam iuris communis, de quo ſcripſi dicto cap.97.num.46. tamen, ſi fuerit ſeruata forma ſtatutorũ in procedendo, illa ſententia confirmaretur, ſicque tu non euaderes onus probandi contrarium, & de Reo euaderes quo ad onus probandi Actor: Et quòd ab ea nõ liceat appellare ſic demonſtratur: A ſententia etiam vim diffinitiuæ habente, cuius tamen grauamẽ poſſit reparari per diffinitiuam non datur appellatio vide ſtatuta vrbis lib.1.cap.171.

Sed grauamen huius ſententiæ declaratoriç poteſt reparari per diffinitiuam, probando contrariũ, vt tenuerũt Domini in Aſſettamẽto in vna Romana Caſalis Iuliani de Mutinis corã Magnifico Domino Primo Collaterali die 9. Auguſti 1590. Igitur ab ea non datur appellatio: Immo in alio voto ſuper eadem cauſa de anno 1589. die 15. Nouembris, quod confirmarunt de anno 1590. die 8. & die 24. Ianuarij voluerunt, minus concedendam eſſe reſtitutionem in integrum: Sed de his, & alijs difficultatibus agam, Deo annuente, libro ſecundo: & interim poſſunt tibi inſeruire multa, quæ ſcripſi in cauſis criminalibus infra cap.97. de ſtatuto, diſponente, quòd contumax habeatur pro confeſſo. Redeo igitur ad rem: ſtante confeſſione, poteſt ſimiliter, citatis Domino, & procuratore, deueniri ad ſententiam diffinitiuam iuxta ea, quæ docui infra cap. ſeq.num. . . & Reo intra legitima tempora nõ appellante, temporibusque ad appellandum elapſis: rurſus diſtinguo: Aut eſt actum actione perſonali: Aut reali: Si perſonali: tunc Reus monebitur, vt dictæ ſententiç parere debeat infra octo dies, vel docere de rationabili cauſa, legibus comprobata, quare parere non debeat: quibus diebus elapſis, ſi nec paritum, nec doctum fuerit, relaxabitur mandatum executiuum tenoris ſequentis, contra eum realiter, & perſonaliter exequendum iuxta diſpoſitionẽ ſtatutorum lib.1. cap.87. & quæ iuxta ſtatuta antiqua ſcripſit Luc.Pęt.in pract. Capitol.lib.8.cap.2.nume. 2.cum ſeq.& num.14.

De mandato Magnifici Domini primi Collateralis, & ad inſtantiam Pauli Emilij principalis auferantur de domo, ſeu aliunde de bonis Martini Ferracci bona valentia ſummam ducatorum quinquaginta, & expenſas, in quibus eidem tenetur occaſione, prout in actis, & ablata deponantur, ſubhaſtanda, & deliberanda iuxta formam ſtatutorum, vel capiatur idem, & ad carceres ducatur, ex quibus non relaxetur, donec eidem Inſtanti de dicta ſumma, & expenſis ſatisfactum fuerit, vel alias fuerit concordatum, vel inueſtiatur idem inſtans ſiue eius legitimus procurator in bonis ſtabilibus dicti Martini Ferracci, æquiualentibus ſummæ prædictæ, & expenſis, ſubhaſtandis, & deliberandis iuxta formã ſtatutorum, & immiſſus manuteneatur ita, quod, electa vna via, non præiudicet ſibi in alia iuxta formam dictorum ſtatutorum, & hoc, attento, quòd &c. &, hãc formam tradit Luc. Pæt. dicto cap.2. nu.14. & ſeruamus hodie: cum quo mandato (niſi illud exequatur perſonaliter) fit executio, hoc eſt, miſſio in poſſeſſionem bonorũ Rei. vnde nota obiter ex iſto modo procedendi, quòd miſſio in poſſeſſionem, quæ datur in cauſis ordinarijs contra Reum contumacem, dicitur dari ex iudicato, & eſſe pignus iudiciale, quo caſu Reus, quamuis vellet reficere expẽſas, & cauere de iudicio ſiſti, non audiretur, Bar.Bal.Salyn.Alex.& Iaſ.in l. properandum. §. ſin autem nu. 8.C.de iud. quos refert, & ſequitur Galleſ. ad formam Cam.oblig.in qq. incidẽtibus poſt proceſſum num.23. fol. mihi 159. idem tradit Neguſ. tract. de pign.3.memb.3.par.princip.num.6. quem referũt, & ſequuntur Moder.tract. de proceſſ. par.1. cap.2. ſub num.51. ſecus eſt in pignore prætorio, quod datur in contumaciam ex primo decreto iuxta ea, quæ dixi ſupra num.8. Et quòd ob hanc differentiam pignus prætorium, & pignus iudiciale ſint diuerſa notant Galleſ. dicto num.23. iunctis, his quæ dicit ibidem num.22. Luc. Pæt.in ſua pract. Capitol.lib.8.c. 2.num.25. & Moder.dicto cap.2.nume.53. Et probatur ex eo, quòd diuerſis nominibus nũcupantur, & ſub diuerſis titulis de illis agitur: De Prætorio

enim

enim agitur titulo vigeſimo ſecundo Codicis, & de Iudiciali tit. ſequenti. Relaxato mandato, inſurgit difficultas, quomodo ſit procedendum: Et prima facie videtur dicendum, quòd, cū à ſtatutis Vrbis non videatur tradita certa forma, ſit procedendū ſecundum ius commune, de quo, fauente Deo, dicam libro tertio, & quòd in ſtatutis non videatur tradita certa forma probari videtur ex inſpectione libri primi, in quo agitur de cauſis ciuilibus, & modo procedendi in eis, & tamen nec in cap. 59. vbi agitur de libelli, ſeu petitionis oblatione, de litis conteſtatione, & dilationibus in cauſis ordinarijs, nec in ca. 68. vbi agitur de poſitionibus, nec in cap. 87. vbi agitur de executione ſententiæ, nec in ca. 89. vbi agitur de forma procedendi in cauſis ſummarijs, nec in cap. 193. vbi agitur de executione facienda iuris ordine ſeruato, nec alibi traditur modus procedendi ſuper executione rei iudicatæ, hoc eſt, pignoris iudicialis: Contrarium tamen eſt verum, quòd debeat procedi ſecundum formam, quā dicta ſtatuta tradunt lib. 1. cap. 192. ſuper pignore prætorio: & quòd ſuper pignore iudiciali, & pignore prætorio, quamuis ſint diuerſa, vt dixi ſupra, ſit ſeruanda eadem forma notauit etiam ex ſtatutis antiquis Luc. Pęt. dicto lib. 8. cap. 2. num. 25. in fine, & comprobatur ex ſtylo, qui ita obſeruat: vnde, attenta forma tradita dicto cap. 192. ſic diſtinguo: Executio, vel ſit perſonalis, vel realis: ſi perſonalis: Reus ducitur ad Carceres, & inde non relaxatur donec &c. Si realis: diſtinguo: vel ſit in rebus mobilibus: vel in ſtabilibus: Si in mobilibus, citatur reus ad videndum fieri mandatum de conſignandis pignoribus Tibicini ad effectum ſubhaſtandi iuxta diſpoſitionem ſtatutorum lib. 1. cap. 192. ibi. *Si verò mobilia.* & aduertit Luc. Pæt. dicto cap. 2. ſub num. 26. Qua citatione reproducta & ſubſecuto Iudicis decreto, niſi per totam audientiam, vel ad primam cum intimatione, &, elapſo termino, datur mandatum directum executori, vt cōſignet Tibicini bona pignori capta, quibus conſignatis, reus citatur de ſtylo ad videndum mandari ſubhaſtari bona per executores pignori capta, & reproducta citatione, iudex in termino decernit, dicta bona ſubhaſtari publicè tribus ſaltem vicibus, tribus diſtinctis diebus, niſi per totam audientiam, & Notarius, elapſa audientia, tradit mandatum, directum Mandatario ſub hac, vel ſimili forma: *De mandato Magnifici Domini primi Collateralis, & ad inſtantiam Pauli Emilij mandatur tibi Mandatario, ad quem ſpectat, quatenus, viſis præſentibus, debeas publicè ſubhaſtaſſe bona Martini Ferracci, debitoris, pignori capta tribus vicibus ſaltem, tribus diſtinctis diebus ſub pœna &c. Dat.* Tibicen, habito iſto mandato, producit bona ſubhaſtanda in publicū, ſi ſunt portabilia tribus ſaltē vicibus, tribus diebus eo modo, quo poteſt, & vnoquoque die emittit vnū præconium: Quòd ſi non ſunt portabilia affigitur publicè ad valuas Curiæ aliqua ſchedula in qua denunciabuntur bona ſubhaſtanda, & durante termino præconiorum creditor conducit oblatores, quos reperit, & vbi inueniatur emptor, Tibicen diligenter annotat nomina oblatorum, & quātitatem oblatam, & elapſo termino refert Notario oblatores, & quantitatem, & deinde denuo citatur debitor ad videndum deliberari pignora ſubhaſtata Titio plus offerenti iuxta formam ſtatutorum, nec non videndum eidem fieri inſtrumentum venditionis eorundem bonorum, & precium pro concurrenti quantitate crediti infraſcripto inſtanti ſolui, & reſiduum (ſi quid remanet) deponi penes acta Notarij, & decerni mandatum de immittendo in poſſeſſionē dictum Titium oblatorem iuxta formam iuris, & ſtatutorum ad primam diem, qua citatione executa, & reproducta, iudex decernit, dicta bona deliberari, & alia fieri, prout in citatione, niſi infra duos, vel tres, ſi debitum eſt à decem infra: aliàs niſi infra decem, ſi eſt à decem ſupra, cum intimatione. Quòd ſi emptor non fuerit inuentus: tunc & ſi ſtatuta nihil diſponant, tamen ego, eorum mentem ſectans, ita procederem, citarem ad videndum eligi peritos, & ijs electis, ad intereſſendum æſtimationi, & facta æſtimatione ad videndum referri iuxta ea, quæ dixi infra num. ſeq. Sed hæc omnia eſſent citius expedienda, & ferè vnica, vel altera citatione, & demū facta relatione, Reus eſſet citandus ad videndū dicta pignora dari inſolutum infraſcripto inſtanti pro concurrenti quantitate: qua citatione reproducta, iudex mandaret, illa dari inſolutum iuxta formam ſtatutorum pro concurrenti quantitate, niſi infra viginti, ſeu viginti quinque, ſeu niſi infra menſem, & cum aliquo augmento ſecundum noſtram ſententiam, de qua dixi infra ſub nu. 29. & ſic vides, quòd non transfertur dominium irreuocabiliter, niſi lapſa dilatione deliberationis, ſeu dationis inſolutum: Et hæc quando executio eſt facta in mobilibus.

22 † Si eſt facta in ſtabilibus: tunc creditor eiuſdem mandati tenore mittitur in poſſeſſionem eorum bonorū, & vbi fuerit immiſſus ſilebit per triginta dies continuos, qui ſecundum Alex. in l. à diuo Pio §. in venditione num. 10. ff. de re iud. quem refert, & ſequitur Luc. Pæt. in ſua pract. Capitol. lib. 8. ca. 2. nu. 28. verſiculo, & iſti: ſubrogantur in locum quadrimeſtris, quod dabatur iudicatis iuxta ea, quæ dixi ſupra cap. 62. num. 18. elapſis his triginta diebus citatur Reus ad vidēdum adiudicari infraſcripto inſtanti bona, in quorum poſſeſſionem ipſe infraſcriptus inſtās fuit pro quātitate in ſententia contēta immiſſus, qua citatione executa, & reproducta, iudex in termino illius pronunciabit, dicta bona ipſi inſtāti adiudicari iuxta formam ſtatutorum, niſi ad primā diem cum intimatione, vel niſi per totam: His peractis ad libitum actoris citatur ad videndum eligi peritos pro æſtimandis bonis, in quorum poſſeſſionem inſtans fuit immiſſus, & quæ eidem fuerunt adiudicata iuxta formam ſtatutorum ad primam diem, qua citatione executa, & reproducta, ſi Reus non comparuerit, iudex in eius contumaciam vnū eliget, & alterum Actor, qui æſtimabunt dicta bona infra quindecim dies continuos à die electionis, & pro illa die, qua æſtimabunt, debet ad inſtantiam actoris fuiſſe citatus Reus ad intereſſendum æſtimationi, ſpecificando in citatione non ſolum diem, ſed horam illius diei, & locum, & facta æſtimatione, Reus denuo citabitur ad faciendum referre eius

peritum,

peritum, ſeu æſtimatorem, aliàs videndum referri per peritum infraſcripti inſtantis,& ſtari illius relationi ad primam diem: qua citatione reproducta, Dominus mandat, referri, niſi ad primam cum intimatione: Verum quia hæc relatio, vt plurimum conſueuit dari per peritos in ſcriptis,& quandoque clauſa, & ſigillata cum proteſtatione, quòd non aperiatur, niſi eis ſit ſatisfactum de mercede:tunc citabitur Reus ad deponendum ſalarium æſtimatorum electorum ad æſtimandum, aliàs videndum deponi animo repetendi, & ad videndum fieri relationem, & admitti ad primam diem. Qua citatione reproducta, Iudex mandabit referri, & alia fieri prout in citatione. His peractis, Notarius abſque alia citatione tradit mādatum Tibicini de ſubhaſtandis bonis ſub forma, quam ponit per extenſum Luc. Pæt. dicto lib.8.cap.2.nume. 34.licet hodie fiat Latino idiomate, in eoque aſſignatur terminus octo dierum ad licitandum: Tibicen publicat illud mandatum ſpecialiter in Curia Capitolina, & deinde etiam in alijs locis ſolitis, & conſuetis, quo publicato: Aut emptor apparet: Aut non. Si apparet,tu habes modum procedendi ſupra ſub nu.præcedenti, ibi.Et vbi inueniatur emptor: variatur ſolummodo tempus ad redimendum: ibi enim diximus, quòd dantur tres, vel decem dies ad reluendum poſtquam bona ſunt deliberata oblatori, ſeu inſolutum data creditori: In bonis verò ſtabilibus dicimus dari non tres,aut decem dies,ſed vnū menſem. Si non apparet: habes ſimiliter modum procedendi ſupra ſub dicto num.præcedenti ibi.Quòd ſi emptor non fuerit inuentus &c. & variatur ſimiliter ſolummodo tempus redimendi, quia ibi diximus dari eoſdem tres, vel decem dies,hic verò diximus dari tempus ſex menſium, & totus iſte modus procedendi eſt traditus per ſtatuta Vrbis lib.1.ca. 192. & per ſtylum,circa quem poteris legere quæ ſcribit Luc.Pæt.dicto lib.8,cap.2.num.26.vſque ad numerum 56.

Et iſte ordo ſeruatur,quando actum fuit actione
23 perſonali. † Si verò fuit actum actione reali: tunc relaxatur mandatum ſimpliciter exequendum ſuper illa re:quo mandato actor mittetur in poſſeſſionem totius rei petitæ, & eo immiſſo,alius ordo non ſeruatur, nec vllum tempus expectatur: quia, cum ſtatuta nihil diſponant in iſto caſu,ſeruatur ius commune,de quo vide quæ ſcripſi ſupra num.5. & 6.in prima & ſecunda differentia.

Et hæc quando fit proceſſus in cauſis ordinarijs:
24 †Si in ſummarijs,tunc citatur Reus tribus diſtinctis citationibus,& diebus,& vna pro alia:primo ꝓ prima ad reſpondendum petitioni: ſecundo pro ſecunda:& tertio pro tertia: & Reo contumace exiſtente iuxta ea,quę declaraui remiſſiuè ſupra ſub nu.3.ibi. ſi in caſu vbi poteſt &c.ſimiliter diſtinguo, vt in cauſis ordinarijs: Aut eſt actum actione perſonali: Aut reali. Si perſonali relaxatur mādatum executiuum, exequendum ſine alia re iudicata,non tamen ad electionem creditoris, vt in caſu rei iudicatæ, ſed iuris ordine ſeruato, ſicut diſponunt ſtatuta Vrbis lib.1. cap.89. de quo iuris ordine iuxta iuris communis diſpoſitionem ſcripſi nonnulla infra ſub nu. 35. & ab ijſdem ſtatutis Vrbis eodem lib.1.ca. 193. in hunc quem ſubijcio modū,eſt declaratus: Relaxato mādato,primo loco ſunt pignori capienda bona mobilia,quæ ſi per executorem non reperiantur, de qua non reperitione ſtabitur eius fidei,Iudex, parte aliter non vocata,mandat, capi immobilia, ſi ſummæ quantitas,& debitoris qualitas non repugnent,quę repugnatio iudicis arbitrio relinquitur: ſi minus immobilia reperiantur,vel, vt dixi, repugnet ſummæ quantitas,iudex mandabit, illud exequi perſonaliter, & demum in nominibus debitorum: Mandato relaxato,executioni mandando, vt dixi, diſtinguo: Aut Reus perſeuerat in contumacia: Aut non perſeuerat, ſed comparet: Si perſeuerat, dico, quòd procedetur ijſdem prorſus ordine,& modo,quibus ꝓcedit in miſſione in poſſeſſionē ex iudicato, hoc eſt, in pignore iudiciali:quē ordinem,& modum in mobilibus & ſtabilibus docui ſupra ſub nu. 21. ibi. Vel fit in rebus mobilibus &c.vſque ad nu.24.& quādo fit perſonaliter docui ſimiliter ſupra ſub dicto num. 21.ibi:ſi perſonalis,ideo pluribus non inſiſto: ſi fiat in nominibus debitorum, quomodo ſit procedēdū, nec ſupra declaraui,nec hic declaro:dicam,fauente Deo,in tertio libro:interim poteris videre Luc.Pęt. in pract.Capitol.lib.8.c.2.nu 57. cum ſeqq. & Moder.tract.de proceſſ.execut.par.3.cap.8. nu.35. qui docent quomodo ſit procedēdum de iure communi:poteris etiam videre ſtatuta vrbis eodem lib.1.c. 192.Et quòd in executione mobilium, & ſtabilium procedatur ijſdem modo,& ordine (quod tibi forſan videbatur difficile creditu) oſtendo tum ex his, quæ dixi ſupra ſub dicto nu.21. ibi. Contrarium tamen,tum ex eo,ꝙ ordo procedendi, quē docuimus ſupra in cauſis ordinarijs, eſt ſumptus ex dicto cap. 192.lib.1. vbi, vt Rubrica ad literam dicit,agitur de forma ſeruanda in pignore prætorio: ſed in cauſis ſummarijs,quando proceditur in cōtumaciam,habet locum pignus pręctorium,ex quo propter contumaciam datur miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto iuxta ea, quæ relatiuè dixi ſupra ſub num. 21, ibi:ſecus eſt in pignore pręctorio.Ergo manifeſtè apparet, quòd modus, qui ſeruatur in cauſis ſummarijs poſt factam executionem,eſt ille idem, qui ſeruatur in ordinarijs.Et hæc quando reus perſeuerat in contumacia.

25 †Si non perſeuerat,diſtinguo:Aut cōparuit ante interpoſitionē ſecundi decreti,hoc eſt, deliberationis,ſeu dationis inſolutū,Aut poſt:Si ante,rurſus diſtinguo: Aut faſſus eſt debitū,Aut non: Si faſſus,res iā eſt abſoluta,quia remanente firma executione in ſuo ſtatu,ſi eſt facta,dabit ei petēti terminus decem dierum ad ſoluendū,quo termino elapſo,illud mandatū,ſeu aliud nouū faciēdum poſſet exequi etiam perſonaliter ad electionem creditoris, cum tunc ſit concedendum non in contumaciam, ſed in vim iudicati,quo caſu ſuccedunt ea,quę dixi ſupra ſub nu. 21.ibi. Quibus diebus elapſis &c. & exequetur ſine alia dilatione, citatione, & non obſtante quauis appellatione; quæ ad effectum ſuſpenſiuum non datur à vera confeſſione debiti ſecundum eadem ſtatuta libro primo,cap. 177. quòd ſi eſſet ipſe captus, ceſſaret iſte terminus,quia,ex quo remaneret, vt dixi, exe-

xi, executio perſonalis, ipſe deberet remanere carceratus, & appellans, ſtante confeſſione, non audiretur: ſi non eſt faſſus debitum: rurſus diſtinguo: Aut comparuit ante factam executionem: Aut poſt. Si ante: dico, quòd refectis expenſis, eſt de nouo audiendus, resque reduceretur ad terminos litis conteſtatæ, vt tradit Luc. Pæt. in pract. Capitol. lib. 4. cap. 2. numero 5. & 6. & Deo fauente, latè proſequar libro ſecundo: Si poſt factam executionem: dico quòd, refectis expenſis, & præſtita idonea cautione in forma depoſiti audietur, vt dixi ſupra, & recuperabit executionem: quòd ſi ſolum refecerit expenſas ſine hac cautione, audietur quidem, ſed executio remanebit in ſuo ſtatu vſque ad finem litis, vel vſquequo Reus prædictam cautionem dederit. Et hæc, quando Reus comparuit ante interpoſitionem ſecundi decreti. Si comparuit poſtea: diſtinguo: Aut legitimè docet de aliquo iuſto impedimento: Aut non. Si docet, eſſet refectis expenſis, audiendus. Si non docet, non eſt audiendus aliter, ac ſi illud ſecundum decretum, hoc eſt, deliberationis, ſeu dationis inſolutum eſſet interpoſitum in cauſa iudicati: quo caſu, vide quæ ſcripſi ſupra ſub dicto numero 21. ibi. Iudex decernit, & ſub numero 22. ibi. & vbi inueniatur emptor &c. & totus iſte modus procedendi colligitur partim ex ſtatutis capitu. 89. lib. primo. & partim ex doctrinis, quas tradidimus: & hæc omnia ſeruantur, quando actum eſſet actione perſonali iuxta diſtinctionem, quam præmiſi ſupra ſub numero 23. Si actum fuerit actione reali: tunc, accuſata ſimiliter contumacia, poterit obtinere mandatum, quo mittatur in poſſeſſionem ex primo decreto iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra numero 23. & 24. Sed poſtquam fuerit immiſſus suboritur difficultas, qua forma ſit ad vlteriora procedendum. Et quidem prima facie videtur dicendum, quòd ſit procedendum ſecundum diſpoſitionem iuris communis, de quo ſcripſi ſupra ſub numer. 9. ibi. Nam ſi ſuper actione reali: quia videtur iſto caſu deficere diſpoſitio ſtatuti. Et quòd deficiat probatur: quia modus procedendi in ſummarijs contra Reum contumacem in ſtatutis non traditur alibi, quàm in cap. 89. & in cap. 192. ſed vtrobique agitur de ſubhaſtatione, deliberatione, & adiudicatione pignoris prætorij, quæ ſubhaſtatio, deliberatio, & adiudicatio non actioni reali, ſed perſonali conueniunt iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra ſub nume. 21. ibi. ſi perſonali tunc Reus &c. iunctis his, quæ ibidem dixi eo loci. Citatur Reus. & numero 23. Ergo in ſummarijs ſuper actione reali non eſt à ſtatutis traditus certus modus procedendi poſt immiſſionem ex primo decreto. Quare deficiente diſpoſitione ſtatuti, videtur recurrendum ad ius commune.

Contraria ſententia, quòd ſtatuta diſpoſuerint, videtur probari ex dicto cap. 192. Vbi indiſtinctè agitur de forma ſeruanda in pignore prætorio, quale eſt illud, quod datur in ſummarijs ratione contumaciæ. Nec obſtat, quòd ibi agatur de ſubhaſtatione, quæ conuenit actioni perſonali, quia reſpondeo in actione reali omitti ſubhaſtationem, & ſic ordinem eſſe, vt facta executione ſuper mobilibus, Reus ſtatim citetur ad videndum loco adiudicationis mitti in poſſeſſionem ex ſecundo decreto iuxta ea, quæ dicebam ſupra ſub numer. 21. ibi. Quod ſi emptor non fuerit inuentus &c. Facta verò ſuper ſtabilibus ordinem eſſe, vt ipſe actor miſſus in poſſeſſionem ſileat per triginta dies, vt dicebam ſupra numero 22. & elapſis triginta diebus, quòd citetur Reus loco adiudicationis ad videndum mitti in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, quibus ſecundis decretis interpoſitis, non eſſet reus amplius audiendus iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra ſub numero 23.

Quid dicendum? Nam prima opinio videtur nimis odioſa actori, quia remedium iuris eſt nimis tardum: ſecunda videtur potius interpretatiua, quàm ſtatutaria: Ego conſulerem actori, vt, niſi eſſemus in aliquo caſu, in quo eſſet tradita à ſtatutis particularis forma procedendi, veniret non via ſummaria, ſed ordinaria vigore eorundem ſtatutorum iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra numer. 20. ibi. Citatur Reus, quia veniret mittendus in poſſeſſionem non in contumaciam ex primo decreto, ſed ex iudicato, vt dicebam ſupra ſub numero 21. ibi. Vnde nota &c. Nec iſta via eſſet ſibi deneganda, quia actor, qui poteſt agere ſummariè, poteſt agere etiã ordinariè per ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 76. ſub nume. 9. ibi: quia qui poteſt. Nec certè eſt aliter dicendum, quoniam quòd cauſa expediatur ſummariè reſpicit fauorem actoris, qui ſi poſſet, vellet cauſam expediri etiam non incœptam: Reus verò, cuius eſt fugere, vellet eam fieri immortalem: vnde, ſi reſpicit eius fauorem, debet illi poſſe renunciare iuxta ea quæ ſcripſi cap. . . num. . .

Et his ſit abſolutus modus procedendi, tam in ordinarijs, quam in ſummarijs contra Reum contumacem.

26 † Ex quibus nunc facio breue ſummarium nonnullorum notabilium. Nota ergo primo, quòd Romæ in ordinarijs pignus prætorium, ſicque totus eius modus procedendi ad primum, & ſecundum decretum vigore contumaciæ, qui ſeruatur ſecundum ius commune, & quaſdam pragmaticas, de quo, & quibus dixi ſupra numer. 3. & ſeqq. & num. 19. eſt excluſus: quoniam ſiue Reus compareat, ſiue ſit contumax, ſemper proceditur ad ſententiam diffinitiuam, ſicque ad pignus iudiciale, vt dixi ſupr. ſub num. 21. ibi. Vnde nota: & propterea ceſſabunt omnes quæſtiones primi, & ſecundi decreti, quibus iuris interpretes adeo ſunt fatigati.

Nota ſecundo, quòd in cauſis ſummarijs, ſi agatur actione reali, à ſtatutis non videtur præſcripta aliqua certa forma procedendi poſt immiſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, & reo perſeuerante in contumacia, ſecus autem ſi agatur actione perſonali, quia tunc datur iuxta iuris communis diſpoſitionem miſſio in poſſeſſionem ex primo, & ſecundo decreto, & Reus quandocunque compareat ante ſecundum decretum refectis expenſis audiet, vt docui ſupra ſub num. præcedenti, ibi. Aut comparuit ante factam executionem. Cæterum in pluribus non ſeruatur ius commune.

Et

Et primo, quia quãuis actor, nec plenè, nec ſemiplenè doceat de petitis, datur miſſio in poſſeſſionẽ, tam ex primo decreto, quam ex ſecundo contra ea, quæ dicebamus de iure communi ſupra ſub nume. 3. ibi. dico tamen quod &c. & nu. 14.

Secundo, quia non eſt neceſſarium iuramentum calumniæ contra ea, quæ dixi de iure communi ſub nume. 3.

Tertio, quia poſt miſſionem ex primo decreto citatio peremptoria non eſt amplius neceſſaria contra ea, quę ex noſtra ſententia dicebamus ſupra numer. 11.

Quarto, quia inter primum, & ſecundum decretum non eſt expectandus annus, aut aliud tempus arbitrarium, ſed ſolum tẽpus, quod docui ſupra ſub numero 21. ibi. Citatur Reus &c. vſque ad numerum 23.

27 † Occurrunt modo nonnullæ difficultates. Et prima, Quare decretum æſtimationis præcedat decretum ſubhaſtationis in bonis ſtabilibus iuxta ea, quæ dixi ſupra ſub num. 22. ibi. elapſis his &c.? Reſpondeo, quia de iure communi ęſtimatio præcedit ſubhaſtationem l. ſi quos. C. de reſcind. vendit. & bene conſiderauit Luc. Pæt. in ſua pract. Capitol. lib. 8. ca. 2. num. 32. & vrget ratio, quoniam ex æſtimatione cætera dependent: declaro, facta æſtimatione cognoſcetur, an ſit oblatum iuſtum pretium, vel non; & ſic an oblatio ſit admittenda, vel non: item debitor poterit deliberare, an velit potius pretium oblatum, vel dare rem creditori inſolutum cum augmẽto tertiæ partis pluris: illa enim alternatiua, quæ ponitur in ſtatutis lib. 1. ca. 192. *Vel ipſe iudex tantum de dictis bonis &c.* reſpicit electionem debitoris.

28 † Secunda difficultas, quare ſecundum ſtylũ Romanum bona mobilia non æſtimentur in eorũ ſubhaſtatione, ſicut æſtimantur bona ſtabilia? Reſpondeo, quia Romæ ſemper reperitur emptor adeo, vt acceperim à pluribus Notarijs Capitolinis, & practicis illius Curiæ, ſe nũquam vidiſſe bona mobilia adiudicari ipſi Creditori, & quod dico, Romæ reperiri emptorem, intelligo offerentem iuſtum valorẽ, vel ſaltem valorem vltra duas partes, aliàs ſi non reperiretur talis emptor, toties præconizaretur, donec reperiretur, & eo reperto nõ dicitur de ſtylo in citatione: *Necnon videndum eidem fieri inſtrumentum &c.* Nos tamen ſupra ſub num. 21. verſus finẽ, poſuimus contrarium, quia, ſi oblator vellet ſibi fieri inſtrumentum, ſeu aliam ſimilem cautionem, eſſet ei de iure faciendum, cum non ſit maior ratio in emptore ſtabilium, quam in emptore mobilium.

29 † Tertia difficultas: nunquid augmentum tertiæ partis pluris, quod datur in datione in ſolutum rerũ ſtabilium ex diſpoſitione ſtatutorum dicto ca. 192. lib. 1. habeat locum in datione in ſolutum mobiliũ? Reſpondeo, ſtatuta reſpicientia, quòd ſemper reperitur emptor, vt dixi, nihil diſponunt. Cæterum ſi caſus contingeret, vt ſæpe contingit in diſtrictus locis, in quibus, ex quo omnes conterranei ſe cognoſcũt & offerens cenſetur debitori iniuriam facere, ſæpe deueniendum eſt ad dationem inſolutum, fieret locus diſceptationi, non exiſtentibus alijs ſtatutis.

Etenim, quòd non debeatur, ſuadetur primo ex eo, quòd, cum ſtatuta non diſponant de iſto caſu, cenſentur illum reliquiſſe diſpoſitioni iuris communis. l. commodiſſimè. ff. de lib. & poſthum. cum ſimilibus: ſed de iure communi pignus adiudicatur pro iuſto pretio, præcedente æſtimatione, vt refert & ſequitur Affli. deciſ. 358. ſub nu. 5. in quarta ratione: ergo dictum augmentum minimè debetur. Secũdo comprobatur ex rationis diuerſitate, quę militat inter dationem inſolutum rerum mobilium, & dationem inſolutum rerum ſtabilium: in datione inſolutum ſtabilium, ſi debitor grauatur in dicta tertia parte pluris, releuatur in dilatione ſex menſium, qui ſibi conceduntur ad reluendum, ſed in datione inſolutum rerum mobilium nõ eſt cautum, quòd ei detur ad reluẽdum longius tempus illo, quod daretur in deliberatione facta plus offerenti.

Pro contraria parte faciunt hæ rationes: prima, quia circunducto ſtatuto, aliquod augmentum videtur debitum de iure communi, vt ſentit gl. in Auth. hoc ius porrectũ in verbo, decima. C. de ſacroſanc. eccleſ. vbi vltimo loco refert eorum opinionem, qui arbitrantur augmentum deberi creditori, & ſic referendo eam vltimo loco eam videtur ſequi, ſicuti eam ſequitur apertè Luc. Pæt. dicto lib. 8. cap. 2. num. 53. & ratio videtur aperta: quia vt tradit vterque, ſi creditor grauatur in hoc, vt cogatur inuitus vnum pro alio accipere, debet releuari in eo, vt accipiat cum aliquo augmento. Secunda, quia, ſi oblatore non exiſtente, creditor, qui etiam admittitur ad licitandum, vt dixi infra num. 40. pignori, valenti quatuor, offerret tria, eſſet ſibi via deliberationis dandum, & ſic cum tertia parte pluris: ergo cur eidem, oblatore non exiſtente, non eſt dandum cum eodem augmento tertiæ partis via dationis inſolutum? vnde ad tollendam difficultatem poſſet ſemper creditor facere dictam oblationem, quia vel reperietur qui plus offert, vel non: ſi reperietur: habebit pecuniam, ſin minus, habebit pignus cum dicto augmento tertiæ partis. Et quòd pignus valens quatuor, & emptum tribus dicatur ratione non læſionis iuſto pretio emptum ſuadetur ex diſpoſitione eorundem ſtatutorum lib. primo. cap. 154. & notat in propoſito Luc. Pæt. dicto cap. 2. numer. 47. ſed huic rationi poſſet reſponderi, quòd, ſi ea attenderetur, ſequeretur, quòd de iure communi non reperto emptore, pignus eſſet dãdum inſolutum creditori cum augmento dimidiæ partis, quod eſt abſurdum. Quid ergo dicemus? Reſpondeo, de iure communi teneo primam opinionem, nec obſtat, quòd augmentum videatur dãdum, ex quo non ſeruatur regula. *Aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt:* quia dico ab illa regula poſſe licitè recedi propter difficultatem præſtationis, vt tradit Iaſon. in l. non amplius. §. cum bonorum, num. 3. ff. de leg. primo. ſed in caſu noſtro adeſſet iſta difficultas præſtationis approbata à iure, quando facta ſubhaſtatione, non eſt repertus emptor: ergo non obſtat illa regula: ſecundam tamen opinionem, quòd ſit dandum dictum augmentum tertiæ partis credo eſſe veram ex mente dictorum ſtatutorum: bene

verum eſt, quòd iudex deberet debitori cōcedere longiorem dilationem, quam decem dierũ, qui conceduntur in deliberatione: & ſi res eſſet talis, quę vſu conſumeretur, vellem, creditorem abſtinere ab vſu durante illa dilatione, vel teneri ad deteriorationẽ: & ita ſeruarem, quia ceſſaret illa diuerſitatis ratio in contrarium adducta: & hęc ſufficiant circa modũ procedendi in ordinarijs, & ſummarijs.

30 † Si ſumus in executiuis, dico, quòd ad maiorem facilitatem, & breuitatem totius rei eſt in primis q̃rendum: An in executiuis, Reo contumace, detur actori pignus prætorium, hoc eſt, miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto ratione contumaciæ iuxta ea, quæ dicebam ſupra num. 3. cum ſeqq. vel potius pignus iudiciale ex iudicato? Huic quæſito priuſquam ſatisfaciam reminiſci oportet, quòd executio parata de iure communi datur ſolum in quibuſdam caſibus, & ſecundum ſtatuta, & conſuetudinem omnibus inſtrumentis publicis, vt docui ſupra cap. 62. nume. 13. & in pluribus alijs. Hoc præmiſſo, reſpondeo quòd in omnibus caſibus, in quibus ꝓcedi poteſt executiuè, ſiue de iure communi, ſiue de iure ſtatutorum, ſiue vigore conſuetudinis, ſiue quouis alio iure, ſemper datur pignus iudiciale ex iudicato, & propterea licet Reus compareret, & reficeret expenſas, tamen nõ recuperaret pignus iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra ſub nume. 21. ibi: Vnde nota &c. Et ratio, vt ibi tetigi, eſt, quia non datur propter contumaciam, ſed vel propter confeſſionem, vel propter plenam probationem, ſtatutorum, & conſuetudinis calore ſuffultam, & ſic ex iudicato, ſicut de pignore, quod datur virtute obligationis Cameralis ſcripſit Galleſ. ad form. Camer. oblig. in quæſtionibus, incidentibus poſt proceſſ. num. 24. fol. mihi 159. dicens hypothecam, quam debitor conſtituit ſuper bonis ad fauorem creditoris dici pignus conuentionale, & illud, quod dat iudex, debitoris confeſſione præcedente, dici iudiciale: quare ceſſabunt hic quęſtiones primi, & ſecundi decreti.

31 † Quæro ſecundo: nunquid cōparente Reo poſt relaxatum mandatum, & adducente aliquam exceptionem ex illis, quæ admittuntur contra publicum inſtrumentum, ſit mandatum reuocandum? Reſpondeo, quòd non: quia, vt dixi non dicitur relaxatum propter contumaciam, & quòd hoc ſit verum patet etiam ex eo, quòd, quando relaxatur mãdatum ratione contumaciæ, requiritur quòd præceſſerit peremptorium, vt relatiuè docui ſupra nume. 3. Sed in executiuis relaxatur cum ſimplici citatione, & ſine libello, aut alia ſolemnitate, vt patet ex modo procedendi, quem docui infra num. ſequenti. Sed poſtquam non reuocatur quæro tertio, an Reus ſit ſaltem audiendus? Reſpondeo, quòd ſic in pertinentibus: Aut ergo mandatum eſt ſolum relaxatum: Aut etiam traditum creditori: Aut eſt etiã facta executio: Si ſolum relaxatum: dico, eſſe audiẽdum, refectis expenſis mandati, ſi quæ factæ ſunt: Si eſt etiam traditum: dico ſimiliter, eſſe audiendũ refectis mandati expenſis, quæ creditori illico conſignarentur, ſed quia cum mandatum ſit creditori cōſignatum nõ eſſet ſecurus à ſatellitibus, accipiet, vt dicitur hic in Vrbe. *Non grauetur*. Quòd ſi exceptio eſſet talis, vt, ea probata, veniret actor condemnandus in expenſis: tunc mandati expenſę per Reum reficiendę non conſignarentur creditori, ſed depoſitarentur. Si eſt facta etiam executio, eſſet ſimiliter audiendus, ſed refectis prius, vt dixi expenſis creditori illico conſignandis, & præſtita cautione in forma depoſiti de ſoluẽdo ſummam, pro qua fuit facta executio ad omne mandatum Iudicis: & ita ſeruatur de ſtylo coram Auditore Cameræ in obligationibus in forma Cameræ: Vnde, vt vides, quamuis Reus compareat, & reficiat expenſas, non tamen reuocatur, quod eſt factum, ſed illo firmo remanente, auditur.

32 † His præmiſſis, quæro qualiter procedatur in cauſis executiuis? Reſpondeo, breui manu, & arbitrario quodam modo, æquitate ſuffulto, & ab omni dolo alieno iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 53. num. . . de omni ſpecie arbitrij. Et vbi ex forma ſtatutorum, ſeu cõſuetudinis eſt aliquis certus præſcriptus ſtylus, ille ſub pœna nullitatis eſt ſeruandus. Quare hic in vrbe pro executione obligationis in forma Cameræ coram Auditore Cameræ diuerſimodè debitores citantur ſecundum qualitatem loci, vbi obligationes receptæ ſunt, & ſecundum formam, qua ſunt confectæ. Nam pro obligationibus receptis extra Tribunal Auditoris Camerę, ſiue ſint receptę in Curia ſiue extra, debitor citatur ſemper ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione quatenus opus ſit, & mandari extendi formam Cameræ iuxta ſtylum Curiæ, Inſtante Domino N. &c. Pro ijs verò, quæ receptæ ſunt in ipſius Tribunali citatur debitor ex aduerſo principalis ad ſoluẽdum infraſcripto inſtanti ſummam ſcutorum cẽtum ei debitorum vigore obligationis Cameralis, de qua in actis, aliàs videndum contra ipſum decerni mãdatum executiuum ad primam diem, ſeu per totam (dummodo citatio perſonaliter fiat) inſtante &c. ex qua forma vides, quòd hodie non citatur, ſicut citabatur ante reformationem Pij Quinti ad confitẽdum debitum, vel illud mandari haberi pro confeſſato iuxta ea, quæ ſcribit Galleſ. ad form. Cam. oblig. fol. mihi 134. num. 2. & quę latius dixi ſupra cap. 62. ſub num. 17. Bene tamen verum eſt, quòd ſi in obligatione eſſet ſpecialiter conſtitutus aliquis certus procurator ad confitendum, iſque citaretur ad confitendum, aliàs videndum haberi pro confeſſo, vt ſeruabatur ante, non eſſet incongrua citatio, quãuis de ſtylo receſſerit ab aula. Vides etiam, quòd non citatur, vt in præcedenti caſu, ad dicendum cõtra iura producta, & repetita, videndum iurare teſtes &c.

Item pro obligationibus, in quibus eſt conſenſum in mandatum executiuum, citatur ad ſoluendum, aliàs videndum contra ipſum relaxari mandatum, vt dixi ſupra (addendo) in obligatione ſuſceptum, cuius relaxationi conſenſit.

Item diuerſimode citationes mãdanť executioni: Nam aut nõ eſt facta mutatio perſonarum: Vel eſt facta: ſi non eſt facta, rurſus diſtinguo, vel debitor

eſt præ-

eft præfens,vel abfens: fi eft præfens,citatur femper perfonaliter, feu domi dimiffa copia iuxta ea, quæ fcripfi fupra cap.45.num.5.&6.fi eft abfens: diftinguo, vel obligatio eft recepta in Tribunali Auditoris Cameræ,vel extra. Si in Tribunali,tunc indiftinctè citatur per cõtradictas: fi extra,rurfus diftinguo, vel folutio eft deftinata in vrbe,vel non: fi eft deftinata, citatur fimiliter per Audientiam contradictarum,feu per edictum iuxta temporis qualitatem: fi non eft deftinata: eft citandus in partibus perfonaliter,vel domi dimiffa copia, & talis citatio debet effe infrafcripti folemnis tenoris.

Camillus Burghefius Prothonotarius Apoftolicus vtriufque fignaturæ fanctiffimi D.N. Papæ Referendarius,ac eiufdẽ Sanctiffimi,eiufq; Camerarÿ, necnon caufarum Curiæ Cameræ Apoftolicæ generalis Auditor Romanæq; Curiæ Iudex ordinarius,fententiarum quoque,cenfurarum, & pœnarum in eadem Curia Latarum, ac literarum Apoftolicarum, quarumcũque vniuerfalis, & merus executor ab eodem Sanctiffimo fpecialiter deputatus.

Vniuerfis,& fingulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpofitis &c.Notarÿs, & Tabellionibus publicis quibufcunque &c.illi,vel illis,ad quẽ,vel ad quos præfentes noftræ &c.Salutẽ in Domino &c. Pro parte N.Creditoris N.in fcutis centum &c.Vobis omnibus,& fingulis &c.cõmittimus, ac fub pœna &c. expreſsè præcipimus, & mandamus, quatenus ftatim vifis &c.eundem ex aduerfo principalem in eius ꝓpria perfona,fi eum commodè inuenire poteritis, fin minus domi fuæ folitæ habitationis, præfentium copia dimiffa,citetis,vt nos etiam ipfum citamus, quatenus fexta die poft &c.compareat &c.per fe,vel per procuratorem ad dicendum, vel excipiendum quicquid verbo,vel fcriptis voluerit contra inftrumenta,& iura producta, & repetita nomine prædicti N. creditoris coram nobis,videndum fuper illorum recognitione,quatenus opus fit teftes induci, & iurare obligationemq; in forma Cameræ iuxta noftræ Curiæ ftylum extendi mandari, nec non foluendum dicta fcuta cẽtum per eum debita &c. aliàs elapfo &c. In quorum fidem &c.Datum &c.

Et hæc, quando non eft facta mutatio perfonarum: Si verò eft facta,dico indiftinctè,effe citandos fucceffores,feu fucceſſorem perfonaliter, feu domi dimiffa copia,fiue obligatio fit recepta in Tribunali Auditoris Cameræ,fiue non,& faciunt quæ dixi fupra cap.62.num.19.in duobus locis, & ita feruatur, quamuis in contrarium poffent adduci quæ dixi fupra cap.45.num.15.

His præmiffis, videndum eft quomodo ad vlteriora procedatur: Dico quòd in primo cafu, quãdo obligatio eft recepta extra Tribunal Auditoris Cameræ:tunc,reproducta citatione, cuius formam docuimus fupra,ibi.Nã pro obligationibus, & Reo nihil opponente,iudex mãdat, formam Cameræ extendi,& deinde citatur denuò Reus ad docendum, fe foluiffe iuxta formã fuæ obligationis, aliàs ad videndum decerni mandatum executiuum ad primã diem,qua citatione reproducta, & Reo nihil opponente,Iudex mãdatum decernit, nifi infra tres dies foluerit,aut quid releuans oppofuerit.

Si fumus in alio cafu, qñ obligatio eft recepta in Tribunali Auditoris Cameræ:tunc,reproducta citatione,cuius formam docuimus fupra ad aliud ꝓpofitum,& Reo fimiliter nihil opponente,Iudex fimiliter,vt fupra mandatum decernit,nifi infra tres.

Si fumus in alio cafu, quando eft cõfenfum in ipfa obligatione relaxationi mandati executiui: tũc diftinguo, vel obligatio fuit recepta extra Tribunal Auditoris Cameræ,vel in eius Tribunali: Si extra, dico,ꝙ facta relatione citationis, & Reo nihil opponente, Iudex mandatum decernit, nifi ad primã diẽ cum intimatione:& hoc,quando effet fimpliciter cõfenfum,vel vnica citatione præcedente.Quòd fi effet confenfum vnica, vel bina citatione præcedente: tunc iudex facta relatione primæ citationis non decerneret mandatum, fed mandaret iterum citari pro fecunda.Qua fecunda citatione executa, & reproducta,Iudex mãdatum relaxaret, nifi ad primã diem cum intimatione: Vnde nota,quòd fi eft confenfum in mandatum executiuum, extenfio formæ Cameræ non eft neceffaria,quamuis, vt practici dicunt magis effet creditori confultum,fi adhiberetur extenfio,quia ea mediante poffet ipfe liberè ꝓcedere, deinde ad fubfidialem proceffum excommunicationis,fecus, non adhibita dicta extenfione, quia effet omnino præmittenda: Si verò obligatio eft recepta in Tribunali Auditoris Cameræ, proceditur fimiliter, vt fupra, extenfio verò formæ Cameræ femper ifto cafu omittitur.

Et ifte modus procedendi feruatur,tam fi procedatur contra præfentem, quàm fi procedat̃ contra abfentẽ:illud folum variatur,ꝙ citatus ex remotioribus partibus forma citationis, quã pofui fupra ibi. Camillus Burghefius:illa citatione reproducta, denuò idem debitor citat̃ per contradictas ad dicẽdũ contra iura producta,& repetita, videndũ iurare teftes fuper illorum recognitione, quatenus opus fit, mandari extendi formam Cameræ iuxta ftylũ Curiæ,ac docendum, fe foluiffe iuxta formã fuæ obligationis,aliàs videndum decerni mandatũ executiuum,& reproducta hac citatione,Iudex, præuia iurium recognitione, mandat, extẽdi formam Cameræ,& Reo nihil opponente,infimul decerni mandatũ,nifi infra quindecim dies,aut aliũ cõpetentẽ terminũ, infra quẽ debitor verifimiliter de folutione facta in partibus docere poffit: Vnde nota,ꝙ qñ ꝓceditur contra abfentes per contradictas mãdatum non relaxatur,nifi conceffa longiori dilatione.Nota etiam ꝙ abfens, qui femel fuit citatus perfonaliter, feu domi,& non comparet, deinde in reliquis actibus femper citatur per cõtradictas, ficut docui, fed ad aliud propofitum,fupra cap.88.nu.14. Et decreta,quibus Auditor Cameræ,fiue eius Dominus Locumtenens vtitur in proceffu executiuo,funt hæc.

Nifi infra tres.

Nifi ad primam diem.

Nifi infra tempus conuentum dentur literæ de cõfenfu quæ fcribit ipfe locumtenens propria manu in Brohardo vniufcuiufque Notarij fingulis diebus iuridicis ad tollendas nullitates,& difficultates: de quorum decretorum natura, & ratione dicam, fauente Deo, libro tertio.

Aa 3 †Relaxato

33 † Relaxato mandato, fiet illius virtute executio realis, & personalis mixtim, & disiunctim ad electionem creditoris, & vna non impedit aliam: facta per executorem executione: vidēdum est, an sit actum actione personali, vel reali: si personali, videndum quoque est, an executio sit facta personalis, vel realis: si personalis, reus captus ducitur ad carceres per executores, consignaturque ab ijsdem Custodi carcerum, qui eum scribit in libro carceratorum, & inde non relaxatur, donec, &c. Si realis, vidēdum est, an sit facta super aliquibus pecunijs, vel super alijs rebus mobilibus, vel stabilibus: si sup pecunijs, seu mobilibus citatur debitor ad vidēdum per iudicem mandari consignari infrascripto instāti pecunias ad computum sui crediti, seu insolutum: & quatenus super mobilibus citatur ad videndum mandari consignari pignora Cursori ad effectum subhastandi, & subhastari mandari. Qua citatione reproducta, iudex facit decretum, nisi per totam illam diem debitor soluerit, vel aliquid releuans allegauerit: sequenti die expeditur mandatum de consignandis pignoribus, cuius formam poteris videre apud practicos: hoc mandatum consignatur executori, qui executionem fecit, isque, si pecunias habet debitoris, creditori illas persoluit, si bona mobilia, illa consignat Magistro Cursorum pro tempore existenti in Acie cāpi Floræ quotidie residēti, qui Cursori, ad quem spectat, tradit subhastanda eiusque cursoris nomen à tergo mandati annotat, & is Cursor pignoribus acceptis, inquirit pro inueniendis emptoribus, & facta aliquot diebus diligentia, descriptisque per ordinē temporis nominibus illorum, qui obtulerunt, omnia deinde Notario causæ in actis refert. Qua relatione facta, iterum citatur debitor ad videndum deliberari plus offerenti, mādatumque desuper opportunū decerni, & relaxari, hacque citatione executa, comparet Creditor in termino, & iudex pignora plus offerēti deliberat, nisi infra decem cum intimatione: & hæc, quando reperitur emptor. Quòd si non reperiretur emptor, esset debitor citandus ad videndum eligi peritos, & ad alia faciēdum iuxta modum, quē docui supra sub nu. 21. versus finem, aduertendo, quod hic adiudicaretur solum pro concurrenti quantitate sine augmento, vt dixi infra, & hęc de mobilibus: & totus iste modus procedēdi colligitur partim ex his, quæ de subhastatione pignorum coram Auditore Cameræ scribunt Galles. ad formam Cam. oblig. in quæstionibus post process. incidentibus, num. 31. fol. mihi 161. & alij de stylo Auditoris Cameræ.

Si executio sit facta super stabilibus: dico, quòd modus procedendi ad subhastationem, & deliberationem super mobilibus, quem docui hic supra, non alteratur, nisi in duobus, quorū primum consistit in modo faciendi executionem: qm Executor, volens mandatum exequi sup re stabili, nō accedit ipse solus, sed ducit secum Notariū, qui vbi accesserint simul ad rem, illam ingrediūtur, & spatianī, & de isto actu Notarius ille instrumētum conficit, in quo narrat. N. executorem habentem præ manibus mandatū executiuum relaxatum ab Auditore Cameræ ad instantiam N. contra N. cuius mandati tenorē in eodem instrumento scribit secum accessisse ad domū, seu vineam dicti N. debitoris, describēdo latera, & confinia, & qualiter dictus executor executionem fecit super ea, & singulis membris, & pertinentijs illius: præsentibus N. & N. Testibus.

Alterum verò consistit circa tempus deliberationis: quia illud plus offerenti deliberat, nisi infra mensem cum intimatione, sicut hanc eandem differentiam annotauimus in subhastatione coram iudicib⁹ Capitolinis ex forma statutorum supra sub nu. 22. ibi in bonis verò stabilibus &c. & hæc, quando reperitur emptor. Quòd si non reperiatur, nec Creditor velit offerre, tunc præcedente æstimatione, illud ei daretur insolutum pro iusto pretio, & concurrenti quantitate iuxta decisionem 358. Afflicti, quam secuta est Rota Romana in vna Romana vineæ Dominorum de Brunis coram R. p. d. Orano die 11. Decembris 1591. & idē videtur sensisse Galles. ad form. Cam. oblig. in quęstionibus incidentibus post processum nu. 30. in fin. fol. mihi. 161. esset tamē debitori concedenda eadē dilatio vnius mensis ad reluendum, quæ sibi cōcederetur in deliberatione, vt dixi hic supra, & similiter dilatio decem dierum esset concedenda, quando darentur bona mobilia insolutum, de quibus dixi supra ibi. Quòd si non reperiretur: & hæ dilationes sunt non de iure communi, sed potius ex vsu, & stylo Tribunalis Auditoris Cameræ, & hæc omnia dicta sint, quando actum esset actione personali.

Si verò actum esset actione reali, tunc haberent locum eadem, quæ dixi supra num. 23. Aduerte vltimo loco, quòd si nec realis, nec personalis posset fieri executio: tunc procederetur ad fulminationē censurarum, vt dixi supra cap. 22. nu. 32. Et hæc de processu executionis obligationis cameralis. Quomodo autem procedaī in executione sententiarum latarū ab alijs Iudicibus Romanæ Curiæ docui supra dicto cap. 22. num. 15.

34 † Verū quia omnia prædicta videntur potius respicere modum procedēdi super obligationibus in forma Cameræ, & corā illius Auditore: quæro nūc qualiter procederetur super instrumento in forma guarentigię, & super instrumentis in forma Cameræ coram alijs iudicibus?

Respondeo: pro executione instrumenti guarētigiati citatur debitor ad soluendum iuxta formam, suæ obligationis, aliàs videndum contra ipsum decerni, & relaxari mandatum executiuum ad primā diem, qua citatione executa, & reproducta Auditor Cameræ, seu alius quiuis iudex ad instantiam actoris mandatū relaxat, nisi ad primam diem, vel nisi infra duos cum intimatione, vel sine. Et est ratio, quia hoc instrumentum habet in se à principio sine iudicis exequentis ministerio confessionem, & pręceptum de soluendo, vt dixi supra cap. 62. sub num. 22. ibi. Aut secundum alias formulas &c. & potest illius executio peti coram quolibet iudice maximè attentis statutis, vt dixi supra dicto cap. 62. numer. 15. Relaxato mandato, procederetur ad pignus iudiciale, & quodlibet Tribunal seruaret suum stylū circa subhastationem, & deliberationē. Quoad modū procedendi super instrumētis in forma Cameræ corā alijs Iudicibus dico, quòd procederetur eodem modo.

modo, quo proceditur coram ipſo Auditore Cameræ: Etenim, ſi obligatio ſit recepta ab alio Notario, quàm à Notario illius Tribunalis, in quo agitur, eſſet petenda extenſio forma Cameræ, ſecus ſi eſſet recepta in illomet Tribunali, hoc eſt à Notarijs illi⁹ Tribunalis iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra ſub num. 32. ibi. Nam pro obligationibus, & ibi. his præmiſſis. & ibi. ſi verò obligatio eſt recepta: Et deinde iudex, ꝓcedente citatione iuxta ſtylum, quem docui ſupra, relaxat mandatum, niſi ad primam, vel niſi per totã cum intimatione, quando in ipſa obligatione eſt cõſenſum in mandatum, aliàs relaxatur, niſi ad primã vel niſi infra tres cum intimatione. De modo petendi executionem quorumcunq; inſtrumentorum publicorum, & apocharum, & teſtamentorum in foro Capitolino: Vide ſtatuta Vrbis lib. 1. cap. 82. 83. 84. 85. & 86. & dante Deo, de omnibus copioſè agam libris ſequentibus: De modo petendi executionem inſtrumenti ſecundum formã Ritus in Regno Neapolit. dixi obiter aliqua ſupra dicto cap. 62. ſub nu. 13. ibi: & in Regno &c.

35 † Circa hunc ſtylum procedendi contra reum cõtumacem, quem hucuſq; docuimus, tam in ordinarijs, quã in ſummarijs, & executiuis occurrunt nonnullæ difficultates.

Et prima qualis ſit ordo iuris, ſecũdum quem diximus ſupra nu. 6. faciendam eſſe miſſionẽ in poſſeſſionẽ ex primo decreto, qñ actum eſt actione perſonali? Reſpõdeo, vt prius capiantur mobilia, deinde ſtabilia, & poſtea nomina debitorum iuxta textum in l. à diuo Pio. §. in vẽditione. ff. de re iud. & ijs deficientibus perſona, vt tradunt gl. & Bar. in l. 3. §. tutores, in verbo vinculis. ff. de ſuſpec. tut. Bal. in l. 1. in fi. C. de iur. & facti ignor. Pau. de Caſt. in l. ſi ſe nõ obtulit. §. ait prætor. nu. 4. ff. de re iud. Abb. in ca. quod ad conſultationem, nu. 27. extr. eod. Rom. cõſ. 320. nu. 2. Iaſ. in dicto §. in venditione, num. 1. Maran. in ſuo Spec. par. 6. actu 3. & vltimo, num. 9. & Moder. tract. de proceſ. par. 1. c. 6. nu. 118. & eſt communis: & ꝙ captura ſit concedẽda ſemper vltimo loco poſt excuſſionem bonorum tetigimus ſupra ſub nu. 14. & tenet Boſſ. tract. crim. tit. de captura nu. 88. etiam ſi quis eſſet declaratus debitor ex crimine, ꝙ poſtea nu. 89. declarat, vt non procedat, quando fuiſſet cõdemnatus in carcere: quia, vt inquit, non dimitteretur antequam creditori eſſet ſatisfactum. Et fauẽte Deo, latè proſequar hunc articulum in tertio libro, & ex his vides, ꝙ ordo traditus à ſtatutis Vrbis, & à nobis relatus ſupra ſub nu. 24. dum vult, penultimo loco capiendam eſſe perſonam, & poſtremo nomina debitorum eſt correctorius iuris communis.

36 † Secunda difficultas: nunquid ſint excutienda ẽt bona fideiuſſoris, & eodem ordine, de quo in dicto §. in vẽditione, priuſquam deueniatur ad capturam principalis debitoris? Reſpondeo, ꝙ ſic per textum in l. ſi plures. §. præterea, il ſecundo. ff. de fideiuſſ. quem ad hoc propoſitum, vti notabilem, allegant Ludou. Roma. dicto conſ. 320. incipiente. Hæc iſtorum nu. 2. Marſ. ſing. 3. incipien. Ad hoc, & Moder. tract. de proceſſ. par. prima. cap. 6. num. 22. Vnde nota, quòd ſi creditor, excuſſo principali, procederet contra fideiuſſorem, non poſſet fideiuſſor excipere, quòd excuteretur principalis debitor in perſona, niſi in caſu, quo vtriuſque bonis excuſſis, eſſet ad alterius capturam deueniendum.

37 † Tertia difficultas: nunquid executio, ſeu miſſio in poſſeſſionem facta, non ſeruato ordine tradito in dicto §. in venditione, ſit nulla, etiam ſine appellatione, vel requiratur appellatio? Hanc difficultatẽ plenè attingam, & ſoluam, Deo dante, in tertio libro: Interim conſulas Bartolum, Alex. & Iaſ. num. 19. in ſæpe citata l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. Abb. & Felyn. num. 12. in cap. quoad conſultationem, extra eod. Affl. deciſ. 358. nu. 1. & 2. Marã, in ſuo Specu. par. 6. dicto tertio, & vltimo actu, ſub nu. 9. & Afin. in pract. §. 31. cap. 6.

38 † Quarta difficultas: nunquid ordo, traditus in dicto §. In venditione, ſeruetur etiam in proceſſu contra pupillum? Reſpondeo, quòd non, quia primo loco capiuntur nomina debitorum, vt refert, & ſequitur Maran. dicto actu 3. & vltimo, num. 15. in quarta limitatione.

39 † Quinta difficultas: nunquid ſeruetur contra debitores Fiſci? Reſpondeo, licet Boſſ. tract. crim. tit. de captu. ſub nu. 88. dicat de iure prius excutienda eſſe bona, tamen contrarium, videlicet, quòd poſſit incipi ab eorum captura, obſeruatur, obſeruaui, & tenent Par. de Put. tract. de ſynd. in verbo. captura. cap. 1. ſub nume. 1. Maran. vbi ſupra nu. 12. & idem Boſſ. eodem tract. crim. tit. de Fiſco, & priuileg. eius num. 18.

40 † Sexta difficultas: nunquid creditor in ſubhaſtatione pignoris admittatur ad licitandum? Reſpondeo, quòd ſic, gl. in l. à diuo Pio. §. ſi pignora, in verbo. addicantur, & ibidem Bar. & Alex. nu. 11. ff. de re iud. Salyc. in l. 2. C. ſi in cauſ. iudic. pign. &c. Bal. in l. ordo. in princ. C. de execut. rei iud. & Luc. Pet. in pract. Capitol. lib. 8. cap. 2. nu. 45. & licet textus in dicta l. 2. C. ſi ĩ cauſ. pign. & Galleſ. in tract. ad form. Camer. oblig. in quæſtionibus incidentibus poſt ꝓceſſum num. 30. fol. mihi 161. loquantur cum grano ſalis, vt ſcilicet admittatur, quando non reperitur alius emptor, tamen mens illius textus eſt, vt tũc creditor non ſolum admittatur, ſed cogatur, quaſi velit dicere ille textus, quòd, non reperto emptore, debet ſibi adiudicari, & dari in ſolutum, vt diſponunt textus in dicta l. à Diuo Pio. §. ſi pignora, & in dicta l. ordo. C. de execut. rei iud. & dixi ſupra ſub nu. 21. ibi. Quòd ſi emptor &c. & ideo textus in dicta l. 2. in fine. ait.

Ex officio emere debet.

Et quòd creditor admittatur inter alios, immo ſit præferendus, poſſem multis rationibus oſtendere, ſed ſufficiant, quæ ſcribit Maran. diſput. 8. num. 29.

41 † Septima difficultas: nunquid oblatores poſſint ſe pœnitere, & recedere ab oblatione? Reſpondeo, quòd ſic. l. à diuo Pio. §. ſed ſi emptor, & ibi Pau. de Caſt. nu. 1. ff. de re iud. reddens rationem, quia aliàs daretur proceſſus in infinitũ: vnde offerens ſine præſenti pecunia, vel non eſſet admittendus, vt ex dicto §. ſed ſi emptor. notat Vrſil. in annot. ad Affl. deciſ. 358. nu. 3. vel deberet admitti cum obligatione camerali, quia non poſſet amplius ſe pœnitere.

Aa 4 † Octaua

42 † Octaua difficultas: nunquid debitor, lapſo vno die ad reluendum, admitteretur? Reſpondeo, ſi lapſus eſſet vnus tantum dies, & ſic vltimus, vtique ſequenti die admitteretur. l. vbi lex. ff. de reg. iur. & notat Luc. Pæt. in pract. Capitol. lib. 8. cap. 2. nume. 54. dicens, quòd Rota Romana in quadam cauſa non admiſit debitorem ad reluendum, ex quo erant lapſi tres dies.

43 † Nona difficultas: nunquid in tegulis domorum poſſit fieri executio: Item in libris ſcholaris, & Doctoris actu legentis? Reſpõdeo, quòd in tegulis domorum non poteſt etiam pro debito vniuerſitatis, tradit Bar. in l. cætera. §. hoc ſenatuſconſultum, il 1. nu. 2. ff. de leg. primo. quem refert, & ſequitur Anto. Scap. tract. iur. non ſcript. lib. 2. cap. 34. nume. 13. In libris verò ſcholaris, & Doctoris, & armis militis, & ſi Luc. Pæt. dicto cap. 2. num. 19. credat idem, quòd non poſſit fieri executio, ſiue extent alia bona, ſiue non, motus ex gl. in l. nepos proculo. in verbo, dignitate. ff. de verb. ſignifi. tamen mihi magis placet opinio Maran. in ſuo Spec. par. 6. actu tertio, & vltimo, nume. 46. limitatione decima, vt in his poſſit fieri in ſubſidium, & moueor ex textu in l. ſtipendia. C. de execut. rei iud. vbi Imperator diſponit per ſubauditum intellectum, quòd in ſtipendijs militum poſſit fieri executio, quando alia bona deficiunt: & tamen militi ita ſunt neceſſaria ſtipendia, ſicut arma: & iſta opinio ſeruaretur in practica. Et quòd in libris ſcholaris poſſit fieri executio in ſubſidium, vide Aſin. in pract. §. 31. cap. 2. limit. 36. num. 3. & ſeqq. Nec obſtat gl. in alleg. l. nepos Proculo, quia ex natura promiſſionis, de qua in illo textu, nec militis arma, nec ſcholaris libri deberentur. Reliquos caſus, in quibus executio vel nõ poteſt fieri, vel poteſt ſolum in ſubſidium, enarrabo, Deo fauente, in tertio libro: Interim videto Aſin. dicto cap. 2.

44 † Decima difficultas: nunquid intimatio, qua iudex ſæpe vtitur in decretis, quæ poſui ſupra ſub nu. 21. & alijs, poſſit reproduci quandocunque, vel ſit neceſſariò reproducenda die immediatè ſequenti poſt illius executionem? Reſpondeo: Aut intimatio intimat decretum iam factum, vt eſt illa, qua vſi ſumus in decretis, de quibus in dictis num. 21. & alijs. Aut decretum faciendum: ſi iam factum, dico, quòd poteſt reproduci quandocunque, illius tamen intimati Decreti executio ſuſpenditur vſque ad illius realem reproductionem. Si decretum faciendum, dico, quòd eſt reproducenda in ſuo termino, quia ſortitur vicem, & effectum citationis.

45 † Vndecima difficultas: vt plurimũ hic in vrbe executio facta ab executoribus deponitur penes aliquẽ tertium: vnde dubitatur quomodo contra huiuſmodi depoſitarium ſit procedendum? Reſpõdeo: Aut eſt depoſita à Notario: Aut ab executore. Si à Notario, dico, ꝙ ſunt citandi depoſitarius, & debitor ad videndum mandari conſignari, & conſignandũ reſpectiuè, aliàs videndum contra ipſum depoſitariũ decerni, & relaxari mandatum executiuum: & deinde in termino relationis iudex mãdatum decernet, niſi ad primam diem cum intimatione, qua executa & reproducta, reuolutaque die iuridica poſt executionem dictæ intimationis, creditori mandatũ concedit non obſtãtibus quibuſuis exceptionibus, quas Depoſitarius adduceret.

Si ab executore, dico, ꝙ idemmet executor accedet ad eum, qui ſe vocauit Depoſitariũ, & bona depoſita accipiet, & vbi is negaret, ſe eſſe depoſitariũ, accipiet ſine vllo iudiciali actu bona illius propria, vel ipſum ducet ad carceres: & ita ſeruatur de ſtylo, quamuis multæ iuris regulæ refragentur.

46 † Duodecima difficultas: nũquid datio in ſolutũ, quæ fit in Tribunali Auditoris Cameræ, fiat cũ augmento tertiæ partis pluris, & cum dilatione ſex mẽſium ad reluẽdum iuxta diſpoſitionem ſtatutorum Vrbis, de quibus dixi ſupra nu. 29.? Reſpondeo, ꝙ non, quia coram Auditore Cameræ in ſubhaſtatione rerum ſeruatur vſus quidam potius, quàm diſpoſitio ſtatutorum, vt ſcribit Galleſ. ad form. Camer. oblig. in quæſtionibus incidentibus poſt proceſſum nu. 28. & 31. ibi. Curiæ vſus &c. fol. mihi 161.

47 † Decimatertia difficultas: nunquid debitor carceratus ſit relaxandus ſi fideiuſſerit idoneè ĩ forma depoſiti de ſoluendo ad omne mandatum iudicis? Reſpondeo, Aut loquimur de iure: Aut de conſuetudine. Si de iure, dico, quòd nõ, quia deponere nõ eſt ſoluere. Bar. in l. Itẽ liberatur, §. qui paratus, nũ. 3. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolu. Si de conſuetudine, dico, ꝙ ſic, quia ita vidi ſeruari corã Auditore Cameræ, & alijs Iudicibus, & obſeruaui ego ẽt ſæpe.

Reliquas difficultates, quales ſunt illæ: In quibus alijs caſibus vltra poſitos ſupra in quarta, quinta, & nona difficultate nõ ſeruetur ordo traditus in l. à diuo Pio, §. in venditione. ff. de re iud. Item nũquid, ſubhaſtatis rebus mobilibus, & non reperto emptore, ſint illæ dandæ in ſolutum creditori, vel ſint potius ſubhaſtandæ res immobiles? Itẽ nunquid in executione, ſubhaſtatione, & deliberatione ſit neceſſaria citatio: Item quale dicatur iuſtum pretium, & an reus poſſit incarcerari pro modica ſumma: & pro quota carceretur hic in vrbe, & multas alias excitabo, & diſſoluam lib. 3. & hic excitatas ibidem locupletiores, ac vberiores reddam. Et hæc ſatis.

De proceſſu contra Reum contumacem in cauſis criminalibus. Cap. XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Modus procedendi in cauſis criminalibus cõtra reũ, inquiſitum de delicto, puniendo infra relegationẽ, & contumacem qualis ſit de iure communi, & quo modo abſens poſſit ſeruatis ſeruandis condemnari diffinitiuè.*

2 *Miſſio in poſſeſſionem contra reum contumacem, an habeat locum in cauſis criminalibus.*

3 *Citatio peremptoria, an ſit neceſſaria initio contra inquiſitum.*

4 *Annotatio bonorum Rei contumacis, an ſit faciẽda.*

5 *Modus procedendi in cauſis criminalibus contra reum inquiſitum de delicto puniendo ſupra relegationem, & contumacem de iure communi eſt, vt, reo contumace, procedatur ad annotationem bonorum per modum inuentarij, & deinde reus denuò citetur ad ſe defendendum, notificando et*

bonorum

bonorũ annotationẽ, & ſi poſtea perſeuerat in contumacia per annum, bona annotata fiunt Fiſci irreuocabiliter, quòd ſi compareat infra annum à die notificationis annotationis bonorum, caueatq́; de ſtando iuri, ſtatim recuperat bona, & proceditur in cauſa ſeruatis ſeruandis.

6 *Annotatio bonorum quare fiat quando pœna delicti excedit relegationẽ, & quomodo aſſimiletur miſſioni in poſſeſſionem bonorum ex primo decreto, & ex ſecundo, ſi reus non comparuerit infra annum.*

7 *Citatio peremptoria initio cauſæ cõtra reum abſentem cur ſit neceſſaria.*

8 *Abſens, & inquiſitus de delicto puniendo ſupra relegationem, poteſt diffinitiuè condemnari primo in crimine læſæ maieſtatis.*

9 *Secundo in caſu legis. ne diu. C. de pœn.*

10 *Tertio in caſu legis iiij §. conſtitutum. ff. ad l. Corn. de Sicar.*

11 *Quarto in caſu legis Conſiliarios. C. de Aſſeſſor.*

12 *Quinto in eo, qui carceres effregit.*

13 *Sexto quando Papa, ſeu Imperator cognoſcerent per ſe ipſos de delicto.*

14 *Septimo in crimine hæreſis.*

15 *Octauo, ſecundum aliquos poteſt de iure Canonico condemnari quilibet abſens: communis tamen eſt in contrarium.*

16 *Modus procedendi de conſuetudine in cauſis criminalibus contra reum contumacem, & inquiſitum de delicto, pro quo ſit impoſita pœna confiſcationis eſt vt, exiſtentibus indicijs, procedatur, ad annotationem bonorum ante contumaciam, immo etiam ante tranſmiſſam citationem, quod eſt contra ius commune.*

17 *Inuentarium, ſeu annotatio bonorum quomodo fiat.*

18 *Confiſcatio bonorum hodie imponitur ſolum in caſibus expreſſis in iure.*

19 *Bona ſtabilia, an ſint ponenda in inuentario tam de iure, quàm de conſuetudine.*

20 *Bona mobilia inuentariata deponuntur penes aliquem idoneum depoſitarium.*

21 *Reus, facto inuentario, citatur peremptoriè tam de iure communi, quàm ſecundũ conſtitutiones Marchiæ ad effectum, vt poſſit reputari contumax &c.*

22 *Contumaciæ Rei declaratio ſecundum conſtitutiones Marchiæ non eſt neceſſaria, ſecus de iure communi &c.*

23 *Reus contumax ſecundum generalem conſuetudinem, & practicam ponitur in banno ſine vlla notificatione, eiq́; in eodem banno præfigitur certus terminus ad comparendum.*

24 *Reus poſitus in banno, elapſo deinde termino, ſi in eo non comparuerit, declaratur pro confeſſo ſecundũ generalem conſuetudinem.*

25 *Reus declaratus pro confeſſo, an ſit citandus ad ſentẽtiam, & quid ſecundum conſtitutiones Marchiæ, & quid ſecundum generalem conſuetudinem.*

26 *Modus procedendi in cauſis criminalibus cõtra reũ contumacem ſecundum ſtatuta, & ſtylum Vrbis Romæ qualis ſit, & quomodo differat à modo, & ſtylo aliorum locorum, de quo actum eſt ſupra.*

27 *Modus procedendi, qui ſeruatur in Vrbe contra contumaces, eſt ſeruandus in omnibus locis diſtrictus, in quibus non eſt aliter prouiſum per ſtatuta particularia: quia &c.*

28 *Modus procedendi de conſuetudine in cauſis criminalibus contra reum contumacem, & inquiſitum de delicto puniendo infra relegationẽ eſt, vt, omiſſa annotatione bonorum, pocedatur, vt in delicto, pro quo eſt impoſita pœna ſupra relegationem.*

29 *Conſtitutio Marchiæ lib. 4. cap. 10.*

30 *Statutum vrbis lib. 2. cap. 2. & 6.*

31 *Modus procedendi contra reũ contumacẽ inquiſitũ de delicto, puniendo ſupra relegationem, qui eſt traditus à ſtatutis vrbis, eſt ſeruandus etiam contra reum contumacem inquiſitum de delicto puniendo infra relegationem.*

32 *Bannũ, ſeu ſententia ſunt nulla, quando non eſt proceſſum ſecundum diſpoſitionem, & modum traditum à ſtatutis, ſeu receptum à conſuetudine, quare, ſi abſens ſit condemnatus in ſtatu eccleſiaſtico, omiſſo banno, condemnatio eſt nulla, & quidem ipſo iure.*

33 *Statutum, tollens exceptiones, non tollit eam, quæ prouenit ex alio capite eiuſdem ſtatuti.*

34 *Nullitas reſultans ex facie actorum nunquam intelligitur excluſa, quia dicitur euidens, & notoria.*

35 *Exceptiones prouenientes ex ventre actus nunquam cenſentur excluſæ.*

36 *Bannitus nulliter notoriè non comprehenditur ſub ſtatuto contra bannitos.*

37 *Modus procedendi de iure communi in cauſis criminalibus contra contumacem habet magnam ſimilitudinem, & proportionem cum modo procedendi, qui ſeruatur de conſuetudine, idq́; clare oſtenditur.*

38 *Bannum, an & quando ſit ſententia interlocutoria, & quando diffinitiua.*

39 *Terminus banni, an poſſit augeri, vel minui, ſi ſit definitus à ſtatuto.*

40 *Statutum, quòd contumax habeatur pro confeſſo, an habeat locum tam in vero contumace, quàm in ficto, & an, & quomodo contumax admittatur ad probandum ignorantiam citationis, ſeu aliquod iuſtum impedimentũ, & quid, ſi compareat infra annum, & quid ſecundum motus proprios, & quid ſecundum ius commune.*

41 *Statutum vrbis diſponens, quòd in locis diſtrictus, in quibus non extant ſtatuta particularia, ſeruentur ſtatuta vrbis, an ſit ſuperfluum.*

42 *Condemnatio non poteſt fieri contra poſitum in banno, niſi prius ſit declaratus pro confeſſo.*

43 *Declarari pro confeſſo, an poſſit bannitus, pendente termino decem dierum ad appellandum à ſententia banni.*

44 *Declarari pro confeſſo, & ſimul condemnari diffinitiuè, an poſſit bannitus, pendente termino decẽ dierum ad appellandum, & an appellatio à ſententia habente vim diffinitiuæ admittatur, Adde reſolutionem ſumptam à practica, de qua in num. 64.*

45 *Interlocutoria, qua quis declaratur pro confeſſo, habet vim ſententiæ diffinitiuæ, quia &c.*

46 *Appellatio à declaratoria, quòd bannitus habeatur pro confeſſo, eſt admittenda.*

47 *Appellationem pendere, & pendere terminũ ad appellandum*

pellandum ſunt paria, declara, vt infra ſub nu. 60. verſ. & formaliter.

48 *Appellatione pendente à declaratione, quòd bãnitus habeatur pro confeſſo, nil eſt innouandum, & ſimiliter pendente termino ad appellandum.*

49 *Termino ad appellandum pendente à declaratoria, quòd quis habeatur pro confeſſo, an poßit procedi ad condemnationem.*

50 *Termino, ſeu appellatione pendente à ſententia, quæ vel nullum, vel modicum inferat præiudicium poteſt procedi ad vlteriora.*

51 *Termino, ſeu appellatione pendente à ſententia diffinitiua, lata in cauſa non habente executionem paratam, non poteſt ad vlteriora procedi.*

52 *Appellatio à ſententia diffinitiua in cauſa, habente executionem paratam admittitur quoad effectum deuolutiuum, ſed non quoad ſuſpenſiuum: vtputa, ſi ſit appellatum à ſententia, lata in cauſa alimentorum, dotis, debiti confeſſati, & ſimilium.*

53 *Appellatione, ſeu termino ad appellandum pendente à ſententia mera interlocutoria, iudex poteſt procedere ad vlteriora, niſi ſit ſecuta iuſta ſuperioris inhibitio, & iudex eccleſiaſticus non valet inhibere iudici ſæculari, parte nõ citata, & acta facta poſt inhibitionem, iniuſtè emanatam, non dicũtur nulla: Et inhibitio an ſit timenda tam iuſta, quàm iniuſta: Et quid ſeruetur in appellationibus interpoſitis in foro Capitolino ad Capitaneum appellationum, & quid ſit conſtitutum à ſummis Pontificibus ſuper appellationibus recipiendis.*

54 *Appellatio à ſententia lata ſuper poſſeſſorio an, & quomodo ſit admittenda.*

55 *Sententia lata ſuper poſſeſſorio, an ſit diffinitiua, ſeu habens vim diffinitiuæ, vel ſit potius mera interlocutoria.*

56 *Appellatione pendente ab interlocutoria, habente vim diffinitiuæ, an iudex poßit procedere ad vlteriora.*

57 *Termino ad appellandum pendente, an iudex poßit procedere vlterius.*

58 *Sententia, qua iudex ſe declarat competentem, habet vim diffinitiuæ, & ab ea licet appellare, & appellatione pendente nihil eſt innouandum, ſecus ſi pendeat ſolummodo terminus ad appellandum: idẽ dicitur de ſententia de torquendo.*

59 *Cautela, quam docent Doctores de interponendo decreto torturæ poſtquam reus eſt ductus in pede tonduli, confutatur.*

60 *Termino pendente ad appellandum à ſententia, qua contumax eſt declaratus pro confeſſo, iudex poteſt procedere vlterius.*

61 *Sententia diffinitiua quomodo differat ab interlocutoria, habente vim diffinitiuæ.*

62 *Appellatio ſecundum plura ſtatuta, conſtitutiones, & conſuetudinem eſt prohibita in cauſis criminalibus: huiuſmodi ſtatuta extant Mediolani, Neapoli, & ferè in omnibus locis: Conſuetudo extat in locis Imperij, Flandriæ, Hiſpaniæ, & ferè in toto orbe Chriſtiano, & quæ ſit ratio huius conſuetudinis.*

63 *Conſuetudo non admittendi appellationem in cauſis criminalibus, quando reus eſt ſolum teſtibus conuictus, non placet.*

64 *Iudex in practica condemnat bannitum, pendente termino ad appellandum à ſententia banni.*

65 *Declaratio, quòd poſitus in banno habeatur pro confeſſo, & ſimultanea eiuſdem condemnatio, ad aliquam pœnam, an poßint fieri ſtatim lapſo termino banni, vel ſit expectandus lapſus aliquorum dierũ.*

66 *Terminus decem dierum ad appellandum à ſententia banni quando incipiat currere an à die banni, an verò à die pmulgationis illius, vel à die lapſi termini in eo appoſiti ad comparendum, & quomodo ſententia banni æquiparetur ſententiæ excommunicationis.*

67 *Statutum, quòd banniti poßint impunè offendi non habet locum in bannito, pendente termino banni, & nunquid habeat locum lapſo termino banni, ſed pendente termino ad appellandum à banno.*

68 *Bannitus quot temporibus poßit comparere, & quæ ſtatuta ſint conſideranda ad hoc propoſitum in ſtatu eccleſiaſtico.*

69 *Bannitus, comparens ante lapſum terminum banni, carceratur, examinatur, & proceditur ad vlteriora, nulla habita conſideratione banni, quod dicitur reſolutum per comparitionem.*

70 *Amplia, vt euaneſcat, & reſoluatur etiamſi fuerit captus, pendente dicto termino banni.*

71 *Contumacia iam contracta non reſoluitur per ſimplicem ſpontaneam comparitionem poſt lapſum terminum, etiamſi ad vlteriora non eſſet proceſſum.*

72 *Amplia, vt procedat etiamſi contumacia non extiterit accuſata.*

73 *Amplia, vt procedat etiam ſi minus extiterit declarata per iudicem.*

74 *Contumax, ſponte comparens antequam ſit reputatus pro confeſſo, an teneatur docere de ſua innocẽtia, tanquam ſi delictum eſſet contra ſe plenè probatum, an verò Fiſcus teneatur ipſum conuincere &c.*

75 *Contumax, comparens ante declaratoriam, quòd habeatur pro confeſſo, an adhuc poßit inuitus declarari pro confeſſo ad inſtantiã Fiſci, & purgatio moræ, an & quando admittatur, & an bannitus, comparens poſt lapſum terminum banni, & priuſquam ſit declaratus pro confeſſo, dicatur eſſe adhuc in tẽpore purgandi moram, & ſimiliter non reſpondens poſitionibus infra terminum, an poſsit adhuc purgare moram.*

76 *Contumacia abſque eo, quòd contumax ſit declaratus pro confeſſo, an faciat indicium ad torturam, & ſub nume. 78. verſ. Contrariam ſententiam: & quid de conſuetudine vide in num. ſeqq. 77.*

78 *Contumacia de per ſe ſola, quæ ſecundum communẽ opinionem facit indicium ad torturam: quibus caſibus poßit conſiderari, & ſtare ſine alijs indicijs, et quomodo procedat illa communis opinio.*

79 *Copia proceſſus, an ſit concedenda ante torturam bãnito comparenti ante ſententiam, & an ante decretum torturæ debeat præmitti, quòd veritas aliter haberi non poteſt.*

80 *Teſtes an ſint repetendi priuſquam concedatur copia bannito ſpontè comparenti.*

81 *Appellatio à decreto torturæ de iure communi eſt admittenda*

mittenda tam quoad effectum deuolutiuum, quàm quoad ſuſpenſiuum.

82 *Amplia, vt procedat etiamſi appelletur à comminatione torturæ.*

83 *Amplia ſecundo, vt procedat etiamſi eſſet appellatum à decreto torturæ pro habenda præciſa reſponſione.*

84 *Limita modo concluſionem poſitam ſupra nume. 81. vt nō procedat quando appellatio eſſet friuola: immo friuolè appellans de iure eſſet puniendus.*

85 *Appellatio friuola quando dicatur.*

86 *Appellans, an debeat exprimere cauſam grauaminis.*

87 *Appellatio à decreto torturæ in Regno Neap. non admittitur à iudicibus habentibus præeminentiam magnæ Curiæ, & quæ Curiæ, quive iudices habeant iſtam præeminentiam.*

88 *Appellatio à decreto torturæ, vt admittatur, non obſtante præeminentia, quæ extet cautela remiſſiuè, & quæ requirantur, vt ſit locus torturæ ex præeminentia.*

89 *Appellatio à decreto torturæ, ſi eſt iuſta, debet admitti in Regno Neap. à iudicibus non habentibus præeminentiam, aliàs punirentur, ſecus ſi eſt iniuſta.*

90 *Appellatio à decreto torturæ quando dicatur iuſta, & quando non, & quid ſeruetur in foro ſancti Officij in Hiſpania ex quadam inſtructione Madruliana.*

91 *Appellatio à decreto torturæ, vt poſſit reijci ab officialibus Regni ſine eorum periculo, quæ debeant obſeruare in proceſſu, & an repulſa teſtium ſit omnino concedenda.*

92 *Indicium legitimum ad torquendum, & reijciendā appellationem, quæ à torturæ decreto interponeretur, quod ſit, & quæ differentia remaneat inter Curiam habentem præeminentiam, & non habentē.*

93 *Appellatio in cauſis criminalibus tam à diffinitiua, quàm ab interlocutoria eſt prohibita in Ducatu Mediolani.*

94 *Appellatio à decreto torturæ non eſt prohibita ſecundum ſtatuta vrbis.*

95 *Appellatio tam à diffinitiua, quàm ab interlocutoria eſt prohibita ſecundum motus proprios: fallit quādo cauſa eſſet capitalis, & reus ſe conſtitueret in carcere.*

96 *Appellatio à decreto torturæ non eſt prohibita ſecundum Conſtitutiones Marchiæ.*

97 *Appellatio à decreto torturæ ſecundum conſuetudinem non admittitur, & quæ ſit ratio huius conſuetudinis.*

98 *Appellatio ab interlocutoria eſt admittenda, quando prohibetur à diffinitiua, & quid in foro Inquiſitorum.*

99 *Limita hanc concluſionem, vt non procedat, quando eſt expreſsè prohibita etiam ab interlocutoria.*

100 *Limita ſecundo, vt non procedat, quando appellatio eſſet friuola.*

101 *Appellatio à declaratione, quòd bannitus, & verè cōtumax habeatur pro confeſſo, non admittitur, & qui dicatur verè contumax ſecundum Conſtitutionem Marchiæ.*

102 *Limita, vt non procedat, quando in appellatione exprimeretur iuſta cauſa, quia tunc eſſet admittenda, immo in ſtatu eccleſiaſtico audiretur etiam non appellans, & ab eodem iudice ex diſpoſitione motuum propriorum.*

103 *Appellatio à decreto, quòd bannitus fictè coutumax habeatur pro confeſſo, eſt admittenda.*

104 *Iudex, qui declarauit bannitum pro confeſſo, poteſt, ſuadente iuſta cauſa, reuocare illam declaratoriam ſecundum motus proprios, ſed ſecundum ius commune res eſt ſatis diſputabilis.*

105 *Iudex an poſſit reuocare ſententiam interlocutoriā, habentem vim diffinitiuæ, & quid de ſententia, qua pronunciatur, inſtrumētum mandandum eſſe executioni, de qua re vide etiam num. 107.*

106 *Excommunicationis ſententia dicitur interlocutoria.*

108 *Iudex, qui declarauit bannitum pro confeſſo, quo caſu poſſit etiam de iure communi reuocare iſtam declaratoriam.*

109 *Bannitus, comparens poſtquā eſt declaratus pro confeſſo, & appellans ab iſta declaratoria, tenetur adhuc docere de ſua innocētia, & an appellatio extinguat, ſeu ſuſpendat potius pronunciatum, & an cōtumacia poſſit purgari quandocūque vſque ad ſententiam, & confeſſio ficta cur non æquiparetur cōfeſſioni veræ.*

110 *Limita, vt non procedat, quando fuiſſet inquiſitus, & bannitus, non præcedentibus legitimis indicijs, quia tunc non tenetur docere &c. etiamſi iudex, qui formaſſet inquiſitionem, habuiſſet liberum arbitrium &c.*

111 *Bannitus ſi tenetur elidere fictam confeſſionem, & probare innocentiam, quanta debeat eſſe iſta probatio.*

112 *Bannitus, qui non extitit adhuc declaratus pro confeſſo, non poteſt condemnari diffinitiuè.*

113 *Amplia, vt procedat etiamſi extaret ſtatutum, quòd contumax habeatur pro confeſſo. &c.*

114 *Amplia, vt procedat etiamſi ſtatutum vteretur verbis, quæ ſententiam non ferendam, ſed iam latam importare viderentur.*

115 *Exemplifica iſtam ampliationem, quando ſtatutum vteretur his verbis: habeatur pro confeſſo ipſo iure &c.*

116 *Bannito ſpontè comparente poſt ſententiam diffinitiuam contra ſe latam, ſed ante tranſitum in rem iudicatam, & nihil opponente contra ſententiam, quid ſit agendum, & quare videatur impoſſibile, vt bannitus nihil opponat.*

117 *Appellatio banniti diffinitiuè condemnati non ſuſpendit executionem ſententiæ, ſi extet ſtatutum, prohibens appellationem.*

118 *Confeſſus qui eſt delictum an appellet.*

119 *Notorius delinquens, an appellet, & appellationis remedium ad quid fuerit inuentum.*

120 *Confeſſus delictum dicitur notorius delinquens, & quid de fictè confeſſo.*

121 *Confeſſus qui eſt ſpontè delictum non appellat ſecūdum Conſtitutiones Marchiæ, & potius eſt toleranda correctio, quàm ſuperfluitas, & ſtatutum, dirimēs aliquem articulū controuerſum à Doctoribus, non*

nō est superfluum, & argumentum à contrario sensu non valet, quando in eo militat eadem ratio, quæ militat in sensu directo, minus etiam valet sumptum à dispositione negatiua.

122 Appellatio, an sit prohibita in causis criminalibus secundum motus proprios.

123 Confessus sponte, seu habitus pro confesso, quòd non admittatur ad appellandum de iure communi: intellige, si iudex à quo velit reijcere appellationem, secus si eam velit admittere: quare ante inhibitionem superioris admissio appellationis stat in facultate iudicis, à quo.

124 Confessus sponte, & conuictus nullatenus appellat: vnde nota differentiam inter confessum tantum, & confessum, & conuictum simul: quæ tamen differentia cessare videtur secundum Constitutiones Marchiæ.

125 Confessus, seu habitus pro confesso, quòd de iure communi non admittatur ad appellandum limita, vt non procedat, quādo in appellatione exprimeretur iusta causa, & quid secundum motus proprios, & quæ dicatur iusta causa.

126 Confessus, & conuictus, seu habitus pro cōfesso, & conuicto non potest appellare, & extensio de casu vero ad casum fictum an possit fieri: seu nunquid tantū operetur fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero, & an statutum, quòd pater teneatur soluere legitimā, pro delicto filij habeat locum solummodo quando delictum probatur verè, & non fictè per contumaciam, & an statutum, quòd bannitus propter delictum possit impunè offendi, habeat locum in bannito in contumaciam, & an confessio ficta sanet omnes defectus processus, sicut sanat confessio vera: Et an lex noua superueniens, quæ recipit interpretationem ab antiqua, admittat omnes interpretationes, & limitationes, quas admitteret illa lex antiqua, & an dispositio iuris communis super casu vero habeat locū in dispositione statutaria super casu ficto, & quomodo æquiparatio non procedat in æquiparatis quo ad ea, ī quibus militat diuersa ratio, & quomodo in confessione ficta non possit considerari defectus processus.

127 Confessus, & conuictus potest appellare de iure communi, & retardare executionem sententiæ, quando in appellatione exprimit iustam causam, quæ sit efficax ad mouendum animū iudicis, vt abstineat ab executione sentētiæ, & quæ dicatur iusta causa.

128 Citatus domi, & bannitus præsumitur verus contumax, hæcq; præsumptio non potest tolli, nisi per liquidissimas probationes.

129 Sententia quando dicatur de iure communi transijsse in rem iudicatam, & quando secundum statuta, & motus proprios.

130 Appellatio, an detur à sententia, quæ fecit transitum in rem iudicatam.

131 Iudex non potest reuocare condemnationem, quæ est lata super confessione ficta, & fecit transitum in rē iudicatam, & quæ sit differentia inter appellationem, & querelam, & quæ sint sententiæ, quæ non transeunt in rem iudicatam, & infra quantū tempus possint reuocari, & an querela retardet executionem, & an sententia, lata in contumaciam, trāseat in rem iudicatam, & præsertim si condemnet ad pœnam corporalem, & quomodo Rotæ auctoritati diminuatur propter variationem, & contrarietatem decisionum.

132 Iudex non potest reuocare sententiam diffinitiuam à se latam, quamuis non transierit in rem iudicatam, & præsupposito, quòd condemnatus possit appellare.

133 Limita, vt non procedat, quando condemnatus veniret restituendus ex aliqua iusta causa, vt in exemplis.

134 Iudex an, & quando possit aduersus sententiam à se latam in causa inappellabili restituere reclamantem via querelæ, & sententiam reuocare, & quando non.

135 Iudex ordinarius potest indistinctè reuocare sententiam, quæ est nulla ipso iure, quia sententia nulla non potest transire in rem iudicatam.

136 Item potest reuocare sententiam latam contra minorem indefensum.

137 Bannitus, & condemnatus eo ipso, quòd spontè comparet infra annum à die latæ sententiæ, debet audiri in suis defensionibus, si verò comparet post annum, seu est captus quandocunque etiam infra annum non potest audiri, nisi sit admissus à Principe ad nouas defensiones, & similiter foriudicatus in Regno non potest audiri, nisi sit admissus ad defensiones, & cum clausula: Non obstante constitutione Regni in contrarium.

138 Executio sententiæ contra bannitum captum est differenda, quādo iudici constat de innocentia banniti, seu aliter de iniustitia sententiæ, & interim debet consulere Principem.

139 Bannitus, & condemnatus, comparens infra annum, an possit appellare.

140 Bannitus, & condemnatus, qui vel est captus, vel vult comparere post annum, debet recurrere ad clementiam Principis, qui &c.

141 Princeps, qui potest admittere bannitum ad nouas defensiones, qui dicatur.

142 Admissio ad nouas defensiones, facta à iudice, non reclamante Fisco, an suffragetur ipsi admisso.

143 Princeps, an teneatur necessario admittere bannitū ad nouas defensiones, & supplicatio banniti quando dicatur niti fundamento iustitiæ, & quando fundamento procrastinationis.

144 Statuta, & motus proprij excludentia contumacem à defensione lapso quodam tempore non sunt iniusta contra opinionem Francisci Pegnæ.

145 Bannitus, & condemnatus, qui vult admitti ad nouas defensiones in terris Ecclesiæ, ad quod Tribunal debeat recurrere, & quomodo supplicare. &c.

146 Referendarius non apponit manum in commissionibus gratiæ.

147 Pauperes debent admitti ad nouas defensiones via memorialis si &c. Et quid seruetur Mediolani.

148 Rescriptum Principis in admittendis bannitis ad nouas defensiones, quando bannitus est cōdemnatus ad pœnam corporalem debet habere clausulam: oratore in carcere constituto apud eundem iudicē, & formam huius clausulæ per extensum, vide infra num. seq.

Limita,

149 Limita, vt non procedat in terminis bannorum Sixti Quinti, & aliorum ſucceſſorum.

150 Clauſula, ſine præiudicio indiciorum reſultantium ex contumacia, quid operetur.

151 Clauſula: Non obſtante, quòd ſententia tranſierit in rem iudicatã, quid operetur appoſita in reſcripto.

152 Clauſula, ſine præiudicio bonorũ Fiſco incorporatorum, ad quid apponatur in reſcripto admiſſionis ad nouas defenſiones.

153 Reſcriptum Principis in admittendis bannitis non condemnatis ad pœnam corporalem quale eſſe debeat, ex quo talis delinquens poteſt audiri per procuratorem.

154 Reſcriptum, quo reus admittitur ad nouas defenſiones, vſque ad quod tempus, & non vltra poſſit præſentari.

155 Admiſſus ad nouas defenſiones ſine illa clauſula, de qua ſupra in num. 152. an recuperet bona confiſcata, & quid ſi admiſſus abſoluatur, & an confiſcatio bonorum, quæ fit hodie, fiat propter contumaciam, vel propter delictum, & an prædicta clauſula, ſine præiudicio bonorum &c. iniuſtè apponatur in reſcriptis Principum, & quid ſit diſpoſitum in Ducatu Mediolani.

156 Admiſſus ad nouas defenſiones ſi moriatur, pendentibus defenſionibus, nunquid bona confiſcata remaneant penes Fiſcum, vel ſint reſtituenda hæredibus admiſſi.

157 Admiſſio ad nouas defenſiones an poſſit facere præiudicium iuri tertij iam acquiſito, vtputa &c.

158 Admiſſio ad nouas defenſiones an impediat executionem rei iudicatæ in caſibus, in quibus executio eſt retractabilis, & poteſt propterea concedi ſaluo iure retractationis.

159 Admiſſus ad nouas defenſiones, vel ſolum negat delictum, vel facit probationes: Si negat &c. ſi facit, vel probat ſufficienter, vel non: Si ſufficienter, eſt dimittendus in pace ſine ſolutione ſportularum, & Carolus Rex primus quomodo punuerit quendam iudicem, qui condemnauerat reum in pœnam manus, cum debuiſſet condemnare in amputatione capitis.

160 Admiſſus ad nouas defenſiones, ſi non probat ſufficienter ſuam innocentiam, an ſit liberandus, vel ſit torquendus, vel puniendus pœna condemnationis, vel alia mitiori: & an fictè confeſſus poſſit in effectu dici verè confeſſus, & quæ differentia poſſit conſiderari inter confeſſionem veram, & confeſſionem fictam.

161 Admiſſus ad nouas defenſiones quantam, & qualem facere debeat probationem, vt ſit abſoluendus, & an confeſſio ficta dicatur liquidiſſima probatio, & quomodo confeſſio oris proprij ſit diuerſa à confeſſione, reſultante ex contumacia, & quæ ſit natura probationis liquidiſſimæ.

162 Admiſſus ad nouas defenſiones vbi in toto, vel ĩ parte docuerit de ſua innocentia, an iudex poſſit cauſam expedire inconſulto Principe.

163 Bannitus captus, ſeu comparens poſt annum, an poſſit impedire iudicem, ne procedat ad recognitionẽ, obijciendo ei, quòd prius diſcuti debent indicia, an præceſſerint, & nunquid legitima.

164 Recognitio banniti eſt neceſſaria præciſè.

165 Amplia, vt tunc maximè ſit neceſſaria, quando de cõdemnato appareret in proceſſu, & ſententia ſolummodo per ſigna, & non per nomen.

166 Amplia ſecundo, vt tunc ſimiliter ſit maximè neceſſaria, quando bannitus condemnatus probaret, ſe vocari alio nomine, quàm appoſito in ſententia.

167 Amplia tertio, vt tũc quoque ſit præcipuè neceſſaria, quando in eo loco reperirentur plures eiuſdem nominis, & cognominis.

168 Amplia quarto, vt tunc etiam ſit neceſſaria, quando captus fateretur, ſe vocari ijſdem nominibus &c. ſed negaret, ſe commiſiſſe illud delictum.

169 Falſitas inſtrumenti non dicitur probata ex eo, quòd teſtes deſcripti in illo inſtrumento deponant, ſe nõ interfuiſſe inſtrumento, quia requiritur &c. & pluralitas nominum non præſumitur in ciuilibus, ſed ſecus in criminalibus.

170 Extende quartam ampliationem, vt procedat etiãſi ille captus fateretur eo loci non reperiri alium, qui vocetur ijſdem nominibus, quia, ſi negat ſe eſſe illũ, recognitio erit neceſſaria.

171 Bannitus, & condemnatus captus an debeat recognoſci, quòd ſit illemet nomine, & corpore, qui eſt condemnatus in ſententia, vel ſatis ſit, ſi recognoſcatur, quòd ipſe vocatur ijſdem prorſus nomine, & cognomine, quæ ſunt appoſita in ſententia, & quòd ibi non reperiatur alius eiuſdem nominis.

172 Recognitio banniti capti an ſit inutilis in caſibus ampliationum, de quibus ſupra num. 165. 166. & 167. Et an bannum, & ſententia ſint nulla illis caſibus, ex quo ſunt lata contra perſonam incertam, & quo modo ſententia, quæ videtur incerta, poſſit liquidari in ſui executione, & quomodo procedendum ſit, quando bannitus eſt ſemiplenè recognitus, & quomodo quando eſt minus, quàm ſemiplenè.

173 Sententia quamuis ſit lata contra perſonam erroneè nominatam, tamen ſi apertè appareat de corpore cõdemnati, adhuc tenet, & mittitur executioni.

174 Sententia quamuis ſit lata contra perſonam æquiuocè nominatam, tamen, ſi conſtet de corpore condemnati, adhuc valet, & mittitur executioni, & quomodo dicatur conſtare.

175 Praxis, & modus per extenſum recognoſcendi bannitum captum, quomodo ſcilicet ſit deſcribendus, quomodo interrogandus, & deniq. adulteriora procedendum, & quomodo exiſtentibus pluribus eiuſdem nominis, & cognominis in illo loco, & bannito negante, ſe eſſe illũ &c. Fiſco incumbat onus probandi, & quando dicatur plenè, & ſufficienter recognitus, ita vt ſententia poſſit mitti executioni, & quando non ſufficienter, quo caſu, vel eſt torquẽdus, vel dimittendus cum fideiuſſione: Vnde iudex, qui inquirit, debet ſtudere quo magis poteſt, vt in proceſſu annotentur nomen, cognomen, patria, & contrata.

176 Bannitus theutonicus, græcus, vel ſimilis noſtræ linguæ, & latinæ imperitus, ſi ſit recognoſcendus, debet adhiberi, vel Notarius peritus illius linguæ, vel ſunt adhibendi duo interpretes, & quid ſeruaretur in officio Sanctæ inquiſitionis Meliuetanæ.

177 Iudex, bannito legitimè recognito, ꝙ ſit illemet &c. an de-

an debeat interloqui, illum conſtitutum eſſe eum, de quo &c. & propterea ſententiam eſſe mandandam executioni.

178 *Bannitus recognitus non poteſt appellare quoad effectum ſuſpenſiuum à declaratione, de qua in num. præcedenti, quia illa declaratio eſt ſententia interlocutoria, quæ poteſt mitti executioni, etiamſi iudex ſuperior inhibuiſſet.*

179 *Terminus petitus à bannito iam recognito ad docendum de errore, & falſitate recognitionis an ſit concedendus.*

180 *Bannitus recognitus, declaratus, & auditus in ſuis defenſionibus an, & quando poſſit torqueri, & ad quem effectum: Et delinquens quando, & quomodo poſſit torqueri ad ſciendos complices, & alia delicta in genere, & iudex qua proteſtatione debeat vti ante torturam, & à quibus interrogatorijs debeat abſtinere, & quæ ſit confeſſio, quæ ſanat defectus proceſſus.*

181 *Iudex, qui vel omnino omiſſa recognitione banniti, vel ea non ritè facta, procederet ad executionẽ ſententiæ, nunquid ſit puniendus, quamuis poſt factũ appareret ſententiam fuiſſe contra illum exequendam.*

182 *Miles, qui non ſeruat mandatum Ducis belli punitur, & quomodo fuerint puniti filius Manlij Torquati à proprio illius patre; & alij nonnulli.*

183 *Terminus ad dicendam cauſam quare ſententia non debeat mandari executioni, an ſit aſſignandus bãnito, iam legitimè recognito, an verò ſententia ſit mandanda executioni ſtatim, facta recognitione.*

184 *Iudex, cui conſtat de innocentia Rei, debet ſuperſedere in executione ſententiæ, & conſulere Principem, quamuis ſententia tranſierit in rem iudicatã, quamuis videatur lata ſuper crimine notorio, & quamuis motus proprij tollant, & denegent omnẽ audientiam, immo, ſi ſibi conſtet de nullitate ſentẽtiæ, poteſt illam reuocare, non obſtante motu proprio Pij Quarti, & Quinti.*

185 *Exempla, in quibus iudex debet abſtinere ab executione ſententiæ, & non abſtinens eſſet puniendus.*

186 *Iudex, cui ob propriam negligentiam non conſtat de innocentia banniti, & condemnati, & facit contra illum exequi ſententiam, debet puniri.*

187 *Iudex poteſt reuocare ſententiam notoriè nullam tã ante decem dies, quàm poſtea quandocunque etiam ſi fuerit lata à ſe ipſo.*

188 *Amplia, vt habeat locum etiam in delegato ad vniuerſitatem cauſarum.*

189 *Amplia, vt procedat in quouis iudice, quando illa ſententia fuiſſet lata ab alio iudice.*

190 *Limita, vt non procedat in iudice delegato ad vnam cauſam.*

191 *Statutum, ſeu motus proprius diſponens, bannitum debere decapitari infra tres dies, nulla eius defenſione, ſeu exceptione audita, non habet locum ſi opponatur exceptio nullitatis.*

192 *Statutum, excludens exceptionem nullitatis, non habet locum in exceptione nullitatis notoriæ, qualis eſt illa, quæ reſultat ex facie actorum.*

193 *Statuta, & quælibet diſpoſitio, loquentia de bannitis, de condemnatis, ſeu de ſententijs, ſunt ſemper intelligenda, vt loquantur de ritè, rectèq; bannitis, & condemnatis, & de ſententijs validis, & non de nullis.*

194 *Verba cui non conueniunt, minus conuenit diſpoſitio.*

195 *Sententia nulla non meretur nomen ſententiæ.*

196 *Sententia notoriè nulla exemplificatur in tribus caſibus.*

197 *Iudex, ſi bannitus captus alleget, ſe habere gratiam Principis, debet ſuperſedere, & aliquem breuẽ terminum ei aſſignare ad docendum de allegata gratia; & quid ſi allegetur extraneo exiſtenti in actu occidendi bannitum &c.*

198 *Sententia, lata, non præcedentibus indicijs, ſeu ſaltẽ non legitimis, contra bannitum captum, an poſſit reuocari, vel ſit potius ſuperſedendum, & interim conſulendus Princeps, & ſententia, lata ſine probationibus, quando ſit valida, & tranſeat in rem iudicatam, & quando ſit nulla.*

199 *Sententia, lata præcedentibus indicijs, ſed non legitimis, exemplificatur in tribus caſibus.*

200 *Indicia legitima quæ dicantur ad hoc, vt ſententia, lata contra bannitum, poſſit mandari executioni, ſi bannitus peruenerit ad manus Curiæ.*

201 *Iudex bannito capto, & legitimè recognito, qualiter debeat ei præfigere terminum, & concedere copiam proceſſus.*

202 *Cautela, & practica, vt iudex non dicatur admiſiſſe bannitum ad defenſiones, iſq; bannitus docere poſſit de ſua innocentia.*

1 VT clarè† doceamus modũ procedendi contra Reum contumacem in criminalibus: diſtinguo: Aut loquimur de modo iuris cõmunis: Aut de modo conſuetudinis: Si de modo iuris communis, rurſus diſtinguo: Aut ſumus in caſu, in quo eſt impoſita pęna relegationis, ſeu minor: Aut in caſu, in quo eſt impoſita maior relegatione: Si primo caſu: dico, vt me breuiter expediam, procedi debere, ſeruatis ſeruandis, præcedentibus ſcilicet citationibus, & alijs neceſſarijs ita, vt proceſſus ſit ritè, & rectè fabricatus: quia aliàs eſſet nullus, vt tradit Rol. à Val. conſ. 68. in fine lib. 2. & vltra ſolemnitatem proceſſus requiritur etiam, quòd plenè conſtet de delicto, quia aliàs non poſſet reus condẽnari, ſiquidem ſola contumacia non ſufficit: Bar. in l. abſentem nu. 3. ff. de pœn. quem refert, & ſequitur Flam. Cart. tract. de execut. ſent. capto bann. ca. 1. num. 5. in fine. Et certè abſurdum eſſet, quòd poſſet ferri ſententia diffinitiua ſuper negotio principali ſine probationibus: vnde ſupra cap. 93. ſub num. 3. ibi. ſi conſideramus Auth. & ibi. Aut vult in ſe aſſumere. & ſupra cap. præcedenti nume. 17. quoties diximus, actorem abſentem, vel reum abſentẽ poſſe diffinitiuè condemnari, ſemper diximus, liquidandum eſſe prius negotium: Et quia de iure communi contumax non habetur pro confeſſo, ſeu conuicto, ſiue ſimus in delictis maximis, ſiue in paruis, vt

vt docui infra cap.ſeq.num.6.ideo requiritur vera, & non ficta probatio, aliàs ſententia lata nullã mereretur executionem iuxta ea, quę ex communi omnium doctorum opinione diſtinguendo firmaui infra ſub num.200. ibi. Quid dicendum &c. Seruatis ſeruandis, & delicto verè probato, Reus, quamuis abſens, & à principio, poteſt diffinitiuè condemnari, vt tradunt Bar.in dicta l. abſentem num.2.ff. de pœn. & in l. inter accuſatorem. ff. de publ. iud. Simanc.de Cath.Inſtit.tit.2.nume.4.& Moder.in qq. crim.lib.1.q.11. ſub num. 1. & eſt communis * Doctorum ſententia, de qua teſtatur Bal.& Sal.in l.abſentem: ille in fine, & hic numer.14. C. de accuſat. & Conrad. in ſua pract. fol.441. ſub nu.7. quos refert, & ſequitur Clar.lib.5.recept.ſent.q.44.in principio circa medium, & quòd hæc opinio ſit verior, & communior, * licet habeat contradicentem, teſtatur Boſſ. tract.crim.tit.de Reis requir.ſub num.1. Huiusque ſententiæ ea eſt ratio, quia conteſtatio litis non eſt neceſſaria, vt ex Bar.in dicta l. abſentem refert, & ſequitur Boſſ.loco citato.

2 † Modo quæro de nonnullis: & primo, nunquid hoc caſu poſſet Fiſcus contra reum contumacẽ petere, ſe mitti in poſſeſſionem bonorum illius ex primo, & demum ſecundo decreto iuxta ea, quæ dicebamus in cauſis ciuilibus ſupra capit. præcedenti num.3. cum ſeqq.? Reſpondeo: Aut agitur ad aliquam certam pœnam pecuniariam: Aut non: Si ad certam pœnam pecuniariam, videtur dicendum, quòd ſic, per ea, quæ dixi in cauſis ciuilibus dicto num. 3. cum ſeqq. Si non ad certam pœnam pecuniariam, videtur dicendum, quòd non: quia, cum deficiat menſura pœnæ, non poſſet menſurari miſſio in poſſeſſionem bonorum. Præterea, cum reus poſſit diffinitiuè cõdemnari, ſicque cum Fiſcus habeat remedium ordinarium, debet tam in primo, quàm in ſecundo caſu ceſſare miſſio in poſſeſſionẽ, quæ eſt remedium extraordinarium, ſicuti ceſſat etiam annotatio bonorum, vt dixi infra in tertio quæſito.

3 † Quęro ſecũdo: nunquid reus debeat initio cauſæ citari peremptoriè? Reſpondeo, hoc non eſſe neceſſarium, niſi forſan quando citaretur ad ſententiam iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap.91. ſub nume. 25. ibi. enumerant hos tres caſus.& apertius in cap. 92.ſub num.5.ibi. Quòd autem ſententia: dixi: *forſan*: quia, cum non requiratur conteſtatio litis, cauſa videtur ſummaria, in qua peremptorium non eſt neceſſarium iuxta ea, quæ ſcripſi dicto cap.91. num.26.

4 † Quæro tertio: nunquid bona rei cõtumacis ſint annotanda? Reſpondeo, quòd non, quia annotatio bonorum, veluti remedium extraordinarium, habet ſolummodo locum in caſu, quo abſens non poteſt diffinitiuè condemnari, vt dixi infra num.6. Et hæc de primo caſu, & licet apud Flam. Cart. tract. de execut.ſent.capto bann.cap.1.nume.6.& 7. legamus contrarium, videlicet, quòd ſint annotanda, tamen, vt ex pręcedentibus, & ſequentibus manifeſtè coniecturamus, eſt error attribuendus nõ ei, ſed incuriæ Typographi.

5 † Si ſumus in ſecundo, quando eſt impoſita pœna maior relegatione: dico, modum procedẽdi eſſe, vt, præcedente legitimo libello accuſatorio iuxta ea, quæ docui ſupra cap.51. ſeu, pręcedente, legitima inquiſitione iuxta ea, quæ dixi ſupra ca.84.ſub num.3.ibi. Si ſecundo vero modo &c.& nu.6. Reus citetur cum expreſſione cauſæ, ſeu cum inſerto tenore iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap.39. ſub num.7. ibi. quæ adeo in practica &c. & peremptoriè iuxta ea, quæ docui ſupra cap.91.nume.21. qua citatione executa, vt docui ſupra cap.45.ſub num. 2.ibi. Contrariam ſententiam &c. & ſub nume.23.ibi. quæro modo.& cap.40.num. 11. & reproducta, vt dixi ſupra cap.89.nu.4. ſi reus ſit contumax iuxta ea, quæ dixi dicto cap. 92. nu.15. in ſecundo quæſito vſque ad quartum requiſitum, iudex immediatè procedit ad annotationem bonorum ipſius, faciẽdo illius bona deſcribi à Tabellione per modum inuentarij, ne poſſint deinde in damnum Fiſci occultari, & diſtrahi. Quare mobilia, vt ſupra deſcripta, deponuntur penes aliquem tertium Depoſitarium iuxta textũ, qui de hac re copioſè loquitur in l.ſi quis intra Prouinciam. C.de bon.proſcrip.& notarũt Spec.tit. de accuſat.§. ſequitur nume. 7. Gand. tract. de malef. Rubr. quid ſit agendum reo abſente num.1. Foller. in ſua pract.crim.in verbo. Annotentur bona contumacis. Boſſ.dicto tit.de reis requir. nu. 1. & Clar. lib.5.recept.ſent.q.44. in principio, & communiter alij in l.1.ff.& C.de requir.reis. Facta bonorum annotatione, reus denuo citatur per edictum, vt veniat ad ſe defendendũ, notificando eidem qualiter eius bona fuerunt annotata. Qua citatione executa, ſi reus perſeuerat in contumacia per annum, numerandum à die prędictę, notificationis, ſibi factæ per edictum de bonorum annotatione, bona fiunt Fiſci irreuocabiliter ita, vt licet reus, lapſo anno, compareret, & doceret de innocentia, abſolueretur que à pœna criminis, tamen bona non recuperaret, vide Doctores in dicta l.1.ff.de requir.reis, & in alijs locis, ſuperius allegatis, & totus iſte modus procedẽdi contra reum abſentem colligitur ex dicta l. 1.& fin.ff.de requir.reis, & ex notatis ibi per Doctores, & tradunt etiam Clar. dicta q.44. in fine principij. Rol.à Val.conſ.68. num. 11.& 12.lib.2.& Moder. in qq.crim.lib.1.q.11.num.83.& ſeq. Quòd ſi compareret infra dictum annum, & caueret de ſtando iuri iuxta formam dictæ l.1.ff.de requir.reis, & quæ ſcripſi in cauſis ciuilibus ſupra cap.pręcedenti num. 8. bona annotata ſtatim ei reſtituerentur, vt tradit Alber.in dicta l.1.num.4.dicens, ita ſe vidiſſe communiter obſeruari, & eum refert, & ſequitur Clar. dicta q.44. verſ. Dixi quòd, & poſt eum Moder.dicta q.11.nume.84. & videtur ſentire glo. in l. fin. in verbo.purgauerit. ff.eod. dum ait, quòd contumacia purgatur eo ipſo, quòd reus comparet, ſe excuſat, & cauet de ſtando iuri: Sed, vt inquit Clar. loco citato, annotatio bonorum fit ob contumaciam, igitur, ea purgata, debet reſolui, & deinde audiretur ipſe circa delictum, de quo eſt inquiſitus: Quòd ſi non caueat de ſtando iuri, bona non reſtituuntur, ſed remanent donec doceat de innocentia, & abſoluatur, vt refert, & ſequitur Moder. dicta q.11.ſub num.83.verſ. Si verò compareat: Sed quãdo comparet

paret

paret lapso anno, quia non est amplius in tempore purgandi contumaciam, bona sibi non restituuntur dicta l. fin. ff. de requir. reis, & est opinio communis, * de qua testatur Moder. dicta q.11. nume. 83. vers. de iure communi: ipse tamen auditur, & vbi appareat innocens, absoluitur, vt tradit Rol. à Val.
6 dicto cons. 68. num. 12. lib. 2. † & ratio prædictæ annotationis bonorum est, quia in isto casu, in quo est imposita pœna maior relegatione, non potest deueniri ad sententiam diffinitiuam. l. absentem. ff. de pœn. & dicta l. 1. ff. de requir. reis, & vtrobique Doctores. Vital. tract. de malef. Rubr. de pęn. cōdemn. & ban. & eorum formis num. 9. Boss. tract. crim. tit. de fauor. defens. num. 8. Affl. in Constitutione. Generalia iura, sub num. 17. & in constitutione. Pœnā eorum num. 10. lib. 2. & Gail. de pac. publ. lib. 2. cap. 5. num. 10. & hæc est communis * Doctorum sententia, de qua testantur Abb. in cap. veritatis nume. 27. in fine, de dol. & contum. Gomez. super l. 76. Tauri. nume. 1. Clar. lib. 5. recept. sent. q. 44. in principio, & Flam. Cart. tract. de execut. sent. capto bann. cap. 1. nu. 1. & quòd hęc opinio sit sine dubio testatur Boss. dicto tract. crim. tit. de requir. reis sub num. 1. ibi. A relegatione verò, vnde sub eodem nume. 1. refert, quòd Ludouicus Sfortia dicebat: *Nolo vt quis moriatur propter contumaciam*. Cum ergo contra cōtumacem non possit deueniri ad sententiam diffinitiuam, conceditur annotatio bonorum veluti missio quædam in possessionem ex primo decreto, & deinde, si reus non compareat infra annum, confiscatio, veluti missio in possessionem ex secundo decreto, vt considerauit etiam Iodoc. in pract. crim. cap. 14.

7 † Quæro nunc de duobus, & primo, quare reus absens sit peremptoriè citandus initio causæ? Respondeo: isto casu requiri peremptoriam citationē, ex quo proceditur ad bonorum adnotationem, in qua, vt diximus supra cap. 92. sub num. 5. ibi. Quòd autem sententia &c. requiritur peremptorium.

8 † Quæro secundo: nunquid illa communis conclusio, firmata supra sub nu. 5. circa medium, quòd contra absentem in casu, vbi imponitur maior pœna quàm relegatio, non possit deueniri ad sententiā diffinitiuam: sit perpetuo vera? Respondeo, quòd non: Nam fallit primo in crimine læsæ maiestatis, vt tradunt Boss. tract. crim. tit. de Reis requir. sub nu. 1. Foller. in pract. crim. in verbo. Item quod commi sit crim. læsæ maiest. nume. 91. Rol. à Val. cons. 68. num. 12. lib. 2. Flam. Cart. dicto cap. 1. nu. 5. & Moder. qq. crim. lib. 1. q. 11. num. 1.

9 † Fallit secundo in casu l. ne diu. C. de pœn. quādo scilicet agitur de perfidia, & crimine eius, qui deliquit in officio: notant ijdem Boss. & Cart. in locis proximè allegatis, & ille textus loquitur ad literam apertam.

10 † Fallit tertio in casu l. 4. §. cōstitutū. ff. ad l. Corn. de Sicar. quando scilicet proceditur contra eum, qui hominem castrasset, & Eunuchum fecisset: ijdē Boss. & Cart. vbi supra, & Gul. Bened. in cap. Raynutius par. 2. in verbo. mortuo itaque testatore nume. 157.

11 † Fallit quarto in casu l. Consiliarios. C. de assessor. quando scilicet procederetur contra officialem, qui, finito officio, nō stetisset per quinquaginta dies in loco officij, quia tunc potest condemnari de his omnibus, de quibus est querelatus secundum communem opinionem, * de qua testatur Ign. in l. lege Cornelia nu. 63. ff. ad Syllan. & Viui. in suis comm. opin. in verbo. fugiens à carcere circa finem, quos refert, & sequitur Clar. lib. 5. recept. sent. q. 21. vers. præterea etiam, & licet ipse dicat, quòd textus in dicta l. Consiliarios, non probat, quòd habeatur pro confesso, tamen ego dico, quòd si non probat apertè, probat inductiuè, & dato, quòd nullo modo probaret: nihilominus, quòd officialis possit, & debeat condēnari prępuio iuramētō partium disponit Auth. de Collator. in §. si verò contigerit. collat. 9. quam considerat Franc. Brun. tract. de indic. & tortur. q. 3. 1. par. num. 11. quem poteris videre, quia procedit distinguendo: Et quòd iudex inquisitus de barattaria, & fugiens habeatur pro confesso, & conuicto vide per Carrer. in pract. crim. fol. 89. nume. 117. & licet, qui recurrit ad superiores, non dicatur fugere, tamen ad compescendas linguas vulgi, & ne Syndicatores, simulata fuga, & affectata ignorantia recursus, procedant ad condemnationem, vt ego semel vidi factum contra quendam officialem meum prædecessorem, relinquerem in manibus alicuius mei amici protestationem pręsentandam post meū discessum dominis Syndicatoribus, quòd non intendo per illum discessum arripere fugam, vt fugiā iustitiam, sed accedere ad superiorem, vt audiar in causa pro iustitia sine suspicione, & quòd propterea non procedant ad aliquem actum mihi præiudicialem, & hanc cautelam docet post Par. de Put. quem allegat Paul. Ghirl. tract. de relaxat. carcer. in cap. de fuga incarcerati in primo quæsito num. 11. cum seq. quando officialis videt Syndicatores sibi inimicos, aut aliter suspectos.

12 † Fallit quinto in eo, qui carceres effregit, quia, vt tradunt Paul. Ghirl. dicto quæsito primo nume. 12. ad finem. & alij, quos refert Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 30. num. 40. habetur pro confesso, & conuicto, & ideo potest diffinitiuè condemnari: verum quia ille communis intellectus, vt habeatur pro confesso, satis impugnari potest, vt patet ex his, quæ scribit idem Moder. dicta q. 30. nu. 43. Ego nunc nihil firmo, nisi hoc, quòd, si isti fugientes, seu effractores carcerum, qui possent ex dispositione iuris communis condemnari diffinitiuè tanquam confessi, reinciderent in manibus Curię, sententia, contra eos lata, de consuetudine non mitteretur executioni, quāuis deinde fuissent reputati etiam confessi tanquam contumaces ex dispositione statutorum, quòd contumax habeatur pro confesso, & conuicto, sed solū illa fuga faceret maius indicium, vt, Deo dante, ostendam libro secundo.

13 † Fallit sexto, quando Papa, vel Imperator cognosceret de crimine per se ipsum. Cart. tract. de execut. sent. capto ban. cap. 1. sub nu. 5.

14 † Fallit septimo in crimine hæresis iuxta ea, quæ scripsi infra cap. sequenti num. 5.

15 † Fallit octauo secundum quosdam de iure canonico, quia potest procedi indistinctè contra quēlibet

libet abſentem, vt tradit Archid. in cap. vt commiſſi. in verbo. procedendi, nu. 9. de hæret. in 6. dicens, quòd quãuis de iure ciuili in criminalibus non pronuncietur diffinitiuè contra abſentem ad impoſitionem pœnæ, niſi vſque ad relegationem: tamen, inquit, credo de iure canonico poſſe pronunciari diffinitiuè ſuper ipſo crimine, & hæc opinio ſatis fulcit ex textu in cap. Chriſtianis, in fine. 11. q. 1. & in cap. decernimus. 3. q. 9. & ex ſententia Bonifacij Octaui relata per Simanc. de Cath. Inſtitu. titu. 2. num. 3. Contrariam ſententiam, quòd lite non conteſtata, abſens diffinitiuè condemnari non poſſit, etiam inſpecto iure canonico tenuit Abb. in capit. veritatis, num. 20. 27. & 28. de dolo & contum. dicens, hanc

* eſſe communem * opinionem, quam refert, & ſequitur Clar. lib. 5. recept. ſent. quæſt. 44. in principio. Poteris videre, quæ latè ſcripſit Balneorig. quæſt. 2. in quæſtionibus, quas ponit in fine ſuę pract. Inquiſ. & hæc ſufficiant circa modum procedendi ſecundum ius commune.

16 † Si loquimur de modo conſuetudinis: & eſt ſecundum membrum diſtinctionis: præmittendo nõnulla, dico quòd, aſſumptis ſufficientibus indicijs cõtra aliquem iuxta ea, quæ docui ſupra c. 84. nu. 6. videndum tunc in primis eſt, an bonorum annotatio ſit in vſu: Nam Gand. tract. de malef. Rubr. quid ſit agendum reo abſente nu. 3. quem vnus poſt alium referunt Conrad. in ſua pract. fol. 441. ſub num. 8. Clar. dicta q. 44. verſ. ſed hodie, & Flam. Cart. dicto cap. 1. nu. 17. tradit, quòd in Lombardia, Marchia, Tuſcia, & alibi per totam Italiam bonorum annotatio, & annalis expectatio, de quibus dixi ſupra ſub num. 4. & 5. non ſunt in vſu, & quòd cum reus fuerit citatus ſolemniter, ponitur quamprimum in banno communis, & poteſtatis, & deinde ſuper illa accuſatione, & banno fertur ſententia, & eius dictum videtur comprobatum in ſtatu eccleſiaſtico ex diſpoſitione Conſtitutionis Marchiæ lib. 4. capit. 10. vbi diſponitur, quòd reo cõtumace, procedatur ad bannum, & deinde ad cõdemnationem, & nulla fit mentio de bonorum annotatione, ſicut etiam aduertit Flam. Cart. dicto cap. 1. num. 17. in fine. Et quòd bonorum annotatio receſſerit ab aula, & in eius locum ſucceſſerit bannum, referunt Clar. dicto verſi. ſed hodie, & Flam. Cart. dicto cap. primo. num. 18. & 409. ex Bar. in conſ. 107. nu. 3. Bal. in l. abſentem, num. 2. C. de accuſat. Blanch. in pract. crim. folio 9. num. 8. Nat. conſ. 540. nu. 2. lib. 2. & incerto Auctore inter conſ. crim. diuerſ. conſ. 42. num. 2. lib. 2. Alij verò, & quidem melius, diſtinguunt: Aut ſumus in delicto, pro quo eſt impoſita pœna confiſcationis: Aut in delicto, pro quo non eſt impoſita. Si primo caſu: aiunt bonorum annotationem fieri, & hanc eſ

* ſe communem * opinionem, & practicam vſu receptam teſtantur Eman. Xuarez in ſuo Theſ. recept. ſent. in litera A. in verbo. Accuſatus num. 34. Bonacoſ. lib. 1. commu. opin. in verbo. Inuentarium. Carauit. ſuper ritu 21. in fine. Gomez. var. reſolut. c. 9. nu. 3. tom. 3. Flam. Cart. de execut. ſent. capto bann. c. 1. nu. 19. & Moder. in qq. crim. q. 11. nu. 4. lib. 1. qui poſtremi nõnullos alios allegant, & inter alios Affl. deciſ. 61. nu. 21. qui tamẽ in libro meo de omni alia re præter iſtam loquitur. Quare ſi ſumus in delicto, pro quo eſt impoſita pęna cõfiſcationis, ſtatim, atq; ſunt aſſumpta indicia cõtra aliquem, proceditur ad bonorum annotationem iuxta textum in l. ſi quis intra prouinciam. C. de bon. proſcript. & ea, quæ dixi ſupra ſub num. 5. & licet de iure non eſſet facienda annnotatio bonorum, niſi poſt contumaciam rei, vt aduertit Foller. in pract. crim. in verbo. annotentur bona. in principio, & colligitur ex his, q̃ tradit Flam. Cart. relatus à nobis ſupra nu. 4. & ſuadetur ratione, quia ſi annotatio bonorum fit propter contumaciam, vt dixi ſupra num. 5. verſus finem, ibi. Sed vt inquit: Ergo ante eam non eſt faciẽda iuxta ea, quæ in caſu magis dubio dixi ſupra cap. 91. ſub num. 18. ibi. quia hoc ſtatutum, tamen Iudices aliter obſeruant, quia ſtatim atque citarunt reum, procedunt ad bonorum annotationem, non expectata contumacia, vt ex Bar. in l poſt contractum circa finem. ff. de donat. refert, & ſequitur Afflict. in Conſtitutione. grandis vtilitas ſub 7. not. num. 14. ibi. Item quæro. lib. 2. & teſtatur Foller. vbi ſupra. quem refert etiam Flam. Cart. dicto cap. 1. num. 21. Immo non ſolum hoc faciunt ante ſubſecutam contumaciam, ſed etiã ante tranſmiſſam citationem. Satis enim eſt, quòd ſint aſſumpta indicia ſufficientia ad citandum, ſeu capturam iuxta ea, quæ ſcribunt Ioan. de Plat. in l. defenſionis facultas, col. 2. C. de iur. fiſc. lib. 10. Capic. deciſ. 131. nu. 5. Iodoc. in ſua pract. crim. cap. 14. num. 7. Clar. lib. 5. recept. ſent. quæſt. 44. verſic. Sed hodie. Flam. Cart. dicto cap. 1. nu. 20. & 21. & Modern. dicta q. 11. num. 4. & bene faciunt, quia Reus, & eius conſanguinei, commiſſo delicto, ſtatim quęrunt, & cogitant de occultandis bonis.

17 † Ad faciendam aũt hãc annotationem bonorum, ſeu inquam Inuentarium hic in vrbe mittitur à Iudice Notarius vnà cum ſubſtituto procuratore fiſcali ad domũ delinquentis: ad quam vbi acceſſerint Notarius annotat illius bona, vt dixi ſupra ſub nu. 5. & formam faciendi eam collige ex textu in l. ſi quis intra Prouinciã. C. de bon. ꝓſcrip. & ex dictis per Spec. & alios, quos allegaui dicto nu. 5. & de hac bonorũ annotatione eſt faciendum inſtrumentũ, vt tradit Spec. tit. de accuſ. §. ſequit. nu. 7. quẽ referunt, & ſequuntur Ant. Colũb. ĩ cõtrouerſ. crim. art. 87. & Flam. Cart. dicto tract. de execut. ſent. capto bann. c. 1. num. 22.

18 † Remanent nunc duæ difficultates: Et prima circa Auth. bona damnatorũ. C. de bon. proſcrip. quæ corrigendo veteres leges prohibet cõfiſcationem: huic difficultati reſpondeo pro nunc, quòd pœna cõfiſcationis imponebatur ſecũdum leges veteres expreſsè in multis caſibus: & generaliter in omnibus ijs, in quibus imponebatur pœna mortis, vel deportationis, & Auth. Bona damnatorũ, corrigit eas non in caſibus, in quibus expreſsè eam impoſuerunt, ſed

* in alijs, vt communiter * tradunt Doct. quos refert, & ſequitur Clar. lib. 5. recept. ſent. quæſt. 78. in princip. quid tamen ſeruetur dicam, Deo dante, in tertio libro.

19 † Secunda difficultas: nunquid in Inuentario ſint ponenda bona ſtabilia? Reſpondeo: vel loquimur de iure, vel de cõſuetudine: Si de iure, dico eſſe ſcribẽda tàm mobilia, q̃ ſtabilia argumento textus in l.

si quis intra prouinciam. C. de bon. proscript. & tradunt Clar. lib. 5. recept. sent. quæst. 44. vers. sed hodie. circa medium, & Flam. Cart. dicto cap. 1. num. 24. Si de consuetudine: dico, eam esse variam: Nã in Regno Siciliæ, quòd fuerint annotata, & capta quædam feuda, & Castra nonnullorum Baronum testatur Capic. dicta decis. 131. in fin. Item quòd in Ducatu Mediolani annotentur etiam stabilia testatur Clar. dicto versic. sed hodie. De contraria consuetudine: quòd stabilia non annotentur, testantur Iacob. de Beluis. in tit. de pac. tenen. in verbo. & nota. & Bal. qui ibidem illum allegat nu. 14. & August. ad Ang. tracta. de malef. in verbo. Qui dominus iudex videns &c. num. 8. Capic. dicta decis. 131. num. 4. & Flam. Cart. dicto cap. 1. num. 25. & hæc consuetudo scribendi mobilia tãtum seruatur hic in vrbe, & vidi seruari in Prouincia Aprutij, vbi postquam citatus est reputatus contumax, cõdemnatur ad tertiam partem bonorum mobilium iuxta constitutionem. pœnam eorum. lib. 1. & Constitutionem. grandis vtilitas. lib. 2. & ibi notata per Afflic. & bannitur cum descriptione bonorum stabilium facienda infra annum. Et hęc consuetudo fundatur ea ratione, quòd stabilia occultari non possunt. Verum tamen est, quòd si etiam stabilia notarentur, Inuentarium non esset vitiosum.

20 † Facto inuentario, bona illa mobilia inuentariata deponũtur penes aliquem Depositarium, vt docent Doctores, quos in ista materia allegaui hic supra, & num. 17.

21 † Rebus vt supra inuentariatis, & depositis, reus citatur cum expressione causę, seu cum inserto tenore iuxta ea, quæ dixi supra cap. 39. num. 7. ibi. quæ adeo in practica &c. Et licet multi ex Doctoribus taceant, an debeat citari peremptoriè, sicuti idem tacetur in dicta Constitutione Marchiæ c. 10. lib. 4. tamen tu dicas expresse, quòd sic per ea, quæ dixi supra cap. 91. sub num. 25. & 34. & apertius c. 92. nu. 3. Nam illa constitutio dẽt recipere interpretationẽ passiuã à iure cõi vulg. iur. sicuti in proprijs terminis tradit Carauit. sup Ritu, 120. nu. 1. dicens, ꝙ, quamuis ille Ritus non aperiat, an reus sit citandus tribus citationibus, debet citari tribus citationibus, eo ꝙ reputatur pro cõfesso. Citationibus executis, & reproductis, ac reo contumace iuxta ea, q̃ remissiuè allegaui supra nu. 5.

22 † Videndum est, an debeat necessariò declarari contumax: & distinguo: Aut loquimur secundum Constitutionem Marchiæ in dicto cap. 10. Aut secundum ius commune, & generalem consuetudinem: Si secundum Constitutionem Marchiæ: dico, quòd nõ: Si secundum ius commune, & generalem consuetudinem: dico, quòd res est dubia, tu poteris videre ea, quæ scripsi infra nu. 112.

23 † His præmissis, & absolutis, distinguo: Aut loquimur secundum dispositionẽ dictæ Constitutionis Marchię lib. 4. c. 10. Statutorũ Mediolani, & secundum generalem consuetudinẽ: Aut secundum statuta, & practicam vrbis: Si secundum dispositionem Constitutionis Marchiæ, statutorum Mediolani, & generalem cõsuetudinem status ecclesiastici: dico, quòd reus, cõtumax vt supra, ponitur in banno absque alia notificatione, in eoq; sibi præfigitur aliquis terminus certus ad comparẽdum &c. in hoc solum sunt diuersa statuta Mediolani à dicta Constitutione, quòd in eis disponitur, vt præfigatur terminus octo dierum, vt refert Boss. tract. crim. tit. de bann. sub num. 3. & in Cõstitutione relinquitur præfigẽdus arbitrio iudicis.

24 † Hoc termino elapso, si reus non comparuerit, declaratur à iudice pro confesso, seu confesso, & conuicto.

25 † Eoque sic declarato, insurgit difficultas, an ad sententiam, contra eum proferendam, sit necessaria citatio? Et distinguo: Aut loquimur de iure communi: Aut secundum Constitutionem Marchiæ: Aut secundum consuetudinem. Si de iure communi: dico, quòd sic. Franc. in cap. 2. colum. 7. vers. in glo. in fin. de confess. in 6. quem refert, & sequitur Luc. Pæt. in practic. Capitol. lib. 2. cap. 4. num. 29. idem tradunt Ang. tract. de malef. in verbo. qui iudex commisit. l. præconi, num. 2. Clar. lib. 5. recept. senten. quęst. 44. versicu. Item quæro, & Flam. Cart. tract. de execut. sent. capto bann. cap. 1. sub num. 430. Si secundum Constitutionem Marchiæ lib. 4. cap. 10. cuius verba retuli infra num. 29. dico, quòd non, sicuti notauit etiam Flam. Cart. dicto cap. 1. sub num. 430. Si secundum consuetudinem, distinguo: Aut loquimur de citatione generalis consilij, facienda generaliter per Præconẽ, seu Campanam, seu Cornu, seu Tubam, vel aliter secundum particularia statuta, & stylum locorum ad effectũ, vt quilibet de populo possit condemnandum defendere, & à sententia appellare, & dicere de nullitate: Aut de facienda specialiter, & nominatim. Si de facienda generaliter: dico eam requiri, sicut ex Ang. in dicto verbo. Qui iudex commisit. l. præconi nu. 3. Clar. dicto vers. Item quęro, & ex alijs refert, & sequit̃ Flam. Cart. dicto nu. 430. Si de facienda specialiter, & nominatim: Doctores vidẽtur contrarij: Nam Moder. in qq. crim. quæst. 11. sub nu. 44. vers. Nec prætermittendum. lib. 1. loquendo indistinctè, tradit, esse necessariam præsertim in vrbe, & in statu Ecclesiastico. Contrarium testãtur Decia. cons. 18. num. 169. & 216. lib. 1. Ang. Clar. & Flam. Cart. in locis proximè allegatis. Nos quid dicemus? Respondeo vnà cum Claro dicto versicu. Item quæro nunquid: seruandum esse stylum loci, in quo casus continget. Ad tollendam tamen omnem difficultatem placet mihi eorum practica, qui in eodem banno simul, & semel assignant Reo terminum ad comparendum, & eo lapso ad audiendam sententiam singulis diebus, & horis iuxta ea, quæ scribit Decia. dicto cons. 18. nu. 215. quo casu poterit iudex sententiam proferre quandocunq;. Et licet hęc practica non placeat Moderno dicto versicu. nec prætermittendum: dicenti, vt retuli, quòd in vrbe, & statu Ecclesiastico absens semper est citandus ad sententiam, & quòd quandoque vidit, citari ad sentẽtiam pro vna certa die, & deinde pro singulis diebus, & horis: tamen nobis curandum est quid placuerit constitutionibus, & quid placuerit consuetudini. Nec obstat, quòd Romæ præmittatur citatio ad sententiam: quia r̃ndeo, Romæ proferri sententiam contra Reum cõtumacem non positum in banno, & sic dico seruari stylũ diuersum ab eo, qui seruat̃ in alijs locis status Ecclesiastici, vt liquet ex his, quæ dixi infr. nu. seq. His absolutis, fertur sententia diffinitiua: & hic est modus proce-

procedendi contra abſentes ſecundum Cõſtitutionem Marchiæ,ſtatuta Mediolani, & generalem cõſuetudinem: dico generalem conſuetudinem, quia per totam Italiam vigent communiter hæc ſtatuta, quòd contumax habeatur pro confeſſo,ſicuti teſtantur Ang.tracta.de malef.in verbo.Qui dominus iudex videns,&c.num.4.Boſſ.tract.crim.tit.de banni. nu.1.in fin.& Clar. qui plures allegat in dicta q.44. verſ.licet autem,& verſ.dictum eſt.

26 † Si loquamur modo ſecundum ſtatuta, & ſtylũ Vrbis, & ſic abſoluo diſtinctionem poſitã ſupra nu. 23.dico,quòd Reo peremptoriè citato,& contumace iuxta ea,quæ remiſſiuè allegaui ſupra ſub nu. 21. citatur denuò ad ſententiam, & in termino citationis executæ, & reproductæ iudex ſimul, & ſemel profert ſententiam,& bãnum, ſeu terminum habet pro ſeruato more Romano.Et iſte modus procedẽdi eſt conformis diſpoſitioni ſtatutorum lib.2. ca.2. & 6.quorum verba in neceſſarijs retuli infra nu.30. Ex quo procedendi modo liquet tibi hæc differentia:quòd in alijs locis Italiæ promulgantur duo banna;primum,quòd eſt ſententia interlocutoria,& ꝓpterea reuocabile,vt dixi infra: ſecũdum, quòd eſt ſententia diffinitiua: In Vrbe verò promulgatur vnum tantum, & illud eſt ſententia diffinitiua, ſicuti hanc differentiam notauit Modern.dicta quæſt.11. num.44.verſ.differt,& ſub num. 102. verſic. Limita,& dixi infra num.32.in ſecundo quæſito.

27 †Et aduerte,quòd iſte modus procedendi in Vrbe,ex quo eſt conformis, vt dixi, diſpoſitioni ſtatutorum Vrbis,eſt ſeruandus in oĩbus locis diſtrictus, in quibus aliter non eſt prouiſum per particularia ſtatuta, ſicuti diſponunt eadem ſtatuta lib.1.cap.42. quæ, quia, vt arbitror,hanc legem imponere non poterant,niſi terris ſubiectis Populo Romano, fuerunt in hoc expreſsè confirmata à Gregorio Decimotertio, in literis confirmationis ſtatutorum Vrbis, poſitis initio eorundem ſtatutorum.Et recordor,quòd prætetitis annis, dum fuiſſem Cõmiſſarius Ciuitatis Tuſculanæ,deficientibus tunc temporis particularibus ſtatutis,& mea ſuaſione,& opera confectis, tàm in condemnandis reis contumacibus, vt eſt videre in cõdemnatione Petri Iſaiæ de anno Domini 1590. & actuario Andrea Centolino,inquiſiti, & cõdemnati de Lethali vulnere illato Mindoni Barigello, quàm in reliquis ſeruabam ſtatuta, & ſtylum vrbis. Et hic eſt modus procedendi contra reum contumacem in caſu, quo venit imponenda confiſcatio bonorum.

28 † Si ſumus in caſu,quo non imponitur, & ſic abſoluo diſtinctionem, quam poſui ſupra ſub nu. 16. ibi. Alij vero &c.dico, quòd bonorum annotatio, hoc eſt, illud inuentarium deberet omnino de iure omitti, tamen Iudices, tàm hic in vrbe, quàm alibi ſoliti ſunt illud facere pro omni delicto graui,& quidam indiſtinctè etiam pro leui,ſed malè faciunt ſecundum Iodoc.in pract.crim. cap.14. nu.5. Verum arbitrantur forſan indulgentiã mereri eo, quòd ante adhibitum particulare ſtudium non tenentur ſcire,an eo caſu ſit impoſita pœna cõfiſcationis; & cũ annotatione bonorum nihil reo depereat, & Fiſci iura cuſtodiantur,melius ſit ſecundũ eos reprehendi de celeritate,qua iura Fiſci ſine Rei læſione præſeruantur,quàm laudari de maturitate, qua reo præbetur tempus occultandi bona iuxta ea, quæ dixi ſupra num.16.in fine. Apud me tamen iſta ratio non valet,quia neſcio quis maior ſit ſtimulus, conſeruãdi ne iura Fiſci,an lucrandi mercedem,quæ vbi pro inuentarij confectione non debeatur, malunt forſan,laudari de matura, & iuſta annotatione, quàm de celeri, & erronea. Quòd ſi officialis in delicto graui faceret annotari bona, & cum appareret non fuiſſe annotanda,nollet mercedem,crederem, eum fuiſſe motum zelo iuſtitiæ,& conſeruationis iurium fiſcalium:vnde non eſſet dignus reprehenſione: caueant ergo officiales,ne accipiant mercedem inuentarij in caſu,in quo non eſt impoſita pœna confiſcationis,quia tenetur illam reſtituere.Redeo ad rem, quando non eſt faciendum inuentarium, illud omittitur, & in reliquis procedatur eodem modo, quem docui in caſu præcedenti num.23.

Declarauimus de plano qualis ſit modus procedendi contra reos contumaces vſque ad ſentẽtiam diffinitiuam incluſiuè, tàm de iure communi, quàm de conſuetudine,præſertim in ſtatu eccleſiaſtico, & in vrbe:verùm, quia in hac materia quàmplures inſurgunt difficultates,maximè reo comparente,quæ tametſi à nonnullis peculiari ſtudio tractatæ ſint,nihilominus,ex quo non eſt mihi vſquequaque ſatiſfactum,de eadem re,& diſtinctè,& breuiter pro viribus nũc agere decreui: Sed quo magis res ex opto ſuccedat,deliberaui in primis in memoriam vobis redigere,quòd omnia Italiæ ſtatuta, & generalis conſuetudo diſponunt, quòd contumax habeatũ pro confeſſo,& conuicto, vt dixi ſupra nu.24. & cũ hoc difformiter diſponant,ſtatui etiam vnam,vel alteram municipalẽ diſpoſitionem in neceſſarijs formaliter recenſere.

29 † Refero igitur primo loco verba Conſtitutionis Aegidianæ,ſeu Marchiæ lib.4. c.10. vbi poſtquam eſt diſpoſitũ,quòd non reſpondens inquiſitioni,ſeu accuſationi ponatur in banno,hæc,quę ſubſequuntur,legimus.

Et in ipſo banno aſſignetur terminus ſibi arbitrio iudicis declaratus, & certus ad comparendum, & niſi infra terminum,ſeu in termino comparuerit,& ſe excuſauerit,tunc habeatur pro confeſſo,& conuicto, & verè contumace,& poſſit diffinitiuè condemnari de crimine abſque alia notificatione banni, vel alia citatione,ſaluo quòd ſi citatus,vel bannitus,etiã poſt terminum banni, & ante ſententiam quandocũque comparuerit perſonaliter,& per ſe,& ſe excuſare noluerit, & ſuper crimine ſe defendere, audiatur ſuper crimine,non obſtãte, quòd lapſus eſſet terminus banni, ac etiam poſt ſententiam, ſi ſupplicauerit, & in carcerem ſe conſtituere,& innocẽtiam ſuam purgare voluerit,niſi eſſet inſignis &c.

Et huic Conſtitutioni non ſunt abſimilia ſtatuta Mediolani iuxta ea,quæ dixi ſupra num.23.in fine, nec Conſtitutiones Regni Neapolitani, niſi in quibuſdam,& præſertim in foriudicatione, vt Deo fauente,docebo libris ſequentibus.

30 † Recenſeo ſecundo loco ſtatuta vrbis lib.2.cap. 2. & 6.

Accusatione, seu querela porrecta: reum citari, aut moneri faciat super dicta accusatione, seu querela cum comminatione, quòd si non comparuerit; de, & super eo delicto pro confesso reputabitur, & condemnabitur, eoq; ter citato, siue personaliter, siue domi, copia dimissa, & contumace existente, iterum eodem modo, & in scriptis ad audiendam sententiam citetur, & illius contumacia accusata, ad sententiæ diffinitiuæ prolationem, & diffidationem iuxta delicti qualitatem procedatur. Et hæc de Ciuibus, & habitantibus in Vrbe, & circa eam per tria milliaria intelligantur. Qui verò extra vrbem in Vrbis districtu, & vltra dicta tria milliaria ab Vrbe, forum in Vrbe, vel ratione delicti, vel Territorij, aut personæ sortiuntur, citentur edicto Senatus cum inserto tenore accusationis, seu querelæ, quatenus infra terminum dierum viginti, vel alium iudicis arbitrio pro peremptorio assignandum (habita distantia locorũ, personarum, & delicti ratione) debeat coram ipso iudice comparuisse, & accusationi, seu querelæ respondisse cum comminatione, quòd eo termino elapso, pro confesso habebitur, & tanquam cõfessus contra eum ad sententiam, & diffidationem procedetur. Et hæc executio citationis fiat, vt in causis ciuilibus de citãdis edicto senatus dictum est, quo contumace existente, iterum per affixionem schedulæ ad valuas Curiæ affixæ ad sententiam ad primam diem citetur, illoq; contumace existente, ad sententiam, & diffidationẽ vt supra procedatur.

Et deinde, omissis nonnullis.

Quòd si reus prædictus ante sentẽtiam comparuerit, iudex faciat eũ per se ipsum accusationi, seu querelæ respondere, qua responsione habita.

Et quæ sequuntur vsque illuc.

Prædicta autem confessione, seu negatione sequuta, & prædictis impletis ad iustificationem, & impugnationem dictæ accusationis, seu querelæ, partibus aliquo competenti termino ad probandum præfixo, procedatur.

Eodem lib.2.cap.6.additur, quòd respondere cogatur non solum quando comparuisset, sed etiam quando fuisset captus.

31 †His relatis, dubitatiuè quæro de pluribus, & primo an relatus modus procedendi contra absentes, & contumaces sit seruandus etiam in processu delicti, pro quo reus, q̃uis absens, potest diffinitiuè condẽnari iuxta ea, quæ dixi supra sub nu.1.ibi.seruatis &c.? Rñdeo: prima facie videtur dicendum, ꝙ non: quia, cum possit deueniri ad sententiam ex remedio iuris communis, videtur isto casu cessare remedium municipale. Contrarium est verum: quia statuta volunt indistinctè, ꝙ contumax in qualibet causa habeatur pro confesso, etiamsi esset contumax in causa ciuili, vt docui supra cap.precedenti sub num.20. Non obstat ratio adducta in contrariũ, quia respondeo, remediũ municipale esse pinguius, & ideo non cessare. Et ita seruatur de consuetudine in toto statu Ecclesiastico: & quòd sit pinguius patet: quoniã de iure communi reus non posset condemnari, nisi plenè probato delicto, vt dixi supra sub nu.1. & secundum statuta potest condemnari, dummodo præcesserint legitima indicia ad eum citandum.

32 †Secundo quęro: nunquid iste, quem docuimus modus procedendi, sit adeo necessarius, vt eo non seruato, bannum, seu sententia dicatur nulla? Respondeo, quòd sic: & de hoc non est dubitandum ꝑ ea, quæ in proprijs terminis congerunt, & sequũtur Flam. Cart.tract.de execut.sent.capto bann.cap.1. num.435.436.& 437.& cap.fin.à num. 184. vsque ad num.193.inclusiuè, & Modern.in qq.crim.lib.1. quæst.11.nu.36.& sub num.44.vers.Differt autem & nu.102.vers.sublimita &c.inferentes propterea, ꝙ si in statu ecclesiastico contumax condemnaret̃, omisso banno, condemnatio esset nulla, & executionem non mereret̃, ex quo secundum allegatam constitutionem Marchiæ, quæ seruatur in toto statu ecclesiastico, reus contumax, qui potest diffinitiuè condemnari virtute fictę confessionis, non potest haberi pro confesso, nisi post secutum bannum, vt tradit Cart.dicto c.1.nu.437.licet secus sit in vrbe, vt dixi supra sub num.20.ibi.ex quo &c. Et ideo Rota Romana in vna Notariatus corã Dño Orano sub die 12.Februarij 1580. declarauit nullam quãdam sententiam, latam in Curia Capitolij, ob non seruatam formam statutorum in procedẽdo. Amplia vt dicat̃ nulla ipso iure Bal.in addit.ad Spec.in tit.de execution.sent.in fine, ibi. Omnino vide lib.2. & Modern. dicta q.11.num.36. Et propterea iudex in cuius posse duceretur malefactor bannitus, & cõdemnatus, non seruata prædicta forma, & modo procedendi, non debet vllo pacto illam sententiam exequi, etiãsi extaret statutum, constitutio, seu motus proprius, disponens, quòd si potestas capiat bãnitum, debeat illum facere decapitari infra terminum trium dierũ, nulla exceptione, vel defensione audita, seu admissa, teste Barbat.in cap.1.char.penult.de rescript. & in cap.Item cum quis.de restitu.spol. qui testatur se ita consulendo obtinuisse Bononiæ in quodam bannito capto, in cuius banni processu nõ fuerat seruata forma statuti, & potestas volebat illum facere decapitari, & Barbatiã referunt, & sequunt̃ Mars.in pract.crim.§.vltima quæstio nu.7.Ioseph. Cum.super Rit.Sicil.ca.16.nu.50.in fine, & nu.51.& Flam. Cart.tract.de execut.sent.capto bann.dicto c.fi.sub nu.189.& ratio, quam prædicti Doctores, & cæteri

33 cõiter assignant, est; † quia statutũ, tollens exceptiones, non tollit eã, quę prouenit ex alio capite eiusdẽ statuti, ne seipsum corrigere videat̃. Bar. in l.1.§.& parui.in vers.vtrũ possint.ff. Quod vi, aut clã, quem referunt, & sequunt̃ Alex.cons.64. circa ꝑsentẽ nu. 5.lib.4.Ant.à Canar. de execut. instrum.q.4.nu.5. & sub nu.10.Mars.in d.§.vlti. quæst. nu.6.& Vant. tract.null.Rub.Quis pos.dicere de null.num.50.qui

34 alios allegant, & breuitati studẽs non refero. †Adde tu, si placet, tres alias rationes, primã, quia nullitas, resultans ex facie actorũ, vti euidens, & notoria nũquam intelligit̃ exclusa, vt ꝑ eosdem Ant.à Canar. eod.tracta.de execut.instrum.q.11.nu.22.& Vant. eadem Rubr.Qui pos.dic.de null.nu.51. & ꝙ exceptio nullitatis semper possit opponi, etiam stante statuto, quod tollat defensionẽ, & mandet, nullã exceptionem admitti, testant̃ Rol.à Val.cons.60.nu.30. lib.2.Flam.Cart.tracta. de execut.sent.capto bann. cap.fin.nu.87.& Moder.in qq.crim.lib.1.q.11.sub num.34.

35 num.34.† Secundam, quia exceptiones, quæ proueniunt ex ventre ipſius actus, nūquam cenſentur excluſæ iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap.63. ſub num.1.
36 ibi. Item licet extet ſtatutum &c.† Tertiam, quia notoriè nulliter bannitus, ſeu condemnatus nō dicitur bannitus, vnde ceſſat illud ſtatutum, de bannito decapitando iuxta ea, quæ ſcripſi in ſimili infra num. 193.& ſeqq.& faciunt quæ dixi ſupra c.50. ſub nu. 14. ibi. Reſpondeo &c. Quòd in iſto caſu adſit nullitas, reſultans ex facie actorum, quòd proueniat ex ipſo actu, & quòd ſit notoriè nulliter bannitus probatur: quoniam ex inſpectione proceſſus præſupponimus hæc omnia liquere.

37 †Tertio quæro: an relatus procedendi modus, quo Rei contumaces prius ponuntur in banno, & deinde, elapſo illius termino, condemnātur, habeat vllam analogiam, & proportionem cum modo procedendi, qui ſeruatur de iure communi contra reos cōtumaces in cauſis ciuilibus, quem nos docuimus ſupra cap. proximè præcedenti num.3. cum ſeqq.? Reſpondeo, quòd ſic, ſiue attendamus ſtatuta, ſiue ius commune: Nam attentis ſtatutis, ſicuti reus contumax in ciuilibus ob contumaciam patitur miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto iuxta ea, quæ dixi dicto cap. præcedenti ſub num.3. ita quoque in criminalibus patitur bannum, quod æquiparatur miſſioni in poſſeſſionem ex primo decreto, vt conſiderat Ang. tract. de malef. in verbo. Qui dominus iudex videns nu.4.& comprobatur ea ratione, quia annotatio bonorum erat veluti miſſio quædam in poſſeſſionem ex primo decreto, ſed bannum ſucceſſit in locum illius, vt dixi ſupra ſub num.16. ibi. & ꝙ &c. Igitur &c. Item ſicuti in ciuilibus non cōceditur iſta miſſio in poſſeſſionē ex primo decreto, niſi ſummariè conſtito de iure actoris, vt dixi dicto cap. proximè præcedenti ſub num.3. Ita quoque ad hoc bānum nō deuenitur, niſi aſſumptis informationibus, & conſtito ſemiplenè, vel quaſi de delicto, vt dixi ſupra ſub num.16. ibi. Quare ſi ſumus &c. & infra nu. . . . Item quemadmodum ad miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto non deuenitur, niſi reo peremptoriè citato, vt dixi ſupra dicto cap.91. ſub nu. 25. ibi. Secundum ſi vellet &c.& ca. præcedenti, nu. 11. Ita etiam minus ad bannum iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra ſub num.21. ibi. Et licet &c. Item ſicut, qui paſſus eſt miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, ſi compareat ante interpoſitionem ſecundi, & caueat de ſtando iuri, rem ipſam recuperat, vt dixi cap. præcedenti nu.8. Ita quoque ſi bannitus compareat ante ſententiam, & caueat ſecundum formā iuris, de quo dixi ſupra ſub num. 5. liberatur à banno iuxta ea, quæ docui infra num. . . Item ſicut contumax non patitur miſſionem in poſſeſſionem ex ſecūdo decreto, niſi actor plenè docuerit de ſuo iure, vt docui ſecundum communem opinionem ſupra c. præcedenti num.12. ita quoque contumax bānitus non condēnatur diffinitiuè, niſi mediante confeſſione, ſeu conuictione, & confeſſione ſimul, reſultantibus ex eius contumacia, mediante diſpoſitione ſtatutorum, de quibus locuti ſumus hoc capite pluribus in locis. Item ſicut qui paſſus eſt miſſionē ī poſſeſſionem ex ſecundo decreto amplius nō auditur, quamuis reficiat expēſas, vt tacitè colligitur ex his, quæ allegaui ſupra cap. præcedenti nu. 8. Ita etiam qui diffinitiuè condemnatus eſt, ſi compareat nō eſſet audiendus de iure: ſed in hoc vide quæ dixi infr. in quarto caſu nu.116. cum ſeqq. & hæc attentis ſtatutis: Attento autem iure communi, dico ꝙ ſimilitudo eſt maior: nam vel reſpicimus cauſas ordinarias vel ſummarias: ſi ordinarias, dico ꝙ illis æquiparātur cauſæ criminales, pro quibus eſt impoſita pęna maior relegatione: Vnde ſicut in ciuilibus datur, vt dixi, miſſio in poſſeſſionē ex primo decreto, & deinde expectatur reus per annum, quo lapſo, non condēnatur, ſed datur actori miſſio in poſſeſſionē ex ſecundo decreto: qua mediante reus amplius non auditur, ita quoque in criminalibus fit annotatio bonorum, & deinde expectat̄ per annū, ſicut in ciuilibus, & elapſo anno reus abſens non condemnatur, ſed bona annotata efficiunt̄ irreuocabiliter fiſci. Et hæc de cauſis ordinarijs in ciuilibus, & de cauſis pro quibus eſt impoſita pęna maior relegatione in criminalibus. Si reſpicimus ſummarias, dico, ꝙ illæ ęquiparantur cauſis criminalibus, pro quibus eſt impoſita pęna relegationis, vel minor: vnde ſicut in ciuilibus poteſt, omiſſa miſsione in poſſeſsionem ex primo, & ſecundo decreto, deueniri, liquidato negotio, ad ſententiam contra reum abſentem, & contumacē, vt dixi cap. præcedenti, nu.17. Ita etiam in cauſis criminalibus, pro quibus eſt impoſita pœna relegationis, vel alia minor, omiſſa bonorum annotatione, & liquidato delicto, poteſt deueniri ad ſententiam diffinitiuam, vt docui ſupra initio huius capitis.

Ex hac comparatione duæ, vt reor, profluunt vtilitates, altera, ꝙ ipſe procedendi modus, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus tuæ memoriæ ꝑpetuò manebit inuſtus: altera, quòd melius cognoſces veritatem illius propoſitionis, quæ habet in cauſis criminalibus procedi ad inſtar cauſarū ciuilium, vt dixi ſupra cap. præcedenti num.12. in fine.

38 †Quarto q̄ro: nunquid bannū ſit ſententia interlocutoria, vel diffinitiua? R̄ndeo diſtinguendo: Aut bannū expectat poſt ſe aliā ſententiam: Aut non. Si expectat, quale eſt illud, quod fert̄ in ſtatu Eccleſiaſtico vigore Conſtitutionis Marchiæ lib.4.c. 10. itē Mediolani, & ferè in tota Italia ex diſpoſitione ſtatutorū, ꝙ contumax ponat̄ in banno, & habitus pro cōfeſſo condēnet̄, dico vna cū Ang. tract. de malef. in verbo. Qui dn̄s iudex vidēs nu.1. Boſſ. tract. crim. tit. de bānit. nu.3. Marā. in ſuo Spec. in 3. & vlti. par. 6. par. in verbo. Et demū fertur ſententia nu. 30. & Gail. tract. de pac. publ. lib.2.c.5. nu.7.& c.6. nu.3.& ca.8. nu.8. ꝙ eſt ſententia interlocutoria, & hoc ſatis confirmat̄ ex eo, ꝙ cōparente bānito in termino ſibi in banno aſsignato, bannū reſoluit̄ in vim ſimplicis citationis, vt docui infra ſub nu.69. Si non expectat, quale eſt illud, quod fert̄ hic in vrbe, dico vna cū eodē Boſſ. dicto nu.3. Flam. Cart. trac. de execut. ſent. capto bān. c.1. nu.439.& ſeq. & Moder. in qq. crim. lib.1.q.11. nu.95. circa finē, ꝙ eſt ſententia diffinitiua, & hoc bannū, quod eſt ſententia diffinitiua, ſeu eius vim habet, imponitur quando extat ſtatutū diſponens, ꝙ contumax habeatur pro cōfeſſo, & ponatur in banno pro illa pœna, quæ deberet ſibi imponi,

poni,ſi eſſet præſens,& quòd dictum bannum cum pœna in eo appoſita mittatur executioni quandocũque bannitus peruenerit ad manus Curiæ: vt tradit Nell.tract.de bann.in preludio.col.3.verſ.Quãdoque diffinitiuè. & in iſto banno, & non in primo exprimitur pœna,quę bannito imponitur,& ita declara Ang.in dicto verbo. qui dominus iudex vidẽs &c.ſub nu.5. Nam quòd non exprimatur in primo banno, vt ipſe videtur arbitrari probatur, quia illa impoſitio pœnæ eſt ſpecies condemnationis, quæ fieri non poteſt,niſi poſt lapſum terminum banni,& ſecutam declarationem, ꝙ reputatus eſt pro confeſſo,vt docui infra ſub nume.42. ibi. Capio primum.

39 †Quinto quæro: nunquid terminus, aſſignandus contumaci in banno determinatus à ſtatuto poſſit à iudice minui,vel augeri? Reſpondeo, ꝙ non, Bal.in Auth.iubemus ad fin. C. de iudic. Rimin. iun.conſ. 115.nu.28.lib.2.Alber.Brũn.de ſtatut. in verbo. bãnitus.verſ.terminus banni. & latius in verbo. Confeſſio.verſ.ſtatutum dicit,quòd accuſatus, quos omnes refert,& ſequitur Flam.Cart. tracta. de execut. ſent.capto bann. cap.1.nu.427. & 152. idem tenuit Soci.in l.4.§.ſi quis condemnatus,nu.2.ff.de re iud. vbi ait,ꝙ ſi non ſeruatur forma ſtatuti,non habet locum ſtatuti priuilegium,& ſic infero, ꝙ ſi eſſet diminutus,non poſſet reputari pro confeſſo, & bene faciunt quæ ſcripſi ſupra nu.32.in ſecundo quęſito,& quæ ſcripſi ſupra c.39.ſub nu.8.ibi. Et hoc eſt in tãtum &c.licet etiã minus deberet augeri: quia iudex nõ debet eſſe liberalior,ſeu clemẽtior lege: §.oportet.Auth.de iud.De conſuetudine tamen vidi quandoque contrarium,quia cum auctio tendat ad fauorem Rei,is non audiretur opponens.

40 †Sexto quæro:nunquid prædictum ſtatutum, ꝙ contumax habeatur pro confeſſo,habeat locum ſolum in contumace verò,an etiam in ficto? Reſpondeo,quæſtio eſt grauis: Nã Corn.conſ.97.nu.9. lib. 4.tenuit, ꝙ habeat locum ſolum in cõtumace vero: idem ſentire apertè videntur.Iaſ.in l.1.§.fin. nu.22. ff.ſi quis ius dicen.non obtẽp.& Maran. in ſuo Spec. par.6.memb.2.nu.20.in fine,dum tradunt,quòd cõtumax abſens non poteſt haberi pro confeſſo,quaſi velint,ꝙ is ſit fictè contumax.Et hæc opinio confirmatur ex eo,quia vbi à ſtatuto imponitur aliqua pena pro contumacia,intelligiť non pro contumacia ficta,ſed pro contumacia vera ſecundum cõem * opinionem Doctorum in d.l.1.§.fin. ff. ſi quis ius dicẽ. non obtemp.quam referunt,ſequunť, & cõprobant Maran.dicto memb.2.nu.9.Foller.in pract.crim. in 4.par. 3.par.in verbo.& ſi confitebuntur nume.3.& Rol.à Val.conſ.47.nu.16.cum ſeqq.Vnde fictè cõtumax non poteſt excommunicari.A.M.P.in additio.ad Rot.deciſ.5.nu.8.& 9.de reſcrip.in nou.Innocen.in c.fin.ſub nu.3.de eo, qui mitt. in poſſ. rei ſeruan.cauſa, quẽm,vt ex Foller.in pract.crim. canon. fol.133.num.15.refert Clar.lib.5.recept. ſent.q.31. verſ.dictũ eſt,omnes ſequi videntur.Et certè videtur,ꝙ aliter dici non poſſit:primo, quia ſtatutum, cũ diſponat cõtra ius cõe, debet reſtringi ad caſum verum,& non extendi ad caſum fictum, niſi id ſit expreſſum,vt docui infra ſub nu.126.ibi.Secundo reſpondeo &c. quia vbi non eſt delictum non debet adeſſe pœna per ea,quæ dixi ſupra c.... numer....

Sed in ficto cõtumace ceſſat delictum: Igitur debet ceſſare quælibet pęna. Quòd ceſſet delictum patet ex eo,quòd contumacia punitur propter dolum, & contemptum erga iudicem, & non ob aliã cauſam. Sed iſte contemptus non reperitur in contumace ficto,teſte etiam Maran.dicta par.6.actu 2. principali,in verbo.& quandoque appellatur nu.288. vbi ipſe infert propterea eandem concluſionem, ꝙ non poſſit puniri. Et faciũt pro iſta opinione quæ ſcribit Simanc.de Cath.Inſtit.à nobis relatus cap. ſeq.nu. 35.Contraria ſententia,ꝙ ſtatutum prædictum habeat locum etiam in contumace ficto, probatur ex eo,ꝙ citatus domi,& non comparẽs dicitur fictè cõtumax,vt dixi ſupra c.91.ſub nu.14.ibi. ficta contumacia: Sed citatus domi,& non cõparens poteſt ex diſpoſitione dicti ſtatuti banniri:quia ſufficit citatio ad domum ſecũdũ cõem * opinionem,de qua teſtať Alex.in l.4.§.prætor ait,nu.3.ff.de damn.infec.& ꝙ ita ſe habeat conſuetudo teſtanť Gãd.tract.de malef.Rubr.de citat.nu.4.in fine,& alij plures,quos referunt,& ſequunť Clar.dicta q.31.verſ.dictum eſt. & Flam.Cart.tract.de execut.ſent.capto bann. c.fi. nu.180.& ſeq.Si poteſt banniri, igitur poteſt reputari pro confeſſo:facit etiã pro iſta opinione, ꝙ citatus per edictum poteſt excommunicari,vt in relata additione ad Rot.deciſ.5.de reſcrip.nu.9. Quid reſoluimus? Ego cenſeo in puncto iuris primam opinionem eſſe veriſſimam,& moueor præſertim ex rõne primo loco aſſignata.Verum,attẽta practica, à qua vř,vt dixi,recepta ſecunda opinio,arbitror iſtas ſententias poſſe conciliari:Etenim Aut iſte fictus contumax probat,ſe non eſſe verũ contumacem,oſtendẽdo ſe, vel ignoraſſe citationem (dummodo non ſit ignorantia ꝓcurata per latitationẽ) vel aliquo iuſto impedimento detentũ non potuiſſe cõparere,& tũc procedat prima opinio, ꝙ ſtatutum nõ habeat locũ cum effectu:& ratio eſt, quia excuſatur à contumacia,& non dř contumax: vide Affl. deciſ.29.per totam,Maran.in ſuo Spec.par.6.memb.2.nume.2.& ſeqq.Vant.tract.de null.Rub.de null. ex def.iuriſd. nu.161.cum ſeqq.Menoc.de arbit.iud.lib.2.cent.2. caſ.153.nu.1.& ſeqq.Moder.in qq.crim.lib.1.q.11. nu.50.& 51.& q.18.nu.40. & cõmuniter * Doct.in l.1.§.fin.ff.ſi quis ius dicen.non obtempe.& in l.2.§. quod diximus.ff.ſi quis cautio. Et ſi vis agnoſcere q̃ dicantur iuſta impedimẽta,& cauſæ, quæ excuſant à contumacia,vide Maran.& Vant. in locis allegatis, qui ponunt multa exempla ſumpta ex l.1. ff. ex quib.cauſ.maior.&c.& Menoch.dicto caſu 153.nu 4.vbi concludit,ea relinqui arbitrio iudicis. Difficultas ſola ſupereſt, quomodo iſte reus admittatur ad probandã ignorantiam citationis, ſeu aliud iuſtũ impedimẽtum,num via appellationis coram iudice ad quẽ,an via reſtitutionis in integrum, & ſi via reſtitutionis,num reſtitutionis petendæ à Principe, an ab ipſo iudice? Reſpondeo diſtinguendo : Aut loquimur ſecundũ motus proprios, de quibus, & eorum practica,vide q̃ ſcripſi infra ſub nu.130. Aut ſecundum ius commune. Si ſecundum motus proprios, conſidero duo tempora : primum, quod eſt poſt latam diffinitiuam ſententiam vſque ad annum : ſecun-

ſecundum, quod eſt poſt lapſum illum annū. Si reus ſponte comparet in primo tempore, hoc eſt, ante lapſum annum, dico, eum eſſe audiendū à iudice ſine alia reſtitutione: Limita, vt non procedat, quādo eſſet captus, quia tunc quouis tempore capiatur poſt latam ſententiam non eſt audiendus ſine reſtitutione iuxta ea, quæ docui infra ſub num. 137. ibi. Si eſt captus. & ideo dixi, *ſi ſponte comparet*. Et cum ſit audiendus ſpōte comparens poſt latam diffinitiuam, à fortiori eſſet audiēdus ante latam diffinitiuam. Si comparet poſt lapſum annum: dico, non eſſe audiēdum ſine Principis gratia, vt docui infra nu. 140. Si loquimur ſecūdum ius commune, rurſus diſtinguo: Aut comparet antequam ſit declaratus pro confeſſo: Aut poſtea. Si antea, cenſeo, ipſum eſſe audiendum ſine reſtitutione: & probato impedimento, euaneſcere contumaciam, quæ aliàs contra eum faceret indicium ad torturam iuxta ea, quæ ſcripſi infra ſub nu. 76. ibi. Contrariam ſententiā &c. Si poſtea: videtur prima facie dicendū, quòd ſi nō eſt lapſum tempus ad appellandum, debeat audiri via appellationis coram iudice ad quem, quia appellatio eſt remedium ordinarium, & facit ceſſare reſtitutionem in integrum, quæ eſt remedium extraordinarium. l. in cauſæ la 2. ff. de minor. 25. ann. & tradunt Pau. de Caſt. in l. fin. nu. 2. C. ſi aduer. rē iudi. Veſtr. in pract. lib. 8. cap. 3. nu. 1. & 2. Luc. Pet. in pract. Capitol. lib. 7. c. 1. Rot. deciſ. 34. aliàs 224. nu. 1. & 2. de appell. in
* nou. & communiter * omnes. Quòd ſi ſit lapſum tēpus ad appellandum, videtur concedenda reſtitutio in integrum, ſed à Principe, & nō à iudice, quia aduerſus ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatā datur reſtitutio à Principe tantum iuxta ea, quę ſcripſi infra ſub nu. 131. ibi. Sententia quæ &c.

Contrarium eſt verum, quòd poſſit non ſolū appellare, ſed etiam, appellatione non interpoſita, petere reſtitutionem in integrum, argumento textus in dicta l. 1. ff. ex quibus cauſ. maior. &c. & in pluribus alijs eiuſdem tituli, & notant Pau. de Caſtr. in l. 2. §. ſi quis municipales, ſub nu. 2. Bal. Alex. & Iaſ. in eadem l. §. ſi quis iudicio, nu. 5. ff. ſi quis cautio. quos refert, & ſequitur Moder. dicta q. 11. nu. 50. in fi. Imò ſi iudex habebat notitiam de impedimento, & proceſſit, proceſſus eſt ipſo iure nullus ſine vlla reſtitutione, vt ex Bar. & alijs non nominatis refert, & ſe-
* quitur Iaſ. vbi ſupra. Et quòd hæc ſit cōmunis* opinio refert ex eodem Iaſ. Vant. dicta Rubr. de nullit. ex def. iuriſd. nu. 161. & ex eo Moder. dicto nu. 50. in fine, & probatur ex l. quæſitum. ff. de re iud. Hęcque reſtitutio eſt concedenda, ſiue ſit lapſum tēpus ad appellandum, ſiue non, & nō à Principe, ſed à iudice iuxta ea, quæ ſcribunt, ſed in diuerſis terminis, Boſſ. trac. crim. tit. ſi ex falſ. inſtrum. nu. 9. & Moder. dicta q. 11. nu. 11. Et comprobatur ex eo, quòd edictum Prætoris, de quo in d. l. 1. ff. ex quib. cauſ. & ſecundum quod conceditͬ hæc reſtitutio, loquitͬ de reſtitutione, cōcedenda à iudice ex clauſula generali: *ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur*. & faciunt quæ ſcripſimus nos infra ſub nu. 131. ibi. Si in ſecundo caſu. Et hæc quando oſtendit ignorantiam citationis, ſeu aliud impedimentum: Aut hoc non oſtēdit, & ꝓcedat ſecunda opinio, videlicet ꝙ ſtatutum habeat locum etiam in ficto contumace: vnde ex hac diſtinctione concludo, ꝙ attenta veritate, habet locum ſolum in contumace vero, & attēta ꝑſumptione iuris, habet locum ēt in ficto: declara autē iſtam fictā contumaciā in caſu ꝑdicti ſtatuti dici, qñ citatio fuit executa domi ſolitæ habitationis, vt ex Alber. & Nell. refert, & ſequitͬ Clar. dicta q. 31. verſ. dictum eſt: & huic noſtræ diſtinctioni ſunt conformia ſtatuta vrbis, & dicta Conſtitutio Marchiæ à nobis relata ſupra nu. 29. dum volunt etiam domi citatum poſſe reputari contumacem, & confeſſum, ſed eſſe audiendum ſuper impedimento: Et hæc ſufficiant.

41 † Septimo quæro: nunquid illud ſtatutum, & pariter literæ confirmatoriæ illius, quæ diſponunt, ꝙ ſtatuta Vrbis ſeruentur etiam in locis diſtrictus, in quibus non extant alia particularia ſtatuta, & à nobis ſunt relatæ ſupra num. 27. ibi. Et aduerte &c. ſint ſuperfluæ? Reſpondeo, prima facie videtur dicendū, ꝙ ſic: quia de iure communi, deficiente conſuetudine in aliquo Caſtro, ſeu Oppido, debet attendi conſuetudo Ciuitatis, & locorū vicinorum, c. cum olim, & ibi not. de conſuetud. & docēt Iaſ. in l. de quibus, nu. 6. ff. de leg. Ioan. de Amic. conſ. 20. nu. 21. & 22. & conſ. 104. nu. 15. Becc. conſ. 27. nu. 12. lib. 1. & additio ad pract. Papien. in forma libelli in actione reali, in gl. 1. in verbo. de conſuetudine ſub hoc * aſteriſco, fol. mihi 21. Vnde ſi debet attendi conſuetudo, cur non debet attendi ēt ſtatutum? Contrarium eſt verum, ꝙ illud ſtatutum, & literæ nō ſint ſuperfluæ, vt patet ex reſpōſione, quam modo affero ad oppoſita in contrarium: dico enim, ꝙ conſuetudo ſeruatͬ, qñ deficit lex, vt dicit Iaſ. dicto nu. 6. in fin. ibi. Nota ex principio &c. Sicque deficiente in aliquo caſu diſpoſitione iuris communis, & exiſtente ſuper eo diſpoſitione ſtatutaria vrbis, & non loci vicini: dico, ꝙ ille locus vicinus deberet ſtare ſtatuto vrbis ex ꝑdicta diſpoſitione iuris communis, & ita procedat qđ eſt adductum in contrarium. Quòd ſi in caſu, vbi ꝓ particularia ſtatuta alicuius loci in diſtrictu non eſt prouiſum, extat prouiſio iuris cōmunis, dico, quòd in illo loco eſſet ſeruandum ius commune, & nō ius municipale vrbis, & ſic ſtatutum, & literæ prædictę non ſunt ſuperfluæ.

42 † Octauo q̄ro: nunquid lapſo termino aſſignato reo in banno, iudex poſſit eū qñcunq; cōdēnare, vel debeat expectare lapſum decē dierū, qui dantur ad appellādū? In eo viā nullius ꝑuij ductoris veſtigijs calcatā, qñquidē hæc difficultas à quopiā, quē viderim, non eſt ita pūctualiter tacta. Pro reſolutione diſtinguo: Aut bannitus eſt verus cōtumax: Aut fict⁹. Si verus, rurſus diſtinguo: Aut dixit, ſe nolle cōparere in illa cauſa: Aut hoc non expreſſit. Si dixit, nō eſt dubium, ꝙ iudex poteſt procedere ad finalē cauſæ expeditionē non ſolū, pendente termino ad appellādū: ſed ēt eo amplius non citato iuxta ea, q̄ ſcripſi ſupra ca. 88. ſub nu. 13. Si non expreſſit, res vr̄ dubia: Nam prima facie videtͬ dicendū idem quod in caſu ꝓcedenti, quia verus contumax non auditͬ appellās, Spe. tit. de appel. §. in quib. nu. 1. par. 2. Dec. cōſ. 34. nu. 1. & ſeqq. Capic. deciſ. 139. nu. 2. & Marā. in ſuo Spe. par. 6. mēb. 2. nu. 19. & actu 2. principali, in verbo. Et quandoque appellatur nu. 284. & eſt diſpoſitum

tum in Constitutione Marchiæ lib.6. cap. 2. Breuiter dic, quòd contumax verus non auditur appellans ab eo actu, in quo fuit verus cõtumax iuxta doctrinã Pau.de Cast.in l.principales.§. quòd si actor nu.6.C.de iureiur.prop.calumn. vbi ait, quòd verus contumax non auditur appellans, si fuit verus contumax ad sententiam, secus si ad alios actus processus,& sic declara dictum Speculatoris, & aliorum, quos adduxi. Si igitur fuit verus contumax, quando fuit citatus peremptoriè,& super illa citatione est ꝓferenda sententia banni, dico, quòd non audiretur appellans, & ideo posset iudex ad vlteriora liberè procedere, pendente termino ad appellandum. Et hæc de contumace vero. Si est fictus: videtur prima facie respondendum negatiuè, quòd pendente termino ad appellandum, non possit eum cõdemnare. Sed nos, discurrendo singulos casus, videamus an hoc sit verum,& quando. Supposito igitur, ꝙ sit lapsus terminus banni ad comparendum: considero tres casus: primum quãdo iudex vellet solummodo bannitum immediatè condemnare. Secundum, qñ vellet ipsum solũmodo declarare pro confesso. Tertium, quando vellet vtrunque copulatiuè agere, declarare, scilicet,& condemnare eodem contextu,& vnica sententia. Capio primũ casum, qñ vult ipsum condemnare: & dico, quòd non potest, nõ eo ꝙ pẽdeat terminus ad appellandum à sententia banni, quia hoc non obstat iuxta ea, quæ docui infra num. seq. Sed ex eo, ꝙ iudex non potest vnquam procedere ad condemnationem contumacis, quamuis essent lapsi decem dies ad appellandum, nisi prius eũ declarauerit pro confesso secundum communẽ sententiam, quam retuli,& secutus sum infra sub num.
43 112.ibi quarta opinio &c.† Capio secundum, quando vult ipsum declarare pro confesso, pendente termino ad appellandum à sententia banni: & dico, ꝙ potest, quia hoc primum bannum est sententia interlocutoria, vt docui supra nume.38. cuius damnũ est reparabile ante sententiam diffinitiuam, & propterea licet bannitus trãsmitteret appellationem à sententia banni, nihilominus iudex posset, ea nõ obstãte, procedere ad vlteriora, quia appellatio ab interlocutoria non ligat manus iudicis iuxta ea, quæ docui infra sub num.53. ibi. Si mera interlocutoria: Si igitur posset, appellatione pendente, à fortiori poterit, pendente termino ad appellãdum, sicut arguit Maran.in suo Spec.par.6.actu 2. principali. in verbo. Et qñq; appellatur nu.173.in fine.fol.mihi 483.
44 †Capio tertium, quando vult simul, & semel declarare pro confesso,& diffinitiuè cõdemnare: & in isto insurgit difficultas: Nam videtur prima facie dicendum, ꝙ non possit. Sed ꝙ debeat prius declarare,& deinde expectare lapsum decem dierum, quia à declaratione, qua quis reputatur confessus, seu cõfessus,& conuictus, datur appellatio, & hoc probatẽ ea ratione, quoniam si appellatio conceditur, prout conceditur à diffinitiua, ergo etiam ab interlocutoria, habente vim diffinitiuæ: probatur consequẽtia, quia sententia diffinitiua, & interlocutoria, habens vim diffinitiuæ æquiparantur, glo.in c.fin.in verbo. inanes.de elect.in 6. Alex.qui alios allegat cõs.182. num.1.lib.6. Thom. Triuis.decis.4.num.14.lib.1. & Gail. videndus in pract.obseruat.lib.1.obseru.130. nu.5.cum seqq. vbi docet, quòd æquiparantur non solum quoad formam, & modum interponẽdæ appellationis, sed etiam quoad omnes alios effectus. Vnde sicut licet appellare à sententia diffinitiua, ita quoq; ab interlocutoria, habente vim diffinitiuæ, sicut tradit. Vestr.in pract.lib.7.c.3. nu.4. vbi quãtum ad appellationis admissionẽ æquiparat sententiam diffinitiuam,& interlocutoriam habentẽ vim diffinitiuæ, seu damnum irreparabile: Et faciũt ad hęc ea, quæ scribit Spec.tit.de appel.§.in quibus, nu.29. vers.sed nunquid.par.2. Immo potest inferri, quòd in appellatione ab habente vim diffinitiuæ sint seruandæ omnes illæ solemnitates, quæ seruãtur in appellatione à diffinitiua, vt bene aduertunt Maran.in dicto verbo. Et quandoque appellatur nu. 142. fol. mihi 477.& Gail. dicta obseru.130.nu.5.

45 † Sed interlocutoria, qua quis declaratur pro cõfesso habet vim sententiæ diffinitiuæ, quia principale negocium tangit indirectè,& articulum, per quẽ deuenitur ad sententiam diffinitiuam, definit, quæ sententiæ habenti vim diffinitiuæ conueniunt argumento textus in l.intra vtile,& ibi notat Bar. nu.1.ff. de minor.25.ann.notant etiã gl.in Clem.vlt. in verbo.repulsione, in fin.de appel. Bal.in l.1.C.quan.ꝓuoc.non est necess. Maran.in suo Specu. in tertia, & vlt.par.6.par.in verbo. Et demum fertur sententia nu.44.& Gail.qui alios allegat, dicta obser.130. nu. 6.& faciunt quæ scribit Fely.in Rubr. de sent. & re iud.extra nu.3.& 4. Ergo ab ista interlocutoria, qua quis declaratẽ pro confesso, debet cõcedi appellatio.

46 † Sed quid amplius eundũ est per mendicata suffragia? Quòd bannitus valeat appellare ab ista declaratoria præsupponunt Nell.tract. de bann.par.4. primi temporis.q.2. Boss.tract.crim.tit.de liter. Princip.bannit.admittẽ.sub nu.5.& Flam. Cart.tract. de execut.sent.capto bãn.c.1.nu.204.208.209.& 210. ad quorum intelligẽtiam videto, quæ dixi infra sub nu.109.ibi. Tertium, & tenet in terminis Luc. Pæt. in pract. Capitol.lib.2.ca.4.nu. 16.& 29. Et certè ita sentio, quicquid in cõtrarium tenere videatur Dec. cons.34.sub nu.2. Hoc præsupposito, ad ostendendum, ꝙ propterea iudex, pendẽte termino ad appellandum ab ista declaratoria, non possit procedere ad condemnationem sic argumentor.

47 † Paria sunt pendere appellationem, vel terminũ ad appellandum, gl.in l.ex iudiciorũ, in verbo secuta.ff.de accusat.quam vti singularem referunt, & sequuntur Bal. in l.1.vers. sed hic restat dubiũ. C. ne ex delic.defun. Corset.in suis sing.in verbo. Appellatio,& Apostilla ad gl.in l.furti, in verbo. famosos. ff.de his, qui not.infam.sed habes aliam glo.in l.1.in verbo.nouari.ff.nihil nou.appel.pend.idem tradunt Maran.in suo Spec.par.6.actu.2. principali, in verbo. Et quandoque appellatur nu.173.& 400. & Ioseph. Cumia super Rit.Sicil.post cap.76.in Rub. de modo procedendi in causis ordinarijs nu.167. vide pro declaratione infra sub nu.60. ibi. & formaliter.

48 † Sed pẽdente appellatione à dicta declaratoria, nihil esset innouandum.l.1.& ibi Bar.& toto tit.ff.nihil nou.appell.interp.cap.non solum.cap.fin. de appell. in 6. & melius facit textus in l.intra vtile. ff. de

minor. vbi loquitur Iureconsultus de appellatione ab interlocutoria, habēte vim diffinitiuæ, latè post alios tradunt Vant.tractat.nullit.Rubr.Quoties, & intra quod tempus de null. agi poss. num.48. Vestr. in pract.lib.8.c.4.in principio. Osasc. decis.25.num. 17.versiculo tertio. Ioseph.Cumia super Ritibus Sicil.cap.21.num.27.& cap.76.nume.165. Et hæc est regula secundum Alex.cons.99.nu.3.lib.5.& Vant. loco citato, & notissima, vt testatur Grauat. ad Vestr.vbi supra nume.27. quæ procedit etiamsi appellatio esset repudiata l. appellatione. C. de appell. & quòd pendente appellatione à sententia, habente vim diffinitiuę nil sit innouandum, docui punctualiter infra nume.57. ibi. Si quæramus &c.Ergo: nec pendente termino ad appellandum. Adde pro ista consequentia, & argumento Couar. pract.qq. cap. 23.num.2. vers. tertia interpretatio, vbi testatur de
* communi * opinione. Et quòd, pendente termino ad appellandum, sit supersedendum, sentit idem Alex.vbi supra,dicens,quòd facta, pendēte isto termino, sunt reuocanda vti attentata, quem refert, & sequitur Ant.de Nigr.super Capit.Regni cap.6.nu.
* 99.& quòd hæc sit communis * opinio, vt sit supersedendum testatur Felyn. in cap. quærenti sub nu. 3.ibi.tamen tenenda: de offic. & potest. iud. deleg. quem referunt,& sequuntur Boss.tract. crim. tit. de appel.sub num.4. & Clar.lib.5.recept. sent.q.96. in principio. Et quòd si non supersedeat, sed procedat ad condemnationem, condēnatio sit nulla probatur ex eo,quia omnia quę fiunt,pendente dilatione, contra eum,ad cuius fauorem pendet, dicuntur nulla l.siue pars.& ibi notant Bal. & Salyc. C.de dilat.l.1.& ibi glo.in verbo.nullius momenti.ff. de fer. Maran.in suo Spec.par.6.in tertia, & vltima par.in verbo. & demum fertur sententia nume. 93. & alij plures,quos refert,& sequitur Vant.trac. null. Rub. de null.ex def.iurisd. num.157. & 158. vbi ampliat hoc dictum, vt procedat siue dilatio fuerit assignata ab homine,siue à lege: pendente enim termino, seu dilatione,dicitur conquiescere iurisdictio iudicis, & propterea quod fiet eo tempore, veluti factum tēpore limitatæ iurisdictionis,dicitur nullum.

49 † Contrariam opinionem, quòd, pendente termino ad appellandum à dicta declaratoria, iudex valeat procedere ad condemnationem, censeo veram,siue loquamur de iure, siue secundum statuta, & generalem consuetudinem: Si de iure, eam esse veram ostendo ex doctrina,quam trado in sequenti vberi distinctione, præsertim sub num.52. & nu. 57.& seqq.sed summariè,siquidem, fauente Deo,
50 de appellatione plenariè dicam libro tertio.† Distinguo ergo in primis duos casus principales: alter est, quando sententia lata nullum præiudicium infert,seu minimum tantum: alter verò, quando infert præiudicium notabile,seu inquam alicuius momenti: Si sumus in primo casu, dico indistinctè, quòd iudex potest procedere ad vlteriora,siue sententia sit interlocutoria, siue diffinitiua, siue pendeat terminus ad appellandum, siue sit appellatum, quia ab eiusmodi sententijs non datur appellatio. Vestr.in pract.lib.7. cap.3.sub nume.1.& Carauit.
51 super Ritu 257. nume.1.† Si sumus in secundo: distinguo: Aut sentētia lata est diffinitiua: Aut interlocutoria: Si diffinitiua, denuo distinguo: vel est lata in causa non habente executionem paratam: vel in habente executionem paratam: Si in non habente,dico,quòd procedunt ea omnia, quæ
52 adduximus pro contraria opinione. † Si in habente,tunc insurgunt duæ difficultates:prima, nunquid liceat ab ea appellare? & dico,quòd sic, quia de iure communi ab omni sententia diffinitiua licitum est appellari,prout,si Deo placuerit, latè ostendam in tertio libro, & interim satis probatur ex supposito sequentis difficultatis: Secunda difficultas: an liceat appellare ad effectum deuolutiuum tantum,an etiam ad suspensiuum? Respondeo: ad deuolutiuū tantum. Quare executio non retardatur: Exemplifico pro nunc istam conclusionem in tribus casibus: primo in sententia, lata in causa alimentorū, à qua de iure non datur appellatio quoad effectū suspendendi,& retardandi,sed solum quoad effectum deuoluendi,vt tradunt Gul.de Cun.in l.2.ff.de his, qui sunt sui, vel al.iur.Bar.in l.fin.nu.1.& seq. ff. de appell.Aret.cons.97.nume.3. in fine, Osasc.decis.25. num. 20. Ioseph. Cumia super Ritibus Siciliæ cap. 38.num.69.& seq. Franc. Scaglio. super Ritu 260. num.15.& Rot.diuers. decis.764. nume.1. & seqq. par. 1. Et quòd hoc sit verum solummodo quando adest inopia, & respectu alimentorum præsentium, & futurorum, & non quando non adest inopia, & respectu alimentorum præteritorum vide per Cumiam,& Rotam vbi supra.Exemplifica secundo in causa dotis, vt per Bal. Nouel. tract. de dote par.9. priuileg.7. quem referunt, & sequuntur Osasc. vbi supra,& Vrsil.in suis annot. ad Affl. decis.261. nu. 3.Exemplifica tertio in sententia, lata super debito confessato, quia ab ea non datur appellatio ad effectum suspensiuum, saltem si non exprimatur causa, vt refert,& sequitur Maran.in suo Spec.par.6. actu 2.principali in verbo. & quandoque appellatur sub num.292.versus finem, & faciunt Rot. diuers. quæ simpliciter loquitur decis.626.num.2. par.1. & quæ ego scripsi supra cap. 62.nume.7.in secunda fallentia: & istud exemplū facit in proposito nostro, quia si propter confessionem non datur appellatio à sententia diffinitiua saltē non expressa causa,ergo multo minus dat̃ ab ipsa cōfessione,quia propter quod, & vnumquodque tale, & illud magis. Auth.multo magis.C.de sacrosan. eccles. vnde dum Doctores, & nos vna cum eis docuimus, ab ista declaratoria, quòd contumax habeatur pro confesso, dari appellationem, possumus intelligi de appellatione deuolutiua,& non suspensiua, & sic corrueret totum fundamentum contrariæ opinionis,quia,si, non obstāte appellatione,non suspenditur negotium,sed proceditur ad vlteriora,quanto magis id erit verū,pendente solo termino sine appellatione? quandoquidem cessat tunc expressio causæ, quia si non est interposita appellatio, causa non potest in ea esse expressa,& hæc,quando est sententia diffinitiua.

53 † Si est interlocutoria: rursus distinguo, vel est mera interlocutoria: vel non, quia habet vim diffinitiuæ, seu continet damnum, quod per diffinitiuā non potest reparari: Si mera interlocutoria: dico,

quòd

quòd iudex valet procedere ad vlteriora non solũ, pendente termino ad appellandum, sed etiam, pendente ipsamet appellatione argumento textus in l. apertissimi. C. de iudic. gl. fin. & ibidẽ. Bal. in l. à procedente. C. de dilat. Ang. in l. per hanc nume. 3. in fine. C. de tempor. appell. & Maran. in suo Spec. par. 6. actu 2. principali in verbo. & quandoque appellatur num. 173. fol. mihi 483. & latè Lancellot. tract. de attent. cap. 12. limit. 1. nume. 1. & seqq. & post eũ Moder. in qq. crim. lib. 2. q. 38. num. 11. Vnde facta post interpositam appellationem non reuocãtur ex capite attentatorũ, quia debet prius iustificari causa appellationis, vt tradunt idem Ang. dicta l. per hanc num. 6. Gasp. Cabal. super Constit. Marchiæ lib. 6. cap. 1. in glo. 1. nume. 15. cum seq. & 22. & cap. 26. in glo. 1. num. 2. & latè Additio ad Rot. decis. 1. nume. 6. de appell. in nou. & ratio est, quia hæc appellatio potest, vel omnino reijci, vel admitti quoad effectũ deuolutiuum tantum, & proinde manus iudicis, si à se ipso non ligentur, ab appellatione non ligantur, nisi vltra appellationem sequatur inhibitio superioris: dico: *si à se ipso non ligentur*, quia iudex, deferendo appellationi coram se interpositæ, sibimet ligat manus, & inhibet l. 1. ff. nihil nou. appell. interp. dum inquit Iureconsultus.

Appellatione interposita, siue recepta, siue non medio tempore nihil nouari oportet: si quidem fuerit recepta appellatio, quia recepta est &c. & cap. cum appellationibus, & ibi Gemin. de appellat. in 6. Bar. in l. eius qui col. 2. ff. de appellat. recip. Ang. in dicta l. per hanc numero 3. in fine. ibi. prædicta &c. C. de temp. appell. Socin. cons. 38. col. 7. lib. 1. Rot. decis. vlt. num. 5. de appell. in antiquior: & decis. 54. aliàs 385. circa medium, de appell. in nou. Maran. in suo Spec. par. 6. actu 2. principali in verbo. & quandoque appellatur num. 209. Gasp. Cabal. super Constitutio. Marchiæ dicto cap. 26. in glo. 1. nume. 3. & Gail. in pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 144. nume. 3. & quòd sibi liget manus, etiãsi appellatio non fuisset admittenda, vide Aug. ad Ang. tract. de malef. in verbo. præsente dicto Caio sub nume. 21. Dico: ab appellante non ligantur, nisi vltra appellationem sequatur inhibitio superioris: quia, si post interpositam appellationem adiungatur inhibitio iudicis superioris, iudex à quo non valet ad vlteriora procedere cap. non solũ de appell. in 6. Maran. dicto actu 2. principali nu. 207. Ioseph. Cumia super Rit. Sicil. post cap. 76. in Rub. De modo procedendi in causis ordinarijs num. 166. Carauit. super Ritu 259. num. 12. Rot. diuers. decis. 266. nu. 6. par. 3. lib. 3. & Thes. Fossan. decis. 49. num. 1. & seq. Sed aduerte, quòd ad hoc, vt inhibitio superioris liget manus iudicis, debet esse iusta, & propterea fieri cum causæ cognitione, & parte citata argumento textus in cap. Romana, §. si verò, & ibi glo. in verbo præsumat. & in §. cum autem, & ibidem glo. in verbo. Expressa, & Gemin. de appell. in 6. Spec. tit. de appell. §. de officiali. vers. Sed nunquid eo casu. Innoc. in cap. dilectus il 2. in fine. de rescript. latè Alex. cons. 68. & 69. lib. 7. Maran. in suo Spec. par. 6. dicto actu 2. principali. num. 207. Rol. à Val. cons. 77. num. 24. lib. 2. & pulchre Gail. dicta obseru. 144. num. 4. notans hanc differentiam inter inhibitionem, quæ fit post latam sententiam diffinitiuam, & eam, quæ fit post latam interlocutoriam. Et quòd hæc sit communis * opinio testatur Ias. in l. nec quicquam, §. vbi decretum num. 30. in fine. ff. de off. procons. pro qua facit etiã illa communis, & magis communis * opinio, quòd iudex ecclesiasticus non valeat inhibere iudici seculari, parte non citata: de qua magis communi testatur Alex. cons. 91. sub num. 7. lib. 2. & cons. 9. sub nu. 2. lib. 4. quem refert, & sequitur Ias. dicto §. vbi decretum nume. 30. Et proinde si iudex appellationis iniustè decerneret inhibitionem, acta facta post inhibitionem non dicerentur nulla, etiam quòd à dicta inhibitione non esset appellatum, Affl. in Constitutione appellationum tempora num. 15. lib. 2. & licet in practica id malè obseruetur, cum iudices, vt sæpe vidi, inhibeant, nulla partis citatione præmissa, sicuti testatur etiam Ias. dicto nu. 30. in fine, quẽ refert, & sequitur Natt. in additione ad Alex. dicto cons. 91. in fine. lib. 2. & videtur asserere Rot. decis. 3. aliàs 11. ibi. De rigore &c. de appellat. in nou. maximè, vt dicit ipsa quando extitisset appellatũ à diffinitiua: licet pariter inhibitio siue iusta, siue iniusta sit timenda: Rot. decis. 26. aliàs 307. nu. 3. eod. in antiq. mota forsan ea ratione, quòd in vrbe præbetur magna facilitas pro reformandis commissionibus, vt in hoc proposito considerant Papaz. in sua additione ad Rot. decis. 2. num. 30. de rescript. in nou. & Rot. diuers. decis. 22. par. 3. lib. 1. tamẽ, si notoriè esset iniusta, dico, quòd posset impunè sperni iuxta ea, quę tradit Maran. in suis disputat. disput. 1. num. 36. & 37. & quæ ego scripsi de nunciatione noui operis, supra cap. 30. nume. 27. Sed tu, Ciuis Romane, qui es appellatus in foro Capitolino, habes ex dispositione statutorum vrbis lib. 1. cap. 171. quòd iudex appellationum in casu, quo potest appellari ab interlocutoria, non debet appellationem recipere, quin appellans prius deposuerit certam quantitatem penes aliquam certam personam per appellatum eligendam, sicque non concedet inhibitionẽ sine appellati vocatione, quod magis expresè disponebatur in cap. 173. lib. 1. Statutorum antiquorum, vt annotauit etiam Luc. Pæt. in sua pract. lib. 5. cap. 6. num. 16. Et tu, qui iudicium experiris extra forum Capitolinum in vrbe, seu alio loco status ecclesiastici, si aliter non disponatur per particularia statuta, habes regulam in ordine aliarum trigesimam quintam: De appellando ante sententiam diffinitiuam: qua summi Pontifices prohibent non solum litigatoribus, ne appellent, sed etiam iudicibus, ne, si similis appellatio coram eis foret remissa, admittãt. Item Signaturæ Præfectis, ne similium appellationum causæ committantur, nisi in commissione orator exprimat alteram ex his duabus qualitatibus interlocutoriæ, à qua appellauit, quòd videlicet, vel vim diffinitiuæ habeat, vel grauamen per diffinitiuam reparari non possit: vide ad hæc Vestr. in sua pract. lib. 7. cap. 3. nume. 3. & 4. & sic iudex nullo remedio potest impediri, quin procedat ad sententiã diffinitiuam. sed nimis digressi sumus, maximè cum hæc omnia sint latè discutienda in lib. 3. Vbi docebimus, an inhibitio dicatur notoriè iniusta eo ipso, quòd

quòd fuit conceſſa parte nõ citata,& multa alia ma
54 teriæ conuenientia:† Hanc concluſionem ſupra firmatam de iure communi, quòd, pendente appellatione à ſententia merè interlocutoria, poſſit iudex à quo ante inhibitionem procedere ad vlteriora, excẽplifica quando eſſet appellatum à ſententia lata ſuper poſſeſſorio, à qua &ſi inter Doctores maxima extet controuerſia an detur appellatio, tamen concludunt, quòd datur ad effectum deuolutiuum tantum,& non ſuſpenſiuum, Maran.in ſuo Spec.par.6. actu 2. principali: in verbo. & quandoque appellatur num.184.Andr.Gail.in pract. obſeru.lib.1. obſeru.147. num.8. in fine. Et quòd hæc ſit commu-
* nis * opinio,teſtant̃ Maran.in dicto verbo. Et quãdoque appellatur ſub nu. 305. Oſaſc. deciſ. 25. ſub num.9.verſus finem, & Grauat.in annot. ad pract. Veſtr.lib.7. cap.3. nume.38.& Gaſp.Cabal. ſuper conſtit.Marchiæ lib.6.cap.2. in glo. poſſeſſionis ſub nu. 1.qui loquuntur ad ſaturitatem, & quòd ita fuerit ſeruatũ in Conſilio Neapolitano teſtantur Affl. deciſ.269.in fine,& Maran.dicto num. 305. in fine. & quòd hæc opinio ſit in praxi recepta, & frequentata teſtatur idẽ Cabal. in dicta glo. poſſeſſionis ſub num. 6. Sed pro intelligentia vide quæ ſcribit Affl. deciſ.77.in fine,& Maran.dicto verbo. & quandoque appellatur nu.309. Et licet hodie, attenta Cõſtitutione Aegidiana,de qua in Cõſtitutionibus Marchiæ dicto lib. 6. cap. 2. ex quo litigatoribus prohibet appellationem à momentanea poſſeſſione, & iudici ad quem,ne eam aliqualiter recipiat, & iudici à quo,ne in aliquo deferat,quinimò &c. videatur dicendum, quòd ſit reijcienda etiam quoad effectum deuolutiuum, vt ad euitandam ſuperfluitatẽ aliquid addere videatur diſpoſitioni iuris communis iuxta ea, quæ ſubtiliter ad hoc propoſitum ſcripſit Grat.conſ. vlt. nu.16. & ſeq. lib.2.relatus etiam per Cabal.in dicta glo.poſſeſſionis nu.7. tamen adhuc ſeruatur illa communis opinio, quòd reijciatur appellatio quoad effectum ſuſpenſiuum tantum, vt teſtatur Cabal. dicto num.7. in fine, pro qua obſeruantia iuxta diſpoſitionem dictę Cõſtitutionis Aegidianæ vide Veſtr. in pract.lib.7.cap.3.num.5. Et obiectioni de ſuperfluitate tacitè adductæ reſpondeo,dictam Conſtitutionẽ, & motus proprios ſummorum Pontificum,qui illã approbarunt, ſatis operari,dum in ſtatu eccleſiaſtico, vbi ſeruandum erat ius Pontificium, mandant in hoc obſeruari ius Cæſareum,vt tradit Veſtr.loco proximè citato: & dato, quòd non operarentur reſpectu huius obſeruãtiæ,ſatis operantur,dum in tanta Doctorum cõtrouerſia approbant vnam opinionem, vt docui infra ſub num.121.

55 † At dicet quiſpiam, adductũ exemplum de ſententia poſſeſſorij eſſe infirmum, quia licet aliqui tenuerint eſſe ſententiam interlocutoriam, tamen cõtrariam opinionem, quòd ſit diffinitiua tenuerunt glo.in cap.Cum ad ſedem in verbo. interdictũ. ibi. Vel.dic.de reſtit. ſpol. & Gaſp. Cabal. in dicta glo. poſſeſſionis,ſub num. 1. verſus finem. Item, quòd non ſit proprie diffinitiua, ſed quaſi diffinitiua, hoc eſt habens vim diffinitiuę tradit Fely.in cap.conſultationibus, ſub num.2.de offic. & poteſt.iud.deleg. Dec.verò in cap.cum ceſſante col. penul. de appell. diſtinguendo dicit eſſe interlocutoriam, ſi poſſeſſorium intentetur incidenter: & diffinitiuam, ſi principaliter: & hanc eſſe veritatem teſtatur Maran. in ſuo Spec.par.6. in tertia, & vltima par. in verbo. & demum fertur ſententia ſub num.35. Aliter diſtinxit Ioan.de Imol.in dicto cap.cum veniſſent relatus per Felyn.vbi ſupra. Huic obiectioni reſpondeo, ꝙ, ſi allatum exemplum eſt infirmum, poteris tu exẽplificare in quauis mera interlocutoria, & idoneum reperire inter caſus,quos enumerant Spec.Firman. & alij,quos allegat Vrſil.in ſuis additio ad Affl.deciſ.261.num.1.& 2.Et hęc de ſententia merè interlocutoria.

56 † Si non eſt mera interlocutoria, ſed habet vim diffinitiuæ,diſtinguo: vel quærimus,an iudex valeat ad vlteriora procedere pendente ab ea appellatione:vel an valeat, pendente termino ad appellandũ: Si quærimus, an valeat pendente appellatione, diſtinguo duos caſus: aut illa ſententia continet grauamen irreparabile, ſeu inquam executionem irretractabilem, vtputa, quia mandat aliquem torqueri: aut non: Si continet: res eſt clara, quòd manus iudicis ſunt ligatæ,per ea,quæ ſcripſi infra num.58. Si non continet grauamen irretractabile: res patitur difficultatem, quam,ne nimis protrahar, diſſoluam in libro tertio: & interim argumento eorum, quæ ſcripſi ſupra ſub num.44. ibi. Quia ſententia &c.& nume.48. & hic infra teneo, quod, pendente appellatione, non poſſit vlterius procedere, niſi eſſemus in executiuis,vtputa,ſi eſſet decretum de exequendo, quia tunc habemus regulam, quòd ab eo non appellatur ſaltem ad finem retardandæ executionis,vt ex pluribus refert,& ſequitur hanc eſſe cõ-
* munem * opinionem Capic.deciſ.1.nume.17.& faciunt quæ dixi ſopra nu.49.cum ſeqq.& hæc, quando pendet appellatio.

57 † Si quæramus an valeat procedere, pendente termino ad appellandum, & hic eſt caſus ſoluendę difficultatis, in quo diſtinguo: Si loquimur de conſuetudine:punctus eſt reſolutus,quòd ſic: nã quòd, pendente termino ad appellandum etiam à decreto torturæ, iudex valeat procedere ad vlteriora, teſtatur apertè Moder. in qq. crim. lib.2. q.38.nu.14. in fine: & hoc omnes ſciunt: Si de iure: res patitur difficultatem. Nam, ꝙ non poſſit, tenuerunt Franc. Marc.deciſ.60.& Ant.Gomez.quos refert Moder. dicta q.38. nu. 13. Ego tamen contra eos teneo indiſtinctè, quòd etiã de iure poſſit ad vlteriora pro-
58 cedere, & moueor: † quia ſententia, qua iudex ſe declarat competentem, eſt interlocutoria, habens vim diffinitiuæ: declara, dummodo incompetentia ſit obiecta ab aliquo Barone,ſeu alio iudice prętendente cauſam ad ſe remitti debere,à qua interlocutoria datur appellatio, &, appellatione pendente, manus iudicis à quo ſunt ligatæ, vt ſcribunt Curt. Iun.conſ.124.num.13.& Rebuf.tract. de ſent. execut.art.3.glo.2.in princ.& art.9.glo.6.vol.1.quos cũ prædicta declaratione refert, & ſequitur Carauit. ſuper Ritu 259. num.19. Et quòd à prædicta interlocutoria detur appellatio vide etiam Grauat.in annot.ad pract. Veſtr.lib.3. cap.10. ſub num.6. Et tamen, ſi

men, ſi ab ea non ſit appellatum, ex indubitata practica dicimus, quòd ille iudex poteſt, non expectato lapſu decendij, procedere ad vlteriora: & certè aliter reſpondendum non eſt, quia reſponderemus ſine lege, vnde & Carauit. vbi ſupra cautè loquitur, dum ait.

Si appellatur, iudex non debet ad vlteriora procedere.

Idem dicimus in ſententia de torquendo, quę eſt etiam interlocutoria, vt refert, & ſequitur Felyn. in Rub. de ſent. & re iud. num. 19. & ſupponunt Ioan. Ant. de Nigr. in Capit. Regni ſuper cap. ſi iuſtè nu. 36. & Carauit. dicto Ritu 259. num. 12. & 13. & cōmuniter * omnes: à qua datur ſimiliter appellatio, eaque pendente, etiam iudicis ad quem inhibitione non ſubſequuta, ſunt ligatæ manus iudicis à quo, vt docui infra ſub num. 81. Et ſic iſta quoque appellatio æquiparatur appellationi à ſententia diffinitiua, & nihilominus nos videmus, quòd iudex, pendente termino ad appellandum, poteſt procedere ad vlteriora:

59 † Si quidem Maran. in ſuo Spec. par. 6. actu 14. nu. 14. quem ſequuntur Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 64. verſ. Sed quid agendum. Ioſeph. Cumia de Syndic. cap. 21. num. 12. & ſeq. Vmber. Locat. in oper. Inquiſ. in verbo. Tortura nu. 6. & Flam. Cart. in pract. interrog. reor. lib. 4. cap. 1. nu. 68. & 69. recenſet, & approbat cautelam eorum iudicum, qui ad effugiendam rei torquendi appellationē decretum de torquendo non palam interponūt, ſed poſtquàm reus eſt ductus in pede tonduli, eoque ſic interpoſito, immediatè procedunt ad torturam. Quæ cautela mihi ſemper diſplicuit, & viſa eſt digna potius reprehenſione, quàm obſeruatione, tùm quia, ſi eſſet vera, ſequeretur, vt iudex, volens condemnare reum ad mortem, & ſententiæ executionem non retardari per appellationem, poſſet eadem, nō dicam amplius cautela, ſed truffa, & violentia reum facere duci ad patibulum mortis, & ei capiſtro per Maniuoltum collo iniecto, condemnatoriam ſententiam proferre: tùm etiam quia, licet non poſſet appellare poſtquam eſt in pede tonduli, poterit appellare antea, quando iudex vtitur illis comminationibus, vt dicat veritatem: quia aliàs &c. Siquidē in criminalibus datur appellatio etiam à futuro grauamine, ſicque à futura tortura, vt refert, & ſequitur Marſ. in pract. crim. §. expedita num. 69. & 70. & faciūt quę in definitione appellationis ſcribit Maran. dicta par. 6. actu 2. principali, in verbo. & quandoque appellatur nu. 1. & 4. dicens, appellationem dari ratione grauaminis tam illati, quàm inferendi, vnde poſſet reus appellare ante decreti interpoſitionem, & in ſpecie quòd reus poſſit appellare ante torturam tradit Ioan. Ant. de Nigr. ſuper Capitulis Regni cap. 272. Si cum ſceleratis nu. 51. vbi dicit, quòd huiuſmodi appellatio cum expreſſione alicuius iuſtæ cauſæ impediret præeminentiam: adde, ſi non diſplicent, ad confutationem eiuſdem cautelæ ea, quæ ſcribit Moder. in qq. crim. lib. 2. q. 32. num. 22. quę vidi poſtquam hęc ſcripſi, placet tamen in hoc, quòd indicat, iudicem poſſe ad vlteriora procedere, etiam pendente termino ad appellandum.

60 † Et in propria difficultatis ſpecie, quòd, pēdente termino ad appellandum à dicta declaratoria, iudex poſſit procedere ad vlteriora, probatur ex eo, quòd omnes Doctores conueniūt, vt, ſi in appellatione à ſententia diffinitiua, lata ſuper confeſſione non ſit expreſsè inſerta cauſa appellationis, iudex valeat procedere ad executionem iuxta ea, quę dixi ſupra, ſub num. 52. ibi. Exemplifica tertio: Sed, vt ibidem dixi, quomodo poteſt dici, cauſam eſſe expreſſam in appellatione, ſi appellatio adhuc non eſt in rerum natura? An autem iſta concluſio, quòd, pendente termino, poſſit vlterius procedere, habeat locum etiam de iure canonico, ſecundum quod datur appellatio tàm à ſententijs diffinitiuis, quàm ab interlocutorijs cuiuſlibet generis, cap. de appellationibus, & cap. ſuper eo, & vtrobique Doctores. de appellat. Paul. de Caſtr. in l. ante ſententiam ſub num. 1. ff. de appel. recip. vel non, Veſtr. in ſua pract. lib. 7. cap. 3. ſub num. 1. & Grauat. in annot. ad eum lib. 3. cap. 10. num. 6. Carau. ſuper Ritu 264. nu. 6. & communiter * omnes in diuerſis locis: non definio, quia, cum in appellationum admiſſione attendatur ius ciuile, vt dixi ſupra num. 54. in fine, parum eſt curandum de diſpoſitione iuris canonici. Et formaliter modo reſpondendo ad adducta in contrarium ſupra num. 47. dicimus, illam propoſitionem eſſe veram in ſententia diffinitiua, & non in interlocutoria, ſiue ſit mera interlocutoria, ſiue non: vt hæc reſponſio ſatis patet ex his, quæ dixi ſupra num. 58. Et ad illud, quod dicebamus ſupra ſub num. 44. ibi. Quia ſententia diffinitiua &c. dicimus æquiparari in quibuſdam, & in quibuſdam differre:

61 † Et quòd differant patet: quia, lata ſententia diffinitiua, iudex dicitur circa eam omnino functus officio ſuo ita, vt eā non poſſit amplius reuocare ſiue fuerit appellatum, ſiue non: Sed lata interlocutoria, habente vim diffinitiuæ, ſaltem ſi ab ea fuerit appellatum, poteſt illam reuocare, vt ex Rot. deciſ. 12. aliàs 89. num. 2. de appell. in nou. & Abb. in cap. cum ceſſante num. 12. de appell. refert, & ſequitur Capic. deciſ. 1. num. 27. 28. & 29. vbi pulchram, & ſubtilem reddunt rationem: nempè: quia, quando eſt lata ſententia interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, iuriſdictio non dicitur finita, ſed ſuſpenſa, ex quo iudex appellationis, iudicando malè appellatum, & bene iudicatum, remitteret ei cauſam, ſicque non eſt incongruum, quòd exerceat iuriſdictionē, quæ à ſe abdicata non eſt: ſicuti hanc rationem rectè conſiderat Soc. in l. quod iuſſit num. 48. ff. de re iud. & ſi vis agnoſcere caſus ſententiæ habentis vim diffinitiuæ vide Fely. in cap. qualiter, & quando ſub num. 7. & ſeq. de accuſ. & Thom. Triuiſ. deciſ. 4. num. 17. lib. 1. vbi enumerat quadragintaduos caſus, & hæc ſufficiant de iure.

62 † Si loquamur ſecundum particulares diſpoſitiones, & conſuetudinem, difficultas, vt ait Nell. tract. de bannit. 4. par. 1. temp. in principio eſt ſopita, quia, cum appellatio ſit prohibita in cauſis criminalibus, iudex poteſt procedere non ſolum, pendente termino ad appellandum, ſed etiam, pendente ipſa appellatione, & quòd plura extent ſtatuta, prohibētia appellationem, patet diſcurrentibus: Nam de ſtatuto Mediolani prohibente appellationem à ſententijs

tijs criminalibus, siue sint diffinitiuæ, siue interlocutoriæ, testatur Boss. tract. crim. tit. de liter. Princip. bann. admit. &c. sub num. 5. & tit. de supplicat. aduers. rem iudic. sub nu. 5. & 6. & post eum Clar. lib. 5. recept. sent. in §. homicidium. vers. successiuè. in fine & q. 64. vers. sed quid agendum. in fine, & q. 94. vers. cæterũ in hoc Ducatu. & in Regno Neap. quòd foriudicati nequeant appellare habemus cõstitutionem. pœnam eorum, & ibi notat Affl. num. 70. not. 8. lib. 2. & aduertit Foller. in pract. crim. in 4. par. 3. par. num. 35. in fine. & poteris addere, quæ scripsi infra num. 93. & seqq. &, ne prolixior sim, Boss. tract. crim. tit. de appell. num. 7. testatur, quòd ferè in omnibus locis statuta prohibent, vt à sentẽtia criminali non possit appellari: & in specie, quòd habitus pro confesso non possit appellare ab illo decreto in Regno Neap. narrat Ritus 120. Item seruat ipsa Curia. in fine. & notat ibi Carauit. sub num. 1. & Maran. in suo Spec. par. 6. memb. 2. num. 20. in fine, & actu 2. principali. in verbo. Et quandoque appellatur num. 358. licet ille Ritus loquatur in ciuilibus. & in statu ecclesiastico quòd bannitus non possit appellare probatur etiã ex dispositione Constitutionis Marchiæ lib. 4. cap. 10. & lib. 6. cap. 2. ex quibus simul iunctis efficaciter hoc probatur: Nam prima probatur, quòd bannitus, non comparens in termino banni, reputatur pro verè contumace, & ex secunda, quòd verè contumax non appellat, sicuti aduertit etiam Flam. Cart. tract. de execut. sent. capto bann. cap. 1. num. 60. & 61. Et de consuetudine quòd similiter non liceat appellare in causis criminalibus patet primo ex consuetudine Imperiali, secundum quam sententiæ criminales condemnatoriæ statim arbitrio iudicis mittuntur executioni omni appellatione remota, teste Gail. in tract. de pac. publ. lib. 1. c. vlt. nu. 36. patet secundo ex consuetudine Flandriæ, in cuius consilio reus, legitimis, certisque probationibus conuictus, non auditur appellans, licet ore proprio nihil fassus sit, teste Iodoco in pract. crim. cap. 149. nu. 3. vbi testatur, ita seruatum fuisse in quodam Ioanne Faillant, condemnato ad mortem: patet tertio de consuetudine Hispaniæ, & ferè totius orbis Christiani, secundum quam in criminalibus, quando venit infligenda pęna corporalis, non admittitur appellatio ad impediẽdam executionem, siue quis damnetur ex propria confessione, siue testibus tantum fuerit conuictus, teste Couar. pract. quæst. cap. 23. sub num. 5. versiculo. vsus tamen. & quòd de consuetudine iudex exequatur sententiam capitalem statim, atque eam tulit, non expectato lapsu decem dierum ad apppellandum, testantur Bar. in l. qui vltimo. in fine. ff. de Pœn. Paul. de Castr. in l. non tantum num. 5. ff. de appell. recip. Ang. tract. de malef. in verbo. Et ibi caput nu. 25. Affl. in Constitutione. humanitate. num. 56. lib. 2. Carauit. super Ritu 259. sub num. 3. Felyn. in ca. quærenti, sub num. 3. de offic. & potest. iud deleg. vbi tradit, quòd ita seruatur per totum mundum, & alij, quos refert, & sequitur Clar. lib. 5. recept. sent. q. 96. in princ. Et quòd de consuetudine reijciantur
* appellationes in causis criminalibus est communis* sententia Doctorum, de qua testatur Viuius in suis comm. opin. in verbo. appellans. opin. 51. relatus inter comm. opin. tomo 2. lib. 7. tit. 24. num. 5. & adde quæ scripsi infra sub num. 118. ibi. Contrarium est verum, & seqq. & ratio huius consuetudinis secundum aliquos ea est, quòd hodie omnes pœnæ sunt arbitrariæ iuxta ea, quæ dixi supra cap. 12. num. 98. vnde, cum in arbitrarijs nõ detur appellatio ad tradita per glo. in c. statutum. §. assessorem. de rescript. in 6. Innoc. in cap. præsenti de testib. & plures alios, quos congerit, & declarando sequitur Menoch. de arbitr. iud. q. 70. num. 6. autumant, in eis propterea non dari appellationem: Sed non est bona: primo, quoniam non est verum, quòd omnes pœnæ sint arbitrariæ, vt poteris videre ex his, quæ scripsi dicto cap. 12. num. 98. Secundo: quia multi, quos similiter refert Menoch. dicta q. 70. in principio, tenuerunt contrariam opinionem, videlicet, quòd detur appelatio, & hanc multis auctoritatibus astruit Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 17. num. 28. & quicquid sit, illud verum est, quòd etiam in arbitrarijs, si adsit enormis læsio, datur appellatio: Dic ergo, rationẽ, in qua fundatur hæc consuetudo, esse hanc: quia in criminalibus, præsertim grauibus nunquam deuenitur ad condemnationem, nisi probationes sint luce meridiana clariores, vt dixi supra cap. 59. num. 6. Sed condemnatus ex clarissimis probationibus potest dici notorius delinquens argumento eorum, quæ notaui supra cap. 76. præsertim sub num. 8. ibi. Si sumus in secundo casu. & notorius delinquẽs nõ admittitur ad appellandum iuxta ea, quæ scripsi infra num. 119. Igitur non est mirum, quòd de consuetudine appellationes non admittantur in criminalibus, & hanc rationem in non admissione appellationis à sententia diffinitiua in causa hæresis considerat Pegn. in Comm. ad Direct. Eym. par. 3. cõm.
63 31. §. Sed hæc dubitatio. † Veruntamen hæc consuetudo: quòd non admittatur appellatio à sententia diffinitiua mihi, maximè quando reus est testibus tantum conuictus, nunquam placuit, sicuti minus placet Viuio loco citato, & censeo haud esse recipiendam.

64 † Sed dato, & non concesso, quòd tam de iure, quàm de consuetudine sit concedẽda appellatio in causis criminalibus, tamen in propria facti specie, quòd iudex secundum practicam posit, non expectato lapsu decendij à die, qua declarauit reum pro confesso, illum condemnare patet apertè ex sequenti practica condemnandi reos contumaces, & bannitos.

Et quia nobis, & officio nostro constat, ipsum esse culpabilem dicti maleficij, præsertim ex eius confessione resultante ex contumacia iuxta formam statutorum &c. ideo ipsum condemnamus in amputatione capitis, & eius bona Fisco confiscamus ita, quod si aliquo tempore venerit ad manus iustitiæ, quòd ducatur, & duci debeat ad locum iustitiæ consuetum, & ibi eius caput amputetur ita, quod moriatur, & interim ipsum à toto dominio bannimus &c.

Ex qua practica liquet tibi, quòd iudex non solũ non expectat lapsum decem dierum, sed quòd dictam declaratoriam, & condemnationem simul profert

profert sine vllo temporis interuallo, & quod iudex possit, & soleat iuxta relatam practicam in eadem sententia diffinitiua declarare bannitũ pro confesso tradunt Nell. tract. de bann. 3. par. 1. temp. q. 10. Ang. tract. de malef. in verbo. Qui dominus iudex vidés &c. sub num. 45. & faciunt quæ scripsit etiam num. 30. idem tradunt Marsi. in pract. crim. §. postquam sub num. 37. versus finem. & in l. de vnoquoque nu. 183. ff. de re iud. Rol. à Vall. cons. 9. num. 38. lib. 1. Clar. lib. 5. recept. sent. q. 44. in fine. & q. 93. vers. fuit aliquando. & Flam. Cart. tract. de execut. sent. capto bann. cap. 1. num. 179. & Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 11. sub num. 102. vers. Limita secundo.

65 † Quæro nono: postquam potest bannitum simul, & semel declarare pro confesso, & condemnare iuxta relatam practicam: nunquid saltem debeat expectasse post lapsum terminũ banni aliquot dies antequam faciat prædictam declarationem? Respondeo ex his, quæ dixi supra num. 43. quòd non: quia, lapso termino banni, potest immediatè procedere ad dictam declaratoriam, & condemnatoriam: Nec obstat, quòd Affl. super Constitutione. Accusatorum temeritati sub num. 8. vers. quid autem, & Carauit. super Ritu 198. in fine. ibi. Tertiò nota, dixerint, quòd de æquitate practicatur, vt, lapso termino peremptorio, adhuc contumax expectetur per tres dies priusquam condemnetur, quia respondeo vna cum Clar. lib. 5. dicta q. 44. vers. vidi quandoque, quòd illa practica seruatur ibi, sed non hic, tu tamen obseruabis semper stylum loci, & in Regno censeo illum stylum expectandi triduum emanare ab illa practica, quam ex dispositione Ritus: Item seruat ipsa Curia in primis citationibus: seruant in primis citationibus, & nos retulimus supra cap. 91. num. 16. & sub nume. 27. Et an, lapso termino banni, requiratur accusatio contumaciæ priusquam bannitus condemnetur, vide Clar. in dicto vers. vidi quandoque: vbi dicit, quòd non secũdum consuetudinem Mediolani: sed tu vide, quæ super hoc latè scripsi supra cap. 92. num. 1.

66 † Decimo quæro: Supponamus quęso, posse alicubi appellari à sententia banni: nunquid illi decem dies, qui dantur ad appellandum, incipient currere à die promulgationis banni, vel à die lapsi termini appositi in banno? Respondeo: prima facie videtur dicendum, quòd incipiant currere non à die promulgationis banni, sed à die lapsi termini assignati ad comparendum: quia sententia banni, hoc est, bannum dicitur conditionalis, quæ non sortitur effectum, nisi lapso termino, sicque adueniente conditione: vnde videmus, quod bannitus, durãte termino banni, non potest impunè offendi, stante statuto, quòd bannitus impunè offendatur, sicut docui infra in sequenti quæsito. Contrarium est verum, quòd incipiant currere à die promulgati banni, textus est apertus in l. 1. §. biduum in fine, & ibi notat Bar. ff. quando appell. sit. & tradit Vestr. in pract. lib. 7. cap. 3. num. 21. dicens, quòd tempus ad appellandum à sententia excommunicationis, lata cõditionaliter, videlicet, nisi infra tot, incipit currere à die ipsius sententiæ, & non à die existentis conditionis: quod sanè dictum claro nobis est argumento, quòd tempus incipiat currere à die banni, quippe cũ excommunicatio, & bannum à pari procedant: Nam sicut excommunicatio est sententia interlocutoria, ita & bannum, vt docui infra num. 106. Item sicut illa eijcit excommunicatum à communione fideliũ, ita bannum separat bannitum à beneficijs Ciuitatis, quæ competunt Ciuibus, Bal. in l. 1. num. 4. C. de hæred. instit. quem referunt, & sequuntur Foller. in pract. crim. in verbo. banniantur nu. 1. Boss. tract. crim. tit. de Bannit. nu. 1. & Gail. tract. de pac. publ. lib. 2. cap. 1. sub num. 26. vide etiam Neuiz. cons. 73. num. 6. & sicuti excommunicati desinunt esse membra ecclesiæ. cap. decernimus. de senten. excom. in 6. & latius in causa. 11. q. 3. per totã, ita banniti desinunt esse membra ciuitatis: Quare bannire in foro seculari est excommunicare in foro ecclesiastico.

67 † Vndecimo, & vltimo quæro: An, stante statuto, quòd Bannitus possit impunè offendi, possit offendi pendente termino banni? Respondeo, quòd non Boss. tract. crim. tit. de null. aduers. senten. num. 5. Foller. in pract. crim. in verbo. accusentur contumaciæ sub nu. 19. circa medium: & apertius in verbo. Banniantur num. 63. & est communis, * de qua testantur Boss. vbi supra, & Flam. Cart. tract. de execut. sent. capto bann. cap. 1. num. 433. Sed nunquid possit impunè offendi elapso termino banni, & pendente appellatione, seu termino ad appellandum à sententia banni iuxta ea, quæ scripsi infra sub nu. 126.? Respondeo, quòd sic, sed cum distinctione, quam docui infra sub num. 126. ibi. Non obstat, quod Menochius. Et sic habes dissolutas multas difficultates, quæ possent occurrere circa processum, qui fit contra reum contumacem, & bannitum perseuerantem in contumacia.

68 † Reliquum modo est, vt attingamus difficultates, quæ possent oriri, quando bannitus non perseueraret in contumacia: sed compareret: sed, vt clarè procedamus, in primis videndum est, an loquamur de bannito iuxta dispositionem constitutionũ Marchiæ, statuta Mediolani, & quamplurium aliorum locorum: an verò de bannito iuxta dispositionem statutorum, & practicam vrbis: Si de bannito secũdum dispositionem Constitutionum Marchiæ sunt distinguendi quinque casus: primus casus est, quando bannitus comparet ante lapsum terminum banni: secundus quando post lapsum terminũ banni, & antequam sit declaratus pro confesso: tertius quando post declarationem, & antequam sit condemnatus: quartus quando sponte post condemnationem, & antequam sententia transierit in rem iudicatam: quintus, quando comparet postquam transiuit in rem iudicatam. Si de bannito iuxta vrbis practicam, qua promulgatur vnum tãtum bannum, vt docui supra nu. 26. est ita breuius distinguẽdum: Aut processatus comparet ante sententiam: Aut post sententiam: Si post sententiam prosequere eandem distinctionem.

69 † Redeo ad bannitum iuxta dispositionem Constitutionum Marchiæ, & capio primum casum quãdo comparet ante lapsum terminum banni, & concludo, quòd tunc practica erit, vt, cum comparuerit, car-

rit,carceretur, & cogatur reſpondere inquiſitioni, ſeu accuſationi, ſeu inquam interrogationibus iudicis, eum examinantis, ex quo inquiſitionis forma, ſeu titulus, & ſimiliter ille ſolemnis modus procedendi per accuſationem receſſerunt ab aula, vt dixi ſupra cap.86.ſub num.16.ibi. Si verò loquimur ſecundum &c. & de examine qualiter ſit faciendum plura verba fecimus ibidem num.67. & banni, quia ipſum, & omnis eius virtus per illam ſimplicem cõparitionem dicitur reſoluta in vim ſimplicis citationis, nulla prorſus habebitur ratio argumento textus in l.1.& not.ibi per Bar. in fine.ff. de requir.reis.Bal. in l.1.C.de poſtul.Paul.de Caſtr. conſ.33.in principio. & ſecundum nouam impreſſionem conſ.3. nu. 1.lib.3.Felyn. in cap. ex literis nu. 17. de Conſtitut. quos refert, & ſequitur Boſſ.tracta. crim.titu.de indic.& conſid.an. tort. num. 134. & poſt eum Flam. Cart.tract. de execut. ſent. capto bann.cap.1.num. 125.&459.& poſt eum Moder.in qq.crim. lib.1.q. 11.num.101.& idem docuit Ang.in tract.de malef. in verbo. Qui dominus iudex videns &c. ſub num. 4.in fine, dicens, quòd comparitio annullat virtutẽ banni, ac ſi nunquam emanaſſet: & ideo iſto caſu, quando bannitus comparet, redditur fruſtratoria illa quæſtio: An liceat appellare à ſententia banni: cum ipſa comparitio illam ſententiam penitus inficiat.

70 † Amplia iſtam concluſionem, vt habeat locum etiamſi bannitus fuerit captus iuxta ea, quæ in ſimili ſcripſi Blãc. tract. de indic.ſub nu.293.quia dum pendebat terminus ſemper erat in tempore ad cõparendum, & eſt ampliatio clara, attenta diſpoſitione ſtatutorum vrbis lib.2.cap.6.vt retuli ſupra num. 30.in fine.

71 † Capio ſecundum caſum, quãdo comparet poſt lapſum terminum banni, & antequam ſit reputatus pro confeſſo: & hunc caſum expediã per ſeptẽ difficultates: prima erit: nunquid illa contumacia, iam contracta per lapſum termini reſoluatur per ſimplicem ſpontaneam comparitionem, an potius remanebit adhuc in ſuo eſſe? Reſpondeo, quòd remanebit in ſuo eſſe: & hoc probatur ex eo, quòd talis cõtumax vel poteſt adhuc de iure declarari pro cõfeſſo, vel ſaltem torqueri propter illam contumaciam, vt oſtendi in ſequentibus difficultatibus:

72 † Amplia iſtam reſponſionem dupliciter: primo, vt procedat ſaltem de conſuetudine, etiamſi non extiterit ei accuſata contumacia: Hæcque ampliatio probatur ex his, quæ ſcripſi ſupra cap.92. num.1.per totum.

73 † Amplia ſecundo, vt procedat etiamſi contumacia non extiterit declarata per iudicem: Hancque ampliationem oſtendo eſſe veram tum in genere, tum in ſpecie ſecundum conſtitutionem Marchiæ: In genere: primo, quia reperio, quòd ita firmat Nell.tract.de bann.3.par.1.temp.q.10. Secundo: quia, quando proceditur ſummariè, declaratio ſuper incidenti non eſt neceſſaria, & ideo, ea omiſſa, poteſt iudex ad vlteriora procedere iuxta ea, quæ ſcripſi de excuſſione ſupra cap.76.ſub num.12.ibi. Quid ergo dicendum.ſuper qua dixi, poſſe omitti illam declarationem, quòd fuerit ritè facta, quando procedit ſummariè: Sed in cauſis criminalibus proceditur ſummariè, omiſſis ſolemnitatibus illis, quæ erant introductæ à iure poſitiuo, vt dixi ſupra cap. 51.num.30.ergo illa pronuntiatio poteſt omitti, & ita ſeruatur tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, quia ſatis eſt, vt extet accuſata, & ita practicatur hic, & in omnibus locis ſtatus eccleſiaſtici, & in Regno Neapolitano, ſicut liquet ex practica accuſandi ibi contumaciam, quam docui ſupra cap.91. num. 16. accedat, ſi placet, quòd de contumacia notoriſſimè conſtat ex actis, & ſic pronuntiatio ſuper ea non eſt neceſſaria, glo.in l.penultima.§.fin.in verbo. per cõtumaciam.C.ad S.C. Trebell. In ſpecie ſecundum conſtitutionem Marchiæ probatur apertè ex Conſtitutione earum lib.4. cap. 10. vbi expreſsè diſponitur, quòd, elapſo termino, habeatur pro contumace etiam ſine alia pronunciatione, vel reputatione contumaciæ: & tene menti has duas ampliationes, & præſertim ſecundam, ne aliàs contrarium crederes per ea, quæ dixi ſupra cap.91.ſub num.15.ibi. Tertio requiritur. & dicto cap.76.ſub num. 12.ibi, & videtur confirmari &c.

74 † Secunda difficultas: poſtquam contumacia remanet in ſuo eſſe: nunquid contumax tenetur ipſe docere de ſua innocentia tanquam ſi delictum eſſet plenè probatum, an verò Fiſcus tenetur probare, & ipſum conuincere de delicto, tanquàm ſi non eſſet plenè probatum? Reſpondeo: prima facie videtur dicendum, quòd contumax teneatur ſe defendere, tanquam ſi delictum eſſet plenè probatum: & moueor ex eo, quòd contumax ex diſpoſitione ſtatutorum, in quorũ terminis nos loquimur, habetur pro confeſſo, vt ex lectione ipſorum, à me relatorum ſupra num.29.& 30.liquidò apparet: & quòd debeat haberi pro confeſſo, etiam quòd non ſit talis declaratus à Iudice, quando ſtatutum dicit, quòd habeatur pro confeſſo ipſo iure, vide quę ſcribit Natt.cõſ. 364.num.10.& ſeq.& quòd, lapſo termino, habeatur pro confeſſo vide Flam.Cart.in tract.de execut. ſent.capto bann.cap.1.num.427.in fine, & apertius num.149.Sed bannitus, qui comparet poſt lapſum terminum banni, eſt contumax, etiam quòd contumacia nec ſit accuſata, nec declarata iuxta ea, quæ modo dixi ſupra in ampliationibus: ergo iſte bannitus habetur pro confeſſo, etiam quòd non ſit declaratus talis: Si habetur pro confeſſo, ergo delictum dicitur plenè probatum per confeſſionem, ſi eſt plenè probatum: Ergo per ſoritem à primo ad vltimũ Bannitus debet probare innocentiam, aliàs eſt condemnandus diffinitiuè: & hanc opinionem videntur tenere Bal.in l.ita demum.C.de procur.Paul.de Caſtr. conſ.3. lib. 3. & eam multis argumentis nititur probare Flam.Cart.dicto cap.1.num. 147.156. cum ſeqq.& num.163.vbi teſtatur, quòd eſt verior, * & magis communis, * & ipſum refert, & ſequitur Moder.in qq.crim. lib.1.q. 11. ſub num. 102. verſ. amplia hanc quintam &c. & ab hac opinione non videtur alienus Boſſ.tract.crim. tit. de indic. & conſid.ante tort.ſub num.134. Contraria opinio, quòd onus probandi delictum incumbat Fiſco, probatur ex eo, quia contumax non prius habetur pro confeſſo, quam ſit talis declaratus à iudice, vt latè etiam ampliando oſtendi infra num. 113. Sed iſte bannitus adhuc non eſt declaratus: ergo, ſtantibus rebus,

prout

prout stant ante declarationem, non potest dici cõfessus: Si non potest dici confessus, ergo cessat opinio aduersa,& intrat ista contraria, & hanc opinionem tenent Bal.in quodam cons.23.incipiente. Titius accusatus,quod est inter cons.crim. diuers. in 4. fol.tom.1.Guid.& Comes de Perus.& Paul. de Castr. cons. 141.visa quadam inquisitione in 2. dubio lib.1. secundum vltimam impressionem, qui testatur de sua subscriptione, & Guid. & Comes ad dictum cons.Baldi, licet de subscriptione illorum non appareat,& eandem opinionem videtur apertè tenere Natt.in Clem. sæpe col.41. vers. An autem ille,cui &c.de verb. signif. & ego ab ista non recedo: Non obstant argumentum,& auctoritates ex aduerso adductæ: nam ad argumentũ colligitur responsio ex ratione, quam adduximus pro hac contraria opinione, nimirum, quòd non potest reputari pro confesso antequam sit talis declaratus à iudice, & consilium Nattę,contrarium sentientis quando statutum dicit, quòd habeatur ipso iure pro confesso confutauimus infra num. 115. Minus obstat quòd Bal.& Paul.de Castr.tenuerint contrarium: quoniã possunt conciliari,vt loquantur post secutam declarationem, sicuti eos conciliat Flam. Cart. dicto ca. 1. num. 170. & 171. & quòd Paul. de Castr. loquatur post declarationem iudicis patet apertè, & ita eũ refert Franc.Becc.cons.11.sub num.1.lib.1.& retulimus etiam infra sub num. 105. & alias, circunducta ista conciliatione,dico, quòd de eorum auctoritate non esset curandum, teste Boss.tract.crim. titu. de liter.Princip.bann. admitt. sub num.5. circa medium:quia essent sibimet ipsis contrarij,ex quo Bal. dicto cons.23.& Castren. dicto cons.141. tenuerũt contrarium, videlicet, quòd Fisco, & non bannito incumbat onus probandi, & licet Bal. in fine dicti cons. dicat, quòd, vt fateatur ingenuè veritatem, sua opinio est multum dubia: tamen mihi videtur ex prædicta ratione satis clara. Minus etiam obstat, quòd Flam.Cart. dicto num. 163. asseruerit, contrariam opinionem esse magis communem, & veriorem,quia loquitur similiter post factam declarationem confessionis,vnde num.172. & 178. in fine ait,quòd illæ omnes rationes adductę militant post factam declarationem,& nu.179.& 180.ait, quòd, attenta consuetudine declarandi bannitos pro confessis in eadem sententia, qua condemnantur, sequitur,quòd,si bannitus compareat ante diffinitiuã sententiam, non est ei opus probare suam innocentiam. Non obstat pariter, quòd Moder.secutus sit illam opinionem: quia mox sub eodem num. vers. limita primo,eã limitauit, vt procedat quando bannitus est declaratus pro confesso, secus inquit si non est declaratus, quia tunc satis est, quòd neget delictum.

75 † Tertia difficultas:postquã Fisco incumbit onus probandi delictum: nunquid iudex ad eius instantiam poterit bannitum contradicentem declarare pro confesso,tanquam si non comparuisset, sed esset adhuc absens? Respondeo, distinguendo: Aut loquimur de iure, Aut de consuetudine: Si de iure: difficultas est non mediocris: nam pro parte affirmatiua,quòd possit:sic arguo.

Qui non est in tempore purgandi moram, non admittitur ad eam purgandam, & cogitur inuitus luere pœnas illius,& hoc est tritum per ea,quę scribunt omnes contra morosum,quando non admittitur purgatio moræ, vide Paris.in copioso cons. 19. sub nu.195.& 199.cum pluribus seqq.lib.2.

At bannitus, qui non comparuit ante lapsum terminum banni,non est amplius in tẽpore purgandi moram: & hic erit clauus difficultatis: Ergo bannitus,qui non comparuit ante lapsum terminũ banni, cogitur inuitus luere pœnam morę,quę ex dispositione statutorum,& consuetudinis est,vt habeatur pro confesso,quamuis contradicat.

Probatur minor: quòd non sit amplius in tempore purgandi moram: primo,quia, vbi in dispositione insunt dies,& pœna, non admittitur purgatio moræ.l.traiectitiæ.§.de illo.ff.de actio.& obligatio. Doctores in l. & si post tres. ff. si quis cautio, & in l. magnam.C.de contrahen.& commit. stipulat. & in l.si insulam. ff. de verb. oblig. & quòd hæc sit communis * opinio testantur Alex.cons.105.num.6.lib. 3.Rip.in dicta l. si insulam num. 37. & Niger num. 331.Osasc.decis.49. nu.6. & Tess. Fossan. decis. 77. in princ. ergo, cum in casu nostro adsint dies, videlicet,terminus ad comparendum, & pœna, quia aliàs habebitur pro confesso, sequitur, vt arguendo, concludit Papien. in sua pract. in forma excipien. contra positiones in glo.primo,quia lapsa sunt tempora num.2. fol.252. quòd non sit locus purgationi moræ. secundo, quia purgatio moræ non admittitur, quando lapsum est tempus, à lege, vel à statuto præfixum.Panorm.in cap.cum in tua.Qui matr.accus.poss.& Chassan.super consuetud. Burgun.§.10. in verbo.de dans l'an & iour, quos refert, & sequitur Gail.in pract.obseruat.lib.2. obseru. 19. nu. 11. idem tradit Crauet.cons.216.sub nu.19.cum seqq. Sed hic est lapsum: ergo &c.Tertio: quia quod ad tempus permissum est, post tempus prohibitũ censetur.l.si vnus.§.primo. & l.exempla. ff. de pact. l. si ita quis.& ibi Alex.& Ias.ff. de vulg. & pupil. Quarto,& tendunt omnia ad idem,quia post factam executionem ab homine,vel à iure non admittitur purgatio moræ l.is qui.ff.de leg.2.l. quo ob rem non defensam.ff.de condict.indeb.notant Cyn. in l. si pœnam.§.super ff.de verb.oblig.Natt.cons.364. num. 11.& 12.Hiero.Mago.in suis decis. lucen. decis.25. num.34.& communiter * omnes in dicta l. si in insulam.ff.de verb. oblig. vt refert Flam. Cart. tract. de execut.sent.capto bann.cap.1.num.150. Sed hic est facta executio ab ipso iure,ex quo statuta disponũt, quòd habeatur ipso iure, vel saltem habeatur pro confesso. Igitur &c. Et propius accedendo ad difficultatem, quòd non respõdens positionibus infra terminum non possit purgare moram tenuerũt glo. in cap.cupientes.§.quòd si per viginti. in verbo.expectari. de electio. in 6. Innoc. in dicto cap. cum in tua.Qui matr.accus.poss. Bar.in d.l. qui ob rem non defensam.ff. de condict. indeb. Ang. in dicta l. & si post tres.ff.si quis cautio,quos refert, & sequitur Papien. vbi supra: & eandem sententiam tenuit Bal. cons. 128. statuto cauetur. lib. 1. & ita iudicauit Senat.Pedemont. teste Osasco decis. 5. in fine, quem refert,

refert, & ſequitur Gaſp. Cabal. ſuper Conſtitutio, Marchiæ libro 5. cap. 19. in glo. pro confeſſis nume. 1. in fine. Et confirmatur hæc opinio ex eo, quòd aliàs ſequeretur, vt iudex poſſet derogare ſtatutis; quod eſt abſurdum: quoniam vbi derogandum eſt ſtatutis, derogatio debet impetrari à Signatura Principis, nec ſatis eſſet adire Signaturam iuſtitiæ, quia debet adiri ea, quæ eſt gratiæ, cum ea, quæ eſt iuſtitiæ, non valeat quicquam concedere, quod tangat merita cauſæ, quoniam eſſet dare nouum ius, ſicque non eſſet mera iuſtitia ad tradita per Staph. de ſignat. liter. iuſtit. Rubr. de ſanat. contractus inualidi. nume. 1. & 4. folio mihi 286. & Luc. Pet. in pract. Capitol. libro 2. cap. primo, numer. 5. vbi ait, quòd derogatio ſtatutorum, facta per Signaturam iuſtitiæ, non tenet, quod idem affirmat Marcheſ. de commiſſ. par. 2. capit. primo. num. 34. & cap. 2. num. 1.

Et quòd prędicta opinio de non admittēda purgatione moræ, ſicque reſponſione poſt lapſum terminum amplietur, vt procedat, etiamſi non fuerit adhuc ſecuta declaratio tenet glo. in cap. poſt. de iuram. calumn. quam refert Gaſpar Caball. vbi ſupra.

Quæ ampliatio, ſeu declaratio confirmatur, tùm à ſimili, tùm ab abſurdo euitando. A ſimili, quia quando ſunt lapſi decem dies ad appellandum, licet appellans compareret ad appellandum priuſquam declararetur tranſitus in rem iudicatam, tamen ius eſſet acquiſitum appellato ita, vt iudex adhuc poſſet declarare, eam feciſſe tranſitum in rem iudicatam, & ſubinde procedere ad executionem.

Ab abſurdo euitando: primo, quia aliàs ſequeretur, quòd eſſet per indirectum in poteſtate iudicis reddere legem eluſoriam. Nam poſſet augere terminum datum à lege, quod eſt ſibi prohibitum iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 39. in quinto quæſito.

Secundo, quia ſequeretur, veram eſſe eorum opinionem, qui aiunt, moram purgari poſſe vſque ad ſententiam. Sed hæc opinio eſt falſa, vt oſtendi infra ſub num. 109. ibi. Ad ſecundum &c. ergo falſum eſt quoque antecedens, vnde infertur. Probatur illa conſequentia, quoniam iudex poſſet non interloqui ſuper mora, niſi in ipſa ſententia diffinitiua iuxta practicam, quam docui ſupra nume 64.

Non obſtat, quòd Bar. in l. eius qui delatorem, nume. 2. ff. de iure Fiſci, & multi alij quos retuli infra, dicant, declarationem eſſe neceſſariam: quia reſpondeo, id à nobis quoque conceſſum eſſe ſupra ſub numero 74. ibi. Et hanc opinionem &c. & infra num. 112. Sed, ergo iudex non poteſt illam declarationem facere, ex quo comparuit priuſquam illam fecerit, negatur conſequentia.

Minus quoque obſtabit Conſtitutio Marchiæ lib. 4. capit. 10. a nobis formaliter relata ſupra num. 29. dum diſpoſuit, quòd bannitus, comparens, audiatur ſuper ipſo crimine vſque ad ſententiam, non obſtante, quòd ſit lapſus terminus banni: quia, ſi inde velis propterea inferre, quòd is nō teneatur probare ſuam innocentiam, & inde, veluti in neceſſariam antecedentiam, quòd iudex nō potuerit eum declarare pro confeſſo, reſpondeo conſequentiam non valere, quia poſſunt hæc duo ſimul ſtare: quòd quis audiatur ſuper crimine, vt loquitur illa Conſtitutio, & poſſit declarari pro confeſſo, & ſubinde, quòd teneatur ad oſtendendum innocentiam. Siquidem etiam verè confeſſus eſt audiendus ante ſententiam diffinitiuam, vt, Deo fauente, latè proſequar libris ſequentibus: vnde & allegata Conſtitutio diſponit, quòd audiatur etiam poſt latam ſententiam, ſi ſupplicauerit &c. Quare, vt vides, audiri, & declarari pro confeſſo non ſunt ita diuerſa, vt ab incluſione vnius poſſimus procedere ad excluſionem alterius. Et ſi diceres, quòd Conſtitutio ita intellecta, vt bannitus, volens oſtendere innocentiam, audiatur, redditur ſuperflua: quia diſponit idem, quod ius commune: reſpondeo, quòd attento hoc dicto, diceretur ſuperflua in multis alijs, & præſertim dum diſponit, diffamatum citari &c. quia etiam de iure communi eſt permiſſa citatio, & quia hoc dictum nihil valet, non inſiſto. Et ex his videtur concludendum, quòd iudex poſſit nihilominus eum declarare confeſſum. Contraria opinio, quòd non poſſit declarari pro confeſſo, ſed quòd debeat admitti ad reſpondendum, ſuadetur hac vnica ratione.

Vbi ad excludendum contumacem, ſeu moroſum à purgatione moræ requiruntur duo copulatiuè: lapſus ſcilicet termini, & declaratio, non poteſt excludi, ſi compareat, lapſo termino, & ante interpoſitam declarationem, quia vbi duo copulatiuè requiruntur, non ſufficit, eorum alterum interueniſſe vulgatis iuribus, & probatur in terminis caducitatis ab Emphytheoſi: quæ inquam caducitas non inducitur à die lapſi termini, ſeu commiſſæ moræ, ſed à die declarationis requiſitæ. Bar. in l. 2. num. 2. & ibidem Bal. ſub num. 1. Ang. num. 4. Fulgoſ. num. 3. & 4. C. de iur. emphyte. Et quòd hæc ſit verior, & magis communis * opinio teſtatur poſt alios Caſſad. deciſ. 2, nu. 3. in fine, quam latè aſtruit, & ſequitur Rot. diuerſ. deciſ. 28. nume. 1. par. 2. vbi nu. 11, tradit quòd, ſi mora fuerit purgata ante declarationem, declaratio, quæ ſubinde ſecuta eſt, nihil operatur, quoniam non retrotrahitur. Et quòd declaratio ſit neceſſaria præſupponit eadem Rot. deciſ. 1377. par. 3. lib. 3. Nec obſtat, ſi dicas, in caducitate emphytheoſis requiri declarationem, quia caducitas eſt introducta in fauorem domini directi, qui non declarando, videtur illi renunciare. Nam reſpondeo, quòd idem poſſumus dicere in caſu noſtro, videlicet, quòd Fiſcus, ſeu accuſator, non faciendo inſtantiam, vt declaretur pro confeſſo, videntur illi tacitæ confeſſioni renunciaſſe. At in caſu, de quo agimus, requiruntur hæc duo, lapſus ſcilicet termini, & hoc non patitur difficultatem, item declaratio, vt docui infra nu. 113. & ſeq. Ergo in caſu propoſito bannitus, comparēs ante interpoſitam declarationem, quòd habeatur pro confeſſo, debet admitti ad purgandam moram, & per

per conſequens non debet poſſe amplius declarari confeſſus, & hanc opinionem videntur tenere Bar. in l.eius qui delatorem num.2. ff. de iure fiſci. Paul. de Caſtr.conſ.3.num.20.& 23.lib.3. Ang. tract. de maleſ.in verbo, Qui Dominus iudex videns,quòd &c. numer.29. Ioann. Bapt. de Plott. inter Conſ. crimin. diuerſ.conſ.72. numer.23.lib.2. & apertius Nell. tractat. de bann. 4. par. primi temp. quæſt.2. Natt.in clemen. ſæpe col. 41. verſiculo. An autem ille, cui eſt præfixus terminus, de verborum ſignif. Neuiz. conſ.6. numer. 12. Franc.Becc.conſ.11.numer. 1.lib.1. Flam. Cart. tract. de execut. ſent. capto bann. capit.1. numer.71. & Modern. in qq. crimin.libro 1.quæſt. 11.ſub numer.102.verſicu.limita primo. & communiter * omnes Doctores, dum aiunt, neceſſariam eſſe declaratoriam, quaſi velint omnes,ſicuti expreſſe volunt Nell. Natt.Franc. Becc. Flamin. Cart. & Modern. in locis allegatis, quòd ſi bannitus compareat ante declaratoriam, ſit ſemper audiendus, & quòd Fiſco, ſeu parti incumbat onus probandi debitum, prout hoc indubitanter verum eſſe teſtatur Nell. loco citato: & ſi tu dicas,quòd declaratoria poteſt fieri,vt dicebam ego ſupra, dico, quòd illa comparitio ſeruiret bannito de vento, quod eſt contra mentem prædictorum Doctorum. Non obſtat, quod dicebamus pro confirmatione contrariæ opinionis, videlicet, ꝙ iudex poſſet,non interloquendo,augere,& prorogare terminum vſque ad ſententiam: quia reſpondeo,quòd è contra Fiſcus, & accuſator poſſent, vt dixi,inſtare pro dicta declaratoria, & ſi iudex differret illam facere,poſſent ab illa taciturnitate, & tarditate appellare,ac veluti à denegata iuſtitia querelam exponere iuxta ea,quæ ſcribunt Maran. in ſuo Spec.par.6.actu 2.principali,nu.119. Mattheſ. in l. fin.§.illud nu.9.C.de temp.appel.cuius repetitio eſt inter eius ſingularia Doctorum libro 1. folio mihi 178. Gail. in pract. obſeruat. libro 1. obſeruat. 28. & Rot. diuerſ. deciſ.259.numer.4. par. 1. præterea nos videmus, quòd iudex poteſt differre, & prorogare terminum, quo emphyteota moroſus incidit in commiſſum iuxta ea, quę ſcripſi infra ſub numer.109. verſus finem, ibi. Ad ſecundum &c. Quid dicendum? forſan more Socratis ad indicandam quęſtionis difficultatem expediret eam relinquere indeciſam, & liceat mihi pro nunc illius morem ſequi.

Si loquimur de conſuetudine: dico, quòd hæc vltima opinio præualet, & quòd eam vidi ſeruari in multis locis,& quod hic in vrbe recipit fomentum à ſtatuto, à nobis relato ſupra nu.30. dum diſponit, ꝙ ſi reus comparet ante ſententiam, iudex faciat,eum reſpōdere inquiſitioni, & deinde præfigat partibus terminum ad iuſtificandam querelam: & ſic apparet, ꝙ Fiſco, & parti incumbet onus probandi delictum,& quòd non ſeruatur illa opinio,vt comparēdo, adhuc declaretur pro confeſſo.

76 † Quarta difficultas: Poſtquam iudex non poteſt amplius eum declarare pro confeſſo,& Fiſco proinde remanet onus probandi delictum: Nunquid illa contumacia faciet indicium ad torturam ita, vt iudex debeat illum bannitum torquere? Reſpondeo, prima facie videtur dicendū,quòd non: quia ſi bannitus,comparens ante factam declarationem, dicitur purgare moram, & reſoluere omnem virtutem banni iuxta ea, quæ dixi ſupra in prima, & ſecunda difficultate; ſequitur, quòd illa mora, & illud bannum nullum poſſint effectum producere: nec dicatur, reſolui moram, ſeu inquam contumaciam reſpectu confeſſionis fictæ, & non reſpectu indiciorū ad torturam,quia reſpōdeo,quòd vbi actus, factus in contumaciam,reſoluitur per comparitionem, tollitur omnis illius effectus,vt refert, & ſequitur Rot. diuerſ.deciſ.369.præſertim num.8.par.1. Contrariam ſententiam,quòd debeat illum bannitum torquere,tenuerunt Bal.in l.1.num.13.C.de hered.inſtit.quem ita declarant Boſſ.tract.crim. titu.de bannit.ſub num.4.& Franc.Brun.tract. de indic. & tortur.quæſt.5.ſecundæ part. num.7. eandem ſententiam ſecuti ſunt Ang. in l. iniuriam. §. ſi quis decretis. ff. de iniur. Amad. tractat. de Syndic. numero 259. Gramm. conſil.12. numer.21. conſil. 32. numer.8. deciſ. 11. numero 15. & deciſ. 34. numer. 50. Boſſ. tractat. crimin. titulo de indic. & conſid. an. tortur.ſub numer.134. Marſ.in pract. crimin. §. diligenter,numer.136. Alciat. tracta. de præſumpt. reg.3.pręſumpt.22. Paul.Merend.inter conſ. crim. diuerſ.conſ.88.num.66.lib.2. Vulp.conſ.105.num. 2.& conſ.113.num.1.& eſt communis, * de qua teſtantur Foller.in pract.crim. in verbo. & ſi confitebuntur in 3. par. 3. par. num.8. in fine, Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 64. verſ. Sed nunquid. & apertius Flam. Cart. dicto cap. 1. ſub nume.452. & 454. & poſt eum Modern. in qq. crimin. libr. 1. quæſt. 11. numer. 70. vbi multos congeſſit, & numer. 73. verſiculo. ex præmiſsis. & libro 2.quæſt.37.ſub nume.161.

77 † Declara nunc, ſeu limita notabiliter, & teneas memoria, quia non reperi ab alio dictum, vt non procedat, quando eſſet fictus contumax, & non verus, quia ficta contumacia non facit indicium ad torturam iuxta ea, quæ ſcribit Boſſ. tractat. crimin. titulo de indic. & conſid. an. tortur. numer. 134. in fine, & numero 135. & bene faciunt quæ dixi infra ſub num. 126. ibi ſecundo reſpondeo &c. Et quis dicatur verè contumax in ſtatu eccleſiaſtico dixi infra ſub num.101.ibi. Declara vt &c.

78 † Circa hanc communem opinionem ſic declaratam inſurgit dubium: An hæc communis opinio, quòd contumacia faciat indicium ad torturā, procedat etiam in caſu, quo nulla alia extarent indicia? Reſpondeo: prima facie videtur dicendum, quòd ſic: quia,ſi ſupponamus, iſtam communem opinionem loqui de contumacia,nō circunductis indicijs, aſſumendis ante ſpecialem inquiſitionē, & quibuſuis alijs, videretur inſulſa, & fruſtratoria: nam aut inſpicimus illam vnam communem opinionem; ꝙ non poſſit formari inquiſitio ſpecialis, ſi non præcedant indicia ſufficientia ad torturam, vt retuli ſupra ca.84.nu.6.& tunc eſſet inſulſa: quia, etiā circunducta cōtumacia,poſſet reus torqueri. Aut inſpicimus contra-

contrariam opinionem, videlicet, quòd ad formandam ſpecialem inquiſitionem ſufficiāt debiliora indicia ijs, quæ requiruntur ad torturam, & tunc, quia non negamus, quòd debent eſſe vrgentia: dico, ꝙ ijs coniunctis cum contumacia, eſſet dicendū, quòd ea potius, quàm cōtumacia faciant indicium ad torturam, & propterea communis opinio, de qua teſtātur Boer. deciſ. 163. num. 5. Foller. & Clar. in locis al leg. eſt, vt procedat etiā in caſu, quo nulla alia ſubſunt indicia: Verum quia hæc opinio ita intellecta videbatur impoſſibilis, & nullo caſu verificabilis, ſiquidem contumacia non poteſt dari ſine citatione, & hoc eſt clarum, & citatio, quando ex contumacia oritur ficta confeſſio, vt in caſu, de quo agimus, non datur ſine præcedenti ſpeciali inquiſitione: hoc eſt, ſine præcedentibus legitimis indicijs iuxta ea, quæ ſcripſi in pluribus locis huius libri, & præſertim ſupra cap. 58. num. 8. & vberius cap. 84. num. 3. in fin. & nu. 46. & nu. 37. & ſi aliter citaretur, & citatus nō compareret, non poſſet dici cōtumax, vide quę ſcripſi ſupra dicto cap. 58. ſub num. 10. & ideo Boer. dicta deciſ. 163. & Clar. dicta quæſt. 64. verſi. ſed nunquid, conati ſunt eam ſaluare, & verificare in ſequētibus caſibus. Boerius in caſu, quo inquiſitio vnà cū toto proceſſu informatiuo eſſet deperdita. Clar. in pluribus: & primo, quando inquiſitio fuiſſet formata ex conſcientia Principis, quia tūc inquiſitio tenet etiam ſi non præceſſerint indicia, ſicuti vna cū Claro arbitratur Moder. in qq. crim. lib. 1. quæſt. 11. nu. 70. verſic. Reſpondeo cum Claro in fine. Secundo, quando eſſet proceſſum ex diſpenſatione Senatus, concedentis contra aliquem procedi per præcepta pęnalia, ex quo non extant indicia ſufficiētia ad formandam inquiſitionem. Tertio, quando fuiſſet formata, præcedentibus quidem indicijs, ſed non ſufficientibus ad torturam, ſicuti vnà cum Claro, tradit Moder. loco proximè citato. Quarto, & vltimo, quādo bannitus, admiſſus ad nouas defenſiones, talia in defenſione probaſſet, quæ indicia, aſſumpta contra eum, eliderent, & remaneret ſola cōtumacia: prout hunc eūdem caſum ſequitur Moder. dicta q. 11. nu. 72. & 78. in fine. & ita forſan ſentit etiam Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 84. nu. 7. dum ſimpliciter ait, ꝙ admiſſus ad nouas defenſiones poteſt torqueri, nullis pręcedentibus indicijs. Verum quia iſte caſus nō adaptatur noſtræ concluſioni, quæ loquitur non de bannito comparente poſtquam eſt condemnatus, qui nō audiretur, niſi eſſet admiſſus ad nouas defenſiones, ſed de bannito, qui comparet antequam ſit declaratus pro confeſſo, quo caſu non eget admiſſione ad nouas defenſiones: quia eo ipſo, quòd cōparet, eſt audiendus, ideo accomodando dicta Clari, adde ſecundum eius mentem hunc quintum caſum, quando ſcilicet bānitus comparet lapſo termino banni ante declarationem, ſeu ſententiam, & ſe defendendo elidit omnia indicia contra eum exiſtētia, præter indicium contumaciæ. Et in relatis quatuor caſibus teſtatur Clar. loco citato, poſſe verificari illam communem opinionem, & pluries in practica vidiſſe obſeruari: Adde tu, ſi placet, ſextū caſum, quando ſcilicet quis contumaciter renuit reſpōdere, quoniam poſſet torqueri ob illam contumaciam ſine alijs indicijs iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 86. nu. 49. Contrariam ſententiam, quòd ſola cōtumacia ſine alijs indicijs non faciat indicium ad torturam, maximè quando contumax nō eſt captus, ſed ſpōte comparet, vt in terminis, in quibus loquimur, tenēt Boer. dicta deciſ. 163. nu. 5. Foller. in dicto verbo. Et ſi confitebunt nu. 15. cū ſeqq. in 3. par. 3. part. Franc. Caſon. tract. de indic. & torm. tract. 10. ca. 9. nu. 2. cum ſeqq. & Villalob. in ſuis comm. opin. ſub verſ. Abſens. nu. 10. paulò ante finē, quos refert Moder. dicta q. 11. nu. 71. & ratio ſecūdum eos eſt, quia illa ſpontanea comparitio debet elidere indiciū, & ſuſpicionem, reſultantem ex contumacia, ſeu fuga. Quid dicēdum? Diſtinguo: Aut intelligimus, quòd communis opinio, dum tenet, ꝙ ſola cōtumacia, circunductis alijs indicijs, ſufficit ad torquendū, loquatur generaliter de quibuſuis indicijs, etiam non ſufficientibus ad torturam: Aut ꝙ loquatur reſtrictiuè, & de indicijs tantum ſufficientibus ad torturam. Si ꝙ loquatur generaliter de quibuſuis indicijs, illa cōmunis opinio patitur magnam difficultatem, pro cuius reſolutione, conſidero in primis cōtumaciam dupliciter: primo, prout inducitur, & perficitur: ſecundo, prout inducta, & perfecta poteſt de per ſe ſola remanere. Si eam conſideremus primo modo: dico quòd illa cōmunis opinio non poteſt verificari, quia non reperitur caſus, in quo poſſit deueniri ad contumaciam, quin præceſſerint alia indicia iuxta ea, quę ſcripſi ſupra in principio huius difficultatis, & licet Clar. & Moder. arbitrentur contrarium, quando inquiſitio formatur ex conſcientia Principis, ſeu expeditur pręceptum ex conceſſione Senatus, tamen (ꝙ eorum pace ſit dictum) decipiūtur, vt oſtendi infra in reſponſionibus ad primum, & ſecundum. Si ſecūdo modo, dico ꝙ illa communis opinio poteſt verificari, quia quando reus admiſſus ad nouas defenſiones, ſeu comparens ante ſententiam, facit defenſiones, & elidit indicia contra ſe exiſtētia, poſſet remanere ſolummodo indicium contumaciæ, vt conſiderāt Clar. & Moder. & nos retulimus ſupra ibi. Quarto, & vltimo &c. & iſto caſu militat dubium propoſitum, quod priuſquam diſſoluamus, oſtēdo quomodo illi alij caſus, in quibus Boer. Clar. & poſt eum Moder. conati ſunt ſaluare illam communē opinionem, ſint inepti. Capio caſum Boerij de proceſſu informatiuo deperdito, & dico, ꝙ probata amiſſione, oritur præſumptio in dubio ꝓ validitate actus, hoc eſt, inquiſitionis vulg. iur. & ſic reintegratur indiciū, & non poterit dici, quòd adſit ſolum indicium contumaciæ.

Capio caſus Clari: & ad primū de inquiſitione, formata ex conſcientia Principis, rñdeo, ꝙ hoc eſt verū, qñ Princeps aſſertiuè dixit, ſibi conſtare de crimine iuxta ea, quę ſcripſi etiam ex ſententia eiuſdē Clari ſupra c. 84. nu. 20. in tertia limitatione, quo caſu non poteſt dici, quòd illa inquiſitio ſit formata ſine indicijs, quoniam ſi oculata Syndici, ſeu alterius publici officialis depoſitio facit indicium ad inquirendum ſpecialiter iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra c. 71. nu. 3. in fine, & cap. 84. nu. 7. Cur idem indicium nō debet facere Principis aſſertio?

Ad ſecundū de ꝑcepto tranſmiſſo ex cōceſſione

ſenatus reſpondeo, quòd cõtumacia in illo caſu nõ operaretur, vt ille reus poſſet torqueri, ſicuti minus operatur, quòd poſſit declarari pro cõfeſſo, ex quo illud præceptum non tendit ad alium finem, quàm ad mulctandum, & moueor: quia, ſi Senatus diſpenſat, & concedit in hoc vno contra ius commune, vt ille poſſit vocari ſub comminatione alicuius temperatæ mulctæ iuxta qualitatem criminis, & diuitiarũ eius, qui vocatur, non debet illa conceſſio extẽdi ad alia, nimirum, vt poſſit etiam reputari pro confeſſo, & diffinitiuè condemnari: quia quę exorbitant à iure communi ſunt ſtrictè intelligenda, vt dixi ſupra cap. . . num. . . . præſertim cum à iure ſit magis prohibitum, contumacem reputari pro confeſſo, q̃ mulctari, vt docui ſupra cap.58. ſub nu.5. ibi. Vnde cum declarando &c. Accedat, quòd ſi huiuſmodi proceſſus non poſſet fieri, etiamſi procederetur ex conſcientia Principis, niſi aſſertiuè diceret, ſibi liquere de crimine, vt dixi ſupra hoc eodem num. ibi. Capio caſus Clari &c. minus quoque licebit, ſi procedatur ex conceſſione Senatus: Optimè etiam faciunt, quæ ſcripſi ſupra cap. 84. num. 12. Vnde arbitror, Boſſium tract. crim. tit. Quomo. proced. per præcep. in fine: malè locutum eſſe: dum aſſerit totum oppoſitum, videlicet, quòd eſt procedendum non ad mulctam, ſed ad pęnam confeſſati criminis iuxta diſpoſitionem iuris communis, ſiquidẽ ius cõmune hanc fictam criminis confeſſionem abhorret non ſolum, quando non præcedunt legitima indicia ad inquirendum, ſed etiam, quando præcedũt, vt ex eodem Boſſio oſtendi dicto c.58. vbi ſupra. Secundo reſpõdeo, ꝙ cum huiuſmodi proceſſus per præcepta non concedat̃, niſi pręcedant aliqua indicia, ſeu ſuſpiciones, quæ non ſufficiant ad inquirendum, non poteſt dici, quòd torqueretur ex ſolo contumaciæ indicio.

Ad tertium de inquiſitione formata ex indicijs non ſufficientibus reſpondeo diſtinguendo: Aut illa indicia erant ſufficientia ad formandam inquiſitionem, & citandum: & tunc dico, vt dixi in præcedenti ſecunda reſponſione, ꝙ nõ diceretur torqueri ex ſolo contumaciæ indicio: Aut non erant ſufficiẽtia: & tunc addo, quòd nullatenus poſſet torqueri: quia corruerent inquiſitio, bannum, & contumacia iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap.84. ſub num.37.

Ad ſextum de tortura inferenda ad eruendã reſponſionem à contumace in reſpondendo, rñdeo dupliciter: primo, ꝙ nos loquimur hic de tortura ad eruendam veritatem, & illa datur ad eruendam reſponſionem, quæ poteſt dari etiam non præcedentibus legitimis indicijs ad torquendũ. Secundo rñdeo, ꝙ etiam eo caſu contumacia de per ſe ſola ſine adminiculo aliorum indiciorum non ſufficeret, quia non poteſt quiſpiam vti reus examinari, niſi pręcedant indicia ſufficientia ad formandam ſpecialẽ inquiſitionem iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra c.84. ſub nu. 9. ibi. Et caueas, & num.37. & ſi non poteſt examinari, minus poterit compelli ad reſpondendum, vide quæ dixi ad hoc ſupra ca.86. nu.46. & 51. Omiſi reſpondere ad quartum, & quintum, qui ſunt vnus, & idem, quia cum ille ſit idoneus caſus ad exemplificandam illam communem opinionem, remanet ſolum difficultas, an eo caſu illa ſola cõtumacia faciat indicium ad torturam, & dico, ꝙ quamuis illa cõmunis opinio, attenta ſui ſuperficie, videatur tenere, ꝙ ſic, ſicuti arbitrantur Clar. & Moder. locis citatis, dicẽs Clarus, eo caſu ſe vidiſſe illam communem opinionem practicari, tamen attenta medulla, hoc non videtur determinaſſe, quia loquit̃, vt veriſimile eſt, non quando deficiunt illa indicia, quæ requiruntur ad inquirendum, ſed quando deficiunt indicia, quæ ſufficiunt ad torturã, ſicut ita eam conſideraſſe videtur Clar. in tertio caſu, quẽ ſupra retulimus, & apertius Moder. dicta q.11. ſub nu.78. ibi. Rñdendo aduertas. quamuis ipſe extendat eam, vt procedat etiã circunductis alijs indicijs non ſufficientibus ad torturam: & dato, ꝙ illa communis opinio ita determinet, tu tamen pro eius clara intelligentia conſidera tres caſus: primum, quando indicia elidẽtia ſunt fortiora eliſis: ſecundum, qñ ſunt debiliora: tertium, qñ ſunt in æqua lance, remanente ſaluo indicio contumaciæ. Si fortiora, tunc illa cõmunis opinio, ꝙ poſſit torqueri, eſſet falſa, vt bene conſiderauit etiam Flam. Cart. tract. de execut. ſent. capto bann. c.1. nu. 457. iunctis pro intelligentia, quę ſcribit ibidem nu. 452. Si debiliora, & tunc ſi torqueatur, nõ poteſt dici, ꝙ torqueatur ex ſolo indicio cõtumaciæ, quia remanet aliquid indiciorum præcedẽtium. Si in ęqua lance, remanente ſaluo indicio contumaciæ, tunc poſſumus concurrere cum Claro, qui teſtatur, ſe vidiſſe iſto caſu practicari illam cõmunem opinionẽ, ꝙ poſſit torqueri: Verum, quia ego non reperi vnq̃ iudicem, qui habeat hanc æquã lancem, vt libratis indicijs offenſiuis, & defenſiuis, videat diſtinctè in offenſiuis团 ſupereſſe indiciũ reſultans ex cõtumacia: concludo hanc q̃ſtionem remittẽdam eſſe arbitrio recti iudicis, qui bene conſideret quibus indicijs bãnitus ꝑmatur, & cuius qualitatis ſit contumacia, breuis ne, an diuturna. Item an doloſa, vel aliquo modo excuſabilis. Et pariter cõſiderabit quibus defenſionibus ſit munitus reus, cuius qualitatis, & famæ ſit, quæ certa regula definiri nõ poſſunt: Vbi autem bannitus oſtenderet aliquod iuſtum impedimentũ, propter quod non potuiſſet comparere, tunc ceſſaret omne indicium cõtumaciæ iuxta ea, quæ ſcribit Boſſ. tract. crim. tit. de indic. & conſid. an. tort. num. 135. & vbi iudex dubitet, an ex fauorabilibus indicijs ſint eliſa omnia indicia, in dubio æſtimet, ꝙ ſic, quia defenſio ſemꝑ eſt fauorabilis, vt tradunt Boſſ. dicto tract. crim. tit. de fauor. defenſ. & tit. de cõuic. num.60. & Clar. lib.5. recept. ſent. q.56. verſic. finali, & latè dicam, fauente Deo, in ſecundo libro. Et hæc, ſi intelligamus illam communem opinionem, vt loquatur generaliter etiam de indicijs non ſufficientibus ad torturam.

Si intelligamus eam, vt loquatur reſtrictiuè de indicijs ſufficientibus ad torturam, vt ſcilicet contumacia, ijs circumductis, faciat indicium ad torturam: dico, eam poſſe exemplificari in illo tertio caſu, quem ſupra ibi. Tertio quando fuiſſet &c. retulimus ex Claro, & eſſe veram, quia tunc licet bannitus ex indicijs aſſumptis in proceſſu informatiuo, & ſufficientibus ad inquiſitionem ſpecialem non potuiſſet, circunducta contumacia, torqueri, tamen adiuncta contumacia poterit torqueri, vt

ri, vt tradunt Clar.& Moder.quos retuli ſupra, ibi. ſicuti ita eã &c. Et hæc omnia,quæ firmaui, habent locum, ſiue bannitus fuerit citatus perſonaliter,ſiue domi, item ſiue ſponte comparuerit, ſiue fuerit captus:quicquid dixerit Franc.Caſon. dicto tract.10. cap.9.num.8.& hæc ſatis.

79 †Quinta difficultas:An in caſu,in quo iſte bannitus comparens ante ſententiam, venit torquendus, debeat ei prius tradi copia proceſſus? Reſpõdeo,ꝙ ſic:tùm ex regula generali,quæ vult, torturam non dari,niſi traditæ ſint prius copię indiciorum,tũ quia ita in ſpecie firmat Franc.Brun.tract.de indic.& tortur.q.5.2.par.ſub nu.13.dicens,ꝙ data copia, & elapſo termino,& indicijs non purgatis, adhuc nõ poteſt deueniri ad torturam, niſi prius iudex ſuper ea pronunciauerit:& ꝙ prius iudex debeat interloqui, & eam decernere tradũt etiam Marſ.in l.1.nu.9.ff. de quæſt.Carauit.ſuper Ritu 259.num.9.& Flam. Cart.in ſua pract.interr.reor.lib.4.c.1.nu.66.An autẽ in decreto ſit neceſſarium exprimere,ꝙ cum veritas aliter haberi non poſſit, mãdauit eum torqueri, vide Ang.tract.de malef.in verbo. Quòd fama publica nu.94.Brun.dicta q.5.princip.2.par.nu.15.Caſon.in pract.crim.tit.de torm.c.7.nu.3.Foller.in practic.crim.in verbo. Rei indurati torqueãtur nu.2. & Flam.Cart.dicto lib.4.c.1.nu.67. qui omnes dicunt eſſe bonam cautelam, vt exprimatur ad euadẽdum Syndicatum,quia,cum tortura, inquiunt, ſit remedium ſubſidiariũ debet apparere in actis,quòd veritas aliter haberi non poterat.

80 †Sexta difficultas: nunquid priuſquam decernatᷣ prædicta copia ſint repetendi teſtes,recepti in ꝓceſſu informatiuo ad hoc,vt fidem faciãt, cum recepti ante litis conteſtationem non faciant fidẽ? Reſpondeo, quòd ſic, & moueor ex doctrina, quam docui infra cap.98.ſub num.7.ibi. Si prius dico &c.

81 †Septima,& poſtrema difficultas:Poſtquã iudex mandat,iſtum bannitum torqueri: Nunquid ab iſto decreto dabitur appellatio? Reſpondeo diſtinguendo:Aut loquimur de iure:Aut ſecundum iura municipalia pluriũ locorum,& de conſuetudine. Si de iure, dico, ꝙ ſic,quia ab interlocutoria, quæ continet damnum irretractabile,datᷣ appellatio.Bal.in l.ante ſentẽtiam.C.quor.appell. non recip.in l.ſi quis prouocatione.in l.eos.C.de appell.& in l.2. C.de epiſc. aud.Par.de Put.tract.de Synd.in verbo.Tortus ca. 13.ſub nu.4.Franc.Brun.tract.de indic. & tort. q.5. 2.par.nu.14.Marſ.ĩ pract.§.expedita nu.70. Veſtr. in pract.lib.7.c.3.nu.3.Grauat.in annot.ad eum lib. 3.c.10.nu.6.Franc.Caſon.tract. de torm.cap.7. nu. 4.Carauit.ſuper Ritu 259.nu.11.& faciũt, quæ ſcri* pſi ſupra nu.58. & quòd hæc ſit communis * opinio teſtantur Ioan.Ant.de Nigr.ſuper Capitulis Regni Neap.c.ſi iuſtè,nu.35.& Moder.in qq.crim.lib.2.q. 38.nu.10. & datur hæc appellatio nõ ſolum quoad effectum deuolutiuum,ſed etiam quoad ſuſpenſiuũ ita vt,cum primum fuerit interpoſita,ſint ligatæ manus Iudicis ſine alia ſuperioris inhibitione, vt tradit Bal.in l.generaliter,§.ſed iuramẽto.verſic. ſed quid ſi eſt talis interlocutoria col.2.nu.... C.de reb cred, quem referunt,& ſequuntur Additio ad Rot. deciſ, 58.aliàs 412.de appella.in nou.in verbo, Canonicę Maran.in ſuo Spec.par.6.actu 14.num.14.fol.mihi 426.&in 2.actu principali in verbo, & quandoque appellatᷣ num.212.fol.488. Foller. in pract. crim.in vebo.& ſi confitebunt in 3.par.3.part.ſub nu.5. Io. Ant.de Nigr.in d.c.ſi iuſtè nu.36 Carauit.dicto Ritu 259.nu.12.cum ſeq.Lancellot.de attent.2. par.c. 12.limitat.1.nu.62.& limit.2.nu.92.& ſeqq. & Flamin.Cart.in ſua pract.interrog.reor.lib.4.cap.1.nu. 70.& 71.& 73. in fi. & nouiter poſt omnes Moder. in qq.crim.lib.2.q.38.nu.12.Et quòd ita fuerit deciſum in Curia Delph. teſtatur Guid. Pap. deciſ.74. quem refert:Marc.deciſ.907.nu.4. & poſt eũ Clar. lib.5.recept.ſent.q.64.verſic. ſed quid agendum.

82 †Amplia iſtam concluſionem dupliciter: primo, vt procedat etiam ſi appellatum extiterit non à decreto ipſius torture,ſed à comminatione de torquẽdo Frãc.Brun.trac.de indi.& tort.5.q.principali nu. 14.Carauit.dicto Ritu 259.ſub nu.14.& Clar.dicto verſic. ſed quid agendum.& Moder.dicta q.38.nu. 15.& ratio eſt in promptu, quia ſicut datur appellatio à decreto torturæ,ita etiam datur à comminatione illius,vt dixi ſupra ſub num.59.

83 †Amplia ſecundo, vt habeat locum etiam ſi eſſet appellatum à decreto torturæ pro habenda pręciſa rñſione:vide eũdẽ Carauit.dicto nu.14. & Moder. vbi ſupra nu.12. Nec ad effugiendã appellationem placet illa cautela interponendi decretum poſtquã Reus eſt in pede tonduli,vt eam reprobaui ſupra dicto nu.59.Nec mireris,ꝙ detᷣ, & admittatur de iure appellatio à decreto de torquendo, & nõ à decreto de non torquẽdo,quia ratio diuerſitatis eſt, ꝙ in primo caſu non poteſt reparari grauamen per appellationẽ à ſentẽtia diffinitiua,ſecus in ſecundo,Aret.in l.2.ff.de appel.recip.quẽ refert,& ſequitᷣ Brun.tract. de indic.& tort.2.par.q.5.nu.13.in fine,& q.9.num. 10.& vtrũq; Neuiz.conſ.60.ſub nu.7.dicens, hanc fuiſſe originalẽ deciſionẽ Gulielm.de Cuneo,& rñdet obiectioni contra fundamentũ huius opinionis. Hanc eandẽ opin.tenet Modern.dicta q.38.nu.20. lib.2.vide Amber.de Antramon. in tract. de tort.& quęſt.inter tractatus crimin.Diuerſ.Ziletti fol.440. num.27.qui aſtruit,& contrarijs reſpondet.

84 †Limita modo hanc cõem opinionẽ, & eſt limitatio generalis,vt non procedat, qñ appellatio eſſet friuola,ſeu inquam calũnioſa:quia tunc ſemꝑ reijcitur c.cum appellationibus,de appel.in 6.& notant Bar.in l.1.§.interdũ.ff.a quib. appel. non licet Ang. conſ.140.Barbat.conſ.51.col.24.in fi. lib.1, conſ.7. col.10.cõſ.38.col.4.lib.2.Marãt.in ſuo Spec, par.6, actu 2.principali in verbo:& qñq; appellatᷣ nu.345, fol.508.Menoch.de arbit.iud.lib.2.cent.2,caſ.197, nu.1.& poſt alios Moder.d.q.38.nu.23. & nunq̃ ſuſpenderet effectũ ſententiæ Crauet,conſ.66, ſub nu. 1.& Iudex, qui admitteret appellationẽ manifeſtè friuolam,peccaret,vt tradit Ang. tract,de malef. in verbo præſente dicto Caio, num.19. Vbi loquitur de appellatione à ſentẽtia capitali,& diffinitiua,immo friuolè appellans punitᷣ de iure ciuili, & de iure canonico,de iure ciuili pœna quinquaginta librarũ argenti iuxta textum in l.2. C, de epiſco.audien.qui loquitur de Clerico fruſtratoriè appellante cauſa dilationis:punitur etiam duplici alio modo, de quo

 vide

vide Bar.in l.à proconsulibus. C.de appel.& Marā. in dicto verbo, & quandoque appellatur num.347. Adde tu aliam pœnam secundum Neuiz. cons. 36. nu.5. videlicet, quia reputatur manifestè contumax. De iure canonico punitur pœna excommunicationis, seu aliqua miti mulcta, vt tradunt Abb.in cap.solicitudinem not. 1.de appell.& Maran. qui declarat, & respondet ad contraria dicto verbo. Et quandoque appellatur num. 346. licet ego nunquam viderim, has pœnas practicari: & quòd friuola appellatio à decreto torturę in causa hæresis reijciatur, tradunt Eym.in Direct.Inquis.par.3.Rubr.de appellatione quæ fit ab Inquisitore num.123.versi. si enim videat, & ibi Franc.Pegn.comm.31. §. & sic ab Inquisitore, quamuis ab eo etiam in causa hæresis licita sit appellatio iuxta ea, quæ dicam in lib.3.

85 † Verum circa hanc limitationem insurgunt duo dubia: primum quæ nam dicatur friuola appellatio. Etenim & si Doctores vnanimiter dicant, friuolam dici eam, quę est sine causa, hoc est, sine grauamine, tamen dubium non est sublatum, quia denuò sciscitatur, quando sit eiusmodi? Breuiter agendo Frāc. Pegn.dicto comm.31.§.quę autem: censet, hanc cognitionem, & determinationem relinquendam esse arbitrio Iudicis, & idem ante eū tradidit Menoch. dicto cas.197.in fine, & hanc esse communem opinionem, licet colligi ex his, quos refert & sequitur Moder.in qq.crim.q.38.num.27.lib.2. verum quia hoc esset dare Iudici habenas, vt posset reijcere omnem appellationem: ideò restringēdo hoc arbitriū iudicis, æstimo quòd is non debeat arbitrari friuolā appellationem, nisi eam, quæ notoriè apparet inutilis, & calumniosa: quia friuola dicitur ea, quę est nullius momenti: sed ea, quæ non apparet notoriè inutilis, seu calumniosa, non potest dici nullius momenti. cum sit super ea disputandum: & quod in proposito illa dicatur friuola appellatio, quæ est manifestè friuola, vide Ang.ī dicto verbo p̄sente dicto Caio: nu.18.& 19. Dicetur ergo friuola, quando in ea exprimeretur aliqua causa, quæ ex actis notoriè appareret falsa, seu cauillosa, vtputa, si diceret appello, quia non constat de corpore delicti, cum tamen in processu de eo notoriè constaret per inspectionē ipsius iudicis, Notarij, & aliorum: Item posset in proposito dici friuola, quando contra eum laborarēt vehementia indicia, quia tunc appellatio non admitteretur, Bal.in l.fin.C.de probat.quem referunt, & sequuntur Carrer.in pract.crim.fol.32.nu.2. & Ioan. Ant.de Nigr.super dicto c.si iustè sub nu.36. & attē de quòd quando appellatio est euidenter calumniosa, seu friuola, tunc sine vllo dubio cognitio eiusmodi appellationis spectat ad iudicem à quo, vt ex Cōtar.in l.vnica.C.si de moment.poss.q.19.nu.9. & latius in q.1.nu.16.& seqq.& ex alijs refert, & sequit̄ Moder.dicta q.38.sub num.29. lib.2. Vnde mirum non est quòd ipse possit reijcere appellationem, & procedere ad vlteriora. Quòd si nō sit manifestè friuola: debet eam admittere, eaque admissa, debet supersedere, vt dixi, aliàs posset puniri iuxta ea, quæ scribunt Doctores in cap.de Priore.de appell.Rot. decis.50.sub numer.2.eod. in nou.& Ang. in dicto verbo præsente dicto Caio, num.18, & Deo dante, dicam libro secundo.

86 † Secundum dubium est: An appellans teneatur exprimere causam grauaminis? Respondeo Frāc. Pegn.dicto comm.31.§.num autem: arbitratur, ꝙ sic: Ego tamen hoc non firmo: sed discutiam libro tertio, vbi latè prosequar materiam appellationis, & hæc de iure.

87 † Si loquamur secundum iura municipalia, & cōsuetudines locorum, & tunc: Aut loquimur secundum iura municipalia Regni Neapolitani, hoc est, capitula, Ritus, & pragmaticas: Aut secundum statuta Mediolani: Aut secundum statuta, & consuetudinem vrbis, & totius status ecclesiastici: si secundū iura municipalia Regni, denuò distinguo de qualitate Iudicum: Aut iudex, qui mandat, torqueri, habet præeminentiam Magnæ Curiæ: Aut non: si habet: dico, ꝙ is potest torturam inferre ex processu īformatiuo, non obseruatis Capitulis Regni, ac prætermisso ordine iuris, c.si cū sceleratis, & alijs allegatis post Par.de Put.tracta.de synd.in verbo, Tortura.§.& an si quis dixerit, nu.8. & Gram. vot. 3. nu. 28.p Carauit.super Ritū 259.nu.10.& ideo quādo quis torquetur in Camera de p̄eminētia non auditur appellans, licet millies appellet, vt refert idē Carauit.vbi supra, & post eum Flam.Cart. in pract.interrog.reor.lib.4.c.1.nu.75. Et licet hanc p̄eminētiam habeat sola magna Curia, vt tradunt Par. de Put.& Gram.locis allegatis: tamē ex communi obseruantia dilatata est ad alias Audientias Regias, quarum aliquę eam obtinent quolibet semestri per literas à Collat. Consil. & aliquæ eam ex longo vsu quæsierunt: adeo quòd pro dictis literis nunquam mittunt, & illæ, quæ solitæ erant mittere, nunc parū curant, ratæ quòd eas obtinent quandocunq;. Hęcque eadem præeminentia concessa est iustitiarijs Prouinciarum per annum cum cōminatione, quòd circa finem anni debeant procurare prorogationē illius, aliàs, prorogatione non impetrata, & lapso anno, ea vti non possint, vt habetur in pragmatica fin. tit.de off.magist.iustit. & refert idem Carauita loco proximè citato.

88 † Verum quia ista præeminētia torquendi reum ex processu informatiuo, denegatis defensionibus, habet locum non solum Neapolis in Magna Curia Vicariæ, sed etiam in Etruria sub Sereniss.Duce, & in Ciuitate Lucana in causis delegatis à Rep. sicut testat̄ Ioseph.Lud.in suis Comm.opin. conclus. 38. post illationē 97.vers.Et si Princeps: Item in Ciuitate Ferrarię, vt testatur Hipp.Riminal.cons.290.ante nu.1.lib.3.quos adducit etiā Moder. in qq. crim. lib.2.q.39.nu.30.idcirco obiter de ea nonnulla scribere deliberaui, pręsertim in gratiam eorum iudicum, & Assessorum, qui sæpe de illa gloriantur, & quia quid sit nesciunt, malè vtuntur.

Sciendum igitur est, quòd ista præeminentia est odiosa, & propterea rarò vtenda: Est odiosa quia tollit, seu saltem minuit defensionem: Vnde, vt locum habeat, requiruntur ad minus ista quatuor.

Primū, vt Curia, volens torquere reum ex p̄eminentia, ipsamet inquisiuerit, & processerit, & non alia. Gramm. vot.3. num.37.cum seq.Ant.de Nig. in cap.Reg. Neap.in dicto capit. si cum sceleratis, num.4.

num.4.& ſeq.& num.24.& apertius ſub nu. 26. vbi alios allegat,& Modern.dicta quæſt.39. ſub nu.31. & in Regno Neap.probatur ex allegato cap. ſi cum ſceleratis,ibi. *Vt tu ſolus.*

Secundum,quòd delictum ſit atrox. Affli.deciſ. 391.nu.10.Ant.de Nigr.dicto ca. ſi cum ſceleratis, num.6.31.in fine.& 32.& Moder.vbi ſupra.

Tertium,quòd inquiſitus ſit malę conditionis,& famæ:Ant.de Nigr.vbi ſupra nu.33.& ſeqq.& Moder.loco proximè citato.Et propterea,vt per eundē Ant.de Nigr.vbi ſupra num.39. & 40. requiritur ꝙ commiſerit alia grauia delicta. Et hæc omnia requiſita in Regno ſatis colliguntur ex allegato ca.ſi cum ſceleratis.

Quartum,quòd extent indicia ſufficientia ad torturā ita,vt,ſi proceſſus eſſet legitimatus, reus adhuc eſſet torquendus, Gramm. conſ.64. num.2. Et licet idem Gramm.in deciſ.34.num.9.ſecundum Anto. de Nigr.dicto cap.ſi cum ſceleratis.num.31. videatur tenere contrarium: tamen non eſt recedendum ab opinione, quam tenuit dicto conſ. 64. num.2. & ſequitur Ant.de Nigr.vbi ſupra, & num.28. dicens dicto nu. 31. quòd Grammaticus dixit contrarium in dicta deciſ. 34. nu.9. propter affectionem, quam habebat ad cauſam pro ſaluanda tortura per eum, & alios indebitè illata. Sed mihi non videtur ex illa deciſ.colligi,quòd Gramm.ſenſerit, torturam poſſe inferri à Magna Curia ſine indicijs, ſed ſolum,ꝙ poſſit inferri,non ſeruato ordine &c.Sed vtcunque ſit,non recedas à firmato requiſito, iuxta quod dicas requiri etiam, quòd prius cōſtet de corpore delicti,vt ex pluribus refert,& ſequitur Ant.de Nigr.in dicto cap.ſi cum ſceleratis.num.25. Et ſi tu diceres: Cui debet conſtare,an indicia ſint ſufficientia ? Reſpondeo, ipſi iudici, cuius arbitrio iſta cognitio ſine diſcuſſione, & ſtrepitu Aduocatorum committitur, vt per eundem Ant.de Nigr.ibidem num.29.

Iuxta hæc requiſita infero, quòd malè fecit quidam Dominus Locumtenens in criminalibus Reuerendiſſimi Domini Gubernatoris Almæ Vrbis Romæ, dum quendam captum hoc fero, ſequenti immediatè fecit torqueri ex proceſſu informatiuo, nulla habita conſideratione, quòd ille inquiſitus nō erat malę famæ,neque de alijs delictis proceſſatus. Et quod peius eſt, indicia non erant ſufficientia ad torturam.Et licet,vt mihi relatum fuit, iſte Locumtenens ad cooperiendam ſuam inſcitiam allegaret, ꝙ ita ſibi Papa iniunxerat, tamen adhuc non eſſet excuſandus,tùm quia de mandato non cōſtat: tùm quia, dato quòd Princeps mandet Iudici, vt faciat torqueri aliquem ſine indicijs,aut denegatis defenſionibus,nihilominus iudex debet cōſiderare,quòd eiuſmodi mandatum eſt iniuſtum:Nam quātum ad indicia,vt colligi licet ex his,quæ ſcribit Rol.à Vall. conſ.12.nu.47.& ſeqq.lib.3. & accuratè retulit Moder.in qq.crim.lib.2.q.37.num.74. communis * ſententia Doctorum eſt, quòd Princeps non poſſit mādare Iudici, vt torqueat inquiſitum ſine indicijs, & iuxta hanc ſententiam Afflictus relatus à Gramm. conſ.45.num.35. Rol.à Vall.dicto conſ.12.ſub nu. 52.& à Clar.lib.5.recept.ſent.quæſt.64.verſic. dixi quoque, interrogatus reſpōdit Federico de Aragonia, quòd neque de auctoritate regia poterat mandare,torqueri hominem, contra quem non extarēt indicia ſufficientia,quod idem Grammaticus interrogatus reſpondit Cardinali Colūnę Proregi Neapolis,vt teſtatur vot. 32. num.9. Etenim & ſi nemo extet,qui poſſit dicere Principi.Cur ita facis ? tamē non propterea ſequitur, quòd non malè faceret, ſi innocentes damnaret ad mortem : ſi eccleſias, aut vaſallos proprijs ſpoliaret bonis, aut alienas raparet vxores.

Similiter quantum attinet ad defenſiones dico, quòd Princeps non poteſt mādare,vt quis torqueatur,denegatis defenſionibus, Afflict. qui alios allegat dicta deciſ.391.nu.2. & ſeqq. & ibi annotat, & cumulat Vrſill. & multa in propoſito cumulant Moder.videndi in qq.crim.q.39.nu. 18. & ſeqq. lib.2. vbi bene loquūtur.Et ſi tu diceres, à Magnis Curijs poſſe inferri torturam denegatis defenſionibus.Ergo cur Princeps non poterit mādare,torqueri inquiſitum denegatis defenſionibus?reſpōdeo quòd nō valet argumentum:quia,quòd Magna Curia poſſit quandam ſpeciem delinquentium facinoroſorum torquere denegatis defenſionibus, eſt veluti lex q̄dam rationabili cauſa ędita, quæ reſpicit caſus futuros: Vnde, ſi aliquis facinoroſus illius ſpeciei torqueatur à Magna Curia, denegatis defenſionibus, non dicitur torqueri ſine lege,ſeu contra leges. Sed ſi Princeps mandaret torqueri aliquem delinquentem non illius ſpeciei, denegatis defenſionibus,vtique mandaret contra leges, ſecundum quas Princeps ſæpe teſtatus eſt ſe velle viuere. Quare in ſumma non valet argumentum à lege vniuerſali ſuper caſibus futuris ad motum, & voluntatem Principis ſuper caſu præſenti: & faciunt ad hoc quæ ſcripſi ſupra cap.53.num. . . & ſeqq. Conſulo ergo Iudici, vt ſtudeat ſuadere Principi id fieri non poſſe,& tandem vbi videat Principem induratum,ſtudeat ſe potius ſine Principis indignatione ab officio ſubtrahere,quàm obedire iniuſtis præceptis.

Hæc,quæ hucuſque diximus, inſtruunt Curiam, quando poſſit torquere denegatis defenſionibus: Conuenit modo,vt per oppoſitum nonnulla remedia ſummatim referamus, quibus reus ſe defendere poſſit,ne eiuſmodi tortura ſibi, denegatis defenſionibus,inferatur.

Et primum erit: ſi delictum eſſet plenè probatū, vt refert, & ſequitur Anton.de Nigr.in dicto cap.ſi cum ſceleratis, num.41. Verum hoc remedium eſt commune.

Secundum:ſi offerres probationem incontinenti per idoneos teſtes de innocētia,ſeu quid aliud allegares, quod ſi probaretur, ceſſaret tortura: vide eūdem Ant.de Nigr. qui alios allegat vbi ſupra nu. 42.& 44.& Moder. in qq. crim.lib.2.quæſt.39. ſub num.31.

Tertium: ſi allegares,te velle repulſare teſtes ex capite inimicitię capitalis,& exprimeres cauſam inimicitiæ:Vide eundem Ant.de Nigr. loco citato nu. 45.& ſeqq.& 54.

Quartum: ſi eſſet proceſſum ordinariè, eſſentque iam datæ defenſiones: quia, ſi Magna Curia velit, poſtea in proceſſu, vel pro nouis indicijs,

vel aliter inferre torturam de præeminentia,nõ poterit Vide eundem Anto.de Nigr.dicto cap. ſi cum ſceleratis.nu.56.& quæ diximus nos ſupra cap. 76. ſub num.9. Et ſi eſſes inquiſitus in Magna Curia Vicariæ Neapolis, & eſſes Neapolitanus,poſſes allegare,& oſtendere te eſſe Neapolitanum, & euaderes torturam ex præeminẽtia:quia Neapolitani habent de hoc priuilegium à Catholica Maieſtate, vt referunt Affl ct.dicta deciſ.391.nu.1. & Ioan.Ant. de Nigr.dicto cap.ſi cum ſceleratis.nu.8.

Aduerte etiam quòd præeminẽtia habet locum ſolum in prima tortura,& nõ in repetitione Ant. de Nigr.vbi ſupra.nu.50.plura congerens,Flam.Cart. in pract.interrog.reor.lib.4.c.1.nu.200.202.& 206. & Moder.dicta q.39.ſub nu.31.verſ.Et an ſicut.

Item aduerte,quòd licet Magna Curia poſſit vti dicta præeminentia in torquendis reis, non tamen cogitur ea vti:quod cenſeo verum nõ ſolum in Magna Curia Vicariæ ex diſpoſitione Capitulorũ Regni,quæ allegat Ant.de Nigr.in dicto ca. ſi cum ſceleratis. num.55. ſed etiam in omnibus Curijs,quæ habent præeminentiam. Et hæc ſufficiant.

89 † Si non habet,tunc denuo diſtinguo: Aut appellatio iuſtè interponitur: Aut nõ:ſi iuſte, debet admitti,& non admittẽs varijs pęnis punitur iuxta diſpoſitionem cap.ſi iuſtè, quam recenſet Marant. in ſuo Spec.par.6.actu 2.principali in verbo,& quandoq; appellatur.nu.212.ſi nõ iuſtè:poteſt reijci dicto c. ſi

90 iuſtè.† Verũ quia hæc cognitio, an iuſtè,vel iniuſtè appellauerit eſt periculoſa,maximè quia tot capita, tot ſententiæ, ita vt ea appellatio, quæ iudici à quo viſa fuit iniuſta iudici ad quem videatur iuſta : ideo cautius aget iudex, ſi ſtante appellatione, ſuperſedeat,vt admonent Ioan.Ant. de Nigr. in dicto cap. ſi iuſtè,num.36.in fine, & Carauit. dicto Ritu 259. ſub nu.10. dicens, ꝙ aliqui Iudices Baronum, quia volunt apparere Fiſcales, & criminaliſtæ: quandoque appellationi deferunt,& quandoque non:& ipſimet diſcernunt,an iuſtè, vel iniuſtè appellauerit,& poſtea à ſyndicatu aufugiunt: & aduerte quòd non eſt incongruum,vt ipſemet Iudex à quo cognoſcat, an appellatio ſit iuſta, vel friuola: nam circa admiſſionem,& reiectionẽ appellationis verſatur duplex cognitio:prima an illi ſit deferendum: ſecũda an ſit legitima,nec ne, & per conſequens an admittenda, vel reijcienda: prima ſpectat ad iudicem à quo, qui ſi videat appellationem eſſe iniuſtam,poteſt illi non deferre,& ſic dare refutatorios:Cæterũ, ſi ſit in dubio, debet ſuperſedere, & expectare quid pronunciet Iudex ad quem ; & hoc erit tutius, & ideo magis practicatur teſte Carauit.vbi ſupra,quem ſequũtur Moder.in pract. interrog.reor.lib.4. cap.1.num. 73.& ſequen.& in qq.crim. lib.2. quæſt.38. ſub nu. 30. Secunda verò ſpectat ad Iudicem ad quem.l. Chirographis. §.primo. & ibi Bar. not.primo.ff.de adminiſtr.tut.capit.dilectus filius,de reſcript. extra. Spec.in titu. de appell.§.nunc dicamus,num.2.3.& 9.Bal.in l.appellatione.num.8.C.de appell.& Contar.in l. vnica. C. ſi de momen.poſſ.quæſt.19.num. 9.& latius in quæſt.1. nu.16. & ſeq. qui ex Iſer.quẽ

* allegat teſtatur de communi, * & poſt eum Moder. dicta q.38. ſub nu.29. & ab hac diſpoſitione Capituli: ſi iuſtè,quæ debet ſeruari in Regno, nõ eſt abſimilis Inſtructio Madruliana,¡& practica,quæ ſeruatur in cauſis hæreſis: cauetur apud Hiſpanos ea inſigni Inſtructione,vt Inquiſitores, ſi poſt factas à reo defenſiones, & adhibitam maturam cogitationem viderint ſupereſſe legitima indicia ad torturam,reũ immediatè torqueant, reputando hoc caſu friuolã appellationem:cuius Inſtructionis ſubſtantialia verba ſunt relata à Franc.Pegn.in cõm.ad Direct. Eymer.par.3.comm.31.§.quædam autẽ &c. & ex his nota,in Regno poſſe reijci non ſolum appellationẽ friuolam ex diſpoſitione iuris communis,ſed etiam iniuſtam,hoc eſt,eam,quæ non eſt euidenter,& notoriè calumnioſa:& in Tribunali ſanctę Inquiſitionis,ex quo decretum de torquendo non interponitur ex voto vnius,ſed plurium iuxta ea, quæ obiter dixi ſupra cap.59.ſub num.15.& dicam lib.2. friuolam vocari eam,quæ ex illorum voto iudicatur reijcienda.

91 †Tu,qui es Regnicola,& vis torturam inferre,& appellationem reſpuere ſinẽ periculo iuxta diſpoſitionem prædicti cap. ſi iuſtè, duo debes attendere : primum vt ritè,& rectè procedas:ſecũdum, vt proceſſu ritè, rectèque fabricato, remaneant legitima indicia: Vt ritè, & rectè procedas debes hunc ordinem ſeruare (& loquor de proceſſu per inquiſitionem.) Debes in primis aſſumere informationes, ijſq; aſſumptis,debes ex eis elicere,& formare Capitula inquiſitionis, & his iuxta ſtylum loci formatis facies inquiſitum capi de perſona,vel eum citari ad reſpondendum illis,& ſuſcipiendum eorum copiã, cumque captum,ſeu comparentem ſigillatim ſuper eis interrogabis,& habita,ac per magiſtrum actorũ notata reſponſione,& lite cõteſtata,decernes ei copiam dictorum capitulorum cum competẽti termino ad probandum,& faciendum ſuas defenſiones: & iſte terminus erit cõmunis reo, & fiſco, intra quẽ terminum,reo citato ad videndum iuramẽta teſtiũ, repetes teſtes,ſeu curabis, vt eos habeat pro repetitis,hiſque repetitis, ſeu pro repetitis habitis, facies denuo reum citari ad publicationẽ proceſſus, ſicut in ciuilibus, & copiam ſumptibus Rei decernes cũ competenti termino, vt poſſit aduocatos conſulere, & facere allegationes ad euacuanda indicia, & vbi Reus petierit terminum ad repulſandum, tu illum concedes:maximè ſi repulſam petierit ex capite inimicitiæ, vt docebo libro ſecundo : factaque etiam huius proceſſus repulſatorij publicatione, & elapſo termino dato ad percunctandum, & citatis denuò ipſo Reo, & eius procuratore ad diſcutiendum indicia, & dicendum cauſam, quare non debeat torqueri, debes pariter audire allegationes Fiſci, & Rei intra terminum ſibi præfixum, hiſque auditis, proceſſus dicetur ritè, & rectè formatus iuxta ea, quæ ſummatim docet Marant. in ſuo Specu. part.6.actu 14. num. 10. & latè Affl.in conſtitutione ſi damna clandeſtina not.9.nu.35. & ſeqq.lib.1. & Foller.in pract.crim.in verbo,& ſi confitebuntur in 3.par.3.par.à nu.50.vſque ad nu.64.dicens dicto nu.50.in fine,quòd ita proceſſu formato, iudex põt ſecurè procedere ad torturã, & ꝙ hæc ſunt notãda, quia non ſunt alibi dicta, & poſſent, prout fecerunt ſibi,

ſibi, facere inſignem honorem: Verum, quod tradit ſub nu.59.videlicet, repulſam petitam ex capite infamię,ſeu alterius ſimilis defectus,qui nõ ſit aptus ad eneruandam penitus depoſitionem teſtis, poſſe denegari ex eo,quòd tales teſtes, quamuis repulſati non ſint idonei ad condemnationem, ſunt idonei ad torturam: inferens propterea,quòd fruſtrà concederetur,cum conceſſa non releuaret iuxta ea,quę ſcribunt gloſ.1.in l.fin.C.de his quib.vt indign.Bal. in l. cunctos populos. C. de ſum. Trin. & fid. cath. Lud.Rom.conſ.451. incipien. quædam mulier nu. 8. & Gram.deciſ.11. num.9. mihi non placet: quoniam cenſeo,eſſe indiſtinctè concedendam, ex quo eſt ſpecies defenſionis, vt tradunt Bar. in extrauag. Ad reprimendum, in verbo figura iudicij Affl. deciſ.351.num.3.idem Foller.eodem.num.59. Carauit.ſuper ritu 144. num. 8. & latà proſequemur nos lib.ſeq.Nec obſtat ipſius Follerij conſideratio:quia reſpondeo: quod Reus vel apparet conuictus, vel non:ſi conuictus: tunc iudex vel intendit eum condemnare: vel torquere: ſi condemnare:dico,quòd non poteſt ſine conceſſione repulſæ: quia non prius poteſt dici conuictus, quàm ſint receptæ probationes Rei ſuper exceptionibus repulſatorijs ad effectum videndi an illi teſtes,examinati pro Curia, fidem faciant, & plenè probent: idque iam ex tacito intellectu eorum, quæ ipſemet Foller. dicit, manifeſtè colligitur:dum ait,quòd teſtes, repulſati ex capite infamiæ, non ſufficiunt ad condemnationem, ſed bene ad torturam, vt in caſu, quo conſulit Roma.dicto conſ.451. & in caſu deciſionis Grammatici, ſuperius allegatæ, ſi intendit torquere: dico, quòd malè faceret,& vteretur practica Fiſco damnoſa: faceret malè,quia,ſi habet eum pro conuicto, debet abſtinere à tortura: vteretur practica Fiſco damnoſa, quia ſi illi teſtes non venirent repulſati, ſed remanerent integri, tortura fuiſſet fruſtratoria, & damnoſa Fiſco,ſi Reus eam ſuperaſſet:quoniam illæ probationes,quæ erant plenæ, per torturam eſſent debilitatæ: Si non eſt conuictus, nec indubitãter indiciatus,vtputa,quia adeſt vnus tantum teſtis, ſeu aliquod indicium,ad torturam ſufficiẽs, eſt probatum: dico ſimiliter,quòd repulſa eſt concedẽda: quoniam vnus teſtis, ſi non ſit omni exceptione maior,non facit indicium ad torturã:& ſimiliter quoduis indicium, ſi non ſit probatum per perſonas fidedignas,non eſt ſufficiens:quia ſicut probatio ad cõdemnandum debet eſſe plena,&perfecta in ſuo genere, ita & ea, quæ eſt ad torquendum, debet eſſe ſaltem ſemiplena, & in genere ſuo perfecta, vtputa, ſi in plena requiruntur duo teſtes integri:in ſemiplena requiretur vnus eorum, vt latè docebo lib.2. ad auctoritatem gloſ.Bal.Rom. & Grãmatici,quos adducit, reſpondeo, quòd non probant: præterea non placet ex eo, quia non videretur eſſe differentia inter Iudicem,habentem præeminentiam,& nõ habentem:ſiquidem iudex, qui habet præeminentiam,poteſt denegare repulſam ſolummodo quando peteretur ex capite, quo teſtium depoſitio penitus non eneruaretur,ſecus autem quando peteretur ex capite inimicitiæ capitalis, vel conſpirationis, & exprimeretur cauſa in ſpecie:quia eſſet ſuperſedendum à tortura, vt tradit Ioan. Ant. de Nigris ſuper Capitulis Regni cap. 272.ſi cum ſceleratis num.45. Et hæc ſufficiant.

Et hunc procedendi modum, qui debet ſeruari in Regno, volui ſummatim hic recenſere, & copioſè docebo dicto lib.ſeq.quia eſt multum conformis diſpoſitioni iuris communis, vt patet ex eo, quod Affl. & Foller. dum eum tradunt in locis allegatis, fundant illum in Doctrinis, & modo procedẽdi de iure communi, quos docent Bar.Bal.Ang. tract. de malef.Marſ.& alij, & apertius patebit ex his, quæ nos docemus in iſto tractatu: eſt etiam multum conformis,licet non in omnibus, ſtylo qui ſeruatur hic in vrbe.

92 † Legitima indicia dicuntur ea, quæ ſunt approbata à iure,& de his quoque, ſi ſumma Dei clemẽtia concedet, copioſè agemus lib.2.& vnum,'quod eſt approbatum nõ ſolum à iure communi, ſed etiã in Regno ex diſpoſitione Ritus incipientis: Item ſi accuſatur Rub. Detinetur inquiſitus ſi incipit conſtare: iuncto Ritu. Item ſeruat ipſa Curia quod appellatio.ibi *Item non appellatur in ipſa Curia.* Rub. de appell. admitten. ſicuti ex eorum coniunctione docuit Maran.dicta par.6.actu 2.princ.in verbo, & quandoque appellatur nu. 329. eſt depoſitio vnius teſtis de viſu,præſuppoſita prius fama, quæ fungatur in proceſſu per inquiſitionem vice accuſatoris: Et licet Carauit.ſuper illo ritu, qui in ordine aliorũ, ſuper quibus ipſe ſcripſit, eſt 259. in num. 9. dicat quod illius diſpoſitio de nõ admittenda appellatione à decreto torturæ ſeruatur ſolum in Curijs, habentibus præeminentiam, tamen ego dico, quòd iſto caſu, quando adeſt publica fama, & depoſitio vnius integri teſtis de viſu ſeruaretur etiam in Curijs, non habentibus præeminentiam ex fomento, & calore dicti cap. ſi iuſtè à nobis allegati ſupra nu. 89.in fine. Differentia tamen, quæ remanet inter Curiam, habentem præeminentiam,& non habẽtem,eſt ea, quòd habens præeminẽtiam poteſt torquere ex proceſſu informatiuo, vt dixi ſupra num. 87.& ſibi non inhibetur, quæ non habent locum in alijs curijs, quæ torquent ex diſpoſitione dicti cap. ſi iuſtè.

93 † Si loquimur ſecundum ſtatuta Mediolani, dico,quòd appellatio eſt prohibita tàm à ſentẽtia diffinitiua,quam ab interlocutoria, & decreto torturę, vt retuli ſupra num.62.

94 † Si loquimur ſecundũ ſtatuta vrbis, Motus proprios,conſtitutiones Marchiæ, & conſuetudinẽ totius ſtatus eccleſiaſtici: dico in primis de ſtatutis ꝙ prima facie videntur in caſu noſtro de bannito contumace prohibere appellationem, quia in lib.2.ca. 2.cuius verba retulimus ſupra num. 30. diſponunt, eum reputari pro confeſſo, qui non poteſt appellare ſecundum vnam communem opinionem, quam adduxi infra ſub num.118. ibi. Contrarium eſt verum &c.119.& ſeq.

Contrarium eſt reſpondendum in caſu noſtro, quòd eam non prohibeant:nam in lib.2.cap.13. vbi agitur de quæſtionibus,& tormentis, nihil diſponũt circa appellationem, & in lib.1.in cap.171. & alijs, in quibus agitur de appellationibus,loquuntur ſemper in

per in cauſis ciuilibus: adeo quòd poſſumus dicere, reliquiſſe caſum hunc diſpoſitioni iuris communis.

Non obſtat argumentum adductum pro contraria parte: quia rñdeo, in caſu noſtro non poſſe reputari pro confeſſo, ex quo iſte bannitus ſecundum noſtrum præſuppoſitum comparuit priuſquam declararetur pro confeſſo, & ſic, deficiente declaratione, non dicitur confeſſus iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra ſub num.75. verſiculo. contraria opinio: & dato quòd eſſet declaratus confeſſus, ſeu talis haberetur ſine declaratione: tunc fruſtra quęreretur de appellatione à decreto torturę, cum nõ de tortura, ſed de probatione innocentiæ eſſet agendum, vt dixi infra nu. ſequenti: & dato quòd eſſet agendum de tortura: dico quòd apud Doctores extat maxima controuerſia an confeſſus poſſit appellare: in qua vide quę ſcripſi infra ſub num.118. ibi. tantum operatur 121. & 123.

95 †De motibus proprijs dico, quòd habemus motum proprium Pij Quarti, quo in cauſis criminalibus prohibetur appellatio tàm à diffinitiua, quàm ab interlocutoria, niſi cauſa ſit capitalis, & Reus ſe conſtituerit in carcere: ex qua reſtrictione Flaminius Cart. in pract. interrog. Reor. lib.4. cap.1. num. 77. colligit quòd reus torquendus, ex quo eſt in carcere, poteſt appellare, quod etiã probatur Moder. in qq. crim. q.38. num.10. in fine. lib.2.

96 † De conſtitutionibus Marchiæ dico quòd res eſt dubia: nã quòd appellatio non ſit prohibita ſuadetur ex eo, quod in lib.6. cap.2. & 3. in quibus numerantur ſententiæ, & decreta, à quibus prohibetur appellatio, non eſt aliquo modo expreſſa ſentẽtia, ſeu inquam decretum de torquendo.

Contrarium ſuadetur tum ex cap. 10. lib.4. tum ex eodem cap.2. lib.6. & primo, quia confeſſus, & conuictus nõ appellat iuxta ea, quæ ſcripſi infra nu. 124. & 126. Sed contumax habetur pro confeſſo, & conuicto dicto lib.4. cap.10. cuius verba retuli ſupra num. 29. Igitur bannitus in caſu noſtro, ex quo eſt contumax non appellabit. Secundo: quia verè, ſeu inquam manifeſtè contumax non appellat dicto c. 2. lib.6. ſed citatus perſonaliter, ſeu domi habitationis ex diſpoſitione earundem conſtitutionum dicto lib.4. cap.10. cuius verba retuli dicto num.29. habetur pro verè contumace: Igitur non appellat: & ſic contumaci videtur denegata appellatio.

Sed ad hæc argumenta poteſt reſponderi: Ad primum reſpondeo, quòd illa minor propoſitio nõ procedit: ſi contumax non ſit declaratus confeſſus, & conuictus, & dato quòd eſſet declaratus, tunc eſſemus extra terminos difficultatis: quia nos loquimur de bannito comparente antequam fuerit declaratus, vt eaſdem reſpõſiones attuli ſupra ſub nu. 94. ad argumentum ſumptum ex ſtatuto vrbis. Pręterea, ſi eſſet declaratus, ceſſaret ex alio capite difficultas: videlicet, quia contra confeſſum, & conuictũ non proceditur ad torturam, niſi ad ſciendos complices, ſed cogitur oſtendere innocentiam, vt docui ſupra num.74. & infra nu.109. Vnde, cum non agatur de tortura, fruſtra quæreretur an ab eius decreto detur appellatio.

Ad ſecundum reſpondeo quòd verè contumax non appellat ab eo actu, in quo eſt verus contumax, ſed ab actu, in quo non eſt contumax, poteſt appellare iuxta doctrinam, quam docui ſupra ſub nu.42. Vnde, cum iſte bannitus fuerit contumax in ſententia banni, & non in decreto torturæ, ſequitur, quòd à ſententia banni non poſſet appellare, & non à decreto torturæ, & ita teneo quòd cõſtitutiones Marchiæ non prohibeant appellationem à decreto torturæ.

97 †De conſuetudine dico, quod in toto ſtatu eccleſiaſtico, & maximè hic in Vrbe poſtquam Reus eſt auditus in ſuis defenſionibus nunquam vidi, nec audiui appellationem à decreto torturæ fuiſſe admiſſam: hancque conſuetudinem introductam, ac tolerari cenſeo ex eo, quod iura permittunt, appellationem friuolam poſſe à qualibet ſententia reijci, vt dixi ſupra num.84. & hanc cognitionem, an ſit friuola, vel non, iudicis arbitrio relinquunt, vt dixi ſupra nu.85. vnde, cum hæc admiſſio, & reiectio pendeat ex arbitrio iudicis, iſque torturam non decernat, niſi præſuppoſitis legitimis indicijs, appellationem, quæ interponeretur, facilè calumnioſam, & cauſa dilationis interpoſitam eſſe arbitratur, eaque propterea paſſim reiecta, ad torturam procedit, niſi ei à Superiore ſit inhibitũ: hocque arbitrium quãuis ſit nimis latum iuxta ea, quæ ſcripſi dicto num. 85. tamen approbatur à conſuetudine, quia præſumit, quòd iudex non torqueat, niſi habeat ſatis legitima indicia, quippe cum magno periculo ſe exponeret, ſi torqueret ſine indicijs, ſicque eandem facultatem, quam habent Officiales in Regno reijciẽdi appellationem quoad effectum ſuſpẽſiuum ſuo periculo ex diſpoſitione cap. ſi iuſtè, de quo verba feci ſupra num.89. eandem habent Iudices ex conſuetudine in ſtatu eccleſiaſtico. Verum, poſtquam ſibi hoc arbitrium arrogant contra ius, quando appellatio non eſt notoriè, ac euidenter calumnioſa, caueant ne iniuſtè torqueant, quia eſſent acriter puniendi, ſicut acriter ſunt puniendi in Regno ex diſpoſitione dicti cap. ſi iuſtè. Et hęc ſufficiant.

98 † At ſupponamus nunc, extare aliquod ſtatutum, quod prohibeat appellationem à ſententia diffinitiua: Quæro nunquid erit licitum appellare à decreto torturę, ſeu alia interlocutoria? & hęc quęſtio ſeruiet tibi, Domine Inquiſitor, qui habes, quòd in cauſis violatæ religionis eſt prohibita appellatio à ſententia diffinitiua cap. vt inquiſitionis, & ibi gloſ. in verbo indilatè, & Archidia. num.7. de hæret. in 6. & eſt diſpoſitum in literis Frederici Imperatoris incipientibus Commiſſi nobis &c. inſertis in literis Alexandri Quarti incipientibus: Cum aduerſus, & tradunt Eymer. in direct. Inquiſ. par.3. q. 117. & Pegn. in comm. ad eum. ead. par.3. comm.31. §. ac primum, Felyn. in cap. ſicut il 1. num.1. in fine. de Simon. Maran. in ſuo Spec. par. 6. actu 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur nu. 299. Gundiſſ. tract. de hæret. q. 19. nu.4. Io. Roias ſing. 180. & Simanc. de Cath. inſtit. tit.6. num.1. & 2. Vnde Concilium Conſtãtienſe ſeſſ.15. appellationem per Ioãnem Huſz interpoſitam veluti vanam exploſit. Reſpondeo, quòd regulariter licebit tunc appellare ab interlocutoria, vt tradunt Bal. in l. 1. C. ne lic. tert.

prouoc.

prouoc. Ang. conſ. 46. viſo puncto col. fin. & conſ. 288. Fely. in dicto cap. ſicut num. 3. de Simon. & in cap. cauſam quæ num. 27. de reſcript. Neuiz. conſ. 44. nu. 4. Maran. dicto verbo. & quandoque appellatur num. 299. Grauat. in annotatio. ad pract. Veſtrij lib. 7. cap. 3. ſub num. 41. verſiculo ante ſententiam. Ioſeph. Cumia ſuper Ritibus Siciliç cap. 38. num. 62. & cap. 40. nu. 68. & eſt omnium commu-
* nis * ſententia, quæ confirmatur etiam ex ſequentibus illationibus: Hinc infertur, quòd à ſententia interlocutoria in cauſa poſſeſſorij datur appellatio, ex quo denegatur ab illius definitiua, vt tradunt Maran. in dicto verbo, & quandoque appellatur num. 308. Veſtr. in dicta practica lib. 7. cap. 3. ſub num. 8. verſiculo, & quamuis, & Granat. ad eum vbi ſupra, & Ioſeph. Cumia dicto cap. 40. num. 68.

Hinc quoque eſt, qđ à decreto torturç, & quauis interlocutoria in cauſa violatæ Religionis (& ſic ſatisfacio vobis, Reuerẽde Inquiſitor) datur appellatio iuxta ea, quç in terminis tradunt Zanch. tract. de hæret. cap. 29. Gundiſſ. q. 18. num. 2. Squillacen. de fid. Cath. cap. 45. & Pegn. in comm. ad Direct. Eymer. dicto comm. 31. §. ab interlocutoria, & quod
* hæc ſit communis * & vſu recepta opinio teſtatur Simanc. de Cath. inſtitut. tit. 6. nu. 3. loquens etiam de appellatione à decreto torturæ, & per modũ rationis eſt expreſſum in Inſtructione Madruliana in illis verbis.

Et quoniam in cauſa hæreſis habet locum appellatio ab interlocutoria iudicis ſententia, cõcedent &c.

Quam Inſtructionem adduxi etiã ſupra ſub nu. 90. ibi. & ab hac &c.

Et licet hçc communis ſententia videatur aduerſari iuris ciuilis vigori, ſecundum quem, prohibita appellatione à ſententia diffinitiua, cenſetur prohibita etiam ab omni eo, per quod deuenitur ad eam argumento textus in l. oratio ff. de ſponſal. & dubitatiue conſiderat Cumia dicto cap. 40. num. 69. allegans Plot. in l. ſi quando §. 4. num. 51. C. vnde vi, & dicens, quòd priuilegiata cauſa principali, cẽſentur priuilegiati omnes articuli illius, tamen, vt reſpõdendo huic obiectioni, tradit Veſtr. dicto verſiculo, & quamuis: dico quòd ſuſtinetur ſaltem ex çquitate iuris canonici. Præterea, omiſſa hac reſponſione Veſtrij, argumentum Cumiæ confutatur ex doctrina in contrarium: nimirum quia priuilegia conceſſa cauſæ principali non cenſentur conceſſa articulis, & adminiculis illius, vt patet ex his, quæ ſcripſi ſupra c. 82. nu. 9. vbi dixi quòd licet teſtes inhabiles admittantur ad probandam hæreſim, tamen non admittuntur ad probandum adminicula, & circunſtantias.

99 † Limita modo hãc communem opinionem primo, vt non procedat quando appellatio eſſet prohibita etiam ab interlocutoria iuxta ea, quç ſcribit Felyn. dicto cap. cauſam quæ num. 27. de reſcript. & ratio eſt manifeſta, quia vbi habemus diſpoſitionẽ expreſſam, ceſſant doctrinæ, & coniecturæ in contrarium, vt dixi. . . . num. . . .

Et ideo Mediolani nec à diffinitiua, nec ab interlocutoria licet appellare: quia ita eſt expreſſum, vt retuli ſupra num. 93. amplia iſtam limitationem, vt procedat etiam, quando ita ſeruaretur de conſuetudine.

100 † Limita ſecundo, vt non procedat, quando appellatio ab interlocutoria eſſet friuola, & ex fundamento huius limitationis dicimus quòd in ſtatu eccleſiaſtico reijcitur appellatio à ſentẽtia de torquẽdo iuxta ea, quç ſcripſi ſupra nu. 97. Item quòd reijcitur etiam in cauſa violatæ religionis, vt docui ſupra ſub nu. 90. & hæc ſufficiant.

101 † Capio tertium caſum: qñ bannitus comparet poſtq̃ eſt declaratus pro confeſſo, & ante ſententiã diffinitiuam, eumque expedio per quinque quæſtiones: prima eſt: An bannitus poſſit appellare ab illa declaratione? Reſpondeo: Aut iſte declaratus fuit verè contumax: Aut non: ſi fuit verè cõtumax, certi iuris eſt, quòd non poteſt appellare iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra nu. 42. quis enim inquit textus in l. generaliter. §. ſed iuramento C. de reb. cred. ferendus eſt ad appellationis veniens auxilium in his, quç ipſe facienda procurauit? Declara, vt in ſtatu eccleſiaſtico ex diſpoſitione conſtitutionis Marchiæ lib. 4. cap. 10. cuius verba retuli ſupra num. 29. dicatur verè contumax non ſolum is, qui fuit citatus perſonaliter, ſed etiam is, qui fuit citatus domi ſolitæ ha-
102 bitationis. † Limita modo, vt non procedat: quando exprimeretur in appellatione aliqua iuſta cauſa, vtputa ſi allegaret, ſe fuiſſe iuſto impedimento detentum, quia tũc deberet appellatio admitti, ex quo admittitur etiam à ſententia, lata ſuper confeſſione iuxta ea, quæ ſcripſi infra num. 125. & nu. 127. ſed in ſtatu eccleſiaſtico ſi iudex à quo vellet ipſe cognoſcere, cum poſſit vigore motuum propriorũ, quos allegaui infra num. 139. poſſet adhuc reijcere appellationem, & ipſemet corrigere ſententiam: & hæc,
103 ſi fuit verè contumax: † Si non fuit verè contumax: concludo, quòd poteſt appellare, & quòd, appellatione pendente, nihil eſt innouandum: quia ſententia, qua quis declaratur pro confeſſo, habet vim diffinitiuæ iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 45.

Nec obſtat, quòd confeſſus, ſeu confeſſus, & cõuictus non appellent iuxta ea, quæ docui infra num. 124. & 126. quia reſpondeo, confeſſum non appellare à ſententia, lata ſuper confeſſione iam ſecuta, vt in locis allegatis, ſed eum, qui non eſt confeſſus, ſed declaratur confeſſus, dico poſſe appellare ab illa declaratione: Limita modo iſtam concluſionem, vt non procedat in ſtatu Mediolani: quia ſtatuta illius apertè prohibent appellationem tàm à diffinitiua, quàm ab interlocutoria, vt retuli ſupra ſub num. 62. ibi. Nam de ſtatuto Mediolani, & nu. 93. & tradit in terminis Boſſ. tract. crim. tit. de liter. princ. ban. admit. ſub nu. 5.

104 † Secunda quæſtio: nunquid iudex poſſit illã declaratoriam ſentẽtiam reuocare? Hæc quæſtio ſanè eſt magni momẽti, quia ſi poteſt reuocare, & reuocat, transfert onus probandi delictum in Fiſcũ: ſi non poteſt, tenetur bannitus ſuſcipere onus probandi, & probare innocentiam, aliàs, ex quo remanet confeſſus, eſſet condemnandus.

Reſpondeo diſtinguendo: Aut loquimur ſecundum Motus proprios Pontificum: Aut ſecundũ ius commune: Si ſecũdum motus proprios: dico, quod

iuſtitia

iuſtitia ſuadente, vtputa, quia declaratus doceat, ſe ignoraſſe citationem, vel fuiſſe impeditum, vt non potuerit venire, poteſt illam reuocare: quia poſſet reuocare etiam diffinitiuam iuxta ea, quæ ſcripſi infra num. 137. ad quem locum te remitto: ſi ſecundum ius cõmune, res patitur difficultatẽ: Nam prima facie videtur dicẽdum, quòd poſſit, quia ſentẽtia, qua quis declaratur pro confeſſo, eſt interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, vt docui ſupra num. 45.

105 † Sed iudex poteſt reuocare interlocutoriam, etiam habentem vim diffinitiuæ: Igitur &c. Quòd poſſit reuocare tradunt Soc. in l. quod iuſſit nu. 68. & 69. ff. de re iud. & ibidẽ Alex. col. 5. quẽ refert Maran. in ſuo Spec. in tertia & vltima par. 6. part. in verbo, & demum fertur ſentẽtia num. 46. & idem dixit num. 31. & diximus cum Capicio nos ſupra nu. 61. & faciunt quæ ſcribit de ſtylo Auditoris Cameræ Galleſ. ad form. Cam. oblig. Rub. Reliqua de proceſſu num. 26. cum ſeqq. & ſpecialiter num. 30. fol. mihi 142. vbi concludit, quòd, ſi excommunicatus appellet, Auditor poteſt excommunicationis ſentẽtiam, & alia ſimilia grauamina reuocare, & appellantes hinc inde ſępius reponere: & quòd interlocutoria ſolum reſpectu partis tranſeat in rem iudicatam poſt lapſos decem dies, & non reſpectu Iudicis, qui propterea eam poſſit etiam, lapſis decẽ diebus, reuocare, vide Soc. in dicta l. quod iuſſit num. 23. ff. de re iud. & in ſpecie quòd iudex poſſit reuocare ſententiam de torquendo refert, & ſequitur Ioan. Ant. de Nigr. ſuper cap. ſi iuſte num. 13. & ſimiliter quòd poſſit reuocare ſentẽtiam, qua pronũciauit, inſtrumentum eſſe executioni mandandum, tradunt Ang. conſ. 115. incipien. primo inquiramus Corn. conſ. 221. In hac &c. ad fin. lib. 4. & Rip. in Rubr. ff. de re iud. num. 13. quos refert, & ſequitur Luc. Pæt. in pract. Capitol. lib. 3. cap. 2. nu. 31. & 32. & quòd poſſit indiſtinctè reuocare quãcunque ſentẽtiam, latam in contumaciam ſuadetur ex his, quę tradit Rot. diuerſ. quam adduxi infra ſub num. 131. ibi. Immo: Rot. &c.

Contrariam opinionem, quòd iudex non valeat reuocare ſentẽtiam interlocutoriam, habẽtem vim diffinitiuæ ſentiunt gloſ. in cap. fin. in verbo, inanis de elect. in 6. Bal. in cap. cum ceſſante. num. 9. & ibidem Abb. nu. 2. de appellat. idẽ Ang. in §. illud quoque Auth. de hæred. & falc. & alij, quos allegat Felyn. in cap. qualiter & quando num. 7. de accuſ. & in Rubr. de re iud. extra ſub nu. 4. & idem tenet Lud. Rom. conſ. 358. incipiente in preſenti &c. & Thom. Triuil. deciſ. 4. num. 28. lib. 1. & quod hæc ſit communis * opinio teſtatur, & ſequitur Andr. Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeruat. 130. num. 5. in fine, & in propria facti ſpecie quòd iſta declaratoria ſit irreuocabilis ſentiunt Paul. de Caſtr. conſ. 33. lib. 1. ſecundum antiquam impreſſionem, & Cepol. cõſ. 63. nu. 14. 17. & 18. quos refert, & ſequitur Franc. Becc. conſ. 11. ſub num. 1. lib. 1. dicens, quòd confeſſio, reſultans ex contumacia, ex diſpoſitione ſtatutorum, volentium quòd contumax habeatur pro confeſſo, ſecuta Iudicis declaratione, eſt irreuocabilis: idem tradũt Flam. Cart. tract. de execut. ſent. capto bann. cap. 1. num. 152. & apertius nu. 177. & 178. & Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 11. ſub num. 102. verſiculo amplia hãc quintam &c. in fine: & licet Paul. Caſtr. & Flam. Cart. videãtur loqui de reuocatione reſpectu comparitionis, & negationis, videlicet, quòd cõfeſſio poſtquam eſt declarata non reuocatur per cõparitionem contumacis, & negantis delictum iuxta ea, quæ firmauimus ſupra ſub num. 74. ibi contraria opinio: tamen Cepoll. Franc. Becc. & Moder. locis citatis apertè loquuntur etiam reſpectu Iudicis, quod non poſſit illam declarationem reuocare, & faciũt quæ ſcribit Soc. Sen. in l. à diuo diuo Pio nu. 35. ff. de re iud.

Confirmatur etiam hæc opinio, primo ex ſequẽti diſtinctione: Aut ſentẽtia definit vnum articulum incidẽter deductũ: Aut articulum principaliter deductum: Si incidẽter deductum, poteſt reuocari, ſi principaliter deductum minimè: ita tradit Domi. in cap. fin. de elect. in 6. quem refert, & ſequitur Felyn. dicta Rubr. de ſent. & re iud. ſub num. 4. At ſententia, qua quis declaratur confeſſus, ſeu confeſſus, & conuictus, definit articulum principaliter deductũ: quia non quęritur de alio in toto proceſſu, quam de probatione delicti: Immò quid dico, articulũ principaliter deductum? definit indirecto modo totam ipſam cauſam: ſi quidem dicimus quãdoque, quòd partes Iudicis in confeſſis ſunt in exequendo, quia confeſſio habet vim ſententiæ iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 76. ſub num. 8. ibi. ſi in tertio caſu &c. & ſic, cum ipſa ſententia diffinitiua virtualiter contineatur in ipſa confeſſionis declaratione, ſequitur, quòd, ſi declarationem reuocaret, ipſammet diffinitiuam ſententiam reuocaſſe diceretur, quod non poteſt.

Secundo confirmatur: quia, ſi iudex non poteſt minuere terminũ, vnde emanat ipſa confeſſio iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra nu. 39. in quinto quæſito, multò minus poterit annullare confeſſionem, inde iam ſecutam, & declaratam: Et ab hac opinione non recedo tum quia eſt communis, * tum quia ſeruaretur in practica.

Non obſtant adducta in contrarium, & primo quòd Soc. Alex. & Maran. videantur tenuiſſe contrariam opinionem, quia reſpondeo, quòd loquuntur cum grano ſalis: quando ſcilicet illa interlocutoria ſperat poſt ſe aliam ſentẽtiam, ſecus autẽ ſi non ſperat: vnde, cum in caſu noſtro poſſit dici, quòd in ſententia, qua quis declaratur pro confeſſo, virtualiter contineatur ipſa diffinitiua ſententia, poſſumus dicere, quòd non ſperetur alia ſentẽtia, & quidem non ſine manifeſta ratione, quia confeſſio ad ſentẽtiam ſe habet, ſicut ignis ad calorem: Et ad ea, quæ in contrarium nos dicebamus vnà cum Capicio dicto num. 61. dico, quòd procedunt: quando ſententia illa definit aliquem articulum incidenter deductum iuxta ea, quæ dixi diſtinguendo ſupra, vel da tu aliam ſolutionem.

106 † Minus obſtat, quòd Auditor Cameræ valeat reuocare excommunicationem, quia reſpondeo, ſententiam excommunicationis eſſe interlocutoriã, vt refert, & ſequitur Maran. in ſuo Spec. par. 3. 6. part. in verbo, & demum fertur ſententia in duodecimo quæſito num. 40. & comprobatur euidenti ratione,

tione, quia bannum eſt ſententia interlocutoria, vt docui ſupra nu.38. in quarto quæſito. Sed excommunicatio eſt bannum eccleſiaſticum iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num.66. in decimo quæſito. Igitur &c. & ſi quę alia grauamina reuocaret, quæ ſaperēt naturam interlocutoriæ, habentis vim diffinitiuæ: dico, quòd vel non tangunt articulum principalem, vel, ſi tangunt, reuocat potius de ſtylo, quàm de iure.

107 † Minus obſtat, ꝙ Ang. Corn. Rip. & Luc. Pæt. tenuerint, Iudicem poſſe reuocare ſententiā de exequendo inſtrumentum: quia reſpondeo, Marantā in dicto verbo: & demum fertur ſententia num.24. & Ioſeph. Cumiam ſuper ritibus Siciliæ cap.19.nu. 122.cum ſeqq. tenuiſſe contrariam opinionem: eādem dico quòd apertè tenere videtur Alex. conſ. 50.num.11.ibi. Præterea &c. lib.2. dicens, quòd ſententia, qua pronunciatur inſtrumentum guarētigiæ eſſe exequendum, eſt ſententia diffinitiua: Nec refragatur auctoritas adducta in cōtrariū, quia Ang. in l. qui reſtituere.ff. de rei vend. tenet quòd ſit ſententia diffinitiua: ergo ſecundum ipſum ſibimet cōtrarium non poteſt reuocari: Ad Corn. reſpondeo quòd loquitur de ſententia, qua declaratur, ſententiam eſſe exequendam, quę & ſi ſecundum Ang. dicto conſ.115.col.2. quem refert Capic. deciſ.1. nu. 21. habeat vim diffinitiuæ, tamen ſecundum Maran. in dicto verbo: & demum fertur ſententia nu. 25. & Cumiam dicto cap.19.nu.123. & 124. eſt interlocutoria abſolutè: & ratio eſt euidens: quia omnis pronunciatio iudicis poſt latam diffinitiuam ſententiam eſt mera interlocutoria, vt refert, & ſequitur Veſtr. in pract. lib.7. cap. 3. num.11. Vnde bene conſuluit Corn. quòd poſſet reuocari. Ad Rip. & Luc. Pæt. reſpondeo quòd ſi aduertiſſent hanc opinionem: forſan non fuiſſent ſecuti contrariam, &, ſi fuiſſent ſecuti, de eorum opinione non eſt curandum, quia loquuntur in caſu diſſimili, & contra aliorum opinionem, quæ fortiori nititur ratione.

Minus obſtat illa deciſio Rotæ, quia reſponſio patet ibidem.

108 † Hanc communem, & obſeruatam opinionem limita, vt non procedat: quando iſte bannitus aliquā iuſtam cauſam adduceret, ob quam non potuiſſet comparere, vtputa, ſi vellet oſtendere, quòd fuerat citatus ad locum non tutum, vel in loco, vbi ipſe nō habitabat à multis annis ſupra, quia iudex debet reuocare ſententiā per ea, quę ſcribit Boſſ. tract. crim. tit. de indic. & conſid. an. tortur. num.135. & quę diximus nos ſupra ſub num.40. in ſexto quæſito.

109 † Tertia quæſtio eſt: Diximus infra in quæſtione ſequenti, & ſatis colligitur ex his, quæ ſcripſi ſupra num.74. in ſecunda difficultate, quòd bannitus, declaratus pro confeſſo, tenetur oſtendere ſuam innocentiam: Nunc quæro, an hoc procedat etiā ſi bannitus comparuerit, & appellauerit à dicta declaratione? Reſpondeo: Hanc quæſtionem latè proſequitur Nell. tract. de banni. 4. par. 1. tēp. q.2. vbi ad oſtendendum partem negatiuam quòd bannito nō incumbat onus probandi innocētiam, ſed fiſco probandi, eum commiſiſſe delictum, adducit tria, vel quatuor argumenta, quæ reaſſumpſit, & alia in contrarium adduxit Flam. Cart. tract. de execut. ſent. Capto bann. cap.1. num. 130. cum ſeqq. vſque ad num. 204. incluſiuè: Ad oſtendendum igitur quòd bannito non incumbat onus probandi innocentiam ſed fiſco probandi eum commiſiſſe illud delictum adducuntur hæc argumenta: primum, quia appellatio banniti comparentis, & delictum negantis extinguit pronūciatum l. prima in fine. ff. ad S.C. Turpillia. vnde quemadmodum bannitus antequam ſit pronunciatum, eum haberi pro confeſſo admittitur ad reſpondendum, & non tenetur probare innocētiam iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra ſub nu.74. ibi contraria opinio &c. ita etiam debet admitti, & non teneri ad probandum, quando à dicta pronunciatione extat appellatum.

Secundum, quia contumacia poteſt purgari vſque ad ſententiam, pro cuius argumenti confirmatione, quoniam Nell. & Cart. tranſeunt ſicco pede, vide quæ poſt alios ſcripſit Menoch. de arbitr. iud. lib.2. cent.1. caſ.7. vbi num.13. in ſeptima opinione ex crebriori * Doctorum ſententia firmat, moram, quæ eadem eſt cum contumacia, vt tradit Nell. dicto tract. de bann. in 3. par. 1. temp. q.8. poſſe purgari intra tempus definiendum arbitrio iudicis.

Tertium, quia, cum de iure loquēdo ab hac pronunciatione non denegetur appellatio iuxta ea, quę ſcripſi ſupra ſub num. 45. & 46. Igitur nec defenſio negata videtur, quæ ſuccedit ſtatim appellatione præmiſſa, quæ ſuperflua eſſet, ſi bannitus teneretur probare ſuam innocentiam. Et in ſumma Nell. dicta q.2. firmando hanc opinionem in effectu ſic diſtinguit: Aut bannitus fuit condemnatus, non præmiſſa declaratoria, quòd habeatur pro confeſſo, vtputa, quia vel ſit omnino omiſſa, vel eadem ſententia ſit declaratus, & condemnatus iuxta practicam, quam docui ſupra num.64. ibi. & quia nobis &c. & tunc inquit, ſi appellauerit à condemnatione infra legitima tempora, cenſetur virtute illius appellationis repoſitus in ſtatu, quo erat ante condemnationem, & hoc aſſerit eſſe indubitanter verum: vnde, cum ſit repoſitus in ſtatu, in quo erat ante condemnationem, & tunc deficeret illa declaratio, ſequitur ſecundum ipſum quòd bannitus, veluti non cōfeſſus, non teneatur probare innocētiam, ſed quòd Fiſcus teneatur probare delictum, & ita cōcluſit eodem tract. in 3. par.1. temp. q. 8. ad quam ſe remittit: Immo dico, quòd ſi fuiſſet condemnatus, omiſſa omnino declaratoria, condemnatio non teneret per ea, quæ dixi infra num.112. & ſeqq.

Aut bannitus fuit declaratus pro confeſſo ſeparatim, & diuerſo tempore, & denuo diſtinguit. Aut iſte bannitus prohibebatur appellare ex forma ſtatuti, prohibentis appellationem ab interlocutoria, cuius grauamē poſſet reparari in appellatione à ſententia diffinitiua, & dicit idem, quod in caſu præcedenti, videlicet, quòd bannitus, appellans deinde à condemnatione, cenſetur repoſitus in ſtatu, in quo erat ante declarationem. Aut non prohibebatur, & tunc exiſtimat, quòd debeat appellare infra legitima tempora, aliàs quòd, ſi non appellauerit, veluti confeſſus teneatur probare innocentiam, & hanc Nelli declarationem laudat, & ſequitur Boſſ. tract.

crim.

crim.tit. de liter. Princip. bann. admitt. sub num.5. & eã referunt, & non impugnant Franc. Becc.conf. 11.sub num.1.lib.1. & Flam. Cart. dicto cap.1. nu. 207. cum seqq.

Pro contraria opinione, quòd bannito incumbat onus probandi innocentiam Flam. Cart. dicto cap. 1. num. 147. vsque ad num.156. nonnullas adducit rationes, quæ & si, à Moder. in qq. crim. lib.1 q.11. sub num.101. versiculo prima opinio, & num.102. versiculo. Amplia hanc quintam, validissimæ, & efficacissimæ dicantur, mihi tamen videntur infirmæ nisi meliores afferamus solutiones ad contraria, & ipsæ rationes efficacius adducantur, præter secundam, quæ, dummodo supponamus, bannitum esse declaratum pro confesso, satis vrget: prima ergo ratio de appellatione, quòd non tollat fictam confessionem redditur infirma: Primo, quia obstat ei primum argumentum contrariæ opinionis, comprobatũ ex textu in l.1.in fine.ff. ad S. C. Turpill: quod argumentum non tollit id, quod ipse respondendo scribit eod.cap.num.148.159.& 162. vnde nos aliter respondemus infra: Secundo redditur infirma ex his, quæ scripsi infra in quarta ratione. Aliæ duę sequentes, quæ in effectu sunt vna, & à nobis vberius sunt adductæ supra sub num.75. ibi primo quia &c.& fortius ibi. quarto, & tendunt &c. non videtur vera, quia adhoc, vt mora nõ possit purgari quãdo est facta executio à statuto, vel à iure requiritur necessariò declaratio iudicis, vt dixi supra sub dicto num.75. ibi at in casu &c. & originaliter, & latè infra num. 112. & seqq. Nec dicat quispiam Flaminium Cartarum præsupponere istam declaratoriã, vt patet ex his, quę scribit eodem cap. & ego retuli supra sub num.74.ibi. Minus etiam obstat &c. quia respondeo, quòd ipse proponit quæstionem num. 129.ibi. secundum caput, de bannito comparente post lapsum terminum banni, nulla facta mentione de declaratoria, & quòd in his terminis loquat̃ patet etiam ex quinta ratione, quam adducit sub num. 154. & ex responsione, quam affert ad illam num. 173. in quibus considerat solummodo lapsum termini: vnde esto etiam, quòd præsupponat istam declarationem: dico quòd dum quæstionem, & rationes confundit eneruat omnẽ vim. Quarta ratio (& est potius Tibicen quædam, seu munimentum primæ, quàm diuersa) de appellatione, quòd non tollat fictam confessionem, quia non tolleret veram, redditur infirma ex his, quæ tradunt Nell. dicta 4. par.1.temp.q.2.Boss. dicto tit. de liter. Princ. bann. admit. sub num.5. & ipsemet Flam. Cart. qui eos sequitur dicto cap.1.num.210. volentes quòd probatio, resultans ex contumacia, sit nullius momenti, nisi in casu, quo extitit super ea pronunciatum, &, cũ potuisset appellari, non sit appellatum, sicut nos retulimus ex eisdem in distinctione supra ibi: Aut bannitus fuit condemnatus &c. vnde, cum in casu nostro extiterit appellatum, sequitur à contrario sensu, nos esse in regula, quòd sit nullius momẽti. Redditur etiam infirma ex eo, quòd non valet comparatio à confessione vera ad confessionem fictam, quia virtus confessionis verę consistit in ipsamet confessione sine vlla Iudicis sententia: vnde, cum cesset sententia, cessat pronunciatum, &, cum cesset pronunciatum, certissimum est, quòd appellatio illud non extinguit, quia priuatio præsupponit habitum l.decem.ff.de verb. oblig. Instit. de libertin. in principio ibi. *Nec esset nota*, & tit. de capit. diminut. §. seruus autem, & cap. sicut de iureiur. Secus est in confessione ficta: quia, cum eius virtus consistat in sententia declaratoria iudicis, vt dixi in pluribus locis, & particulariter infra num.112.& seqq. & à sententia declaratoria detur appellatio, & appellatio extinguat pronunciatum, vt dixi in primo argumento pro contraria parte, possumus dicere quòd appellatio tollat confessionem fictam. Quinta ratio sumpta à quadam energia lapsus termini est similiter infirma, & inefficax, quoniam non sequitur illa consequentia. Si bannitus comparet ante lapsum terminum banni, bannum resoluitur in vim simplicis citationis, & Fisco incumbit onus probandi delictum, & non bannito innocentiam: ergo si comparet post lapsum terminum, ad hoc vt ille lapsus aliquid operetur, tenebitur ostendere innocentiam: dico istam consequentiam non sequi, quia satis operatur lapsus terminus dum efficit, vt iudex possit bannitum declarare pro confesso, & condemnare, quod ante declaratoriam non poterat, sicuti bene respondendo dicit etiam Flam. Cart. dicto cap.1. nu.173. post Paul. de Castr. conf.3. num.24. lib.3.

Quid dicimus? Teneo hanc vltimam opinionẽ, quod bannito incumbat onus probandi innocentiam, moueor præsertim, quia supra sub nu. 74. ibi. Minus etiam obstat: firmaui, quòd illud argumentum, quo in dicto num.74. in secunda difficultate conati eramus ostendere quòd bannito incumbebat onus docendi de innocentia, procedebat post secutam declarationem, vt in casu, de quo modo agimus, & hãc opinionem tenent Paul. de Castr. conf. 33. super primo quæsito secundum antiquam impressionem, & Cępoll. conf.63. sub num. 12. & 14. & Becc. conf.11. sub num.1. lib.1. qui tradunt, quòd bannito incumbat onus probandi innocẽtiam, quãuis appellauerit: & quòd hæc opinio sit verior, & magis communis * testantur idem Becc. dicto con. 11. num.2. versiculo: nam ad præmissa Flam. Cart. dicto cap.1. num.163. quem refert, & sequitur Moder. dicta q.11. nu.102. versiculo. Amplia hanc quintam &c. iuncta limitatione, quam statim subnectit, & ita eosdem declarando adduxi sub dicto nu. 74. ibi, minus etiam.

Neque huic opinioni aduersatur Clar. lib.5. recept. sent. q.44. versiculo: quæro nunc &c. dum distinguendo ait, quòd Reus, qui comparet antequã diffinitiuè condemnetur, debet omnino audiri, & non tenetur probare errorem confessionis, quia sufficit illa comparitio, ex qua purgatur contumacia, propter quam statutum inducit illam fictam, cõfessionem, quia respondeo, quòd Clar. loquitur de bãnito comparente antequam sit declaratus: quo casu verum est, quòd non tenetur probare errorẽ confessionis, ex quo illa ficta confessio non est in esse deducta iuxta ea, quæ scripsi supra sub dicto num. 74. Et quòd Clarus ita loquatur patet clarè ex eadem q.44. in fine, vbi docet practicam esse, vt bannitus

nitus eadem ſententia diffinitiua, qua condemnatur, prædeclaretur confeſſus iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 64. & ita veriſimiliter eſſet credendum cũ in eo libro doceat practicam, & receptas ſententias: vnde Flam. Cart. dicto cap. 1. num. 165. & 166. iniuſtè eum reprehendit, & fruſtra deinde num. 203. dicit poſſe ſaluari: ſi, vt nos diximus eum eſſe intelligendum, intelligamus.

Reliquum modo eſt, vt reſpondeamus ad contraria.

Ad primũ de appellatione, quod extinguat pronunciatum Flam. Cart. dicto cap. 1. num. 148. 159. & 162. reſpondet quòd appellatio non tollit grauamen, quod quis ſua culpa ſentit, quæ reſponſio mihi non placet tum quia non tollit efficaciter argumentum: Tum quia poteſt impugnari ex his, quæ tradunt Nell. & Boſſ. quos retuli ſupra ibi: & in ſumma: vnde ipſe, formaliter reſpondendo, nego hoc aſſumptum, & dico, quòd appellatio ſuſpendit pronunciatum ne poſſit habere executionem, ſed non extinguit, ſicuti bene declarat gloſ. final. in dicta l. 1. ff. ad S. C. Tertull. adde ſi placet. Modern. in qq. crim. lib. 2. in præludijs. q. 56. num. 20. qui alios allegat, & quòd ſuſpendat, & non extinguat clarè demonſtratur: finge enim appellantem non proſequi appellationem: tunc, vt ait illa gloſ. illud pronunciatum retrohabebit effectum, & hoc eſt clarum: finge etiam appellantem proſequi appellationem, & iudicem appellationis pronunciaſſe, bene iudicatum, & malè appellatum: tunc pronunciatum reaſſumit vires: &, quia remanet declaratio confeſſionis, tenebitur docere de innocentia: Quòd ſi fingas, iudicem appellationis pronunciaſſe bene appellatum, & malè iudicatum: tunc dico quòd non appellatio, ſed ſententia extinguit illud pronunciatum, & quòd appellatio non tollat confeſſiones, & acta probatoria vide Becc. dicto conſ. 11. num. 3. Et ad textum in dicta l. 1. in fine, qui ad literam dicit, quòd prouocationis remedio extinguitur condemnationis pronũciatum reſpondeo, quòd loquitur reſpectu accuſatoris, qui ſi non interueniat in cauſa appellationis, ita punitur, ac ſi non interueniſſet in prima inſtantia, & ſic reſpectu pœnæ, quam poteſt incurrere, ſi non adſiſtat cauſę, paria ſunt non eſſe pronunciatũ, vel eſſe pronunciatum, ſed appellatum.

Ad ſecundum de mora, quòd poſſit purgari &c. reſpondeo quòd opinio communis * eſt in contrarium, teſte Beccio dicto conſ. 11. num. 4. lib. 1. quem refert, & ſequitur in hoc ipſo puncto Flam. Cart. tract. de execut. ſent. capto bann. cap. 1. num. 160. & tu adde quæ ſcripſi ſupra ſub num. 75. ibi: probatur minor. Nec obſtat alia communis in contrariũ, de qua teſtantur Pariſ. conſ. 108. num. 44. lib. 1. & alij, quos refert, & ſequitur Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 7. num. 13. & ante eum Clar. lib. 4. recept. ſent. §. Emphiteoſis q. 8. verſiculo. Item quæro, quia reſpondeo dupliciter: primo quòd illa opinio procedit in mora Emphyteotæ, qui & ſi cadat à iure ſuo, & incidat in commiſſum ſi ceſſauerit per triennium à ſolutione canonis, quando eſt emphyteota priuati, & per biennium, quando eſt Emphyteota eccleſiæ l. 2. C. de iur. Emphy. & cap. potuit de locat. tamen admittitur ad purgandam moram infra tempus arbitrio Iudicis definiendũ, quia poſtquam erit excluſus à moræ purgatione, remanet citra omnem ſpem priuatus iure ſuo, quæ ratio priuationis citra ſpem, quia ceſſat in caſu noſtro, ideo mirum non eſt quòd ceſſet iudici facultas prorogandi terminum, ſeu inquam parti purgandi morã: quòd ceſſet illa ratio patet, quia quamuis moroſus, & cõtumax ſit habitus pro confeſſo, tamen poteſt, contrarium probando, ſe defendere.

Secundo reſpondeo, quòd illa cõmunis, ſeu magis communis opinio eſt valde controuerſa, in tantum, vt Doctores dicant, eam veram non eſſe de iure ciuili l. 3. C. de iur. Emphyth. Alex. conſ. 105. nu. 11. lib. 3. Moder. Papien. in dicta l. 2. & Affl. qui deciſ. 174. teſtatur ita deciſum fuiſſe contra quendam Ruſticum, & hanc diſtinctionem inter ius ciuile, & canonicum refert, & ſequitur etiam Clar. vbi ſupra.

Ad tertium, quòd fruſtra concederetur appellatio, & defenſio, ſi bannitus cogeretur docere de innocentia, reſpondeo iſtam conſequentiam: bannito conceditur defenſio: ergo non tenetur probare innocentiam: non valere, ſicut bene aduertit etiam Flam. Cart. dicto cap. 1. ſub num. 159. verſiculo ſecundum verò.

Firma igitur, ac inconcuſſa remanet hæc cõcluſio, quòd bannitus poſt ſecutam declarationem teneatur docere de innocentia, & errore confeſſionis.

110 † Limito nunc eam, vt non procedat, quando iſte bannitus fuiſſet inquiſitus, non præcedentibus legitimis indicijs, quia omnia corruunt, vt remiſſiuè dixi ſupra ſub nu. 74. ibi. verum quia, & ibi. ſi eã conſideremus primo modo: & pro hac limitatione vide quæ conſuluit in terminis Becc. dicto conſ. 11. num. 7. & 8. & 19. in fine: Amplio hanc limitationẽ, vt procedat etiam ſi iudex inquirens habuiſſet liberum arbitrium, & expreſsè ſtatutum diceret, quòd poſſet inquirere ſine legitimis indicijs per ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 84. num. 12. & 14. iunctis his, quæ dixi eodem cap. num. 37.

Nec huic limitationi ita ampliatæ aduerſatur quod poſſit formari, & procedi ex conſcientia Principis, aſſerentis, ſibi conſtare de delicto, quia dico, quòd illa aſſertio eſt indicium iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra hoc cap. ſub num. 78. ibi. capio caſus Clari.

111 † Quarta quæſtio eſt: poſtquam bannitus declaratus pro confeſſo tenetur oſtendere innocentiam quantam probationem facere debeat ad eluendam illam confeſſionem, & docendum de innocentia? Reſpondeo, quòd debet facere eandem probationem, quam debet facere bannitus condemnatus, & ex Principis gratia admiſſus ad nouas defenſiones cum clauſula *ſine præiudicio indiciorum ex contumacia reſultantium*: quæ probatio quanta, & qualis debeat eſſe docui infra nu. 161.

112 † Quinta quæſtio eſt: nunquid iudex poſſit, bannito non prius declarato pro confeſſo, eum diffinitiue condemnare? Reſpondeo, de hac re extare (vt ita dicam) plures ſentẽtias, quàm capita. prima opinio eſt affirmatiua, quæ videtur probari argumento tex-

to textus in l. penultima in fine. C. ad S. C. Trebell. vbi satis est quòd contumacia appareat ex actis, & declaratio non est necessaria, vt aduertit ibi glos. in verbo, per contumaciam, & quòd in his, quæ sunt notoria, declaratio non sit necessaria sentit Bal. in c. 1. de feud. sine cul. non amitt. quem refert, & sequi videtur Aug. ad Ang. tract. de malef. in verbo, Qui dominus iudex videns &c. nu. 36. tractans de hac ipsa quæstione. Et in eandem opinionem, quòd possit, omissa dicta declaratoria, condemnare videntur apertè iuisse Nell. tract. de banni. 3. par. 1. temp. q. 10. in fine, & Ang. in dicto verbo, Qui dominus iudex videns num. 30. ibi, sed licet hoc esset tutius &c. dicens, quòd procedendo ad cōdemnationem videtur tacitè pronunciasse eum haberi pro confesso, sicut inquit dicimus de Iudice, qui, si non obstāte declinatoria fori, procedit ad vlteriora, tacitè super declinatoria pronūciasse videtur &c. & pro hac opinione faciunt quæ dixi supra sub num. 73.

Secunda opinio est negatiua: quòd, omissa declaratoria, non possit eum condemnare, & ista probatur argumento textus in l. eius qui delatorem, & ibi notat Bar. ff. de iur. fisci: probatur etiam, & efficacius argumento textus in l. generaliter §. 1. C. de reb. cred. & hanc opinionem tenet Bal. in l. transigere in fine. C. de transact. & in l. iubemus §. œconomus C. de sacrosanc. eccles. & in alijs locis allegatis ab Ang. in dicto verbo: Qui dominus iudex videns. num. 29. eandem opinionem tenent Ant. de Butr. in cap. cum dilecti de dol. & cont. Mars. in pract. crim. §. postquam num. 37. cum seqq. & num. 44. & in §. diligenter num. 171. & seqq. Foller. in pract. crim. in verbo, & si confitebuntur. in 4. par. 3. pa. num. 12. & 63. Cauens: super Ritu 120. num. 6. Gasp. Caball. super constit: Marchiæ lib. 4. cap. 1. glos. citetur num. 5. Becc. cons. 11. num. 1. Gail. de pace publ. lib. 1. ca. 19. num. 3. & quòd hęc sit communis, * & magis cōmunis opinio patet, si hinc inde dinumerentur Doctores, & quod sit verior testatur Mars. dicto num. 44. & hanc tenui etiam supra sub num. 74. ibi. Contraria &c. & quod hęc sit tutior testantur Ang. in dicto verbo. Qui Dominus iudex videns. & Nell. dicta q. 10. quos retuli supra pro contraria opinione & quòd hęc opinio practicetur etiam in causis ciuilibus indicant tibi ea, quæ scripsi supra cap. præcedenti num. 20. in fine ibi iudex ad instantiam &c. & in tantum hæc opinio est vera secundum Mars. dicto num. 37. vt, si fuerit omissa hæc declaratio, condemnatio sit nulla, & pro prædicta communi opinione bene faciunt quæ scribit Simanc. de cath. instit. tit. 9. num. 165. Intellige tamen, & declara hanc opinionem, vt satis sit, si ista declaratio fiat in sententia diffinitiua, vt aduertit etiam Affl. in constitutione: ad pœnam eorum in 4. not. sub num. 65. ibi. veritas est lib. 2. & ita seruatur in practica, quam docui supra num. 64.

Tertia opinio est eorum, qui distinguendo, conciliant: volunt enim, quòd si contumacia non sit negata procedat prima opinio affirmatiua, quia satis est quòd appareat de contumacia ex actis: si verò sit negata, quòd procedat secunda negatiua ita tradit Bal. in l. 1. colum. 4. C. ne ex delict. defunct. dicens quòd sic saluatur Bartolus, qui in dicta l. eius qui delatorem tenuit, declaratoriam esse necessariam, & hanc declarationem vti notabilem refert Aug. ad Ang. in dicto verbo, Qui dominus iudex videns &c. num. 36. eandem declarationem tradunt Alber. Brun. tract. de statut. in verbo, confessio, versiculo, statuto cauetur quòd aliquis: Natt. cons. 364. sub num. 9. & Flam. Cart. tract. de execut. sent. capto bann. cap. 1. num. 190.

Quarta opinio fuit eorum, qui distinxerunt inter contumaciam, & fictam confessionem, concludentes, declaratoriam non esse necessariam super contumacia: vide Nell. tract. de bann. 3. par. 1. temp. q. 10. quem in hoc audacter approbo per ea, quæ dixi supra num. 73. vbi etiam notaui, hoc esse expressum in constitutionibus Marchiæ, super confessione verò tradunt esse necessariam, vt dixi in secunda opinione, quæ & si videatur aliquod naufragium pati ex his, quæ scripsi pro prima opinione: tamen, quia est communis, & iam diu radices egit in practica, dico ab ea recedendum non esse sub pœna nullitatis sententiæ, vt miseri Rei, qui hodie ex forma statutorum, vsu, & stylo possunt etiam absentes in pœnam capitalem celeriter damnari contra formā iuris, releuentur in hoc, vt, practica & consuetudine non seruatis, condemnatio sit nulla.

113 † Amplia hanc communem opinionem, vt habeat locum etiam in terminis constitutionum Marchiæ, & statutorum vrbis expresse disponentium, quòd contumax habeatur pro confesso, quia hæc verba.

Habeatur pro confesso: habeatur pro condemnato: habeatur alienus à communione.

Non important secum sententiam, sed mandant ferri. vide Io. Monach. & glos. in cap. 2. in verbo pro confesso de confess. in 6. glos. in cap. si diligenti in verbo, causam perdant: de for. comp. Bar. in l. eius qui delatorē. ff. de iur. fisc. Affl. in constitutione pœnam eorum, in quarto not. sub num. 65. lib. 2. Mars. in pract. crim. §. postquam num. 37. cum seqq. Tiraq. in l. si vnquam in verbo reuertatur num. 217. C. de reuoc. donat. Rol. à Vall. cons. 9. num. 38. lib. 1. Flam. Cart. dicto cap. 1. num. 185. & Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 11. sub num. 102. versiculo licet enim.

114 † Amplia secundo, vt habeat locum etiam si statutum vteretur verbis, quæ sententiam non ferendam, sed latam videntur importare, quia declaratio esset adhuc necessaria: vide Tiraq. in dicta l. si vnquam num. 400. & licet aliqui, inter quos est Neuiz. cons. 6. num. 3. ibi. Secundo moueor, & sub nu. 12. ibi. sed contrarium &c. tenuerint oppositum tamen quod iuxta hanc ampliationem sit magis communis, * & solida opinio ostendit Flam. Cart. dicto cap. 1. num. 187. & quòd hæc opinio seruetur in practica vide quæ scribit de sententijs ferendis contra hæreticos Franc. Pegn. in comm. direct. Eymer. par. 3. comm. 49. §. dum autem, & quæ dixi infra c. sequenti num. 10. in 5. difficultate.

115 † Amplia tertio, seu, proprie loquendo, exemplifica hanc secundam ampliationem, quando statutum disponeret per hæc verba.

Habeatur pro confesso ipso iure, quia adhuc requireretur

feretur declaratio : vide Barbat. conſ.51. col.16.& 17.lib.primo. Iaſ.in l.ſi quis maior,num.25.C.de ſacroſanct.eccleſ.Tiraq. in dicta l. ſi vnquam nu. 22. Crauet.qui alios allegat conſ.212.num.2. & conſil. 239.num.2.Simanc.de cath.inſtit.tit.9.num.240.& Moder.dicta q.11.nu.102. verſiculo, & in omnem euentum. Et ꝙ hæc ſit magis communis * opinio teſtatur Menoch.de arbitr.iudi.lib.2. cent.3.caſ.220. num.7.vbi adhuc multos alios congerit : & ita indiſtinctè teneo, quicquid diſtinguendo dicant Ruin. conſ.117.lib.5.& Natt.conſ.364.num.9. in fine, & ita video ſingulis diebus obſeruari. Cæterum, ſi tu quandoque eſſes in loco, vbi ſtylus, & conſuetudo eſſet in cōtrarium,eam ſeruabis, vt admonet etiam Gaſp.Cabal.ſuper conſtitutionibus Marchiæ lib.4. cap.1 in glo.citetur.num.5.in fine.

116 †Capio quartum caſum, quando bannitus ſpontè comparet poſt condemnationem, & antequam ſententia trāſierit in rem iudicatam, quem expedio per tres dubitationes.

Dubitatur primo quid agendum ſit,ſi Reus ſpōte compareat, & nihil opponat contra ſententiam? Reſpondeo,fieret recognitio,& pręfigeretur terminus,vt docui infra num.163.& 201.& his peractis, ſententia mitteretur executioni:ſed eſt impoſſibile, ſeu ſaltem pluſquam inueriſimile,vt reus cōpareat, & nihil opponat, quia condemnatus comparet, vt ſe defendat : ſiquidem natura abhorret illud, quod vitam adimit,vt plenè per Anchar.conſ.23.& Barbat.conſil.70.col.2. in fine, quos refert, & ſequitur etiam Boſſ.tract.crim.tit.de conuict. num.1. dicens propterea captos, ſeu comparentes, vt plurimum negare delicta obiecta.

117 †Dubitatur ſecundo: An iſte bannitus comparēs poſſit appellare,& ſic ſuſpendere executionem? Reſpondeo: Aut præſupponimus extare ſtatutum, ſeu conſuetudinem prohibentem,& reijcientem appellationem: Aut non præſupponimus: Si præſupponimus:dico quòd fruſtra appellaret per ea,quę ſcripſi ſupra num.62.

118 † Si non præſupponimus : rurſus diſtinguo : Aut condemnatus fuit reputatus pro confeſſo tantum iuxta diſpoſitionem ſtatutorum vrbis, quæ retuli ſupra nu.30. Aut fuit reputatus pro confeſſo, & conuicto iuxta diſpoſitionem cōſtitutionum Marchiæ, quas ſimiliter retuli eodem num.in fine: Si pro confeſſo, rurſus diſtinguo : Aut loquimur de iure communi: Aut ſecundum conſtitutionem Marchiæ, & motus proprios:ſi de iure communi: videtur prima facie dicendum, quòd admittatur ad appellandum quia fictę confeſſionis non eſt tanta virtus, quanta eſt veræ confeſſionis : ſed verè confeſſus poteſt appellare:ergo multo magis fictè cōfeſſus: Maior propoſitio eſt ſatis nota: Minorem probāt Hoſt. Imol. & alij,quos referunt,& ſequuntur Petr.de Anch.in cap.Romana.§.fin autem,de appell. in 6. Alber.de Roſ.in l.2.ſub num.2.C.quor.appel.non recip.eandem probant Ang.tract.de malef.in verbo pręſente dicto Caio:ſub nume. 20. & ibi Aug. ad eum ſub num.21.dicens,quòd quicquid ſit, ipſe ſemper admitteret appellationem quem in hoc ſequitur Gaſpar Caballinus ſuper Conſtitutionibus Marchiæ lib.6.cap.3.& hæc propoſitio canonizatur communis, * quando confeſſus reuocaſſet cōfeſſionem, ſeu probabilem cauſam in appellatione expreſſiſſet, & in proprijs terminis, quòd fictè confeſſus admittatur ad appellandum probatur argumento textus in l.creditor.§. iuſſus,in fine.ff.de appellat. & hanc opinionem ſub congrua diſtinctione firmat Nell.tract. de Bannit.4.par.primi temp.quæſt.1. verſus finem, quem referunt,& ſequuntur Auguſt.ad Ang.in dicto verbo pręſente dicto Caio.ſub num.13.dicens, pro veritate iſtius paſſus videndū eſſe Nell.qui multum elegāter loquitur,Boſſ.tract.crim.tit.de remed, con.bann.ſub num.4.& tit.de liter.Princ. bann. admitt.num.5. vbi ait,quòd Nell. tractat illum caſum bene more ſuo,& Foller. qui totā refert eius diſtinctionem,in pract.crim.in verbo. & ſi confitebuntur in 4.par. 3.par. num.35. eandem opinionem,quòd poſſit appellare,arguendo,& reſpondendo ad contraria,tenet Paul.de Caſt.in l.principales.§.quòd ſi actor ſub num.6.C.de iureiur.prop.calum.eandem opinionem tenet Affl.ſuper conſtitu ione pęnā eorum nu.70.lib.1.& faciunt, quæ in dubitabilioribus terminis ſcripſi infra nu.125. & quod hęc ſit cōmunis * opinio ſuadetur ex his,quæ ſcribit Gomez. ca. 13.delictor.nu.31. vbi tradit,communem * opinionem eſſe, ꝙ ad hoc vt quis non admittatur ad appellandum,debet eſſe confeſſus,& conuictus ſimul, & quòd alterum non ſufficit.

Contrarium eſt verum,quòd non poſſit appellare,quod probatur,retorquendo argumentum.

Tantum operatur fictio in caſu ficto, quātum veritas in caſu vero,vt docui infra ſub nu.126.ibi.tantum operatur &c. ſed verè confeſſus non appellat: Ergo nec fictè confeſſus : ꝙ verè confeſſus non appellet,quando confeſſionem non reuocauit, tenent gl.in dicto c. Romana.§. ſin autem in verbo, vel de quo,de appel.in 6.& Fely.in cap.quærenti, nu.4.de off.& poteſt.iud.deleg.& quod hæc ſit cōis,ſeu magis cōis * opinio deducit Boſſ.tract.crim.ti.de appel. ſub nu.27.dicens, quod confeſſus de iure canonico non appellat.& ꝙ ſecundum magis cōmunem opinionem non eſt in hoc differentia inter ius canonicum, & ius ciuile : Et ꝙ Aſſeſſores cōiter obſeruent hanc opinionem:vt confeſſi appellationem non admittant,teſtatur Bal.in l.1.ſub nu.10.C.ne ex delict. defun.quem referūt Aug.ad Ang.dicto verbo pręſente dicto Caio ſub nu.21.& Clar.lib.5.recep.ſen. q.94.in principio. & quòd officiales hodie de conſuetudine ex ſola confeſſione ſpontanea, vel etiam extorta,& perſeuerata exequantur ſententias capitales, non admiſſa appellatione, teſtatur Carrer. in l.obſeruare,num.46.C.quorum appel.non recip.& in ſua pract.crim.fol.17.num.17.fol. 32. ſub nu.46. fol.65.ſub nu.101.& fol.136.nu.175.quem referūt Clar.dicta q.94.in principio,& Vulp.conſ.137. ſub num.7.

119 †Probāt ſecundo hęc eadē opinio,quia notorius delinquēs nō appellat: ex quo in notorijs nō dāt appellatio c.cū ſit Romana,in fine c.peruenit,c.conſuluit,il 1.c.cū ſpeciali.§.porrò,de appel. c. Romana, eod.in 6.gl.in c.manifeſta, & ibidem Archid.& alij 2.quæſt.1.Innoc. in cap.tua nos, col. 2. de cohabit.

cleric.& mulier.Bar.in l. conſtitutiones ff.de appell. Bal.in l.addictos.C.de epiſc.aud.Lud.Rom. conſil. 324.in propoſita cõſultatione nu.2.& ſeqq. Dec. in dicto cap.cum ſpeciali.§.porrò,in principio.Affl.in conſtitutione:humanitate.nu.56.lib.2.Marã. in ſuo Spec.par.6.actu 2.principali,in verbo,& quandoq; appellatur num.293.fol.503. Foller. in pract. crim. in verbo.Item quòd eſt notorius delinquens nu.21. & quòd hæc ſit notiſſima iuris regula teſtatř Roma. dicto conſ.324.num.2.& quòd ita communiter * teneant Doctores teſtatur Ioan.de Ana.in cap.quàm perniciosũ ſub num.1.de vſur. quem referunt, & ſequuntur Clar.lib.5.recept.ſent.q.94.verſiculo,ſolet etiam,& Flam.Cart.tracta.de execut.ſent.capto bann.ca.1.nu.263.Licet Clar.ſe remittat ad diſtinctionem,quam tradidit eod.lib.q.9. Et hæc concluſio habet locum,tàm in criminalibus, quàm in ciuilibus,quia in vtraque cauſarum ſpecie remediũ appellationis fuit inuentum ad præſidium innocentię, & oppreſſorum defenſionem, & non ad confouendam litigatorum malitiam,& temeritatem,dicto §. porrò.& cap.ad noſtram,de appellat. vnde appellatio dicitur refugium,& non ſuffigium, & ille, qui nõ grauatus appellat,grauare intendit,aut redimere tẽpus, ſicuti ex Bernardo lib. 3. de conſideratione ad Eugenium refert Simanc.de cath.inſtit.titu.6.nu.4. At is,qui appellat in notorijs,appellat ad diutius temeritatem ſubſtinendam: meritò igitur venit reijciendus,vt tradit Veſtr.in pract.lib.7. cap.3.nu. 13.
120 & 14.† Sed confeſſus dicitur notorius delinquẽs iuxta ea,quæ ſcripſi ſupra c.76.ſub nu.2.ibi. item quando quis,& ſub nu.8.ibi.ſi in tertio caſu: & ſub nu.9. ibi.ſi in ſecunda.Et quòd etiam fictè confeſſus dicatur notorius delinquens referunt ex Bal. in l. error. C.de iur.& fact.ignor. Alexandro in l.abſentem.ff. de pœn.& Guillielmo de Benedict. in cap. Raynutius,in verbo,mortuo itaque teſtatore il 1.nu.22. de teſtam.Foller.in pract. crim. in verbo: & ſi confitebuntur in 4.par.3.par.nu.34.& Flam. Cart. in dicto ca.1.nu.52.Igitur fictè confeſſus non admittitur ad appellandum:&,tenendo hanc cõcluſionem, debemus tenere etiam, ꝙ notorium fictum pariat eoſdẽ effectus, quos producit notorium verum: & hoc tu probabis ex his,quæ dixi infra ſub num.126.ibi.tantum operatur.&c.& hæc de iure communi.

121 † Si loquimur ſecundum cõſtitutionem Marchię lib.6.cap.2.& motum proprium Pij V. ſanctæ memorię,declaratorium aliorum motuum propriorũ, de quo in Bullario in 2. par.folio 180. cui eſt titulus. Reformatio motus proprij Pij PP. IIII. ſuper admiſſione appellationum:dico in primis de conſtitutione Marchiæ,ꝙ ex ea videtur dicendum, ꝙ is,qui eſt tantum confeſſus,poſſit appellare: quia,vt arguẽdo dicit Flam.Cart.d.c.1.num.92.cum ſeqq.regula eſt,vt appellatio ſemper admittatř, à qua regula excipiuntur aliqui caſus in dicta conſtitutione,& inter eos non reperitur iſte de confeſſo tãtum:ergo remanet ſub regula permiſſiua,vt poſſit appellare,& ſic,ſi poteſt appellare verè confeſſus, à fortiori poterit is, qui eſt reputatus pro confeſſo.

Quicquid dicat Flam.Cart.ſentio contrarium,ꝙ confeſſus tantum, non obſtante diſpoſitione dictæ conſtitutionis, adhuc non poſſit appellare: & moueor,quia cum de iure communi,tùm ex cõſtitutione tertia ſequenti ad eam, ſpõte confeſſus reijcitur ab appellatione:& ſi tu,replicando, diceres, ꝙ cum illa conſtitutio in dicto c.2.non operetur in ſenſu directo,ex quo confeſſus, & cõuictus, quem diſponit non poſſe appellare, ſatis id erat diſpoſitum à iure communi iuxta ea,quæ ſcripſi infra nu. 124. & ſub num.126.ibi. Sed verè &c. debeat operari in ſenſu obliquo,vt poſſit appellare is, qui eſt tantum confeſſus,quãuis inde ſequatur correctio iuris,quia ſit potius tolerãda correctio,quàm ſuperfluitas Auth. ex teſtamento iuncta l.1.C. de collat. & ibi Doctores, Marſ.in rubr.nu.19.C.de probat.Crauet. conſ.201. num.13.& eſt theorica communis:* quia ſtatuta nõ debent ſeruire de vento,teſte Ang cõſ.62.Huic replicationi reſpondeo tripliciter:primo quòd illa cõſtitutio operatur in ſenſu directo: & hoc oſtẽdo,ſupponendo,ꝙ ſtatutum,quod tollit aliquam conſuetudinem,ſeu ſtylum,vel dirimit aliquam controuerſiã lege aperta non deciſam,ſicut dirimit ſtatutum Vrbis lib.1.c.142.dum ſtatuit, quòd filij poſiti in conditione cẽſeantur vocati,qui articulus de iure communi eſt apud Doctores vehementiſſimè cõtrouerſus,operatur,& non dicitur ſuperfluum, teſte Rota diuerſ.deciſ.232.num.5.par.1.quo ſuppoſito ſtãte: dico,quòd nullum ſtatutum dicetur ſuperfluũ, quia totum iùs commune hodie eſt cõtrouerſum modo ſtylo,modo conſuetudine, & modo Doctorum cõmentarijs,paraphraſibus,& opinionibus ita, vt ſæpe quæramus, & diſputemus ſolum quæ ſit magis communis opinio: & in ſpecie quòd dicta conſtitutio dirimat controuerſiam patet primo,quia de iure communi ſatis diſputatur,an illa l.2. C. quor.appel. non recip.quę diſponit,confeſſum,& conuictũ non appellare,habeat locum limitatè in illis quinque criminibus tantum,quæ retuli infra ſub nu.126. & iſta conſtitutio loquitur generaliter,& indiſtinctè ita, vt approbet practicam,& eorum opinionem, qui dixerunt,eam habere locum in omnibus delictis. Secundo patet, quia prohibet appellari in quibuſdã alijs caſibus,vt in caſu momentaneæ poſſeſſionis,qui caſus de iure erat controuerſus iuxta ea,quæ ſcripſi ſupra num.54. vbi propterea diximus iſtam conſtitutionem nõ eſſe ſuperfluam, quia approbauit opinionem de iure ciuili:& cum decidẽdo iſtũ caſum,operetur,non dicitur ſuperflua ex eo,quòd diſponit cõfeſſum,& conuictum non appellare, quia ſtatutum, quod aliquid addit,non dicitur ſuperfluum, quamuis repetat,& interferat aliquid iam deciſum, argumento textus in l.librorum.ibi. *quod ſi in Codicibus.* ff.de leg.3. & notant Bar. in l. 1. in principio . ff. pro ſuo.& Marc.Mant.in repetitione l.dudum,nu.6.C. de contrah.empt.& vendit. & hæc ſit prima reſponſio:Secundo reſpondeo, quod illa conſtitutio nõ ſolum corrigeret ius commune, ſed etiam ſequentem conſtitutionem, quod repugnat: quia cum illa ſequens ſit poſterior: ſi aliqua daretur correctio, daretur in prima, hoc eſt,in ſecunda,quoniam poſteriora derogant prioribus, & non è contra,& daretur hoc maximum,inconueniens,vt cõfeſſus reijceretur ab appellatione, & confeſſus, & conuictus admit-

admitteretur, inhærendo argumento, quod facit Cart.vbi ſupra,dum ait, exceptionem firmare regulam. Tertio reſpondeo, ꝙ iſtæ illationes per ſenſum obliquum,hoc eſt, à contrario ſenſu nunquã tenẽt; ſi in illo ſenſu obliquo militet eadem ratio,quæ militat in ſenſu directo, Bal.in l qui teſtamento.§. mulier.ff.de teſtam. Crauet.qui alios refert,& ſequitur conſ.39.num.7.ſed in caſu noſtro militat:nam ideo confeſſus,& conuictus prohibetur appellare: quia, ex quo eſt notorius delinquens iuxta ea,quæ ſcripſi ſupra num.120.appellatio dicitur friuola:& hæc eadem ratio militat in eo, qui eſt ſolum ſponte confeſſus,qui ſimiliter dicitur notorius delinquens, vt docui ſupra. Igitur &c.

Accedat etiam, ſi placet quòd illa illatio ad euitãdam ſuperfluitatem ſumeretur ex diſpoſitione negatiua contra doctrinam Baldi in §.vaſalli, circa finem in tit.de pac.conſtan. & in l.2. C. de condit.inſer.& Alexandri in conſ.150.num.20.lib.5.qui tradunt, argumentum à contrario ſenſu, ſumptum ex diſpoſitione negatiua,non valere, quod ipſe modo non firmo. Quòd autem in caſu noſtro ſumeretur ex diſpoſitione negatiua patet, quia illa conſtitutio in c.2.diſponit,quòd nullus &c. Quare,reiectis contrarijs,concludo ſponte confeſſum non poſſe appellare etiam inſpectis conſtitutionibus Marchiæ, & ꝓſertim ea,quæ eſt in lib.6.cap.3. & ſic reaſſumendo illud argumentum: tantum operatur fictio in caſu ficto &c.de quo ſupra. Sequitur quod reputatus pro confeſſo non poſſit appellare; & hæc circa conſtitu-
122 tiones Marchiæ.† De motu ꝓprio Pij V.diſtinguo: Aut loquimur de condemnato ad pęnam pecuniariam: Aut de condemnato ad pœnam corporalem: ſi de condemnato ad pecuniariam: dico ꝙ ille Motus proprius apertè prohibet appellationem: vnde reputatus pro confeſſo non poterit appellare inhærendo noſtro argumento,quod tantum operetur fictio in caſu ficto,quãtum veritas in caſu vero. Si de condemnato ad pœnam corporalẽ: ille motus proprius nihil diſponit,ſicut etiã aduertunt Flam.Cart. dicto tract.execut.ſent.capto bann.cap.1.nu.97. & Moder.in qq.crim.lib.1.q.33.num.23.& 24. Vnde recurrendum eſt ad motum proprium Pij Quarti, ſicut notauit Cart.dicto num.97.in fine,de quo dixi duo verba ſupra nu.95.& plura,ne nimis protraharhic,ſcribam in lib.3.in quo multa alia circa materiã appellationis habeo dicenda.Et aduerte quòd licet reputatus pro confeſſo non poſſit appellare, tamen debet audiri in ſuis defenſionibus attentis motibus proprijs,de quibus ſcripſi infra num.130.

123 † Hanc concluſionem, ꝙ ſponte confeſſus ſeu habitus pro confeſſo non admittatur ad appellãdum: declaro,& limito: declaro, vt,ſi loquamur ſecũdum ius cõe,non admittatur,ſi iudex à quo velit illũ reijcere: aliàs ſi vult admittere,poteſt, & ſic poteſt reijcere,vel admittere,vt ſibi videbitur ęquum.

124 † Et hinc nota differentiam inter appellationem interpoſitam ab eo,qui eſt confeſſus: & interpoſitã ab eo,qui eſt confeſſus,& conuictus:quia primo caſu iudex poteſt,vt dixi,admittere,vel exequi ſententiam,ſi ſibi prius non inhibeatur à ſuperiore: & hæc theorica colligitur ex Bal.in l.2.nu.11.C.quor.appel. non recip.quem referunt, & ſequuntur Clar.lib.5. recept.ſent.q.94.verſus finem principij,Vulp.conſ. 137.num.4. & Ioſeph. Cumia ſuper ritibus Siciliæ c.74.nu.23. & ita fuit reſolutum per Curiam Tholoſ.deciſ. 176. quam referunt, & ſequuntur ijdem Clar.& Cumia locis allegatis, & Flami. Cart.dicto cap.1.nu.75.Secundo verò caſu iudex non ſolũ poteſt,ſed debet reijcere, vt ex Bal. dicto num.11.refert, & ſequitur Vulp. vbi ſupra. Et ſi aliter faceret peccaret ſecundum Ang.tracta.de malef.à me allegatum ſupra ſub nu. 84. quem referunt Clar. dicta q.94. in fine principij, & paſſim alij Criminaliſtæ. Et ratio eſt euidens:quia confeſſus,& conuictus cõdemnatur ex duplici notorietate: altera, quæ oritur ex eius propria confeſſione:& altera, quæ oritur ex probationibus,quæ poſt concluſum in cauſa dicuntur facere notorium iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 76.ſub nu.8.ibi.ſi ſumus in ſecundo. Quòd ſi loquamur ſecundum conſtitutionem Marchiæ dicto lib. 6.cap.3.hæc differentia videtur ceſſare, quia etiam ſponte confeſſus debet omnino reijci. Et ſi loquamur ſecundum motus proprios Pontificum: dico ꝙ licet non poſſit appellare, tamen,ſi eſt cõdemnatus in contumaciam,neutro caſu debet exequi ſentẽtia, niſi lapſis temporibus, quæ docui infra ſub nu.137.
& hæc de declaratione.† Modo limito,vt nõ habeat locum,quando appellans exprimeret aliquam iuſtã cauſam,quia tunc de iure communi clarè colligo ex his,quæ referunt, & ſequuntur ijdem Clar. dicta q. 94.in principio,Cumia dicto ca.74. nu.24. & Cart. d.c.1.nu.72.communem opinionem eſſe, quòd debeat admitti,& ſecundum dictos motus proprios dico quòd Iudex, ſiue ille comparẽs infra annum exprimat iuſtam cauſam,ſiue nõ: debet indiſtinctè audire illius defenſiones,vel debet appellationem admittere,& diceretur iuſtam cauſam exprimere: exẽpli gratia,ſi diceret ꝙ ipſe ignorauit citationem, vel quòd nõ potuit prius comparere.Nam ſi de his notoriè conſtaret, poſſet iudex etiam de iure communi,& circumductis motibus proprijs ſententiam reuocare,quòd ſi de his notoriè non conſtet iudex ad quem videbit cauſam:& ſi probabuntur, reuocabit ſententiam: & hæc quando fuit reputatus pro con-
ſeſſo.† Si fuit reputatus pro confeſſo,& cõuicto,res videtur adhuc dubia.Nam quòd poſſit appellare tenuerunt Bal.in l.ita demum,col.penul.C.de procur. Franc.in cap.cum ſpeciali.§.porrò,col.4.num.8. de appel.Aret.conſ.147.col.3.verſiculo,& idem Ang. tract.de malef.in verbo,præſente dicto Caio num. 21.Rol.à Vall.conſ.60.nu.33.lib.2.& conſ.94. nu. 14.in fine lib.3.& alij, quos referunt, & ſequuntur Flam.Cart.tract.de execut.ſent.capto bann.cap.1. ſub num.261.ibi.Sed contrarium,& Moder. in qq. crimin.lib.1.quæſt.11.num.48. & eandem opinionem ſentire neceſſariò videntur Menoch. de arbit. iudic.lib.primo,quæſt.90.num.58.dum ex pluribus refert, & ſequitur, quòd pendente appellatione ſuper banno, bannitus non poſſit impunè offendi vigore ſtatuti, permittentis, bannitum poſſe impunè offendi, & Clar. libro 5. recept. ſentent. §. homicidium, verſiculo, ſucceſſiuè quæro: dum hanc
✻ ſine contradictione, refert eſſe communem ✻

opinionem. immo refert communem * eſſe, vt non poſſit offendi, pendente ipſo termino ad appellandum. Et tenendo hanc opinionem, ꝙ is, qui fuit reputatus pro confeſſo, ſeu pro confeſſo, & conuicto, poſſit appellare: dicimus, non eſſe faciendam extenſionem de confeſſione vera ad confeſſionē fictam, & hoc probo multipliciter: & primo argumēto textus in l.3.§.hæc verba.ff.de neg.geſt. Secundo, quia aliud diſponitur de contumace vero, aliud de ficto Rot.deciſ.16.aliàs 364.de dol.& contu. in nou. Maran.in ſuo Spec.par.6.actu 2.principali.in verbo. & quandoque appellatur nu.284. cum ſeqq. & Vant. tract.null. Rubr.de null.ex defec.citat.nu.92. & nos diximus ſupra num.40.

Tertio ex eo, quòd ſtatutum diſponens, vt pater teneatur ſoluere legitimā pro delicto filij habet locū, qn̄ delictum probat̄ verè, & non qn̄ probatur fictè per contumaciam, Nell.tract. de banni.1.par.2. temp.q.34.& eſt cōis * opinio, quā referūt, & ſequūtur Clar.lib.5.recept. ſent. q.86. verſ.ſed quæro, & Flam. Cart.dicto c.1.nu.297. & hodie eſt confirmata ex diſpoſitione cōſtitutionis Marchiæ lib.4.c.18.

Quarto ex eo, quod ſtatutum, diſponēs, vt bannitus propter delictum poſſit impunè occidi, nō habet locum in bannito in contumaciam ſecundum communem opinionem, * quam retuli ſupra cap.93.ſub num.1.ibi.& pro confirmatione.

Quinto ex eo, ꝙ confeſſio vera ſanat omnes defectus, vt tradunt Ang.tract.de malef.in verbo, qui dominus iudex videns, ꝙ dicti inquiſiti nu.32. & Afflict.deciſ.372.nu.7.& 8. & Neuiz. conſ.18. nu.17. quos non ſanat ficta Ang.vbi ſupra, quem formaliter refert Moder.dicta q.11.nu.34.& denique inter veram, & fictam confeſſionem multæ extant differentiæ, quas tradunt Rol.à Vall. conſ.94. ſub num. 13.& ſeqq.lib.3.& Flam.Cart.tract. de execut.ſenten.cap.bann.capit.1.num. 294.295.358.389.394. 402.411.424.& 425.

Contrariam opinionem, ꝙ non poſſit appellare tenuerunt Nell.qui elegāter diſtinguit tract.de bān. in 4.par.1.temp.q.1.& alij eum ſequētes, quos retuli ſupra ſub nu. 118. ibi. & in proprijs terminis &c. & Bertazz.conſ.82.nu.19.lib.1. & alios allegat Moder.dicta q.11.nu.48.verſ.contrarium, & ꝙ hæc ſit verior opinio ſuadetur ex his, quæ ſcribit Imo. in l. ſi inſulam, col.9.verſ. quid autem ſi ſtatuto caueat. ff.de verb. oblig. quem refert, & in effectu ſequitur Afinius in pract.§.19.c.15.dicens, ſi res non ſit integra, quia ſcilicet ſit declaratus pro confeſſo, appellātem non audiri. Quid igitur dicendum? Teneo hāc vltimam opinionem: quod condemnatus nō poſſit appellare, & moueor retorquendo fundamentum contrariæ opinionis.

Tantum operatur fictio in caſu ficto, quantū veritas in caſu vero.l.1.ff.de adopt.l.cum ex oratione. ff.de excuſat.tut.l.ſi tibi homo. §. cum ſeruus. ff. de leg.1.Pariſ.cōſ.118.nu.32.lib.2. Gail. in ſuis pract. obſeruat.lib.2.obſeru.127.nu.6. & quod valeat argumentū de vno ad aliud refert, & ſequitur Thom. Triuiſ.deciſ.60.nu.10.& 11.lib.1.& eſt locus vſitatus, de quo legite Eueral.in ſua Top.iuris in loco. A vi fictionis nu.4.cum ſeqq. & hæc eſt regula trita in ſcholis, cui ancipites inhærere debemus tanquā Bononiēſes firmo Carocio ex doctrina gloſſæ in l.omnis definitio.ff.de reg.iur.Bar. in l. quoties. ff. ſi quis cautio.& in l.ex quacunque, & ibidem Iaſ.nu.33. ff. ſi quis in ius voc. non ierit, Matheſ. ſingu. 19. nota quòd ſententia, Reſtaur. Caſtal.tractat. de Imper. quæſt.11.num.5.Rol.à Vall.conſ.77.ſub num.8.in fine lib.2.

Sed verè confeſſus, & conuictus non appellat.l.2.& ibi Bar.Bal. & Saly. C. quor.appell.non recip. Affl.ſuper conſtitutione, humanitate num.56.lib.2. Maran.in ſuo Specu par.6.actu 2.principali.in verbo, & quandoque appellatur nu.292.fol.503. Boſſ. tract.crim.tit.de appel.nu.27.& hęc eſt communis * doctorum ſententia, de qua teſtant̄ Foller. in pract. crim.in verbo, pęnis debitis feriantur.nu.6.& Rol.à Vall.conſ.73.ſub num.26.lib.3. & quod ſit communis non ſolum in illis quinque criminibus exceptis: homicidij, veneficij, adulterij, maleficij, & viæ publicæ, de quibus per Doctores in d.l.2. C. quor.appell.non recip.vt arbitrant̄ Igne.in l. & ſi certus, nu. 19.ff.ad Sylle.& Duen.reg.156. Sed etiam generaliter in omnibus alijs teſtantur Imol.in l.creditor.§. iuſſus, nu.8.ff.de appel.Butr.tracta.de notor.artic.4. num.56.& Dec.in cap.cum ſpeciali.§. porrò, num. 4.de appell.quos referunt, & ſequuntur Clar. lib.5. recep.ſent.q.94.in principio Manſuer. in addit.additione 1. ad pract. Papienſ. in forma appellationis à diffinitiua in gl.1.fol.mihi 406.Ioſeph. Cumia ſuper Ritibus Siciliæ cap.74.nu.20.& Flam. Cart.dicto cap.1.nu.67.qui alios congerit, & eſt apertè diſpoſitum generaliter, & indiſtinctè per conſtitutionem Marchiæ lib.6.cap.2. quòd nullus ſponte confeſſus, & conuictus appellet, & tollendo dubitationem, dic quòd iudex non ſolum poteſt, ſed ꝙ tenetur appellationem reijcere, vt dixi ſupra num. 124.

Igitur fictè confeſſus, & conuictus non appellat, quia ſtatuta, & conſtitutiones volunt, quòd contumax habeatur pro confeſſo, ac ſi in iudicio ſpōte, & ſolemniter eſſet confeſſus, vt declarat Bal.in l.quoniam.ff.de his qui not.infam.& in l.ſi tutor.C.de interd.matr.& poſt eum Natt.conſ.542.nu.8. volu.3. Foller.in pract.crim.in verbo, & ſi confitebunt̄ nu. 29.cum ſeqq. Bonacoſſ. in ſuis comm. opin. in verbo, contumaciæ ſententia relatus inter comm.opin. tom.2.lib.9.titu.30.de pęn.nu.14.Flam. Cart.dicto cap.1.num.29.& Modern.in qq. crim.lib.1. quæſt. 11.ſub num.97.

Secundo moueor, quia ius commune, vbi quis eſt confeſſus, & conuictus diſponit, quòd non appellet, vt abundè in proximè præcedenti argumento demonſtraui.

Sed ſtatutum diſponens, contumacem eſſe confeſſum, & conuictum efficitur in hoc ius commune, retinetque iuris communis diſpoſitionem.

Ergo ſtatutum, diſponens contumacem eſſe confeſſum, & conuictum, diſponit etiam quòd non poſſit appellare, & hoc argumentum ſecabit brachia, & tibias contrariæ opinionis, quia demolitur illud fundamentum, quòd non liceat arguere de caſu vero ad caſum fictum.

Maior propoſitio ſatis, vt dixi, probata eſt ſupra. Minor

Minor probatur, quia vbi lex noua ſuperueniens acipit interpretationẽ ab antiqua admittit omnes interpretationes, & limitationes, quas admitteret illa lex antiqua iuxta theoricã, quam oſtendit Veſtr. in pract. lib. 7. cap. 3. nu. 6. & à nobis comprobatur dupliciter, & primo: quia, ſtante ſtatuto ꝙ homicidium puniatur pęna pecuniaria, & ſuppoſita illius ſtatuti validitate, homicida poteſt ſe defendere ꝑ procuratorem, quia ſtatutum eo loco, in quo viget ſuccedit in locum iuris communis, quod in delictis puniẽdis pœna pecuniaria admittit defenſionem per procuratorẽ, vide Bal. in l. reos, num. 24. C. de accuſ. Boſſ. tract. crim. tit. an in criminalibus iudicijs quis poſſit pro abſente interuenire ſub num. 1. ibi. prima igitur eſt concluſio &c. & Mandoſ. ibi in additione ad eũ, & Clar. qui alios allegat lib. 5. recept. ſent. q. 32. ver-
* ſiculo, dictum eſt: & teſtantur omnes de communi.*

Secundo, quia pœna, quæ imponitur delinquẽti verè confeſſo imponitur delinquenti fictè confeſſo ex diſpoſitione ſtatutorum, vt docui ſupra c. 93. ſub nu. 1. ibi. Secũdo quia &c. eſtq; theorica rationi euidentiſſimè congrua: quoniam caſus poſitus à ſtatuto ſub aliqua diſpoſitione cẽſetur poſitus ſub ea, & ſub oĩbus qualitatibus illius. l. ſi donatæ. §. ſi ſpõſus. ff. de donat. inter vir. & vxo. Adde pro hac opinione illam ratiõẽ de notorio, quã adduxi ſupra nu. 119.

Non obſtant adducta pro contraria opinione, & primo auctoritas eorum, qui tenẽt contrariã opinionẽ, quia vel eorum linguam bos conſcẽdit, dum ad reorum defenſionẽ contra Fiſcum libenter de iure rñdere ſolemus, vel nunc ratione deuincti herbam porrecturi ſunt. Etenim ipſe, in hoc opere neque peculiolæ, neque amicitiæ ſeruiens, quod ſentio liberè profero: & dicam iuxta illud: *Amicus reus, amicus fiſcus, magis am ca veritas*. Siquidem reorũ beneuolentia falſis opinionibus haud captanda eſt, & amico indulgere non licet, niſi vſque ad aras: fruar ergo oris libertate, ſine qua nemo poteſt eſſe bonus conſultor.

Non obſtat, ꝙ Menoch. & Clar. docuerint, bãnitũ non poſſe impunè offendi, pẽdente appellatione, ſeu termino ad appellandũ: quia rñdeo eos eſſe intelligẽdos, vt loquanť de primo bãno, quod eſt ſentẽtia interlocutoria iuxta ea, q̃ ſcripſi ſupra in quarto quæſito nu. 38. quo caſu impiũ eſſet, vt poſſet impunè offendi, ſi nondum eſt declaratus pro cõfeſſo, & condẽnatus, quæ declaratio, & multò magis condemnatio eſt neceſſaria ex ſententia & practica, q̃ docui ſupr. nu. 64. & ſub nu. 112. ibi. Quarta opinio, ꝙ ſi loquanť de banno, quod eſt ſentẽtia diffinitiua: dico, eos malè loqui præſertim, quando ille bannitus fuit reputatus pro confeſſo, & quia malè ſentiũt, ideo practica eorum ſententiam non recepit, cũ bãniti, & condemnati poſſint impunè offendi, & offendantur ſtatim, atque ſunt condẽnati, & nuſquam vidi, nec audiui offendentem bannitum, pendente termino ad appellandum, fuiſſe verſatum.

Non obſtat quod dicitur de extẽſione non faciẽda de caſu vero ad caſum fictum, quia rñdeo, theoricam, quam docui ſupra hoc eodem nu. ibi tantum operatur, eſſe in contrarium, quæ ſolidè confirmatur ex illis Doctrinis, in quibus oſtendi infra ſub nu. 160. & 161. quod confeſsio ficta habet eoſdem effectus, quos habet confeſsio vera, & ad textum in l. 3. §. hæc verba, in quo Modern. facit totum fundamẽtum pro cõtraria opinione, & ex quo Bar.
* Paul. de Caſt. & communiter* alij eo loci colligunt illam propoſitionẽ, ꝙ diſpoſitio ſtatutaria, loquẽs ſuper caſu vero, non extenditur ad fictum, niſi ſit expreſſum: priuſquam reſpondeam, refero formalia verba illius textus.

Nec verba &c. ſignificant illud tempus, quo quis poſt mortem alicuius negocia geſſerit, de quo fuit neceſſarium edicere: quoniam neque teſtatoris iam defuncti, neque hæredis, qui nondum adijt hæreditatẽ negocium geſſiſſe videtur.

Ex his verbis ſi tu modo ſumas hoc argumentũ: Ad hoc vt illud edictũ de geſtore negociorũ haberet locũ in caſu ficto, fuit neceſſarium ꝙ exprimeretur: ergo diſpoſitio ſuper caſu vero non extenditur ad caſum fictũ, niſi ſit expreſſum, vt extendať, quia, ſi fieret extẽſio ſine expreſsione, perperam diceret illa lex, ꝙ fuit neceſſarium edicere, ſeu inquã exprimere: ego rñdeo dupliciter, & primo, id ex ea lege non colligi: quia, dum ait, fuiſſe neceſſarium, non dicit ꝙ fuerit neceſſarium, quia ſit prohibita extenſio, ſed quia caſus erat dubius, vt clariſsime patet ex ratione, quam reddit: inquit enim, fuit neceſſariũ edicere, quoniam neq; teſtatoris, neque hæredis negocium geſsiſſe videtur: & hæc erat difficultas, ad quã tollẽdam dicit textus fuiſſe neceſſarium edicere: poterat ergo quiſpiam probabiliter dubitare, an illud edictũ, loquens de geſtore negociorum alicuius ꝑſonæ, haberet locũ in geſtore negociorũ hæreditariorũ: & quia videbať dicẽdũ ꝙ non: quia nõ poteſt dici, ꝙ geſſerit negocia teſtatoris, quia iam eſt mortuus, & mors oĩa ſoluit, Auth. de nupt. §. deinceps. videbať ſimiliter dicẽdũ, ꝙ non geſſerit negocia hæredis, quia is nondũ adierat hęreditatẽ, & ſic videbať illud edictũ in eo non habere locum: ideo lex, q̃ ſemꝑ eſt neceſſaria ad tollendas difficultates. l. Domitius. ff. de teſtam. l. ꝙ Labeo. ff. de Carbo. edict. & l. 1. ff. ad municip. fuit neceſſariò condita ad tollẽdã iſtã difficultatẽ, diſponẽdo ꝙ habeat locum ẽt in eo, qui gerit negocia hæreditaria, ex qua deciſione ſumo argumentũ oppoſitũ, & confirmo noſtrã ſentẽtiã, ꝙ diſpoſitum in caſu vero hẽt locũ in caſu ficto, & ſic poſſes euadere cõem intellectum illius textus: Imol. quem refert, & ſequitur Aſin. in pract. §. 19. c. 15, ſub num. 4. dat aliam ſolutionem ad iſtum textum: ſed quia eſt fragilis, omiſi.

Secundo rñdeo, & hæc eſt vera rñſio, ꝙ ille textus ſecũdum cõem intellectum probat ꝙ ſtatutum, diſponens ſuper caſu vero, non extendiť ad caſum fictũ. At ꝙ ſuper eo, quod à ſtatuto eſt fictũ loco veri, non habeat locũ diſpoſitio, quam facit ius cõmune ſuper caſu vero, hoc nõ probat ille textus, nec eſt verum. Declaro omnia: ſtatutum, ꝙ contumax habeatur pro confeſſo continet ſubiectum, & prædicatum: ſubiectum eſt, contumax, & loquitur de vero contumace, & propterea concedo iuxta communẽ intellectũ, quòd fictè contumax non habeatur pro cõfeſſo, ſicut docui etiam ſupra ſub nu. 40. Prædicatum eſt, quòd habeatur pro cõfeſſo, & in hoc fingit:

& dico quòd hic fictè cõfessus recipit dispositionẽ, quam ius commune facit super verè confesso: quia non extendimus statutum, loquẽs de casu vero: sed extendimus statutũ loquens de casu ficto ad casum verum iuris communis, seu è cõuerso: & quòd hæc extensio sit cõcessa admittit etiam ipsemet Moder. eadem q. 11. sub nu. 97. dum ait, paria esse quoad effectum, ꝙ quis sit verè, & ore proprio confessus in iudicio, & solẽniter, vel à statuto habeatur pro confesso: & sic habes quando fiat extẽsio, & quãdo nõ.

Non obstat secundũ, quod fictus contumax possit appellare, & non verus, quia limitando, rñdeo, fictionem non operari in casu ficto, quod operatᷣ veritas in casu vero, qñ hoc est declaratũ in iure, à quo istam declarationem habemus quotiescũque ratio, quæ militat in casu vero, apertè cessat, seu repugnat in casu ficto: quia vbi est diuersa ratio, ibi semꝑ debet esse diuersum ius vulg. iur. & in eo, in quo cessat, seu repugnat ratio, dẽt cessare fictio: declaro quomodo cesset fictio: exempli gratia. Nos habemus ex l. quædam. §. nihil. ff. de eden. & ibi gl. in verbo professionis, ex cap. tua nos, de vsur. & ex multis alijs allegatis per gl. in dicto verbo, professionis, quòd successor repræsentat eum, in cuius locum succedit. Itẽ ex pluribus iuribus, quòd Pater, & filius censentur vna eademque persona. Item ꝙ fideiussor stat loco principalis maximè quando, vt talis se constituit: & ꝙ diffamatio stat, & fingitur pro accusatore iuxta ea quæ scripsi supra c. 84. sub nu. 21. Et tamen notissimum est, ꝙ inter hos extant plures differentiæ: nam is, cui succeditur; si erat maior, poterat liberè disponere de rebus suis, quod non poterit facere successor, si erit minor, vel prodigus: Itẽ principalis, si est minor, non habet legitimam personã comparendi in iudicio, sicut habebit fideiussor, si erit maior. Similiter accusator tenebatur se inscribere ad pęnam talionis iuxta ea, q̃ scripsi supra c. 51. nu. ... & tamen in diffamationẽ, quæ succedit in locum accusatoris, seu fingitᷣ accusator, non cadit subscriptio, teste Follerio in pract. crim. in verbo. Audiãtur exceptiones ꝓponendæ ꝑ eos sub nu. 3. vnde liquet tibi, ꝙ ęquiparatio, & fictio procedit in his, in quibus natura æquiparatorum nõ repugnat: & sic in proposito: quoniam appellationis denegatio imponitᷣ veluti pœna q̃dam vero contumaci ꝑꝑ illum contemptũ, quem is committit aduersus iudicẽ in non comparẽdo, & ꝑꝑ tacitã renunciationẽ, quam videtᷣ facere non veniendo, & ille cõtemptus, & tacita renunciatio non possunt cõsiderari aliquo pacto in cõtumace ficto, cum is citationẽ ignoret: ideo in hoc non fingitᷣ verè contumax, & lex expressit, vt ei non sit denegata appellatio: etenim, si aliter sanxisset, fuisset iniqua, quia imposuisset illam pęnam in casu, in quo abest contẽptus, & dolus. At in fictè confesso, & cõuicto non est expressum, ꝙ possit appellare, & militat in eo eadẽ ratio, q̃ militat in verè confesso, & conuicto. Igitᷣ, sicut verè conuictus, & confessus non põt appellare, ita nec fictè confessus, & cõuictus. Quòd non sit expressum patet ex inspectione, ꝙ militet eadem ratio probatᷣ, quia appellatio verè confessi, & conuicti est reijcienda ex eo, ꝙ est friuola, cũ sit interposita à notorio delinquente, vt dixi sup. nu. 62. in fi. & nu. 123. & 12? . & hæc eadẽ ratio militat in fictè confesso, & conuicto iuxta ea, q̃ scripsi infr. nu. 160. & 161. & in pluribus alijs. Non obstat tertiũ de non cogendo patre ad solutionẽ legitimæ, qñ filius fuit condẽnatus in contumaciam, quia rñdeo dupliciter, & primo, ꝙ ibi non fit extensio de vno casu ad aliũ, quia militat ꝑiudicium patris, & sic tertij, quo casu sentẽtia, lata in contumaciã, non operatᷣ effectum cõtra tertiũ, vt latè prosequitur Fely. in c. cum Bertoldus, nu. 20. de sent. & re iudic. & breuiter in proposito notat Boss. tract. crim. tit. Banniti quid amittant nu. 19. Secũdo rñdeo, illam opinionem esse potius quodã benigno vsu iudicũ receptã, q̃ iuridicam, sicuti ostẽdimus supra c. 93. falsam quoq; esse eam, ꝙ bannitus in cõtumaciam non possit impunè offendi, quæ tamen erat communis: vnde in proposito Pius IIII. intuens forsan hanc opinionem, quæ seruabatur, non esse iuridicam, motu proprio incipiente. Licet dudum. §. & quia in cautionibus, vers. & si talis clausula. sub Dat. Romæ Calẽ. Iunij, & publicato die 26. Maij 1565. declarauit contrarium, nimirum, ꝙ pater teneatᷣ pro delicto filij, quamuis fuerit condemnatus in contumaciã, sicq; abluit illam opinionem, & corrigit Cõstitutionem Marchiæ, quæ contrarium disponebat.

Non obstat quartum, de statuto, permittente, bãnitum propter maleficiũ posse impune offendi: quia argumentum retorquetur in contrarium, cum illud statutum habeat locum etiam in bannito condẽnato in contumaciam, vt docui supra eod. c. 93. sub nu. 1. ibi. Si loquamur de bãnito primo modo &c. Quare si contra bannitum fictè confessum habet locum etiam pęna vltimi supplicij, multò magis poterit cõtra eundem habere locum denegatio appellationis, quæ est minor pœna.

Non obstat quintũ de sanatione defectuũ, faciẽda ꝑ veram confessionẽ, & non per fictam, quia rñdeo, in processu, ex quo resultat confessio ficta, non posse considerari defectũ processus: vnde frustra dicitur, ꝙ ea nõ sanet defectus: quia quomodo vis, vt sanet processum, qui non languet? Quòd in processu non possit considerari defectus, doceo. Cõfessio ficta non emanat, nisi hæc interueniant: primũ vt iudex assumpserit informationes, in quibus legitima extẽt indicia, & deinde legitimè reũ indiciatum citauerit. Secundũ, vt reus sit contumax, & à iudice declaratus pro cõfesso, & sic ijsmet, ex quibus emanat ficta confessio, conficitur processus, quasi dicamus, ꝙ confessio non oritᷣ, nisi ex processu in contumaciã ritè, & rectè fabricato, seu ꝙ cõtumacia, non ritè fabricato processu, non inducit confessionẽ. Quòd si postq̃ emanauerit posset aliquis oriri defectus, dico ꝙ illũ sanaret, & ita saluatᷣ, & procedat opinio Bartoli in cons. 100. incipiẽte. A Dño Cyno de Bononia col. 2. vers. super quarto. quẽ sequitur Nell. tract. de bãn. in 1. par. 2. temp. q. 49. in fine, & refert Mars. in pract. crim. §. postq̃, nu. 36. volentis, ꝙ confessio ficta inducta per statutũ sanet defectus, sicut cõfessio vera. Nec mireris, ꝙ non sanet defectus inquisitionis, seu citationis: quia dico, ꝙ tunc confessio nõ extat: Et idẽ dico de cõfessione vera, ꝙ illa sanat defectus, qñ est in perfecto esse deducta, & non aliter: Exẽpli gratia, quãdo confessio esset dubia, vel non

ſponte facta, ſed cruciatu tormentorum, vel extra iudicium, vel coram priuato, carẽte iuriſdictione, vel in caſu, in quo non conſtaret aliquo modo de corpore delicti: his caſibus dico, ꝙ iſta vera confeſſio non inducit notorium, & non ſanat defectus, quia nõ eſt illa vera confeſſio, de qua Doctores proferũt, quòd ſanat defectus: vnde vides non dari differẽtiam inter confeſſionem veram, & fictam, niſi in modo eſſendi, quia vera depromitur ex ore, & ſponte: ficta verò ex proceſſu in contumaciam, vt dixi.

Minus obſtant aliæ differentiæ per Rol. à Val. & Flam. Cart. adductæ in locis allegatis, quia reſpondeo dupliciter: primo, ꝙ vel ſunt falsò traditæ, vel adeſt aliqua particularis ratio. Secundo reſpondeo ꝙ ſicut multæ inter eas numerantur differentiæ, ita etiam multæ aſſignantur analogię, & conuenientię, vt videre eſt apud Foller. in pract. crim. in verbo. Et ſi confitebuntur in 4. par. 3. par. nu. 28. cum ſeqq. & eundem Flam. Cart. eodem ca. 1. nu. 31. & ſeqq. vnde quemadmodũ dicimus de lege, quæ patitur plures intellectus, ꝙ non poteſt allegari ad deciſionem cauſarum, quia non magis vnus, quàm alius eſt attẽdendus, teſte Bal. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. quẽ refert, & ſequitur Vant. tract. null. Rubr. de null. ex defe. proceſſ. nu. 119. ita quoque dicemus hic, quòd non magis ſunt attendendæ differentiæ, quàm conuenientiæ, quia cur maiori nocumento poſſunt eſſe differentiæ, quàm adiumento conuenientiæ?

Firma igitur remanet iſta concluſio, ꝙ fictè confeſſus, & conuictus non admittitur ad appellãdum. Ex diſpoſitione tamen quorundã motuum propriorũ, de quibus egi inf. nu. 137. iudex debet adhuc illũ audire in ſuis defenſionibus, quia licet prohibeatur appellatio, tamen non denegatur audientia.

127 †Limita prædictam concluſionem de iure cõmuni, vt non procedat quando confeſſus, & conuictus exprimeret in appellatione aliquam iuſtã cauſam, quæ iudicis animum deberet mouere ad ſuperſedẽdum, quia tunc eſſet abſtinendũ ab executione iuxta ea, quæ ſcribunt Boſſ. tract. crim. titu. de appellat. num. 27. & Vulp. conſ. 137. nu. 6. dicens Boſſius ex Ang. Aret. quem allegat, poſſe cõſiderari plures cauſas iuſtas ad ſuperſedendum, & nos iuſtiſſimam dicimus, quando condemnatus allegaret, ſe ignoraſſe citationem, ſeu non potuiſſe comparere, quia ſi horum alterum probetur, excuſatur à contumacia, & ſubinde omnia inde ſecuta euaneſcerent: & quam ob cauſam appellatio, quæ eſt prohibita, cõcedatur vide Cauenſ. ſuper Ritu 120. num. 9. & Flam. Cart. qui eum refert, & ſequitur dicto cap. 1. nu. 274.

128 †Sed aduerte, quia ad probãdam citationis ignorantiam non ſatis ei eſſet probare, quòd fuerit citatus domi, & ꝙ ipſe tunc temporis erat abſens, quia adhuc præſumitur verus contumax iuxta ea, q̃ ſcripſi ſupra, ſub nu. 40. in ſexto quæſito. Verum tamẽ eſt, ꝙ ex quo eſt præſumptio iuris, & non iuris, & de iure, ſi probaret ignorãtiam citationis per liquidiſſimas probationes, excuſaretur à cõtumacia: & ꝓbatio harũ iuſtarũ cauſarũ fieri põt corã iudice à quo.

Dubitatur tertio, an iudex poſſit huiuſmodi ſententiã reuocare? Hanc dubitationẽ congruè diſſolui in diſtinctione, quam feci infra nu. 131. & ſeq.

129 †Capio quintum, & vltimum caſum, quando cõparet, poſtquam ſententia trãſijt in rem iudicatam, quem expediam per decem, & ſeptem quæſita, per vndecim difficultates, & quinque dubia. Quæro ergo primo, quando ſententia dicatur tranſire in rem iudicatam? Reſpondeo, diſtinguẽdo: Aut loquimur de iure communi: Aut ſecundũ ſtatuta vrbis, & motus proprios de quibus egi infra nu. 137. Si de iure communi, dico indiſtinctè, ꝙ trãſit in rem iudicatã, ſi condemnatus non appellauerit infra decem dies, vt dixi infra num. ſeq. Si ſecundum ſtatuta Vrbis, & motus proprios, diſtinguo: Aut loquimur de re iudicata quoad effectum ligandi manus iudicis à quo, & deuoluendi negocium ad ſuperiorẽ: præſuppoſito, ꝙ liceat appellare: Aut quoad effectum, vt res iudicata habeat executionem paratam, & reus nõ ſit amplius audiendus ſuper delicto, niſi ſit admiſſus ꝑ Principem ad nouas defenſiones. Si primo caſu: dico, quòd motus proprij nihil diſponunt, ſed ſecundum ſtatuta vrbis lib. 1. c. 166. tranſibit in rem iudicatam per lapſum octo dierum. Si in ſecundo caſu: dico, ꝙ non dicitur tranſire in rem iudicatam, niſi ſit lapſus annus, vel reus ſit captus quandocunque iuxta ea, quæ ſcripſi infra ſub dicto num. 137.

130 Quæro ſecundo,† an cõdemnatus poſſit appellare poſtquam ſententia tranſiuit in rẽ iudicatam, ſeu inquam poſtquam lapſi ſunt decem dies dati ad appellandum? Reſpondeo firmiter, ꝙ non, tùm quia militant rationes, quas adduxi ſupra num. 126. tùm quia ſententia tranſiuit in rem iudicatam iuxta ea, quæ ſcripſi infra ſub num. ſeq.

131 †Quæro tertio, an iudex poſſit huiuſmodi ſententiam, latã ſuꝑ fictã cõfeſſione, reuocare ex ſuperuenientibus fortioribus probationibus? Rñdeo: Aut ſupponimus bannitum perſeuerare adhuc in bãno, & contumacia: Aut ſtamus in terminis præſuppoſitis, ꝙ comparuerit poſt latam ſententiã. Si primo caſu: certiſſimi iuris eſt, ꝙ iudex non poteſt, nec debet reuocare ſententiam, niſi vno caſu, quando ſcilicet ſibi notoriè conſtaret, illam ſententiam eſſe nullam iuxta ea, quæ ſcripſi infra nu. 187. exemplum ponit Fely. in ca. conſanguinei nu. 10. de ſent. & re iudi. Si in ſecundo, diſtinguo: Aut loquimur ſecundum ius commune: Aut ſecundum motum proprium Pij IIII. incipientẽ. Licet dudum. in §. prẹterea quoniã: Dat. Romæ Cal. Iunij, & publicatum die 26. Maij 1565. & ſecundum motum propriũ Pij V. incipientẽ. Cum ob innumeras. §. Cumq; etiam, publicatũ die 20. 1566. & ſecundũ eiuſdem motum propriũ, incipientem, Dudũ poſtq̃. §. Nos igitur. verſ. Quòd banniti. Rubricatũ. Declaratio Pij Papę V. quomodo Rei in contumaciã cõdẽnati, & infra annũ capti &c. & ſecundũ ſtatuta vrbis lib. 2. c. 14. Si ſecũdum ius cõe: rurſus diſtinguo: Aut loquimur de reuocatione poſt lapſa tẽpora ad appellandum: Aut de reuocatione ante lapſa tẽpora. Si de reuocatione poſt lapſa tẽpora: videtur prima fronte dicendum, quòd poſſit, quia ſententia, quæ non tranſit in rem iudicatam, poteſt, ſuperuenientibus fortioribus probationibus via querelæ, quandocunque reuocari ab eodem iudice. Et has duas inſignes differentias nota hic obiter inter appellationem, & querelam:

alteram reſpectu temporis, & alteram reſpectu iudicis. Reſpectu temporis, quia appellatio poteſt interponi ſolum infra decem dies à die latæ ſententiæ Auth. hodie, & ibi Salyc. C. de appellat. querela verò in cauſis, quę non tranſeunt in rem iudicatam, poteſt interponi lapſis decem diebus quandocunque, vt tradit Maran. in ſuo Spec. par. 6. in tertia, & vltima parte. in verbo. Et demum fertur ſententia nu. 155. quoniam ſententiæ, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, quales ſunt omnes ſententiæ, latę ex conſilio Doctoris, ſeu ex iudicio peritorum ad tradita per Romanum conſ. 228. pro plena nu. 16. Affl. deciſ. 33. num. 5. & 6. Marſ. in pract. crim. §. ordine ſucceſſiuo nu. 3. Marant. in dicto verbo. Et demum fertur ſententia nume. 130. 131. & 132. & eadem par. 6. actu 2. principali. in verbo. Et quandoq; appellatur num. 115. & Carauit. ſuper Ritu 267. nu. 10. qui alios allegant. Item ſententia lata ſuper cauſa matrimoniali ad tradita per Abbatem, & alios in cap. conſanguinei. de re iud. & in ca. ſicut, de teſtib. & latè per Fely. in cap. lator, per totum. de re iud. & poſt eos per Maran. dicto verbo. Et demum fertur ſententia in ſexto caſu num. 135. & dicto verbo. & quandoque appellatur num. 115. Item ſententia, lata ſuper cauſa hæreſis, vt docui ſupra cap. 95. num. 2. & aliæ plures, de quibus vide per Maran. dicto verbo. Et demum fertur ſententia à nu. 130. vſque ad nu. 154. excluſiuè, qui enumerat vigintiquatuor caſus, in quibus ſententia non tranſit in rem iudicatam; poſſunt reuocari quandocunque intra ſpacium triginta annorum, ſi in eis non vertatur animæ periculum, vt ex Card. in clem. prima. quæſt. 14. de re iudic. Salyc. in l. ſi præſes. C. quomo. & quan. iud. Decius in cap. dilecto col. 5. verſ. quinto quæritur. de appellat. & alijs refert, & ſequitur Marãt. dicto verbo. & demum fertur ſententia num. 154. aliàs, ſi vertatur periculum animæ, poſſunt reuocari in perpetuũ quandocunque, vt tradunt ijdem Doctores, & iſto caſu procedat, quod tradit Iaſ. in l. admonendi, nu. 38. ff. de iureiuran. dicens, ſententiam latam ex præſumptiuis probationibus poſſe reuocari quandocunque vſque ad mille annos, & vltra. Aduerte tamen, quòd iſta querela non retardat effectum exequutiuum, quem produxit res iudicata per lapſum decem dierum: vnde lapſis decem diebus, præcluditur via appellationi, & iudex poteſt exequi ſententiam, ſaluo tamen iure retractationis, vt refert, & ſequitur Natt. conſ. 444. nume. 12. & 13. quod dictum intelligas procedere quando executio eſt retractabilis. Et hæc de prima differentia. Reſpectu iudicis, quia appellatio deuoluit cauſam ad ſuperiorẽ, querela vero minimè, ſed venit cognoſcẽda ab eodem iudice, vt declarant gl. notab. in clem. 1. de iur. patr. Paul. de Caſtr. in l. fin. nu. 16. C. de edict. Diui Adr. tol. & ibidem Alex. col. 11. circa fin. & Iaſ. num. 29. & Maran. in ſuo Spe. par. 6. actu 2. principali, in verbo. Et quandoque appellatur num. 116. qua querela interpoſita, & per iudicem præmiſſa ſummaria cognitione, an allegetur aliqua vero ſimilis, & probabilis cauſa, poterit ipſemet iudex ipſum querelantem reſtituere in integrum, & denuò audire, quia hæc reſtitutio non eſt petenda à Principe, teſtibus Dominico in ca. venerabilibus. §. porrò. col. 1. de ſent. excom. in 6. Fely. in dicto c. lator, ſub num. 8. & Flam. Cart. tract. de execut. ſent. capto bann. c. fin. ſub nu. 316. Dixi, præmiſſa ſummaria cognitione &c. quia non eſt indiſtinctè concedenda teſtibus iiſdem Felyn. in dicto cap. lator, nu. 6. & Maran. in dicto verbo, Et demum fertur ſententia in fine, eaque conceſſa, poteſt ipſemet iudex ex fortioribus probationibus huiuſmodi ſentẽtiam retractare iuxta ea, quæ magis in terminis ſcribunt Iaſ. in l. Diuus. nume. 10. ff. de re iud. Fely. in dicto ca. lator. ſub num. 8. & latè in cap. propoſuiſti, num. 10. & 11. de probat. & Moder. in qq. crim. lib. 1. quęſt. 11. nu. 8. & 13. & Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 114. num. 3. His differentijs obiter relatis, redeundo ad argumentum, facio minorem propoſitionem.

At ſententia, de qua verba facimus, non tranſit in rem iudicatam. Igitur poteſt ab eodẽ iudice quandocunque, ſuperuenientibus fortioribus probationibus, reuocari.

Quod non tranſeat in rem iudicatam, probatur, tùm quia eſt lata in contumaciam, tùm quia dicitur lata ex præſumptiuis probationibus, tùm quia, ſi ſit lata ſuper crimine capitali, continet pœnã corporalem, quæ ſententiæ non tranſeũt in rem iudicatam, ſicuti de lata in contumaciã teſtantur Ioã. de Anan. in c. de his. de accuſat. Fely. in c. conſanguinei, num. 11. de ſent. & re iud. Boſſ. tract. crim. tit. de remed. cõtra bann. ſub num. 4. & Flamin. Cart. qui nonnullos alios allegat tract. de execut. ſent. capto bann. ca. 3. nu. 51. & c. fin. nu. 22. & videtur probari argumento textus in l. penul. ff. de requir. reis, & in l. 2. C. eod. dũ inde habemus abſentem damnatum nulla temporis præſcriptione à cauſę defenſione eſſe ſubmouẽdum: vnde in cauſa hæreſis, ſi abſentis ſtatua ſit cõbuſta, nihilominus rediens debet audiri, vt recenſet Simanc. de Cath. Inſtit. tit. 2. nu. 20. & apertius videtur probari ex eo, quòd ſcribit Boſſ. tract. crim. tit. de for. compet. nu. 49. dicens, ꝙ ſi Senatui præſentẽtur aliquæ ſententiæ ab Vrbe Romæ, & earum petatᷣ executio, Senatus conſiderat an ſententia ſit lata ex contumacia, citato lapide, & tunc inquit non exequitur, ſicut nec Rota Romana exequitur talem ſentẽtiam, niſi quatenus illa ſit intimata perſonaliter, & non ſit ab ea appellatum. Imò Rot. diuerſ. deciſ. 68. nu. 1. par. 1. in vna Romana Canonicatus ſancti Angeli die vltima Februarij 1567. corã R. P. D. Cotta. & in vna eiuſdem cauſæ coram eodem die 17. Maij. eiuſdem anni: tenuit, ꝙ ſententia, lata in contumaciam, ſit interlocutoria, & poſſit reuocari quandocunque per comparitionẽ: & ſimiliter deciſ. 136. par. 1. in vna Imol. Caſtrorum die 22. Aprilis 1575. coram R. P. D. Seraphino relatiuè ad iſtas corã R. P. D. Cotta. & deciſ. 369. eadem par. 1. in vna Ciuitatis Caſtelli de Vittellis corã eodem R. P. D. Seraphino die 10. Decembris 1577. vbi nu. 5. tenuit, ſententiam contumacialem reſolui per comparitionẽ, & ea reſoluta, euaneſcere omnes illius effectus, & hoc procedere, etiamſi extet ſtatutum, quòd contumax habeatur pro confeſſo, vt tradit nu. 9. & quòd ſit interlocutoria tradit etiam Foſſanen. deciſ. 122. num. 15. De lata ex probationibus præſumptiuis, hoc

hoc eſt, priuilegiatis teſtantur Innocent. in capit. tua nos. in gloſ. magiſtrali, in verbo. ſed eſt mirabile. de cohabitatio. clericor. & mulier. quem notabiliter refert, & ſequitur Ang. in l. 1. C. ſentent. reſcind. * non poſſ. & poſt eum communiter * omnes, teſtantur etiam Abb. in cap. propoſuiſti, & ibidem Felyn. ſub nu. 10. de probat. Iaſ. in dicta l. admonendi nu. 38. ff. de iureiur. Dec. in l. bene eſt num. 64. ff. ſi cert. pet. Maran. in ſuo Spec. par. 6. in 3. & vltima parte, in verbo, & demum fertur ſententia nu. 133. Rol. à Val. conſ. 60. num. 33. lib. 2. Natt. dicto conſ. 444. num. 5. & 6. & ſub num. 8. vbi etiam euellit nonnullas ſpinas, & Flam. Cart. dicto cap. 3. num. 51. & ca. * fin. num. 22. & eſt communis, * de qua teſtantur Iaſ. in dicta l. admonendi ſub num. 41. latè Ioan. de Amic. conſ. 102. ſub num. 4. & 7. Viui. in ſuis cōmun. opin. opinion. 706. & 707. relatus inter commun. opin. tom. 2. lib. 7. tit. 14. num. 209. de re iud. & Cacher. ſimiliter in ſuis commun. opin. quos refert, & ſequitur Cart. dicto cap. 3. ſub num. 52. & poſt eum Moder. dicta q. 11. num. 8. & bene probatur ex textu in l. ſi qui adulterij, & ibi Bar. Bal. & alij. C. ad l. Iul. de adult. qui loquitur de ſententia abſolutoria. De ſententia, quę continet pœnam corporalem, teſtantur Abb. in cap. de his. in principio. de accuſat. & ibidem firmius Ioan. de Anan. & Foſſan. deciſ. 262. ſub num. 4. & fundatur iſta opinio in illa ratione, quòd, ſi ſententia condemnatoria, quæ continet pœnam corporalem, tranſiret in rem iudicatam, ſequeretur, quòd reus, tacendo, poſſet effici dominus membrorum ſuorum contra textum in l. liber homo. ff. ad l. Aquil. cum ſimil. Quòd hæc ſententia, de qua loquimur, ſit lata in contumaciam, iam ſupponimus, quòd dicatur lata ex præſumptiuis probationibus, & propterea non tranſeat in rem iudicatā. teſtantur Rot. in terminis dicta deciſ. 136. nu. 4. par. 1. & Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 11. num. 13. & quòd * hæc ſit communis * opinio teſtatur Flam. Cart. dicto tract. de execut. ſent. capto bann. cap. 1. num. 29. in fine, quem refert, & ſequitur Moder. dicta q. 11. num. 8. in fine, & patet, quia eſt lata ſuper ficta probatione, ſeu inquam cōfeſſione ex diſpoſitione ſtatutorum, diſponentium contumacē haberi pro confeſſo. Quòd contineat pęnam corporalem, hoc dependet ex præſuppoſita delicti qualitate, & ſic concludenter oſtendimus, quòd hæc ſententia pluribus de cauſis non tranſit in rem iudicatam.

Contrariam ſententiam, quòd iudex poſt lapſa tempora ad appellandum nequeat ſententiam corrigere, etiam ſuperuenientibus fortioribus probationibus, oſtēdo, retorquendo argumentum in contrarium.

Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, habetur ex præſumptione iuris, & de iure pro veritate l. ingenuum. ff. de ſtat. homi. & l. res iudicata. ff. de reg. iur. & ideo de ea amplius quærendum non eſt l. ad ſolutionem. C. de re iud. l. poſt rem iudicatam. ff. eodem, niſi fuerit impetrata reſtitutio in integrum à Principe, vt probatē ex textu in l. 1. §. ſi quis vltro. ff. de quæſtio. & in l. Diui fratres. ff. de pœn. & tradunt Ioan. Andr. in ca. ex literis. de reſtitut. in integr. Felyn. in dicto cap. lator. ſub num. 8. ibi. Cæterum &c. de ſent. & re iud. & Dec. qui nonnullos alios allegat in l. ſi fugitiui num. 83. C. de ſeru. fugit. & in l. bonorum poſſeſſio num. 49. C. qui admitti. & quòd iudex poſtquam ſententia tranſiuit in rem iudicatā non poſſit ad eam manus apponere vide Boſſ. tract. crim. tit. de remed. iuſti. con. ſent. &c. num. 1. immo quia ſupplicare aduerſus rem iudicatam reputatur impoſſibile, & ſupplicans punitur, vt ex Bal. refert, & ſequitur Iaſ. in l. fin. not. 5. num. 7. C. vt lite pend. & ex Iaſone Boſſ. tract. crim. tit. de ſuppl. aduerſus rem iud. ſub num. 1. dico, quòd reſtitutionis reſcriptum, quamuis eſſet impetratum à Principe, non teneret, niſi eſſet in eo appoſita illa clauſula, *non obſtante, quòd ſententia tranſiuerit in rem iudicatam*, iuxta ea, quæ ex eiſdem, & alijs ſcripſi infra nume. 151.

At ſententia, de qua nos agimus, tranſit in rem iudicatam, ſi non ſit appellatum infra decem dies: ergo non poteſt ab eodem iudice reuocari.

Quòd tranſeat in rem iudicatam probatur ex reſponſionibus ſequentibus, quas affero ad adducta in contrarium.

Eſto igitur, quòd iudex poſſit reuocare ſententiam à ſe latam, quæ non tranſit in rem iudicatam: Iſta non tranſit: Hoc negatur: Nam quòd ſententia, lata in contumaciam, non tranſeat in rem iudicatam, quomodo ſit verum, audi: Aut ſententia fertur ex contumacia, non liquidato negotio, qualis eſt ſententia miſſionis in poſſeſſionem ex primo decreto in cauſis ciuilibus, item in criminalibus ſententia annotationis bonorum, & banni. Item ſententia lata ab obſeruatione iudicij, & ſimiles: Aut fertē in vim probationis, ſeu confeſſionis, qualis eſt ſententia, quæ fertur contra contumaces vigore ſtatutorum, quòd contumax habeatur pro confeſſo. Si loquimur de ſententia, quæ fertur, non liquidato negotio, verum eſt, quòd non tranſit in rem iudicatam, quia eſt interlocutoria, &, quia eſt lata ſine plena cauſę cognitione, poteſt non ſolum retractari ex efficacioribus probationibus, ſed reuocatur per ſolā Rei comparitionem, comparentis infra annum reficientis expenſas, & cauentis de iudicio ſiſti iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. præcedenti num. 8. in quarta differentia: & de ſententia lata ab obſeruatione iudicij propter contumaciam actoris quòd ſit interlocutoria vide ſupra cap. 93. num. 4. in 1. quæſito, & quòd actor audiatur, refectis expenſis, obiter innui ſupra cap. 94. ſub nu. 3. ibi. In ciuilibus verò &c. loquendo in cauſis ciuilibus ad differentiam criminalium, & ita procedat quod tradunt Flam. Cart. dicto cap. fin. & Rot. in allegatis deciſionibus, dū ait, ſententiam latam in contumaciam eſſe interlocutoriam, & reuocari quandocunque per comparitionem.

Si loquimur de ſententia, quæ fertur in vim probationis vigore ſtatutorū &c. qualis eſt iſta, de qua verba facimus, dico, quòd tranſit in rem iudicatam, quia dicitur lata ex iudicato, & ideo non reuocatur per Rei comparitionem, & expenſarum refectionē iuxta ea, quæ docui dicto cap. præcedenti. ſub num. 21. ibi. vnde nota obiter, & tu, qui verſaris in foro capitolino, iam noſti quomodo hoc ſit verum, ſi tu

non

non appelles à sententia, lata super articulis, habitis pro confessatis, & pro hac distinctione bene faciunt, quæ scribit Bar. in l. diuus. ff. de custo. & exhib. reor. relatus etiam à Flam. Cart. tract. de execut. sent. capto ban. cap. 1. num. 230. dicens, quòd de iure communi contumax quicunque comparens debet audiri ex integro, sed, quòd secundum statuta Italię, quę disponunt contumacem haberi pro confesso, fertur sententia, vt in confessum., &, eo capto, illa executioni mandatur. Et quòd huiusmodi sententia, lata in contumaciam, transeat in rem iudicatam vide Gram. decis. 24. num. 3. 4. & 5.

Similiter quod sententia, lata ex probationibus præsumptiuis, non transeat in iudicatum admitto, sed quòd ista dicatur lata ex talibus nego. Nam aliud est præsumptio, aliud fictio, præsumptio denotat probationem non plenam, nec certam, sed verosimilem, quæ propterea ex æquali præsumptione, & à fortiori ex plena probatione tollitur. Sed fictio facit probationem plenam non secus, ac vera probatio, & ideo non tollitur per coniecturas, & præsumptiones, sed solum per liquidissimas cõtrarias probationes, quæ requirerentur ad tollendam probationem veram iuxta ea, quę scripsi infra num. 161. & ꝓ hac differẽtia vide, quæ scribit Boss. tract. crim. tit. de remed. contra bann. sub nu. 4. Et vis videre, quòd ista sententia in effectu non dicatur lata ex probationibus præsumptiuis & priuilegiatis? attende hoc, quòd imponitur pœna ordinaria delicti, & corporalis, quæ non imponitur quãdo fertur sententia ex probationibus priuilegiatis, & præsumptiuis iuxta ea, quæ scripsi infra num. . . Sed quid amplius est super hoc disputandum, postquàm docuimus supra nu. . . istas confessiones veram scilicet, & fictam omnimodo ęquiparari? si igitur sententia lata super confessione mera transit in rem iudicatam, ergo etiam lata super ficta. Immo dixi infra num. 160. fictam confessionem esse veram confessionẽ, & dato, & nõ concesso, quòd diceretur lata ex probationibus præsumptiuis, tamen, ex quo sunt præsumptiones, super quibus statutum disponit, potest ex eis deueniri ad sententiam etiam capitalissimã, vt tradit Boss. tract. crim. tit. de conuict. num. 29. Vnde posset attentari, quòd isto casu faciat transitum in rem iudicatam.

Quòd sententia, continens pœnam corporalem non transeat in rem iudicatã similiter negatur, quia contrarium, quod est verius, tenuerunt Abb. in cap. de his, de accusat. Fely. in cap. consanguinei num. 6. de sent. & re iud. & in dicto cap. de his num. 1. Boss. tract. crim. tit. de appellat. nu. 5. Foller. in pract. crim. in verbo. pœnis debitis feriantur num. 54. & Andr. Gail. tract. de pac. publ. lib. 2. cap. 5. nu. 4. vbi respondet ad motiuum in contrarium, vis ergo vt ista sententia non transeat in rem iudicatam? serua præceptum Catonis. *Para te foro*, vt admonet etiam Bal. cons. 277. in causa Guglielmi. lib. 5. & Crauet. cons. 103. visis multiplicibus processibus sub nu. 1.

Non obstat, quòd Rota in decis. allegata supra ibi. Immo Rota diuers. tenuerit, istam sententiã esse contumacialem, & dici latam ex præsumptiuis probationibus, & propterea reuocari per comparitionem, quia respondeo, quòd Rota attendit dispositionem iuris communis, vnde in illa decis. 136. nu. 2. tradit, quòd decreta cameralia, ex quo erant lata in contumaciam, non erant mandanda executioni, nisi post lapsum annum per l. fin. ff. de requir. reis. & sic attendit illam legem, quæ loquitur de annotatione bonorum, quæ reus contumax recuperat quandocunque comparet infra annum, quia illa annotatio est sententia interlocutoria iuxta ea, quæ scripsi supra sub num. 5. & in pluribus alijs locis, & quatenus ait, quòd ex tenore ipsarum sententiarum, & ex processu colligi potest, an sint latæ ex contumacia, bene loquitur, sed quatenus tradit, quòd sententia, lata in contumaciam vigore statuti, quòd cõtumax habeatur pro confesso, non transi' in rem iudicatã, dico, quòd loquitur contra prædictas rationes satis vrgẽtes, & propterea ego ab ea recederem, quamuis tu, qui dicis (& rationabiliter) melius esse errare cum Rota, quàm mecum bene dicere, aliter sentias, sed reminisci oportet, quòd & si Rotæ auctoritas magna sit iuxta ea, quę scripsi supra cap. 26. num. . . tamen scimus etiam, quòd Rota quandoque rotat, hoc est, variat, ac pugnantes, & contrarias edit decisiones, vt testantur Vestr. in practic. lib. 8 cap. 3. nu. 15. circa medium, & Luc. Pæt. in pract. Capitol. lib. 7. cap. 1. num. 21. versus finem, & ipsamet Rot. diuers. decis. 346. num. 8. par. 1. in illo articulo de restitutione in integrum, an detur aduersus tres conformes: dicens, quòd quandoque tenuit affirmatiuam, & quandoque negatiuam, quæ varietas, & contrarietas nobis argumento esse potest, ꝙ eius decisio non est ita firma, vt contraria sententia non possit esse vera. & propterea iudex, qui motus vrgenti ratione iudicaret contra eam, non erraret, immo secundum Viuium in suis cõm. opin. in verbo. Iudex in iudicando: tenetur potius sequi communem opinionem, quàm decisionem Rotæ. At nos satis ostendimus supra cap. 93. sub num. 1. ibi. & satis videtur &c. quòd dicta decisio Rotæ 369. in eo, quòd vult, sententiam latam in contumaciam vigore dictorum statutorum dici latam propter contumaciam, & non propter delictum, est contra cõmunem opinionem. Igitur in hoc articulo non est de ea multum curandum. Quid resoluimus? Distinguo: Aut condemnatus vult ostendere suam innocentiam, & probare, se non commisisse illud delictum, & proinde petit à iudice, vt ipsum restituat in integrum aduersus rem iudicatã, & audiat suas defensiones: Aut vult probare, se non potuisse prius comparere, quia stetit semper in fortijs hostiũ, seu aliter carceratus, & proinde petit, se restitui aduersus sententiam, & rem iudicatam. Si primo casu, qui est casus propositi dubij, teneo secundam opinionẽ negatiuam, quòd iudex non possit sentẽtiam reuocare, quamuis reus fortioribus probationibus innocentiam ostenderet, quia, ex quo sententia transiuit in rem iudicatam, iudex non potest super ea amplius manum apponere, nec Rei probationes audire, nisi is sit restitutus à Principe iuxta ea, quæ scripsi supra. ibi. sententia, quæ transiuit &c. &, si aliter faceret, videretur ipse bannitum admittere ad nouas defensiones, quod facere nõ potest: vnde Clar.

lib. 5.

lib.5.recept.ſent.q.94.verſ.eſt etiam.refert, à Senatu fuiſſe grauiter reprehenſum Commiſſariũ Pontremuli, qui ſua auctoritate ad nouas defenſiones admiſerat quendam bannitum, & hæc ſententia eſt vera de iure, quicquid in contrariũ tenuerint Cart. & Moder. in locis allegatis, arbitrantes, eam non tranſiuiſſe in rem iudicatam, & in practica eſt tuta, ſicuti teſtatur idem Cart. dicto cap. fin. ſub nu.316. & cap.3.num.53. Quando tamen poſſit limitari cõſule Boſſ.tract. crim.tit.ſi aduerſ.rem iudic.reſtit.poſtul.per totum.

Si in ſecundo: cenſeo, ipſum eſſe audiendum ſuper allegato impedimento, quia non eſt admittere nouas defenſiones ſuper delicto, eoque impedimẽto probato, reſtituendum eſſe in integrum ab ipſomet iudice ex edicto Prætoris, de quo in l. 1. ff. ex quibus cauſis maiores,& iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra ſub num. 40. vide pro hac concluſione, quæ ſcribit Boſſ.tract.crim.tit.de banni nullit.nu.6.& optimè facit textus, quem allegat in l. quæſitum.ff. de re iud. & ratio, cur iſto caſu iudici non ſit prohibita facultas reſtituendi in integrum aduerſus rem iudicatã, ea eſt, ꝙ tolerantia, ſeu acquieſcentia partis ſententiæ latę,& ſubinde præſumpta rei iudicatæ veritas, quæ ſunt cauſa, vt iudex non valeat reſtitutionem concedere, ceſſant: ſi ceſſat cauſa, ergo ceſſabit effectus, quòd ceſſent probatur, quia qui ignorat ſententiam, ſeu eſt impeditus ne appellet ab ea, non dicitur illi acquieſcere, ſeu conſentire: vnde dicimus, quòd ignorãti, ſeu nõ valenti agere non currit præſcriptio,& quòd decem dies, qui dantur ad appellandum, non incipiant currere, niſi à die ſcientiæ de ſententia lata, ſed in caſu præcedenti, quia non ceſſat, ſed militat acquieſcentia ſententiæ, ideo nõ ceſſat, ſed militat effectus ipſius, qui eſt, vt iudex non poſſit reſtituere,& tene menti hanc rationem,&, reſtitutione conceſſa, dico, quòd euaneſcunt ſententia, res iudicata,& omnes alij effectus illius. Et hæc quando comparet poſt lapſa tempora ad appellandum.

132 † Si comparet antea: videtur clarè dicẽdum, quòd poſſit ex fortioribus probationibus ſentẽtiam retractare, quia ceſſat impedimentum rei iudicatæ, & intrat illa communis theorica, quòd iudex poſſit via querelæ reuocare ex efficacioribus probationibus ſententiam, à ſe latam, quæ non tranſit in rem iudicatam iuxta ea, quę ſcripſi ſupra circa principiũ huius numeri, hocque remedium querelæ ea præſertim ratione videtur in iſto caſu negari non poſſe, quia reus caret remedio ordinario appellationis, ſiquidem firmauimus ſupra, eum non poſſe appellare: vnde ſuccedit Doctrina Pauli de Caſtro in l.fin. num.16.C.de edict. Diui Adr.toll. docentis, quòd, vbi denegatur appellatio, ſit admittẽda querela via reſtitutionis.

Contraria ſententia ſuadetur ex eo, quòd iudex qui ſemel functus eſt officio ſuo, deſinit eſſe iudex, & ſententiam corrigere non poteſt l. iudex. ff. de re iud. hæc ſunt verba illius legis.

Iudex poſtquam ſemel dixit ſententiam, iudex eſſe deſinit, & hoc iure vtimur, vt iudex, qui ſemel, vel pluris, vel minoris condemnauit, amplius corrigere ſententiam non poßit: ſemel enim ſiue bene, ſiue malè functus eſt officio.

Ad idem habemus textum etiam in terminis in l. 1.§.ſi quis vltrò verſus finem.ff.de queſtio.& quòd * hæc ſententia ſit communis * teſtatur Gomeſ.cap. 8.delictorum, ſub num.4. quem referunt, & ſequũtur Clar.lib.5.recept. ſent.q. 98. verſ. Sed nunquid in fine. Flam. Cart. dicto cap. fin. num.47. qui ſæpe idem repetit, videlicet cap 3.num.6,22. & 56. & alios congerit Moder.in qq. crim. lib.1.q. 11. nu. 12. & quòd hæc opinio ſeruetur in Ducatu Mediolani teſtatur idem Clar. eodem lib.5.q. 44. verſ. Quæro nunc. dicens, comparentem poſt condemnationem non audiri, niſi ſit reſtitutus à Principe. Quid dicendum? Teneo adhuc eandem opinionem negatiuã, quòd iudex non poſſit reuocare ſententiam,& moueor tum ex allegatis iuribus in l. iudex.ff. de re iud. & in l. 1. §.ſi quis vltrò.ff. de quæſtio. tum ex glo. fin. in l.in cauſæ la 2.ff.de minor.25. ann. quæ ait, ſpeciale eſſe in eo textu, vt iudex valeat reſtituere aduerſus ſuam ſententiam, ſicuti dicemus nos, quòd ſpecialiter loquitur totus tit.C.ſi aduerſ.rẽ iud. quia loquitur de reſtitutione concedenda minoribus.

Ad adducta in contrarium reſpondeo, quòd iudex poteſt reſtituere aduerſus ſentẽtiam à ſe latam, eãque deinde ex fortioribus probationibus retractare, ſed non in caſu noſtro: Nam aut ſententia eſt talis, quæ de ſui natura non habet aditum ad rem iudicatam, quales ſunt omnes ſententiæ latæ vel ſuper infirmis probationibus, quales ſunt illæ, quæ feruntur ex iudicio peritorum, ex credulitate, ex conſilio doctoris,& ex probationibus pręſumptiuis, vel ſuper materia reſpiciente prȩiudicium animę, quales ſunt illæ, quæ feruntur in cauſis matrimonialibus, in cauſis vſurarum, hęreſis,& ſimiliũ,& tunc dico, quòd iudex poteſt ex fortioribus probationibus ſententiam retractare, & ratio in ſententijs latis ſuper probationibus infirmis eſt, quia, qui grauatur in vno, debet releuari in alio: vulg.iur. Sed reus grauatur in hoc, quòd poteſt condemnari ex probationibus præſumptiuis: Igitur debet releuari in eo, vt cõdẽnatio poſſit reuocari ex veris,& efficacioribus, & quia lapſis decẽ diebus, caret remedio ordinario appellationis, quæ deuolueret cauſam ad ſuperiorem, idcirco conceditur ei remedium querelæ coram eodem iudice, in ſententijs verò latis ſuper materia reſpiciẽte præiudicium animæ eſt propter ipſius animæ periculum, quod nec propter rei iudicatæ effectum, nec propter vllum tẽporis lapſum eſt admittendum: Aut ſentẽtia eſt talis, quæ poſſet trãſire in rem iudicatam, & tunc denuo diſtinguo, vel eſt interlocutoria, vel definitiua. Si interlocutoria, iudex poteſt illam reuocare, quia adhuc durat eius iuriſdictio,& natura interlocutoriæ eſt, vt poſſit reuocari, vt dixi ſupra num.105. & ſi grauatus prohiberetur ab ea appellare, poſſet via querelæ petere illã reuocari, vt docet Paul. de Caſtro in dicta l. fin. num.16.C.de edic.Diui Adr. toll. Si eſt diffinitiua, diſtinguo; Aut condemnatus poteſt appellare: aut non. Si poteſt appellare, dico, quòd non poteſt ſententiam reuocare, quia ipſe functus eſt officio ſuo, & deſijt eſſe iudex, & condemnatus habet remediũ ordinarium appellationis, quod facit ceſſare extraordina-

ordinarium, vt dixi supra sub num.40. ibi. si postea
133 videtur &c. † Limita hoc dictũ, vt nõ procedat, quãdo restitutio in integrum postularetur ex iusta causa juxta ea, quæ scribit Boss. tract. crim. tit. si aduers. rẽ jud. restit. postul. per tot. Exemplifico hic dupliciter: primo, quando ostenderet ignorantiam citationis, seu se legitimo impedimento detentum nõ potuisse comparere, quia tunc diximus eum posse restitui etiam aduersus rem iudicatã, vt docui supra dicto num.40. & hoc eodem num. ibi. si in 2. quod est magis difficile, & pro ista limitatione satis sunt ea, quæ dixi supra dicto num.40. Exemplifico secundo, vt non procedat, quando fuisset legitimè impeditus quominus potuisset producere aliquod instrumentum, quia restitueretur ex clausula generali: oportet tamen, quòd de illo impedimento fidem faciat, & quòd sit cautus, vt antequam feratur sentẽtia dicat, instrumentum esse deperditum, quia, probata deinde reperitione, datur ei restitutio in integrum, vt refert, & sequitur Paul. de Castr. in l. Imperatores num. 2. versus finem. ff. de re iudic. Nec obstat, quòd restitutionis remediũ veluti extraordinarium debeat cessare, quando adest appellatio, quæ est remedium ordinarium, quia respondeo, ꝙ remedium extraordinarium non cessat, quando est plenius, seu magis vtile, seu minus grauat, quàm ordinarium. Sed remedium restitutionis est plenius, quàm remedium appellationis. Ergo non cessat: vide ad hæc glo in l. fin. in verbo. Constat. versus finẽ. C. si aduers. rem iudic. de qua glo. facit festum, & reputat eam singularem Bal. in cap. Bertoldus col. 2. de re iudic. & eam sequuntur Bar. in dicta l. fin. & in l. 1. §. 1. & ibidẽ Ias. num. 11. ff. de oper. nou. nunc. idẽ Ias. in l. ita demum num. 7. limit. 1. C. de procur. vbi ostendit quomodo restitutio sit plenior, & communiter * omnes in diuersis locis. Minus obstat, ꝙ iudex dicatur functus officio suo, quia respondeo, eum non videri functum officio, quãdo superest iusta causa, vt possit restituere in integrũ. Et hęc quando posset condẽnatus appellare. Si non potest appellare, denuo distinguo: Aut appellatio est prohibita ob eminentiam iudicis à quo: Aut ob præsumptam calumniam appellationis. Si ob eminẽtiam iudicis: dico, quòd iudex potest via querelę restitutionẽ cõcedere, & sententiã reuocare ex efficacioribus probationibus, & ita procedat illa doctrina, quæ docet, restitutionẽ, seu inquam querelam concedi, vbi denegatur appellatio.

Si ob pręsumptam calumniã, vtputa, quia appellat notorius delinquens, qualis est is, qui spontè confessus est delictum, seu saltem qui est spontè confessus, & conuictus iuxta ea, quæ docui supra sub num. 118. ibi. tantũ operatur fictio &c. & num. 119. & hic est casus noster, & dico, quòd eadem calumnia, quæ ipsum repellit ab appellatione, debet repellere à querela, & sic habes conclusionẽ, quòd iudex nec post lapsa tẽpora ad appellandum, nec ante potest reuocare sentẽtiam, nisi per viam restitutionis in integrum cum distinctione, quam docui supra sub nu. 131. ibi. Quid resoluimus.

135 † Limita istam conclusionem, vt non procedat, quando sentẽtia esset ipso iure nulla, quia tunc tàm ante lapsos decẽ dies, ꝙ post potest illã reuocare sine vlla restitutione, dummodo sit iudex ordinarius iuxta ea, quæ docui infra sub num. 187. dico etiam post lapsos decẽ dies, quia sentẽtia nulla non potest transire in rem iudicatam, vide ea, quæ scripsi supra cap. . . . num. . .

136 † Limita secundo, vt non procedat quando sentẽtia esset lata contra minorem indefensum dicta l. in causæ, la 2. ff. de minor. 25. ann. & toto tit. C. si aduers. rẽ iudic. quia tũc potest restituere in integrum, & denuo audire. In restitutionis campo possem me latius diffundere, docẽdo coram quo iudice sit petẽda restitutio, quando dicatur principaliter, & quãdo incidẽter intẽtata, & an habeat effectum suspensiuum, & an in ea requiratur litis contestatio, & nõnulla alia, quæ sunt difficilia, & à gregarijs Doctoribus ignorantur, vt colligi licet ex Imol. in ca. 2. sub nu. 12. de offic. iudic. vbi fatetur, se non antea, quàm tunc intellexisse istam materiam, & ex Luc. Pæt. in sua pract. Capitol. lib. 7. cap. 1. sub num. 5. qui similiter fatetur, se multum laborasse antequam ea, quę ibi scribit de restitutione, intelligeret, tamẽ, fauente Deo, agam de his omnibus lib. 3. quia hic nõ est eorum locus, & nimis vagarer. Et hæc de iure communi circa tertium quæsitum positum supra num. 131.

137 † Si loquimur secundum motus proprios allegatos supra dicto num. 131. versus princip. distinguo: Aut condemnatus comparet spontè infra annum à die latæ sententiæ: Aut comparet post annum, seu est captus quandocunque post latam sentẽtiam. Si spontè comparet post latam sententiam, & ante lapsum annum, dico, quòd iudex potest reum audire in defensionibus, &, probata innocentia, reuocare sentẽtiam sine vlla restitutione: nã licet Pius Quartus in motu proprio. Licet dudum. §. præterea quoniam &c. ordinasset, eum audiri in defensionibus solum intra spatium sex mensium, tamẽ Pius Quintus moderando dictum motum proprium Pij Quarti, motu proprio. Cum ob innumeras. §. Cumque etiã prorogauit illos sex mẽses ad annum. Si comparet post annum: dico, ipsum non esse audiendum, nisi sit admissus ad nouas defensiones per Principem, quia motus proprij, quos allegaui infra sub nu. 183. ibi. Sed iste bannitus. disponunt, quòd, lapso anno, delictum sit notorium, & sentẽtia dicatur fecisse transitum in rem iudicatam, & quòd iudex nõ possit eum admittere ad aliquas defensiones, sicuti eos latè ẽt considerant Flam. Cart. tract. de execut. sent. capto bann. cap. 1. num. 273. ca. 3. num. 6. & seqq. & num. 39. 41. & seqq. & num. 54. & cap. fin. nu. 316. & seqq. & post eum Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 11. num. 14. vers. & propterea. & nu. 15. & sicuti in terminis statuti Mediolani considerat Boss. tract. crim. tit. Banniti quid amittant nu. 20. Si est captus quandocunque post latam sentẽtiam, siue infra annũ, siue post annum: dico idem, quod in præcedenti casu, quando comparet post lapsum annum, vt patet ex motu proprio Pij Quinti, incipiente. Dudum postquã. §. nos igitur. vers. quòd banniti. dixi quãdocunque, quia credo hoc esse verum, etiamsi esset captus ante lapsos decem dies à die latę sentẽtię, quia eorum

dierum

dierum non eſt habenda conſideratio,cum reus nõ poſſit appellare. Sola modo remanet difficultas circa hos motus proprios,quando bannitus vellet oſtẽdere,ſe prius comparere non potuiſſe, quia erat apud Turcas,& ignorauit citationem, & dato, quòd eam ſciuiſſet,quòd cõparere non poterat, quia erat aliter impeditus: nunquid iudex poſſit eum ſuper tali impedimẽto audire, eoque probato, ipſum reſtituere in integrum iuxta ea,quæ docui ſupra nu.131. verſus finẽ.ibi.Quid reſoluimus? Videt̃ dicẽdum, quòd ſic, quia hoc caſu concluſimus ibi dari ab eodem iudice reſtitutionem in integrum, aduerſus rẽ iudicatam, & motus proprij videntur ceſſare, quia audire reum ſuper huiuſmodi impedimentis nõ eſt ipſum admittere ad nouas defenſiones ſuper delicto, quam admiſſionem dicti motus proprij prohibent. Contrarium videtur dicendum propter prægnantes clauſulas, & verba dictorum motuum propriorum,diſponentium, vt crimen reputetur notorium, & quòd iudices debeant procedere ad executionẽ dictarum ſentẽtiarum, non obſtantibus quibuſuis appellationibus, prouocationibus, commiſſionibus,inhibitionibus &c.vt habetur in dicto motu proprio Pij Quarti.Licet dudum.§.nos igitur, & §. nec non &c. &, quia hæc opinio eſt tutior, ab ea non recederẽ,& in Regno ita eſſet ſeruandũ, quando eſſet captus foriudicatus ex apertis verbis conſtitutionis: pœnam eorum.lib.2. vbi Affl. num.70. quem retulimus infra ſub num.151.notat, quòd, ſi foriudicatus ſupplicaret, vt admitteretur ad oſtendendum impedimentum, & Princeps admitteret, admiſſio non teneret, ſi Princeps non addidiſſet illam clauſulam, *Non obſtante conſtitutione Regni in contrarium.*

138 † Quæro quarto quid debeat facere iudex, qui non poteſt reuocare ſentẽtiam, & videt, reum eſſe innocẽtem,ſeu ſentẽtiam eſſe iniuſtam, & nimis ſeueram? Reſpondeo, debet abſtinere ab executione,& conſulere Principẽ,narrando ei ſtatum cauſæ, proceſſus, & condẽnationis, ſicuti docent Innoc. in cap.ſignificantibus in fine.de purg. vulg. Felyn. qui alios allegat,in cap.conſanguinei num.7. de ſent.& re iud.Boſſ.tract.crim.tit.de remed. cõtra bann.ſub num.2.& tit.de lit.Princip.bann.admitt.num.3.verſus finem,latè Marſ.in pract.crim.§. opportunè nu. 7. & §. vltima nu.13. qui plures congerit Lud. Car. in pract.crim.§.homicidium vlt.nu.77.& 78. Flam. Cart.dicto cap. fin. num.317. & 318. & Moder. in qq.crim.lib.1.q.11.num.20. dicens, ſuperſedendũ eſſe etiam ſi reus eſſet in furca, & hoc eſt veriſſimũ, quia leges,& motus proprij, dum mandant, ſentẽtias exequi, & reos non audiri in defenſionibus,nõ prohibent ſuperſederi,ſi appareat de innocentia, & ſi prohiberent, eſſent iniqui,& nutritiui peccati:vnde non valerent,& præfata concluſio, quòd debeat conſulere Principem, & ſuperſedere, probatur ex textu in l.1.§.ſi quis vltro.ff.de quæſt.vt notauit etiã Bal.in l.addictos. propè finem.C. de Epiſc. aud. & * quòd hæc ſit communis * opinio teſtantur Clar lib. 5.recept.ſent.q.98.verſ.ſed nunquid, & latè Flam. Cart.dicto cap.fin.num.39.& num.47.

139 † Quinto quæro:nunquid bannitus, & condemnatus comparens infra annum poſſit appellare? Reſpondeo: prima facie videtur dicendum, quòd ſic vigore dictorum motuum propriorũ, qui mandant eum audiri. Contrarium eſt verum, ſtante, quòd reus habeatur pro confeſſo, ſeu confeſſo, & conuicto iuxta ea,quæ ſcripſi ſupra num.117.& 118.Immo ſi à dictis motibus proprijs introductum eſt veluti remediũ ordinarium, vt audiatur ab eodem iudice: ergo appellatio, quæ remanet veluti remediũ extraordinarium, ceſſat iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra ſub num.40. ibi. videtur prima facie &c. nec valet conſequẽtia: debet audiri,ergo poteſt appellare: ſiquidem nos videmus,quòd,latis ſentẽtijs,quæ non tranſeunt in rem iudicatam, conceditur vt reus audiatur, etiam poſt lapſos decẽ dies datos ad appellandum,& tamen ſcimus,quòd,ijs lapſis, non conceditur appellatio,ſicuti hęc omnia iam docui ſupra num.131.

140 † Sexto quæro, quomodo conſulatur condemnato,qui non poteſt ſe defendere ſuper delicto, ex quo ſentẽtia tranſiuit in rem iudicatam per lapſum decẽ dierum ſecundum ius cõmune,ſeu per lapſum vnius anni, ſeu eo ipſo quòd fuit captus iuxta relatam motuum propriorum diſpoſitionem ſupra nu. 137.? Reſpondeo,quòd debet recurrere ad clementiam,& gratiam Principis, narrando ei per viã ſupplicationis, quòd fuit condemnatus &c. ſed inique, & nulliter,& quòd,obſtante ei re iudicata, non poteſt ſe defendere,vnde petit ab eius clementia,vt ipſum admittat ad nouas defenſiones iuxta ea, quæ docent Boſſ.tract.crimin. titu.de remed. con. bann. ſub num.1.& 3.& tit.precedenti Banniti quid amittant num.20.& Clar.lib.5.recept.ſent.q.94.verſ. eſt etiam, & quòd ad Principem recurrẽdum ſit ſatis liquet ex his,quæ ſcripſi ſupra ſub num.131. ibi. ſententia,quæ tranſiuit &c.& quòd ita ſeruetur de ſtylo, & ex inolita conſuetudine teſtat̃ Iodoc. in pract. crim.cap.de contum.purgan.num.3, quem referũt, & ſequuntur Clar.vbi ſupra,& Moder. in qq.crim. lib.1.q.11.num.68. & de eadem obſeruantia vide quæ ſcribit, Flam.Cart.tract. de execut. ſent. capto bann.cap.1.num.72.& 73. & ita,& non aliter ſeruatur hic in vrbe ex aperta diſpoſitione motus ꝓprij Pij Quinti,incipientis.Dudum poſtquã.Rubricati. Declaratio Pij Papæ V. quomodo rei in contumaciam condemnati &c.in §.nos igitur.ibi.

Si capti ad manus Curiæ peruenerint per iudices ad nouas, ſiue alias defenſiones faciendas etiam intra dictum tempus non admittantur, niſi habita à nobis, vel ſignatura noſtra deſuper gratia ſpeciali ne literæ &c.

141 † Extende, ſeu inquam declara iſtam concluſionem,vt in iſto propoſito dicatur Princeps tàm ipſe, quàm quilibet alius, qui ab eo haberet iſtam poteſtatẽ admittendi ad nouas defenſiones, ſicuti quòd eam habeat Senatus Mediolani teſtãtur Boſſ. dicto tit.de remed.cõtra bann.& Clar.vbi ſupra. † At ſingamus, aliquem iudicem admiſiſſe condemnatum ad nouas defenſiones ſine reſcripto Principis, Fiſco etiam tacente, & non contradicente, nunquid illa admiſſio tenebit? Reſpondeo: Aut loquimur de iure communi: Aut ſecundum motum propriũ, 142

quem

quem allegaui supra num. 137. ibi contrarium videtur. Si secundum ius commune, sunt opiniones. Nā affirmatiuam, quòd teneat, tenuit Moder. dicta q. 11. nu. 68. in fine allegans Boss. tract. crim. tit. si aduers. rē iud. restitut. postul. nu. 28. in fine, & hæc opinio suaderi videtur ex his, quæ scribunt Alber. in l. eos, circa principium. ff. de custod. reor. vbi ait, quòd banniti, & condemnati in contumaciam de iure deberent à iudice ex integro audiri. Ias. in l. inter stipulantē. §. 1. in fine, ff. de verb. oblig. vbi ait, quòd practica Bartoli, quem nos retulimus supra sub nu. 131. ibi. Et pro hac distinctione, communiter* reprobatur, & dānatur Rol. à Val. cōs. 60. in fine lib. 2. Natt. cons. 444. quos referunt Clar. lib. 5. recept. sent. q. 94. vers. est etiam, & Cart. dicto num. 273. vbi volunt, hanc admissionem esse de iure, & hæc videtur communis. * Contrarium suadetur ex his, quæ adduxi supra sub dicto nu. 131. ibi. sententia, quę transiuit &c. & ibi. Quid resoluimus? quibus tenentes contrariam opinionem non respondent. Cæterum non recederem à prima opinione, postquam præsupponimus fuisse admissam, Fisco etiam tacente, quia multa facta tenent, quæ fieri prohibentur: bene verum est, quòd ille iudex esset reprehendendus iuxta ea, quæ scripsi supra sub dicto nu. 131. ibi, & si aliter faceret.

Si loquimur secundum allegatum motum proprium Pij Quarti, dico firmiter, eam admissionem non valere tum ex clausulis irritantibus, quæ in eo sunt appositę, vt cōsiderauit Flam. Cart. dicto tract. de execut. sent. capto bann. cap. 3. nu. 7. & 8. & post eum Moder. dicta q. 11. sub num. 47. vers. Tertio in vrbe. dicentes, quòd virtus clausulæ irritantis est, vt quicquid in contrarium fit pro infecto habeatur, tùm ex expressis verbis dicti motus proprij ibi.

Nec non quibuscunque appellationibus, prouocationibus, nullitatum dictionibus, commißionibus, inhibitionibus, & alijs decretis contra formam superius traditam per quoscunque etiam iudices etiā præfatos pro tempore quolibet emanatis, & factis nō attentis, liberè, & licitè per iudices à quibus ad suarum condemnationum totalem executionem aliàs tamen legitimè sub similis indignationis &c. procedi mandamus.

Et hic in vrbe, nunquam vidi ullum bannitum condemnatum fuisse admissum ad nouas defensiones ab alio, quàm à summo Pontifice.

143 † Septimo quæro, an Princeps teneatur necessariò admittere bannitum ad nouas defensiones? Respondeo: Aut supplicatio ipsius banniti, petentis se admitti ad defensiones, nititur fundamento iustitię: Aut fundamento calūniosæ procrastinationis: Aut dubium est cui horum fundamento nitatur. Si fundamento iustitiæ, dico firmiter, quòd necessariò tenetur eum admittere, vt tenet Boss. tract. crim. tit. de liter. Princip. bann. admitt. num. 3. quem etiam refert, & sequitur Flam. Cart. tract. de execut. sent. capto bann. cap. 1. num. 269. & bene faciunt quæ scripsi supra num. præcedenti. ibi. Si secundum ius cōmune, & ratio est, quia quæ de iure debentur, necessario concedenda sunt, sed ista admissio, quando nititur fundamento iustitiæ, non dicitur de mera gratia, sed de gratia iustitiæ, vt dicunt idem Boss. eod. tit. de liter. Princip. ban. admitt. num. 2. & tit. de remed. contra bann. sub num. 3. ibi. & concessio hæc, & tit. de remed. iustitiæ contra sent. ex concessione Principis in principio. & Moder. qui alios allegat in qq. crim. q. 11. num. 64. lib. 1. Igitur est necessariò concedenda, & dicetur niti fundamento iustitiæ, quando bannitus diceret, se velle probare suam innocentiam, & ex processu non appareret, quòd calumniosè supplicat: Si nititur fundamento calumniosæ procrastinationis: dico, eum non esse admittendum: quando autem dicatur niti huic fundamēto poterit forsan colligi ex inspectione processus, ex qualitate rei, & personarum secundū Boss. tract. crim. tit. de liter. Princip. ban. admit. num. 3. in fine, dixi: forsan, quia non video quomodo possit cognosci calumniosa supplicatio, dummodo delictum, & qualitas ipsius non sint notoria, & ideo vide quę dico modò infra.

Si est dubium, dico esse in arbitrio Principis, & ita est dispositum circa admissiones, quas facit Senatus Mediolani, vt eius arbitrio relinquatur an bānitus debeat admitti ad nouas defensiones, sicuti testatur Clar. lib. 5. recept. sent. q. 94. vers. est etiā. Cæterum ego hortor Principes, vt hoc arbitriū flectant
144 in admissionem: † primo quia huiusmodi statuta excludentia cōtumacem à defensione, lapso quodam tempore, sunt admodum rigorosa, & dura, ne vnà cum Pegn. in comm. ad Direct. Eymer. par. 3. cōm. 49. §. ex quibus: dicam valde iniusta, & iniqua: vnde si sunt dura, seu, vt loquitur Pegn. iniusta, sequitur, quòd admissio ad nouas defensiones, quæ tendit contra dicta statuta, dicatur semper niti fundamento iustitiæ. Dixi, ne vnà cum Pegn. dicam iniusta: quia, si eius dictum esset verum, huiusmodi statuta, & motus proprij illis similes, quos allegaui infra num. 137. non valerent, quod est contra communem * Doctorum sententiam, qui vnanimiter asserunt esse valida, vt dixi supra num. . Nec prædicta statuta tollunt omnino defensionem, sed restringunt. Non tollunt: quia, quis prohibuit condēnatum, ne compareret, quando fuit vocatus, & ante lapsum anni? Item quis eum impedit, ne obtineat à Principe, se admitti ad nouas defensiones? Item cur requiritur recognitio banniti iuxta ea, quæ scripsi infra num. 164. in 2. difficultate cum seqq.? Item cur iudex, constito sibi de innocētia, debet abstinere ab executione, vt dixi supra num. 138. in 4. quæsito? & cur constito de notoria nullitate potest secūdum nostrā opinionē sentētiam reuocare iuxta ea, quæ scripsi infra num. 187. & num. 192.? Nonne hæc omnia defensionē respiciunt? & licet dura videantur, quia eam restringunt, tamen non sunt iniqua, quia vt est in prouerbio.

Malo nodo, malus cuneus.

Crescit igitur delinquētium numerus: crescat etiam rigor legum. Et hæc obiter dicta sint. Hortor secundo Principes, quia defensio est fauorabilis, tertio quia clementia propriè spectat ad Principes, quarto, & vltimo, quia multi extremè pauperes, ne in carceribus cogantur marcescere, ac sine auxilio perire, eligunt se potius banniri, & condemnari, quàm compa-

comparere, quamuis ſint innocentes, aut ſaltem excuſabiles, vt aduertunt etiam Boſſ. dicto tit. de liter. Princip. bann. admitt. num. 3. Couar. pract. qq. cap. 23. num. 6. Rol. à Val. conſ. 60. num. 37. lib. 2. Flam. Cart. tract. de execut. ſent. capto bann. in præfatione num. 25. & cap. 1. nu. 270. & Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 11. num. 11. verſ. vltimo videtur. allegans illud commune adagium. *E meglio eſſer vccello di cāpagna, che di gabbia*. Quòd adagium tunc maximè ſequuntur, quando iudex eſt crudelis, ſeu habent inſtigatorem potentem, & carent defenſore: fateor tamen vnà cum Boſſ. dicto tit. de liter. Princip. bann. admitt. &c. num. 2. in fine, quòd in pœnis pecuniarijs iſta admiſſio poteſt facilius negari.

245 † Octauo: Summus Pontifex habet duo Auditoria: alterum, quod dicitur ſignaturæ iuſtitiæ, & alterum, quod dr̄ Signaturæ gratiæ, vt explicui ſupra c. 64. nu. 4. quæro igitur ad quam earum debeat bānitus recurrere pro admiſſione ad nouas defenſiones, & quomodo ſupplicem libellum porrigere? Reſpondeo; quòd debet recurrere ad Signaturam gratiæ iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra dicto cap. 64. num. 4. & ſupra hoc capit. ſub numer. 75. ibi. & confirmatur hæc opinio &c. & dico, quòd debet formare ſupplicem libellum, quem nos hic in vrbe Commiſſionē dicimus, eaque formata, debet facere citari Fiſcum, & alios, ſi qui ſunt habentes intereſſe ad informandam ſignaturam &c. iuxta ea, quę ſcripſi dicto cap. 64. qua citatione executa: Referendarius Apoſtolicus, ad quem ſpectabit, eam die Signaturę leget coram ſanctiſſimo, quatuor Cardinalibus, & coram duodecim ſenioribus Referendarijs: eaque lecta, prædicti Illuſtriſſimi Cardinales, & RR. DD. Referendarij votum circa admiſſionem faciendā, vel non, liberè proferunt, & ſummus Pontifex, eorum omnium voto audito, commiſſionem admit-
246 tit, vel reijcit ſuo arbitrio. † Vnde aduerte, quòd, cū in dicta commiſſione agatur de gratia, quę ad Principem ſpectat, Referendarius nunquam illam commiſsionem ſignat. Item aduerte, quòd citatio Fiſci, & aliorum habentium intereſſe fit ad cautelam, ne poſtea contingat diſputari ſuꝑ obreptione, ſeu ſubreptione, ſed non quòd ſit neceſſaria, quia in reſcriptis gratioſis poteſt omitti, per ea, quæ dixi ſupra c. 64. ſub num. 22.

247 † Hanc concluſionem, quòd debeat adire via cōmiſsionis Signaturam gratiæ, eamque informare, quia hic aditus præſertim cū informatione non poteſt fieri ſine impenſis Aduocati, & Procuratoris. Limita, vt non ſit neceſſaria, quando condemnatus eſſet adeo pauper, vt hanc impenſam non poſſet facere, quoniam tunc is eſſet admittendus via memorialis ad Sanctiſsimum, in quo memoriali, facta mentione de paupertate, narrabit in ſubſtantia eadem, quæ narraret in Commiſsione, & ſi iſte bannitus reperiretē captus, & carceratus, poſſet hoc memoriale porrigi à pauperū Procuratore, qui eſt de publico ſalariatus, ſuper quo memoriale Pontifex reſcribet, an admittat, vel non, & ita quidam pauper clientulus Vitterbienſis, qui intendebat recuperare nonnullas pecunias à N. Comite, & ob ſuam paupertatem nō poterat Signaturam iuſtitiæ informare, meo conſilio ſuaſus, formauit memoriale, in quo expoſito, quòd ob ſuam paupertatem non poterat Signaturam adire, obtinuit ab eodem Sāctiſſimo reſcriptum, vt ſacra Conſulta per literas prouideret ei de iudice in partibus, quas ipſe habuit à Sacra Conſulta die 14. Nouembris 1592. Et quòd ſummus Pontifex ſoleat via memorialis bannitos admittere ad nouas defenſiones teſtatur etiā Moder. dicta q. 11. num. 67. verſ. apud nos verſus finē. Immo Mediolani Martianus Præſes, quem Boſſ. tract. crim. tit. de liter. Princip. bann. admitten. ad nou. defenſiones nu. 4. vocat doctiſsimum, & prudentiſsimum, vt idem eodem loco refert, has literas ad nouas defenſiones pauperibus, qui eas propter paupertatem non petebant, vltrò concedebat, & idem quandoque obſeruari ſe vidiſſe teſtatur Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 94. verſ. eſt etiam, in fine, & ratio eſt in promptu, quia pauperibus iuſtitia debet miniſtrari gratis, vt refert, & ſequitur Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeruat. 43. num. 16. Sed hoc ſecundum Ouidium malè ſeruatur: vnde lib. 11. de arte amandi ſic ait.

Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores.

Et lib. 1. Faſtorum.

In precio precium nunc eſt, dat cenſus honores:
Cenſus amicitias, pauper vbiq; iacet.

Et quòd paupertas non ſubiaceat legi, ſeu ſtylo, qui vult adeundam eſſe Signaturam, probatur dupliciter: primo, quia neceſsitas, ſicque paupertas nō habet legem: cap. ſicut. de conſecrat. diſt. 1. & ca. quod non eſt. de reg. iur. Affl. in Conſtitutione. Baiulos. ſub nu. 4. lib. 1. & latè per Tiraq tract. de pęn. cauſ. 33. per totam: vnde Plato lib. 10. de Repub. neceſſitatem facit matrem Parcarum, quæ inexorabiles ſunt: immo quid dico, non habet legem? habet, ſed amariſsimam, vt tradit Valer. Maxim. lib. 7. cap. 6. vocans leges abominādę neceſsitatis amariſsimas. Secundo, quia pauper ſatis eſt ſubiectus graui oneri paupertatis, teſte Horatio, qui in lib. 1. Carmin. Ode 35. ſic ait.

Te ſemper anteit ſæua neceſſitas
Clauos trabaleis, & cuneos manu
Geſtans ahena, nec ſeuerus
Vncus abeſt, liquidumq; plumbum.

Et in lib. 3. Ode 24.

Magnum pauperies opprobrium: iubet
Quiduis & facere, & pati,
Virtutiſq; viam deſerit arduæ.

Vnde non debet alio legis vinculo alligari, quia afflicto non eſt addenda afflictio.

248 † Nono quæro, quomodo Princeps debeat reſcribere in admittendis bānitis ad nouas defenſiones? Reſpondeo diſtinguendo: Aut bannitus eſt cōdemnatus in pœnam corporalem: Aut in pœnam pecuniariam. Si in corporalem, debet admittere cū hac clauſula. *Oratore in carcere conſtituto*, quia de iure communi reus non debet audiri per procuratorem, quando pro delicto veniret imponenda pęna corporalis l. pen. §. ad crimen. ff. de public. iud. l. 1. ff. an per alium cauſæ appell. reddi poſſ. & l. ſeruum quoque. §. publicè. ff. de procur. & eſt concluſio vulgata, & ſine controuerſia. vide Clar. lib. 5. recept. ſent.

ſent.q.32.& latè Menoch.de arbitr.iud.lib.1.q. 80. num. 1. Minus etiam debet audiri extra carceres, quamuis velit fideiubere iuxta ea, quæ breuiter ſcripſi ſupra cap.42.nu.15.verſus finem, & eſt expreſsè diſpoſitum in motu proprio Iulij 2.& Pij Quarti incipiente. At ſi cuncta.§.vt nullus.& §.dictæ præterea.edito Romę die 10.Aprilis.1562.in quo motu proprio confirmat motũ proprium Iulij 2. & denuo in motu proprio eiuſdem Pij Quarti incipiente.Licet dudum, in §.nos igitur calumnijs ſub Dat. Romæ Kl.Iunij,& publicato die 26.Maij.1565. & in Conſtitutionibus Marchiæ lib.4. cap. 10.circa finem.ibi.*Et in carcerem ſe conſtituerit*, & quòd ita reſcribat Senatus Mediolani teſtat̃ Boſſ.tract.crim. tit.de ſupplicat.aduerſ.rem iudicatam nu.3. dicens, neminem audiendum eſſe aduerſus rem iudicatã, niſi ex magna cauſa, & magnam cauſam dici,quando quis ſupplicat,ſe audiri, quia non deliquit,& paratus eſt hoc oſtendere in carceribus, quo caſu tradit concedi literas,vt,ipſo conſtituto coram illomet iudice,qui eum damnauit, eius defenſiones admittantur,non obſtante ſententia,& banno,& quòd ita reſcribat ſignatura ſummi Põtificis teſtatur Staph. de liter.iuſtit. Rubr. De verbis corrigentibus exorbitantia num.6.fol.mihi 324.Cancellaria tamen,vt idem eodem fol.num.7.tradit, ſimpliciter reſcribit. *Quod iuſtum fuerit decernatis*. Amplia iſtum modum reſcribendi, vt habeat locum non ſolum quãdo petit, ſe admitti ad nouas defenſiones aduerſus rem iudicatam, ſed etiam quando appellaret à ſententia, quia appellatio non aliter eſſet admittenda, & in his terminis loquit̃ Staph. loco citato, & ſatis probatur ex textu in dicta l.1. ff. an per alium cauſæ &c. Amplia etiam ſecundum dictum motum proprium Pij Quarti,incipien.At ſi cũcta.§. dictę præterea. vt habeat locum etiam ſi corã iudice ad quẽ, ſeu à quo compareret.& vellet oſtendere gratiam, abſolutionẽ, remiſſionem, ſeu inquam liberationẽ obtentam à Principe, ſeu alio poteſtatem habente, quia adhuc non debet ab eo audiri, niſi prius ſe cõſtituerit in carcere, vel in loco ſibi aſſignãdo à iudice pro carcere, vbi, vocatis vocandis,docebit de veritate precum,aliàs,his non ſeruatis,vel, eo deficiẽte in probatione, ſeu inquam verificatione narratorum,gratia eſſet nulla.

149 † Limita modo hanc ampliationem,vt non procedat quando bannitus peteret, ſe rebanniri,ſeu inquam liberari à ſentẽtijs, & pœnis etiam capitalibus virtute Bannorum Sixti Quinti,& Gregorij Decimiquarti Rubricatorum. Delle nominationi,& taglie &c.quia diſponitur in illis, vt bannitus occidens bannitum debeat remitti gratis, & abſque quòd ſe in carceribus conſtituat, derogãtes illi Pontifices in hoc prædictis Bullis, & motibus proprijs Iulij II.& Pij IIII.ſed caue Chriſtiane, ne aliquod homicidium, ſeu aliud maleficium committas ſub prædicta ſpe, quòd, occidendo vnum bannitum, ſeu emendo facultatem nominandi, eris liberatus virtute dictorum bannorum abſque, quòd te conſtitueris in carcere, quia iuſto Dei iudicio euenit, vt illorum promiſſa tibi non ſeruentur, & meritò quidem, quoniam legum indulgentia non eſt in obſequium eorum, qui ſtudio delinquunt,captiuanda.Forma igitur reſcribendi, quando eſt condemnatus ad pœnam corporalem,hæc eſt.

Admittimus ad nouas defenſiones, oratore in carcere conſtituto,& ſine præiudicio indiciorum, reſultantium ex contumacia, non obſtante quòd ſententia tranſierit in rem iudicatam.

Et vbi eſſent bona confiſcata, ſolet addi hęc clauſula præſeruatiua.

Et ſine præiudicio bonorum, Fiſco incorporatorum.

Vide Boſſ.tract.crim.tit.de remed. contra bann. & tit.ſeq.de liter.Princip. bann. admitt. &c. vtrobique ſub num.1.& tit.de ſupplicat aduerſ. rem iudic. ſub num.3.

150 † Apponitur illa clauſula,*ſine præiudicio indiciorum, reſultantium ex contumacia*. Vt admiſſio ad nouas defenſiones nihil diminuat de indicijs reſultantibus ex contumacia,ſicut cõſiderat Flam. Cart. tract.de execut.ſent.capto bann.cap.1.num.276.& 277.vbi reſpondet ad eos,qui dixerunt, hanc clauſulam non operari in quibuſdam caſibus. Et quòd Signatura ad prædictum effectum ſoleat apponere dicta verba, teſtatur etiam Moder.in qq.crim. lib.1.q.11.num.72. & 101. ego cenſeo, quòd hæc clauſula ſit vtilis ad tollendas diſputationes, & non quòd ſit neceſſaria. Et moueor, quia nos videmus, quòd per admiſſionem ad nouas defenſiones non fit præiudicium fictæ confeſſioni,& proinde,illa adhuc remanente,tenetur ipſe bannitus oſtendere innocentiam iuxta ea,quæ ſcripſi ſupra ſub num.109. Et tamen in reſcripto non eſt dictum, quòd admittitur ad defenſiones ſine præiudicio fictæ confeſſionis:vnde ſatis liquet,ꝙ admiſſio ad nouas defenſiones remouet ſolum ad tempus virtutem ſententiæ, & rei iudicatæ ſub conditione,quòd ſi reus non doceat de innocentia,illamet ſententia, & res iudicata mittatur executioni abſque eo, quòd Fiſcus aliud probet,vel aliam obtineat ſententiam.

151 † Apponuntur etiam illa verba.*Nõ obſtante, quòd ſententia tranſierit in rem iudicatam*,quia cum ſupplicare aduerſus rem iudicatam reputetur impoſſibile, vt obiter dixi ſupra ſub nu.131.ibi.immo quia ſupplicare &c.ſi Princeps nõ adderet prędicta verba,illa admiſsio non teneret, vt tradunt Bal. Iaſ. & Boſſ.per me allegati dicto num.131. loco citato, & bene faciunt, quæ ſcribit Affl.in Conſtitutione:pęnam eorum,ſub num.70.lib.2.dicens,quòd,ex quo forindicatus per illam Conſtitutionem non poteſt appellare nec ſupplicare, reſcriptum ab eo obtentũ via ſupplicationis, vt poſſet docere de iuſto impedimento,eſſet nullum,niſi Princeps dixiſſet in Reſcripto.*Non obſtante Conſtitutione Regni in contrariũ.* & quæ ſcribit Flam.Cart. tract. de execut. ſent. capto ban.cap.fin.ſub num.115.verſ.neque etiam,ſuper illis clauſulis. Non obſtantibus præmiſsis Conſtitutionibus,ordinationibus Apoſtolis &c. Nec ſatis eſſet ſi Princeps dixiſſet.*Non obſtante tali ſententia*, omiſsis illis verbis: *quæ tranſiuit in rem iudicatam*: Felyn.in cap. ſuper literis nu.14. de reſcript. & latè Dec.conſ.198.pro tenui facultate num.4. & 7.& conſ.296. In cauſa iſtorum num. 4. & quòd ita fuerit iudicatum cõtra reſcriptum Principis aduerſus rem

ſus rem iudicatã in Camera Imperiali teſtatur Andr. Gail. in pract. obſeruat. lib. 2. obſeru. 58. num. 6. Nec eſt curandum de Boſſ. qui tract. crim. tit. de liter. Princip. bann. & num. 2. circa medium tenet oppoſitum, dicens, non referre, quòd Princeps nõ dixerit. Non obſtante ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam: quia, inquit, notorium eſt, bannum eſſe rem iudicatam: Nam reſpondeo, quòd eſt ſibimet contrarius, cum oppoſitum tenuerit in tit. de ſupplicat. aduerſ. rem iudic. ſub num. 1. & non reſpondet
152 ad eos, qui tenent contrarium. † Et vbi bona eſſent confiſcata, addenda etiam ſunt illa verba.

Sine præiudicio bonorum Fiſco incorporatorum. quia alias, ſi reus abſolueretur, eſſent ei reſtituenda ſecundum noſtram ſentẽtiam, quam vide infra ſub num. 155. ibi. Cæterum ipſe &c. Et hæc, quando eſt
153 condemnatus in pœnam corporalem. † Si non eſt condemnatus in pœnam corporalem, ſed in pœnam pecuniariam, ſeu relegationis, vel relegatione minorem, dico, quòd tunc eſt admittendus ſine illa clauſula, *Oratore in carcere conſtituto:* quia de iure communi delinquens debet audiri per procuratorem, præſtita fideiuſſione de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo. vide gloſ. in l. ſeruum quoque. §. publicè. in verbo. datur. ff. de procur. Clar. lib. 5. recept. ſenten. quæſt. 32. verſicul. hinc eſt, & latè Menoch. de arbitr. iudic. libro primo. quæſt. 80. number. 86. & ea, quæ ſcripſi ſupra capit. 42. numer. 15. & idem videtur poſſe colligi ex allegato Motu proprio Pij Quarti, licet dudum. §. nos igitur: vnde forma erit.

Admittimus ad nouas defenſiones, præſtita fideiuſſione de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo.

154 † Decimo quæro: An reus, qui obtinuit hoc reſcriptum admiſſionis ad nouas defenſiones, poſſit quandocunque illud præſentare, & vti? Reſpõdeo, quòd reſcriptum de ſui natura eſt perpetuũ, & ideo dico, quòd orator, qui illud impetrauit, poterit eo vti ad ſui beneplacitum quandocunque, textus eſt in l. falsò. C. de diuerſ. reſcrip. & ibi notãt Bal. Paul. ✻ de Caſtr. Iaſ. & communiter ✻ omnes, idem tradit Bar. in l. beneficium. ff. de conſtit. Princip. & Hoſt. in capit. cum ad ſedem: de reſcript. & licet ille textus loquatur in reſcriptis ad iuris obſeruantiam, tamen habet locum in reſcriptis gratioſis, vt ibi notant Iaſ. nume. primo. & latius Paul. de Caſtr. qui multa iura ad hoc allegat nume. 4. & faciunt quæ ſcribit Marc. Ant. Cucch. Inſtit. maior. libro primo. Rubr. de reſcript. tit. 4. nu. 20. dicens, quòd literæ gratioſæ ſunt perpetuæ ad differentiam literarum iuſtitiæ, ſeu ad lites, quæ anni curriculo expirant.

Hanc concluſionem, quòd orator poſſit eo quandocunque vti, Limita primo, vt non procedat, quãdo orator illo non eſſet vſus infra annum, & aduerſarius, vtputa Accuſator, ſeu Fiſcus impetraſſet aliud reſcriptum: quia tunc Reus non poſſet ſuo reſcripto vti, & ita, declarando dictam l. falsò, tradunt Paul. de Caſtr. in dicta l. falsò, nume. 2. Felyn. in capit. eam te, num. 20. & plenius in cap. ſi autem, num. primo, & tertio. de reſcript. Vant. tractat. null. Rubr. de null. ex defec. iuriſd. deleg. num. 101. & Menoch. de arbitr. iudic. lib. primo. caſ. 204. num. 1. & 2. Cæterum iſte annus an debeat computari à die dati reſcripti, vel à die poſſibilitatis, quo orator poterat eo reſcripto vti, vide Fely. in dicto cap. eam te, num. 20. & Menoch. dicto caſu 204. numero 3. & 4.

Limita ſecundo, vt non habeat locum, quando in reſcripto eſſet expreſſum tempus, infra quod orator illo vti debeat, quia eo elapſo, non poſſet amplius: ita dicit apertè dicta l. falsò in fine, & ibi notant Bal. Iaſon. & omnes in ſummario: Et iuxta hanc limitationem extat Mediolani Senatuſconſultum, quo, vt refert Clar. libro quinto, recept. ſentent. quæſt. 94. verſiculo. eſt etiam, cauetur, vt admiſſi ad nouas defenſiones pro cauſa, quæ conſtitutionem perſonalem requirat, teneantur ſe conſtituere termino decem dierum à die conceſſionis admiſſionis, aliàs quòd admiſſio habeatur pro non facta. Et ideo ſubdit, ex ſtylo Senatus ſemper apponitur in ipſis literis terminus decem dierum eas impetrantibus ad præſentandum, & perſonaliter ſe conſtituendum, quem terminum ait, ſe nunquam vidiſſe prorogari, niſi ſemel cuidam Perino Bertino.

155 † Vndecimo quæro: nunquid admiſſus ad nouas defenſiones recuperet bona confiſcata, quando in reſcripto non ſunt appoſita illa verba: *Sine præiudicio bonorum fiſco incorporatorum?* Huic quæſito, vt apertè, & plenè ſatisfaciam, præmittendum eſt, quòd etſi de iure communi in omnibus delictis, pro quibus eſt impoſita pœna maior relegatione, poſſit contra reum contumacem ob eius contumaciam deueniri ad annotationem bonorum, & demum, elapſo anno, ad eorundem irreuocabilem confiſcationem iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra ſub nume. 5. tamen ex diſpoſitione ſtatutorum, quòd contumax habeatur pro confeſſo, bona contumacis non poſſunt annotari, & multò minus confiſcari, niſi in caſibus, in quibus bonorum confiſcatio eſt de iure permiſſa in pœnam delicti, ſicut dixi ſupra ſub nume. 16. ibi. Alij verò & quidem &c. Vnde iuxta hanc declarationem diſtinguo: Aut ſumus in caſu, vbi bonorum confiſcatio eſt prohibita: Aut in caſu, in quo eſt permiſſa. Si in caſu, in quo eſt prohibita: dico, quòd bona ſunt omnino reſtituenda, vt bene aduertit etiam Clar. libr. 5. recept. ſentent. quæſt. 44. verſiculo. facta autem: verſus finem, dicens, quòd Mediolani ex decreto in nouis Conſtitutionibus cautum eſt, vt in iſto caſu non fiat vlla bonorum deſcriptio, & certè hoc nullam patitur difficultatem, quia, ſi Fiſcus à principio non poteſt apponere manus in bonis, fruſtra diſputatur an illa bona ſint confiſcata ita, vt non teneatur ad eorum reſtitutionem: & licet Modern. in qq. crimin. libro primo. quæſt. 11. num. 89. verſiculo. ſi verò quis. reſtringat, vt ſint reſtituenda, ſi reus compareat infra annum, dum prius nu. 86. firmat, quòd admiſſus ad nouas defenſiones poſt annum, non recuperat bona confiſcata, & poſtea in dicto verſic. Si verò quis, ſubdit, quòd

si confiscatio est prohibita, & reus comparet infra annum, recuperat bona: dicens, quòd tunc sunt restituenda, siue delinquens sit innocēs, siue sit nocēs. Tamen, sit sua pace dictum, hæc restrictio non est bona, ob rationē, quam hic adduxi, & ante nos fuit excogitata à Claro loco citato, dum postquam dixerat, bona non esse restituēda, si reus fuerit admissus ad defensionem post annum, subdit huiusmodi verba.

Et hæc dixi obseruari, quando crimen est tale, pro quo imponitur bonorum confiscatio, quia in alijs criminibus, in quibus non venit imponenda publicatio bonorum, non sunt ponenda bona ad manus Curiæ, etiam quòd reus sit contumax: & propterea neque etiam in istis casibus fit aliqua bonorum descriptio.

Si in casu, in quo est permissa: tunc Clar. in dicto versic. facta autem, distinguit: Aut condemnatus cōparet admissus infra annum, aut postea. Si infra annum: bona, inquit, restituuntur, si se defenderit, & fuerit absolutus ab ipsa condemnatione, non obstātibus quibuscunque: vnde sentit, quòd non restituātur, pendente causa, sed solum post finitam causam, & in casu absolutionis. Et quòd sic seruetur in Ducatu Mediolani testatur eadē q.44. vers. dixi quòd: quamuis secundum eum ibidem satis rationabile esset, vt statim restituerentur.

Si post annum: tenet, quòd non recuperet bona, sed solum, quòd absoluatur à pęna delicti, si se defenderit, dicens, totam istam practicam, si bene consideretur, esse conformem in multis dispositioni iuris communis. Eādem distinctionem, & practicam sub diuerso modo refert, & sequitur Modern. dicta q.11. num.86. & nu.87. vbi ait, in hoc solum remanere differentiam inter hanc practicam, & dispositionem iuris communis, quòd secundum ius commune contumax comparēs infra annum recuperat bona cum satisdatione de stando iuri, sicut docuimus etiam nos supra sub num.5. Sed non secundum prędictam practicā, quia, inquit, bona descripta remanent penes fiscum, donec reus sit absolutus. Et pro tota hac distinctione, & practica adducit vltra Clar. loco citato Afflict. in Constitutione. grandis vtilitas num.7. lib.2. & non nullos alios, adeo quòd mihi videntur eam sequi communiter omnes Doct. Cæterum ipse cēseo hanc communem distinctionem reformandam esse in eo, quòd vult bona condemnati, & admissi post annum ad nouas defensiones non restitui, etiā quòd is absoluatur. Hoc enim arbitror esse falsum: quia teneo, quòd si reus absoluatur, bona sint ei indistinctè restituenda, siue comparuerit infra annum, siue postea. Et ita etiam tenere videntur Simanc. de Cath. Instit. titu.2. num.21. & Franc. Pegn. in Comment. ad Direct. Eymer. par.3. cōm. 49. §. Adueniente tamen, qui tradunt bona restitui, si reus doceat de impedimento, vel de innocētia: & licet ipsi, attento loquēdi modo, quo vtuntur, videātur respectu restitutionis bonorum facere differentiā inter comparitionē infra annum, & comparitionē, lapso anno, tamen ego ad ita tenendum moueor primo, quia illa bonorum irreuocabilis confiscatio, quę olim secundum ius cōmune fiebat, lapso anno, fiebat eo, ꝙ reus ꝑseuerauerat in cōtumacia, & nō poterat condemnari pro delicto iuxta ea, quæ dicebamus supra sub dicto num.5. sed hodie, ex quo cōtumax potest diffinitiuè condemnari, ac si esset præsens, & confessus vigore statuti, quòd habeatur pro confesso, dico, ꝙ illa confiscatio bonorum nō fit amplius propter contumaciam, sed pro pęna delicti, sicuti admittunt etiam Clar. dicta q.44. versicu. Dixi quòd. & Moder. dicta q.11. nu.87.

Si igitur confiscatio bonorum non fit in pœnam cōtumacię, sed in pęnam delicti, sequitur ꝙ si is absoluat, debeant ei restitui bona confiscata, quia reus qui absoluitur, absoluitur ab omnibus pęnis delicti, & confiscatio, vt dixi, imponitur pro pœna delicti: Moueor secundo ex eo, ꝙ Princeps nolēs restituere bona confiscata, in admissione, quam facit ad nouas defensiones, apponit, vt dixi supra nu.152. illa verba. & sine præiudicio bonorum fisco incorporatorum. Quæ clausula meo iudicio est iniusta, & non debet apponi, quando Princeps admittit bannitum ad nouas defensiones ex aliqua iusta causa ita, vt illa gratia admissionis sit fundata in iustitia iuxta ea, quæ scripsi supra nu.143. in septimo quęsito: quia si confiscatio est pęna, seu pars pœnæ delicti, & reus debet admitti ad defensiones ad effectum, vt si est innocens, absoluatur, cur non debet absolui etiam à pœna confiscationis? Et propterea Mediolani tempore Gallorum literę ad nouas defensiones, quamuis post annum concederētur solum quoad alias pęnas, & non quoad bona, nihilominus, si postea apparebat de innocentia, illa bona restituebantur, vt refert Boss. tract. crim. tit. de liter. Princip. bann. admitten. ad nou. defens. num.2. versus finem. Limita istā nostram conclusionem, vt nō procedat in statu Mediolani, quia ibi dispositione Decreti illius Ducatus cautum est, vt comparens post annum non recuperet bona, quamuis absolueretur, teste Bossio dicto tit. de liter. Princip. &c. in principio, quem refert etiā Clar. dicta q.44. versiculo. Dixi quòd, in fine.

156 †Duodecimo quæro: An si condemnatus admissus ad nouas defensiones moriatur ante causæ expeditionem, bona iam cōfiscata sint remansura penes fiscum, vel sint restituēda hæredi parato ad docēdum de innocētia defuncti? Respondeo: Aut qñ moritur iam est lapsum tempus constituendi se iuxta limitationes, quas docui supra sub nu.154. in decimo quæsito: Aut nō est lapsum. Si lapsum, clara res est, ꝙ bona remanent penes fiscum, & ꝙ hæres non admittitur ad docendum de innocentia, quia admissio ad defensiones cū omnibus suis qualitatibus iā est resoluta. Si non est lapsum: dico, ꝙ quamuis de rigore iuris non sint restituenda, quoniam illa conditio: si se constituerit, quæ apponitur in rescripto admissionis, non potest cōuenire hæredi, nihilominus, si hæres doceat de innocentia, essent sibi de æquitate restituēda, vt tradit Boss. tract. crim. tit. de remed. iustit. con. sent. &c. versus finē, quem refert, & sequitur Clar. dicta quæst.44. versiculo. Dixi quòd: dicens, se credere quòd Princeps vix possit retinere talia bona in foro conscientię, vbi appareat de illius innocentia: quod si procedit quādo decedit ante rescripti præsentationem, à fortiori procedet post prę sentationem illius, quando condemnatus se constituisset,

ſtituiſſet, & multò magis ſi cœpiſſet facere probationes. Et licet Boſſ. & Clar. loquantur in eo, qui eſt admiſſus infra annum, iuxta illam communem diſtinctionem Doctorum, quam retuli ſupra ſub nu. 155. ibi. Si in caſu, in quo &c. ſeu iuxta limitationẽ, quam retuli ſupra num. præcedenti: nos tamen iuxta noſtram theoricam, quam docuimus ſupra ſub dicto num. 155. ibi. Cæterum ipſe. extendimus, vt procedat etiam in eo, qui eſt admiſſus poſt annum.

157 † Decimotertio quæro, nunquid admiſſio ad nouas defenſiones facta à Principe inferat præiudiciũ iuri Tertij iam ciuiliter acquiſito, vtputa, quia ſentẽtia, qua quis fuit cõdemnatus pro cauſa furti ad triremes, & ad reſtitutionem rei, furto ſubtractę, tranſiuerit in rem iudicatam? Reſpondeo, prima facie videtur dicendum, quòd non, quia cũ Princeps non debeat tollere ius Tertij, etiamſi eſſet acquiſitũ de iure ciuili iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra ca. 53. nu. 30 & ſeqq. in dubio debemus firmiter præſumere, quòd mens ipſius in admiſſione non ſit, vt faciat præiudicium reſtitutioni, quæ debet fieri priuato vi rei iudicatæ argumento textus in l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco public. Contrarium, vti verius, firmat Boſſ. loquẽdo de iure, tract. crim. tit. de liber. Princip. bann. &c. num. 1. in fine, ibi. In contrarium. & ſub nu. 2. ibi. Et ſi iuris diſpoſitionem. Nõ obſtat quòd Princeps nullo modo debeat tollere ius Tertij, quia illud procedit, quando Princeps non habet iuſtam cauſam, ſed vellet tollere de facto, & non quando habet iuſtam cauſam ad tradita per Fely. & alios in cap. quę in eccleſiarum. de Cõſtit. At in caſu noſtro ſemper habet iuſtam cauſam, quia in iure eſt expreſſum, ꝙ Princeps poſſit reuocare rem iudicatam, & reſtituere cõdemnatum ad priſtinum iudicium. Dixi quòd Boſſ. ita tenet, loquẽdo de iure, quia Mediolani ſeruatur cõtrarium fortè, vt ipſe ait, ex diſpoſitione ordinis illius dominij.

158 † Decimoquarto quæro: nunquid conceſſa admiſſione ad defenſiones, res iudicata poſſit mandari executioni in caſibus, in quibus executio eſt retractabilis, cum clauſula; Saluo iure retractationis? Reſpondeo: videtur dicẽdum quòd ſic ex his, quæ ſcripſi ſupra ſub nu. 131. ibi. Aduerte tamen, quòd &c. Sed nihil firmo, dico tamen quòd ad tollendas difficultates bonum eſſet, vt Princeps reſtituẽs aliquem aduerſus rẽ iudicatam, apponeret illa verba, quòd prius pareret rei iudicatæ, & poſtea audiretur, quando executio eſt retractabilis.

159 † Decimoquinto quæro, quid agendum ſit poſtquam cõdemnatus, admiſſus ad nouas defenſiones fecerit ſuas probationes? Reſpondeo, diſtinguẽdo: Aut nihil probauit, ſed ſolum negauit delictũ: Aut probauit. Si nihil probauit, & negauit delictum, videtur dicendum, quòd iudex non poſſit ſententiam exequi, ſtante illa negatione, niſi ab eius ore eruerit confeſſionem delicti, vel illud probauerit ſaltem ꝑ teſtes iuxta practicam, quã refert, & ſequitur Ang. tract. de malef. in verbo. Caium Sempronij. ſub nu. 3. Contrarium eſt verum, videlicet, ꝙ iudex debet exequi ſententiam, & ita ſeruatum fuiſſe ex decreto Senatus Mediolani, teſtatur Clar. libro 5. recept. ſentent. quæſt. 44. verſicu. Quæro quando referens hæc verba Senatus.

Non dicat Vayranus, ſibi non opus eſſe defenſionibus eo, quòd nulla eum premant indicia: ſatis enim grauatur ſua condemnatoria, quæ cõtra eum viget; Quare illi tempus ad ſe defendendum ſtatueris, & ſi quas fecerit defenſiones præſcribetis, ſi verò nihil egerit, ſententiam contra eum latam exequemini.

Nec obſtat practica, quam docent Bar. & Ang. in contrarium, quia eã ſatis confutauimus infra nu. 171. Declara hanc concluſionem, vt ſi iudex nõ habeat tutam conſcientiam exequendi ſententiam, vt puta quia ſibi, vt priuato conſtaret, illum condemnatum eſſe innocẽtem, abſtineat ab executione, & interim conſulat Principẽ, ſed caueat, ne illum dimittat, quia grauiter erraret, & videretur diſponere de re, ſpectante ad Principem, & ſic quodammodo fieri reus læſę maieſtatis iuxta id, quod ſcribit Crauet. conſ. 18. nu. 2. Vnde Carolus Rex primus fecit furca ſuſpendi quendam iudicẽ eo quòd reum, condẽnandum in amputatione capitis, condemnauerat in amputatione manus, vt referunt Par. de Put. tracta. ſynd. in verbo. Pœna. c. 3. ſub nu. 3. Clar. lib. 5. recep. ſent. q. 85. verſiculo. Vlterius quæro. & Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 96. nu. 12. Hic igitur qui penitus impunitum dimitteret, quodnam ſubiret periculum, ſi appareret quòd ille erat morte puniendus? Etenim nonne etiam de iure diuino deberet ipſe puniri eadẽ pœna, iuxta illud, quod legitur. 3. Reg. 20. in illis verbis: *Quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius.* Si probat, diſtinguo: Aut probat ſufficiẽter, ſicq; elidit confeſſionẽ: Aut non probat ſufficiẽter. ſi ſufficienter, firma concluſionẽ contrariam, indubitatam, ꝙ iudex debeat illũ dimittere in pace, gratis, & ſine vlla ſportularum ſolutione ex diſpoſitione motus proprij Pij IIII. incip. Licet dudum. §. præterea quoniam. in fin. editi Cal. Iunij, & publicati die 26. Maij 1565. quo motu proprio iudici, contrafacienti imponitur pœna mille ſcutorũ, & perpetuæ infamiæ. Sed dubium oritur, quãdo dicatᷣ ſufficienter probaſſe: de quo, ne hic nimia prolixitate omnia proſequar, vide quæ ſcripſi infra nu. ſeq.

160 in 16. quęſito. † Si non probat ſufficiẽter, inſurgunt opiniones: nam prima opinio videtur eſſe, quòd ſit penitus abſoluẽdus, quia ſentẽtia non meretur executionẽ, quando fuit prolata, non pręcedentibus indicijs legitimis, vt remiſſiue docui ſupra ſub nu. 78. ibi. Siquidẽ contumacia. & eſt apertè diſpoſitum in motu proprio Pij V. vt oſtendi infra. nu. 198. At indicia euadunt non legitima, quando reus illa debilitat in probationibus defenſiuis. Ergo ſententia cum tunc redeat ad caſum, quo profertur non pręcedentibus legitimis indicijs, remanet inualida, & non exequibilis. Secunda opinio videtur eſſe, quòd ſententia ſit adhuc mandanda executioni, nulla habita conſideratione de illa aliquali probatione, facta à reo contra fictam confeſſionẽ, & ratio eſt in promptu: quia confeſſio ſemiplena non derogat probationi plenæ teſte Ioan. de Amic. cõſ. 20. nu. 10. qui alios allegat: & hanc opinionem videtur ſequi Boſſ. loquendo de

rigore iuris, tracta.crim.titu.de confess. per tort.&c. num.23.in fine.& eam comprobo duplici ratione: prima, quia actus perfectus non corruit, quamuis corruat aliquid eorum, sine quibus perfici non potuisset: exempli gratia: testamentum quamuis perfici non possit sine præsentia septem testium, tamen postquam est perfectum non corruit, licet vnus eorum se subtrahat, & testamentum de directo oppugnet: vide, vt alios missos faciam, Menoch.de arbit. iud.lib.2.cent.2.cas.105.num.17.secunda, quia tantum operatur confessio ficta, quãtum vera iuxta ea, quæ supra sub num. 126. ibi. tantum operatur, latissimè docui. Sed verè confessus non euadit pœnã prolatam in sententia, quamuis aliquid probet ad sui defensionem, nisi manifestè confessionis errorem doceat, vt fauente Deo, latè ostẽdam lib.seqq. Igitur hoc idem dicendum est de fictè confesso: sed quid dico fictam confessionem? immo si tibi non viderer apponere os in cœlum, seu, vt dicitur, in Megeræ pyxide calamum intingere, auderem dicere, quod contumax, qui non comparet ad respondendum, dicitur in effectu non fictè, sed verè fateri delictum, & hanc nominum differentiam esse potius verbalem, quàm realem: nam qui inolito, ac vsitato modo delictum acceptat dicitur verè fateri delictũ. Sed is, qui est legitimè inquisitus, & citatur ad respõdendum cum notificatione delicti, & comminatione, quòd si non compareat, reputabitur pro confesso, si nõ comparet inolito, ac vsitato modo acceptat delictum. Ergo dicitur verè fateri delictum. Probatur minor, quia iste modus acceptandi, fatendique delictum, est introductus à statuto iam diu generali consuetudine comprobato, & delinquentibus non incognito: Vnde si delinquens eo verè, & sponte vtitur, cur non dicitur verè, & sponte loqui, & fateri delictum? Quid enim refert, an quis fateatur delictum voce articulata iam ab initio sæculi ad ea, quę in animo sunt significanda, inuenta, vel alio modo, in facto consistenti, siquidẽ animus & voluntas non magis verbis quàm factis exprimitur cap. cauete. 22.quæst.5.l. si tamen. §. ei, qui seruum. ff. de ædil. edic.cum similibus, notant Eymer. in Director. Inquis.par.2.quæst.50 num.3.& Franc.Pegn.ad eum par.1.commẽ.26.§.hactenus explicui. in fine, Rot. decis.54.aliàs.385.num.1.de appellat.in nou. Ias.in l.non solum.§.morte.sub nume.16.ff. de nou.oper. nunc.& communiter omnes in cap.dilecti.de appellat. Comprobaturque exẽplo iuramenti, quo Deus vocatur in testimonium per solum tactum scripturæ, & non per organum vocis. Nec iste modus fuit inuentus sine ratione: quia reminisci oportet, quòd priusquam delinquens reputetur pro confesso, requiritur plena, vel saltem quasi plena probatio: nã priusquam citetur requiritur semiplena, seu quasi semiplena probatio delicti, & deinde contumacia, quæ facit aliud indicium, sicque hæc simul iuncta faciunt magnam probationem, & certè ob hanc secũdam rationẽ videtur hæc opinio reddi inexpugnabilis, vnde & supra sub num. 118. ibi. Tantum operatur. ob hanc ipsam rationem tenuimus, hunc fictè confessum non posse appellare, dum ostendimus dici notorium delinquentem.

Tertia opinio est, quòd veniat, vel condemnandus pęna extraordinaria, vel saltem torquendus, & hæc opinio videtur esse de mente Bossij tract. crim. titu. de confess.per tortur.num.23.tit.de reis requir. num.1.ibi. Et ita etiam Senatus: tit. Banniti quid admitt.num.18.versus finem. Clari lib.5. recept. sent. quæst.44.versicu.quæro quando.ibi. Nam nisi probent.& quæst.96.versiculo. Sed nunquid debet iudex.versus finem, ibi. Bene verum est: Bertazzoli. cons.119.num.23.cons.146.num.25. cons.233. sub num.18.lib.1.& cons.462.sub nu.6.libr.2. Flaminij Cart.tract.de execut.sent.capto bann.ca.1.nu.215. & 216.& cap.fin.nu.67.& seqq.& num.135. & 136. & Moder.in qq.crim.lib.1.quæst.11.nu.13. in fine. 17.18.& 103.dum tradunt, quòd iudex non debet exequi sententiam contra bannitum, admissum ad nouas defensiones, sed quòd debet eum condemnare in pœnam extraordinariam, vel mandare, vt torqueatur, quando ex qualitate indiciorum non habet tutam conscientiam exequendi, vtputa quando non solum delictum non apparet plenè probatum, sed etiam indicia non apparent legitima, quo casu Bertazz.dicto cons.233.sub num.18. quem refert, & sequitur Flam.Cart.dicto num.216. & post eum Modern.dicto nu.103.consuluit, quòd probatio cõdemnati, quamuis non sit adeo concludẽs, vt tollat probationem, seu præsumptionem sententiæ, offuscat tamen ac reddit illam dubiam ita, vt non possit mandari executioni, dicens, ita quandoque seruatũ fuisse Ferrariæ. Sed quando reus probat aliquid ad sui defensionem, indicia debilitãtur ita, vt Iudex ex eorum qualitate dicatur non habere tutam consciẽtiam exequendi sentẽtiam. Igitur tunc debet vel cõdemnare in pœnam extraordinariam, vel mandare, vt torqueatur: & hæc opinio secundum Boss. dicto tit.de confess.per tortur.num.23, recipit fomentum à theorica, & practica Angeli, quam retulimus supra sub num.159. & confirmatur ex his quæ scribit idẽ Boss.eod.tract.crim.tit.de fauor. defens. sub num.2.dum docet, reum plenè cõuictum de delicto non posse condemnari ad mortem, quando probaret suam defensionem per vnum testem. Et clarius confirmatur ex his quæ scripsi supra sub num.78.in quarto, & ultimo casu. Harum igitur trium opinionum quæ nam erit tenenda? Respondeo, recedendum non esse præsertim in practica ab hac vltima opinione. Verum aduerte, quia & si vera sit, tamen non videtur tuta, nisi ratione confirmetur: Doctores igitur, qui eam tenẽt in locis à me allegatis supra non assignant alias rationes, quàm istas: primam ꝙ iudex, non habẽs tutam consciẽtiã ex qualitate indiciorum, non debet exequi sentẽtiam, sicq; inter executionem pęnæ ordinarię, & absolutionẽ eligunt in dubio quasi mediam viã, vt reus vel condẽnetur pęna extraordinaria, vel torqueatur. Secundam quòd iste bannitus dicitur condemnatus ex contumacia, & non ex delicto, quę ratio cõsideratur particulariter à Boss.tract.crim. tit. de liter. Princip. bann. &c. versus finem. Sed vtraque videtur falsa: nam dicere, quòd iudex, non habens tutam conscientiam ex quali-

qualitate indiciorum debet, vel mitigare pœnam, vel facere reum torqueri, videtur mihi ſomnium: quoniam indicia, quæ præceſſerunt inquiſitionem, vel fuerunt ſufficientia, vel non. Si fuerunt ſufficientia, conſcientia Iudicis ſatis redditur tuta auctoritate ſtatutorum, cōſuetudinis, & motuum propriorū, & ſi aliter diceremus, videremur ſentire, quòd illa ſtatuta, & motus proprij eſſent contra conſciētiam, & per conſequens nutritiua peccati, quod eſt abſurdum. Si non præceſſerunt ſufficientia: dico quòd iudex non ſolum non poteſt exequi ſententiam, ſed nec torquere, nec alia mitiori pœna condemnare: nam ſi eſt idem iudex qui tulit ſententiam, debet ſuperſedere, vel conſulere Principem, & ſi eſt alius ſuperior debet illum omnino impunitum dimittere, quia deficientibus legitimis indicijs, (voco legitima ea, quæ ſunt ſufficientia) corruunt inquiſitio, cōtumacia, confeſſio, & ſubinde ipſamet ſententia, vt remiſſiuè docui ſupra ſub num. 78. Et ideo poteſt iſte iudex illam ſententiam declarare nullam, vt cōciliando docui infra ſub num. 198. ibi. Si præcedentibus, ſed non legitimis. Et ſic illa practica torquendi, quæ videtur ortum habere à iudicibus, dubitantibus, an indicia ſint ſufficientia, vel non, euaneſcit. Ad ſecundam rationem adductam per Boſſ. dico, quòd Boſſius eod. tracta. titu. banniti quid amittant. num. 19. eſt ſibimet contrarius, & quòd illa ſatis cōfutatur ex his, quæ ſcripſi ſupra cap. 93. ſub num. 1. ibi. Si loquamur de bannito primo modo. Vnde his confutatis, hanc nos afferimus rationem, videlicet, quòd confeſſio, quæ fit ore per voces articulatas, habet vnum gradum & illum, vt ita dicam, indiuiſibilem: Sed confeſſio, quæ deſcendit ex contumacia vigore ſtatutorum, habet plures gradus, declaro: Confeſſio vera habet eſſe ex ſe ipſa, & non aliunde: quia eo ipſo, quòd quis dicit, ſe commiſiſſe delictum in tali loco &c. fatetur delictum, ſed confeſſio ficta videtur ex pluribus, & diuiſibiliter contexta, nimirum ex indicijs præcedentibus inquiſitionem, & ex contumacia iuxta ea, quæ dicebamus in ſimili propoſito ſupra ſub dicto num. 78. Igitur mirum non eſt, quòd per proportionata indicia, reo fauorabilia diuidatur ſeu minuatur. Modo ad confutandas primam, & ſecundam opinionem dico, & ad primam, quod non valet illud argumētum ab inquiſitione, formata, non præcedentibus legitimis indicijs, ad inquiſitionem formatam, præcedētibus legitimis, ſed ex aliqua parte debilitatis, ſeu offuſcatis, & hæc reſponſio ſatis comprobatur ex prima ratione, ſuperius adducta in ſecunda opinione. Ad ſecundam opinionem dico, quòd illa prima ratio, confirmata exemplo teſtamenti non ſubſiſtit: primo, quia illud exemplum oppugnatur à pluribus quos refert idem Menoch. eod. caſ. 105. num. 16. Secūdo dico, quòd quamuis illud exemplum ſit verum, tamen non facit ad propoſitum: quoniam aut ſumus in actu, qui non poteſt conſiſtere, niſi in vnica forma, & tunc procedat exemplum allatum de teſtamento, quod cōſiſtit in hac ſolum forma, vt perficiatur numero ſeptem teſtium: aut ſumus in actu, qui poteſt conſiſtere in diuerſis, ſicut eſt proceſſus, qui poteſt ſtare in forma inquirendi tantum, in forma torquendi, & in forma condemnandi, & in hac dupliciter: condemnandi pœna ordinaria, & condemnandi pœna extraordinaria: & tūc dico, quòd poteſt deficere in vna forma, & remanere validus in alia. Ad ſecundam rationem de confeſſione ficta, quòd operetur quantum vera reſpondeo, quòd in caſu noſtro non procedit ex quo iſtæ confeſſiones, quamuis vtraque poſſit vocari vera, habent diuerſum ortum, ſeu inquam modum eſſendi, vt docui ſuperius, vnde poteris hanc ſolutionem vberius ſumere. Et pro maiori ſecuritate poteris videre etiā ea, quæ in non diſſimili propoſito ſcripſi ſupra ſub num. 126. in ſecunda reſponſione, ibi: quia limitando: & ſic remanet inconcuſſa tertia opinio, quam de mente Doctorum diximus eſſe communem.

161 † Decimoſexto quæro qualis, & quanta probatio requiratur ad hoc, vt reus condemnatus, & admiſſus ad nouas defenſiones, ſeu comparens infra annum veniat omnino abſoluendus? Reſpondeo: videtur dicendum, quòd debeat elidere confeſſionem, & plenè probare innocentiam, & quòd non ſufficiat elidere indicia: primo, quia confeſſio ficta dicitur liquidiſſima probatio argumento textus in l. manifeſtæ. & ibi Alex. ff. de iureiuran. tradunt Foller. in pract. crim. in verbo. Et ſi confitebuntur. in 4. par. 3. partis. num. 28. Natt. conſ. 542. nu. 8. & ſeqq. volum. 3. Bertazz. conſ. 82. nume. 19. lib. 1. & Flam. Cart. tract. de execut. ſenten. capto bann. ca. 1. num. 48. vbi alios congerit. Igitur ſi condemnatio proceſſit, ex liquidiſſimis probationibus, tolli non poterit ex debilioribus. Secundo, quia condemnatus ex vera confeſsione non euadit pœnam, niſi apertè oſtēdat errorem confeſsionis, probando, ſe nō deliquiſſe, vt fauente Deo, docebo libris ſeqq. Sed condemnatus ex confeſsione ficta æquiparatur condēnato ex confeſsione vera iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra ſub num. 118. ibi. tantum operatur. Ergo fictè confeſſus tenetur plenè probare ſe non deliquiſſe. Tertio & vltimo probatur, quia ad oſtendendum liquidiſsimis probationibus ſe nō commiſiſſe delictum, non ſufficit elidere indicia: ſiquidem aliud eſt elidere indicia, aliud liquidiſsimis documentis probare innocentiam, ſeu ſe non deliquiſſe, vt patet ex eo, quòd ad elidenda indicia torturæ ſufficiunt æqualia indicia, ſed ad probandum ſe non deliquiſſe, ſeu innocentiam, requiruntur efficaciores, & liquidiſsimæ probationes. Sed condemnatus ex ficta confeſſione tenetur probare innocētiam, vt tradunt Boſſ. tract. crim. tit. de remed. cont. ban. ſub nu. 1. & tit. de liter. Princip. bann. &c. num. 1. & 3. in fine, & Flam. Cart. tracta. de execut. ſent. capto bann. cap. 1. num. 213. & eſt expreſſum in ſtatutis Vrbis lib. 2. cap. 14. & eā tenetur probare liquidiſsimis probationibus, vt notat Flam. Cart. dicto ca. 1. nu. 214. & cōprobatur ex his, quę ſcribit Mandel. cōſ. 56. nu. 22. vbi ait, ꝗ tenetur clarè, & concludenter probare, ſe eſſe omnino innocentē, & extra oēm ſuſpicionē illius delicti, & ex his, q̄ ſcribit Ceph. conſ. 140. nu. 1. & 2. lib. 1. dicēs, ꝗ bannitus debet liquidò, ac manifeſtè oſtēdere ſuā innocentiam: ſuadetur etiā ex primo argumento,

mento, ſuperius adducto, & ſatis hoc videtur expreſſum in motu proprio Pij Quarti, incipien. At ſi cuncta.§. & ſi fortè, in illis verbis.

Niſi fortè extaret ſtatutum in loco, quòd contumax haberetur pro confeſſo, quo caſu non audiretur niſi ex liquidiſſimis probationibus conſtaret iudici, prætenſum reum non commiſiſſe maleficium ſuper quo habitus fuit pro confeſſo &c.

Igitur condemnatus tenetur innocentiam oſtendere per liquidiſſimas probationes, & ſatis non eſt elidere indicia. Contrarium, videlicet, quòd ſufficiat probatio etiam non omnino plena, dummodo infringat omnia indicia ſuadetur, quia in rei veritate illa confeſſio, & ſententia eſt fundata; & oritur ex indicijs, vt dixi ſupra num. præcedenti. ibi. Vnde his confutatis &c & nõ ex plena probatione. Hinc nos videmus, quòd Princeps admittens bannitũ ad nouas defenſiones dicit in reſcripto.

Admittimus ſine præiudicio indiciorum reſultãtium ex contumacia.

Et non dicit: ſine præiudicio confeſſionis reſultantis &c. quæ verba ne ſine myſterio appoſita videantur, erunt nobis argumento, quòd iudex debet facere ſolummodo conſiderationem indiciorum, & non illius fictæ confeſſionis, & proinde videtur dicendum, quòd ſi admiſſus ad nouas defenſiones tollat illa indicia, dicatur in propoſito plenè probaſſe innocentiam, vt conſiderat etiam Modern. in qq. crim. lib. primo. quæſt. 11. ſub nu. 101. Et quòd admiſſus ad nouas defenſiones dicatur ſuam innocentiam oſtendere non ſolum ſi probauerit cõtrarium eius, quod continetur in ſententia, ſed etiam ſi Fiſci indicia, & probationes eliſerit, puta, excipiendo cõtra teſtes &c. tradit idem Moder. ead. quæſt. 11. nu. 13. verſiculo. vltimo non obſtat.

Quid tenendum? Diſtinguo: Aut quærimus, an iſte habitus pro confeſſo debeat ſuperabundanter elidere indicia: aut an ei ſint neceſſariæ illæ liquidiſſimæ probationes, quæ ſunt neceſſariæ verè confeſſo. Si primo caſu teneo opinionem affirmatiuã. 162
Si ſecundo, teneo iſtam vltimam negatiuam, quæ eſt magis æqua, & practicabilis: & pro ſolutione eorum, quæ in contrarium adduximus præmittẽdum eſt, quòd probatio, quæ fit per confeſſionem oris proprij, eſt diuerſa ab ea, quæ fit per confeſſionem reſultantẽ ex contumacia, quia illa, quæ fit ore proprio, oritur immediate ex ſolo dicto, & acceptatione ipſius confitentis, ſed illa, quæ fit mediante contumacia, oritur immediatè ex indicijs, & contumacia; ſicut docui ſupra num. præcedenti, ibi. Vnde his confutatis. Quare reus volens deſtruere confeſſionem oris proprij cogitur deſtruere ſuum dictum, & acceptationem, probando illam confeſſionem eſſe erroneam, ſed is, qui vult deſtruere probationem 163
confeſſionis reſultantis ex cõtumacia, ſatis eſt quòd deſtruat indicia quæ præceſſerunt inquiſitionem, & indicium contumaciæ: exempli gratia, qui ore proprio confeſſus eſt, ſe tali die Romæ interfeciſſe Titiũ, debet plenè probare quòd ipſe illa die erat Mediolani, ſeu Venetijs, vel quid ſimile, neceſſario innocentiam concludens. Qui vero eſt inquiſitus ad dictum vulnerati, ſeu alterius, & ſubinde propter contumaciam eſt reputatus pro confeſſo, ſatis eſt quòd probet, vulneratum prius dixiſſe cum A. ſe non potuiſſe cognoſcere percuſſorem, quia fuit percuſſus à tergo, & vulnere accepto, ſtatim cecidit in terram, & quòd poſtea fuerit ei per aliquas coniecturas perſuaſum à nonnullis maleuolis ipſius inquiſiti, quòd fuerat percuſſus ab ipſo inquiſito: & deinde per aliquam aliam probationem ſuperabundanter infringat indicium reſultans ex contumacia, vtputa probando, quòd ipſe fuit ſemper amicus ipſius vulnerati, & quòd cum primum audiuit, fuiſſe vulneratum, acceſſit ad illum viſitandum, & quòd ſecũ multa amicabilia verba habuit, & ſimilia, quæ hic non pono, quoniam probationes arbitrio prudẽtis iudicis ſunt committendæ, qui æqua lance conſideret, an indicia ſint ſuperabundanter eliſa, an non: & vbi arbitretur non eſſe ſufficienter eliſa, poterit deuenire ad torturam, vel ad aliam extraordinariam pœnam: quòd ſi videat ea omnia eſſe ſuperabundanter euacuata, illum abſoluet. Secundo præmittendum eſt, quòd natura liquidiſſimæ probationis eſt, vt ſuperabundanter, & vltra ſufficientiam probet. Vnde qui ſuperabundanter, & vltra ſufficientiam tolleret indicia præcedentia inquiſitionem, & indicium contumacię, diceretur liquidiſſimis probationibus eliſiſſe confeſſionem, & per cõſequens probaſſe innocentiam. His præmiſſis, reſpondeo ad contraria, & primum concedo totum, quia dicimus in præcedenti præmiſſo, liquidiſſimè, probari innocentiam, quando vltra ſufficientiam tolluntur ea, quæ delictum, probabant: & vltra ſufficientiam tolli diximus, quando per contrarias fortiores probationes eneruantur.

Ad ſecundum reſpondeo, in caſu propoſito æquiparationem non procedere, vt oſtendi ſupra in primo præmiſſo.

Ad tertium nego maiorem propoſitioné per ea, quæ dixi in vltimo præmiſſo.

† Decimoſeptimo quæro: nunquid iudex, conſtito ſibi in toto, vel in parte de innocentia Rei, admiſſi ad nouas defenſiones, poſſit, non conſulto prius Principe, cauſam expedire? Reſpondeo, quod poteſt, quia Princeps iam illum admiſit ad nouas defenſiones.

Diſſoluimus multa dubia, quę poſſent oriri, quãdo bannitus condemnatus comparuiſſet infra annum, ſeu eſſet admiſſus à Principe ad nouas defenſiones: nunc agendum eſt de his, quæ poſſent occurrere, quando bannitus eſt captus, ſeu comparet, lapſo anno, & non eſt admiſſus ad nouas defenſiones.

† Prima ergo difficultas eſt, an bannitus, interrogatus à iudice ſuper nomine, cognomine, & ſimilibus pro recognitione perſonæ, poſſit obijcere, recognitionem non eſſe faciendam, niſi prius ſit diſcuſſum, an indicia ſint legitima, ex quo inquiſitio, & omnia alia ſubinde ſequuta, legitimis non præcedentibus indicijs, eſſent nulla, vt dixi ſupra in pluribus locis? Reſpondeo, hac obiectione non retardari recognitionem, tùm quia ſi is

non

non ſit ille, de quo loquitur ſententia, illa diſcuſſio redderetur fruſtratoria: vnde ad euitandum circuitum incipiendum eſt non à diſcuſſione indiciorum, ſed à recognitione perſonæ, quæ etiam facilius poteſt præmitti,& à facilioribus eſt inchoandum: tùm etiam,quia dato,quòd indicia viderentur non legitima, tamen Iudex poſſet ſubſiſtere, an deberet illum bannitum dimittere, non prius conſulto Principe, iuxta ea,quæ ſcripſi infra ſub numer. 198. ibi. quòd debeat: non ſic eſt quando appareret ipſum non eſſe illum, de quo loquitur ſententia, quia ſine aliqua retardatione relaxaretur.

164 † Secunda difficultas: nunquid iſte proceſſus recognitionis ſit præcisè neceſſarius, vel ad bene eſſe ita, vt etiam recognitione non facta, poſſit iudex ſtatim procedere ad executionem ſententiæ? Reſpondeo, Bal. in quodam conſ. cum appareat Petrus relatus ab Ang. tractat. de malefic. in verbo. Caium Sempronij. ſub num.3. tenet, quòd recognitio fiat ad cautelam, & non de neceſſitate. Contrariam ſententiam, quòd ſit neceſſaria tenuerunt Bar. in l. inter ſtipulantem. §. primo. num.13. ff. de verborum oblig. & in l. diuus. num.4. in fine. & num.5. ff. de cuſto. & exhib. reorum. & in l. demonſtratio in principio. ff. de condit. & demonſtrat. Bal. ſibi contrarius in tit. de feud. ſine cauſ. non amitt. cap. primo. Salyc. in l. quicunque, ſub num.2. C. de requir. reis: Ang. Aret. in §. quadruplex. Inſtitu. de actio. & in dicto verbo. Caium Sempronij. ſub nume.3. Igne. in l. Cornelia. num.61. ff. ad Sillan. Boſſ. tractat. crim. tit. Banniti quid amittant, ſub num.18. Marſ. in pract. crim. §. in principio. ſub num.17. & quòd ita ſeruetur in Regno Neapol. teſtatur Foller. in pract. crim. in verbo. captis foriudicatis, num.1. in fine. Et quòd ita generaliter ſeruetur à bonis aſſeſſoribus referũt, & ſequuntur Rolan. à Vall. conſil.60. num.26. lib.2. Clar. lib.5. recept. ſenten. quęſt.96. verſiculo, quæro nunquid. Flamin. Cart. tractat. de execut. ſent. capto bann. cap.2. num.2. & 3 & Moder. in qq. crim. lib.1. quæſt.11. num.21. qui alios congerunt, & in re clara breuitati ſtudens, omitto.

165 † Amplia iſtam opinionem, & practicam, vt tunc præcipuè procedat, quando in proceſſu nullibi appareret de corpore condemnati per nomen, ſed ſolum per ſigna, vtputa, quia in inquiſitione, monitorio, ſeu citatione & ſententia ſit deſcriptus, quòd eſt homo ætatis annorum viginti quinque in circa, habens capillos rufos, & eos, qui ſtant ſupra frontem longos, & erectos, quòd habet barbam flauã, & breuem, quòd eſt ſtaturæ ordinarię, ſtrabo, & cũ cicatrice à naſo vſque ad aurem ſiniſtram, quòd eſt veſtitus femoralibus rubeis, tibialibus albis, thorace croceo, & pileo nigro &c. Vide pro confirmatione huius ampliationis quæ ſcripſi infra ſub num. 172. ibi. Contrarium eſt verum &c.

166 † Amplia ſecundo, vt tunc etiam habeat locum principaliter, quando bannitus, captus probaret, ſe vocari alio nomine, quàm appoſito in ſententia, ſicque oſtenderetur error commiſſus in nomine proprio ipſius, ſeu in nomine patris, vel cognomine, vel in nomine patriæ: quia tunc eſſet magis neceſſaria recognitio, qua facta, erroris commiſſi nulla habetur conſideratio, vt docui infra num. 173.

167 † Amplia tertio, vt tunc ſimiliter ſit maximè neceſſaria, quando in eo loco reperirētur plures eiuſdem nominis, & cognominis, vtputa, quia in ſententia reperitur condemnatus Franciſcus Barbitonſor, & in illo loco reperiuntur tres barbitonſores qui vocantur nomine Franciſci. Vide pro confirmatione huius ampliationis quæ ſcripſi infra nume. 174.

168 † Amplia quarto, vt recognitio ſit neceſſaria etiã ſi ille captus fateretur, ſe vocari iiſdem prorſus nominibus, ſed negaret, ſe commiſiſſe illud delictum, & ratio huius ampliationis ea eſt, quia poſſet in eo loco reperiri alius eiuſdem nominis, & cognominis, & quamuis hæc multiplicata nominum, & cognominum identitas in eodem loco non præſumatur regulariter, teſtibus Fely. in ca. cum Ioannes, ſub numer.9. verſus finem. de fid. inſtrumen. & Cæph. conſil.90. num.18. & ſeqq. lib. primo. tamen in criminalibus, in quibus requiruntur probationes luce meridiana clariores, vt docui ſupra cap 59. nu. 16. non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. l. non hoc. C. vnde legit. l. neque natales. C. de probat. cap. cum in præſentia. de probat. Dec. conſ. 36. ſub num.4. & Maſcar. tracta. de probat. concluſ. 875. num.2. lib.2. quos refert etiam & ſequitur Flamin. Cart. tracta. de execut. ſenten. capto bann. cap. 2. nu.40. & hanc ampliationem ſequitur etiam Modern. in qq. crim. lib. primo. quæſt.11. num.24. & eſt communis. * † Vnde in propoſito firmat Maſcar.

169 vbi ſupra, & ſequitur Flaminius Cart. loco citato, quòd falſitas inſtrumenti nõ dicitur probata ex eo, quòd teſtes deſcripti in inſtrumento, deponant, ſe non interfuiſſe illi inſtrumento, quia, vt inquit Maſcar. poſſunt eſſe alij teſtes eorundem nominum: & ideo requiritur, vt probetur, quòd hi teſtes ſunt illimet, qui ſunt deſcripti in inſtrumento, & quòd ſic obtinuerit in inſtrumento teſtamenti teſtatur Card. in dicto capit. cum Ioannes. col. 4. quem ibidem ſub num.9. & apertius in cap. auditis, ſub num. 27. de præſcript. refert, & ſequitur Felynus. Et ád Cæph. vbi ſupra reſpondetur vnà cum Modern. loco citato, quòd illa doctrina procedit in ciuilibus, ſicut loquuntur Doctores per eum allegati.

Extende hanc quartam ampliationem, vt ſit vera etiam ſi iudex certò ſciret eo in loco non reperiri alium eiuſdem nominis, & cognominis: & ratio huius extenſionis eſt, quia iudex non debet iudicare ſecundum cognitionem, quam habet ex propria, & priuata conſcientia, ſed ſecundum cognitionem, quam habet ex actis, vt docui ſupra ca.80. num.1.

170 † Extende rurſus prædictam ampliationem, vt habeat locum etiam ſi condemnatus, interrogatus, fateretur, eo loci non reperiri alium eiuſdem nominis, & cognominis, quia ſuppoſito, quòd neget, ſe eſſe illum, de quo loquitur ſententia, dico, recognitionem eſſe adhuc neceſſariam, non ea quidem ratione, quam Doctores aſſignant, videlicet, quia debeat adhuc fateri, ſe eſſe illummet, de quo loquitur proceſſus, & ſententia: hoc enim arbitror

 falſum,

falſum,vt dixi infra,ſed ea:quòd, vbi veritas in criminalibus poteſt adhuc certior haberi quàm ex ſola delinquentis confeſſione, ea eſt inueſtiganda, vt dicimus de corpore delicti,quod eſt inſpiciendum, & non eſt ſtandum confeſſioni Rei ad tradita ſupra cap.83.num.11.& cap.... num.... Sic etiam in propoſito,quia ille captus poſſet forſan ignorare, an in eo loco reperiatur alius eiuſdem nominis,iudex debet alios examinare,an cognoſcant alium,qui vocetur eodem nomine,& cognomine.

171 † Tertia difficultas: nunquid bannitus, condemnatus,& captus debeat recognoſci,quòd eſt illemet nomine, & corpore, qui eſt condemnatus in ſententia, an verò ſufficiat recognoſci, quòd vocatur iiſdem prorſus nomine, cognomine, & qualitatibus, quæ ſunt appoſita in ſententia? Reſpondeo, Bart. in l.diuus.num.5.ff.de cuſto.& exhibit.reorum,& in l.inter ſtipulantem.§.1.num.13. ff. de verborum obligat. quem referunt, & ſequuntur Nell. tractat. de bann.3.par.primi tempor.quæſt.12.& 2.par. ſecundi tempor.quæſt.34.Ang.tract. de maleſ. in verbo. Caium Sempronij nume. 3. & ibidem Auguſt. ad eum, & Rol.à Vall.conſil.60.num. 26. lib. 2.tenet, quòd bannitus debeat confiteri,ſe eſſe eum, qui eſt nominatus in banno,& teſtatur,ſe ita ſæpius practicaſſe,& ſeruari à bonis Aſſeſſoribus, & quòd iuxta hanc practicam Bartoli ſit veritas contra Alexan. & Felyn.in locis à me allegatis infra nume.ſequen. teſtatur Boſſ.tract. crim. titu. banniti quid amittant. ſub num.18.ibi.Et breuiter veritas eſt &c. quem referunt,& ſequuntur Flam.Cart.dicto capit.2. num. 19.& Modern.dicta quæſt.11.nu.24. verſus finem. qui etiam teſtantur,hanc practicam Bartoli eſſe cō-
* muniter * receptam,Flam.Cart.videlicet dicto cap. 2.num.20.in fine,& 21.& Modern.loco citato.

Contrariam ſententiam, quòd ſatis ſit, apparere,eum vocari iiſdem nominibus, & non conſtare, quòd reperiantur alij eiuſdem nominis, & cognominis videntur tenere Alexan.in dicta l.diuus,la ſecunda in addit.ad Bar.num 5. & Felyn. in cap. cum Ioannes.ſub num.9.de fid. inſtrum.ibi. Sed dictum Domini Cardinalis. referens ex Bal. quòd Bar. in locis allegatis loquitur de cautela, & non de neceſſitate, & quòd Cardinalis ſi eum aliter conſideraſſet,malè intellexiſſet.

Quid dicendum? Diſtinguo duos caſus: Aut conſideras, an Fiſcus debeat probare, quòd captus eſt non ſolum nomine, ſed etiam corpore, & perſona ille, de quo loquitur ſententia, & hic eſt primus caſus: Aut conſideras, an hoc dicatur probari ſolummodo,quando probatur formaliter ex confeſſione ipſius capti, ſeu depoſitione teſtium, quòd eſt illemet nomine, & corpore, qui reperitur inquiſitus,& condemnatus in ſententia, & non quando eſt probatum, non reperiri alium eiuſdem nominis,& cognominis, & hic eſt ſecundus.

Si conſideras primum: dico opinionem Bartoli, & ſequacium non eſſe ad cautelam, ſed omnino neceſſariam,& ab omnibus vti talem communiter receptam, quia in criminalibus præſertim ſi tractetur de vita hominis agitur de maximo præiudicio. Et vbi agitur de maximo preiudicio debet procedi eo, quo poteſt cautiori modo,vt dixi ſupra c. 87.nu.18.

Si conſideras ſecundum: dico opinionem Bartoli eſſe ſolummodo ad cautelam,& nō neceſſariam, quoniam exiſtimo, identitatem perſonæ dici ſufficienter probatam, quando eſt probatum non reperiri alium eiuſdem nominis, quamuis non dicatur, quòd eſt illemet homo nomine & corpore, quia id intelligitur in manifeſtam, & neceſſariā conſequentiam. Vide ad hoc text.in l.2.& ibi. Doctores. ff. de lib.& poſthum.Bene verum eſt,quòd identitas perſonæ iuxta primum caſum dicetur ſufficienter probata etiam ex ſola confeſſione condemnati, ſed nō iuxta ſecundum: quoniam adhuc debent examinari teſtes,& fieri,ſi poſſibile eſt,certior recognitio iuxta ea,quæ ſcripſi ſupra num.præcedēti, & infra ſub num.175.ibi. Si in ſecundo. &c.& modum ac practicam recognoſcendi iuxta hāc noſtram diſtinctionem docui infra in quinta difficultate. eod.nu.175.

172 † Quarta difficultas:nunquid recognitio ſit inutilis,quando ſententia eſt lata contra perſonam, non nominatam iuxta primam ampliationem, poſitam ſupra num.165. vel contra perſonam nominatam, ſed erronee,vtputa, quia ſit erratum in nomine proprio, ſeu in cognomine, ſeu in nomine patriæ iuxta ſecundam ampliationem, quam poſui ſupra nume. 166. vel contra perſonam æquiuocè nominatam, vtputa quia ſit lata contra Petrum Martini S. Laurentij.& in S.Laurentio reperiantur duo Petri Martini iuxta tertiam ampliationem poſitam ſupra nu. 167.? Sicque excutimus denuò veritatem illarum ampliationum. Reſpondeo,prima facie videtur dicendum quod ſit inutilis,quia ſi ſententia, & bannū ſunt nulla,ad quid recognitio? Quòd ſententia, & bannum ſint nulla probatur dupliciter: primo,quia in ſingulis enarratis caſibus videtur lata contra perſonam incertam, ſicque ratione incertitudinis videtur inualida, argumento textus in l.ſi fuerit.ff. de rebus dub.& eorum,quæ ſcribunt Paul. de Caſtr.in l. hac conſultiſſima,num.6. C. qui teſtam.fac.poſſ. & Ang.in l.inter ſtipulantem.§.ſi Stichum. nume.6.ff. de verborum oblig.& in l.2.num.2.ff.de libe. & poſthu. Secundo, quia ſententia non tenet, niſi appareat, quòd cōdemnatus fuerit citatus perſonaliter, vel ſaltem domi,vt dicit Boſſ.tract. crim.tit. banniti quid amittant.ſub nu.18.ibi. Et breuiter veritas eſt.

Contrarium eſt verum, quòd iſta recognitio in prædictis ſingulis caſibus ſit neceſſaria, & non inutilis, quia ſi ſententiæ inualiditas dependet ex incertitudine,ſublata incertitudine, ſentētia remanet valida. Sed incertitudo poteſt auferri per recognitionem. Igitur recognitio eſt omnino neceſſaria: nam, aut liquidatur aduerſus quod corpus ſit lata,aut nō. Si liquidatur,diſtinguo:aut liquidatur plenè,aut ſemiplenè. Si plenè,certi iuris eſt,quòd ſententia poteſt mandari executioni: vnde licet ignoretur nomē condemnati iuxta primam ampliationem, tamen ſi plenè conſtet de eius corpore,ſententia valet, & poteſt exequi iuxta ea,quæ tradunt gloſ. in l.1.§. item illud. ff. ad Sillan.Aret.Inſtit.de actio.in §.quadrupli.num.5.Felyn.in cap.auditis.ſub num.27. ibi. Et pro hoc. de præſcript.Marſ.in pract.crimin.in principio,num.17. Boſſ.tracta.crimin.titu.de inquiſitio. nu.78.

nu.78.Clar.lib.5.recept.senten.q.4. versiculo, quãdo verò. & q.31. versiculo. contra & aduersus, & Flam.Cart.tract.de execut. sent. capto bann. cap.2. num.4.& 5. & quòd hoc sciant omnes testatur Boss. tract.crim. tit. de delict. num.33. & quòd sententia teneat non solum quando ignoratur nomen delinquentis, vt loquuntur præallegati, sed etiam quando ignoratur nomen offensi tradunt Alex. cons.19. sub num.3. versus finem. lib.7. Ang. tract. de malefic. in verbo, hæc est quædam inquisitio, num.90. & ibi. August. ad eum Ias. in l. iusiurandum. §. fin. sub num.23. ff. de iureiur. Fely. dicto cap. auditis, num. 28. Mars. sub allegato nu.17. Boss. loco proximè citato. Clar. dicta q.4. versiculo. quando verò. & q. 52. vers. vlterius etiam, & hæc est communis * omnium sententia, & quòd ita fuerit seruatum in facto vide Bal. in l. quoties. §. si quis nomen. ff. de hæred. instituen. relatum etiam per Mars. dicta pract. crim. in principio. sub num.17. & Clar. dicto vers. quando verò. qui Bal. testatur, quendam homicidã fuisse missum ad furcas, quamuis ignoraretur nomen occisi. Nec obstant textus in allegata l. si fuerit, & notata per Paul. de Castr. & Ang. in locis citatis, quia illa habent locum, quando in sententia non est expressum nomen condemnati, nec aliud æquipollens, secus quando est expressum æquipollens, vt bene docet Fely. in dicto cap. auditis sub num.27. ibi. nisi exprimeret: vnde non negant illi, quòd sententia, quę non remanet incerta, possit mandari executioni, & quòd satis sit incertitudinem sententiæ liquidari in eius executione vide textum, & ibi notata in l.2. C. de senten. quæ sine cer. quant. lata est, & satis comprobatur etiam ex his, quæ dixi num. seqq.

Minus obstat quod adduximus ex Boss. de nullitate banni, quando citatio non fuit executa personaliter, seu saltem domi, quia respondeo distinguẽdo: aut ille cõdemnatus non habet habitationem in loco iudicij: aut habet. Si non habet: dico, citationem per edictum equiparari prędictis, quare delinquentes, qui non habent domicilium, seu est incognitum citantur in locis publicis per edictum, vt docui supra cap.40. num.11. & ita declarabis Moder. in qq. crim. lib.1. q.11. num.23. vers. Sed aduerte. Si habet, iam præsupponimus, citationem fuisse executam, vel personaliter vel domi. Et ad sciendum, quando dicatur plenè liquidari: dico, dupliciter: ex confessione scilicet ipsius condemnati, & ex depositione testium: cæterum deficientibus confessione condemnati, & depositione testium, recurrendum est ad indicia, & qualitates, quibus est descriptus, & vbi qualitates sint generales, quia possunt conuenire pluribus, non diceretur plenè recognitus, quòd si sit expressa aliqua qualitas, quæ illi soli cõueniat vt puta, quia sit designatum, quòd habitabat in tali terra, in tali viculo, seu contrata, & quòd est claudus, seu gibbosus, vel quid simile, & is fateatur, seu aliter probetur, quòd habitabat in illa domo, & quòd in ea non habitabat alius gibbosus, seu claudus, dicetur similiter plenè recognitus, vt videtur etiam aperte sentire Fely. in dicto cap. auditis. sub num.27. ibi. Item limitat. Et hæc dicta sint quando sententia est plenè liquidata. Si est liquidata semiplenè, vtputa, quia adest vnus testis, qui deponit, illum esse eum, de quo loquitur sententia, vel aliud simile indicium, tunc sententia non potest exequi, sed ille poterit torqueri iuxta ea, quę scripsi infra in simili sub nu. 175. ibi. Si est semiplene recognitus. aduertendo tamen, quòd nunquam potest dici plenè, seu semiplenè liquidata, nisi post auditas defensiones, & exceptiones ipsius condemnati iuxta ea, quæ scripsi infra nu. 179. & hæc dicta sint quando sententia liquidatur. Si non liquidatur nec plenè, nec semiplenè, dico illam remanere inualidam, & nullam mereri executionem, & ita procedant quæ adducebam in cõtrarium, quòd si remaneat aliquod indicium, & suspicio de persona illius poterit maturo consilio relaxari sub aliqua cautione de se repræsentando ad omne mandatum Curiæ iuxta ea, quæ scripsi infra sub num.175. ibi. Si est euacuatum.

173 † Quantum attinet ad sententiã latam cõtra personam erroneè nominatam iuxta secũdam ampliationem, quòd teneat, dummodo constet de corpore, tradunt Bar. in l. demonstratio q.6. nu.12. ff. de condit. & demonstr. Nell. tract. de bãn.3. par.1. tẽp. q. vltima. Ang. tract. de malef. in verbo. Caiũ Sempronij. num.6. & seqq. & ibi August. ad eum, Boss. tract. crim. tit. de bann. nullitat. num.8. & satis probatur argumento textus in l. si in iudicijs. ff. de iudic. & quòd in facti contingentia ita seruatum fuerit Bononię testatur Ang. in l. his verbis. §. fin. in fine. ff. de hæred. instit. dicens, quòd quidã descriptus de vna ciuitate in numero bannitorũ fuit decapitatus, quia constabat de corpore, licet non esset de illa Ciuitate, de qua erat descriptus, & hoc dictum Angeli, vti iuri consonum referunt Ioan. Arno. Epito.95. quidam conciuis. Clar. lib.5. recept. sent. q.31. vers. cõtra, & aduersus. in fine. Flam. Cart. tract. de execut. sent. capto bann. cap.2. nu.7. & Moder. in qq. crim. lib.1. q.11. num.22. Licet ipse non referat hunc casum: qua cõmuni opinione, & practica stante, Clarus in dicto vers. contra, & aduersus, monet delinquentes, ne confidant super eo, quod fortè in libello inquisitionis sit erratũ in cognomine, seu patria, quia inquit. Si condemnentur, & postea perueniant ad manus iustitiæ, non euadent executionem condemnationis, dummodo constet de corpore delicti, & condemnati. Et certè hæc est bona lex, & practicata ad reprimendam etiam eorum malitiam, qui sibi quandoque nomen mutant, eoque mutato, alia cõmittunt delicta, quia non debent euadere ex quo reperiantur condemnati sub nomine ficto, & non sub nomine vero.

174 † Quantum attinet ad sententiam, latam contra personam ęquiuocè nominatam iuxta tertiam ampliationem, quòd huiusmodi sentẽtia valeat, dummodo constet de corpore condemnati vide Bar. in l. demonstratio in q.6. num.12. ff. de condit. & demonstr. Pau.. de Castr. in l. hac consultissima sub nu. 6. C. qui testam. fac. poss. Nell. tract. de bann.3. par. 1. tẽp. q. vltima. August. Ang. tract. de malef. in verbo. Caium Sempronij. num.7. Flam. Cart. tract. de execut. sent. capto bann. cap.2. num.11. & Moder. in qq. crimin. lib.1. q.11. nu.23. Et ad sciendũ quomodo isto casu possit apparere de corpore condẽnati,

nati, recurre ad Bar. Paul. de Castr. & alios superius allegatos, qui dicunt constare, quando apparet contra quem eorum fuerit executa citatio personaliter vel domi, quia is dicetur condemnatus, & incertitudo euanescit. Et ad sciendum quomodo possit apparere contra quem fuerit executa citatio, dico, tripliciter: primo ex confessione ipsiusmet constituti; qui fateretur se personaliter, vel domi fuisse citatū; secundo ex relatione Nuncij, qui apud acta expressisset aliquod signum, seu qualitatem ex quo colligeretur quis fuerit citatus: dixi, qui apud acta expressisset; quia si vellet declarare postea, credo quod eius declaratio non esset admittenda, & moueor ex eo, quòd minus iudex admitteretur ad declarādum de quo intellexisset in sententia, quamuis potuisset hāc declarationem facere in inquisitione ante sententiam, vt latè contra Bar. qui existimabat eum posse declarare etiam post latam sententiā, ostendit Ang. in l. eum quem temerè. in fine. ff. de iudic. quem referunt, & sequuntur Aug. ad Ang. tract. de malef. in verbo. Caium Sempronij. sub nu. 3. & Flam. Cart. dicto cap. 2. num. 30. quibus me subscribo. Tertio ex iuris fictione, quæ habet locum solum in citatione per edictum, fingendo, eam fuisse semper executam contra delinquentem, & ratio huius fictionis est, quia delinquens, qui audiuit citationem, seu audiuisset, nisi latitasset, audiendo causam ob quā fiebat illa citatio, sibi conscius certus fuit, seu fuisset, quòd ipse citabatur, vt ex Bal. in l. si quis seruum. §. si inter duos. ff. de leg. 2. refert, & sequit Nell. tract. de bann. 3. par. 1. temp. q. vltima. Verum iste vltimus modus indicat nobis citationem esse validam, sed non quis fuerit citatus. Arbitrantur Moder. dicta quæst. 11. num. 23. vers. Sed aduerte, & nonnulli alij, ad condemnati recognitionem in prædicto casu faciendam nō satis esse, quòd appareat, eū fuisse citatum, sed requiri adhuc eius confessionē, quòd est illemet, de quo loquitur sententia. Sed ego huic sententiæ assentiri non possum, quia si cōstat, ipsum vocari eo nomine, quo est condēnatus, & ipsum esse citatum, quomodo poterit dubitari, an sit ille inquisitus & condemnatus? Censeo igitur, satis esse quod constet ipsum fuisse citatū, & certè sic loquuntur Paul. de Castr. in l. hac consultissima. num. 6. C. qui testam. fac. poss. & communiter omnes, & ratio est euidens.

175 † Quinta difficultas sit circa practicam faciendæ recognitionis, siquidem Doctores in ea modo confusi, & modo contrarij videntur. Breuiter & ab exordio inchoando, hanc doceo practicam. In primis, capto bannito, eoque coram Iudice, & Notario cōstituto, Notarius scribet. Cōstitutus coram &c. quidam homo strabo, staturæ ordinariæ, & vt videbatur, ætatis annorum vigintiquinque in circa, habens capillos rufos, & eos qui stant supra frontem, longos, & erectos, barbam flauam, & breuem, cicatricem à naso vsque ad aurem sinistram, vestitus femoralibus rubeis, tibialibus albis, thorace croceo, & pileo nigro, cui delato iuramento &c. in forma, vt docet Flam. Cart. tract. de execut. sent. capto bann. cap. 2 num. 16. & 86. & monuimus supra cap. 86. sub num. 67. ilque ita descriptus, & præstito iuramento de veritate dicenda, erit interrogandus quomodo peruenerit in fortijs Curiæ, itē de eius nomine, cognomine, casata, ciuitate, seu loco, vnde oriundus est, quanto tempore fuerit absens à sua domo, vbi moratus sit, quo tempore cœperit abesse, quæ bona stabilia habeat, & vbi, & in quo loco loci, & de similibus iuxta indicia processus, & naturam causæ, dirigendo omnia ista interrogatoria ad finē, vt possit fieri certa recognitio, sicut tradūt Foller. in pract. crim. in verbo. captis foriudicatis. num. 1. & Flam. Cart. dicto cap. 2. num. 16. & 33. Quo interrogatorio facto, facio duo membra diuisionis: Aut Constitutus fatebitur se vocari ijsdem nomine, cognomine, & alijs qualitatib⁹, quibus est vocatus in processu, & sententia, & hoc sit primum membrū: Aut dicit se aliter vocari, & hoc sit secundum: Si fatebitur se vocari, vt est nominatus in sententia, erit ei legenda sententia ad claram intelligentiam, qua lecta, & per eum audita debet interrogari iuxta practicam Bartoli, de qua dixi supra num. 171. in 3. difficultate, an sit illemet nomine, & corpore, quē modo audiuit condemnatum esse in sententia sibi lecta, & tunc vel respondet affirmatiuè, quod est illemet, vel negatiuè. Si affirmatiuè, recognitio dicetur sufficientissimè facta, vnde non est vlterius insistendum. Si negatiuè, tunc erit interrogandus, an in loco suæ patriæ reperiatur alius eiusdem nominis, & cognominis, quibus vocatur ipse Constitutus, sicut docent ijdem Foller. dicto nume. 1. & Flamin. Cart. dicto cap. 2. nu. 17. quo interrogatorio facto, vel respondet reperiri alium eiusdem nominis, illumque notificat, & ostendit, quia non satis esset dicere, nisi probaret, vel respondet, non reperiri aliū, vel respondet se id ignorare. Si primo casu, quando ostendit alium eiusdem nominis: dico, Fisco incumbere onus probandi, quòd Constitutus sit illemet, de quo loquitur sententia, quia aliàs sententia remaneret incerta, & ita distinguendo sentit etiam Felyn. in capit. cum Ioannes. sub num. 9. ibi. Sed dictum. de fid. instrum. allegans Bal. in quodam breui cons. incipien. cum appareat de condemnatione, & cum hoc præsupposito, quòd scilicet reperiantur alij eiusdem nominis loquitur secundum Ias. in l. inter stipulantem. §. si Stichum. sub nu. 10. ff. de verb. oblig. ibi. per ista subdit. Bartolus à nobis allegatus supra num. 171. Et quòd hæc sit communis *opinio omnium, nemine discrepante, excellenter ostenditur ex eo, quòd si in instrumento oppugnato di falsitate non dicitur probari identitas testium, quando datur dubietas an reperiantur alij eorundem nominum, vt ex communi Doctorum sententia dixi supra nu. 169. quanto magis id dicemus in executione sententiæ, quando euidenter apparet, quòd reperitur alius eiusdem nominis? Et certè ita omnino est dicendum, quia quemadmodum, si essemus certi, quòd non reperiretur alius eiusdem nominis, vtique & Bar. & cæteri omnes admitterent, non requiri maiorem recognitionem, ita per oppositum, stante incertitudine, resultante ex pluralitate nominum, cogimur dicere, recognitionem, quòd sit illemet, esse necessariam. Sicque isto casu Bar. & Fely. quos vti contrarios adduximus supra num. 171. sunt concordes.

cordes, & quomodo ad vlteriorem recognitionem ſit procedendum doceo infra.

Si in ſecundo caſu, quando reſpondet, non reperiri alium eiuſdem nominis, ſed tamen negat iuxta noſtrum ſuppoſitum, ſe eſſe illum, de quo loquitur ſententia, inſurgit aliqua difficultas, an requiratur vlterior recognitio, & hic Doctores arbitrantur cõtrarietatẽ eſſe inter Bar. & Fely. prout nos hanc contrarietatẽ retulimus ſupra dicto nu. 171. Sed (quod ibi conſultò omiſimus, hicq; ſtudio monemus) poſſunt conciliari: nam dum Bar. tradit, probandũ eſſe, quòd Conſtitutus ſit illemet nomine, & corpore, de quo loquitur ſententia, bene dicit, quia loquitur de facienda executione ſententiæ. Sed Fely. dum ait, ſatis eſſe, ſi appareat eum vocari eodẽ nomine, quo reperitur condemnatus, quia non præſumitur nominum pluralitas, loquitur & bene reſpectu validitatis ſententiæ, dicens, quòd ſententia tenet, quamuis detur pluralitas nominum, quod eſt veriſſimum vt docui ſupra nu. 173. At quòd hæc ſententia poſſit mandari executioni, ſi agat de vita hominis, non prius probato quòd ſit illemet realiter, de quo loquitur ſententia, hoc ipſe non dicit, & ſi diceret, vel ſentiret, malè ſentiret, quia requiritur vlterior recognitio tum ex eo, quòd Conſtituti reſponſio, dum negat ſe eſſe illum, & fatetur non reperiri alium eiuſdem nominis, eſt ſibi pugnans, & contraria, tũ propter ea, quæ ſcripſi ſupra num. 170. & quomodo ad vlteriorem recognitionem ſit procedendum doceo infra.

Si in tertio, quando reſpondet ſe ignorare, an reperiatur alius eiuſdem nominis, tunc multò magis requiritur vlterior recognitio. Quare vt doceã quomodo in prædictis caſibus procedendum ſit ad vlteriorem recognitionem, reminiſci oportet, Conſtitutum hunc non potuiſſe banniri, & condemnari ſine præcedentibus indicijs, probatis ex depoſitione teſtium, qua indiciorum probatione præſuppoſita, diſtinguo: Aut poſſunt haberi illimet teſtes iam examinati in proceſſu informatiuo: Aut nõ. Si poſſunt haberi, erunt interrogandi de illo Conſtituto an ſit ille nomine, & corpore, de quo depoſuerũt &c. aduertendo, vt hæc recognitio fiat in forma quam docui ſupra cap. 86. nu. 59. cum ſeqq. ne aliàs eſſet ſuggeſtiua. Hac recognitione facta, &, reo audito ſuper ea, videndum eſt, an ſit plenè, vel ſemiplenè, vel minus quàm ſemiplenè recognitus. Si eſt plenè recognitus, non eſt vlterius inſiſtendum, quia recognitio dicitur ſufficienter facta, & ſic intelligas Iaſ. in l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum. ſub num. 10. ff. de verb. oblig. in illis verbis.

Et ſi iudices non poſſent ab eo talem confeſſionem extorquere, tunc aſſumant probationem, aut veriſimilia, quòd eſt ille homo, de hoc maleficio inculpatus.

Si eſt ſemiplenè recognitus, vtputa, quia repertus ſit vnus ſolus teſtis, qui eum recognouerit, ſeu iudex habeat ſimilia indicia, recognitio non erit ſufficiens ad executionem ſententiæ, ſed ad torturam, vt bene aduertit etiam Moder. quem allegaui infra hoc eodem num. ibi. Et in hanc noſtram. Et quidem quando non appareret alius eiuſdem nominis, eſſetque recognitus ab vno teſte poſſet in ſummo gradu torturæ tormentari, & tortura omiſſa poſſet exequi ſententia cum mitigatione pœnæ.

Si eſt minus quàm ſemiplenè recognitus, poſſet maturo cõſilio relaxari ſub fideiuſſione de ſe repræſentando, vt dixi infra ibi. Si eſt euacuatum. Et hæc quando poſſunt haberi illimet teſtes.

Si non poſſunt haberi, vtputa quia ſint mortui, & tunc denuo diſtinguo: Aut poſſunt haberi alij, qui eum recognoſcant, aut non. Si poſſunt haberi, facio eandem diſtinctionẽ, eaſdemq; concluſiones, quas feci ſupra addo hoc ſolum, quòd hi teſtes, qui non fuerunt examinati in proceſſu informatiuo, ſunt diligentius interrogandi, de cauſa cognitionis. Si non poſſunt haberi teſtes, qui illum recognoſcant, iudex debet inueſtigare an poſſit probare, quòd non reperitur alius eiuſdem nominis. Nam ſi eſt oriundus ſeu incola alicuius Terræ non magnæ vtputa Marini, ſeu alterius anguſtioris loci, iudex poſſet examinare tres, quatuor, vel ſeptem teſtes illius loci, qui vbi depoſuerint, non reperiri alium eiuſdem nominis, vel deponerent, eſſe illum, quem viderunt citari pro illo delicto, recognitio dicetur ſufficiẽter facta; quòd ſi iudex, vel ob loci diſtãtiam, vel ob aliquod impedimentum (quod nunquam vidi occurrere) non valeret illos teſtes examinare, poſſet illi bannito præfigere aliquem terminum ad docendum, ꝙ ipſe non ſit ille, de quo loquitur illa ſententia, &, termino elapſo, & ab eo nihil probato, poſſet acriter torqueri. Et hæc, quando loci anguſtia patitur, vt iudex poſſit probare non reperiri alium eiuſdem nominis: cæterũ ſi locus, vnde oriundus ſit, eſſet aliqua magna Ciuitas, qualis eſt Roma, Mediolanum, Venetiæ, & ſimiles, tunc recurrendum in primis eſt ad indicia, & executionem citationũ iuxta ea, quę ſcripſi ſupra ſub num. 174. ibi. Et ad ſciendum, & his adhuc inſufficientibus, recurrendum eſt ad inſtigatores, ſiqui ſunt, vt ſubminiſtrent viam, & modum, quo Conſtitutus liquidò recognoſcatur, & ad examen vicinorum, interrogando eos an illum cognoſcant, à quanto tempore eum non viderint, ob quã cauſam tam longo tẽpore fuerit abſens, & de ſimilibus circunſtantijs, ex quibus elici poſſit, quòd ſit nomine, & corpore ille, de quo loquitur ſẽtẽtia, & conſtito vel ex depoſitione teſtium, vel ex indicijs, quod ſit illemet, de quo &c. remitto te ad ea, quę dixi ſupra hoc eodem num. ibi. hac recognitione facta. Quòd ſi neque ex teſtium depoſitione, neque ex indicijs, & proceſſu poſſit recognoſci (quod certè eſt impoſſibile. Vnde nunquam audiui, quòd iudici defuerint probationes recognitionis) tunc iudex debet illi præfigere terminum ad probandum ſe non eſſe eum, de quo loquitur ſententia, quo termino elapſo, vel illud indicium reſultans ex condẽnatione, facta in ſuo nomine, eſt euacuatum, vel nõ: Si eſt euacuatum, vtputa quia probauerit ſuam bonam famam, quod continuè moratus fuerit in ſua Ciuitate, quòd ſemper publicè, & palam conuerſatus ſit etiam in Curia domini Iudicis, & præſertim tẽpore quo fabricabatur proceſſus, quòd erat amicus offenſi, vel conſanguineus, & alia ſimilia, & haberet aliquod nomen, quod multis ſolet imponi, vtputa

puta, si vocetur Petrus, Paulus, Ioannes, & alio simili, tunc posset, vel liberè, vel sub fideiussione relaxari. Si non est euacuatum esset torquendus, & tortura illata, si eam superasset deberet similiter illum dimittere. Vnde ex hac theorica, & practica nota, ꝗ doctrina, & practica Carrerij in pract. crimin. fol. 15. num. 10. Rol. à Vall. cons. 60. num. 27. lib. 2. Clar. lib. 5. recept. sent. q. 96. vers. quæro nunquid. Bonacossæ in suis comm. opinio. in verbo. exequi. relati inter comm. opinio. recen. collec. tom. 2. lib. 7. tit. 15. & Flaminij Cart. qui eosdem sequi videtur tract. de execut. senten. capto bann. cap. 2. sub num. 32. dum tradunt, bannitum, negantem, se esse illũ, de quo loquitur sentẽtia, debere torqueri, vt fateatur, se esse illum nomine, & corpore; & hãc quidam ex eis testantur esse communẽ * opinionem, non est vera, nisi in casu, quo deficiunt aliæ probationes ad eum recognoscendum, & indicia contra eum existẽtia non sunt euacuata. Et in hanc eandẽ nostram sentẽtiam videtur ire Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 11. num. 25. vers. amplia rursus, dicẽs, bannitum, negãtem se esse illum, de quo in banno, &, deficientibus testibus, posse ex legitimis præcedentibus indicijs torqueri: &, hæc sentẽtia quòd sit vera, inconcussa ostẽditur ratione: videlicet, quia ad torturã non est procedendum nisi hæc duo concurrant copulatiuè: primum, vt ad eã deueniatur in subsidium iuxta ea, quæ scripsi supra num. 79. versus finem: secundum, vt extent legitima indicia, & dum ipsi in eorum sententiam allegant Nell. tract. de bann. 3. par. 1. temp. q. vltima. & 2. par. 2. temp. q. 34. Ang. tract. de malef. in verbo. Caium Sempronij num. 3. & in verbo. Et ibi caput à spatulis. num. 17. & Mars. sing. 72. forsan non aduertunt, sicut aduertit Flam. Cart. vbi supra, quòd hi non exprimũt, esse compellẽdum per torturam, sed solum dicunt, quòd iudex debet facere, seu compellere bannitum, vt fateatur: immo Ang. dicto num. 17. allegatus à Rol. à Vall. vbi supra nullum verbum facit de compulsione. Et hæc dicta sint de illo primo membro distinctionis posito supra sub hoc eod. num. ibi. Quo interrogatorio facto. quando Constitutus fassus est, se vocari ijsdem nominibus, quæ sunt apposita in sentẽtia. Nunc sumo aliud membrum quando dixit, se vocari alio nomine, quam expresso in sententia, & agendo breuiter, dico, quòd tunc recurrendum est immediatè ad testes, qui ipsum recognoscant, & quidem ad testes omni exceptione maiores, quia agitur de vita hominis, vt bene aduertit Moder. dicta q. 11. num. 25. qua recognitione facta, distingue, & resolue, vt distinxi, & resolui supra sub hoc eodem num. ibi: hac recognitione facta. Et hæc dicta sint circa practicã recognoscendi bannitum: formam recognitionis, & quæ in ea præcauenda sint docui supra cap. 86. num. 61. quæsito 25. & modum ipsum per extẽsum examinandi, & recognoscendi videas apud Flam. Cart. dicto cap. 2. per totum, & formaliter nu. 86. cum seqq. duobus volo hic te esse monitum: primo, vt tu, domine officialis, qui procedis contra aliquem malefactorem, maximè si sit contumax, facias diligenter annotari illius nomen, cognomen, patriam, & etiam contratam, & vicum, sit oriundus ex aliqua magna Ciuitate, ipsumque patriæ nomen facias exprimi per nomen substantiuum, dicendo. Petrus Martini oriundus ex Ciuitate Tusculana, seu de Tusculo, & non per nomen adiectiuum: dicendo. Petrus Martini Tusculanus, quia vidi quandoque nomen loci imponi alicui propter aliquam aliã actionem, seu factũ, & non quòd sit inde oriundus. Secundo, quod ad recognoscendum caput seu cadauer alicuius banniti non proceditur ita cautè, sicut proceditur in recognitione banniti viui. Nã in recognitione cadaueris banniti, non est necessariũ, quòd ostendatur positum inter alia cadauera, & cum indumento solito, & sine ostensione ad oculũ, licet hæc omnia sint consideranda in recognitione banniti, aut alterius delinquentis viui, vt docui supra ca. 86. num. 59. 61. & sub nu. 67. ibi. Ex tunc dominus mandauit ipsum Constitutum poni &c.

176 † Sexta difficultas oritur circa recognitionẽ banniti Theutonici, græci, vel similis, qui & linguæ latinæ, & huius nostræ vernaculæ esset imperitus: item circa recognitionem banniti muti, seu surdi, vel muti, & surdi simul. Et breuiter agẽdo, quoad recognitionem banniti, qui neque hanc nostram, neque latinam linguam intelligat, dico, quòd si iudex habeat notariũ, qui sciat illius idiomate loqui, sufficiet Notarij interpretatio: aliàs, deficiente huiusmodi notario erunt deputandi duo interpretes, vt refert, & sequitur Flam. Cart. dicto cap. 2. nu. 52. & seqq. At ego in officio sanctæ Inquisitionis Meliuetanæ aliter practicatus sum, habebamus enim Notariũ Italum, & Fiscalem Meliuetanum, peritum linguę arabæ, grææ, & italæ: hæc enim tria idiomata sunt ibi ferè in æquali vsu, & quãdo interrogabamus reum vel testẽ gręcum, seu arabum vtebamur sola Fiscalis interpretatione. Quantum ad examen Muti, & Surdi vide eundẽ Cart. dicto tract. de execut. sent. capto bann. cap. 2. num. 43. cum seqq.

177 † Septima difficultas: supponamus, recognitionẽ banniti esse sufficiẽter factam, vel ex confessione propria siue spontanea, siue vi tormẽtorum, sed ratificata, vel ex depositione testium, nunquid iudex debeat tunc interloquendo pronunciare illum Constitutum esse eum, qui reperitur bannitus, & condẽnatus in tali sententia, & illam esse suis loco, & tempore debitæ executioni mandandam? Respondeo, quòd sic secundum Bal. in cap. 1. num. 2. de feud. sine culp. non amitt. quem referunt, & sequunt Ang. tract. de malef. in verbo. Caium Sempronij. num. 3. & in verbo. Et ibi caput à spatulis. num. 17. Fely. in cap. Rodulphus, sub num. 35. ibi. Et laudat quòd contra bannitum. de rescrip. Rol. à Vall. cõs. 60. nu. 28. lib. 2. Bertazz. cons. 35. num. 10. lib. 1. & Flam. Cart. tract. de execut. sent. capto bann. cap. 2. num. 20. & eãdem sentẽtiam amplectitur Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 11. nu. 25. vers. amplia quinto. Et quòd in facto hęc declaratio soleat fieri vide Ang. de Perusio in l. hac. consultissima. nu. 3. C. qui testam. fac. poss. & apertius in l. 1. sub num. 1. C. de senten. quæ sine cer. &c. quem etiam refert Flam. Cart. vbi supra subdens, quòd aliqui iudices statim atque à bannito habent responsionem, quòd in eius patria non reperitur alius eiusdem nominis, pronunciant, sententiam

tentiam

tentiam contra eum eſſe exequẽdam, ea ei aliter nõ lecta, quam practicam ipſe reprobat, & bene per ea, quæ ſcripſi ſupra ſub nu. 175. ibi. Si in ſecundo &c. & eod. cap. 2. num. 86. in fine ponit formam huius declarationis. Verum aduertẽ, quòd & ſi relati Doctores tradant, hanc declarationem eſſe faciendam, tamen in puncto res eſſet diſputabilis per ea, quæ ſcripſi de declaratione contumaciæ, & confeſſionis ſupra nu. 73. & 112. Vnde cautela erit quòd fiat.

178 † Octaua difficultas: nunquid à præfata declaratoria ſit admittenda appellatio ſaltem quoad effectum ſuſpenſiuum? Reſpondeo, quòd non, & moueor ex pluribus: primo, quia hæc declaratoria, qua pronunciatur conſtitutus eſſe ille &c. & propterea ſententia eſſe exequenda, dicitur interlocutoria, ex quo profertur poſt diffinitiuam, vt oſtẽdi ſupra ſub num. 107. Nec obſtat. Si obijcias, appellationẽ eſſe admittẽdam etiam ab interlocutoria, quando ea infertur damnum irretractabile, quia reſpondeo hanc obiectionẽ non habere locum in interlocutorijs, latis poſt ſentẽtiam diffinitiuam, maximẽ ſi trãſiuit in rẽ iudicatam: preterea dico, quòd non habet locum quando aliter ſeruatur de conſuetudine, vt oſtẽdi in appellatione à decreto torturæ ſupra num. 97. & num. 100. Secundo moueor, & hæc ratio eſt particularis in recognitione, facta ex cõfeſſione ipſius cõſtituti, quia confeſſio inducit notorium, & in notorijs non auditur appellans, ad tradita ſupra nu. 119. Tertio moueor, quia in criminalibus appellatio reijcitur de conſuetudine, vt oſtẽdi ſupra ſub num. 62. ibi. Et de conſuetudine, & num. 97.

Et hanc concluſionem, quòd appellatio non ſit admittẽda arbitror veram, & etiamſi iudex ad quẽ inhiberet iudici à quo.

179 † Nona difficultas: nunquid Conſtitutus, & recognitus, petens terminum ad docendum de errore, & falſitate recognitionis, ſit audiẽdus? Reſpondeo, quòd ſic, & vbi doceret de errore, ſeu falſitate, iudex deberet reuocare illam declaratoriam, quia cũ ſit interlocutoria, eſt reuocabilis, vt oſtendi ſupra nu....

Nec obſtat, quòd motus proprij, quos allegaui ſupra ſub num. 137. ibi. Si ſpontè &c. prohibeant, ne Iudices audiant bannitos captos, ſeu ſpontè cõparẽtes poſt lapſum anni, denegando illis defenſionẽ, quia reſpondeo, illos motus proprios ſibi locum vẽdicare, & loqui poſt completam recognitionem, quia cum loquantur de bannitis, & condemnatis, in primis hoc ſuppoſitum verificandum eſt, quòd ille Conſtitutus ſit talis, cui motus proprius denegat defenſionem, quòd ſuppoſitum ſeu qualitas debet verificari ſeruatis ſeruandis de iure, quoniam Motus proprius diſponit, vt ita loquar, circa bãnitum probatũ, quia non prius poteſt dici bannitus, quàm conſtet, & tunc ei denegat defenſionem, & non antea.

180 † Decima difficultas. His omnibus abſolutis, nũquid bannitus iam recognitus, declaratus, & auditus poſſit torqueri? Reſpondeo, diſtinguendo: Aut loquimur de tortura ad ſciendos receptatores, & fautores: Aut de tortura ad effectum ſciẽdi complices, & mandatores delicti: Aut de tortura ad ſciendum alia delicta: Aut de tortura ad effectum, vt fateatur, ſe commiſiſſe delictum, pro quo fuit bannitus, & condẽnatus. Si de tortura ad effectum ſciẽdi eos, qui receptarunt ipſum bannitum, eiq; præſtiterunt auxiliũ, & fauorem aduerſus quamplures conſtitutiones, & Bullas diuerſorum Pontificum, præſertim, vt reliquas miſſas faciam, aduerſus Bullam Sixti Quinti, editam anno primo ſui Pontificatus anno Domini 1585. Cal. Iulij. & à 31. Cardinalibus ſubſcriptam contra Bannitos, homicidas, latrones, eorũq; fautores, & receptatores. verſ. Duces quoque. dico indiſtinctè poſſe eum torqueri, quia ea bulla prohibetur indiſtinctè omnibus cuiuſuis ſtatus ne bannitos, & facinoroſos receptẽt, ſeu foueant, & cõtrafaciẽtes mandat puniri tanquã ſi verè læſæ maieſtatis reatum incurriſſent, & quòd ad hunc effectum bannitus torqueatur indicat forma decreti, quam ad torquẽdum bannitum docet Flam. Cart. tract. de execut. ſent. capto bann. cap. 2. nu. 90. verſ. Tunc Dominus. &c. & ita practicatus ſum, & vidi practicari. Intellige iſtam practicam habere locum quando bannitus non vult ſpontè fateri, & manifeſtare receptatores: nã, cum tortura detur in ſubſidium, vt ſępe dictum eſt, ſi eos ſpontè manifeſtet in ſimplici examine, abſtinendum eſt à rigoroſo examine, dummodo non ſuperſit aliquod indicium, ſeu ſuſpicio, quòd aliquem noluerit nominare, quoniã tunc non euaderet torturam, & ſic etiam video eſſe de mẽte Moderni in qq. crim. lib. 2. q. 43. nu. 131. Si de tortura ad ſciẽdos complices, & mãdatores delicti, pro quo fuit bannitus, diſtinguo: Aut loquimur de iure: Aut de conſuetudine. Si de iure: denuo diſtinguo: Aut ſumus in caſibus exceptis, de quibus vide gl. fin. in l. fin. C. de accuſat. Aut in non exceptis. Si in exceptis: rurſus diſtinguo: Aut præcedit aliquod indicium, quòd interuenerit ſocius: Aut non præcedit. Si præcedit: dico, poſſe interrogari iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 81. nu. 4. & dico poſſe non ſolum interrogari, ſed etiam torqueri, dummodo indicium pręcedẽs ſit ſumptum à non leui veriſimilitudine, ſeu ſit aliter approbatum. Si non præcedit: dico non ſolum non poſſe torqueri, ſed nec interrogari, teſte gl. vbi ſupra, quã refert, & ſequitur Flam. Cart. dicto cap. 2. num. 75. allegans ad idem Vulp. conſ. 4. num. 12. Si verò ſumus in caſibus non exceptis, tunc quia de iſto delinquente eſt dicendum illud idem, quod diceremus de quolibet ſimplici teſte, ſic diſtinguo: Aut eſt proceſſum contra ſocios, & complices: Aut non. Si eſt proceſſum, rurſus diſtinguo: Aut manifeſtè apparet, quòd interuenerũt ſocij: Aut non manifeſtè apparet, ſed ſolum extat aliquod indicium, ſeu pręſumptio, quòd interuenerint. Si manifeſtè apparet: dico iſtum delinquẽtem, iam confeſſum, ſeu, vt ſupponimus, condẽnatum, & recognitum, poſſe, ſi nolit indicare cõplices, torqueri veluti teſtẽ negantẽ ſe ſcire id, quod ſibi notũ eſſe liquido conſtat iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra ca. 86. ſub num. 14. ibi. Contrarium tamẽ. Si non manifeſtè apparet, cẽſeo non poſſe torqueri, quia quemadmodum ad torturã non poteſt deueniri contra principalem, niſi prius plenẽ, & liquidò conſtet de corpore delicti, vt dixi ſupra cap. 83. nu. 2. & 3. ita quoque dico, teſtẽ non poſſe torqueri ad effectum, vt manife-

manifestet socios, nisi liquido, & manifestè prius cõstet, socios interuenisse. Regula enim erit, vt nemo sit torquẽdus ad sciendum quale quid sit, nisi prius plene constet, illud quid esse. Si non est processum, dico indistinctè, non posse torqueri, quia testis non potest torqueri, nisi contra reum præcedant indicia iuxta ea, quæ scripsi supra cap. 86. sub dicto nu. 14. ibi. tertio quia &c. Sed vbi contra aliquem non est processum, clarũ est, quòd contra eum non dicuntur præcedere indicia, quia indicia nõ stãt sine processu. Igitur firmiter asserẽdum est, quod nõ potest torqueri, & sic habes breuiter declaratam materiã torturæ iuxta dictã l. fin. C. de accusat. hæcque sunt notanda; quia non habes alibi dicta, & hæc dicta sint de iure.

Si loquimur de consuetudine, sic distinguo: Aut sumus in delicto, quod nullo modo potuit committi sine socio, qualia sunt omnia delicta, quę coitu cõmittuntur, seu, si potuit committi sine socio, extant indicia, seu verisimilitudo, quòd ĩteruenerint socij, & his casibus dico indistinctè, posse torqueri iuxta ea, quæ breuiter scribunt Boss. tract. crim. tit. de indic. & considerat. ante tortur. nu. 147. in fine & 148. & Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 21. num. 149. & videtur sentire August. ad Ang. tract. de malef. in verbo. quòd fama publica. sub nu. 89. Vnde Gramm. cons. 1. num. 2. in fine, consuluit homicidam posse torqueri ad sciẽdos complices: ratio est, quia homicidium verisimiliter non committitur sine socijs. Et Simãc. de Cath. institut. tit. 65. num. 60. scripsit, conuictum de hęresi posse torqueri ad sciendos complices, si semiplenè probatum sit, quòd eos habuerit, & Foller. in pract. crim. in verbo. Et si confitebuntur 1 par. 2. part. num. 104. tradit, quòd latro potest interrogari de socijs, quia, ex quo latrocinium fit cum aggressione, & disrobatione in stratis publicis, & sic cum violentia, non committitur sine socijs. Et ego aliàs, dum haberem vnum latronem, qui fuerat confessus latrocinium, inhærendo huic doctrinæ, feci illũ torqueri, quamuis non extarent indicia de complicibus, & tortus reuelauit socios, & multa alia flagitia, & iuxta hanc theoricam intelligas Ang. in l. & si certus. ff. ad Syllan. Aret. tractat. de malefic. in verbo. Et sempronium Rodulph. sub num. 3. ibi. Et bene nota. & in verbo. quod fama publica. num. 89. & vtrobique August. in additio. ad eũ. Dec. cons. 189. lætatus sum. sub num. 10. ibi. Secundo non obstat. Gramm. dicto cons. 1. num. 2. in fine. Mars. in pract. crim. in §. diligenter. nu. 155. Foller. in pract. crim. in verbo. Rei indurati torqueantur sub num. 4. & 5. & in verbo. Et si confitebuntur 3. par. 3. par. num. 105. & alios quamplures, quos non refero, dum tradũt, reum posse torqueri ad sciẽdum mandatorem, cõplices, & socios delicti, & iuxta hanc theoricam Cataldinus tract. de Synd. num. 68. & Foller. in dicto verbo. Rei indurati torqueantur. num. 3. post alios, quos allegant, tradunt remedium, vt Assessores, qui volunt torquere reum confessum, seu conuictum, & volunt euadere vexationes Syndicatus, faciant apparere in actis, quòd eũ torquent, vt manifestet cõplices, & mandatores: Aut sumus in delicto, quod & potuit committi sine socio, & verisimilitudo, seu indicium minus extat, quòd socius interuenerit, & tunc dico, non esse torquẽdum, immo nec interrogandum iuxta distinctionem Saly. in dicta l. fin. C. de accusat. quam cõmuniter tenẽt omnes teste Gomesio cap. 12. delictorum. num. 16. in fine. & seruatur in effectu; teste Boss. dicto tit. de indic. & considerat. ante tortur. nu. 145. in fine, quos omnes refert etiam Clar. lib. 5. recept. sent. q. 21. vers. dictum socij, & hæc de tortura ad sciendos complices.

Si de tortura ad sciendum alia delicta, distinguo: Aut loquimur de iure: Aut de consuetudine. Si de iure: firmo conclusionem, quòd non potest torqueri, nisi super delictis, in quibus præcedunt legitima indicia, tanquam si super illis esset contra eum faciẽdus nouus processus separatus. Bal. in tract. de quęstio. & torm. c. 2. nu. 5. Vitall. tract. de malef. Rub. q̃ indicia &c. nu. 6. & 7. Gand. trac. eod. Rub. de quęst. & torm. num. 19. Alex. cons. 52. viso themate. num. 1. in fine. lib. 3. Aug. ad Ang. tract. de malef. in verbo. quòd fama publica sub nu. 130. Boss. tract. crim. tit. de furt. num. 65. & tit. de indic. & considerat. an. tort. num. 136. ibi. Videtur tamen. & num. 140. ibi. Et ex prædictis. Mars. in pract. crim. §. constante. num. 14. Foller. in pract. crim. in verbo. Rei indurati torqueantur. num. 6. ibi. Iud. Gandi. & communiter omnes in diuersis locis, & quòd hæc sit communis opinio sic antonomasticè probatur. Communiter tenent omnes, quòd reus, qui est confessus delictum, super quo procedebatur, non possit interrogari de alijs, de quibus non est indiciatus, teste Casono in pract. fol. 85. nu. 8. quem refert Clar. lib. 5. recept. sent. q. 64. vers. successiuè quero. Si communis est, quòd non possit interrogari, ergo à fortiori communis erit, quòd nõ possit torqueri. Et hec opinio satis probari videtur ex textu in l. 1. ff. de quæst.

Si de consuetudine: res videtur dubia. Nam ꝙ possit torqueri testantur Bal. Vitall. Gand. & Foller. in locis proximè allegatis: idẽ Foller. in pract. crim. in verbo. Et si confitebuntur. 3. par. 3. part. num. 97. Boss. dictis tit. de furt. num. 65. & de indic. & considerat. an. tort. num. 137. & sub num. 138. Guid. de Suzar. tract. de indic. & tortur. num. 56. Cæpoll. cons. crim. 40. in quinto dubio. Gramm. decis. 34. nu. 34. & alij adducti per Clar. vbi supra, inter quos communiter allegant Ang. in dicto verbo. quòd fama publica num. 120. & tamen ipse loquitur de interrogatione, & non apertè de tortura, quod idem potest notari de Claro. Et quòd Mediolani, & in Magna Curia Vicariæ reus cõfessus delictum torqueatur ad sciendum delicta etiam non similia testantur Boss. dicto tit. de indic. & considerat. an. tort. nume. 138. & Gramm. vbi supra, & quòd ista cõclusio torquẽdi ad sciẽdum alia delicta antonomasticè procedat quãdo torquetur aliquis fur ex quo furta magis frequentantur testantur Vitall. dicto num. 7. & Gãd. dicto nu. 19. in fine. Par. de Put. tract. de Synd. in verbo. Tortus. cap. 1. sub num. 1. Gramm. dicta decis. 34. num. 34. Foller. in dicto verbo. Rei indurati torqueantur nu. 6. dum tradunt, quòd hęc conclusio seruatur ne dum in furtis, sed etiã in alijs delictis, & licet Clar. restringendo dicat, se nunquã vidisse, reum, confessum aliquod delictum, interrogari

gari ſuper alijs criminibus; de quibus nõ extant indicia, niſi in crimine aſſaſſinij, furti, & sforſationis annonę, vel ſalis, tamen ait, quòd bannitos, & condemnatos vidit indiſtinctè torqueri tam ſuper delictis quàm ſuper ſocijs, & complicibus. Et hæc conſuetudo torquendi reum confeſſum ſuper alijs delictis ſecundum Gand. dicto tract. de malef. Rub. de quæſt.& torm. num.19. in fine, Boſſ. dicto num. 138. dicentem hanc eſſe bonam conſuetudinẽ, Foll. in dicto verbo. Rei indurati torqueantur. num.6. &
* communiter * omnes eſt fundata in l. nõ omnes.§. à barbaris.ff.de re milit. & in regula, Semel malus, & ſimilibus quibus probatur, quòd homo malæ famæ præſumitũ ſemper malus ad tradita in iſto propoſito per Par. de Put. in dicto verbo. Tortus. cap. 1. ſub num.1. quem refert, & ſequitur Ant. Scapp. tract.iur.non ſcrip.lib.5.cap.69.nu.8.&, hac ratione attenta, inquit Boſſ. dicto num.138. quòd hæc conſuetudo ceſſaret in eo, qui eſſet confeſſus delictum, patratum ſupra triennium, & ab inde laudabilem vitam duxiſſet, quia inquit, ceſſat tunc illa regula: ſemel malus, ſemper præſumitur malus.

Contrariam ſententiam, quòd minus de conſuetudine poſſit torqueri tenuit Auguſt. ad Ang. in dicto verbo. quòd fama publica. ſub num.120. quem refert, & ſequitur Marſ. in pract. crim. §. conſtante. num.14. & 15. qui tradunt, hanc conſuetudinẽ veluti contra bonos mores, & contra iura non eſſe ſeruandam. Quid dicendum? Diſtinguo: Aut iſte reus, qui eſt confeſſus, ſeu conuictus de aliquo delicto, eſt famoſus, ſeu inquam inſignis delinquens, ſeu eſt vilis perſona ita, vt poſſit præſumi commiſiſſe alia delicta, & tunc teneo indiſtinctè primam opinionẽ, quòd poſſit torqueri ſiue ſimus in materia furti, ſiue alterius delicti, & moueor, quia ſicut reus de ſe confeſſus poteſt torqueri pro habẽdis complicibus, quando militat veriſimilitudo, quòd eos habuerit, vt dixi ſupra, ibi. Si loquimur de conſuetudine, ita etiam debet torqueri pro habendis alijs delictis, quando militat veriſimilitudo, quòd alia commiſerit. Et quòd in famoſo, & inſigni delinquente militet hæc veriſimilitudo probatur ex eo, quòd dicimus, inſignem furem, item hominẽ malæ conditionis, & famæ poſſe torqueri ſine alijs indicijs, prout ex multis refert, & ſequitũ Menoch. tract. de arbitr. iud.q.84.num.8. Aut non eſt inſignis delinquẽs, vtputa ſi aliquis bonæ conditionis, & famæ, & forſan nobilis, ſeu aliter honeſtæ vitæ ira percitus, hominẽ in rixa occiderit, & fatetur homicidium, tunc dico, eum non eſſe torquendũ ſuper alijs delictis, de quibus indicia non præcedunt. Vnde & Caſo. tract. de tormen.cap.16.num.8. tradit, quempiam torquendum non eſſe ſuper alijs delictis, niſi præcedat infamia generalis, & quia habemus regulam pro nobis, quòd non præcedentibus indicijs, ſit abſtinendum à tortura l.1.ff.de quæſtio. cum ſimilibus vulg. reſtat ſolum, vt euellamus ſpinam illius regulæ, Semel malus ſemper præſumitur malus, & agẽdo paucis, dico, ceſſare præſumptionem illius regulę, quãdo conſtat de bona fama, & vita in præteritũ, quia probatio tollit præſumptionem, & ita hanc materiã ſæpe practicatus ſum cum hac diſtinctione, cũ qua videtur concordare Moder. quẽ poſtea vidi in eius qq.crim.lib.2.q.37.à num.163. vſque ad num.172. incluſiuè. Nec obſtat Bulla Pauli Tertij, quia potius corroborat, vt oſtendit Moder. dicto num.172. & hæc dicta ſint de tortura ad ſciẽdum alia delicta. Illud ad memoriã vobis redigo, quòd in omnibus prędictis caſibus, in quibus dixi, reum poſſe torqueri, intelligo, vt etiam monui ſupra, in ſubſidiũ, quando veritas aliter haberi non poteſt. Illud quoque obiter vobis aduertẽdum cẽſeo: an reo, confeſſo aliquod delictum, ſeu cõdemnato in contumaciam, & propterea torquendo iuxta terminos allatæ diſtinctionis ad ſciendũ alia delicta ſit concedẽdus terminus, petitus ad ſe defendẽdũ ante torturã? Prima facie videtur dicendum, quòd non: primo quia ordo in notorijs eſt non ſeruare ordinem, vt dixi ſupra c. 76.num.9. Sed illud indicium ad torquendũ eſt notorium notorietate iuris iuxta ea, quę dixi dicto cap. 76. remiſſiuè ſub nu.3. Ergo ſuper eo eſt procedendum, non ſeruato ordine. Secundo quia iudex poteſt denegare defenſiones, & indiciorum copias inſigni furi, latroni, & alijs facinoroſis hominibus, vt teſtantur Marſ. & alij, per eum allegati in l.1. in principio.num.45.ff.de quæſtio. Nouell. in tract. ad defenſ. in §. an indicia pro reo danda ſint num.10. fol. mihi 37. Ioan. Mar. Monticell. regula crimin. 14.nu. 24.& Boſſ. in tit.de indic.& conſid.an.tort. num.76. vbi loquitur generaliter de omni inſigne, & notorio delinquente. & ratio eſt nõ propter delicti enormitatem, aut propter vehementem malam famam, ſed propter notorietatem, vt bene aduertit etiã Moder. in qq.crim.lib.2.q.39. num.109. At is qui confeſſus eſt delictũ dicitur notorius delinquens, vt oſtẽdi ſupra num.120. Ergo iuxta doctrinam Boſſij vbi ſupra, relatam etiam à Farinacio loco citato poterit torqueri, denegata copia indiciorum. Comprobatur prima ratio, quia qui in tormentis fatetur delictum, & ductus ſequẽti die ad bancum iuris, negat, poteſt denuo torqueri ſine alio termino defenſionis, vt latè proſequar annuente Deo in lib. ſeq. & ratio eſt, quia illa negatio facit indicium notorium ad torturam.

Contraria opinio ſuadetur, quia quę diximus de notorio, procedunt quando eſt notoria etiam qualitas ipſius. Sed qualitas ipſius non dicitur notoria niſi poſt auditas defenſiones, ſiquidem poſſet oſtendere errorem confeſſionis, vnde corrueret totũ indicium. Quid dicendum? Teneo vtramque opinionem eſſe practicabilem. Ego tamẽ practicatus ſum regulariter iſtam vltimã, præſertim dum eſſem Auditor Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Marci Antonij Columnæ in ſtatu Campaneæ, & dum procederem contra fures, qui faſſi erant vnum tantum furtum, pro quo non eſt impoſita pęna mortis; eo enim caſu cum tortura ad ſciendũ alia furta tendat ad imponendam funem collo ipſius furis, conſtat quòd agiũ de maximo præiudicio, & quòd torquetur tanquam principalis ſuper alio delicto, poſtquam mutatur pœna. Præterea ceſſat iſto caſu timor ſubornationis, iſque non poteſt dici famoſus delinquens. Adde pro confirmatione, quæ ſcripſi infra ca. 100. ſub num.16. verſ.& iuxta hunc ſecundum:

dum:in casu illius mulieris, & ab hac praxi non recedebã,quia mihi videtur æquior: quare,habita cõfessione à reo, assignabam illi terminum trium dierum ad se defendendum,quo elapso, mãdabam ipsum torqueri pro habendis alijs delictis. Moneo etiam, vt dum reus est torquendus ad prædictos effectus,vos,Domine iudex, præmittatis semper solitam protestationem, quòd non intẽditis eum torquere super delicto, seu delictis quæ est confessus, seu de quibus est conuictus, sed citra eorum omniũ præiudicium,cauẽdo deinde, ne interrogetis super his de quibus protestati estis, quia videremini recedere à protestatione, vt dixi supra cap.30.num.41.

Si de tortura ad effectum, vt fateatur se commisisse delictum,pro quo fuit bannitus, & condemnatus: dico,procedendo resolutiuè,veriorem,cõmunem,& in practica seruatam opinionem esse, quòd ad hunc effectum non sit torquendus, quia verior, communis,& obseruata opinio est, quòd hæc confessio banniti non sit necessaria;sed solum plena periculi: de veriori testatur August. ad Ang. tract. de malef.in verbo. Caium Sempronij sub nu.3. quem referunt, & sequuntur Flam. Cart. tract. de execut. sent.capto bann.cap.2.nu.26.& Moder.in qq.crim. lib.1.q.11.nu.23.vers. Sed quicquid. quòd sit communis testantur Boss.tract. crim. tit. Banniti quid amittant.sub num.18.in illis verbis.

Quæ res licet omnem difficultatem tollat,tamen est de indubitabili, & etiam plena periculo,quia ex tortura sequitur purgatio omnium, & quarumcunque probationum,& est contra communem opinionẽ Doctorum. Et Ant.Gomez.super l.76. Tauri. num. 13.quem refert,& sequitur Clar,lib.5. recept. sent. q.96.vers.Sed nunquid.& post eum Flam.Cart.dicto tract.de execut.sent. capto bann.cap. 1. nu.231. Et quòd seruetur etiam communiter in practica testatur Imol. in l.is, qui reus. circa principium.ff. de public. iudic. quem similiter referunt, & sequuntur Clar.& Flam. Cart. in locis proximè allegatis. Et ita se pluries practicasse testat Bar. in l.diuus Adrianus.num.4.in fine. & num.5.ff. de custo. & exhibit. reor.Immo tantum abest, vt hæc confessio delicti, extorquenda per torturam sit necessaria, vt iudex, qui ad hunc effectum torqueret reum, vel condemnatum,vel conuictum, posset reputari fatuus, & supinus, vt tradit Clar.dicta q.96.vers. sed nunquid, quia hæc tortura posset facere multum præiudiciũ processui vt aduertit Boss.quem retuli supra. Immo iudex peccaret.

Et ex his habes satis reiectam, & confutatã practicam Nelli tract.de bann.3.par.1.temp.q.vltima, & Ang.tract. de malef. in verbo. Caium Sempronij sub num.3. dum volunt necessario hanc confessionem esse extorquendam à bannito.

Nec obstat, quòd Senatus Mediolani mandet torqueri bannitum condemnatum,quando non habet tutam cõscientiam ex qualitate indiciorum exequendi sentẽtiam,vt retuli supra sub num.160.ibi. Tertia opinio,quia respondeo, Senatum Mediolani habere iura Principis in admittendis bannitis ad nouas defensiones,vt dixi supra nu.141. Vnde cum mandat, eum torqueri, intelligitur, tacito modo illum ad defensiones admittere, quia sine ista admissione inquit Clar.contra Boss. dicta q.96. vers. Sed nunquid: se nunquam vidisse,seruari, aut seruatum audiuisse, vt bannitus condemnatus torqueatur,nisi esset admissus ad nouas defensiones, & eo casu qua ratione veniat torquendus docui supra.sub nu. 160. ibi.Vnde his confutatis. At iudex cum non habeat istam facultatem admittẽdi ad nouas defensiones, vt dixi supra num. 142. meritò debet abstinere ab eiusmodi practica. Et si non placet ista consideratio tacitæ admissionis ad nouas defensiones, factę à Senatu: dicas in summa non valere argumentum à Senatu Mediolani, qui habet iura Principis ad Iudicem.

Minus obstat, si diceres,practicam torquendi ad eruendam confessionem esse vtilem, & necessariã saltem quando processus esset nullus, quia confessio sanaret defectus,& nullitates illius iuxta ea, quæ dixi supra cap.76.sub num.9.ibi. Si in secunda specie, & iuxta considerationem, quam in his terminis facit Ias.in l. inter stipulantem.§. Si Stichum.nu.11. ff.de verbo.oblig. quoniam respõdeo, id verum esse in confessione spontanea, & non in confessione, facta in tortura,quia non sanat procesũ,& reo non nocet, etiam si esset ratificata, quando tortura fuisset illata, non præcedentibus legitimis indicijs, vt dicam Dei auxilio in lib. seq. Sed in casu, de quo agimus,videlicet,banniti, & condemnati vigore fictæ confessionis, resultantis ex contumacia, cessant omnia indicia quãdo ꝓcessus est nullus. Ergo eiusmodi confessio non sanaret processum: quòd tortura diceretur illata sine legitimis indicijs probatur, quia si processus, vt supponimus, est nullus. Ergo nulla extãt indicia,quia destructo toto, quod est ꝓcessus,non remanent indicia, quæ sunt pars. exempli gratia:finge,processum esse nullum ex defectu citationis,tunc dicemus,nullas quoque esse contumaciam,fictam confessionem, & ipsammet sentẽtiam. Et si tu obijceres, nõ annullari indicia, & alias probationes, assumptas in processu informatiuo, & ex his velles,posse torturam inferri,ego respondeo,ex processu informatiuo (& voco informatiuum totum illum,qui fit, reo non citato) torturam non inferri, nisi iudex haberet præeminentiam, vt dixi supra sub num. 87. Vnde collige notabilem conclusionẽ, quòd, licet reus bannitus non possit torqueri in casu prædicto, & si torqueretur,& fateretur delictum illa confessio sibi non noceret,tamen hoc fallit si iudex haberet præeminentiam, quia posset torqueri,& confessio inde secuta ei noceret.

Secundo respondeo, nullitatẽ processus non posse considerari in confessione ficta. Vide ad hoc quę scripsi supra sub num.126.vers.Non obstat quintũ. Vnde practica torquendi bannitum cõdemnatum in contumacia ad prædictum effectum redditur insulsa. Et hæc satis.

181 † Vltima difficultas, & est pro vobis, Domini officiales, qui estis quandoque nimis executiui: nunquid Iudex,qui,vel in totũ omissa recognitione banniti,vel,ea nõn bene facta, procederet ad executionem sententiæ,esset puniendus, quamuis appareret postea non fuisse erratum in corpore? Respondeo, quòd

quòd ſic, ſed leuiter, amouẽdo ipſum ab officio, vel ſaltem eum grauiter reprehendendo, & moueor ex his, quæ ſcribunt Alc.tract.de præſumpt. num.4. & 5.& Menoch. de arbitr.iud.lib.1. quæſt.55. num.7. qui tradunt, officialem negligentem, ſeu aliter non ſufficiẽtem poſſe amoueri argumento textus in l. vt gradatim. §. reprobari. ff. de muner. cum ſimilibus. Nec obſtat, quòd non errauerit in corpore, ſicque, quòd nemini præiudicium fecerit: quia reſpondeo, quòd ſicut in re militari nõ ſeruans mandatum Ducis belli punitur capite, quamuis res bene geſta ſit, ita quoque non ſeruans præcepta iuris in diſciplina iuſtitiæ, maximè vbi agitur de vita hominis, eſt aliqua ſaltem miti pœna corrigendus, quamuis nemini damnum ſit illatum iuxta ea, quæ in ſimili ſcripſi ſupra cap.94.ſub num.1. ibi. Et deinde dico quòd. & iuxta ea quæ dicimus contra Iudicem, torquentẽ reum, non præcedentibus indicijs, quia licet res bene ſucceſſerit, quia ſcilicet reus faſſus ſit delictum commiſſum, tamen iudicem adhuc puniendum eſſe tradit Franc.Caſon.in qq.poſt tract. de indic.& tortur.cap.5. Rubr.de non torquen.ſine indic.vbi rationem reddit, quam amplexus eſt etiam Modern. in qq.crim.lib.2.quæſt.37. num. 116. & iuxta ea, quæ contra eundem dicimus: videlicet, quòd non excuſatur ex indiciorum ſuperueniẽtia, & iuxta id quod dicimus de Iudice, qui, parte non audita iudicat, ꝙ æquus non eſt, quamuis æquum ſtatuat, vt retuli ſupra cap.88.ſub nu.1.

182 † Et quòd in re militari non ſeruans mandatum Ducis belli, puniatur pœna capitis, habes textum apertum in l.3.§.in bello.ff. de re milit. habemus etiã plura exempla, & primum de Manlio Torquato, qui proprium filium, quia non ſeruato eius ordine dimicauerat, è medio ſubſtulit, quamuis hoſtem is ſuperaſſet, ſatius eſſe iudicans, patrem forti filio, quàm patriam militari diſciplina carere, ſicut referunt Aul.Gell.lib.9.noct.Attic.cap.13.Plutar.in vita Fabij Maximi.folio mihi 77.Valer. Maxi.lib.2. cap.2.& lib.5.ca.8.& Liuius.1.decad.lib.8.& ex noſtratibus And.Gail.de pac.publ.lib.primo.cap.4.nume.27.& Menoch.de arbitrar.Iud.lib.2.cent.4.caſ. 365.num.9.Secundum exemplum habemus de Papyrio Dictatore contra Fabium, vt referunt idem Valer.Max. dicto cap.2.& Boſſ.tract.crimin.tit. de homicidio.num.102.tertium de Epaminonda Duce Thebanorum contra vigilem dormiẽtem, vt recenſet Gail.dicto capitu.4.num.32. quartum de P. Craſſo Muniano contra Architectum, vt refert Menoch.dicto caſ.365. num. 12. & hæc ſufficiant circa recognitionem faciendam.

183 Nunc videndum eſt de his, quæ poſſent occurrere poſt abſolutam recognitionem. † Sit igitur primum dubium: nunquid, bannito legitimè recognito, iudex poſſit immediatè tradere mandatum executoribus iuſtitiæ pro executione ſententiæ, an verò debeat illi præfigere aliquem breuem terminum ad docendum cauſam quare ſententia non debeat mandari executioni?

Reſpondeo: Videtur prima facie dicendum, quòd debeat tradere mandatum ſine alio termino ad docendam cauſam &c.quia Bar.in l.1.in fine. ff. de requir.reis.in l.inter ſtipulantem.§.1.num.13. ff. de verborum obligat. in l.diuus. num.5. ff. de custo. & exhib.reorum.& in l.quiſquis.in fine.C. ad l.Iul. maieſta. Ange. tracta. de malefic. in verbo. Caium Sempronij.num.3.& ibi.Auguſt. ad eum. Felyn.in cap.ad abolendam.ſub num.5. de hæret. Afflict.in Conſtitutione.pœnam eorum.not 17.num.82. lib. 2.Clar.libro 5.recept.ſenten.quæſt.96.verſic. quæro nunquid.& ſeq. Flam.Cart.tract.de execut. ſent. capto bann.cap.1.num.230.& alij plures, quos refert & ſequitur idem Cart.eod.tracta.cap.3.num.1. & communiter * omnes, quos longum eſſet recenſere, tradunt, quòd conſtito, bannitum captum eſſe eum, de quo loquitur ſententia, eſt facienda executio capitalis ſine alio proceſſu, & quòd iudex non debet aliud quærere, & ſimilia verba, nulla vnquam facta mentione de prædicto termino: hancque ſententiam latè ſequitur Flam.n. Cart. dicto capitu.3. per totum, quam nititur confirmare duobus argumentis: primo, quia huic bannito condemnato fuit aſſignatus iſte terminus ad ſe defendendum antequam condemnaretur: vnde, inquit, cum inciderit deinde in manibus Curiæ non eſt ei alius terminus aſſignandus, & ad hoc probandum adducit Nell.in tractat.de bann.3.par.primi temp. queſt. 4.in fine. & Aſinium qui eundem Nell. refert, & ſequitur.in pract.§.7.ca.5. limitat.99. dum tradunt citationem non eſſe neceſſariam contra eum, qui ponendus eſt in banno, ſi illi priuſquam banniretur, fuiſſet aſſignatus terminus ad comparendum cum comminatione, quod eo elapſo, ponebatur in banno: Secundo, quia fruſtra admittitur ad probandum, quod probatum non reuelat. Sed iſte bannitus captus, qui non eſt admiſſus à Principe ad nouas defenſiones, quamuis probaret aliquid contra ſententiam ad ſui defenſionem, non euaderet. Igitur fruſtra præfigeretur ei iſte terminus. Probatur minor propoſitio: quia motus proprius Pij IIII. incipiens. Licet dudum.in §.præterea.ibi. quo termino.diſponit, vt, lapſo termino, ſeu capto bannito, iuxta ea quæ ſcripſi ſupra num.137.crimen intelligatur notorium, & ſententia, tanquam ea, quæ tranſiuerit in rem iudicatam, executioni mandetur, & motus proprius Pij Quinti, incipiens. Cum ob innumeras, §.cumque etiam. ibi. Et contumacibus.diſponit, vt lapſo anno denegentur defenſiones, & motus proprius eiuſdem, incipiens. Dudum poſtquam.§. nos igitur. cuius verba retuli ſupra ſub num.140.ibi. Et ita, & non aliter.diſponit, vt iudices non poſſint bannitum, & condemnatum admittere ad aliquas defenſiones, quos omnes motus ꝓprios accuratius deduxi ſupra ſub num.131. Igitur ſi ſententia tranſiuit in rem iudicatam, ſi ei denegantur defenſiones, ſi iudex ad aliquam defenſionem non poteſt eum admittere, ad quid præfigeretur terminus ad ſe defendendum?

Contrariam ſententiam, quòd iudex debeat ei præfigere terminum, tenuerunt Saly.in l.2.nu.2. C. de requir.reis. Foller.in pract.crim. in verbo. captis foriudicatis num.2. & 3. Natt.conſil.444. nume.9.

& Moder.in qq.crim.lib.1.q.11.nu.47.in principio. & versic.sed his non obstantibus. & in eandem sententiam ante hos videtur iuisse Bonif. Vitall. tracta. de malef.Rub.forma accusæ porrectę per syndicũ. sub nu.113.fol. mihi 434. cui si credimus, eandem sententiam tenuit Iac. de Aret. & rationes, quibus præfati Doctores mouentur sunt tres: prima, quia talis,& tanta sententia nõ potuit ferri in absentem: secunda, quia defensio non est deneganda: tertia, quia mala consuetudo non est consuetudo, & ideo non est seruanda: adde tu si placet quartam, & erit efficax,quia qui prohibetur appellare, & docere de innocentia, non prohibetur dicere de nullitate. Et quòd hæc sententia seruetur in practica testatur Foller.dicto num.2.in fine. Vbi declarat etiam Afflict.quem adduximus pro cõtraria opinione, huicque opinioni vti magis æquæ,iuridicæ, & magis fauorabili reo,cui in dubio fauendum est,me subscribo. Quòd sit magis æqua, & fauorabilis de se pa-
184 tet, quòd sit iuridica sic ostendo. † Iudex quamuis reo sit denegata appellatio, quamuis sit denegata defensio, quamuis sententia dicatur transijsse in rẽ iudicatam, & quamuis lata videatur super crimine notorio, vt loquuntur Motus proprij, in quibus se fundat Flam.Cart.nihilominus,si sibi constet de innocentia Rei, potest, & debet supersedere, & consulere Principem, & si sententia appareat euidenter nulla; potest illam reuocare, & si ostendatur gratia Principis,debet illum liberè dimittere,& cassare processum,& sententiam.Igitur terminus est concedendus,maximè si esset petitus, postquam admittitur ad probandum,quod probatum reuelat. Minor propositio,in qua consistit totum fundamentum:videlicet, quòd iudex, constito sibi de innocentia debeat supersedere, & constito de nullitate sententiæ possit eam reuocare,& ostensa sibi Principis gratia illum libere dimittere, & cassare processum,probatur. & primo quòd debeat supersedere ex his, quæ luculenter scripsimus in terminis supra num.138.in
185 4.quæsito. † Exemplifica hanc conclusionem in sequentibus casibus, & primo quoties probaretur innocentia per euidentiam rei, vtputa, si condemnatus propter stuprum ostenderet, se esse Eunuchum,& Castratum,sicut exemplificauit ipse Cart. eodem tract.de execut.senten.capto bann. cap. fin. num.44. & 260. Item si condemnatus de incendio domus ostenderet domum illam esse illæsam. Item si condemnatus de homicidio, commisso in personam Titij ostenderet,illum Titium esse viuum, vt exemplificauit Clar.libro 5.recept. sent. quæst.52. in principio. Item si quis esset condemnatus de homicidio sequuto ex vulnere, & postea non appareret de vulnere, quod semel in facto euenisse testatur Bal.in l.si quis testibus. in fine. C.de testi.dicens, fuisse exhumatum cadauer, & cum non appareret vulnus, condemnatum fuisse absolutum, quem casum refert etiam ex eo Ang.tracta.de malefic.in verbo. Comparent dicti inquisiti in termino defensionis sub nume.23. dicens, esse menti tenendum. Exemplifica secundo, quando sententia esset fundata super re omnino inuerisimili, vt in casu cuiusdam Ioannis Antonij Zannetti Cauponis, contra quem fuerat processum, quòd præpostera venere fregisset cuidam mulieri rectum intestinum, ex qua parte postea ipsa peperisset, quem Zannettum Senatus absoluit, veluti accusatum de re incredibili, vt refert Clar.dicta quæst.52.in fine principij, & denique vbicunque repugnat possibilitas ex parte rei, super qua est fundata sententia, sententia non meretur executionem per ea,quę generaliter refert, & sequitur Foller. in pract.crim. in verbo. Et si confitebuntur in 4.par.3.part. nume.15.

Exemplifica tertio,quando iste condemnatus allegaret, & ostenderet, quòd propter iustum impedimẽtum non potuit prius comparere, seu quòd fuit captus, quando veniebat ad comparendum: quia tunc iudex deberet abstinere ab executione sententiæ per ea, quæ scripsi supra sub num.137. ibi. Sola modo remanet. Et quòd in prædictis casibus possit abstinere, faciunt quæ scripsi supra cap.63.num.8.Et quòd debeat abstinere est in tantum verum, vt si procederet ad executionem, esset meo iudicio non parum puniendus.

186 † Sed quid dico, quando sibi constaret de innocentia, immo esset puniendus etiam, quando ob sui negligentiam de ea non potuisset constare iuxta ea, quæ scribunt post alios, quos allegant Vant. tractat. null.Rubr. Quoties, & intra quod tempus. nume.44. & 45. Clar. licet hæc opinio sibi displiceat, libro 5.recept. sentent.§. homicidium. versic. maior. Menoch.de arbitr.iudic.libro 2.cent.3.cas. 283.& ipse Flamin.Cart.eodem tractat. de execut. sentent.capto bann.capit.fin. numer.15. qui omnes
* testantur hanc esse communem * opinionem, vt occidens non legitimè bannitum sit puniendus pœna extraordinaria, eo quòd non adhibuit eam, quam debebat, diligentiam, quæ opinio & si mihi vna cum Claro non satis placeat,quãdo occiditur à priuato, placet tamen in casu, de quo agimus. Vide etiam quæ scripsi infra num.197. Et hæc sufficiant, quando constaret sibi de innocentia.

187 † Quod sententiam notoriè nullam etiam à se latam possit reuocare, tàm ante lapsos decem dies, quàm postea quandocunque testantur Rot. decis. 16.aliàs 341.num.2.de re iud.in nou.Maran.in suo Spec.par.4.distinct.5. num.51.Vant. tractat. nullit. Rubr.Coram quo &c.sub num.15. & plenius Menoch.de arbitr.iud.lib. 1.quæst.67.num. 2.& seqq. adde quæ scribit Afflic.in constitutione. dilationes. sub nu.12.lib.2.

188 † Amplia istam conclusionem, vt habeat locum etiam in delegato ad vniuersitatem causarum, quia posset eam reuocare, vt dixi supra cap.66.sub num.7.

189 † Amplia secundo,vt habeat locum in quouis iudice tàm ordinario, quàm delegato, quando illam sententiam notoriè nullam alius iudex protulisset, quàm ipse reuocans.

190 † Limita modo prædictam conclusionem, vt non habeat locum in Iudice delegato ad vnam causam, quia is non potest sententiam à se latam

latam reuocare, quamuis ſit notoriè nulla, Menoch. qui alios allegat dicta quæſt.67. num. 21. Sed quoniam hæc procedunt in terminis iuris communis, remanet, vt reſpondeamus ad motus proprios, quibus Flam. Cart. tract. de execut. ſenten. capto bann. cap. fin. ſub num. 316. & cap. 3. num. 41. & Modern. qui eum ſequitur. in qq. crim. libro primo. quæſt. 11. ſub num. 44. in fine mouentur ad tenendum, quòd iudex debet exequi ſententiam, non obſtante quauis appellatione, & dictione nullitatis, quia non poteſt ſecundũ eos, attentis præallegatis motibus proprijs reuocare ſententiam, etiam notoriè nullam. Et breuiter agendo, reſpondeo, eorum ſententiam ex allegatis motibus proprijs non probari, & ratione non infirma confutari: Non probatur ex motibus proprijs, quia ijs tollitur reo facultas appellandi, & iudici admittendi eum ad defenſiones, ſed non tollitur ei facultas reuocandi ſententiam notoriè nullam: nec valet conſequentia. Eſt ſublata defenſio: ergo eſt ſublata facultas dicendi de nullitate.

191 † Nam ſtatutum, ſeu Motus proprius diſponẽs, bannitum decapitari infra tres dies, nulla eius defenſione, ſeu exceptione audita, non habet locum ſi opponatur exceptio nullitatis. Vide ad hoc quæ dixi ſupra ſub num. 32. & ex pluribus referunt, & ſequuntur ijdem Flam. Cart. & Moder. à nobis relati ſupra num. 35.

192 † Præterea, vt tibi integrè ſatisfaciam, eſto, quòd Motus proprij expreſſe prohiberent exceptionem nullitatis, tamen ſi eſſet notoria, adhuc poſſet opponi. Vide Vant. tract. nullit. Rubr. Quis poſſ. dicer. de nullit. num. 37. 51. & 57. cum ſeqq. Et quòd iſto caſu non cenſeatur prohibita appellatio, vide Boſſ. tractat. crim. titu. de remed. iuſtitiæ contra ſentent. ex conceſſ. Princip. nu. 9. dicens, quòd tunc decretum, prohibens appellationem, non habet locum. Quare ſi poteſt opponi exceptio nullitatis, ergo oppoſita debet operari ſuum effectum, ne fruſtra dicatur cõceſſa eius oppoſitio. Sed quando operatur ſuum effectum, ſententia, quæ eſt notoriè nulla, reuocatur. Igitur à primo ad vltimum ſentẽtia nulla debet poſſe reuocari.

193 † Confutatur ratione: quia ſtatuta, Motus proprij, & queuis alia diſpoſitio, loquentia de bannitis, de condemnatis, & de ſententijs, ſunt ſemper intelligenda, vt loquantur de ritè, rectèque bannitis, & de ſentẽtijs validis, & non de nullis. Igitur dum Motus proprij, ex aduerſo allegati, denegant bannito, & condemnato appellationem, & defenſionem, & diſponunt, quòd Iudex non poſſit eum admittere ad aliquas defenſiones, ſed quòd debeat illam ſententiam, veluti latam ſuper crimine notorio, & veluti eam, quæ tranſierit in rem iudicatam, immediatè ſine alio proceſſu, & non obſtantibus quibuſcũque exequi, non habent locum, quando bannitus eſt nulliter bannitus.

Probatur antecedens, primo auctoritate textus in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. cuius verba hæc ſunt.

Condemnatum accipere debemus eum, qui ritè condemnatus ſit, vt ſententia valeat: cæterum ſi aliqua ratione ſententia ſit nullius momẽti, dicendum eſt condemnationis verbum non tenere.

Ad idem faciunt textus in l. quoties. ff. qui ſatiſd. cogan. & in l. ſancimus. in principio. C. de donat. tradunt in terminis Afflict. deciſ. 182. num. 4. & deciſ. 366. num. 10. Gramm. deciſ. 79. num. 10. Rolan. à Vall. conſ. 41. num. 5. & 6. libro 1. & conſil. 73. num. 28. lib. 2. Flam. Cart. tractat. de execut. ſenten. capto bann. cap. fin. nu. 144. & ſeqq. & latè poſt alios Moder. in qq. crim. lib. primo. quæſt. 11. ſub num. 34. qui * refert, & ſequitur hanc eſſe communem * opinionẽ. Et quòd bannitus pẽdente nullitate banni non poſſit impunè offendi, ſtante ſtatuto, quòd banniti impune offendantur, vide Clar. libro 5. recept. ſenten. quæſt. 94. verſiculo. ſcias autem. Et quòd actus nullus nullum iuris poſitiui operetur effectum latè deducit Vant. tract. null. Rubr. Quoties, & intra quod tempus. num. 26. & ſeqq.

194 † Probatur ſecundo ratione: Cui non conueniũt verba diſpoſitionis, non conuenit diſpoſitio. l. 4. §. toties. & ibi Bar. num. 3. ff. de damn. infec. Barbat. in tractat. de præſtan. Cardinal. quæſt. 1. ſub num. 23. Alex. conſ. 27. requiſitus. ſub num. 1. lib. 1. Neuiz. cõſil. 65. num. 17. & conſi. 69. num. 5. & eſt regula com * munis. * Sed nulliter bannito, & condemnato non conueniunt verba dictorum Motuum propriorum. Ergo non conuenit diſpoſitio. Quòd non conueniãt

195 verba oſtendo, † quia ſententia nulla non meretur nomen ſententiæ, teſtibus Boſſ. tract. crim. tit. de remed. iuſtit. contra ſentent. ex conceſſ. Princip. num. 8. Vãt. qui fuſius loquitur tract. null. Rubr. quis poſſ. dicere de null. num. 39. & Neuizano conſi. 7. ſub numer. 1. Et hinc videmus quòd ſententia nulla non tranſit in rem iudicatam. Afflic. dicta deciſ. 182. ſub * num. 3. & de communi * opinione teſtantur Bertaz. conſil. 58. num. 16. libro 1. & Cart. dicto capit. fina. num. 214.

Iſtam concluſionem, quòd iudex non debeat exequi ſententiam nulliter latam, & quòd poſſit eam reuocare fortifica ex his, quæ ſcribit Boſſ. tractat. crim. tit. de ſupplicat. aduerſus rem iud. ſub num. 5. Vbi loquendo ſecundum ordines Mediolani, qui non ſunt diſſimiles præallegatis Motibus proprijs, videtur ſentire, quòd Iudex poſſit reſcindere ſentẽtiam nulliter latam in illis verbis.

Et ſi iniuſtè damnatus eſt, & conſtat ex actis, tũc multo magis conceduntur literæ, cum nec deficiat remedium ordinarium.

Pondero hæc vltima verba: Cum non deficiat remedium ordinarium: Sentit enim quòd ipſemet Iudex poſſit audire bannitum ſine Principis admiſſione ad nouas defenſiones, vt apertè hoc declarat tit. de remed. iuſt. contra ſenten. ex conceſſ. Princip. ſub nu. 7.

196 † Exemplifica eandem concluſionẽ, quando iudex, qui ſentẽtiam cõdẽnatoriam protulit, nullam habuiſſet poteſtatẽ, vt exẽplificant Vant. dicta Rubr. quis poſſ. dicere de null. nu. 39. & Flam. Cart. dicto cap. fina. num. 316. in fine. Exemplifica etiam quando eſſet lata ſine vllis præcedentibus citationibus, vel ſine vllis indicijs. Exemplifica rurſus, quando eſſet lata, non ſeruata forma ſtatutorum iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra numero 32. & 39.

Cæterum ſi tu Domine officialis, vis ſine labore

tollere omnes obiectiones, ſuperſedeas in executione, & conſulas Principem, quamuis ſententia appareat nulla, quia vt ait Seneca, relatus per Simanc.de Cath.inſtitut.tit.9.num.124. *Satius eſt, ire aperta, & recta via, quàm ſibi ipſi flexus diſponere, quos cum magna moleſtia debeas relegere*. Et dato millies, quod iudex non poſſit ſententiam notoriè nullam reuocare, inconſulto Principe, vt tradũt Flamin.Cart.& Modern.allegati ſupra ſub nu.190. ibi. Remanet modo: tamen admittunt quòd debeat ſuperſedere: ſi debet ſuperſedere: Ergo terminus ad docendam cauſam quare ſententia non ſit mandãda executioni non conceditur fruſtra. Et ſi ipſi hoc non admitterent, probatur ex motu proprio, quem allegaui infra ſub num.198.

Quòd oſtenſa Principis gratia in forma valida, debeat condemnatum liberè dimittere non habet principium dubitandi iuxta ea, quæ ſcribunt Marſ. conſil.55.& 97. & ipſemet Cart. qui eum refert, & ſequitur tract.de execut.ſenten. capto bann. cap. 3. num.64.& 65.& latius Modern.in qq.crim.libro 1. quæſt.6.in principio, & faciunt quæ refert, & ſequitur Boſſ.tracta.crim. titu. banniti quid amittant.ſub num.3.de occidente bannitum, qui oſtenderat ſecuritatem, dicens quòd ille occiſor eſt puniendus pœ-
197 na ordinaria homicidij. † Vnde dico, quòd Iudex, ea ſolum allegata, debet ſuperſedere, aſſignando ei aliquem breuem terminum ad docendum de ea, vt puta vnius diei, ſeu breuiorem, vel longiorem arbitrio iudicis, qui omnia conſiderabit, quia, ſi condemnato non admiſſo ad eam oſtendendam, exequeretur ſententiam, & ille habuiſſet gratiam, eſſet meo iudicio ſemper puniendus, quoniam cum agatur de executione irretractabili, & condemnatus velit incontinenti probare exceptionem, quæ executionem penitus tollit, non video quare non ſit audiendus: faciunt ad hoc, quæ dixi ſupra num. 186.

Non obſtat, quòd Marſ.dicto conſil.55.tenuerit contrarium, videlicet, quòd ſi allegetur gratia, & nõ oſtẽdatur, iudex nihilominus poſſit immediate exequi ſententiam, motus ex eo, quòd bannitus, qui non eſt cancellatus de banno, & dum eſt in periculo offenſionis allegat, & proteſtatur, ſe gratiam habere à Principe, poſſit nihilominus impunè occidi,
✻ cum ei credendum non ſit ſecundum communem✻ opinionem, de qua teſtantur Rip.in cap.cum M.nu. 56.de conſtitutio. Marſ.dicto conſil.55.num.5.in fine. Gozad. conſ.61. prima facie, nume.9. qui dicit, quòd tam antiqui quàm moderni ſequuntur hanc opinionem, & Clar.qui hos omnes refert. libr.5.recept.ſentent.§.homicidium.verſic.ſed quid ſi bannitus.& poſt eum P.Pichard.comm. opinio. in verbo.bannitus.relatus inter comm.opinio. recen. collect.tom.2.lib.9.titu.33.de ſentent.paſſ. & reſtit.nu. 61.& Flam.Cart.dicto cap.3.num.66. quia reſpondeo dupliciter: primo, iſtam communem opinionẽ confutari ex his, quæ ſcribunt Bar.& Iaſon.in l.non ſolum.§.morte.nume.35.ibi.quarto. & ibi. Secunda concluſio.ff.de oper.nou.nunc.& idem Iaſ. in l.ſi creditoris.num.2.C.de fideicomm. Paul. de Caſtr. conſil.199.libro primo. Cæpoll. conſ. crim. 6.num. 17.& 18. Boſſ.tract.crim. tit. banniti quid amittant. ſub num.3. Clar.dicto §.homicidium. verſicu.Item quæro. Menoch.de arbitr.iudic.libro primo. quæſt. 90.num.36.& Cart.dicto cap.3.num.70. & 71. qui omnes conueniunt, quòd occiſor tunc impune occiderit, quãdo ei nec dolus, nec culpa impingi poteſt, vtputa, quia nec quòd gratiam ſciuerit, nec quòd facile eam potuiſſet ſcire conſtat, aliàs ſi ei culpa poſſet impingi, tradunt eſſe puniendum pœna extraordinaria arbitrio iudicis. Et certè aliter dicendũ non eſt, quia homicidium in perſonam bannitorum toleratur, non vt homines ſæuire aſſueſcant, & ſanguinarium animum cruore crudeliter expleant, ſed vt Reſp.ab hoſtibus, & rebellibus tuta ſit. At is, qui gratiam Principis bannito conceſſam iam nouit, vel debuit noſcere ex proteſtatione ſibi facta, potius ob primam vetitam, quàm ob ſecũdam toleratam cauſam bannitum interficere videtur.

Secundo reſpondeo, longè diuerſam eſſe rationem inter Iudicem, & priuatum occidentem bannitum, quia iudex, ex quo manet tutus in domo, & habet bannitum ferreis manicis, & compedibus vinctum, poteſt omnia diligenter rimari: etenim, quod differtur non aufertur: Vnde tenetur in primis facere recognitionem, vt ſæpius dixi ſupra: At priuatus cum ſe vitæ periculo exponat, & quod differtur, aufertur, aliter procedit: vnde bannitus ab eo interfectus recognoſcitur mortuus, & facit in propoſito, quod ſcribit Val.Max.libro 5.capit.2.de C. Mario, qui cum in acie quaſdam Camertium cohortes ciuitate donaſſet, idque aduerſus legem factum eſſet, verè tamen, & egregiè excuſauit inquiens, ſe inter armorum ſtrepitum verba iuris ciuilis exaudire nõ potuiſſe.

Minus obſtat, quòd Cart. dicto cap.3. num.67. dixerit, quòd iudex, allegata gratia, poteſt ſuperſedere, ſi nolit dare terminum: quia non video, quòd maius præiudicium naſcatur Fiſco, quando præfigit dilationem, quàm quando ſuperſedet, ſiquidem inquit, ſuperſedendum eſſe, donec bannitus poſſit allegatam gratiam oſtendere. Et tenendo iſtas opiniones, nemo dicet, huiuſmodi motus proprios eſſe iniuſtos eo, quòd tollant defenſionem: ſicut arbitratur eruditiſſimus Peg. à nobis relatus ſupra num. 144. In eo, quod diximus, eum, qui occidit bannitum, quem ſciebat habuiſſe gratiam à Principe, q̃uis adhuc non eſſet cancellatus de banno, puniri pœna extraordinaria ſecundum opinionem omnium Doctorum, cogita ſi poſſet ſaluari ex Motu proprio Pij Quarti. At ſi cuncta, quem allegaui ſupra ſub nume.148.ibi. Amplia etiam, quia in eo diſponitur, vt gratia ſit nulla, quando orator non ſe conſtituerit in carceres, & alia verificauerit, de quibus in eo.

198 † Secundum dubium, priuſquam vlterius progrediar, ſit, an quando ſententia eſt lata, non præcedentibus legitimis indicijs, & bannitus eſt captus, iudex poſſit exequi eam, an verò debeat reuocare, vti nullam, vel potius ſuperſedere, & Principem cõſulere? Reſpondeo, Quòd non debeat exequi eſt clarum ex motu proprio Pij Quinti: Dudum poſtquam.§.Nos igitur.ibi.

Quinimò q; Iudices præfati ſententias ipſas condemnatorias, tam in Vrbe, quàm extra eam latas, & feren-

ferendas, ſi tamen legitimis præcedentibus indicijs ad inquirendum, promulgatæ fuerint, executioni realiter, & corporaliter demandent.

Pondera illa verba: legitimis tamen, quæ ſunt conditionaliter appoſita, ſicut ad hunc effectum ea ponderarūt Cart. tract. de execut.ſent.capto bann. cap.fin.num.58.& ſeqq.& num.138.in fine, ibi. Vt mirum non ſit.& num.81.& ſeqq. vbi interpretatur Motum proprium, vt habeat locum, tam ſi bannitus ſit captus infra annum quàm ſi poſtea, & Modern. qui eum refert, & ſequitur in qq.crim. libr.1. quæſt. 11.num.16.verſic. prima tamen. Vnde iuxta hunc motum proprium Rota Rom.in vna Romana Notariatus pro Octauio de Totis contra Simonē Garziam die 12.Februarij 1588.coram R.P.D.Vrano ſententiam, latam in Curia Capitolij per Dominū Senatorem, declarauit nullā, quia non præceſſerant legitima indicia ad inquirēdum, quam deciſionem allegat etiam Moder.vbi ſupra. An poſſit eam reuocare, res patitur difficultatem: Nā quòd poſſit ſuadetur ex eo, quòd iudex poteſt reuocare ſentētiam, nulliter latam, vt dixi ſupra num. 187. Sed lata ſine præcedentibus indicijs eſt nulla per ea, quæ dixi ſupra cap.84.num.37.& faciunt quæ ſcripſi ſupra ſub num.78.ibi. Verum quia. & ſupra ſub hoc eodem num.

Contraria ſententia, quòd non poſſit eam reuocare ſuadetur primo ex his, quæ in contrarium ſcribunt Flam.Cart. & Modern. à nobis allegati ſupra ſub nu.190.ibi.ſed quoniam. dum tenent, iudicem non poſſe reuocare ſententiam quamuis ſit nulla. Suadetur ſecūdo ex theorica, & practica, quam docuimus ſupra num.160.in tertia opinione, dum diximus, quòd Iudex quando non habet tutam conſcientiam exequendi ſententiam ex qualitate indiciorum, vtputa, quia appareant debilia, non reuocat ſententiam, ſed mandat reum torqueri. Suadetur tertio, quia ſententia lata ſine probationibus dicitur ſolum iniuſta, & iniqua contra ius litigatoris, & non dicitur nulla, cum probationes dicantur media cauſæ, & de ordine iuſtitię, & non de ordine iudicij ſecundum communem * opinionem, de qua copioſe teſtatur Alex.in l.præſes.nu.1.& ſeqq.ff. de re iudi. & quòd ſæpe ita iudicauerit Conſil. Neap. teſtatur Afflic.deciſ.28.num.2.& 8.& deciſ.39. num.6. in fine, & num.7.& deciſ.47.per totam. Et quòd propterea huiuſmodi ſententia tranſeat in rem iudicatam latè oſtendit Vant.tract.null.Rubr. de null. ex defe. proceſſ.num. 38. & ita in facto obtinui in vna Hortana rei iudicatæ corā R. P.D.Beier. contra eos de Fidalibus, licet forſan non obtinuiſſem, niſi illa cauſa agitata iam fuiſſet per duodecim annos, ita vt videretur apparere de calumnia aduerſariorum.

Sed indicia ſunt ſpecies probationis: Igitur, quāuis ea deficiant, ſententia non dicitur nulla, & percō ſequens non fit locus reuocationi coram eodem iudice.

Quòd debeat ſuperſedere, & conſulere Principem patet ex his, quę ſcripſi ſupra nu.138.in 4.quęſito. Quid dicendum? Concludo in primis, iudicem in caſu huius quæſiti nunquam poſſe exequi ſententiam, & hoc eſt certum, vt dixi ſupra.ibi. Reſpōdeo. An autem poſſit reuocare, ſeu ſuperſedere, diſtinguo: Aut ſententia fuit lata, nullis prorſus præcedētibus indicijs: Aut præcedentibus, ſed nō legitimis. Si nullis præcedentibus, dico ſententiam eſſe euidenter nullam, & ſubinde poſſe reuocari ab eodem Iudice, & ita procedant quæ dixi ſupra ibi. Nam ꝙ poſſit, & huic ſententiæ non obſtant illa tria argumenta adducta in contrarium. ibi. Contraria &c. Nam ad Flamin.Cart. & Modern. qui tenent iudicem non poſſe reuocare ſententiam nullam ſatis ſufficienter reſponſum eſt ſupra ſub nume. 190. & ſeqq.

Secundum argumentum non obſtat, quia præſupponitur in eo exiſtere aliqua indicia.

Ad tertium reſpondeo dupliciter: primo, communem illam opinionem, & reiteratam Conſilij Neap.deciſionem non ſeruari in Rota Romana, ni ſi quando diù lis fuit agitata, ita vt poſſit prę́ſumi calumnia contra cōdemnatum. Rot.diuerſ. deciſ. 77. num.6.& 7.par.3.lib.2.& deciſ.1.nume.5.& 6. ead. par.3.lib.3.

Secundo reſpondeo, diſtinguendo, & nota, Docte, hanc reſponſionem: Aut probationes requiruntur de ordine iuſtitiæ, & tunc concedo argumentum, quòd ſententia non dicatur nulla, & tranſeat in rem iudicatam, & mereatur executionem, & in his terminis loquuntur, & procedunt illa communis opinio, & deciſiones Afflicti: Aut requiruntur de ordine ſubſtantiali iudicij, & tunc dico, quòd ſententia eſſet nulla: hocque patet ex ratione, & fundamento illiuſmet communis opinionis allegatę in cōtrarium. At in caſu noſtro probationes, hoc eſt indicia requirūtur de ordine ſubſtantiali iudicij, quia Accuſator eſt pars ſubſtantialis iudicij iuxta ea, quę ſcripſi ſupra ca.2.num.5.& 23. & Diffamatio ſuccedit in locum Accuſatoris, vt dixi eod.cap.2. num. 8. & cap.84.ſub num.21.ibi. Tamen illud eſt. Vnde & Inquiſitio ſuccedit in locum accuſationis, vt dixi dicto cap.2.num.10.in fine. Et indicia, attenta conſuetudine, ſuccedunt in locum diffamationis iuxta ea, quæ ſcripſi in allegato cap.84.ſub num.35. & in tantum ſuccedunt, vt non magis eſſet olim de iure neceſſaria diffamatio, quàm ſint hodie indicia, vt dixi eod.ca.84.num.37. Igitur ſicut iudicium non poteſt ſtare ſine Accuſatore, & accuſatione, ita neque ſine indicijs, quæ ſtant loco Accuſatoris, & ſine Inquiſitione, quæ ſtat loco accuſationis: Quare in ſumma, & breuiter indicia non ſtāt loco probationis, ſed loco Accuſatoris, ſeu accuſatorij libelli. Et hæc quando ſententia fuit lata nullis prorſus præcedentibus indicijs.

Si præcedentibus, ſed non legitimis: dico vnà cū alijs Doctoribus, quòd iudex debet ſuperſedere, & conſulere Principem, & non reuocare ſententiā. Et moueor, quia ſuppoſito, quòd indicia præceſſerint, clarum eſt, quòd interuenit illa pars ſubſtantialis Iudicij, quam ſupra diximus deficere, quando nulla prorſus præceſſerunt. Sed ſolum tunc dubitatur, an legitimè interuenerit. Et quoniam hoc dubium, an fuerint legitima, vel nō, committitur arbitrio

trio iudicis: ſiquidem tota materia indiciorum commiſſa eſt eius arbitrio iuxta ea, quæ ſcripſi cap. 84. ſub nume. 4. Idcirco ſententia iſto caſu nunquam dicetur euidenter nulla. Nam cum nullitas oriatur ex euidenti inobſeruantia, & contrauentione legis, & in indicijs, quæ iudicis arbitrio definiuntur, non reperiatur lex, quæ illa definiuerit, ſequitur quod in ſententia, & determinatione eorum non poſſit apparere euidens nullitas, niſi cum ab alio magis perito iudicatum fuerit, illa indicia non fuiſſe legitima, & tunc iſte alius iudex peritus, dummodo ſit etiam ſuperior, poterit illam reuocare & declarare nullã. Is verò qui eam protulit, ſeu qui eſt ſucceſſor in eodem Tribunali, quia repreſentat eundem iudicem, non reuocabunt, ſed ſuperſedebunt, & conſulent Principem, & hæc erit bona cautela, etiam quando ſententia appareret nulla, vt dixi ſupra ſub nu. 196. ibi. Cæterum.

199 † Hanc concluſionem de ſententia lata præcedẽtibus indicijs, ſed non legitimis, exemplifica quando fuiſſet lata ſuper ſolo dicto ſocij criminis, qui nõ facit legitimum indicium ad inquirẽdum, vt ex pluribus refert, & ſequitur Flam. Cart. tract. de execut. ſenten. capto bann. cap. fin. num. 73. & ſeqq. Limita hoc dictum, vt non procedat, quando eius depoſitio eſſet confirmata in tortura quæ abluit omnem maculam iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 81. ſub nume. 6. Sublimita hanc limitationem, vt non procedat quando ſocius criminis pateretur plures defectus, quia tunc quamuis deponeret in tortura non faceret indicium ad citandum per ea quæ dixi ſupra ca. 81. num. 7. ſed de conſuetudine iſta ſublimitatio nõ ſeruatur: quia officiales adhuc citant, & procedunt. Limita ſecundo, vt nõ procedat in caſibus exceptis, in quibus ſocius poteſt interrogari, & eius dictum facit indicium ad tranſmittendam citationem, vt videtur ſentire idem Flam. Cart. eodem cap. fin. num. 74. & ſeq. & faciunt quæ ſcripſi ſupra dicto cap. 81. num. 3. Et intellige, attenta conſuetudine, omnes caſus, in quibus delicta veriſimiliter non committuntur ſine ſocijs, eſſe de exceptis iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra ſub num. 180. ibi. Si loquimur de conſuetudine: Exemplifica ſecundo, quando fuiſſet lata ſuper dicto alicuius banniti, cõdemnati capitaliter, vt per eundem Cart. dicto cap. fin. num. 79. & 80. Exemplifica tertio, quãdo fuiſſet lata ſuper dicto alicuius homicidæ, qui ſecundum literas Pij ſecundi, confirmatas à Pio Quinto in Bulla. Ex ſupernæ, circa finẽ principij. Sub Dat. Romæ 3. Non. Iulij, anno dominico ſeſquimilleſimo ſexageſimoſexto, non poteſt ferre teſtimonium. Et hic habes abſolutam totã materiam ſecundi dubij.

200 † Tertium dubium: poſtquam firmauimus, Iudicem debere exequi ſententiam latam præcedentibus legitimis indicijs, & non eam, quæ fuit lata non præcedentibus, quæ in hoc propoſito dicentur legitima indicia? Reſpondeo: Bar. in l. abſentem num. 3. verſiculo, tertio extra glo. ff. de pœn. Specu. in tit. de accuſatio. §. vltimo, num. 20. in fine, par. 3. Marſ. in pract. crim. §. poſtquam. num. 47. in fine. & num. 48. Afflict. in conſtitutione: pœnam eorum. in 12. quæſito. ſub num. 47. lib. 2. Foller. in pract. crimin. in verbo Et ſi confitebuntur, num. 15. in 4. par. 3. par. Clar. libro 5. recept. ſenten. quæſt. 44. verſicu. quæro nunquid. & alij plures, quos conſultò omitto, teſtantur, de iure requiri plenas probationes, & quòd hæc ſit communis ✻ opinio teſtantur Cæph. conſil. 241. num. 73. lib. 2. & alij quos referunt, & ſequuntur Cart. dicto cap. fin. nu. 137. & poſt eum Moder. in qq. crim. lib. 1. quæſt. 11. num. 16. verſic. Immo in caſu, & lib. 2. quæſt. 56. nume. 327. in fine. Et Marſ. vbi ſupra, adeo exiſtimat hanc opinionem eſſe veram, vt conſuetudinem contrariam, de qua teſtatur Guid. de Suzzaria relatus à Ioann. And. in additio. ad Specul. vbi ſupra. in litera E. ibi. Cognitas: dicat non probari, & ſi probaretur non eſſe attendẽdam, quia eſſet obſeruantia de facto, quæ propterea de facto debet reuocari, & hęc communis vr̃ recepta à Senatu Mediolani, qui vt dixi ſupra ſub nu. 160. ibi.

Tertia opinio, non mandat exequi ſententiam capitalem, niſi habeat tutam conſcientiam ex qualitate indiciorum, quòd ille commiſerit delictũ, pro quo fuit condemnatus.

Contrariam ſententiam, quòd ſufficiãt legitima indicia tenuerunt Afflict. vbi ſupra, & latè Plot. inter conſ. crim. diuerſ. conſil. 72. nu. 16. & ſeqq. tom. 2. quem refert, & ſequitur Modern. dicta quæſt. 11. num. 16. & quòd ita ſeruetur de conſuetudine teſtatur Guid. de Suzzaria. vbi ſupra, & quòd ſic ſe habeat practica generalis teſtantur Clar. dicta quæſt. 44. verſ. quæro nunquid. Decia. conſ. 18. num. 220. verſic. tertio reſpondeo lib. 1. Cart. tract. de execut. ſent. capto bann. cap. fin. num. 138. & Modern. dicta quæſt. 11. num. 16. verſic. prima tamen opinio.

Quid dicendum? diſtinguo, & concordo: Aut loquimur de iure communi, circunductis conſuetudine, & ſtatutis, quòd contumax habeatur pro confeſſo: Aut ſecundum prædicta ſtatuta, & conſuetudinem. Si de iure communi: prima opinio eſt vera: quæ habet locum tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, vt aduertunt etiam Nell. tract. de bann. 2. par. ſecundi temp. quæſt. 34. & Moder. dicta quæſt. 11. num. 16. verſic. Et licet Boſſius, verſus finem. Et docui ſupra in principio huius capitis ſub num. 1. qui ergo ex illis doctoribus allegatis pro prima opinione, loquuntur in terminis iuris communis, bene loquuntur. Si ſecundum prædicta ſtatuta, & conſuetudinem: vera eſt ſecunda opinio, quod ſufficiant legitima indicia: & hoc oſtendo euidenter: Qui eſt legitimè indiciatus de delicto poteſt inquiri, & citari, vti reus ad reſpondendum &c. vt dixi ſupra num. .... & cap. 84. ſub num. 7. Et qui eſt legitimè citatus, & non comparet dicitur contumax, vt dixi ſupra cap. 91. num. 1. 5. &. . . . Et qui eſt contumax habetur ex diſpoſitione ſtatutorum, & conſuetudinis pro cõfeſſo, vt oſtendi ſupra num. 24. Et qui eſt confeſſus, poteſt diffinitiuè condemnari, & condemnatoria ſententia mittitur executioni, vt docui ſupra cap. 93. ſub num. 1. Ergò à primo ad vltimum ſufficiunt legitima indicia: quæ, vt dubio ſatisfaciam, qualia ſint docui ſupra cap. 84. num. 6.

Nec obſtat, quòd Senatus Mediolani non exequatur

quatur ſententiam, quando non habet tutam conſcientiam exequendi ex qualitate indiciorum, quia reſpondeo, id eſſe verum, quando indicia, quæ erāt legitima, eſſent debilitata à reo, admiſſo ad nouas defenſiones, alias exequeretur ſententiam, vt dixi ſupra ſub num. 180. verſus finem, ibi. Nec obſtat, & faciunt quæ dixi ſupra ſub nu. 160. ibi. nam dicere.

201 †Poſtquam firmauimus ſupra in primo dubio, ꝙ iudex teneatur præfigere terminum bannito condemnato, & recognito: dubitatur quarto loco, qualiter debeat illum præfigere? Reſpondeo, ſimul & ſemel præfiget terminum, & mandabit, vt ponatur ad largam, ſicut de poſitione ad largam tradit etiā Cart. tract. de execut. ſent. capto bann. capit. 3. num. 75. & poſt eum Moder. in qq. crim. libro 1. quæſt. 11. ſub num. 47. verſic. Et ex his. Debet etiam ei concedere copiam proceſſus, & ſententiæ, quia alias non poſſet docere de innocentia, & nullitatibus, & quòd indicia non fuerint legitima: Et ita docent Foller. in pract. crim. in verbo. Captis foriudicatis num. 2. & Modern. dicta quæſt. 11. ſub allegato nu. 47. verſic. Amplia hanc ſeptimam: & dicto verſicu. Et ex his: Hiſque peractis, audiendi erunt Procuratores, & Aduocati ſuper defenſionibus Rei condemnati.

Ex ſuperius dictis iam nouimus, iudicem debere ſuperſedere, quando ſibi conſtat de innocētia Rei,
202 & ſententiam, ſi nulla appareat, poſſe reuocare. † Verum quia ſi iudex admitteret reum condemnatum ad probandum videretur eum admittere ad defenſiones, ſicque videretur fiſco præiudicium facere, & veniret propterea reprehendendus iuxta ea quæ ſcripſi ſupra num. 142. idcirco dubitatur vltimo loco qua practica iudex poſſit vti, vt reus valeat docere de innocentia, & alijs abſque quòd fuerit admiſſus ad defenſiones? Reſpondeo, mandabit, probationes poni ad partem, quia vt docet Veſtr. in pract. lib. 6. cap. 2. num. 24. eiuſmodi poſitio ad partem importat, ne illæ probationes ſint admiſſæ, ſed quòd ſtent in ſuſpenſo. Et hoc eſt quòd officiales Aprutini, quando nolunt probationes admittere, mandant examinari teſtes, & de eis haberi rationem, quę erit habenda de iure, & demū teſtibus examinatis, reus debet inſtare, vt admittantur, quia alias ſine admiſſione nihil probarent teſte eod. Veſtr. loco citato, dicēte ſe in hoc vidiſſe errare etiam primarios practicos; immo hoc amplius addo: quòd etiam ſi Iudex expreſſe reſeruaſſet talem admiſſionem, tamen, ſi pars pro ea non faceret inſtantiam, Iudex poſſet ꝓcedere ad ſententiam, quia videretur tacitè receſſiſſe, vt in ſimili tradit Thom. Triuiſ. deciſ. 2. num. 9. & ſeqq. lib. 1. dicens, quòd ſi pars non fecerit inſtantiā pro interlocutoria ſuper exceptione reſeruata ad merita cauſæ, Iudex poteſt, ea omiſſa, valide procedere ad ſententiam, quia procedendo videtur illam reijcere. Et tunc iudex, ſi videat ex eis probari innocentiā, poterit ſuperſedere, & expectare quòd reus obtineat à Principe admiſſionem ad defenſiones. Et his ſit abſolutus iſte tractatus de modo procedēdi contra reum cōtumacem in cauſis criminalibus, & ſi quæ ſuperſunt difficultates, qualis eſt illa: nunquid hic modus procedendi vigore ſtatutorum habeat locum contra minores, & aliæ ſimiles, eas, Dei auxilio excitabo, & diſſoluam libb. ſeqq. ne hic diutius immorer.

De proceſſu contra reum contumacem in cauſis hæreſis. Cap. XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Abſens inquiſitus de crimine hæreſis, poteſt condemnari diffinitiuè, & cur ita ſit.*

2 *Hæreſis notam nemo debet tolerare, quamuis alias iniurias patienter ferre ſit glorioſum.*

3 *Modus procedendi contra inquiſitos de hæreſi, & cōtumaces ex quibus iuribus ſumptus ſit.*

4 *Modus procedendi contra contumacem inquiſitum de hæreſi qualis ſit, tàm quando apparet plenè conuictus per teſtes, ſeu ore proprio eſt confeſſus, & poſtea ſe abſentauit, quàm quando eſt ſola hæreſis ſuſpicione notatus, & efficitur cotumax ab initio, & tam quando fuit ab initio ſimpliciter citatus, vt veniret reſponſurus de fide, quam quādo fuit citatus cum indictione purgationis faciendæ, & tam ſi procedatur contra laicum, quàm ſi procedatur contra clericum, ſacris ordinibus inſignitum, & quæ ſit practica comburendi ſtatuam hæretici, & ſuſpendendi imaginem banniti cum fune ad collum ante eius domum, & quæ verba ſint apponenda in ſentētia, lata contra hæreticum abſentem. Et an citatus cum indictione purgationis canonicæ faciendæ certa, & determinata manu poſſit, ſi ſit contumax, reputari ſtatim pro confeſſo, vel ſit adhuc procedendum iuxta diſpoſitionem capit. cum contumacia de hæret. in 6. & an deficere in purgatione ex voluntate, & deficere ex neceſſitate ſint diuerſa, & vbi fuerit citatus ad ſe purgandum cum præfixione termini tantum, ſeu ad ſe purgandum, indicta ſibi certa purgatione facienda, ſed ſine præfixione termini, quomodo ſit procedendum, & concluditur denique contumacem in cauſa fidei nunquam condemnari, niſi poſtquā fuerit inſordeſcens per annum in excommunicatione.*

5 *Abſens, ſi ſit conuictus de hæreſi, quare poſſit de iure communi condemnari diffinitiuè.*

6 *Contumax in cauſa hæreſis habetur, lapſo anno, pro confeſſo.*

7 *Teſtes examinati in proceſſu informatiuo cōtra reū contumacem, an & quando ſint repetendi ante ſententiam diffinitiuam, & quando non ſunt repetendi quæ ſit ratio.*

8 *Proceſſus in cauſa hæreſis quibus actis expleatur.*

9 *Contumax in cauſa hæreſis, an ſit excōmunicatus ipſo iure, vel ſit excōicandus per ſententiam iudicis.*

10 *Sententia cōtra hæreticos, an ſit lata ab ipſo iure, an vero ſit proferenda à iudice.*

11 *Iudex ſecularis non tenetur exequi pœnas contra hæreticum, niſi Inquiſitor prius declarauerit illum eſſe hæreticum.*

12 *Pœnæ impoſitæ ipſo iure contra hæreticū, quæ poſſunt per retrotractionē ſortiri effectum, & ex retrotractione fiſco prouenit lucrū, ſortiuntur effectū à die quo hæreticus cœpit eſſe hæreticus, quamuis ex illa retrotractione ſequatur damnum alicui Tertio.*

13 Fiſcus, recuperans rem ab hæretico alienatam titulo oneroſo non tenetur ei, in quem eſt facta alienatio, reſtituere pretium, & dicetur ſuccedere, & haberi loco hæredis.

14 Amplia, vt procedat, etiam ſi illa res tranſiiſſet per mille manus.

15 Amplia, vt procedat etiamſi tertius poſſeſſor eſſet bonæ fidei.

16 Limita, vt non procedat: primo quando pretium eſſet conuerſum in rem delinquentis, & non appareret de mala fide, ſecus ſi appareret de mala fide.

17 Limita ſecundo, vt non procedat quando tertius eſſet poſſeſſor bonæ fidei, orientis ex pacto publico, vt puta &c.

18 Fiſcus quomodo ſuccedat, & repreſentet perſonam hæredis.

19 Pœna impoſita ipſo iure contra hæreticum quæ poteſt ſortiri effectum per retrotractionem a die commiſſæ hæreſis, & ex retrotractione Fiſcus conſequitur commodum, & Tertius patitur damnum, ſortitur effectum à die declaratæ hæreſis, & non prius.

20 Pœna impoſita ipſo iure contra hæreticum quæ poteſt per retrotractionem ſortiri effectum à die, quo cœpit eſſe hæreticus, & nullum ex retrotractione fit præiudicium iuribus Tertij, titulo oneroſo acquiſitis, ſortitur indiſtinctè effectum à die, quo cœpit eſſe hæreticus: vnde donatio, & quælibet alia alienatio facta ab hæretico, titulo lucratiuo non tenet.

21 Pœna impoſita non ipſo iure non ſortitur effectum ante ſententiam proferendam à Iudice, & ideo alienatio, facta ante ſententiam, tenet, & non reuocatur, etiam ſecuta ſententia, condemnatoria, & debitor delinquentis, qui ſoluit ei bona fide, rectè ſoluit.

22 Limita, vt non procedat quando alienatio ſaperet fraudem, quia tunc reuocaretur etiamſi eſſet facta ante commiſſum delictum.

23 Declara iſtam limitationem, vt ſi fraus interuenerit etiam ex parte illius, in quem eſt facta alienatio, minus reſtituatur pretium, ſecus ſi ex parte illius non interuenerit.

24 Limita ſecundo, vt non procedat quãdo iam eſſet facta annotatio bonorum, quia alienatio poſtea ſecuta reuocaretur.

25 Contumax excommunicatus in cauſa fidei, qui compareт lapſo anno, ſed nõdum declaratus hæreticus, admittitur ad reſpondendum, ſeq; defendendum, & hoc procedit etiamſi compareret poſtquam eſſet declaratus hæreticus, immo etiam poſtquam eſſet combuſta eius ſtatua.

26 Hæreticus pertinax eſt relinquendus curiæ ſeculari, pœnitens vero eſt recipiendus ad gremium Sanctæ matris Eccleſiæ.

27 Contumax in cauſis fidei, ſi doceat de iuſto impedimento, contumacia, eiuſque effectus euaneſcit.

28 Contumax in cauſis fidei, & inſordeſcẽs per annum in excommunicatione, ſi comparuerit, ſeu aliter peruenerit ad manus Curiæ, adhuc non dicetur plenè conuictus de hæreſi: illa tamen contumacia, & inſordeſcentia augent indicia, & ſuſpiciones, ita vt &c.

29 Contumax, & declaratus hæreticus, ſi compareat poſtquam eſt declaratus hæreticus, & oſtendat ſuã innocentiam, venit abſoluendus ab illa hæreſi, ſed eſt tamen interrogandus quid ſentiat de poteſtate Eccleſiæ, & particulariter de excommunicatione, quia poſſet eſſe aſperſus hæreſi lutherana.

30 Contumax, & declaratus vt ſupra, ſi doceat de innocentia, & quòd prius non potuit comparere, eſt penitus abſoluendus.

31 Contumax, & declaratus, & comparens, vt ſupra, ſi non tollit penitus indicia, & ſuſpiciones, ſed ſolum minuit, quid ſit agendum.

32 Contumax, & declaratus, & comparens vt ſupra, ſi nihil probat ad ſui defenſionem, ſed ſolum negat hæreſim, an dicatur conuictus, & quid agendum ſit.

33 Comparens ſpõte, & captus quoad ea quæ dicta ſunt, æquiparantur.

34 Contumax in cauſis fidei, an ſicut auditur ſuper crimine quandocunque compareat etiam poſt lapſum annum, ita quoque audiatur ſuper bonis confiſcatis.

35 Contumax, an & quando poſſit condemnari diffinitiuè.

36 Excommunicatus à iure, vel ab homine, & inſordeſcens per annum in excommunicatione, an poſſit reputari hæreticus, ſeu haberi ſaltem ſuſpectus de hæreſi.

37 Statuta Motus proprij, & conſtitutiones locorum, edita ſuper delictis fori ſecularis, ſeu mixti, an ſint ſeruanda in delictis hæreſis, & cur egerimus ſeparatim de hoc iudicio Cauſarum hæreticalium à iudicio aliarum cauſarum criminalium.

1 ET ſi † iura prohibeant, abſentem, quantumuis contumacem, cõdemnari diffinitiuè pro delicto, ĩ quo veniret imponenda pęna maior relegatione, vt dixi ſupra cap. præcedenti, num. 6. tamen non habẽt locum ĩ cauſis hæreſis ob triplicem rationem: primam, & hæc eſt communis etiam cauſis aliorum delictorum: quia extant ſtatuta penes legiſtas, vt contumax habeatur pro confeſſo, ſicut notat Abb. in cap. veritatis, num. 29. de dol. & contum. de quibus ſtatutis fusè ſcripſimus ca. pręceden. ſub nu. 28. ibi. declarauimus. & ſeq. Et quòd ita cõmuniter practicetur teſtatur Simanc. de cath. inſtit. titu. 2. nu. 4. in fine, dicens, ſententiam Vlpiani de non condemnandis abſentibus, niſi quãdo reus venit puniendus infra relegationem, ex omnibus Tribunalibus exploſam, eiectamque eſſe, quia, inquit, quo grauius crimen fuerit obiectum eo magis damnari ſolet. Secundam, quia ſpecialiter ſtatutum eſt, vt poſſit procedi contra abſentem inquiſitum de læſa maieſtate, vt dixi ſupra capit. præcedenti, nume. 8. in prima fallentia, & hæreſis eſt crimen læſæ maieſtatis, & quidem diuinæ, vt dixi ſupra cap. 59. num. 1. Tertiam, & hæc conuenit magis peculiariter cauſis hęreſis: quia pro vltione tanti ſceleris ſunt cum à iure Pontificio, tum à

tum à Cæſareo pinguiora remedia tradita, quàm pro vltione aliorum delictorũ, ſicuti aduertit etiam Abb.in dicto cap. veritatis. nu. 29. Et ratio cur pinguius prouiſum ſit eſt duplex: prima, quia cum hæreſis ſit Reip.rerum omnium pernicioſiſſima, vt ſcripſi ſupra dicto cap.59.num.1.& cap.70.ſub num.2. ibi.Et ratio. ideo ſtatim ſumma diligentia eſt extirpanda,vt fuſius oſtendi dicto cap.59.num.1.

2 † Secunda, quia &ſi glorioſum ſit, Chriſti exemplo iniurias patienter tolerare,tamen quoniam, qui vnam hæreſeos notam ferat, vel diſſimulet, Chriſtianus non eſt,teſtibus Rufino lib.1. Inuectiuarum in Hieron. & ipſomet Diuo Hieronymo ad Pammachium Epiſt.61. aduerſus errores Ioannis Hieroſolymitani,vbi exclamando ait.

Nolo in ſuſpicione hæreſeos quemquam eſſe patiẽtem, ne apud eos, qui ignorant innocentiam eius, diſſimulatio conſcientia iudicetur, ſi taceat.

Quod referunt Simanc.de cath. inſtit. tit.56. nu. 2.Albert.in repetitione Rubricæ q. 14. num.75. de hæret.in 6.& Franc.Pegn.in comm. ad Direct. Eymer.par.3.comm.38.§.& cum in omnibus.Vide ẽt Diaz.in pract.crim.canon.ca. 140. propterea huius criminis ſuſpicione aſperſus magis quàm quilibet alius obſtringitur in proceſſu ad ſe purgandum, vt

3 oſtendi infra in modo procedendi.† Reliquum eſt, vt,accedendo ad inſtitutum, doceamus modum ipſum procedendi.Et,procedendo per quæſita, quæro primo loco ex quibus iuribus, & locis ſumendus ſit? Reſpondeo, in iure Pontificio ex ca. excommunicamus.il 1. de hæret. quod Innoc. Tertius. anno Domini 1215.edidit in cõcilio generali Lateranen. ex cap.cum contumacia.de hæret.in 6.edito à Gregorio Nono, ex ca. vt inquiſitionis.eod. edito à Bonifacio Octauo, & ex literis apoſtolicis Clementis Quarti, incipientibus.Cum aduerſus hæreticam.In iure Cæſareo ex Auth.Gazaros.C. de hæret. edita à Friderico Imperatore, quæ eſt conformis diſpoſitioni dicti cap. excommunicamus, præterquàm in ſententia excommunicationis, quam Poteſtas ſecularis cum non poſſit exercere,exercet ſententiam banni, & hanc Auth. canonizarunt Bonifac. in dicto cap.vt inquiſitionis, & Clemens in dictis literis. Cum aduerſus.

4 † Quæro ſecundo qualis ſit iſte modus, qui colligitur ex allegatis iuribus, & alijs,quæ potuiſſem allegare? Reſpondeo. Reminiſci oportet, quòd poſt factam illam generaliſſimam inquiſitionem,de qua dixi ſupra cap.70.excitantur modi, quibus aperitur via Inquiſitori ad inquirendum,vt dixi ſupra ca.71. qua aperta,ipſe aſſumit informationes iuxta ea,quę ſcripſi ſupra cap.87.ſub num.14. ibi. quantum attinet:ij ſque aſſumptis,ſi reſultet indicium ad formãdam inquiſitionem,eamque tranſmittendam, citatur, vt docui ſupra cap. 43. per totum. Sed aduerte obiter hic,quod erat omnino aduertendum ſupra c. 39.num.3.in fine. quòd & ſi Romæ non ſubſcribantur,vt ibi dixi,citationes à Iudicibus, hæc tamen citatio omnino eſſet ſubſcribenda. Nã ratio cur Romæ non ſubſcribuntur illę primę citationes eſt,quia ſubſcribuntur monitoria, quæ funguntur vice primarum citationum,aliàs citationes ſubſcriberentur qua citatione executa, & reproducta iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap.47.& 48. ſi reus efficitur cõtumax, poterit ad cautelam accuſari contumacia,vt dixi ſupra cap.91.ſub num.15.ibi.Tertio requiritur. & ca. 92.ſub num.1.ibi.Si de conſuetudine. Contumaciã accuſata, Inquiſitor diligenter percõtando proceſſum, videbit quid ſit probatum contra reum. His peractis: Aut reus apparet plenè conuictus de hæreſi, vtputa vel per teſtes, vel per propriam confeſſionem,qua ſequuta,ſe ſtatim abſentauerit, vt tradit Eymer.in Direct.Inquiſ.par.3. Rub.De tertiodecimo modo terminandi proceſſum.nu.212.verſ. primus eſt fol.mihi 568.col.2. Aut apparet ſola hęreſis ſuſpicione notatus. Si ſumus in primo caſu, quando hæreſis eſt plenè probata, tunc ſecundum Simanc.de cath.inſtitut.tit.2.nu.7.& Pegn. in cõm. ad Direct.Eymer.par.3.comm.49.§. his peractis. Promotor fiſcalis porrigit libellum accuſatorium, de quo vide quæ ſcripſi ſupra cap.87. ſub num.27. quo libello oblato,diſtinguo: Aut iſte abſens fuit citatus generaliter ad totam cauſam: Aut non generaliter. Si generaliter, ſeu quia ſit verè contumax, tunc proceditur ad vlteriora acta iudicij, omiſſa citatione iuxta ea,quæ ſcripſi ſupra cap.88. ſub num. 9.in limitatione quintæ ampliationis. Si non fuit citatus generaliter, nec ſit verè contumax, erit deinde citandus ad ſingula ſequentia acta iudicij, vt dixi dicto cap. 88. num.1. Nam etſi abſens conuictus in cauſa hæreſis, ſeu in cauſa læſæ maieſtatis poſſit diffinitiuè condemnari, tamen acta iudicij ſunt ordine facienda, vt in crimine hęreſis ſcribunt Simãc. dicto tit.2.nu.7.& Pegn. dicto comm. 49.§. his peractis,& in crimine læſæ maieſtatis.Rol.à Vall.cõſ. 68.in fine. lib.2. & quæ ſint iſta acta, facienda poſt exhibitum libellum docet Franc.Peg.in eiſdẽ cõm. ad Direct.Eymer.par.2.ſuper cap.veritatis.de dol. & contum.comm.19.§. quòd ſi quis. fol. mihi 131. dicens,eſſe repetendos teſtes, quia teſtes,examinati in proceſſu informatiuo, faciunt indicium ad inquirendum,ſed non ad condemnandum, niſi repetantur: item, eſſe aſſignandas reo legitimas defenſiones,earumque legitimas inducias, & his abſolutis,cenſent, vbi plenè conſtet de hęreſi per integros teſtes,poſſe perueniri ad ſententiam diffinitiuã, quę qualiter ferenda ſit docet Eymer.in Direct.Inquiſ. par. 3. Rubr. Forma ferendi ſententiam contra abſentem,vel fugitiuum. num.216. fol. mihi 570. col. 2.In cuius ſententię prolatione quę obſeruãda ſint docui infra hoc eod.num.ibi.Sed priuſquam. Item circa teſtium repetitionem,quam Pegn. loco citato dicit,eſſe faciendam, vide quæ dixi infra num.7. in ſecunda difficultate. Et hæc quando contumax eſt plenè conuictus de hæreſi.

Si eſt ſola ſuſpicione notatus, de qua vide quæ ſcripſi ſupra cap.59.num.2.& ſeqq.tunc videndum eſt,ad quid fuit citatus.Nam, aut fuit citatus ſimpliciter,vt veniret reſpõſurus de fide iuxta ea, quę ſcripſi ſupra cap.43. aut non fuit citatus ſimpliciter, vtputa quia fuerit citatus cum indictione purgationis faciendæ. Si fuit citatus ſimpliciter:dico, quòd debet excommunicari, & deinde expectari per annũ, & vbi perſtiterit in contumacia, inſordeſcens in excommu-

communicatione, condemnabitur diffinitiuè, tanquam hæreticus cap. excommunicamus il. 1. §. qui autem. de hæret. & cap. cum contumacia. & ibi gl. Ioan. Andr. & Archid. eod. in 6. Eymer. in Direct. Inquis. par. 2. q. 47. num. 2. & seqq. & par. 3. Rubr. De tertiodecimo modo terminandi processum nu. 212. vers. secundus est casus. Abb. in cap. veritatis, sub num. 21. de dol. & contum. Simanc. de cath. instit. tit. 2. num. 9. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cent. 4. cas. 274. num. 10. Franc. Pegn. dicto comm. 49. §. quòd si is, & communiter * omnes in diuersis locis, & ita practicatur. Sed priusquam sententia proferatur, & in eius prolatione tria sunt attendenda: primum, vt si reus, condemnandus, sit sacris ordinibus insignitus, degradetur verbaliter ante condemnationem iuxta ea, quæ scripsi supra cap. 11. nu. 76. in quinta difficultate. Secundum, vt in publicum locum, vbi venit legenda sententia, producatur imago, seu, vt dicitur, statua combustibilis condemnãdi, cui statuæ affigẽda erit inscriptio, quæ contineat nomen, & cognomen hæretici cõdemnandi, vt docent Simanc. dicto tit. 2. num. 8. & Pegn. dicto cõm. 49. §. his peractis. in fine. & apertius in §. verũ hoc. quod seruatur etiam quando condemnaretur mortuus, cuius errores essent probati, teste eod. Franc. Peg. ead. par. 3. ad Direct. Eymer. comm. 92. §. contra verò. Hęcque practica, seu mos producendi statuam in publicũ seruatur, ne alias illa sententia contra absentem hæreticum proferẽda, videretur frustra proferri, vt tradunt Simanc. dicto nu. 8. & Pegn. dicto vers. his peractis. Nam iste hæreticus est condemnandus, veluti impœnitens, vt patet ex allegata sententiæ formula, quam docet Eymer. dicta Rubr. Forma ferendi sententiãm contra absentem num. 217. vers. considerandum est. in fine fol. mihi 571. col. 2. in principio. Sed hæreticus impœnitens relinquitur Curiæ seculari, vt, fauente Deo, dicam lib. 3. idcirco statua est producenda in publicum: ibique è superiori loco coram omni populo legenda est sententia, vt admonet Simãc. dicto tit. 2. num. 8. & quia solet concurrere nobilitas, & plebs, sententia est proferenda non latino, sed vulgari sermone, cuius formam docebo lib. 3. Hic in vrbe locus, in quo publicè huiusmodi sententiæ legi solẽt, est Ecclesia sanctæ Mariæ supra Mineruã. qua sententia lecta, illa statua relinquenda est Curiæ seculari, quæ in eam exerceat illam pœnam, quã exerceret in rẹum, si esset præsens, & conuerti noluisset, vt tradit etiam Pegn. dicto §. verũ hoc. Et scias, quòd iste mos producendi statuam hæretici absentis non est multum antiquus, quod mihi duplici ratione persuadeo: prima quia Eym. in locis allegatis in quibus dat formãm ferendi sententiam contra absentem contumacem, nullum verbũ facit de statua comburenda. Secunda, quia hæretici mortui, cuius statuam dicimus esse comburendam, antiquitus exhumabantur solummodo ossa, eaq; ecclesiastica sepultura priuabantur. cap. quicunque. de hæret. in 6. sicut hęc omnia tibi liquent ex formula sententiæ latæ contra Ioannem VVicleff, quam ponit Franc. Peg. in comm. ad Direct. Eymer. par. 3. cõm. 92. versus finem. Et huic practicæ comburendi statuam non est admodum absimilis practica fori secularis, quam Foller. in pract. crim. in verbo. Banniantur nu. 48. refert ex Par. de Put. tract. de Synd. in verbo. Contumacia. videlicet, vt imago banniti, & contumacis suspendatur cum fune in collo ante domum ipsius banniti: tertium, & vltimum est, vt in fine sententię apponantur illa verba, quæ ex Franc. Pegn. ad Direct. Eymer. nos retulimus infra num. 25. & hæc, quando fuit simpliciter citatus. Si nõ fuit simpliciter citatus, Doctores cruciantur: Etenim, aut fuit citatus cum præfixione termini ad se purgãdum, indicta eidẽ purgatione, facienda trina, quarta, seu alia manu sui ordinis, & hic sit primus casus, aut fuit citatus ad se purgandũ cum præfixione termini tantum, non indicta specificata purgatione. Et hic sit secundus: aut fuit citatus, indicta sibi determinata purgatione, sed sine termino faciendi eam, & hic sit tertius.

Si sumus in primo casu: insurgũt duæ opiniones. Nam, (& hęc sit prima) Abb. in ca. veritatis sub nu. 28. de dol. & contum. & in cap. cum P. de purg. canon. quem sequũtur Ber. Diaz. in prac. crim. Canon. cap. 142. & Andr. Gail. tract. de pac. publ. lib. 2. cap. 7. num. 21. in fine, & 22. cum seqq. tenuit, huiusmodi contumacem posse reputari pro conuicto, & condemnari, ac si renuisset se purgare, seu defecisset in ipsa purgatione, dicens, paria esse, quòd quis deficiat in purgatione canonica ex voluntate, vel ex necessitate, & hanc sententiam ęstimat probari in cap. tua nos, de cohabit. cleric. & mul. & in c. fin. de purg. canon. & in cap. decernimus 3. q. 9. subdens, hunc modum procedendi contra contumacem esse notabilem, exquisitum, & alibi non dictum, & hanc Abbatis doctrinam, vti singularem refert, & sequitur Gail. vbi supra.

Contrariam sententiam, quòd contra huiusmodi contumacem sit adhuc procedendum secundum dispositionem cap. cum contumacia. de hæret. in 6. & cap. excommunicamus. §. qui autem eod. extra: videlicet, vt excommunicetur, & deinde, elapso anno, si perseuerauerit in contumacia, condemnetur veluti hæreticus, sentiunt in effectu Host. & Ioan. Andr. in dicto §. qui autem: alter in vers. Sed quid si ecclesia, & alter in vers. quęrit hic Hostien. dum tradunt, dictum §. qui autem, qui vult, contumacẽ excommunicari, & insordescẽtem in excommunicatione per annum cõdemnari tanquam hæreticum, loqui quando copulatiuè fuit illi præfixus terminus ad se purgandum, & fuit indicta purgatio, vel determinata, vel ad arbitrium, hæc eadẽ sentẽtia videtur apertè esse de mẽte Eymerici in Direct. Inquis. par. 3. forma purgationem canonicam diffamato indicendi num. 147. fol. mihi 511. dum tradit, eum, qui noluerit se purgare, esse excommunicandum, & deinde, lapso anno condemnandũ vti hæreticũ. Quid dicendum? Ego arbitror inhærendum esse huic secundæ opinioni, & sic non esse diuersum istum modum procedendi ab eo, quem docui supra, quando fuisset simpliciter citatus, & moueor duabus principaliter rationibus: & prima, quia purgatio canonica, tortura, & abiuratio sunt remedia accommodata, quando reus diffamatus est præsens, adeo quòd respectu

reſpectu rei contumacis abſentis ſunt prorſus inepta, quia etſi præallegata duo luminaria iuris, Hoſtienſis ſcilicet, & Ioan. Andr. in allegato. §. qui autem, doceant, purgationem canonicam poſſe indici contumaci abſenti determinatam, & ſpecificatam, tamen ego non reperio in iure cautum, quòd indicatur. Nam textus in dicto §. qui autem, qui videtur loqui de purgatione indicta abſenti, loquitur de purgatione in genere, hoc eſt, de purgatione indicenda arbitrio iudicis, ſi reus comparuerit, dū enim quis citatur ad ſe purgandum eſt ac ſi citaretur ad ſe defendendum, quia poſtquam comparuerit agetur de purgatione, ſeu defenſione facienda, & hinc eſt, quòd nunquā videmus, abſenti contumaci iniūgi abiurationē. Secunda moueor ratione: quia non caretur differētia inter modum procedendi contra diffamatum abſentem, & contra diffamatum præſentem, quando procederetur via purgationis, & ſic teneo omnino iſtam ſecundam opinionem. Non obſtant modo adducta in contrarium per Abb. & primo textus in c. tua nos, & alij allegati ſupra, quia reſpondeo, illos textus loqui generaliter, & non apertè, & ideo dico, intelligendos eſſe ſecundū textum in dicto cap. excommunicamus il 1. §. qui autē. de hæret. qui loquitur diſtinctè argumento textus in l. mortuo boue, & ibi glo. 1. ff. de leg. 2.

Minus obſtat illa ratio, quòd paria ſint, deficere in purgatione ex voluntate, & deficere ex neceſſitate, vt videtur probari ex allegato textu in ca. tua nos in fine. de cohabitat. cleric. & mul. quia reſpondeo, id in caſu noſtro non eſſe verum. Nam attende diſtinctionem: Aut voluntas eſt expreſſa, vtputa, quia reus eſt præſens, & renuit iurare, ſeu inquam ſe purgare: Aut eſt tacita, vtputa quia eſt abſens. Si eſt expreſſa, tunc dicimus, paria eſſe deficere ex voluntate, vel ex neceſſitate, & ſic procedat textus in cap. tua nos. Si eſt tacita, rurſus diſtinguo: Aut reſpicimus effectum, hoc eſt finem: Aut modum. Si reſpicimus effectum, dico ſimiliter eſſe paria, quia quando conſtabit, quòd defecerit ex voluntate, poterit condemnari tanquam ſi defeciſſet ex neceſſitate, & ita etiam procedant iura deducta in contrarium.

Si reſpicimus modum, ſicut reſpicimus caſu noſtro, dico non eſſe paria, quia deficere ex neceſſitate dicitur eo ipſo quòd in termino præfixo non potuit ſe purgare, ſed deficere ex voluntate non dicitur, niſi lapſo anno, & ſuppoſita inſordeſcentia annuali in excommunicatione, & ſic declara textum in dicto cap. tua nos in fine. de purg. canon. & alios ſimiles: & hæc de primo caſu.

Si fuit citatus ad ſe purgandum cum termini tātum præfixione, ſeu ad ſe purgandum, indicta ſibi determinata purgatione ſine præfixione termini, vt in ſecundo, & tertio caſu: Hoſt. & Ioan. Andr. qui eum refert, & ſequitur in ſæpe citato cap. excommunicamus. §. qui autem. de hæret. tradunt, nō poſſe reputari contumacem in purgatione. Sed tu aduerte, quia, quamuis non poſſit reputari contumax in purgatione, poterit reputari in eo, quòd non cōparet in termino ſibi præfixo iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 39. num. 8. in 6. requiſito, iunctis his, quæ dixi ſupra cap. 43. & his, quæ dixi ſupra ſub hoc eodem num. ibi. Si fuit citatus ſimpliciter. Quòd enim non fuerit indicta purgatio, ſeu præfixus terminus ad ſe purgandum nihil refert, cum hęc facienda eſſent ſi reus compareret, vt dixi paulo ſupra. Et pro tota hac theorica, quòd contumax in cauſa fidei nūquam condemnetur, niſi poſtquam inſorduerit in excommunicatione per annum vide Eymer. in Direct. Inquiſ. par. 2. q. 47. num. 2. & ſeqq. & par. 3. Rubr. De Tertiodecimo modo terminandi proceſſum num. 212. vbi poſtquam retulit tres caſus, in quibus contumax condemnatur, verſ. circa quemlibet, docet eundem modum ſeruari circa quemlibet.

Cognito de plano modo procedendi contra cōtumacem, reliquum eſt, vt circa eum excitentur, & diſſoluantur nonnullæ difficultates.

5 † Sit igitur prima difficultas, cur reus, conuictus de hæreſi poſſit ſtatim diffinitiuè condemnari iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. præcedenti, ibi. Si ſumus in primo caſu quando &c. & non item reus, ſola ſuſpicione aſperſus? Reſpondeo, quia in cauſis hæreſis proceditur ſummariè, & ſine litis conteſtatione, vt dixi ſupra cap. 52. num. 2. & cap. vlt. num. 10. & ideo, cum non requiratur litis conteſtatio, & hæreſis ſit plenè probata, reus poteſt diffinitiuè cōdemnari, quod non eſt in alijs delictis, pro quibus imponitur pœna maior relegatione, ex quo in illis requiritur conteſtatio litis, & ſic dixi in fallentia ſeptima ſupra cap. præcedenti num. 14.

6 † Sed is, qui eſt ſola ſuſpicione aſperſus, quia nō eſt conuictus, debet, ſi ſit contumax, excommunicari, & deinde expectari per annum, quo lapſo, quia tunc reputatur pro confeſſo, poteſt condemnari, & hoc quoque eſt ſpeciale in cauſis hæreſis, quia in alijs delictis contumax nō poteſt haberi pro confeſſo l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iudic. Bar. in l. abſentem num. 3. ff. de pœn. Abb. in cap. veritatis, num. 29. de dol. & contum. Ruin. conſ. 68. num. 5. lib. 5. Cæph. conſ. 241. num. 66. lib. 2. Oſaſc. deciſ. 105. num. 6. & alij, quos refert, & ſequitur Flam. Cart. tract. de execut. ſent. capto bann. cap. 1. num. 2. & obiter diximus ſupra cap. præcedenti ſub nume. 1.

7 † Secunda difficultas: dixi ſupra ſub num. 4. ibi. Nam etſi abſens &c. ex expreſſa ſententia Franc. Pegn. & tacita aliorum, quòd, porrecto libello, ſunt repetendi teſtes: nunc de eorum dicto dubitatur per ea, quæ ſcripſit Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 45. verſ. ceterum ſi reus, verſus finem: dicēs, quòd, reo admiſſo ad nouas defenſiones, iudex non debet repetere teſtes examinatos cōtra eum in proceſſu informatiuo, quia illi teſtes in odium eius contumaciæ habētur pro legitimè examinatis, & vlterior eorum repetitio nō requiritur. Solue hanc difficultatem cum diſtinctione: Aut loquimur in proceſſu, vbi proceditur ad ſententiam diffinitiuam ob fictam confeſſionem, reſultantem ex contumacia, ſicut reſultat in omnibus delictis, ſpectantibus ad forum ſeculare vigore conſuetudinis, & ſtatutorum, de quibus fusè egimus ſupra cap. præcedenti, & in crimine hæreſis non vigore alicuius conſuetudinis, vel ſtatuti, ſed vigore ipſius iuris canonici in cap. cum contumacia. de hæret. in 6. cap. excommunicamus il 1. §.

qui

qui autem de hæret.extra eod.& in Auth.Gazaros. C.eod.eo modo, quem docui supra num. præcedēti: Aut in processu,vbi proceditur ad diffinitiuā sententiam non ob fictam confessionem, sed ob plenā probationem, habitam ex testium depositione. Si in primo casu, quando proceditur ob fictam cōfessionem, distinguo: Aut contumax comparet in processu priusquā reputetur pro confesso: Aut postea. Si prius: dico,testes esse repetendos, quia delictum non dicitur probatum ex confessione, neque ex depositione testium, quia testes recepti in processu informatiuo ante litis contestationem, & rei interrogationem faciunt solum indicium ad inquirendum, & non probant iuxta ea, quæ dixi supra cap.86. nu. 54. & supra. . . . . num. . . & ideo sunt repetendi, vt latè,fauente Deo, prosequar lib. sequenti. Si comparet postea:dico indistinctè,testes non esse repetendos, & ita procedat quod obiecimus ex Claro, qui loquitur in eo, qui non solum fuerat habitus pro confesso,sed etiam fuerat cōdēmnatus, sed admissus ad nouas defensiones. Ratio autem per eum assignata, videlicet, quia in odium contumaciæ habentur pro legitimè examinatis,est falsa, quia si esset vera, sequeretur quòd etiam in causa hæresis, quando proceditur contra absentem conuictum,& contumacem,testes non essent repetendi, quod est falsum per ea,quæ diximus supra sub dicto num.4. vnde tu dicas rationem esse: quia, cum delictum sit probatum per confessionem, non egemus testiū repetitione,quia, cum hi sufficientes fuerint ad transmittendam citationem,delictū probatur postea per confessionem, resultantem ex contumacia, vt dixi, & propterea si contumax in causa hæresis compareret, lapso anno postquam fuit condemnatus, testes non essent amplius repetendi, & hæc, quando proceditur vigore fictæ confessionis.

Si loquimur in secundo casu,quando proceditur ob plenam probationem habitam à testibus, vt loquebamur supra dicto num.4.tunc dico indistinctè, non posse deueniri ad sententiam diffinitiuam, nisi prius testes sint repetiti, quia delictum alias non diceretur probatum.Nam deficit confessio vera, deficit ficta, & deficeret probatio testium, si quidem examinati in processu informatiuo faciūt solum indicium ad inquirendum,& citandum, & ideo bene diximus cum Simanc.Pegn.& Rol.à Val. quòd testes sunt repetendi.

8 † Tertia difficultas, quia in crimine hæresis proceditur summariè &c.vt sæpe monuimus, ideo dubium insurgit, quæ alia acta requirantur vltra repetitionem testium. Nam publicatio processus non est necessaria, quia nec in iudicio summario, nec in ordinario est de substantia, si non sit petita: Item minus est necessaria conclusio in causa, præsertim in criminalibus,vt, fauente Deo, hæc omnia dicā lib. sequenti. Vnde quæ alia acta possunt esse necessaria? Respondeo: debent solum præfigi solitæ dilationes ad faciendas defensiones, & præmitti citatio ad sententiam iuxta ea, quæ dicam lib. seqq. de modo procedendi.

9 † Quarta difficultas. Dixi supra sub num.4.quòd si suspectus de hæresi fuerit citatus, & sit contumax debet excommunicari, & quòd deinde, si perseuerauerit in contumacia, potest,lapso anno, diffinitiuè condemnari: vnde dubitatur nunc, an quando est contumax sit excommunicatus ipso iure,vel sit excommunicandus per sententiam iudicis? Respondeo: Aut loquimur secundum ius: Aut secundū praticam. Si secundum ius,denuo distinguo: Aut loquimur de suspecto ex eo, quia impediuit officium Sanctæ Inquisitionis: Aut de suspecto ex alia causa. Si de suspecto ex eo, quòd impediuit officium Sanctæ Inquisitionis:Eymer.in Direct.Inquis.par. 3.q.123.nu.2.& ibi ad eum Pegn. comm. 172. sentiunt, quòd sit excommunicatus ipso iure, & quòd propterea,lapso anno, possit condemnari ad omnes pœnas impositas verè hæretico. Si de suspecto ex alia causa, tradunt, esse declarandum excommunicatum per sententiam iudicis; aliàs, eo non nominatim publicato excommunicato, non posse condēnari veluti hæreticum,& rationem afferunt, quia suspectus ob præstitum impedimentum grauiorē contrahit hæresis suspicionem.Tu poteris maturius cogitare.Si secundum practicam, arbitror, quòd indistinctè sine vllo discrimine quilibet suspectus, & contumax declaretur excommunicatus, & moueor ex his, quæ scripsi supra cap. præcedenti num.115. me tamen submitto stylo Sanctæ generalis Inquisitionis.

10 † Quinta difficultas: nunquid contra absentem, conuictum de hæresi,seu suspectum, & perseuerātem in contumacia, & excommunicatione per annum sit necessario proferenda sententia condemnatoria,seu saltem declaratoria, vel sit condemnatus ab ipso iure? Respondeo, Hostiensis in cap.excommunicamus il 1. §. qui autem: vers. hodie verò. de hæret. quem ibidem referunt, & sequuntur Ioan. Andr.in verbo. condēnentur. Ioan.de Anan. Abb. & Felyn.sub num.1.tenet, quòd non sit necessaria sententia iudicis, dicens, hodie non esse necesse, ꝙ tales excommunicentur, vel condemnentur per ecclesiam, quia sunt condemnati per Auth. Gazaros. C. de hæret. subdens ad tollendam difficultatem, hanc Auth. esse per Romanam ecclesiam non solū approbatam,sed procuratam. Hancque Hostiensis sententiam vti vno consensu approbatam, & verā refert, & sequitur Franc.Pegn.in comm.ad Direct. Eymer.par.3.comm.49.§.sententiam.

Contrariam sententiam videntur tenere Mars. in pract.crim.§.aggredior.num.107. Balneoreg. in pract. Inquis.in verbo.Contumax.vers.nota &c.dū tradunt, sententiam legis, vel canonis non habere executionem, nisi sequatur sententia hominis cum causæ cognitione, & in eandem sententiam videtur apertius iuisse Simanc.de Cath.Instit. tit.9. nu.168. & seqq.dicens,quòd sententia lata à lege cōtra vniuersos hæreticos,veluti incerta, non habet effectū, nisi iudex citet,& interroget,& tandem nominatim Lucium,seu Titium, iuris ordine seruato, & causa cognita,damnauerit,& declarauerit pœna; & sentētia legis comprehendi.Confirmatur etiam ista sententiā ex his,quæ scripsi supra cap. pręcedenti dicto num.115.& hæc sententia videtur probari ex allegato §.qui autem,vbi in fine dicit Pontifex, *ex tunc*

veluti

veluti hæretici condemnentur. Ergo non ſunt condemnati. Quid dicendum? Vt clarã propoſitę difficultatis habeamus reſolutionem, amplector totam materiam, & breuiter procedendo, diſtinguo: Aut loquimur de ſententia condemnatoria: Aut de declaratoria. Si de condemnatoria: diſtinguo: Aut loquimur de iure: Aut in practica, & de conſuetudine. Si de iure: dico indiſtinctè, verum eſſe, quòd ſententia iudicis nõ eſt neceſſaria, quia hęretici ſunt condemnati nõ ſolum in dicta Auth. Gazaros, ſed etiam in dicto cap. excommunicamus. ibi. *Condemnantes hæreticos vniuerſos &c.* Dixi: non ſolum in dicta Auth. Gazaros, ſed etiam in dicto ca. excommunicamus, quia, ſi attenderemus ſolam condemnationem illius Auth. hæretici non dicerentur excommunicati, niſi eccleſia illos per ſententiam excommunicaret, quia excommunicatio ſpectat priuatiuè ad eccleſiam iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. præcedenti num. . . Vnde parum accuratè videtur locutus Hoſtienſis in dicto cap. excommunicamus. §. qui autem: dum, recitãdo diſpoſitionem dictæ Auth. & inde ſumendo concluſionem ait.

Ergo hodie non eſt neceſſe, quòd per eccleſiam excommunicentur &c.

Si in practica, & de conſuetudine, dico hæreticos non ſolum, declarari, ſed etiam excommunicari anathematizari, & dãnari, vt liquet ex tenore ſententię latę cõtra Hieronymum de Praga, & formaliter relatæ à Franc. Pegn. in comm. ad Direct. Eymer. par. 3. comm. 47. dico tamen, quòd condemnatio poſſet omitti, & quòd ſatis eſſet ſi Inquiſitor diceret, declaramus Bucerum eſſe hæreticum impœnitentem &c. iuxta ea, quæ dixi infra num. .. Et hęc de ſententia condemnatoria.

Si loquimur de declaratoria, rurſus diſtinguo: Aut hæreticus apparet notoriè hæreticus ſine proceſſu: Aut apparet hæreticus mediante proceſſu. Si ſine proceſſu, dico, minus declaratoriam eſſe neceſſariam: declaro exemplo: Finge, quòd hodie extet Henricus de Sena, vel alius hæreticus, ſeu hęreſiarcha declaratus ab eccleſia, & ſimiliter, quòd cũ eo reperiantur aliqui, qui veluti illius hæreſis ſectatores ipſum palam, & notoriè ſequantur: certè tam ipſe Henricus declaratus, quàm alij non declarati erunt excommunicati, & veluti hæretici poterunt capi, ſpoliari, & impunè offendi, tanquam verè hęretici iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 70. ſub num. 2. in 3. differentia, ſicuti hodie in ſimili videmus ex diſpoſitione quarundam Conſtitutionum, & bannimentorum à ſummis Pontificibus contra bannitos, facinoroſos, & notoriè delinquentes editorum, impunè offendi non ſolum eos, qui ſunt notorij delinquentes, & banniti per ſententiam à iudice contra eos nominatim prolatam, ſed etiam hi, qui palam, & notoriè vnà cum illis eadem facinora cõmittunt, & non ſunt declarati, nec condemnati.

Si apparet hæreticus, mediante proceſſu, & hic eſt caſus noſter: vtputa, quia procedatur, vel mediãtibus liquidis, & veris probationibus cõtra pręſentem, ſeu abſentem, vel mediante contumacia, & inſordeſcentia in excommunicatione annali contra abſentem, & tunc dico indiſtinctè, requiri declaratoriam, quia, quamuis ex actis appareat notoriè hęreticus, tamẽ communis * opinio eſt, quòd etiam ſuper tali notorio requiratur declaratio iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 76. ſub nu. 12. ibi. contrariam ſententiam &c. quia non dicitur aliquid eſſe tale, niſi ſit declaratum tale: adde nunc pro iſta ſententia quæ ex Ioan. Mona. in cap. ſtatuimus: de ſenten. excom. in 6. refert, & ſequit Additio ad Rot. deciſ. 3. aliàs 16. num. 6. de reſtit. ſpol. in nou. dũm ait, differentiã eſſe inter ſententiam iuris, & ſententiam hominis, quia ſentẽtia iuris expectat poſt ſe probationes, per quas declaretur, aliquem incidiſſe in eam, & ideo ſuper hoc adhibetur cauſæ cognitio, aliàs, vt inquit Ioan. Mona. loco citato, ex ſola maiori propoſitione concluderetur, & quòd ſententia declaratoria ſit neceſſaria tenent Marſ. in dicto §. aggredior num. 123. dicens, quòd ipſe tã in iudicando, quàm in conſulẽdo teneret iſtam opinionem, & in proprijs terminis Simanc. dicto tit. 9. num. 164. & 165. vbi, reſpondendo ad Alfonſ. tradit in effectu, condemnatoriam non eſſe neceſſariam, quia declaratoria habet vim condemnatorię, eandem opinionem, quòd declaratoria ſit neceſſaria docet Franc. Pegn. dicto comm. 49. §. dum autem. Et quòd hæc opinio ſeruetur in practica teſtantur omnes ſententię, quę feruntur contra hæreticos. Amplia iſtam opinionem, vt procedat, non ſolum quando ius dicit, *condemnamus*, ſicut dicit Auth. Gazaros, ſed etiam quando diceret *condemnamus ipſo iure* per ea, quæ dixi
11 ſupra dicto cap. præcedenti nu. 115. † Et iuxta hanc communem opinionem, quòd requiratur declaratoria infero vnum notabile, quòd, quamuis iudex laicus teneatur ſtare proceſſui Inquiſitoris, & illius ſentẽtiam exequi iuxta ea, quę ſcripſi ſupra cap. 63. ſub nu. 7. nihilominus, ſi Inquiſitor mandaret tradi Curiæ ſeculari aliquem inquiſitum de hæreſi, illo prius non declarato hæretico, iudex ſecularis nõ teneretur exequi contra illum pœnas, hæreticis inflictas, & iuſtè reſiſteret: vnde Inquiſitores non debẽt eſſe ita Lacones, ſeu inquam his Laconiſmis vti, & pro confirmatione huiuſcemodi totius diſtinctionis adduco textum in cap. cum ſecundum. de hæret. in 6. Vbi diſponitur, quòd, quamuis bona hæreticorũ ſint confiſcata ipſo iure, tamen confiſcatio non debeat ſortiri effectum, niſi poſtquam ſuper hoc crimine fuerit promulgata ſententia, quod etiam debet ſeruari in confiſcatione bonorum, quæ fit pro crimine læſæ maieſtatis, quia, licet confiſcatio ſit impoſita ipſo iure, tamen requiritur declaratoria iudicis, vt teſtatur Clar. lib. 5. recept. ſent. §. lęſæ maieſtatis. verſ. præterea. Ne tamen exiſtimares, ludibrio impoſitam eſſe confiſcationem ipſo iure, ſi nõ ſortitur effectum ante ſecutam iudicis declarationem, vide, quæ ſcripſi infra num. ſeq.

Et tene menti illatam diſtinctionem, quia per eã conciliantur opiniones. Nam opinio Hoſtienſis, & ſequacium, qui tenent, ſententiam non eſſe neceſſariam, habet locum in ſentẽtia condemnatoria: opinio verò Marſilij, Simancæ, & aliorum, qui tradũt, eſſe neceſſariam, habet locum in declaratoria, & ita procedant quæ adduxi ſupra num. præcedenti ibi. contrariam. Non obſtat textus in allegato. §. qui autem,

tem, quia reſpondeo, quòd, quamuis per illum. §. hę retici non dicerentur condemnati, ſunt tamen condemnati per Auth. Gazaros. approbatam à ſummis Pontificibus, & præſertim à Clemente Quarto in literis, quas allegaui ſupra num. 3.

12 † Sexta difficultas: nunquid pœnæ impoſitæ cōtra hæreticum ſortiantur effectum per retrotractionem à die, quo incipit eſſe hæreticus, vel à die, quo per ſententiā Iudicis declaratur hæreticus? Reſpondeo diſtinguendo: Aut loquimur de pęna, quę non poteſt ſortiri effectum ante ſui executionem, quales ſunt omnes pœnæ corporales, & tunc difficultas radicitus euaneſcit, quia patet ad ſenſum, huiuſmodi pœnam accipere effectum ab ipſa executione: Aut loquimur de pœna, quæ per retrotractionem poteſt ſortiri effectum diuerſis temporibus, qualis eſt confiſcatio bonorum, interdictio adminiſtrationis, priuatio dignitatis, & officij, & ſimiles, & de his nos loquimur, & tunc diſtinguo in duos principales caſus: Aut pœna eſt impoſita ipſo iure, ſicut arbitramur, & præſupponimus eſſe impoſitas omnes pœnas in iure determinatas contra hæreticos, & hic eſt primus: Aut non eſt impoſita ipſo iure, & hic eſt ſecundus. Capio primum, quando eſt impoſita ipſo iure, & rurſus diſtinguo: Aut ex retrotractione pœnæ ad diem commiſſæ hęreſis ſequitur damnum in iuribus tertij, titulo oneroſo acquiſitis: Aut non ſequitur. Si ſequitur, rurſus diſtinguo: Aut Fiſco ex illa retrotractione prouenit etiam lucrum: Aut non prouenit. Si prouenit, vtputa quia agatur de apprehenſione bonorum ab hęretico alienatorum, & iſto caſu ex mente omnium Doctorum concludendum eſt, quòd publicatio bonorum, ſeu inquam priuatio ſortitur effectum non à die declaratæ, ſed à die cōmiſſæ hæreſis, & propterea concludunt communiter * omnes, quòd res alienata ab hæretico ſpectat ad fiſcum cum omnibus fructibus à die, quo cœpit eſſe hæreticus, licet diuerſimodè hoc determinent. Nā quidam dicunt, alienationem eſſe ipſo iure nullam, & propterea non eſſe opus reuocatoria: vide Clar. qui ita tenet in lib. 5. recept. ſent. q. 78. verſ. Cęterum poſt commiſſum, in fine, vbi refert, & ſequitur hanc eſſe communem * opinionem. Sed aduerte, quia forſan loquitur ſecundum ordines Mediolani, quibus cauetur, vt omnes alienationes, contractus, diſtractus, & quęcunque inſtrumenta facta ſuper bonis delinquentis poſt commiſſum delictū ſint ipſo iure, nulla, vt refert Boſſ. tract. crim. tit. de bonorum publicatione num. 76. Quidam verò dicunt, alienationem eſſe reuocandam, & annullādam: vide Auguſt. ad Ang. tract. de malef. in verbo. & eius bona publicamus. ſub num. 39. & Boſſ. dicto tit. de bonor. publicat. num. 44. & 77. & differentia inter alienationem, quæ non valet, & alienationem, quæ valet, ſed poteſt reuocari ea eſt: quòd, ſi eſt reuocāda, executor Fiſcalis non poteſt amouere illos tertios poſſeſſores à poſſeſſione rerum, quam habuerunt à delinquente: vide Clar. dicta q. 78. verſ. Si verò alienatio. vbi refert, & ſequitur hanc eſſe communem * opinionem.

13 † Sed, quicquid ſit de inualiditate, vel reſciſſione facienda alienationis, latet difficultas, an Fiſcus recuperans rem alienatam titulo oneroſo, teneatur reſtituere precium illi tertio poſſeſſori? Et quidē Lud. Carrer. tract. de hęret. num. 138. tenet, quòd ſic: cuius ſententia confirmari videtur ex eo, quòd Fiſcus ſuccedit in bonis confiſcatis, veluti hæres, & habetur loco heredis ſecundum glo. in l. non intelligitur. §. cum ex cauſa. in verbo. pertinet. ff. de iur. Fiſc. & ſecundum communem * opinionem, de qua teſtātur Crauet. conſ. 265. num. 7. Clar. lib. 5. recept. ſent. dicta q. 78. verſ. Sed an teneatur Fiſcus. & Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 25. num. 169. qui alios congerūt. Ergo ſicut ipſe hæres nō poſſet illam alienationem reſcindere, maxime precio non reſtituto, ita nec poterit Fiſcus.

Cōtrariam ſententiam, quòd Fiſcus reſcindat alienationem, remque alienatam, nullo refuſo precio, recuperet, firmarunt Bar. in l. ſi debitor in fine. ff. quæ in fraud. cred. Archid. in cap. cum ſecundum. in verbo. confiſcata. verſ. & vbi hęreticus. de hęret. in 6. Auguſt. ad Ang. tract. de malef. in dicto verbo. Et eius bona publicamus. nu. 39. in fine. Boſſ. tract. crim. tit. de bonor. publicatione num. 77. vide etiam Gig. tract. de crim. læſæ maieſt. lib. 2. q. 24. num. 2. ad quem ſe remittit Gail. in tract. de pac. publ. lib. 1. cap. 19. num. 13. in fine, & hanc eſſe communem * opinionem teſtatur Simanc. de Cath. Inſtit. tit. 9. nu. 27. à qua communi non eſt recedendum.

14 † Amplia iſtam communem opinionem, vt procedat etiamſi res aliena tranſijſſet per mille manus, vt loquuntur Auguſt. & Boſſ. in locis allegatis.

15 † Amplia etiam ſecundum Boſſ. dicto tit. de bonor. publicat. num. 76. & 77. vt procedat etiamſi tertius poſſeſſor eſſet bonæ fidei poſſeſſor.

16 † Limita modo, vt non procedat, primo quotieſcunque illud precium eſſet conuerſum in rem delinquentis, vtputa, ſi extaret ipſa pecunia, vel res ex ea empta, vel ea refeciſſet domum ruinoſam, vel liberaſſet hypothecas, ſeu cenſum redemiſſet, vel ſatisfeciſſet creditoribus, vel ſe, ſuamque familiam aluiſſet, quia Fiſcus teneretur reſtituere precium: vide Auguſt. & Boſſ. in locis allegatis, & Simanc. dicto tit. 9. à num. 29. vſque ad num. 38. & ſeqq. qui fuſius, quàm cæteri, rem explicat, docendo etiā quomodo probetur, precium verſum eſſe in rem delinquentis, & iuxta hanc limitationem dicas etiā, quòd Fiſcus non poſſet retinere rem ab hæretico, precio non ſoluto, emptam, niſi illud precium vēditori ſolueret: vide Carrer. dicto tract. de hæret. num. 138. Declara iſtam limitationem, vt non habeat locum, quando appareret de mala fide, quia tunc precium adhuc reſtituendum non eſſet per ea, quæ ſcripſi infra num. 22. cum ſeqq.

17 † Limita ſecundo, vt non procedat, quando tertius poſſeſſor eſſet poſſeſſor bonæ fidei, orientis ex pacto publico, puta Principis, vel officialis, qui tuliſſet ſentētiam abſolutoriam, quia licet deinde abſolutus detegeretur hæreticus, & condēnaretur de illa hæreſi, pro qua fuerat abſolutus, tamē alienatio facta poſt abſolutionē, & ante proceſſus renouationē tenet per ea, quæ ſcribit Boſſ. dicto tit. de bonor. publicat. nu. 76. ibi. Secundo intellige: dicens ita fuiſſe iudicatum Mediolani.

Rema-

18 † Remanet modo, vt reſpondeamus argumento adducto pro contraria opinione: dum dicebamus, Fiſcum repreſentare perſonam hæredis: &, breuiter agendo, dico, hoc eſſe verum reſpectu bonorũ, & non perſonæ, quia Fiſcus dicitur ſuccedere bonis, & non perſonæ, vt bene aduertit Boſſ. dicto tit. de bonor.public.num.13. in fine. Et hinc eſt, quòd hæres, ex quo ſuccedit generaliter, tenetur indiſtinctè ſatisfacere omnibus creditoribus, ſed nõ Fiſcus qui non tenetur vnquam vltra vires hæreditarias l. eius qui. §. ſi cui. & ibi Doct. ff. de teſtam. & de communi * opinione teſtať Iaſ. in l. ſcimus. in principio. nu.1. C. de iur.delib. quem refert, & ſequitur Clar. lib.5. recept.ſent.q.78. verſ. vnum ſcias. Hinc quoque eſt, quòd in Fiſcum non transfertur inſtãtia inchoata per delinquentem, immo illa perit, & Fiſcus habet ꝓprios iudices l. ſi cõſtante. §. fin. & ibi Doct. ff. ſolut.matrim. vide Boſſ. dicto tit. de bonor.public. num.13.21.23.24. & 25. vnde non eſt firmum argumentum de perſona hæredis ad perſonam Fiſci, niſi reſpectu bonorum, quæ tranſeunt in Fiſcum cum honoribus, & oneribus, cũ quibus reperiebantur penes hæreticum à die, quo cœpit eſſe hæreticus. Igitur, ſicut illa res alienata eo tempore erat libera hæretici, ita hodie libera debet reuerti ad Fiſcum. Et hæc, quando Fiſco ex retrotractione pœnæ impoſitæ ipſo iure prouenit lucrum.

19 † Si ei non prouenit lucrum, vtputa, ſi hæreticus fuiſſet notarius, & à die, quo cœpit eſſe hæreticus, & priuſquam detegeretur confeciſſet aliqua inſtrumenta, & tunc dico, quòd priuatio dignitatis, & officij, hæreticis impoſita ipſo iure non ſortitur effectum à die, quo hæreticus cœpit eſſe hæreticus, ſed à die, quo cœpit innoteſcere iudicialiter hæreticus, & ratio eſt, quia ex huiuſmodi retrotractione ad diem commiſſæ hæreſis ſequeretur cõtrahentibus læſio, quæ hæreticum nõ afficeret, & Fiſco lucrum non afferret: vnde ſtante ſtatuto, quòd notarius, cõmittens falſum, ſit priuatus officio notariatus, dicimus, quòd inſtrumenta per eum facta poſt cõmiſſam falſitatem, & antequam ſit declaratus falſarius ſunt valida, vt tradunt Spec. in tit. de inſtrum.editio. §. reſtat. verſ. Quid ſi tabel.par.3. Marſ. qui alios cõgerit in pract. crim. §. aggredior num.108. Balneorig. in pract. Inquiſ. in verbo. Contumax. verſ. Et nota &c. & faciunt quæ ſcribit Foller. in pract. crim. in verbo. banniantur num.39. Et hęc omnia dicta ſint, quando ex retrotractione pęnæ ad diem commiſſæ hæreſis ſequitur damnum in iuribus tertij titulo

20 oneroſo acquiſitis. † Si non ſequitur damnũ in iuribus tertij, titulo oneroſo acquiſitis, dico indubitanter, publicationem bonorum, & prohibitionem adminiſtrationis, ſeu aliam pœnam ſortiri effectum à die, quo hæreticus cępit eſſe hæreticus, vt colligitur ex textu in cap. cum ſecundum. de hæret. in 6. & tradunt Clar. lib.5. recept.ſent. §. hæreſis. verſ. Item bona condemnatorum. Franc. Pegn. in comm. ad Direct. Eymer. par.3. comm.162. §. mihi tamen, qui loquitur de cõfiſcatione beneficiorum Moder. in qq. crim. lib.1. q.25. num.13. & eſt communis * Doctorum ſententia, quæ ſumit fundamentum ab illa alia communi, * quòd confiſcatio bonorum ſit impoſita ipſo iure, & propterea egeat ſolummodo declaratoria, ſicuti teſtantur Rol. à Vall. conſ.8. nu.7. lib.3. Gomez. variar.reſol.tom.3. cap.2. tit. de crim. læſ. maieſt. num.1. & nu.3. quos refert, & ſequitur Moder. vbi ſupra, & patet ex his, quę nos ſcripſimus ſupra num. . . Vnde ſucceſſio in bonis hæretici ab inteſtato, vel ex illius teſtamento, item donatio, & quælibet alia ſpecies alienationis factæ titulo lucratiuo poſtquam hæreticus cępit eſſe hæreticus robore carebunt. Et licet Alphonſus à Caſtro lib.2. cap.9. de iuſt.hæret.punitio. quem refert, & ſequitur Simanc. de Cath. Inſtit. tit.46. num.72. dicat, hęreticos non eſſe priuatos ipſo iure beneficijs, tamen decipitur, vt patet ex prædictis, & notat vberius Pegn. dicto comm.162. §. mihi tamẽ. & ſeqq. Nec obſtat, quòd requiratur ſentẽtia declaratoria, vt ait Simãc. loco citato, quia reſpondeo, hæc duo ſimul ſtare, quòd ſint priuati ipſo iure, & quòd requiratur declaratoria. qua ſecuta, illa priuatio retrotrahitur, vt dixi ſupra. Et hæc dicta ſint de primo caſu, quando pœna eſt impoſita ipſo iure.

21 † Si non eſt impoſita ipſo iure, firmo oppoſitam concluſionem, quòd non ſortiatur effectum ante ſequutam condemnatoriam ſentẽtiam proferẽdam à iudice: vnde venditio, donatio, & quælibet alia alienatio facta ante dictæ ſentẽtiæ prolationẽ tenẽt, & non reuocantur, etiam ſequuta ſentẽtia condẽnatoria l. poſt cõtractum, & ibi plenè Bar. ff. de donat. l. ſi aliquis. ff. de donat.cauſ.mor. glo. in l. ſi quis poſt hac. §. ſi quid etiam. in verbo. reatus. C. de bon.proſcrip. Aug. ad Ang. tract. de malef. in verbo. & eius bona publicamus nu.39. Boſſ. tract. crim. tit. de bonor.publicat.num.43. Clar. lib.5. recept. ſent.q.78. verſ. Cæterum poſt cõmiſſum. & Gail. tract. de pac. publ. lib. cap.19. & hæc eſt communis * Doctorum ſententia, q̃ procedit, ſiue alienatio fiat ante accuſationem, & litis conteſtationem, ſiue poſtea, teſte Pico in dicta l. poſt contractum num.39. quem refert, & ſequitur Clar. dicta q.78. verſ. & hæc omnia. Verum hoc vltimum de alienatione facta poſt accuſationem, ſeu conteſtationẽ litis declara iuxta ea, quæ ſcripſi infra num.24. & ratio, cur iſto caſu alienatio facta ante ſentẽtiam teneat, eſt, quia reus non amittit ſuarum rerum adminiſtrationẽ: vnde debitor delinquẽtis nondum condẽnati, ſi bona fide illi ſoluat, rectè ſoluit l. reo criminis, & ibi Paul. de Caſtr. qui rationẽ adducit. ff. de ſolut. vide etiam Gail. qui alia congerit dicto cap.19. num.2. Immo & emptor poteſt emere à delinquẽte etiam poſt latam condẽnatoriam ſentẽtiam, dummodo ſit per appellationem ſuſpẽſa: bene verum eſt, quòd, ſecuta deinde cõfirmatione ſentẽtiæ, venditio reſcinderetur, vt tradit Clar. dicta q.78. verſ. Si verò alienatio. Et ex prædictis tu vides quæ differẽtia ſit inter ſentẽtiam, ſeu inquam pœnam illatam ipſo iure, & ſententiam ferendam à iudice.

22 † Hanc concluſionem, quòd alienatio facta poſt commiſſum delictum, & ante ſententiam, teneat, & non reuocetur, etiam ſecuta ſentẽtia condemnatoria, limita, vt non procedat duobus caſibus: primo, quando alienatio ſaperet fraudem, quia reuocaret. l. in fraudem. ff. de iur. fiſc. & dicta l. ſi aliquis. ff. de donat.

donat.cauſ.mor.& facit textus in l.1.ff. quę in fraud. cred.cum ſimil.vide Gail.dicto cap.19.nu.10. Amplia iſtam limitationem, vt procedat etiamſi alienatio fuiſſet facta ante commiſſum delictum. Picus in dicta l.poſt contractum num.11.ff.de donat.Boſſ.dicto tit.de bonor.public.nu.43.in fine,& 44.ibi.Tertio aduerte.& Clar.dicta q.78.verſ.ſolet etiam, qui ſequuti Picum, teſtãtur omnes hãc eſſe communẽ * opinionem.

23 † Sed aduerte,quia multi refert,an fraus ſit ſolum commiſſa à delinquẽte alienante, vel etiã à tertio poſſeſſore. Nam, ſi à delinquente tantum, reuocatur quidem alienatio,ſed non ſine reſtitutione precij,ſi res fuerit alienata titulo oneroſo, ne Fiſcus cum alterius iactura locupletaretur: vide Boſſ. allegato tit.de bon.publ.num.45.ibi.debet tamẽ Fiſcus.& Gail.dicto cap.19.num.11.& quòd ſit communis * opinio:vide Clar.dicta q.78. verſ.ſolet etiã in fine. Si verò ſit commiſſa etiã ab ipſo tertio poſſeſſore, vtputa, quia appareat, ipſum ſciuiſſe alienantem eſſe accuſatum de delicto, & iudicium ſuper illo crimine pẽdere: tunc reuocatur ſine reſtitutione precij l.ſi debitor in fraudem.ff. quæ in fraud. cred. & ibi Bar. cũ pluribus alijs allegatis per Gail. tract.de pac.publ.lib.1.dicto cap.19. nu.12. Et hanc diſtinctionem tradit etiam Boſſ. dicto tit. de bonor. public. ſub num. 77. nec placet mihi opinio Imolæ, quam refert ibi in contrarium. Et fraudem eſſe cõmiſſam dic probari ex uarijs coniecturis, de quibus vide Bar.in dicta l.poſt contractũ.ff. de donat. Boſſ. dicto tit.de bonor. public. num.45. vſque ad nu.52. Clar. dicta q. 78. verſ. fraus autem. & Simanc. de Cath.Inſtit.tit.9.nu.56. Aduerte etiam ad illud exẽplum de fraude commiſſa à tertio poſſeſſore, quando ſciebat iudicium pẽdere, quia non habet locum in debitore, qui,quamuis ſolueret, tamen fauore liberationis non diceretur ſoluiſſe cum fraude, vnde eſſet liberatus:vide Paul.de Caſtr.in dicta l. reo criminis.

24 † Limita ſecundo,vt non procedat, quando reus eſſet in fuga, & eſſet facta annotatio bonorum iuxta ea,quæ ſcripſi ſupra cap. præcedenti num.5. & ſub num.16.ibi.Quare ſi ſumus in delicto &c.quia tunc uideretur quodammodo delinquẽti interdicta bonorum adminiſtratio argumẽto textus in l.fin. ff. de requir.reis. & notant glo. in l.reo criminis. ff. de ſolut.& Affl.in Conſtitutione grãdis vtilitas in 3.queſito num.20.lib.2.quem refert, & ſequitur Foller.in pract.crim. in verbo. Annotentur bona contumacis num.5. Vnde,ſtante huiuſmodi interdictione, alienatio eſſet ipſo iure nulla, vt dicebam ſupra ſub nu. 21.ibi.& ratio cur &c.&, ſi debitor ei ſolueret, non eſſet liberatus,dicta l.fin.in fine.ff.de requir.reis. Et iſta præſumpta interdictio adminiſtrationis bonorum fundatur,ne reus,mediante alienatione,ſeu ſolutione, inſtrueretur ad fugam, vt dicit textus in dicta l.fin.in fine.ff. de requir.reis. & notat Affl, dicta Conſtitutione. Grandis vtilitas nu.20. Dixi, quando reus eſſet in fuga:&,ne inſtrueretur ĩ fuga,quia, ſi eſſet præſens,arbitror, quòd annotatio bonorum non induceret prohibitionem adminiſtrationis, ſed nihilominus ſuper hoc relinquo cogitandum maturius.

25 † Septima difficultas: nunquid contumax excõmunicatus in cauſa fidei,qui compareret,lapſo anno, ſed nondum declaratus hæreticus, ſit admittendus ad reſpondendum,& ad defenſionem in cauſa, pro qua fuerat vocatus, & excommunicatus? Reſpondeo, quòd ſic: vide Hoſtien.in cap. excommunicamus il 1.§.qui autem. in verbo. velut hæretici.verſ. & nota quòd.de hæret.& Franc.Pegn.in comm. ad Direct.Eymer.par.3.comm.174. & quæ ſcripſi ſupra cap.præcedenti ſub num.74.ibi. Contraria opinio. & ſub num.75.ibi. vbi ad excludẽdum. Et euidẽtiſſimè probatur ex ſequentibus. Amplia hoc eſſe verum etiam ſi compareret poſtquã eſſet declaratus hæreticus, immo etiam ſi eius ſtatua eſſet cõbuſta,quia adhuc eſſet audiendus iuxta ea, quę ſcribunt Simanc.de Cath.Inſtit. tit.2.num.20. & 21. & tit.14.num. 10. Et in Enchyridio violatæ religionis tit 45.nu.16. & Franc. Pegn. in Comm. ad Direct. Eymer.par.3.comm.49.§. tandem addo, & §. poſtremo illud, & §.aduenientẽ: vbi teſtatur de cõmuni, * & ideo in §.iam magiſtratus: prudenter admonet, vt in fine ſententiæ proferendæ contra hæreticum abſentem ponantur hęc verba.

Et contra eundem de capiendo ipſum perſonaliter vbicunque locorum officio noſtro ſubiectorum repertus fuerit &c. mandatum executiuum decernendum fore,& eſſe,quemadmodum nunc decernimus, & relaxamus, & exequi mandamus,ipſumq́, captũ carcerendum eſſe per quemcunque iuſtitiæ miniſtrũ, ac eius carceratione nobis ſignificari debere,vt, quod iuſtitia poſtulauerit,exequi valeamus.

26 † Octaua difficultas:quid agendum eſt poſtquam fuerit interrogatus? Reſpondeo: Aut ex illius rẽſponſionibus conſtat,quòd malè ſentit de fide: Aut hoc non conſtat. Si cõſtat: videndum eſt an ſit pertinax, vel miſericordiam humiliter petat. Si apparet pertinax: erit relinquendus Curiæ ſeculari, &, vbi eſſet ſacris ordinibus initiatus,eſſet prius actualiter degradandus iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra ca.11. nu.71.& ſeqq.& dicam, fauente Deo, lib.3. Si miſericordiã humiliter petat, debet recipi ad gremiũ Sanctæ matris Eccleſiæ, dummodo ſit paratus ad abiurandum de hæreſi formali, & ſatisfaciendum pęnitentijs ſalutaribus ſibi imponendis arbitrio Inquiſitoris,& dummodo nõ ſit relapſus, vt notat etiã Pegn.dicto §. poſtremo illud. & §.tandem addo.

27 † Si non conſtat,quòd male ſentiat:denuo diſtinguo: Aut is oſtendit, ſe prius comparere nõ potuiſſe,vtputa,quia doceat,ſe ſemper manſiſſe apud hoſtes,ſeu locum, ad quẽ fuerat citatus nullo pacto ſibi fuiſſe tutum,vel quid ſimile: Aut nõ docet de aliquo impedimento. Si primo caſu: dico, nullam habẽdam eſſe rationẽ contumaciæ, & inſordeſcentiæ in excommunicatione per ea, quæ ſcribunt Simãc. de Cath. inſtit. tit. 2. & tit. 14. vtrobique in fine, & Franc.Pegn.dicto comm.49.§.tandem addo.& faciunt quæ ſcripſi ſupra cap. præcedenti num. . vnde erit ex integro audiendus tanquam ſi comparuiſſet in termino citationis,& cum eo erit procedẽdum modo, quem, fauente Deo, docebimus lib. ſeqq.

28 † Si ſecundo caſu, quãdo nõ docet de aliquo impedimen-

pedimento,diſtinguo : Aut aliter oſtendit ſuam innocentiam:Aut non oſtendit.Si oſtendit,vide quæ dixi infra in ſequenti difficultate.Si non oſtendit:dico, ipſum non eſſe plenè conuictum de hæreſi, ſed habendam tamen eſſe rationem illius contumacię, & inſordeſcentiæ ita, vt ſi indicia, & ſuſpiciones, quæ præcedebant, non fuiſſent ſufficientia ad eum torquendum, ſeu ad indicẽdam ei purgationem canonicam, ſeu abiurationem de vehementi, adiuncta illa contumacia, & inſordeſcentia poſſint ſufficere:vide ad hæc ea, quæ ſcripſi ſupra cap. præcedenti num.74.ibi. Contraria opinio &c.& ſub nu. 75.ibi.vbi ad excludendum &c.

29 † Nona difficultas: quid agendum eſt,ſi compareret poſtquam eſt declaratus hæreticus,& ex reſponſionibus ipſius non apparet, quòd malè ſentiat de fide? Reſpondeo: Aut ipſe docet de innocentia: Aut minuit vim indiciorum contra eum exiſtentiũ: Aut nihil prorſus probat ad ſui defenſionem, ſed ſolum negat hæreſim, de qua inquiritur. Si docet de innocentia: rurſus diſtinguo: vel docet tantum de innocentia circa hæreſim, pro qua fuerat vocatus,vel docet de ea,& oſtendit etiam,ſe prius comparere non potuiſſe iuxta ea,quæ dixi ſupra in præcedenti difficultate num.27. Si docet tantum de innocentia; dico, ipſum eſſe abſoluendum ab illa hæreſi,ſed non à ſuſpicione, quam contraxit de cõtemptu clauium Eccleſiæ propter illam inſordeſcentiam,ad quam ſuſpicionem diluendam poterit arbitrio Inquiſitoris ei indici abiuratio, vel purgatio,vel aliqua pœnitentia ſalutaris, conſiderata inſordeſcentiæ, & contumaciæ qualitate iuxta ea, quæ ſcribit Simanc.de Cath.inſtit.tit.27.num.4.5. & 6.poſſet etiam imponi aliqua pœna pecuniaria, vt per eundem Simanc.dicto nu.5. & ratio,cur iſto caſu ob ſolam excommunicationem contrahat ſuſpicionem hæreſis, eſt, quia fuerat excommunicatus pro cauſa hæreſis,vnde ſuccedunt ea, quæ dixi infra nu.36.in 13.difficultate,& ceſſat id, quod ibidem ex Franc.Pegn.retulimus, attenta praxi:Imò, ex quo videtur malè ſentire de poteſtate Eccleſiæ, & particulariter de efficacia excommunicationis, laudabiliter interrogaretur quid ſentiat de ea. Siquidem poſſet forſan eſſe cõſperſus illa maledicta Lutheri labe, qui ait excommunicationem non ſolum non eſſe timendam, ſed eſſe diligendam veluti medicinalem ad expiandum mortale crimen, vt refert idem Simanc.dicto tit.27.nu.3.ſeu alia ſimili erronea opinione circa eam: ſunt enim nonnulli alij lupi,ac vulpes in vinea Domini,qui exiſtimant, excommunicationem eſſe inuentam ad terrorem; & propterea poſſe liberè ſperni,ſicuti tenebat.N.regularis, de quo plura ſcribit Thom. Triuiſ. deciſ. 35.lib.2. & vbi Inquiſitor haberet illum ſuſpectũ, ꝙ malè ſentiret de poteſtate Eccleſiæ, ſeu inquam de excommunicatione,poſſet ei iniungi,quòd abiuraret,ſeu ſe purgaret, quòd ipſe bene ſentit de poteſtate Eccleſiæ, & quòd credit excõmunicationẽ eſſe timendam,&c.vt fauente Deo, docebo lib.3.

30 † Si docet de innocentia, & etiam, ꝙ prius comparere non potuit,dico, eum eſſe omnino abſoluendum.& hæc,quando docet de innocentia.

31 † Si minuit.& non penitus tollit ſuſpiciones, dico eſſe illi indicendam purgationem, ſeu abiurationẽ de leui,vel vehemẽti iuxta qualitatem ſuſpicionis, quæ,vt dixi, ſemper augetur propter cõtumaciam, & inſordeſcentiam in excommunicatione.

32 † Si nihil prorſus probat ad ſui defenſionẽ, ſed ſolũ negat hæreſim,res redditur magis dubia: Nã, attentis his,q̃ dixi in alijs delictis ſupra c.præcedẽti num.159.in 15.quæſito,videtur dicendum,ꝙ hęreſis ſit plenè,vereq́ue probata ita,vt reus veluti pertinax ſit relinquendus Curiæ ſeculari,vel tanquam humiliter rediens ad petendam miſericordiam debeat abiurare de hæreſi formali: Nam,ſi non diceremus hæreſim fuiſſe plenè probatam, quomodo admitteremus,eum potuiſſe diffinitiuè declarari hęreticum formalem? & ideo,ſtante plena probatione,videtur inhærendum ſententiæ.

Contrarium tñ cenſeo verũ in crimine hæreſis, videlicet,ꝙ adhuc non debeat contra eum procedi tanq̃ plenè,vereq́ue conuictum de hæreſi formali. & moueor ex duobus:primo,quia in iſto Tribunali cũ his,qui reſipiſcunt,q̃uis tarde reſipiſcant,miſericorditer,& benignè ſemper agitur. Et propterea dico,ꝙ ſicut manifeſto hæretico,quẽ commiſſæ hęreſis pęniteat,indulgetur,& remittitur pœna pro prima vice,dummodo ſit paratus ad deteſtandam, & abiurandam illam hæreſim, vt dixi ſupra ſub num. 26.ita quoque contumaci,ſpõte comparenti eſt remittenda illa præſumpta probatio,quę plena reſultabat ex contumacia.Secũdo moueor, quia,vbi cõtumax in cauſa hæreſis condemnatur propter contumaciam,& inſordeſcentiam,dicitur condemnari ex probationibus præſumptiuis, & non ex veris, & plenis: ergo non eſt contra eum procedẽdum, tanquàm ſi eſſet verè, pleneq́ue conuictus de hæreſi formali.Probatur antecedẽs ex eo,quòd nos videmus,reum,condemnatum in cauſa hæreſis propter contumaciam,audiri quandocunque, & ſentẽtiam non tranſire in rem iudicatam,& pœnam, quæ ipſi erat impoſita veluti hęretico pertinaci iuxta ea,quę docui ſupra ſub nu.4. ibi. Nam iſte hæreticus, &c. non mitti executioni,ſicut mitteretur, ſi illa ſententia eſſet fundata ſuper probationibus plenis, & veris.Probatur conſequens,quia quando delictũ non eſt plenè,vereq́ue probatum, non imponitur pęna ordinaria delicti,ſicut imponeretur ſi eſſet verè, & plenè probatum iuxta ea,quæ ſcripſi ſupra cap.pręcedenti,nu.... Et ex his concludo,eum eſſe recipiẽdum ad gremium Eccleſiæ, dummodo ſit paratus ad abiurandum de vehementi:hęc tamen ſecunda ratio poteſt confutari ex his,quæ dixi dicto cap.93. ſub num.1.ibi....

33 † Decima difficultas:nũquid ea,quę diximus de ſponte comparente,habeãt locum etiam in eo, qui eſt captus? Reſpondeo,quòd ſic: Verum tamẽ eſt, quòd ſuſpiciones,indicia,& contumacia magis vrgent contra captum,q̃ contra ſponte comparentẽ.

34 † Vndecima difficultas:Diximus,reum abſentẽ, condẽnatum propter contumaciam, eſſe ſemꝑ audiendũ:Nunc dubitatur,an ſit audiẽdus, tàm ſuper crimine,vt hucuſque locuti ſumus,quã ſuper bonis cõfiſcatis? Rñdeo,Simãc.de Cath.inſti.tit.2.nu.21.

& Pegn.in comm.ad Direct. Eymer. par.3.comm. 49. §. adueniente, tradunt indiſtinctè eſſe audiendum quandocunque ſuper crimine. Quoad bona verò ſic definiunt: Aut comparet ante lapſum annum: & tradunt, bona eſſe reſtituenda: Aut poſt annum, & tunc diſtinguunt: Aut docet de innocentia, ſeu de aliquo iuſto impedimento: Aut de neutro horum. Si docet, tradunt ſimiliter, eſſe reſtituenda. Si non docet, tradunt, non eſſe reſtituenda, & mouentur ex iuribus à nobis allegatis ſupra cap. præcedenti num.5. in fine. ibi. Sed quando comparet lapſo anno. Verum aduerte, quia hoc vltimum de non reſtituendis bonis, lapſo anno, non videtur verum. Nã lex finalis, ff. de requir. reis, quæ diſponit bona non reſtitui, loquitur de confiſcatione bonorum, q̃ fit non in pœnam delicti, ſed in pœnam contumaciæ, quæ quia nunquam ceſſat, niſi quando appareret de legitimo impedimento, ideo bona propter eam confiſcata non reſtituuntur, etiamſi reus doceret de innocentia delicti iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra dicto cap. præcedenti, num.5. in fine: At in hoc crimine hæreſis, quia bona non confiſcantur in pœnã contumaciæ, ſed in pęnam hæreſis formalis, & nos diximus ſupra in fine nonæ difficultatis, quòd, ſi reus condemnatus propter contumaciam, comparet, hæreſis non remanet formaliter, & verè probata, igitur debet ceſſare confiſcatio bonorum. Immo dato, quòd hæreſis eſſet formaliter probata, tamen benignitas huius Tribunalis hæreticis non relapſis, & ſpontè redeuntibus ad gremium Eccleſiæ, propriumque errorem agnoſcentibus bona confiſcata condonat, vt fauente Deo, latè dicam lib.3. & interim poteris videre Franc. Pegn. ad Direct. Eymer. par.3. comm.158. §...

35 † Duodecima difficultas: nunquid fictè contumax poſſit diffinitiuè condemnari? Reſpõdeo, Simanc. de Cath. inſtit. tit.14. num.5. & 6. arbitratur, reum, qui non citatur perſonaliter, non poſſe condẽnari diffinitiuè, ſicque arbitratur requiri contumaciam veram: limitat tamen ipſe iſtam cõcluſionem duobus caſibus: primo ex ſententia aliorum, & non ſua: quando iſte reus latitaret, quia tunc poſſet condemnari, quamuis non eſſet citatus perſonaliter. Limitat ſecundo ex propria ſententia, vt non procedat, quando plenè conſtaret de hæreſi; & pro iſta concluſione, quòd fictè contumax non poſſit condemnari, adduco hanc vrgentem rationem. Qui non permanſit in excommunicatione per annum non poteſt propter contumaciam condemnari diffinitiuè iuxta ea, quæ docui ſupra ſub num.4. ibi. Si fuit citatus ſimpliciter dico &c. ſed fictè contumax non poteſt dici, quòd permanſerit in excommunicatione, quia non potuit excommunicari ſecũdum communem opinionem, * quam retulimus ſupra cap. præcedenti, num.40. Ergo non poteſt condemnari.

Contraria opinio, quòd poſſit condemnari, ſuadetur hoc argumento: Qui poteſt bãniri poteſt excommunicari, quia tantum operatur bãnum in ſuo genere, quãtum excommunicatio in ſua ſpecie iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. præcedenti nu.66. Sed fictè cõtumax ſecundum communem opinionem, & practicam, de qua dixi ſupra dicto capit. præcedenti, num.40. poteſt banniri, ergo poteſt excommunicari: Si poteſt excommunicari: Ergo poteſt condemnari.

Quid dicendum? Reſpondeo: Aut reus non fugit, nec latitat: Aut fugit, ſeu latitat. Si primo caſu, cẽſeo fictum contumacem non poſſe diffinitiuè condemnari, & ſic dico reum eſſe citandum perſonaliter, & moueor ex his, quæ ſcripſi ſupra cap. præcedenti num.40. & apertius ſub num.126. ibi. Secundo reſpondeo &c. Hæc enim diſpoſitio, quòd contumax habeatur pro confeſſo, eſt cõtra ius commune, vt dixi ſupra nu.6. & propterea non extendetur de caſu vero ad caſum fictum, niſi ſit expreſſum, vt oſtendi dicto cap. præcedenti ſub num.126. ibi. Secundo reſpondeo: Sed aduerte quia licet ſupra dicto cap. præcedenti, ſub num.40. in 6. quęſito dixerim, quod attenta praxi, & diſpoſitione Conſtitutionum Marchiæ, citatus domi præſumitur verè contumax, ſi non compareat; tamen hoc non habebit locum in crimine hęreſis, quia agitur de ſummo præiudicio, & non ſeruantur in modo procedendi diſpoſitio Conſtitutionum, & practica, quæ ſeruantur in alijs delictis, vt patet ex his, quæ ſcripſi ſupra cap. præcedenti, de modo procedendi in cauſis criminalibus, & in iſto: de modo procedendi in cauſis hæreſis, & ex his, quæ ſcripſi infra, in fine huius cap. Vnde inhærendum eſt particulari ſtylo, qui ſeruatur in proceſſu, tàm ardui criminis, & deficiente ſtylo, inhærendum eſt iuri communi, quod requirit veram contumaciam, vt dixi dicto cap. præcedenti num.40.

Si latitat, ſeu fugit, dico, fictum contumacẽ poſſe excommunicari, & diffinitiuè condemnari, & ſic ſatis eſſe, quòd fuerit citatus per edictũ, & moueor primo: quia dolus non debet alicui patrocinari: Secundo, quia ſicut paria ſunt poſſidere, & dolo deſijſſe poſſidere, regula: pro poſſeſſore. de reg. iur. in 6. ita quoque paria eſſe debent citari perſonaliter, vel dolo facere ne ꝑſonaliter citari poſſit. Tertio, quia ſicut clauus clauo retunditur, vt eſt in prouerbio, ita fraus delinquentis legis cautela eſt reprimenda. Et quòd iſto caſu poſſit excommunicari teſtatur Additio ad Rot. quam allegauimus dicto capit. præcedenti, ſub num.40. Et quòd poſſit condemnari ſecundum plurimorum ſententiam teſtatur Simanc. dicto tit.14. num.6. dicens, ex illorum ſententia ſatis eſſe, quòd citetur ſolemniter per edicta.

36 † Decimatertia difficultas: nunquid excommunicatus à iure, vel ab homine, & inſordeſcens per annum in excommunicatione poſſit reputari hæreticus, ſeu ſaltem ſuſpectus de hæreſi? Reſpondeo diſtinguendo: Aut eſt excõmunicatus ob cauſam ſpectantem ad fidem, vtputa, quia impediuerit officiũ Sanctæ Inquiſitionis, ſeu quia citatus ad reſpondẽdum in cauſa fidei fuit contumax.

Aut fuit excommunicatus ob aliam cauſam. Si ob cauſam fidei: non eſt dubium, quòd reputatur veluti hæreticus, vt dixi ſupra ſub num.4. ibi. Si eſt ſola ſuſpicione, & nu.9. in quarta difficultate. Si ob aliam cauſam, tũc tradunt reddi ſuſpectũ de hæreſi, Abb. in c. graue, nu.7. de pęn. Maran. in ſuo Spec.

par.6.

par.6.memb.2.num.35.Simanc. de Cath.inſtit.tit. 27.num.4.Nauar.in Manual.cap.27.num.10. Moder.in qq.crim.lib.1.quæſt.18.num. 39. verſic. etſi contumax:& eſt expreſſum in ſacro Concil.Tridẽ. ſeſſ.25.de reformatione c.3.verſus finem.Et quòd excommunicatus in cauſa ciuili, & inſordeſcẽs per annum in excommunicatione poſſit citari veluti ſuſpectus de hæreſi notauit Veſtr.in pract. lib.8. cap. fin.nu.21. & modum procedendi contra huiuſmodi excommunicatos docuit Eymer.in Directo. Inquiſ.par.2.quæſt.47.num.7.dicens eſſe citandos veluti leuiter ſuſpectos de hæreſi, qui, ſi non comparuerint,& adhuc permanſerint per alium annum in excommunicatione,tradit poſſe condemnari veluti hæreticos. Verum aduerte,quia ego nunquam vidi,neque vnquam audiui contra taliter excommunicatos,& inſordeſcentes procedi,tanquam ſuſpectos de hæreſi,quod etiam teſtatur Franc.Pegn.ad Eymer.dicta quæſt.47.comm.72.§.ex recepta. dicens,ex conſuetudine ſanctæ Romanæ, & generalis Inquiſitionis non procedi contra excommunicatos per annum,aut amplius, niſi fuerint excommunicati ex cauſa hæreſis.

37 † Decimaquarta, & vltima difficultas: nunquid motus proprij,Conſtitutiones Marchiæ, & ſtatuta locorum ſint ſeruanda in cauſis fidei? Reſpondeo: Aut ſunt condita à laicis: Aut ab eccleſiaſticis. Si à laicis: dico,non eſſe ſeruanda, niſi quatenus iudices violatæ religionis videant, ijs contineri apertum fauorem fidei, vtputa,quando aliquis Dominus temporalis ſtatueret in ſuo dominio, vt bona hæreticorum confiſcata ſpectent abſolutè ad Eccleſiam: & tunc adhuc,declarando,dico non ſeruari in vim imperandi,ideſt vti imperatiua, ſed in vim charitatis, quia ad hoc, vt habeant vim imperandi requiritur confirmatio facienda à Romana Eccleſia, quo caſu valerent tanquam confirmata ab Eccleſia, & nõ tanquam data à lege humana iuxta ea, quæ ſcribit de priuilegijs clericorum conceſſis à poteſtate ſeculari Napod.in conſuetu.Reg.Neapol.in procemio. §.præfatis,num.311.folio mihi 37. Si à perſonis eccleſiaſticis, diſtinguo: Aut ſunt condita ſpecialiter pro cauſis fidei: Aut pro alijs cauſis criminalibus. Si pro cauſis fidei,& ab habente poteſtatem, dico eſſe ſeruanda. Si pro alijs cauſis, dico non eſſe ſeruãda; quia ex eis non cenſetur derogari legibus conſuetudinibus,& ſtylis receptis in cauſis fidei: Vnde notatia:primum,quod ideo nos egimus de cauſa hæreſis ſeparatim ab alijs cauſis criminalibus,quia ĩ cauſa hæreſis non proceditur eo modo, quo proceditur in alijs: Secundum,quòd illi motus proprij,conſtitutiones,& Statuta,quibus diſponitur, ne iudices lapſo quodam tempore, poſſint reos admittere ad nouas defenſiones, & quòd ſententia intelligatur feciſſe tranſitum in rem iudicatam, & ſimilia: non debent allegari in cauſis fidei. Et ſic habes modum procedendi contra contumaces, tàm in cauſis ciuilibus, quàm in criminalibus, & hæreticalibus. Ex quo modo docuimus, quòd cõtumaces in qualibet cauſa poſſunt diffinitiuè condemnari, vel ſecũdum ius commune,vel ſecundum conſuetudinem,& ſtatuta: & ideo caueant citati à contumacia, quando ſunt innocentes; aliàs eueniet eis, quod Ouidius in Epiſtolis cecinit his verſibus.

Cur reus infœlix abſens agor, & mea cum ſit
Optima,non vllo,cauſa,tuente perit?

Contumacia, quæ ſapit delictum, quibus pœnis puniatur, & quomodo ad illas pęnas procedatur. Cap. XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia,quæ ſapit delictum: vide remiſſiuè.*
2 *Contumacia mulctatur arbitrariè, & vnus iudex poteſt imponere maiorem mulctam, quàm alius de iure communi.*
3 *Contumacia de conſuetudine nunquam mulctatur amiſſione totius cauſæ.*
4 *Confiſcatio omnium bonorum non poteſt imponi loco mulctæ.*
5 *Limita ſecundum Doctores,vt non procedat, quando eſſemus in aliquo graui, & arduo delicto, & eſſent aſſumpta indicia,quia poſſet imponi.*
6 *Opinio,ſeu doctrina noſtra circa prædictas aſſertiones de contumacia.*
7 *Contumacia quomodo ſit mulctanda,quando in præcepto non fuit determinata.*
8 *Mulcta ſi ſit impoſita maior, quàm poterat imponi de iure,& vltra ſtylum,eſt nulla ipſo iure: Et quid in hoc ſit ſtatutum Mediolani,& quid ſeruetur,& quid ſeruetur de cõſuetudine,& praxi hic in vrbe.*
9 *Modus procedendi ad executionem mulctæ contra contumacem.*
10 *Peremptoria citatio, an requiratur in condemnatione mulctæ.*
11 *Peremptoria citatio, an ſufficiat vnica pro tribus, vel requirantur tres formales.*
12 *Citatio ad dicendam cauſam quare mulcta non debeat mandari executioni non eſt neceſſaria.*

CONTVMACIA quandoque nõ ſapit delictum, & quãdoque ſapit delictum iuxta diſtinctionem, quã docuimus ſupra c.93. ſub nu.1.ibi. Quid dicemus? De ea, quæ non ſapit delictũ, fuſè egimus dicto c. 93.& ſeqq. remanet modo, vt dicamus duo verba de ea, quæ ſapit delictũ.

1 † Quæro ergo primo loco, quando contumacia ſapiat delictum? vide quæ dixi ſupra dicto cap. 93. ſub num.1.ibi.quid dicemus?

2 † Quæro ſecundo quibus pœnis puniatur? Reſpondeo,puniri tàm de iure, quàm de cõſuetudine arbitrio iudicis: De iure per textũ ĩ l.aliud eſt fraus §.inter mulctam.ff.de verb. ſign. De conſuetudine teſtantur Alex.conſ.35.ſub nu.5.lib.2.Barba.conſ. 23.in fine.lib.2.Curt.Iun.in l.1.nu.4. ff.ſi quis ius dicenti non obtemp.Afflic.in cap.1.num.21.in fine.ex quibus cauſ.feud.amitt. Alciat.in l.ſi qua pœna, nume.6.ff.de verborum ſignific.& Zaſ.libro 1. ſingu.

intell.cap.2.Menoch.de arbitr.iud.caſ.280.num.2. & Modern.in qq.crim.lib.1.quæſt.18.num.31. Verum hoc arbitrium aliter reſtringitur à iure,& aliter à conſuetudine.Nam de iure habemus textum in l. eos.& in l.illuſtres.C.de mo.mulct. quibus cauetur, vt Gubernatores Prouinciarum, ſeu Ciuitatum nō poſſint mulctare contumaces vltra ſummam duarum vnciarum auri, Spectabiles non vltra tres, Proconſules non vltra ſex, & illuſtres præfecti prętorio non vltra quinquaginta libras auri. Et ſcias, quòd vncia auri conſtituit ſex aureos, Alex. dicto conſ.35.ſub num.5.lib.2.& probatur ex eo, quia libra auri conſtituit ſeptuaginta duos aureos .l. quotieſcunque. C.de ſuſcepto. præpoſ. & archar.libro 11.glo.in §.nos autem.in verbo.ſolidos. Inſtitu. de Attilia.tuto.& libra continet duodecim vncias.Igitur quælibet vncia continet ſex aureos: cæterum hodie libra auri conſtituitur nonagintaſex ducatis Venetis, ſeu Florentinis.Iaſon. in l.puniri,nume.2. C.ſi contra ius,vel vtil.publ.& Felyn. in capit. conquerente,num.1.de offic.ordin. vbi declarat etiam quid ſit ſolidus, & quot ſolidi libram auri conſtituant,& Matth.de Afflic.in conſuetudinibus Neapolitanis in fine procemij,ſub nume. 349. litera A. folio mihi 54.& ſic hodie vncia cōſtituitur octo ducatis Venetis. Et hæc de mulctis imponendis ab ordinario: nam quas poſſit imponere delegatus,vide Maran.in ſuo Spec.par.4.diſtin.5. num.74. & Neuiz.conſil.61.num.46. qui refert, & ſequitur, quòd delegatus Principis non poteſt mulctare vltra ſex ſolidos.

3 †De conſuetudine Doctores firmant duas regulas: primam,vt pro mulcta nunquam imponatur amiſſio totius cauſæ argumento textus in l.properandum.§.cum autem,C.de iudic.& in l.poſt edictum. ff.eodem glo. in l. vnica.§. hoc iudicium,& ibidem Curt.num.13.ff.ſi quis ius dicenti non obtemp.Barba.conſ.3.colum.4.lib.2.Aret. conſ.146. num.1. & Crauet.conſ.103.nume.8. quos refert, & ſequitur Menoch.dicto caſ.280.nu.4. & quòd hæc ſit communis * opinio teſtantur Dec.in l.2.num.30. C. de eden.Boſſ.tract.crim.tit.Quomod.proced.per pręcep.ſub num.3.Rolan.à Vall.conſ.47. num.72.lib. 1.& Moder.in qq.crim.libro 1,quæſt.18. num.32. Vnde multò minus poterit imponi pœna maior pretio cauſæ,teſte Salyc.in l.2. C.de ſentent. quod dictum Boſſius tractat.crim.titu. de mulct.num.10. reputat ſingulare,ſed periculoſum,ex quo pro contumacia poteſt imponi quandoque pœna confiſcationis bonorum: ſed parcat mihi excellentia ſua: hoc dictum nec ſingulare, nec periculoſum exiſtimo.Non ſingulare, ſed commune, quoniam commune dictum eſt,vt non poſſit imponi pœna amiſſionis totius cauſæ, ergo magis commune erit, quòd non poſſit imponi maior.Et quis ignorat pœnam non debere imponi maiorem delicto? Non periculoſum,ſed ſecurum: quia dato, quòd quandoque poſſet imponi pœna confiſcationis bonorum,tamen quia non imponitur,niſi quando pro illo delicto poſſet imponi, ideo non dicitur vnquam imponi pœna maior pretio cauſæ.

4 †Firmant ſecundam regulam, vt non imponatur pœna confiſcationis omnium bonorum, Andr. de Iſern.in c.1.§.contrahentium.in 2.additio.Quæ ſint regal.Afflict.in eodem cap.in verbo. Condemnatorum num.33.Curt.in dicta l.vnica,num.27. & in §.1.num.28.& in §.fin.nu.16.ff. ſi quis ius dicen. non obtemp.& alij,quos refert, & ſequitur Rolan. à Vall.dicto conſ.46.num.46.& ſeqq.libr.2. idem docuit Natt.conſ.240. ſub num.2. Et quòd hæc ſit communis * opinio teſtatur Rol. à Vall. dicto conſ. 47.num.71.& quòd ſit verior, & magis communis teſtatur Moder.in qq.crim.dicta quæſt. 18. nu. 37.

5 † Limitant iſtam ſecundam regulam, vt nō procedat,quādo eſſemus in aliquo arduo, & graui delicto: quia tunc ſecundum eos poſſet imponi: vide Boſſ.tract.crimin.tit.de mulct. ſub num. 10. Rol. à Vall.dicto conſil.47.num.71. & Natt. dicto conſil. 240.ſub num.2. Hanc limitationem exemplificant Afflict.vbi ſupra Boſſ. dicto tit. de mulct. num. 11. & Rolan.à Vall.dicto conſ.47.num.50.in caſu homicidij commiſſi Neapolis ante portam Petrucij à quodam Barone Gallo in perſonam Andreæ de Iſernia ſuperius allegati, qui ex quo ſententiam tulerat contra illum Baronem, dum è Caſtellonouo donum rediret,fuit ab eo interfectus, vt referunt Afflict.Boſſ.& Rol. in locis allegatis, & Capic. deciſ.130.nu.43.Foller.in pract.crim.in ſeptima par. princ.in verbo.De Laudibus,& fruct.num.10.Declarant iſtam limitationem, vt habeat locum poſt formatam inquiſitionem, ſeu inquam poſt aſſumpta indicia, & non antea: vide Rolan. à Vall. dicto conſ.47.num.71.& Moder. dicta quæſt. 18. nu.37. verſus finem. Nota tu modo ex iſta limitatione, quòd licet de iure communi, circunductis conſuetudine,& ſtatutis,reus contumax non poſſit vocari ſub pœna confeſſati criminis iuxta ea, quę docui ſupra ca.58.num.14.tamen in caſu arduo poterit vocari ſub pœna confiſcationis omnium bonorum. Hæc ſunt, quæ Doctores communiter tradunt de

6 conſuetudine.† Nos verò,vt vberius declaremus, ſic diſtinguimus. Aut loquimur, circunductis ſtatutis,& conſuetudine, quòd contumax habeatur pro confeſſo: Aut loquimur,his ſtatutis,& conſuetudine præſuppoſitis.Si primo caſu,procedant omnia, quæ ex Doctoribus retulimus. Si ſecundo,rurſus diſtinguo: Aut loquimur ante aſſumpta indicia: aut poſtea.Si antea procedant ſimiliter, quæ ex Doctoribus ſuperius relata ſunt, & quæ ſit practica citandi iſto caſu docui ſupra cap.58.nume. 4. Si poſtea, denuo diſtinguo: Aut loquimur ſimpliciter de pœna amiſſionis cauſæ: Aut de ipſa bonorum confiſcatione. Si de pœna amiſſionis cauſæ, dico indiſtinctè, eam poſſe imponi, & dico imponi non pro mulcta,ſeu pęna contumaciæ, ſed pro finali cauſæ expeditione iuxta modum procedendi, quem docui contra contumacem ſupra capitu. 96. & ſeqq. quod etiam ratione demonſtratur: Nam amiſſio cauſæ, ad quam deuenitur mediante contumacia, & confeſſione ex ea reſultante, importat condemnationem diffinitiuam. Sed mulcta importat ſemper ſententiam interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ, vt tradit Maran.in ſuo Specu. par.6.in tertia, & vltima par. in verbo. Et demum fertur ſenten-

ſententia num.31.& dicam, fauente Deo lib.3. Si de confiſcatione bonorum, dico, quòd ſi ſumus in caſu, vbi talis pęna eſt impoſita, poteſt imponi, aliàs non: Et iſta theorica, & diſtinctio à nobis allata ſeruatur, & practicatur. Et ex his vides, quòd diſpoſitio legis. illuſtres.& l.eos, quas allegauimus ſupra ſub num.2.non ſeruatur de conſuetudine, prout nõ ſeruari teſtantur etiam Specu.titu.de ſentent. prolat.§.ſpecies.verſicu.ſed nunquid.Alex. conſil.35. ſub num.5.libro 2.Iaſ.in l.3.§.quòd prætor, in fine. ff.ne quis eum &c.Maran.in ſuo Spec.par.4.diſtin. 5.ſub num.74.Boſſ.tract.crim.tit.de mulct.num.9. Rol.à Vall.dicto conſ.47.nu.14.lib.2.& Moder.dicta quæſt.18.num.31.

7 †Quæro tertio, qua pęna ſit mulctandus contumax, quando in præcepto nõ eſt determinata? Reſpondeo: Iaſon.in l.vnica, num.3. in limitatione ſecundi notab.ff.ſi quis iuſdicen. non obtempe. Boſſ. dicto tit.de mulct.num.8.in fine. Rolan. à Vall.dicto conſ.47.num.15.& Moder.dicto num.31. verſus finem, tradunt eſſe puniendum ſecũdum diſpoſitionem dictarum legum, illuſtres, & eos. Ego tamen non firmo, ſed ſolum declaro iuxta ea, quæ dixi ſupra num.præcedenti, vt hoc procedat, quando præceptum emanaſſet ante aſſumpta indicia, ſecus ſi poſtea: quoniam tunc, attentis ſtatutis, quòd contumax habeatur pro confeſſo, procederetur ad expeditionem cauſæ, prout docui ſupra capitu. 96. & 97.alias declarationes vide per Iaſ.in dicta l. vnica num.2.& ſeqq. Tu verò Regnicola ſeruabis diſpoſitionem Conſtitutionis. grandis vtilitas lib.2.

8 † Quæro quarto: finge, quòd iudex impoſuerit inſolitam, ſeu maiorem mulctam ea, quę poteſt imponi: nunquid erit nulla? Reſpondeo diſtinguendo: Aut loquimur de iure: Aut ſecundum dicta ſtatuta, & conſuetudinem. Si de iure, dico indiſtinctè, quòd ſic: Ang. in l. fin. C. de cano. largit. libro 10. quem referunt, & ſequuntur Iaſ.in l.vnica.§.1. nu. 3.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.Felyn.in cap.2.in verbo.ſtylus. ſub nume.17.ibi. ſimiliter dixit Ang. vbi plura cumulat, de reſcrip.& in cap.quoniam cõtra, ſub num.13.de probat.Boſſ.tract. crimin.tit. de mulct.num.13.& Modern.qui alios congerit dicta quæſt.18. num. 38. & dicitur nulla ipſo iure ita, vt eius nullitas poſſit opponi quandocunque, & oppoſita impediat executionem: vide Addit. ad Abb. in ca.de cauſis, num.12.litera H.de offic.deleg.Bonacoſ.in comm. opin. par. prima. folio 116. & ſeq. * & Gall.qui teſtatur de comm.* conſil. 21. nume.4. quem refert, & ſequitur Moder.dicta quęſt.18.nu. 29. Immo iudex puniretur, vt patet in dicta l.eos. circa medium C.de mod.mulct. & notat Iaſ. in dicta l.vnica, num.3. Mediolani iuxta eandem legem tenetur iudex ſoluere de ſuo mulctam, quam indebitè impoſuiſſet, ſed malè eſt in vſu, vt teſtatᷣ Boſſ. dicto tit.de mulct.num.5.& hæc de iure. Si ſecundum prædicta ſtatuta, diſtinguo: Aut loquimur ante aſſumpta indicia: Aut poſtea: Si antea, non recedo à prædictis. Si poſtea dico, quòd in practica, vidi hic in vrbe vocari quandoque reos ſub grauioribus pœnis, quàm delicti qualitas requirat, vt notaui ſupra cap.58. ſub nu.18. & tamen ex hoc nunquam vidi annullari proceſſum.

9 † His cognitis, reliquum eſt, vt aggrediamur ſecundam partem capitis. Quæro igitur primo loco quomodo procedendum ſit ad executionem mulctæ, in quam contumax inciderit? Reſpõdeo, poſtquam monitus ad comparendum non comparuerit deber in primis reproduci monitorium, eoque reproducto, requiritur noua citatio cum præfixione termini ad dicendum cauſam quare declarari non debeat incidiſſe in pœnas contentas in monitorio, vel ad dicendum cauſam quare mulctari, & mulcta exequi non debeat. Bar.in l.vnica, num.13. & ibidem Alex.num.20.ff.ſi quis iuſdicen.non obtemp.Iaſ.in l.ſancimus, num.11.C.de iudic. Felyn. in cap.quoniam frequenter, num.22. vt lit.non conteſt. & plures alij allegati per Marſ. in pract. crim. §.examinanda num.34.& Rolan. à Vall. conſ. 39. num.33.lib.1.& conſ.47.num.6.lib.2. & eſt opinio * communis,* de qua teſtantur Boſſ.tract. crim. titu. de mulct.nu.6.Rol.à Vall.dicto conſ.47. num. 43. Andr.Gail.in pract.obſeruat.lib.1.obſerua.15.nu. 2.& Moder.dicta quæſt.18. nu. 44. & bene faciunt quæ ſcribit Clar.lib.5.recept.ſent.quæſt.31.verſic. Quæro modo nunquid, in principio, & ſic ſecundũ communem opinionem, quæ etiam in praxi eſt recepta, mulcta exigi non poteſt ſine nouo proceſſu, videlicet ſine termini præfixione ad ſe defendendum, quod ſecundum Papien.in pract.in form.Inquiſit.in glo.debita forma, num.4.folio mihi 1031. eſt notandum: & hoc adeo eſt verum, vt ſi ille terminus, ad ſe defendendum, omitteretur ſententia condemnatoria redderetur nulla: vide Bened.de Plot.inter conſ.crim.diuerſ.conſ.3.num. 18. & 19. vbi ampliat, vt procedat etiam ſi in monitorio eſſet dictum, quòd reo non comparente, procedetur ad mulctam, ipſo amplius non citato.

10 † Quæro ſecundo: nunquid ad condemnationẽ mulctæ requiratur peremptorium? Reſpondeo, ꝙ ſic per ea, quæ dixi in ſequenti quæſito.

11 † Quæro tertio, an ſufficiat vnica citatio peremptoria pro omnibus, vel requirantur tres diſtinctæ formaliter? Reſpondeo, prima facie videtur dicendum, quòd requirãtur tres diſtinctæ: quia, vbi procedẽdum eſt ad impoſitionem alicuius pœnæ, ſunt neceſſariæ tres citationes, vt referebamus ſupra capit.91.ſub num.35.ibi.Tunc quoque &c.Et quòd, lapſo termino comparendi appoſito in monitorio, practica citandi quatuor vicibus ad comparẽdum ſit iuridica teſtatur Moder.in qq. crim.lib.1. quæſt. 18.ſub num.44.

Contrariam ſententiam, quòd ſufficiat vna peremptoria pro omnibus: tenet Pau.de Caſt.in l.vnica, §.is videtur ſub num.4.circa medium. ff. ſi quis * ius dicen.nõ obtemp.& hæc eſt magis communis,* de qua teſtatur Affl.deciſ.289. num.7. & quòd ita ſe habeat veritas, & dubitandum non ſit prȩſertim ſtante generali conſuetudine teſtatur Clar.dicta q. 31.verſ. quæro modo nunquid, in fine: Laudo tamen, vt ſemper obſerues ſtylum loci.

Non obſtat, ꝙ ſupra dicto c.91.ſub nu.25.dixerim ante condemnationem requiri peremptorium trium citationum, quia ibi locutus ſum in caſu, quo contu-

contumax habetur pro confesso, vnde succedit limitatio, de qua dixi dicto cap. 91. num. 34.

12 † Quæro quarto, an condemnatus ad mulctam sit deinde citandus ad dicendum causam quare nõ debeat exequi condemnatio? Respondeo, quòd non: vide Affl. in Constitutione, pęnam nouem vnciarum in 3. quæsito nu. 6. lib. 1. Et hæc sufficiant.

De comparitione, & copijs tàm in causis ciuilibus, quàm in criminalibus, & hæreticalibus. Cap. C.

SVMMARIVM.

1 *Comparitio, quæ est antitheton contumaciæ, quid sit.*

2 *Contrariorum est eadem disciplina.*

3 *Actor, reproducta citatione, producit actum, & reus potest petere illius copiam cum competenti termino ad respondendum &c.*

4 *Copia actorum est regulariter concedenda, si sit petita.*

5 *Amplia, vt habeat locum etiam si sit petita supplicatorum, seu narratorum Principi, quæ sint producta in iudicio.*

6 *Amplia, vt habeat locum, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus.*

7 *Declara, seu restringe, vt prædicta regula, & ampliationes concedendæ copiæ procedat, si ea sit petita, & in casu, in quo à iure non negatur.*

8 *Notarius nõ tenetur tradere copiam, nisi ea sit prius decreta à iudice, & sibi sit data arra, & antequam tradat satisfactum etiam de iusta mercede. Caterum, si eam petens sit pauper, est gratis tradenda, & qui dicatur pauper relinquitur arbitrio iudicis.*

9 *Copia si negetur à iudice in casu, quo est concedenda, recurrendum est ad appellationem.*

10 *Copia libelli in causis ciuilibus est concedenda expensis actoris, cui expedit, vt eam ad reum trãsmittat, insertam in citatione: copia verò aliorum actorum est concedenda sumptibus Rei.*

11 *Copia libelli accusatorij, inquisitionis, informationum, diffamationis, capitulorum, & indiciorum, si fuerit petita, an sit concedenda, & an antequam reus cogatur respondere: & quid seruetur de consuetudine, tam in statu Ecclesiastico, quàm in Regno, & tàm ante repetitionem testium, quàm postea.*

12 *Nomina testium examinandorum, an sint edenda, quando datur copia articulorum.*

13 *Copia positionum, an sit tradenda ante principalis responsionem.*

14 *Copia allegationum iuris an sit concedenda.*

15 *Copia interrogatoriorum, an sit concedenda ante examen testium.*

16 *Copia indiciorum, seu processus an sit tradenda testibus torquendis, & quid si quis non possit torqueri vti testis, quin torqueatur etiam vti principalis.*

17 *Consensus in iurisdictionem an inducatur ex petitione copiæ libelli.*

DICEBAM supra cap. 91. num. 1. quòd reo citato, horum alterum necessario sequebatur: Vel contumacia, & de hac fusè egi superioribus capitibus.
1 † Vel cõparitio, & de hac agemus modo. Quę cum sit antitheton cõtumacię, non est aliud, quàm obedientia inferioris erga superiorem, & quot modis committitur contumacia, totidem dr̃ comparitio: videlicet ex parte citantis, ex parte citantis, & citati, & ex parte citati tantum. Et quia de cõtumacia pluribus egi supr. d. c. 91. ideo illuc potestis recurrere:
2 † quoniam, cum sit cõtrariorum eadem disciplina, argumento textus in Instit. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & tit. de tutel. vtrobique in principio, & notat Neuiz. cons. 38. nume. 12. & consil. 70. num. 24. sequitur quòd cognita natura, & quotuplicitate contumaciæ, cognoscatur etiam natura, & quotuplicitas comparitionis: & aduerte, quòd agimus solum de comparitione citantis, & citati: nam, quando comparet alter tantum, egimus in capitibus contumaciæ.
3 † Aggredior secundam partem huius capitis: & dico, quòd actore, & reo comparentibus in termino citationis exequutæ, & reproductæ iuxta ea, quæ remissiuè dixi supra cap. 89. num. 3. & seqq. actor producet actum, seu iam producto inhærebit, & reus, vt exceptione se tueri possit, illud in primis obseruabit vt eius, quicquid illud sit, quod actor producit, copiam petat vnà cum termino ad respondendum: qua petita, possunt occurrere aliquæ difficultates, quas propono, & dissoluo.

4 † Prima difficultas est, nunquid reo sit concedenda? Respondeo, regulam esse, quòd sit concedenda copia omnium actorum cum competenti termino. l. 1. §. primo. ff. de eden. l. 2. C. eod. l. fin. C. de fid. instrum. Bar. in extrauag. ad reprimendum: in verbo. de plano. Papien. in pract. in form. petẽ. copiam instrum. in glo. 1. & ibi Mansuer. ad eum. Socin. sen. cons. 105. num. 8. lib. 4. Ludou. Rom. cons. 156. honorande domine. num. 3. vers. quarto præmitto. & cons. 519. num. 1. & 3. & sing. 266. Rip. in l. quod te, nu. 63. ff. si cert. pet. Dec. in c. 1. num. 244. & seqq. de probat. & in dicta l. 2. nu. 14. C. de eden. Marant. in suo Spec. par. 6. actu 10. num. 53. Osasc. decis. 1. nu. 49. & Asin. in pract. §. 22. c. 8. nu. 2. & seqq. & quòd hæc sit practica, vt petatur, & detur terminus ad recipiendum copiam, & opponendum testatur Paul. de Castr. in dicta l. 2. num. 9.

5 † Amplia istam regulam, vt habeat locum nõ solum in actis, sed etiã in supplicatis, & narratis Principi, quia etiam eorum est edenda copia, si sint producta, vt tradit Papien. loco citato.

6 † Amplia secundo, vt habeat locum tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus. Dec. in dicta l. 2. nu. 14. C. de eden. & Maran. dicto actu 10. nu. 53. Et ratio prædictæ regulæ, & ampliationũ est duplex: prima, quia traditio copiæ respicit defensionẽ, vt deducũt Maran. vbi supra num. 54. & Asin. dicto §. 22. ca. 8. num. 2. & communiter * omnes, quæ defensio tolli

non

non poteſt per ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 88. num. 2. verſus finem. Secunda ratio: quia actus iudiciarius cenſetur communis vtrique parti: vide Fulgoſ. in l. ſi legatum, nume. 1. ff. de eden. Dec. in dicta l. 2. ſub num. 16. Maran. dicto actu 10. num. 53. & Aſin. dicto cap. 8. num. 3.

7 † Reſtringe modo, ſeu declara, vt iſta regula, & eius ampliationes procedant his concurrentibus, & non aliàs: primo, vt copia ſit petita, alias, ſi non ſit petita, non eſt tradenda, vide Ioan. de Amic. cōſil. 28. num. 5. & Aſin. in dicta practic. §. 14. cap. 23. num. 3. hoc tamen quandoque fallit, vt dixi infra num. 11. verſus finem. Secundo, vt petatur in caſu, in quo à iure non ſit denegata iuxta ea, quæ ſcripſi infra num. 11. Et his concurrentibus iudex tenetur eam decernere.

8 † Ad hoc autem vt notarius deinde teneatur eā tradere, requiruntur duo: primum, quòd ſit decreta à iudice, vt tradunt Bal. & Paul. de Caſt. in dicta l. 2. num. 2. & Dec. num. 24. C. de eden. & Maran. dicto actu 10. num. 55. Secundum, quòd ſibi tradatur arra, & ante traditionem ſibi ſatisfiat de competenti mercede: vide Maran. qui teſtatur hanc eſſe

✠ communem * dicto actu 10. num. 59. quam tu limita, vt non procedat quando is, qui copiam petit eſſet pauper. l. tàm dementis. in fine. & ibi. glo. in verbo. prægrauetur. C. de epiſc. aud. Dec. in dicto cap. 1. num. 213. de probat. Afflict. in Conſtitutione. appellationum tempora in quinto not. num. 18. lib. 2. & Cauenſ. ſuper ritu 290. num. 10. Foller. in pract. crimin. in verbo. etſi confitebuntur in 3. par. tertiæ par. num. 55. Neuiz. conſi. 44. num. 13. dicens, quod ſit totum oppoſitum: quia diuiti dant gratis, & pauperi non ſine mercede, Moder. in qq. crim. libr. 2. q. 39. num. 159. & eſt diſpoſitum in motu proprio Pij Quarti, quem allegat ad hoc propoſitum Flamin. Cart. in pract. interrog. reor. lib. 3. cap. 3. num. 55. in fine. & qui dicatur pauper relinquitur arbitrio iudicis. Menoch. de arbitr. iud. caſ. 65.

9 † Secunda difficultas eſt, quomodo conſulatur ei, cui iudex denegat copiam, quando de iure eſt cō cedenda? Reſpondeo, eum poſſe appellare, quia dicitur grauari. l. 2. C. vt lit. pen. & cap. perpetuus. de fid. inſtrum. & notant Maran. dicto actu 10. nume. 53. & Ioan. Ant. de Nigr. ſuper capit. Regni. capit. 143. ſubiungendo nu. 8. & Moder. dictis qq. crim. quæſt. 39. num. 72. lib. 2. immo poteſt appellare nō ſolum quando negat, ſed etiam quando tacet, vt tradit Neuiz. conſ. 97. nu. 16. & 17. & ſimiliter Notarij renuentes tradere copiam decretam poſſunt cogi: vide Bal. in l. præcipimus. num. 1. C. de appellat. & Dec. in dicta l. 2. num. 14. C. de eden.

Diximus ſupra num. 4. & 7. copiam concedendā eſſe dummodo à iure non denegetur. Quare pro

10 abſoluta reſolutione quæro de multis caſibus. † Et primo: nunquid ſit concedenda copia libelli in cauſis ciuilibus? Reſpondeo, quod ſic, & quidem non expenſis rei, vt ſentit Bal. in Auth. offeratur, num. 1. C. de lit. conteſt. ſed expenſis actoris, vt tradit Maran. in ſuo Specu. par. 6. actu 10. num. 63. & memb. 3. num. 3. & Ioan. de Amic. conſ. 135. num. 3. immo actori expedit, vt eam tranſmittat vna cum citatione ad effectum, de quo dixi ſupra cap. 32. num. 16. Et amplia, vt non ſolum ſit concedenda copia libelli expenſis actoris, ſed etiam copia inſtrumenti, in eo mentionati, vt bene conſuluit Ioann. de Amicis, conſ. 135. fallit in caſu, de quo dixi ſupra cap. 9. nu. 7. aliorum verò actorum copiam dicimus edendā eſſe ſumptibus eius, qui eam petit, & de copia petitionis, vide quæ dixi ſupra cap. 53. num. 9. in 6. difficultate, & de copia citationis, vide quę ſcripſi ſupra cap. 45. ſub num. 3.

11 † Quæro ſecundo, nunquid reo petenti ſit concedenda copia libelli accuſatorij, & inquiſitionis, ſeu inquam diffamationis, & indiciorum? Reſpondeo, videtur prima facie dicendum ex duplici ratione, quòd non: prima, quia eorum, quæ producūtur ad informationem iudicis, & non ad probationem non datur copia, vt colligitur ex theorica, quam tradit Lud. Rom. conſ. 519. num. 1. & 3. & tradit apertè Ang. in l. quæſtionis. ff. de quæſt. & in l. fin. C. eodem, quem ſequitur, & appellat magnum practicū Franc. Brun. tractat. de indic. & tort. quæſt. 2. 1. par. num. 9. idem tradunt Dec. in l. is apud quem nume. 21. C. de eden. Boſſ. tracta. crim. titu. de inquiſit. nu. 71. & Aſin. qui alios allegat, in pract. §. 22. cap. 8. limitatione prima. Et ratio eſt, quia ceſſat intereſſe partis, vt tradit Saly. in dicta l. fi. in fine. C. de queſt. quem referunt, & ſequuntur Alex. conſ. 180. in cauſa Angelorum, num. 8. lib. 2. & Dec. vbi ſupra: ſed informationes, & diffamatio ſumitur ad informationem iudicis: ergo non eſt concedenda copia.

Secunda, quia, quando ſuper diffamatione, an præcedat, vel non præcedat eſt ſtandum aſſertioni iudicis, copia non eſt concedēda, quoniam, vel fruſtra concederetur, vel fruſtra ſtaretur aſſertioni iu-

✠ dicis. Sed ſecundum magis communem * opinionem in hoc eſt ſtandum aſſertioni iudicis teſte Claro libro 5. recept. ſenten. quæſt. 31. verſic. fama publica, & apertius quæſt. 6. verſicu. Sed quid ſi reus. Igitur copia inquiſitionis, ſeu indiciorum non eſt concedenda, & hoc argumēto vtitur Clar. in dicto verſiculo. ſed quid ſi reus, ad oſtendendum, quòd iudex non tenetur edere copiam diffamationis. Et hanc opinionem tenent Gandin. tracta. de malefic. Rubr. Quomod. de malef. cognoſc. per inquiſ. nu. 15. & Ang. in dicta l. quæſtiones, quem refert, & ſe-

✠ quitur Dec. vbi ſupra. Et quòd hæc ſit communis * opinio teſtatur Boſſ. tract. crimin. titu. de delinquen. num. 4.

Contraria opinio ſuadetur ex pluribus, & efficacioribus: & primo ex ſecunda ampliatione, quam poſui ſupra num. 6. Secundo, quia in criminalibus proceditur ad inſtar ciuilium, vt oſtendi ſupra cap. 97. num. 37. & cap.... num.... Sed in ciuilibus dixi ſupra nu. 4. & ſeqq. eſſe concedendam: Ergo idē eſt dicendum in criminalibus. Tertio, quia, vbi eſt concedenda defenſio, ibi eſt concedēda copia per ea, quæ dixi ſupra, nu. 6. Sed in criminalibus defenſio eſt magis debita, quam in ciuilibus, vt dixi ſupra ca. 88. ſub nu. 19. Ergo &c. Quarto, quia, vbi ſuper aliquo proceſſu admittitur diſputatio, ibidem conceditur copia, vt firmat Boſſ. ī loco, quem citaui infra. Sed ſuper inquiſitione admittitur diſputatio, an

fuerit formata, præcedente diffamatione argumento textus in cap. qualiter, & quando, il 2. §. debet igitur. de accuſat. & comprobatur ex eo, quia alias ſequeretur, quòd iudex poſſet ſumere probationes de domo rei, quod eſt abſurdum, vt docui ſupra ca 86. ſub num. 40. probatur conſequẽtia, quia, ſi reus non poſſet, mediante copia, oſtendere, ſe interrogari, non præcedente diffamatione, cogeretur reſpondere inquiſitioni, vnde iudex ex domo rei diceretur ſumere probationes. Et hanc contrariam opinionem, quæ ſatis probatur ex dicto capit. qualiter, & quando, tenent Papienſ. in pract. in forma inquiſitionis in glo. fama publica, num. 3. & Boſſ. ſibimet contrarius eodem tract. crim. tit. de inquiſitio. num. 70. moti ex ratione, quam adduxi quarto loco: eandem opinionem tenent Gandi. qui ſibimet videtur contrarius eadẽ Rubr. Quomod. de malef. cognoſ. per inquiſitio. num. 7. Cæpol. conſil. 64. num. 3. & 4. & conſ. 65. num. 4. in quarto argumento: poteris tu videre quæ in eandem ſententiam ſcribũt Nauar. in cap. inter verba, concl. 6. num. 242. 11. queſt. 3. & nouiſſimè Frat. Mich. Salon. in Comment. ad D. Thom. 2. ſecundæ, quæſt. 69. artic. 2. controuerſ. 2. concluſ. 2. qui inter alias hanc adducit rationem, ꝙ nemo tenetur ad alterius petitionem dimittere bona ſua, famam, ſeu vitam, donec ei conſtet de iure illius, qui petit: ergo, inquit, dum iudex interrogat reum tanquàm diffamatum, reus non debet ad iudicis ſuppoſitionẽ famam relaxare, niſi ſibi prius conſtet: eandem opinionem eſſe veram de iure canonico, & propterea ſeruandam in terris ſubiectis Eccleſiæ, teſtatur Maran. in ſuo Specu. par. 6. Rubr. de inquiſitio. num. 10. folio mihi 257. Et quòd in Regno Neapolitano debeat edi copia indiciorum cũ nominibus teſtium diſponitur in cap. ſubiungendo 143. & notat ibi ſub num. 8. Ioan. Anto. de Nigr. dicens, quòd, ſi illud capit. intelligeretur de copia teſtium poſtquàm ſunt repetiti, ſicut intelligebãt quidam, eſſet diſpoſitio de indubitabili.

In hac contrarietate aliqui, conſiderato modo procedendi, diſtinguunt: Aut proceditur ad inſtantiam partis, & tradunt faciẽdam eſſe fidem, ſicque copiam de diffamatione: Aut proceditur ex mero officio, & tunc dicunt iudicem non cogi ad tradendam copiam: vide pro hac diſtinctione Ang. in l. ſi vacantia. verſic. de quinto verò articulo. C. de bon. vacan. lib. 10. Auguſt. ad Ang. de Aret. tract. de malef. in verbo. hæc eſt quædam inquiſitio. ſub nu. 57. Neuiz. conſil. 75. num. 1. per totum Iodoc. in pract. crim. cap. 8. nume. 20. & 21. Capic. deciſ. 74. num. 1. & 2. Et quòd iſta diſtinctio ſit communis * referũt Clar. lib. 5. recept. ſenten. quæſt. 31. verſic. fama publica, & Boſſ. tract. crim. titu. de Inquiſ. num. 70. ibi. Breuiter concludo. vbi in fine infert, quòd, ſi iudex in proceſſu, qui fit ad inſtãtiam partis addat ſe procedere ex puro, & mero officio, nõ tenetur copiam concedere, ſed poſtea nu. 71. & 72. ſibi parum conſtans, ſe inuoluit, & confundit prædictam diſtinctionem, dicens, non eſſe conſtituendam differentiam inter proceſſum, qui fit ad inſtantiam partis, & qui fit ex mero officio: vnde, aliter diſtinguendo, tradit quòd, ſi indicia aſſumantur iudicialiter, videlicet, parte citata, danda eſt copia, ſecus verò ſi aſſumantur extraiudicialiter ad inſtructionem Curiæ, & cũ hac declaratione reſpondet ad textum in dicto §. debet igitur, in cap. qualiter, & quando. Alij diſtinxerunt inter iudicem ordinarium, & delegatum, vt recenſet Clar. lib. 5. recept. ſenten. quæſt. 31. verſic. fama publica. Alij dicunt, quòd copia eſſet concedenda, quando reus opponeret teſtes variaſſe ab his, quæ depoſuerunt in proceſſu informatiuo: vide Dec. in l. is apud quem, num. 21. in fine. C. de eden. Sed hoc dictum non facit ad propoſitum: quia huiuſmodi oppoſitio præſupponit teſtes eſſe repetitos, quo tempore reus iam reſpondit.

Alij dixerunt, quòd quamdiu durat extraordinaria inquiſitio, copia non eſt concedẽda, perfecta autem inquiſitione tradunt, concedendam eſſe: vide Additio. ad Dec. loco proximè citato in litera B.

Variæ circumferuntur, vt vidiſtis opiniones in tantum, quòd Clar. lib. 5. recept. ſen. quæſt. 6. verſiculo. Sed quid ſi reus &c. miratur de tanta varietate. Quid ergo dicendum? Cenſeo rem hac vberiori diſtinctione definiendam: Aut loquimur de iure: Aut de conſuetudine. Si de iure: rurſus diſtinguo: Aut loquimur de libello, & ſic quando proceditur ad ſolam inſtantiam partis: Aut de inquiſitione, & ſic quando proceditur ex officio. Si primo caſu: dico reſolutiuè copiam eſſe dandam, & moueor ex his, quæ dixi ſupra pro ſecunda opinione in ſecunda ratione: & ita tenent apertè Maran. in ſuo Spec. part. 6. actu 14. nu. 10. & Foller. in pract. crim. in verbo. Audiantur exceptiones proponendæ per eos: num. 1. & 2. & addo vnà cum Maran. loco citato, & cum Flamin. Cart. qui eum ſequitur in pract. interrog. reorum. lib. 3. cap. 3. num. 55. concedendam eſſe ſumptibus accuſatoris. Si ſecundo caſu, quando proceditur ex officio, dico, tunc eſſe conſideranda tria: primum, informationes, quę aſſumuntur ſuper diffamatione iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 84. nu. 11. in ſecunda difficultate. & ſub num. 21. ibi. Ceterum ego &c. Secundum: capitula, quæ inde eliciuntur: tertium, & vltimum, inquiſitionem ſpecialem: Et pro intelligentia iſtorum eſt ſciendum, quòd iudex ſecũdum practicam iuridicam debet in primis aſſumere informationes ſuper diffamatione, ſecundo debet vocare ad ſe diffamatum, eique dicere: Ego intẽdo inquirere contra te ſuper talibus criminibus iuxta ea, quæ ſcribunt glo. 1. in cap. qualiter, & quando, il ſecundo, de accuſat. & Clar. lib. 5. recept. ſenten. dicta quæſt. 6. verſicu. ſucceſſiuè quæro. Et hæc ſunt illa Capitula, quæ textus in dicto capit. qualiter. in §. debet igitur. dicit eſſe reo exponenda, vt aduertit etiam Boſſ. dicto titu. de inquiſ. num. 70. tertio debet formare inquiſitionem ſpecialem. Modo ad rem: Si loquimur de copia informationum, aſſumptarum ſuper diffamatione, diſtinguo: Aut loquimur de danda copia eo tempore, quo aſſumuntur, & generaliter inquiritur. Aut de danda ea poſtquam ex earum aſſumptione reſultat diffamatio contra aliquam certam perſonam. Si primo caſu: dico, copiam non eſſe dãdam, & ita bene locuta eſt Additio ad Decium ſuperius addu-

adducta. Nam quis adeo ſupinus eſt, vt ignoret, copiam dari non poſſe reo, qui adhuc non extat? vt bene aduertit etiam Abb. in dicto cap. qualiter, & quando il 2. not. 13. de accuſat. quem refert, & ſequitur Maran. in ſuo Spec. par. 6. Rub. de inquiſit. num. 7. in fine. fol. mihi 257. & hoc vti notabile docuit etiam Clar. lib. 5. recep. ſent. q. 49. verſ. hęc autem omnia: dicens, ita ſeruari de conſuetudine: dixi, non poſſe dari reo, qui adhuc non eſt, quoniam non prius conſtituitur reus, quàm conſtet de diffamatione, & clamore, vt oſtendi ſupra cap. 2. num. 32. Si loquimur in ſecundo caſu, quando ex informationibus aſſumptis &c. ſicque quando reo exponuntur capitula iuxta relatam practicã, diſtinguo: Aut reus fatetur delicta ſibi expoſita: Aut non. Si fatetur: acta iam res eſt. Si non fatetur: rurſus diſtinguo: Aut petit copiam, dicendo non poſſe contra ſe inquiri, quia non pręcedit diffamatio: Aut nõ petit copiam, ſed, tacendo, reſpondet iudici interroganti eum ſuper delicto veluti reum. Si petit copiã, dico eſſe concedẽdam per ea, quę dixi ſupra in principio huius quæſiti.

Non obſtant, quæ in contrarium adducebamus pro prima opinione. ibi. contraria opinio &c. Nam ad primam rationem de non edendis copijs eorũ, quæ aſſumuntur ad Curiæ inſtructionem, reſpondeo id verum non eſſe, quando ex illis eſſet deueniendum ad aliquẽ actum pręiudicialem, quia tunc ei, de cuius intereſſe ageretur, eſſet concedenda copia petita. Etenim cũ facultas inquirendi ſpecialiter contra aliquẽ fundetur ſuper diffamatione, merito, parte opponẽte, debet de ea in primis cõſtare, iuxta ea, quæ in ſimili ſcripſi ſupra cap. 11. num. 70. Ad ſecundam: de ſtando aſſertioni iudicis reſpondeo, hoc non eſſe verum, primo, quia apertè repugnat textui in dicto §. debet igitur. Secundo, quia, ſi eſſet vera, ſequeretur, quòd quilibet iudex poſſet ad ſui libitum, indicijs non præcedentibus, ſpecialem inquiſitionem formare, quod eſſet deſtruere totam practicam criminalem, vt conſiderauit Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 31. verſ. fama publica. tertio, quia diffamatio ſuccedit in locum accuſatoris, vt dixi ſupra ca. 2. num. 8. At nullibi reperitur cautum, quòd reo petenti non ſit notificanda perſona accuſatoris. Ergo &c. Etenim ſicut poteſt obijci contra perſonam accuſatoris, quòd non debeat admitti ad accuſandum, quia vel ſit inimicus, vel quid ſimile, ita etiam poteſt obijci contra diffamationem, quòd proceſſerit à maleuolis, & à non fide dignis, vel quòd ſit aliter imperfecta. Neque obſtat ſi dicas, ſatis eſſe ſi de diffamatione fiat fides coram ſuperiore, prout arbitrati ſunt Alex. conſ. 120. num. 2. lib. 7. & nonnulli, quos ibi refert, & ſequitur, quod videmus ſeruari in cauſis fidei, in quibus ſolet in congregatione diſcuti de qualitate teſtium an ſint inimici inquiſiti, eorum nominibus inquiſito aliter non editis, quia reſpondeo, id obſeruari, quando teſtibus imminet periculum, ſicuti imminere præſumitur in cauſis fidei, vt dixi ſupra cap. 87. ſub. num. 19. quo caſu eorum nomina non eduntur, vel quando timetur de ſubornatione: At in caſu noſtro vtrumque ceſſat, quia periculum non præſumitur imminere, & ſubornationis timor ceſſat, ex quo dicta teſtiũ ſunt per Notarium redacta in ſcriptis ad notata per Ang. in l. ſi vacãtia. C. de bon. vacan. & Ang. de Aret. tract. de malef. in verbo. quòd fama publica num. 1. & per nos ſupra cap. 84. num. 26. in 3. requiſito.

Hanc concluſionem ſupra firmatã, quòd ſit tradẽda copia diffamationis, amplia vt habeat locum etiã in crimine hæreſis per ea, quæ ſcribit Bal. conſ. 95. regula. lib. 1. quẽ refert, & ſequitur Ioan. Ant. de Nigr. ſuper Capitulis Regni cap. 143. ſubiungẽdo num. 8. in fine. Nec obſtat, quòd contrariũ ſenſerit Affl. ſuper Conſtitutione. hi qui. notab. 15. nu. 18. in fine lib. 1. motus ex textu in cap. fin. de hæret. in 6. quia reſpondeo, ex eo textu non probari aliud, niſi quòd nomina accuſatoris, & teſtiũ ſint ſupprimẽda, quando ſubeſt timor periculi. Sed quòd dicta eorum, ſuppreſſis nominibus, non ſint edenda, hoc non dicit ille textus, immo, vt colligitur ex eodem textu à contrario ſenſu, eſſent edẽda etiam cũ nominibus, ſi poſſet ceſſare periculum: de quo vide, quæ ſcripſi ſupra dicto cap. 87. ſub num. 19. Limita modo, vt non procedat in crimine læſæ maieſtatis in Regno. Neap. per allegatam Conſtitutionem. hi qui. lib. 1. vbi diſponitur, quòd copia inquiſitionis non concedatur, niſi habito ſpeciali reſcripto à Rege, cui prius erit facienda relatio de qualitate delatoris, & delati, & de numero, & qualitate teſtiũ, & notant Affl. dicta conſtitutione. hi qui. &c. Foller. in pract. crim. in verbo. Detur copia capitulorum num. 4. & Ioan. Ant. de Nigr. in dicto c. ſubiungendo ſub nu. 8. ibi. Hoc tamẽ limitatur &c. Et hæc quando copia eſt petita. Si non eſt petita, ſed eſt reſponſum ad interrogationes iudicis, dico, non eſſe concedẽdam ad effectum impediendi inquiſitionem. Nam contra præſentem, & tacẽtem poteſt inquiri, diffamatione non præcedẽte, vt dixi ſupra cap. 84. num. 18. Et hæc de copia diffamationis, & indiciorum.

Si loquimur de copia capitulorum, dico, quòd eſt concedẽda, & moueor primo, quia capitula, & articuli idem important, vt patet ex his, quæ ſcribit Maran. in ſuo Spec. par. 6. actu 14. num. 10. dicens, quòd articuli fiunt, quãdo proceditur via libelli accuſatorij ad inſtantiam partis, & capitula, quando proceditur ex officio, & hoc nõ habet dubium, ſed copia articulorum eſt concedẽda antequã reus reſpondeat, vt tradit Rot. diuerſ. in practicabilibus nu. 138. par. 2. fol. 163. ergo & copia capitulorum: immo de capitulorũ copia teſtatur Rota, quia, confundendo hęc nomina, articulos, & capitula, ait copiam articulorum eſſe dandam reo inquiſito antequam reſpondeat, etiamſi procedatur ex officio: ſecundo moueor ex practica, quam retuli ſupra. ibi. & pro intelligentia &c. Nam ſi reo ſunt exponenda capitula. Ergo poteſt peti, & concedi eorum copia, ſiquidem nullum prorſus ex ea ſequi poteſt damnum, quippe cum in eis nec dicta teſtium, nec eorũ nomina contineantur, ſed ſolum tituli delictorum, & ſi debet ei de iure concedi copia repertorum, vt dixi ſupra: ergo quanto magis copia capitulorum, quæ eſt pars repertorum?

Si loquimur de copia ſpecialis inquiſitionis, non

eſt

est dubium, quòd illius copia est concedéda si petatur. Nam inquisitio, hoc est, titulus, & tenor inquisitionis stat loco libelli iuxta ea, quę scripsi supra ca. 86. sub num. 16. Sed copiam libelli diximus esse edendam. Ergo idem dicemus de copia inquisitionis, & forsan esset edéda gratis per ea, quæ diximus de copia libelli supra ibi. Si primo casu dico resolutiuè &c.

Remanet tamē difficultas, an sit edéda antequā reus cogatur respondere, vel postea? & dico, quòd est edéda antea, quia ad effectum, vt reus possit deliberare, an velit cedere, vel contédere, copia libelli est sibi tradéda priusquam cogatur ad respondédum. Secundo, quia cui est concedéda copia articulorum antequam examinetur, eidem à fortiori cōcedéda est copia inquisitionis, vtpote ea, quæ præcedit articulos. Sed inquisito est concedéda copia articulorum priusquam examinetur, etiamsi procederetur ex officio, vt dixi supra ibi. Si loquimur de copia capitulorum &c. & hæc dicta sint pro cognitione, & intelligétia iuris communis, ex quibus habes, quòd copia in omnibus tribus casibus est concedéda priusquam reus cogatur respondere: quicquid in contrarium scribat Neuiz. cons. 75. sub nume. 1.

Si loquimur de consuetudine: denuo distinguo: Aut loquimur de copia diffamationis, seu indiciorum petita à reo priusquam testes sint repetiti, seu habiti pro repetitis: Aut de copia, petita postquam sunt repetiti. Si primo casu: dico, consuetudines esse diuersas. Nam Flandriæ Procurator generalis non dat parti copiam inquisitionis, seu informationis, teste Iodoco in pract. crim. ca. 8. num. 22. Similiter Neapolis de obseruantia Magnæ Curiæ non datur copia repertorum, nisi, lite cōtestata, & repetitis testibus examinatis ad informationem Curiæ, seu habitis pro repetitis, testibus Capicio decis. 74. num. 2. Foller. in pract. crim. in verbo. & si confitebuntur in 3. par. 3. par. sub num. 51. & Ioan. Ant. de Nigr. super Capitulis Regni ca. 143. subiungendo. sub nu. 8. & quòd idem seruetur in Regno testantur Maran. in suo Spec. par. 6. Rub. de inquisitio sub num. 8. ibi. Sed ego puto. fol. mihi 257. & Foller. in pract. crim. in verbo. Detur copia capitulorum sub num. 1. & 5. & quòd ita practicetur secundum generalem consuetudinem testantur idem Foller. in pract. crim. canon. fol. 165. nu. 6. pract. Conrad. fol. 255. limit. 6. Clar. lib. 5. recept. sent. q. 45. vers. Sed quid si reus. & q. 49. vers. Item scias. & vers. Hæc autē omnia. & Flam. Cart. qui nonnullos alios congerit in pract. interrog. reor. lib. 3. cap. 2. num. 22. & ca. 3. num. 60. Et hanc practicam vidi, & video obseruari tam hic in vrbe, quàm in toto statu ecclesiastico, & tā in alijs causis criminalibus, quàm in hæreticalibus, in quibus vidi in officio Sanctæ Inquisitionis Meliuetanæ, interrogatum, & examinatum quēdam Franciscum Turrensem V. I. D. per Reuerédissimos Dominos Fratrem Martinū de Portalruuio Episcopum Meliuetanum, & Petrum Dusinam Inquisitorem, & delegatum Apostolicū, cuius senētia condemnatoria legitur in eius processu fol. 121. & ego referam eam in tertio libro ad ostédédum, quòd sententia debet præcedere abiurationem. Is inquam Franciscus Turrensis, dum interrogaretur, opponebat de cap. qualiter, & quando, quòd non tenebatur respondere, nisi prius discuteretur, an contra eum præcederet diffamatio: verum, non obstante allegato cap. fuit, denegatis copijs petitis, coactus respondere, huiusq; practicæ ratio est, ne reus, agnitis testium nominibus, eos subornaret, vt se absentarent ad hoc, vt nō possent repeti: vide Ioan. Ant. de Nigr. loco citato, & colligitur etiam ex his, quæ tradit Foller. in dicto verbo. detur copia capitulorum, sub num. 5. In quibusdam alijs Curijs copia diffamationis, & indiciorum editur, Reo nondum examinato, sicque ante litis contestationem, vt testantur Iodoc. dicto cap. 8. nu. 23. & Ioan. Ant. de Nigr. dicto cap. subiungendo sub num. 8. dicés, ita ab antiquissimis temporibus fuisse obseruatum de stylo, & obseruari in Ciuitate Cāpaniæ suæ patriæ. In alijs verò Curijs testatur idē Ioan. Ant. de Nigr. loco citato, esse diuersas cōsuetudines, dicés in quibusdam dari reperta sine nominibus testium, & Foller. in pract. crim. in verbo. Detur copia capitulorum. sub num. 5. testatur, quòd in Regia Prouinciali Audientia datur copia repertorum antequam testes sint repetiti, seu habiti pro repetitis. Sed hoc non obstat, quia satis est, quòd dicta copia non detur, nisi saltem post litis contestationem, sicuti loquitur Foller. loco citato. Ego tamē, vt dixi, nisi lis sit contestata, & testes sint repetiti, seu habiti pro repetitis, vidi indistinctè copiam denegari, tam nominum testium, quàm repertorū: Et ab ista practica ego in iudicando nunquā recessi. Quare licet Papien. in pract. in forma Inquisitionis in glo. fama publica. sub nu. 4. dicat iudices, qui denegant copiam diffamationis, pessimè facere, tamē ego dico, quòd hodie pessimè facerēt, si nō denegarēt. & possent reputari iudices imperiti, vt aduertit Clar. dicta q. 49. vers. hæc autem omnia. Nō obstat huic practicæ consideratio, quam facit Clar. & nos retulimus supra. ibi. Secundo quia si esset vera &c. quoniam respondeo, reum habere duplex remedium: primum, vt coram Superiore reclamet à denegatione petitæ copiæ iuxta ea, quæ scripsi supra num. 9. Nam licet Clar. lib. 5. recept. sent. q. 31. vers. fama publica. dixerit loquendo cum bona venia aliorum sibi videri somnia vigilantiū, quòd iudex, reclamante reo, teneatur facere fidem coram Superiore de diffamatione, tamen ego cum bona venia sui credo esse ponderatum vigilantium sermonem. Siquidem ita docuerunt Spec. tit. de inquisitio. §. quando, vers. Si autem inquiratur. Gandin. tract. de malef. Rubr. Quomod. de malef. cognosc. per inquisitio. sub nu. 15. August. ad Ang. tract. de malef. in verbo. Hæc est quædam inquisitio. sub nu. 57. & Boss. tract. crim. tit. de inquisitio. num. 71. Et ego dum essem Commissarius in Ciuitate Tusculana, & inquirerē de incestu contra quendam Petrū Scalabrinum, isque reclamasset modo apud summum Pontificē, & modo ad Sacram Consultam, quòd processissem minus iuridicè sine querela, & sine legitimis indicijs, eadem Sacra Consulta voluit ad se transmitti processum informatiuum, &

visis

viſis in eo legitimis indicijs, reſcripſit mihi, vt procederē ad vlteriora. Secundum remedium erit, vt reus, qui à iudice cogitur reſpondere interrogationibus, proteſtetur de nullitate inquiſitionis, &, ſaluo ſibi iure opponendi contra inquiſitionē, vti formatam, non præcedente diffamatione, reſpōdeat, quia deinde, publicato ſibi pceſſu, ſi apparuerit de nullitate inquiſitionis, poterit de ea opponere. Et hæc de copia diffamationis, & indiciorum antequā reus cogatur reſpondere.

Si loquimur de copia capitulorū ſimiliter diſtinguo: Aut loquimur ante litis conteſtationē, hoc eſt, antequam reus ſit integrè examinatus: Aut poſtea. Si antea, dico, nec capitulorū, nec articulorū copiā dari. Nā in Regno Neapolitano, vbi ex aſſumptis informationibus eliciuntur, & formantur capitula iuxta practicam quam indicāt Affl. in Conſtitutione. humanitate nobis. notab. 19. nu. 51. lib. 2. Ioan. Ant. de Nigr. in cap. 143. ſubiungendo. num. 19. & Foller. in pract. crim. canon. in verbo. Aut inquiſitione formata num. 44. fol. mihi 93. & latè docent Maran. in ſuo Spec. par. 6. Rub. de inquiſitio. ſub num. 8. fol. mihi 257. & actu 14. ſub num. 10. & magis fusè, & ordinatè idem Foller. in pract crim. in verbo. Dentur capitula &c. in principio. & in verbo. Detur copia capitulorum: reus ducitur corā iudice, eique ſic ducto, legūtur capitula, & ſuper vnoquoque eorum notatur reſponſio ipſius rei, vt tradunt Maran. in dicto actu 14. ſub nu. 10. & Foller. in pract. crim. in verbo. Fiat litis conteſtatio. num. 1. quæ practica legendi capitula eſt cōformis practicę legendi inquiſitionem iuxta ea, quę ſcribit Marſ. in pract. crim. §. conſtante num. 11. & §. poſtquam in principio: habita reſponſione, ſcribitur in Regno actus litis cōteſtationis, vt tradit Foller. in dicto verbo. fiat litis conteſtatio num. 1. in fine, & num. 2. facta litis conteſtatione, conceditur reo terminus ad ſe defendēdum, & ſimul decernitur copia capitulorum, vt docent Maran. in locis allegatis, & Foller. in pract. crim. in verbo. Facta litis conteſtatione. & in verbo. Detur copia capitulorum: vnde liquet, quòd ante litis conteſtationē ei non decernitur copia capitulorum, & in ſtatu eccleſiaſtico, vbi nō formantur capitula, ſed eſſent formandi articuli, quādo reus nollet habere teſtes pro repetitis, illorum articulorum copia non datur antequā reus fuerit examinatus, teſte Rota diuerſ. in practicabilibus num. 138. par. 2. fol. 163.

Si loquimur poſtquam reus eſt examinatus: tūc diſtinguo: Aut vult habere teſtes pro repetitis, & legitimè examinatis: Aut non. Si primo caſu: dico, ei concedēdam eſſe petitam copiam tam dictorum teſtium, quàm nominum, vt dixi infra. ibi. Si verò teſtes ſunt repetiti &c. Si non vult eos habere pro repetitis, quod rarò occurret in practica, ſiquidem habentur pro repetitis præter mortuos, & abſentes, & ſaluis exceptionibus contra perſonas, & dicta teſtium, vt docent Foller. in pract. crim. in verbo. Detur copia capitulorum num. 5. & Flam. Cart. in pract. interrog. reor. lib. 3. cap. 3. num. 61. & ſeq. & tunc dico eſſe ſimiliter concedēdam. Sed diuerſimodè. Nam in Regno concedetur copia, in qua continebūtur omnia reperta ſine nominibus teſtiū, vt tradit Maran. dicta Rub. de inquiſitio. ſub num. 8. Et quia poſſet eſſe, quòd iudex non daret integrā copiam, inoleuit practica, vt inquiſiti proteſtētur, ꝙ de repertis, & non exhibitis in copia nulla habeatur ratio, vt tradit Foller. in pract. crim. in verbo. Detur copia capitulorum. num. 2. Sed in ſtatu eccleſiaſtico formarētur ſolūmodo articuli, quibus ad inſtar capitulorum, quæ formantur in Regno continererur tota intentio Curię, vt in ciuilibus, & illorum articulorū eſſet concedēda copia ad hoc, vt Reus poſſet facere interrogatoria, & ita diſponitur in ſtatutis vrbis lib. 2. cap. 12. & ſic obſeruaui, & hæc de copia capitulorum ſecundum conſuetudinem, & practicam.

Si loquamur de copia ſpecialis inquiſitionis, dico, quòd difficultas ceſſat, ex quo hodie illa ſolemnitas, & forma inquiſitionis receſſit ab aula, vt docui ſupra cap. 86. ſub nu. 16. ibi. Si verò loquimur. Et licet in Regno ſecundum practicam formandi capitula, quam docet Foller. in pract. crim. in verbo. Dentur capitula. &c. ibi. Capitula ſpecialis inquiſitionis faciendæ &c. videatur dicendum in Regno non receſſiſſe ab aula, tamē dico, quòd receſſit, teſte Carauita, quē allegaui ſupra ſub dicto nu. 16. Et licet ipſe eo loci dicat, quòd illæ ſolemnitates apponendæ in inquiſitione ſpeciali, debent apponi in primo capitulo, quod ſatis etiā indicat Foller. loco citato: nihilominus ego in Prouincia Aprutij vidi tam dictas ſolemnitates, quàm ipſa capitula receſſiſſe ab vſu. Ibi enim non ſecus ac in ſtatu eccleſiaſtico vidi aſſumi informationes, & deinde. ſi ex illis reſultet ſufficiens indicium ad inquirēdum, capitulis aliter non formatis, procedi vel ad capturam, vel ad citationem, & reum comparentem, ſeu captum interrogari ſuper delicto, & qualitatibus illius. Cæterum vbi formatur monitorium, vt hic in vrbe, nō eſt dubium, quòd reo traditur copia illius, immo ad eum tranſmittitur ſine expenſis, & nō petita, quia eſt citatio quædam, vt dixi ſupra cap. . . nu. . . Et ideo non mirum ſi Moder. in qq. crim. lib. 1. q. 1. num. 69. dixerit reum captum examinari, illi copia inquiſitionis non tradita, quomodo enim poteſt tradi copia, ſi nō formatur inquiſitio? Et hęc de copia petita priuſquam teſtes ſint repetiti.

Si verò teſtes ſunt repetiti, ſeu habiti pro repetitis, dico copiam eſſe concedēdam omnium repertorum, cum nominibus, & cognominibus teſtium: vide Franc. Brun. tract. de indic. & tort. q. 2. 1. par. ſub num. 9. & latè Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 49. per totam, & particulariter ad hoc propoſitū, in ver. Itē ſcias. & Flam. Cart. in pract. interrog. reor. lib. 3. ca. 3. nu. 48. cum ſeqq. vide etiam Foller. in dicto verbo. Detur copia capitulorum ſub num. 1. & latiſſimè Moder. in qq. crim. lib. 2. q. 39. in pluribus locis, qui copiosè explicant, & declarant, & forma publicationis, & dationis copiæ erit ſine præiudicio vlterioris proceſſus: vt, fauente Deo, latè proſequemur lib. 2. Et hæc ſufficiant circa ſecundum quæſitum.

12 † Quæro tertio, an in copia articulorum ſint edēda etiam nomina teſtium examinandorum? Reſpondeo:

spondeo: Hæc quæstio re[...]icit secundum librum tamen eam dissoluo: Aut sumus in causis ciuilibus, aut in criminalibus, aut in hæreticalibus. Si in ciuilibus: res est controuersa. Nam, quòd non sint notificanda propter timorem subornationis, tradunt Spec. in tit. de teste. §. qualiter. vers. post hoc: Alex. in l. 1. §. editiones col. penult. ff. de eden. quos refert, & sequitur Maran. in suo Spec. par. 6. actu 10. num. 60. Vnde iuxta hanc opinionem inoleuit mos articulantium, vt in calce articulorum, suppressis testium nominibus, ponant in eorum loco sæpe sæpius hanc literam. N. N. N. &c.

Contrariam sentētiam, quòd nomina sint edenda, tenent Bal. num. 12. & Felyn. qui eum refert, & sequitur in cap. per tuas num. 3. in fine. de testib. & Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. num. 18. & hanc crediderim esse opinionem magis rationabilē. Etenim, vt refert, & sequitur Vestr. si copia materiarum, & articulorum datur, vt reus possit facere interrogatoria, ergo dāda etiam erit copia nominum testiū, quia interrogantis munus non tantum ex qualitate probandorum, quantum ex qualitate testium perficitur. Siquidem pondus depositionis consistit magis in qualitate testis, quàm in qualitate dicti, vnde dicimus, testibus, & non testimonijs iudicādum esse: vide Crauet. cons. 9. num. 19. Quapropter bene infert Vestr. loco citato, non antea incipere dilationem ad dādum interrogatoria, quàm sint edita nomina testium. Limita hanc conclusionem, vt non procedat quando aduersarius petens copiam esset potens, vide Bal. in repetitione l. edita num. 108. C. de eden. Dec. in cap. 1. num. 157. de probat. & Cagnol. in l. 1. num. 6. C. de eden. & alios quos refert, & sequitur Thom. Triuis. decis. 44. num. 2. & seqq. lib. 1. dicens ita fuisse decisum coram Nuncio Venetiarum, & hæc in ciuilibus. Si sumus in criminalibus: vide quæ dixi supra num. præcedenti, vers. si loquimur postquam. &c. & latius dicam lib. seq. In hæreticalibus satis certum est, quòd nomina non eduntur ad ea quæ dixi supra cap. 87. num. 18.

13 † Quæro quarto de nonnullis alijs, quę etiā fuissent attingenda in libro sequenti: & primo: an principali sit edēda copia positionum antequam illis responderit? Respondeo: Bal. in l. 2. nu. 6. not. 3. vers. deinde iudex. C. vt lite pend. quem refert, & sequitur Maran. in suo Spec. par. 6. actu 4. num. 19. tenet copiam non dari, nisi prius ipse principalis fuerit examinatus. Et hæc opinio videtur seruanda in Regno ex dispositione pragmaticæ: quinta die.

Contrariam sentētiam, quòd earū copia sit edēda, etiam ante principalium examen, Luc. de Pen. in l. in sacris la 3. col. 5. vers. secundo ex quo. C. de proxi. sacra. scri. lib. 12. testatī seruari in magna Curia, & Vestr. in pract. lib. 5. cap. 14. num. 9. in Curia Romana, reddens, eo loci rationem huius practicę: & latè apud eum Grauat. nu. 33. Et quòd hæc opinio videatur cōis * de iure, vide Carauit. super Ritu 79. num. 11. ibi. Quid dicendum? & sub num. 12. ibi. quia vt supra diximus. Et propterea actor cautè protestari solet in productione positionū, ne reo detur copia earum, nisi, facta responsione, vt docet Luc. Pæt. in pract. Capitol. lib. 2. cap. 4. num. 11.

Quid tenendum? dico recedendum non esse à stylo loci. Cæterū illud silentio non prætereo, quòd in Regno Neapolitano copia articulorum, seu inquam positionum nunquam datur, nisi post publicationem causæ, vt testatur Carauit. dicto Ritu 79. num. 10. in fine. 11. & 12. dicens, quòd nulla Curia reperitur in Regno, in qua detur copia articulorū, & quòd de hoc dubitare esset ridiculum, ex quo ita seruatur in sacro Regio Consilio, teste Affl. decis. 33. num. 3. cuius Consilij stylus pro lege habetur. & sic seruatur prima opinio ob rationem, quam adducit Carauit. sub dicto num. 12.

14 † Quæro quinto: An sit tradenda copia allegationum iuris? Respōdeo de hoc in puncto iuris extare opiniones, quas vide apud Ias. in l. 1. §. edenda num. 6. ff. de eden. Maran. in suo Spec. par. 6. actu 10. num. 58. & latius apud Afin. in pract. §. 24. cap. 7. sed, quicquid sit de iure, de consuetudine indistinctè datur, & ita etiam loquendo de iure consuluit Ioan. de Amic. cons. 103. num. 3. quem videto.

15 † Quæro sexto: An sit danda copia interrogatoriorum? Respondeo, propter timorē subornationis non esse dandam glo. in cap. 2. in verbo. Interrogatoria. de testib. in 6. Innoc. Bal. & Felyn. in cap. per tuas. num. 3. de testib. idem Bal. in l. data opera num. 36. vers. nota tamen. C. qui accus. Dec. in l. is apud quem num. 19. C. de eden. & Maran. dicto actu 10. num. 57. & ita vidi semper obseruari, & obseruauitam in statu ecclesiastico, quàm in Regno, tā in causis ciuilibus, quàm in criminalibus.

16 † Quæro septimo: an testibus torquendis sit cōcedenda copia indiciorum, maximè si sit petita, & sint torquendi ad sciendos complices? Respōdeo, Hæc quæstio iā diu agitata est, & hinc inde ad sunt defensores non leuis armaturæ, vt cognoscere licet ex informationibus quondam Francisci Cultelli, & Honofrij Camaiani Aduocati Fisci hic in vrbe, viri sanè eruditi, & eminētis, ac insignis doctrinæ, diligentia Moder. transcriptis in eius qq. crim. lib. 2. q. 39. num. 116. vsque ad nu. 146. Sed nos, vt plenè, & distinctè procedamus, reassumimus totam quæstionem, breuibus tamē, ac resolutiuis agemus. Cōmunis theorica vsu, & praxi recepta videtur esse, ꝙ testibus torquendis copia sit deneganda, quia aliàs destruerētur processus per ea, quæ scribunt Bar. in l. vnius. §. iudex. num. 1. ff. de quæstion. Boss. tract. crim. tit. de tortur. test. nu. 38. 39. & 40. vbi concludit socium esse torquēdum absque alia disputatione, & Clar. lib. 5. recept. sent. q. 25. vers. solet dubitari. His ad vberiorē intelligētiam relatis, distinguo: Aut delictum contra reum est plenè probatū: Aut non. Si est plenè probatum, abstinendum est à tortura, vt paucis admonet Boss. vbi supra. num. 42. & latius, fauēte Deo, prosequar lib. seq. Si nō est plenè probatum: rursus distinguo: Aut qualitas, quæ est causa torturæ, est notoria iuxta ea, quæ scripsi supra cap. 76. num. . . Aut non est notoria. Si notoria, vtputa, quia per sentētiam, seu euidentiam rei, seu euidētiam actorum notoriè constat testem esse infamem, seu seruum, seu varium, & tunc in omni casu, in quo sit locus torturæ, dico posse torqueri, denegatis copijs, & ratio est multiplex, vt ostendi infra

infra verſ. & moueor. Et hic addo, quia videtur calumnioſè petita. Si non eſt notoria: diſtinguo: Aut teſtis eſt ſimpliciter teſtis, aut eſt teſtis, & particeps delicti. Si ſimpliciter teſtis: denuo diſtinguo: Aut qualitas ſugillat eius ſtatum, aut non ſugillat. Si ſugillat, vtputa quia vnus, ſeu duo teſtes depoſuerint, quòd delicto fuit præſens. A. ſeruus Martini, ſeu arenarius, & A. dicat ſe fuiſſe præſentem, ſed neget ſe eſſe ſeruum, & iſto caſu cenſeo non eſſe deueniẽdum ad eius torturam, niſi prius fuerit diſcuſſum ſuper ſeruitute, hanc tamẽ diſcuſſionẽ moneo faciẽdam eſſe, datis ſolum copijs nominum teſtiũ, & depoſitionis eorum circa ſeruitutem, & non circa indicia cõtra reum, & ita intelligas Boſſ. dicto tit. de tortur. teſt. ſub nu. 38. & 40. & Moder. qui eũ allegat dicta q. 39. num. 149. Si non ſugillat, vtputa, quia vnus, ſeu duo teſtes deponãt B. interfuiſſe delicto, & B. examinatus neget ſe fuiſſe præſentem, ſeu aſſerat, ſe interfuiſſe, ſed neget ſe vidiſſe &c. & iſto caſu ſit locus diſputationi, & in quo ſcripſerunt præfati doctiſſimi Aduocati. Ego in primis moneo iudicem, vt quantum poteſt effugiat eiuſmodi intricationem, & contrarietatem teſtium, quam ſi euitare, ſalua conſcientia non poterit, tunc abſtineat quãtum poteſt à tortura teſtiũ, ne ſequatur demolitio proceſſus, & tandem vbi ad torturam ſit deueniẽdum cenſeo vnà cum Boſſ. & communi opinione, & contra ſublimitationem Moderni dicta q. 39. ſub num. 148. quòd teſtis poſſit torqueri denegatis copijs, & moueor primo, quia, tradẽdo copiã, poſſet ſequi offuſcatio veritatis, & ſubornatio teſtium, & delicta remanerẽt impunita, vt cõſiderant Boſſ. & alij eiuſdem opinionis. Itẽ quia de tortura eiuſmodi teſtium tractatur in Inquiſitione generali, cuius copia non conceditur ne deſtruantur proceſſus, vt admonet Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 25. verſ. ſolet dubitari. Secundo: (& eſt ratio noſtra) quia leuis tortura ſecundum vnam opinionẽ non dicitur tortura, ſicut nec leuis febricula dicitur febris iuxta ea, quæ dixi ſupra cap. 42. ſub num. 5. verſ. Siquidem ſicut &c. ſaltem in caſu noſtro, ex quo nõ tendit cõtra torquendum. Ergo licet in tortura Rei, quæ eſt grauis debeat tradi copia, tamẽ non valet illatio ad torturam teſtis, quæ eſt leuis, vt dixi ſupra ſub dicto num. 5. Tertio, quia tortura Rei datur in caput proprium, & tendit ad finem, vt ipſe reus puniatur, ſed tortura teſtis datur in caput alienum, & non tẽdit contra ipſum teſtem: ergo in ea non eſt ita neceſſaria defenſio, ſicut eſt in ea, quæ infertur reo, & ſic quæ pauca non proſunt multa ſimul collecta iuuant vulg. iuribus, & ita ſeruaui, & ſeruarem. Nõ obſtant conſiderationes Moder. ſub dicto nu. 148. dum ait, quòd iſte teſtis poſſet probare contra illos teſtes, quòd ſunt ſui inimici, vel falſarij. Nam reſpondeo, quòd teſti fruſtra videtur concedi repulſa aduerſus teſtes, qui quicquam non deponunt contra ipſum teſtem. Si eſt teſtis, & particeps delicti: rurſus diſtinguo: Aut iſte teſtis nominauit ſocium: aut non. ſi nominauit: certum eſt in practica, quòd, omiſſa omni diſputatione, eſt leuiter torquẽdus ad validandum dictum, vt dixi ſupra ca. 81. ſub nu. 6. & c.... nu. ... Si non nominauit, tunc redeo ad illam primam diſtinctionem: Aut eſt notorius delinquens: aut non. Si eſt notorius: adhuc diſtinguo: Aut tortura inferẽda tendit ſolum ad ſciendos cõplices delicti iam confeſſati: Aut tendit etiã ad aggrauandum delictum, ſeu ſciendam qualitatẽ, quæ illud reponat in diuerſa ſpecie, & ſic tendit etiã contra ipſum principalem. Si primo caſu: dico torqueri, denegatis copijs, quia cum interrogetur in caſu, de quo poteſt interrogari, & tortura ſit leuis, & inferatur in caput alienum, nõ eſt dubium, quòd tortura infertur, denegatis copijs, & adde quę dixi ſupra cap. 97. ſub nu. 180. verſ. Illud quoque obiter. Si in ſecundo: dico non eſſe torquendum, niſi habitis copijs &c. & iuxta hunc ſecũdum caſum ego ſemel habui in facto quandam mulierem viduã prægnantem inquiſitam, & indiciatam de inceſtu, quæ cum non poſſet negare coitum, ex quo fuerat prægnans, & pepererat, dicebat ſe cognitã fuiſſe à quodam Piceno eius famulo, cuius cognomen, & patriam dicebat ſe ignorare, adeo quòd reperiri non poterat: ſicque fatebatur coitum ſtupri, & negabat coitum inceſtus, de quo erat indiciata: Vnde, habita eius confeſſione de ſtupro, & attenta notorietate coitus illiciti, quę apparebat ex rei euidentia, Fiſcus inſtabat, eam torqueri, & pro parte mulieris petebatur copia indiciorum: ſicque fuit factus locus diſputationi: an eſſet concedẽda copia cum termino ad ſe defendẽdum: in qua pro parte Fiſci adducebatur communis * theorica, & praxis ſuperius relata, quòd veluti teſtis, & ſocia criminis eſſet torquẽda, non data copia proceſſus. Et pro parte mulieris, pro qua ſcripſerunt inter alios Domini Auguſtinus Lazarinus, & Antonius Scappus viri in hac facultate ſatis certè eruditi, & inſignes, quorũ informationes habeo in meo Manuale Iuris. in verbo. copia. & in verbo. Inceſtus. Adducebantur à Domino Auguſtino iſtę rationes: prima, quia in omni caſu ante torturam debet tradi copia indiciorum, & de ea non tractatur, niſi, publicato proceſſu, ſiquidem de indicijs non dicitur antea conſtare. Secunda: quia ſocius criminis, licet quoad ſe ſit principalis, tamen quoad alios eſt teſtis, & de tortura teſtis tractari non debet, niſi præcedant indicia contra reum. Igitur danda eſt copia ad hoc, vt inſpiciatur ſi præcedant indicia. Omnibus maturè diſcuſſis, iudicaui contra Fiſcum, quòd copia eſſet concedenda: verum, quia rationibus, quas in fauorem mulieris adducebant poterat reſponderi. Nam primæ rationi ſatis obſtat fallentia, quę ex communi Doctorũ ſententia adducebatur pro parte Fiſci: Et ſecundæ obſtant ea, quæ nos diximus ſupra cap. 86. ſub num. 14. ibi. Non obſtat tertio &c. Ideo cõtra Fiſcum adducebam ipſe aliam rationem, quòd iſta mulier non poterat torqueri vti teſtis, quin torqueretur vti rea, & principalis: quia, cũ Curia nollet ſtare eius confeſſioni de ſimplici ſtupro, ex quo erat confeſſio ſatis ſuſpecta de falſo, & indicia vrgebant, de inceſtu, erat torquenda ad effectum, vt fateretur ſe cognitam fuiſſe à N. eius cõſanguineo, & ſic, vt fateretur inceſtum: vnde torquebatur vti rea principalis, & vti teſtis, quo caſu ſibi eſt concedenda copia antequam torqueatur, vt tradunt Foller. in

ler.in pract.crim.in verbo. Capiat informationem. ſub num.38.& Flam. Carr. in pract. interrog. reor. lib.3.cap.3. ſub num. 16. & 17. & poſt eos Moder. in qq.crim.lib.2.q.39.ſub num.150.verſ.ſublimita: licet Carauita in ritu 79. in fine, per eum allegatus id non aſſerat. Et hæc quando eſt notorius. Si non eſt notorius delinquens, vtputa, quia duo teſtes deponant, inquiſitum, aſſociatum à quibuſdā alijs interfeciſſe Titium: tunc dico, non eſſe torquendum, niſi poſt traditas copias, & factas defenſiones, quoniam non poteſt torqueri in caput aliorū, quin torqueatur in proprium. Etenim, ſi nominaret ſocios, iam faceret ſe reum homicidij. Et licet iudex vellet in examine ipſum ſumere abſolutè vti teſtem, reputando eum quoad ſe conuictum, tamen hoc non poteſt, quia non dicitur conuictus, niſi poſt factas defenſiones, & non poteſt iudex variatione verborum mutare ſubſtantiam negotij, vt bene admonet etiam Moder.dicta q.39.num. 150. in fine.

17 † Octauo, & vltimo quæro: an ex petitione copię libelli inducatur conſenſus in iuriſdictionem? Reſpondeo, quòd nō, teſtibus Papien. in pract. in forma Declinationis Iuriſdictionis &c. in glo. nec fuiſſe, num. 1. fol. mihi 146. & Felyn. in ca. inter monaſterium, in vndecima declaratione nu. 13. de ſent. & re iud. ſicut etiam minus inducitur per ſatiſdationem de iudicio ſiſti, teſtibus iiſdem Papien. vbi ſupra, & Felyn. in ca. inter monaſterium, in quinta declaratione num.9. & Bal. in auth. offeratur nu.2. C. de lit. conteſt.

De exceptionibus in genere: de declaratorijs: de reſpicientibus perſonam litigantium, & de reſpicientibus libellum, ſeu cauſam, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & hæreticalibus. Cap. CI.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio quid, & quotuplex ſit.*

2 *Exceptio dilatoria regulariter opponitur ante conteſtationem litis, &, ſi fuerit probata, impedit litis ingreſſum, & aduocatus, qui eā opponeret poſt litis conteſtationem, de iure eſſet puniendus.*

3 *Exceptio peremptoria opponitur poſt litis conteſtationem &c.*

4 *Exceptio anomala, ſeu anormala, ſeu anormis eſt mixta, quæ poteſt opponi tam ante, quàm poſt conteſtationem litis.*

5 *Exceptiones, de quibus agimus in hoc primo libro.*

6 *Exceptiones declinatoriæ fori, ſeu incompetentiæ, ſeu recuſationis: item exceptiones legitimationis perſonæ, & exceptiones reſpicientes libellum, ſeu cauſam dicuntur omnes dilatoriæ.*

7 *Exceptio declinatoria fori, & particulariter recuſatio iudicis eſt opponenda ante conteſtationem litis.*

8 *Recuſatio iudicis non poteſt opponi poſt aliam exceptionem, quamuis opponeratur ante litis conteſtationem.*

9 *Limita; vt non procedat, ſi opponeretur ſimul cum alia exceptione.*

10 *Limita ſecundo, vt non procedat quando ſuperueniret de nouo.*

11 *Amplia iſtam limitationem, vt procedat etiam poſt litis conteſtationem, quia adhuc poſſet opponi.*

12 *Limita tertio, vt non procedat quando ignoranter non fuiſſet oppoſita, & ſimiliter quando fuiſſet dubiè cognita.*

13 *Limita quarto, vt non procedat in recuſatione iudicis oppoſita à tertio interueniente ad cauſam, quāuis ipſe non poſſit declinare forum, ex quo habetur loco actoris.*

14 *Exceptio declinatoria fori vnde oriatur.*

15 *Iuriſdictio incompetēs conſideratur dupliciter: prorogabilis ſcilicet, & improrogabilis.*

16 *Suſpicio iudicis, cum fuerit allegata, quem effectum producat.*

17 *Exceptio declinatoria fori, ſi ſit oppoſita, quem effectum immediatè pariat: nunquid ſcilicet ſint eo ipſo ligatæ manus iudicis, vel non.*

18 *Appellatio datur à ſententia, qua iudex pronunciat ſuper incompetentia, item à proceſſu ad vlteriora poſtquam eſt oppoſita exceptio incompetentiæ.*

19 *Fallit quando pars, quæ illam obiecit, pergeret adhuc litigare coram eodem iudice. Et quid ſi proteſtaretur ſe non pergere, hoc eſt, non facere illum actum animo conſentiendi, niſi ſi, & quatenus &c.*

20 *Suſpicio allegata contra iudicem eſt cognoſcenda ab arbitris, & quid ſi iudicium agatur coram duobus delegatis, & quid ſi coram ſubdelegato.*

21 *Suſpicio, ſeu recuſatio iudicis quid ſit.*

22 *Suſpicio eſt allegãda in ſcriptis, & cum expreſſione cauſæ ſuſpicionis, & Philippus pater Alexandri Magni cur quendam iudicem officio priuauerit.*

23 *Arbitri, qui debent eligi ad cognoſcendam cauſam ſuſpicionis allegatæ contra iudicem, à quo ſint eligendi.*

24 *Arbitri eligendi vt ſupra infra quātum tempus debeant eligi.*

25 *Iudex allegatus ſuſpectus poteſt cogere arbitros electos ad acceptandum compromiſſum, & cognoſcendum cauſam ſuſpicionis.*

26 *Arbitri intra quod tempus debeant cognouiſſe cauſam ſuſpicionis, non eſt determinatum in iure, &, vbi fuerint negligētes, iudex recuſatus poteſt procedere ad vlteriora.*

27 *Arbitri ſi ſint diſcordes in procedendo, vel in cognoſcendo quid ſit agendum.*

28 *Modus procedendi poſtquam arbitri iudicauerint iudicem eſſe ſuſpectum: apud quem ſcilicet remanere debeat cauſa principalis. Et quid ſeruetur de cōſuetudine, & quid ſit diſpoſitum à ſtatutis vrbis in foro Capitolino, quando iudex Capitolinus allegatur ſuſpectus, & quid ſeruetur de ſtylo in alijs Tribunalibus vrbis, & quid in Regno, & apud quem iudicē debeat remanere, ſi arbitri iudicauerint iudicem non eſſe ſuſpectum.*

29 *Incompetentiæ exceptio allegata contra iudicem ſi ſugillat iuriſdictionem iudicis, & nō perſonam cognoſcitur ab ipſomet iudice, ſecus ſi ſugillat eius perſonam, quia adeundus eſt ſuperior, qui prouideat de iudice, qui cognoſcat hanc exceptionem.*

30 Exceptio

POST

1 POST petitas copias† quærenda est exceptio, quę, vt vna cũ Maran. in suo Spec. par. 6. memb. 9. nu. 1. me breuiter expediã nihil aliud est, quàm exclusio actionis, 2 & est duplex † quædam, quę dicit̃ dilatoria eo, quòd causam differre solet, non principale negotium perimere, & opponitur regulariter ante litem contestatam l. exceptionẽ. C. de probat. Felyn. cap. exceptionem, num. 7. de except. Maran. dicto memb. 9. num. 8. & Asin. in pract. §. 13. cap. 1. num. ✲ 17. & communiter omnes, * & hoc in tantũ est verum, vt Aduocatus, qui eam opponeret postea, esset puniendus vna libra auri l. penultima. C. de exceptio. Spec. tit. de Aduoc. §. 1. vers. Item quod post num. 11. & in tit. de except. §. 2. num. 30. Ias. in l. ita demum. num. 2. C. de procur. Maran. dicto memb. 9. num. 10. & Asin. dicto §. 13. cap. 2. ampliat. 7. nu. 2. & ratio, quare sit opponenda antea: est, quia contestatio litis pręcludit viam exceptionibus dilatorijs l. Pomponius. §. ratihabitionis. & ibi glo. & Bar. & Paul. de Castr. num. 2. & 7. ff. de procur. Spec. de lit. contest. §. effectus autem num. 2. par. 2. Maran. dicta par. 6. memb. 10. num. 15. Vant. tract. null. Rub. qualiter, & quib. mo. sent. &c. num. 57. & communiter ✲ omnes, * & opposita habet vim impediendi litis ingressum cap. pastoralis. de rescript. cap. inter monasterium. de re iud. vide Ioseph. Cumi. super Ritib. Sicil. cap. 42. num. 2. & Cæpol. cons. 64. num. 1. & seqq. & Asin. dicto §. 13. cap. 9. num. 27. vbi eũ refert, & sequitur, & concludunt, quòd impediat litis ingressum. Sed aduerte, quia non satis est eã opponere, sed debet probari, aliàs nõ impediret, Bal. & Paul. de Castr. in dicta l. exceptionem. num. 4. & Asinius dicto §. 13. cap. 1. num. 20. & seqq. Dixi, regulariter esse opponendam ante litis contestationẽ, quia habet multas fallentias, quarum ego posui vnã infra nu. 12. in 3. limitatione.

3 † Quædam verò exceptio dicitur peremptoria, & opponitur post litis contestationem, vt tradit glo. 4 in dicta l. exceptionem. C. de probat. † Addunt aliqui exceptionem anomalam, quæ videtur mixta, vt tradit Papien. in pract. in forma respõsionis Rei. in glo. saluis num. 3. fol. mihi 229. & post eum Maran. dicto memb. 9. sub num. 5. & post hos Asin. in pract. §. 13. cap. 1. num. 9. & cap. 7. quam alij, & inter hos Luc. Pæt. in pract. Capitol. lib. 2. cap. 2. nu. 7. vers. Item & peremptoriæ appellant non anomalam, sed anormalam, seu anormem, sed non curamus de nomine, quia satis est scire, quod omnes istę voces significant exceptionem sine regula, & inæqualem, quæ propterea poterit opponi tam ante, quàm post litem contestatam.

5 † Nos, quia in hoc primo libro agimus de prima parte iudicij, videlicet vsque ad litis contestationẽ inclusiuè, tractabimus solum de prima specie, videlicet de dilatorijs: de peremptorijs enim, quæ opponuntur post litis contestationem, agemus, Deo fauente, lib. seqq.

6 † Sciendum ergo est, dilatorias exceptiones, de quibus agimus, esse in triplici differentia. Quædam enim respiciunt personam iudicis, & dicuntur declinatoriæ fori, seu exceptiones incompetentię, seu recusationis. Quædam respiciunt personam litigãtium, vtputa, si opponatur, quòd comparens caret mandato, Pupillus Tutore, & quid simile, & istæ dicuntur exceptiones legitimationis personę. Quędam verò respiciũt libellum, seu causam ipsam, vtputa, quia libellus arguat̃ de ineptitudine, vel quòd actio fuerit intẽtata ante diem obligationis, quamuis ista exceptio actionis intentatæ ante diem sit potius anormis, ex quo potest opponi etiam lite contestata, & istæ carent proprio nomine.

7 † Ago nunc primum de declinatoria, & quæro quo tempore possit opponi, loquendo particulariter de recusatione iudicis? Respondeo, ante litis cõtestationem l. apertissimi. C. de iudic. & l. fin. C. de except. & ibi glo. & Doctores. Lanfr. in cap. quoniã contra. in verbo. recusationes. nu. 5. de appel. & est ✲ communis, * de qua testatur Didac. pract. qq. cap. 26. num. 1. in fine, quem refert, & sequitur Rot. diuers. decis. 2. num. 2. par. 2. Et, cum recusatio iudicis sit exceptio dilatoria, satis probatur ex his, quæ dixi supra num. 2. & efficacissimè ex his, quæ dixi infra num. seq. ibi. Contrariam opinionem, & aduerte, quia est alleganda coram ipso Iudice, qui allegatur suspectus, vel, si allegata sit coram Superiore, est sibi notificanda, & inhibendum, aliàs, si sibi non notificaretur quamuis esset notificata parti aduersæ, processus, & sententia teneret, vt decisum fuisse testatur Thom. Triuis. decis. 51. in principio lib. 1.

8 † Quæro secundo, an possit opponi post aliam exceptionẽ, sed ante litis contestationem? Respondeo: prima facie videtur dicendum, quòd sic, quia omnes exceptiones dilatoriæ possunt opponi vsq; ad litis contestationem, vt dixi supra num. 2. Sed recusatio iudicis est dilatoria: ergo &c. & hanc opinionem tenuerunt Ioan. Andr. & Butr. in cap. inter monasterium. de sent. & re iud. & Fulgos. in l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iud. Nec huic opinioni obstat, quod is, qui ante iudicis recusationem opposuit aliam exceptionem, videatur in eum consensisse: quia negando istud assumptum, respõdetur vna cum Fulgos. vbi supra, quòd, si hoc esset verum, sequeretur, quòd exceptio dilatoria operaretur contra effectum, ad quem est inducta: nam induceret consensum in iudicem, cum tamen ipsa de sui natura tendat ad impediendum eum, ne possit vlterius procedere.

Contrariam opinionem, quòd iudicis recusatio non possit opponi ab eo, qui prius opposuerit aliam exceptionem, tenuerunt Innoc. Bal. & Abb. in dicto cap. inter monasterium num. 5. in fine. 6. 7. & seq. & Paul. de Castr. in l. si conuenerit num. 3. ff. de iurisd. ✲ omn. iud. & est communis, * de qua testantur Felyn. in dicto cap. inter monasterium num. 4. & ibi Additio ad eum. Becc. cons. 2. num. 4. & seqq. lib. 1. & Mansuer. in addit. ad pract. Papien. in forma declinationis iurisdictionis in glo. 1. fol. mihi 145. & est verissima per ea, quæ fusè, & pulchrè deducit Felyn. vbi supra, & seruatur etiam in praxi, & ratio huius opinionis est, quia qui semel in iudicem consensit, & approbauit, non potest deinde illum vti suspectum

ctum

ctum ad ſui libitum recuſare argumento textus, & ibi notat glo. in l. ſed & ſi ſuſceperit. ff. de iudic. & hoc non patitur difficultatem, ſed is, qui opponit aliquam exceptionem, tacitè conſentit, & approbat iudicem, ex quo videtur requirere eum, vt ſuper ea pronunciet Bar. & Bal. in dicta l. ſi conuenerit num. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. & ibidem Iaſ. num. 26. Papien. in dicta forma declinationis iuriſdictionis in glo. nec fuiſſe num. 1. Felyn. in dicto cap. inter monaſterium num. 4. de ſent. & re iud. Ioſeph Cumia ſuper Ritib. Sicil. cap. 42. num. 10. Aſin. in pract. §. 13. cap. 8. num. 1. & de communi * teſtatur Becc. dicto conſ. 22. quem refert, & ſequitur Manſuer. in additio. ad pract. Papien. vbi ſupra, qui reſpondet ad contraria. Igitur non poteſt amplius illius iuriſdictionē declinare, & quòd recuſatio iudicis ſit opponenda ante omnes alias exceptiones ſentit Rot. diuerſ. deciſ. 2. num. 3. par. 2. & ex his declara ſtatutum Vrbis lib. 1. cap. 61. dum diſponit, quòd conſentiens in iuriſdictionem vnius iudicis, & dummodo iuriſdictio ſit prorogabilis, non poſſit amplius in illa cauſa ſe eximere à iuriſdictione illius.

9 † Hanc communem opinionem declara, ſeu limita, vt non procedat in ſequentibus caſibus, & primo quando eſſet oppoſita nō poſt aliam exceptionem, ſed ſimul, quia tunc non induceretur conſenſus, & propterea recuſatio operaretur ſuum effectum, quamuis eſſet ſcripta in vltima parte ſchedulæ exceptionum: vide Bar. in l. quidam conſulebāt. ff. de re iud. Felyn. in dicto cap. inter Monaſterium, num. 5. de re iud. & Manſuer. in 1. additio. ad pract. Papienſ. in forma declinationis iuriſdictionis folio mihi 145.

10 † Limita ſecundo, vt non procedat, ſi de nouo ſuperueniſſet, quia quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de ventr. in-

11 ſpicien. † Amplia iſtam limitationem, vt habeat locum etiam poſt litis conteſtationem: vide Ioan. de Amic. conſ. 109. num. 4. & Andr. Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 33. num. 11. declara iſtam limitationem, vt habeat locum quando ſuperueniſſet facto aduerſarij, ſecus ſi facto ipſius opponentis: vide Maran. in ſuo Spec. par. 6. memb. 9. num. 9.

12 † Limita tertio, vt non procedat quando ignorāter pars omiſiſſet illam opponere ante litis conteſtationem, ſeu alias exceptiones, teſte Gail. ſub dicto num. 11. ibi. Secundo limita, & probatur ex his, quę ſcribunt Iaſ. in l. error. nu. 16. C. de iur. & fact. igno. Alex. in l. ita demum nu. 5. & ibidem Iaſ. num. 4. C. de procur. qui tradunt exceptionem dilatoriam poſſe opponi poſt litem conteſtatam, ſi antea nō ſit oppoſita per ignorātiam, & quòd hæc ſit communis * opinio, vide Iaſ. dicto num. 16. de iur. & fact. ignor. & ratio huius limitationis eſt, quia ignorātia eſt pater, & comes erroris, qui excludit conſenſum, quia ei nihil eſt magis contrarium, quàm error. l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omn. iud. & notat Veſtr. in practic. lib. 5. cap. 13. num. 4. in fine. Amplia hanc tertiā limitationem ex his, quę ſcribit Aſin. in pract. §. 13. cap. 2. in ampliatione decimæ quartæ limitationis, vt habeat locum etiam ſi dubiè fuiſſet cognita, quia paria ſunt ignorare, vel dubitare, vt in hoc propoſito tradit Aſin. loco citato.

13 † Limita quarto, vt non procedat in recuſatione iudicis, oppoſita à tertio interueniente ad cauſam, quia etſi tertius cenſeatur actor, & propterea non poſſit declinare, ſed teneatur ſequi forū Rei, vt tradit Gail. in pract. obſeruat. lib. 1. obſeru. 71. num. 2. & 6. tamen, quòd poſſit recuſare iudicem, vide tex. in cap. cum ſuper, & ibi Abb. Felyn. & Dec. num. 1. de offic. deleg. Ant. de Butr. & Franc. in ca. cum ſpeciali num. 45. de appella. Afflict. deciſ. 15. num. 3. & deciſ. 235. in fine. Vant. tract. null. Rubr. Quis poſſit dicere de nullit. ſub nu. 20. & Andr. Gail. dicta obſeru. 71. num. 7. & 8. Cæterum an tertius poſſit opponere alias exceptiones declinatorias fori, ſeu dilatorias poſt litis conteſtationem, hic nō definio, vide additio. ad Felyn. in dicto cap. cum ſuper: Vant. ſub dicto num. 20. & Afflict. in locis poſtremo allegatis, qui multa ad praxis vſum ſatis vtilia declarāt: Reliquas limitationes congerit Felyn. in cap. inter monaſterium à num. 5. vſque ad num. 13. vbi ponit vndecim limitationes, ſeu declarationes.

14 † Quæro tertio, vnde oriatur exceptio declinatoria fori? Reſpondeo ex defectu, & impedimento iuriſdictionis: adeo quòd, ſi tu noueris defectum iuriſdictionis, agnoſces incompetentiam, & declinatoriam fori, ſed quia defectus iuriſdictionis veluti priuatio quædam, non fit notus, niſi ei, qui habitum iuriſdictionis cognouit, ideo à primo ad ultimū ex cognitione iuriſdictionis orietur cognitio exceptionis declinatoriæ, & quoniam de iuriſdictione ſatis locuti ſumus ſupra ca. 11. & ſeqq. idcirco ſuper hoc

15 quæſito pluribus non inſiſto. † Hoc ſolum pro intelligentia prædictorum eſt aduertendum, quòd incōpetentia, ſeu declinatoria fori eſt duplex, altera quę obijcitur aduerſus iuriſdictionem improrogabilē, qualis eſt illa, quam obijcit clericus aduerſus iudicem laicum, & altera, quæ obijcitur aduerſus iuriſdictionem prorogabilem: prima poteſt quandocūque obijci, tàm ante, quàm poſt litis conteſtationē, & reddit ſemper iudicium nullum, & de hac in præſenti non loquimur. Secunda verò eſt illa, quam diximus poſſe opponi ſolum ante litis conteſtationē, & de iſta eſt ſermo.

16 † Quæro quarto, fori declinatoria quem effectū pariet ſtatim atque eſt oppoſita? Reſpondeo, Aut loquimur de ſuſpicione iudicis: Aut de alia declinatoria. Si de ſuſpicione: Doctores vario modo loquuntur, vt ait Dec. in conſil. 175. in cauſa falſitatis num. 2. & poſt eum Gail. in pract. obſerua. lib. 1. obſeruat. 33. nume. 12. & quòd hoc verum ſit, videto Franc. in cap. cum ſpeciali. num. 46. de appel. & Ludou. Rom. conſ. 220. circa primum à num. 4. vſque ad 8. vbi recenſent quinque opiniones, quas breuiter refero: Hoſt. Ioan. Andr. & Ant. de Butr. in dicto cap. cum ſpeciali, ſub num. 5. de appell. & apertius Bar. in l. quia poterat. num. 3. ff. ad S.C. Trebel. & alij, quos referunt, & ſequuntur Dec. in dicto cōſil. 175. ſub nu. 2. ibi. ſed tamen prædictis: Marant. in ſuo Spec. par. 4. diſtinc. 16. num. 4. & ibi Foller. in additio. ad eum: Additio ad pract. Papienſ. in forma declinatoriæ iuriſdictionis. in gloſ. iudicem ſuſpectum. in verbo. procedit. in litera. B. folio mihi

159.& Gasp.Cabal.in glo.super Constitutionibus Marchiæ lib.5.cap.17.num.4. tenent, quòd statim sint ligatæ manus iudicis,ita,vt,si vlterius procedat postquam est recusatus vti suspectus, omnia, quæ faceret,sint ipso iure nulla,& quòd hęc sit communis * opinio refert,& sequitur Vant.tract.null.Rub. de nullit.ex def.iurisdict. num. 140.& ex eo Osasc. decis.84.sub num.5.& quòd hæc sit magis communis * testatur Rot.diuers.licet eam nō sequatur. decis.2.nu.6.par.2.& hanc vti de iure magis probabilem latè defendit, & sequitur Alex.cons.89.diligēter consideratis.nu.2.in fin.& seqq.lib.1.& ꝙ iurisdictio Iudicis remaneat interim suspensa donec arbitri cognoscant super suspicione testatur esse communem * opinionem Thom. Triuis. decis.64.nu. 2.lib.2.

Contrariam opinionem, & sit secunda, quòd processus valeat,nisi appellatum sit ab ipso processu,tenuerunt Innoc.in dicto cap.cum speciali num. 6. & Spec.in tit.de recusat.§. qualiter. vers. quid si subdelegatus.& hanc opinionē sequitur Rota Romana,vt testatur Rot. diuers. dicta decis.2. num.7. par. 2. Et quòd hæc sit communis * testatur post alios Perus. in cap. cum speciali, in principio col. penul. vers. & ex prædictis: de appellat. quem refert Osasc. dicta decis.84. num.2. dicens istam opinionem fuisse originaliter glossæ in cap. quoniam contra,in verbo. recusationes. de appellat.

Tertia fuit opinio Iacobi in capit. cum iudex. de offic.deleg.lib.6.qui tenuit, validitatē processus fore in pendenti, donec sit declaratum iudicem fuisse bene, vel malè recusatum ad instar attentatorum post interpositam appellationē ab interlocutoria, quæ remanent valida, si causa remittatur, & reuocantur, si non remittatur. Et sic validitas, & inualiditas processus secundum ipsum pendet à sententia, qua declarabitur, an iudex potuerit recusari, vel nō, & hanc opinionem Paul.de Castr.in l.apertissimi. sub num. 4. C. de iudic. censet comprobari exemplo appellationis interpositæ ab interlocutoria.

Quarta opinio fuit Baldi in l.vnica.C.si quacunque prædit. potest. &c.qui tenuit distinguēdo, processum esse ipso iure nullum,quando lex ratione allegatæ suspicionis transfert ipso iure iurisdictionē in alium, secus si eam non transferat ipso iure, vtputa, quia eligēdi sunt arbitri secundum materiam legis,apertissimi: videto eum, qui vtrumque caput exemplificat.

Quinta, & vltima opinio fuit Ma. de Matharellis. in cap.insinuante.de offic.deleg.distinguētis,inter ius Canonicum,& ius ciuile, quam refert, & sequitur Lud.Rom.dicto cons.220.sub num.7.videto eū:adde si placet distinctionem Marchesani de commiss.par.1.commis.3.cap.1.num.36.sumptam ex Paul.de Castr.in l.apertissimi.sub nu.4.C.de iudic. quamuis nihil noui addat ad prædicta: inquit ipse: Aut recusatio est facta viua voce, & tunc gesta tenent,quia debet fieri in scriptis: aut est facta in scriptis, & tunc inhæret ipse distinctioni quam retulimus supra in tertia opinione:addit solū, quòd, si procedat postquam est pronunciatum eum esse suspectum,processus est nullus: dixi, nihil noui addere,quia certi iuris est,quòd suspicio debet adduci in scriptis, vt dixi infra num.22. & ideo hoc iam præsupponimus: alterum membrum distinctionis concordat cum tertia opinione, quam sequitur in effectu, & licet addat,processum esse nullum,quando processit postquam fuit declaratus suspectus, tamen hoc etiam est clarum. Ego censeo inhærendum esse, vel primæ opinioni, quæ est communis, vel secundæ,quam tenet Rota: & an statim sint ligatæ manus iudicis, quando est interposita appellatio, vel sit necessaria inhibitio: vide Osasc. decis. 84. num.10. & hæc sufficiant circa allegatam iudicis suspicionem.

17 † Si loquimur de alia declinatoria fori, & tunc extant adhuc opiniones. Nam prima facie videtur respondendum negatiuè, quòd iudex nequeat vlterius procedere,& moueor: quia,opposita incompetentia, iudex non potest vlterius procedere, nisi prius super obiecta incompetētia fuerit interlocutus,& ratio rationis est,quia videretur aliàs ignorare suam iurisdictionem: vnde processus non subsisteret argumento textus in l.quęro.ff.de eo,qui pro tutore: vide Bar.in l.multum num.2.ff.de condit. & demonstr.Paul.de Castr.qui ita disputando firmat in l.1.num.9.C. de ordin. iudic. Calcan. cons.115. num.4.Afin.in pract.§.13.cap.8.nu.2. & hanc sententiam videtur secundum aliquos tenere Innoc. in cap.præterea.de dilatio. & qualiter iudex deberet interloqui docet Papien.in pract. in forma sententiæ interlocutoriæ super incompetentia iudicis fol.mihi 370.eādem sententiā tenet Neuiz.cōs.61. nu.39.dicēs mulctam in suo casu fuisse nulliter impositā ex quo fuerat opposita declinatoria fori,quę impedit litis ingressum. Contrariam sententiam, quòd iudex possit vlterius procedere, &, procedēdo, tacitè intelligatur pronunciasse se esse competentem iudicem, & propterea sit necessaria appellatio, tradunt Ang.in l.2.ff. si quis in ius voc. nō ier. relatus per Paul.de Castr. vbi supra, & Papien. in pract. in forma declinatoriæ iurisdictionis. in glo. nec fuisse iudicem num. 5. & Dec. qui alios allegat in cons.107.In causa,quæ nomine hæredū.in principio.vbi respondet ad cōtraria,& Mansuer.in additio.ad pract.Papien. in forma declinatoriæ iurisdictionis.in glo.nec fuisse. in verbo. iudicem competentem.sub hoc* asterisco.fol.mihi 150.vbi plura videnda cumulat ad materiam. Et hæc sententia videtur probari ex textu in l.2. §. sed si agant.ff. de iudic.iūcta etiam glo.ibi.in verbo. intueri, comprobatur etiam ex textu in cap. ex parte. de appellat.& denique,quia hæc est communis,* & est fundata in efficacioribus auctoritatibus, & rationibus, dico ab ea nullo modo esse recedendum: vnde & Paul.de Castr.sibimet contrarius hanc eandē sententiam firmat in dicta l. 2. §. sed si dubitetur nu.3.

18 † Et pro vlteriori praxi scias, quòd, si iudex declarasset, se esse competētem, vel, declaratione omissa,procederet ad vlteriora,is, qui incompetentiam obiecisset, posset appellare secundum communē, * de qua testantur Becc.cons.21.nu.42.lib.1. & Mansuer.in addit.ad pract.Papiens.in forma sententiæ inter-

interlocutoriæ.in verbo.appellare. folio mihi 372. poſt Rol.à Val.conſ.33. num.5.lib.4. vbi eam ampliat, vt procedat etiamſi ſtatutum prohiberet appellationem.

19 †Hæc concluſio, quòd pars poſſit appellare, fallit, quando poſt obiectam ſuſpicionem, ſeu incompetentiæ exceptionē perrexiſſet adhuc litigare coram eodē iudice, quia cenſeretur exceptioni renunciaſſe, ca.gratum, de offic.deleg.& cap.ſolicitudinē. de appellat. Abb. in cap. inter monaſterium notab. & nu.3.de re iud. Alex conſ.12.nu.6.lib.6. Maran. in ſuo Spec.par.6.in 2.actu principali. in verbo. Et quandoque appellatur num.75.& eſt cōis,* de qua teſtantur Curt.in l.pacta nouiſſima, num.30. & 38. C.de pact.vol.7.repet.fol.178.& Ioſeph Cumia ſuper Ritib.Sicil.cap 42.nu.11. An autem iſta fallentia ſit limitanda, vt non procedat ſi pergens litigare proteſtaretur, ſe non facere illum actum animo cōſentiendi in eius iuriſdictionem, niſi ſi, & quatenus arctetur à iure, vide Iaſ.in l.eleganter.§. ſi quis poſt tranſactionem.nu.5.ff.de condit.indeb. Becc.conſ. 22.lib.1. & Manſuer. in addit. ad pract. Papienſ.in forma declinatoriæ iuriſdictionis.in glo. nec fuiſſe. in verbo.iudicem competētem. in litera A. & in gl. proteſtans folio mihi 168.

20 † Quæro quinto, quis debeat cognoſcere, & interloqui ſuper declinatoria fori? Reſpondeo diſtinguendo: Aut loquimur de ſuſpicione: Aut de incōpetentia. Si de ſuſpicione, dico, quòd cognoſcent arbitri, & non ipſe iudex l.apertiſſimi.& l.fin.C. de iudic.cap.ſuſpicionis. de offic. deleg. cap. cum ſpeciali,& ca.ſecundo requiris.§.fin.de appell.Papien. in pract. in dicta forma declinatoriæ iuriſdictionis in glo.iudicē ſuſpectum nu.1. & hoc non habet cōtradictionem, vt patet ex ſequentibus. Fallit tamen quando ageretur cauſa corā duobus delegatis, vel coram ſubdelegato, quia tunc in primo caſu cauſa ſuſpicionis eſſet probanda coram alio delegato nō ſuſpecto: & in ſecundo coram delegato, quando ſubdelegatus, & non delegatus eſt ſuſpectus: vide Abb. in ſua practi. in forma recuſandi iudicem nu.

21 2.fol.mihi 43.† Sed, quia hæc materia ſuſpicionis eſt practicabilis, moueo pro illius abſoluta intelligentia nonnullas difficultates, & primam quid ſit ſuſpicio, ſeu inquam recuſatio iudicis? Reſpondeo, ſecūdum Hoſt.in ſum.tit.de recuſat.iudicis delegati.§.quid ſit recuſatio. eſt ob iuſtā cauſam ſuſpicionis contra iudicem propoſitam audientiæ eiuſdem iudicis declinatio, canonicè allegata, ſeu ſecundum Bal.in l.impuberibus.§.fin.ff.de ſuſp.tutor.ſuſpicio Iudicis eſt permixta alijs præſumptionibus, & veriſimilibus coniecturis, ex quibus à iudicando de facili remouetur, quia æquitas ſuadet, vt, rationabili ſuſpicionis cauſa propoſita, vel Iudex remoueatur, vel ſaltem ipſi ſuſpecto non ſuſpectus Aſſeſſor adiungatur, ſed deſcriptio ſuſpicionis in genere quæ ſit vide apud eundē Bal.in Rub.nu.4.C.de probat. & in l.ea quidem.nu.5 C.de eden. quem refert, & ſequitur Marcheſ.de commiſ.par.1.commiſ.3.ca. 1.num.3.

22 † Secundā: quot requirantur ad allegandum iudicē ſuſpectum? Reſpondeo, dico, primum, ꝙ proponatur in ſcriptis, dicta l.apertiſſimi, & l.fin. & ibi Iaſ.nu.11.C.de iudic.Pariſ.conſ.31.num.63.lib.1. Rol.à Vall.conſ.19.num.18.lib.3. Vant.tract.null. Rubr.de null.ex def.iuriſd.num.140.Andr.Gail.in pract.obſeruat.obſeru.33.nu.12.in fine, & num.13, lib.1.Manſuer.in additio.ad pract.Papienſ.in allegata forma declinatoriæ iuriſdictionis. in glo.rationibus.in verbo.iure canonico.fol.161.in fine, & eſt communis,* de qua teſtatur poſt Rebuffum, quem allegat Rot.diuerſ.deciſ.2.nume.4.par.2.& coram quo debeat proponi habes in dicta l.fin.C. de iudi. Et ꝙ iudex recuſatus viua voce poſſit vlterius procedere, vide Paul.de Caſt.in dicta l.apertiſſimi.ſub nu.4. Requiritur ſecundum, quòd in ipſo libello accuſatorio exprimatur cauſa recuſationis iuxta ea, q̄ ſcripſi ſupra cap.66.num.13. Et, quæ ſit iuſta cauſa recuſationis, vide Iaſ.in dicta l. apertiſsimi, num.6. & ſeq. Maran.in ſuo Spec.dicta par.6.actu 2.principali.in verbo. Et quandoque appellatur nu.24.cum ſeqq.& Menoch.de arbitr.iud.lib.2.caſ.152. Obiter tamē referam, quòd memoriæ proditum eſt de Philippo Magni Alexandri patre, & nōnullis alijs, qui iudicem, qui ſibi capillos, aut barbā infecerat, officio rectè priuarunt, exiſtimantes illum, qui in capillis eſt infidus, non eſſe dignum, vt ſibi in negocijs fides haberēt, vide poſt alios, quos allegat, Simāc. de Cath.inſtit.tit.46.nu.59. quod ſanè ſi hodie ſeruaretur, Tribunalia eſſent ſine iudicibus.

23 † Tertiam difficultatem: à quo ſint eligendi arbitri, qui cognoſcant de allegata ſuſpicione? Reſpondeo, ab ipſis partibus litigātibus. dicta l. apertiſſimi. & ibi Bal. Saly.& Iaſ.nu.16.de iudic. & l.fin. eod.c. cum ſpeciali.de appella.Papienſ. in pract.in forma declinatoriæ iuriſdictionis. in gloſ. iudicem ſuſpectum num.1. Gail.dicta obſeru.33.ſub num. 14. & communiter * omnes.

24 † Quartam: infra quantum tempus ſint eligēdi? Reſpondeo: Gemin.in cap.legitima.de appella. in 6.quem refert, & ſequitur Ioan. de Neuiza. conſil. 36.nu.2.tradit, quòd recuſans iudicem ſuſpectum debet ſtatim nominare arbitrum ſuum, coram quo ſit probanda ſuſpicio, & ſi deſierit nominare nō valet, inquit, recuſatio. Sed hæc ſententia non videtur clara, quia adhuc nō determinatur certum tempus: vnde Manſuer. qui in additio. ad pract. Papienſ.in forma declinatoriæ.in glo.rationibus.in verbo. Iure canonico. folio mihi 161. col. 1. allegat Neuiza. loco citato tradit, quòd ſimul cum ipſa recuſatione debet nominare arbitrum, aliàs inquit recuſatio non tenet: & ita dictat forma recuſationis, quam ponit Abb.in ſua practic. in forma recuſandi iudicem num.1. folio mihi 43. Sed tu magis accuratè loquendo dicas poſſe eligi infra tres dies. l. fin. C. de iudic. & ibi Paul.de Caſtr.num.2. & Iaſ.num.3. Papienſ. in dicta forma declinatoriæ iuriſdictionis. in gloſ. Iudicem ſuſpectum num. 5. & Gaſpar Caball.ſuper Conſtitution. Marchiæ lib.5.cap.17. num.1.

25 †Quintam, an poſſint à iudice recuſato inuiti cogi ad acceptandum compromiſſum? Reſpondeo, quòd ſic ſecundum Papienſ.vbi ſupra.in glo.rationibus num.4.

26 † Sextam, infra quantum tempus debeant terminare cauſam ſuſpicionis poſtquam eam acceptarunt? Reſpondeo, quia id in iure non reperitur determinatum, relinqui arbitrio iudicis recuſati præfigentis terminum, intra quem ſi arbitri non cognouerint de allegata ſuſpicione, iudex recuſatus poterit liberè ad vlteriora procedere, dicto ca. legitima. cap. ſecundo requiris. & cap. cum ſpeciali. de appel. cap. ſuſpicionis. de offic. delega. & tradit Papien. in pract. in forma declinatoriæ iuriſdictionis. in glo. iudicem ſuſpectum num. 6. & Milis, in Repertorio, in verbo, Iudex poteſt recuſari. Vide etiam Oldr. conſil, 60.

27 † Septimam, quid agendum ſit, arbitris diſcordãtibus, vel in procedendo, vel in cognoſcendo? Reſpondeo, idem iudex recuſatus compellet litigãtes ad eligendum tertium, ſicque iudex veniet vt compulſor, & non vt elector; vide Bal. in l. hac edictali. §. his illud, nu. 3. C. de ſecund. nupt. Papien. in dicta glo. rationibus num. 3. & Felyn. in dicto ca. ſuſpicionis, num. 1. Quòd ſi partes diſcordent in electione tertij, ſeu ipſorum arbitrorum, iudex eligit per ea, quæ ſcribunt Paul. de Caſt. & Iaſon. in dicta l. fina. nume. 4. & Neuiz. conſil. 55. in fine. vbi docet practicam.

28 † Octauam; vbi arbitri cognouerint de cauſa ſuſpicionis quomodo procedetur ad vlteriora? Reſpondeo, diſtinguendo: Aut iſti arbitri cognoſcunt cauſam ſuſpicionis eſſe legitimam: Aut non legitimã. Si legitimam: tunc oritur dubium, an cauſa principalis debeat apud eoſdem arbitros remanere, vel deuoluatur ad iudicem ſuperiorem illius recuſati, in quo dubio Doctores profectò variant: nam Papienſ. in pract. in forma declinatoriȩ iuriſdictionis. in gl. iudicem ſuſpectum nu. 8. tenet, quòd ex diſpoſitione Codicis in l. apertiſſimi. de iudi. debeat alius iudex eius loco ſubrogari. Sed de iure Authenticorum tenet, quòd iudex recuſatus non ſit remouendus in totum, ſed ſit ei aſſociandus Epiſcopus loci: & hoc probatur ex textu in Auth. ſi verò cõtigerit. C. de iudic. & notat Alex. conſ. 12. nu. 4. lib. 6. dicẽs etiam, quòd abſente Epiſcopo & Vicario, poteſt aſſociari Archipresbyter, vel alius: Abb. verò in cap. cum ſpeciali, nu. 11. de appel. quem refert, & ſequitᷣ Ioſeph Cumia ſuper Ritibus Sicil. cap. 42. nu. 31. tenet, quòd iudex ordinarius recuſatus poſſit cauſam alteri delegare, quia ſuſpectus in cognoſcendo nõ eſt ſuſpectus in delegando: & hanc ſententiam videtur amplexus Senatus Pedemon. qui iudici ordinario ſuſpecto reſcripſit, vt cauſam alteri partibus non ſuſpecto delegaret, teſte Oſaſco deciſ. 15, in fine. Paul. de Caſtr. in dicta l. apertiſſimi. ſub num, 8. tenet, quòd ij dem arbitri debeant cognoſcere de cauſa principali ad inſtar iudicis, ad quem extitiſſet appellatum à ſententia interlocutoria, & fuiſſet iudicatum, benè appellatum: Iodoc. in pract. ciuilium cap. 125. nume, 8. tenet, quòd ij dem arbitri dabunt aſſiſtentiam alterius cõiudicis: Abb. in ſua pract. in forma recuſandi iudicem nu. 3. fol. mihi 43. tenet, quòd ordinarius recuſatus debet cauſam alteri cõmittere cum cõſenſu recuſatoris, & actoris, vel debeat cauſam remittere ad ſuperiorẽ. Quare in hac varietate poſſumus vnà cum Perſ. in Saty. dicere.

Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus:
Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.

Quid firmandum? Ego cenſeo, loquendo de iure, veram eſſe eorum ſententiam, qui arbitrantur adiungendum eſſe Epiſcopum loci iuxta præallegatam Auth. Si verò contigerit. Cæterum, quia hoc, vt adiungatur Epiſcopus, de conſuetudine nõ ſeruatur, teſte Iaſone in dicta Auth. Si vero contigerit. ſub nume. 1. Vbi miratur de Alexandro viro exactæ doctrinæ, teſtibus etiam alijs, quos refert, & ſequitur Neuiz. conſ. 44. nu. 7. in fine. idcirco non eſſet meo iudicio recedendum ab opinione Neuizani dicto conſ. 44. num. 7. & 8. & conſ. 97. numer. 14. vbi ex his, quæ ſcribunt Bal. & Maria. per eum allegati firmat, quòd adeundus eſſet ſuperior ſine adiunctione alterius coniudicis: adducitque hanc rationem, quia ſi adiungeretur Epiſcopus, vt iuris eſt, eſſet parti, quæ ſuſpicionem allegauit plenè ſuccurſum, ex quo Epiſcopus longè præferretur, & veneraretur ordinario: ſed ſi adiungatur alius, non eſt plenè ſuccurſum, quia non datur adiunctus tantæ auctoritatis: vnde arbitratur adeundum eſſe Superiorem, qui prouideat de alio iudice, etiam ex ſola ſuſpicionis allegatione. Sed ego, quando allegatur ſolum ſuſpicio quid ſentiam dixi ſupra cap. 66. nu. . . . & illuc me remitto: non enim id cenſeo verum, quia quilibet poſſet ad ſui libitum declinare forum iudicis.

Et hæc dicta ſint circa ius commune, & generalem practicam: ſed in cauſis Capitolinis habemus ſtatuta Vrbis lib. 1. cap. 12. quibus cauetur, vt ſi collateralis fuerit allegatus ſuſpectus ante litis cõteſtationem cum iuramento, Senator debeat illi adiunctum, vel illo remoto, aliũ ex reliquis iudicibus Capitolinis, ſeu non Capitolinis dare, & deputare. Quòd ſi fuerit allegatus ſuſpectus poſt litis conteſtationem, tunc debeat is, qui eum allegauit ſuſpectum, expreſſiſſe cauſam ſuſpicionis in actis, & Senator ſuo arbitrio, omni, & quacunque appellatione remota, ſuſpicionem reijcere, vel primo remoto, alium non ſuſpectum deputare, qui in omnibus, & per omnia ſuccedat in locum ordinarij. Et de ſtatuto antiquo, quod ferè idẽ diſponebat, vide Luc. Pet. in pract. Capitol. lib. 2. cap. 2. nu. 14.

In reliquis cauſis, quæ in Curia Romana aguntur ſuſpicio iudicis ſiue ordinarij, ſiue delegati ſemper allegatur coram Põtifice in Signatura Iuſtitiȩ, quæ prouidet vel de alio iudice, vel de adiuncto: vt tradunt Staph. de liter. iuſt. cap. Vtrum autem. num. 2. folio mihi 337. & Marcheſ. de commiſſ. par. 1. cõmiſſ. 3. cap. vnico, in fine, & diximus ſupra capit. 66. num. 16. ibi, habebam enim. &c. Sicque tota illa diſpoſitio eligendi arbitros receſſit ab aula, vt teſtantur etiam Paul. de Caſt. in l. apertiſſimi. in principio. C. de iudic. & Marcheſ. de commiſſ. par. 1. commiſſ. 3. cap. vnico, num. 10. dicens, quòd hic in vrbe ſuſpicio allegatur coram Signatura, & extra Vrbem coram Præſidibus Prouinciarum, ſi adſunt, ſin minus coram Sacra Conſulta, quæ, cauſa bene diſcuſſa, prouident.

In Regno Neapolitano, quãdo allegabatᷣ ſuſpicio iu-

tio iudicis extra Ciuitatem Neapolis, illa deducebatur coram Diœceſano loci, qui ſummariè, oretenus, & extraiudicialiter ſe informabat, & ſuſpicionē legitimam, vel non legitimam ſuo arbitrio iudicabat, ſicut in Ciuitate Neapolis allegabatur corā Logotheta, & Prothonotario, vt patet ex Ritu. Itē ſi contingat: Rubr. de appellatio. Et notat ibi Carauit. in princ. in ordine aliorum. 265. Ceterum hodie diſpoſitio illius Ritus non ſeruatur, ſed ſeruantur Pragmatica. Statuimus etiam, quòd ſi contingerit: Rubr. Cauſæ ſuſpicionis debent &c. & aliæ ordinationes allegatæ per Carauit. vbi ſupra, quibus cauetur, vt ſi fuerit allegatus ſuſpectus aliquis Auditor Regius in Prouincijs, ſeruetur idem, quod ex diſpoſitione dictæ Pragmaticę ſtatuimus &c. ſeruatur in iudicibus Ciuitatis Neapolitanæ. Si verò alius officialis Terræ Regię, ſeu Baronis, tunc, inquit Carauit. licet nō habeamus Pragmaticam, quæ corrigat Ritum diſponentem, vt ſuſpicio allegetur coram Diœceſano, tamen non deſunt literæ Collatera. Conſilij, & Nouellæ Pragmaticæ, quibus cauetur, vt ſuſpicio non deducatur coram Epiſcopo, ſed coram Regijs Tribunalibus, vt latè deducit Carauit. dicto Ritu 265. nu. 2. qui hoc extendit, vt habeat locum etiamſi allegetur ſuſpicio iudicis Baronis, qui haberet etiam cognitionem ſecūdarum cauſarum, & quòd hodie in practica ſuſpicio non allegetur coram Diœceſano, teſtantur omnes Regnicolæ: Et hæc quando cauſa ſuſpicionis eſt legitima. Si non legitima, dico, ꝙ cauſa, de iure loquendo, debet remitti ad eundem iudicem, vt tradit Spec. in tit. de recuſat. quem refert, & ſequitur Pau. de Caſtr. in l. apertiſſimi. nume. 8. C. de iudic. & hæc dicta ſint de ſuſpicione. Redeo ad diſtinctionem allatam ſupra

29 in 5. quæſito. num. 20. † Si de incompetentia: rurſus diſtinguo: Aut incompetentia obiecta ſugillat iuriſdictionem iudicis, & non perſonam: Aut ſugillat ꝑſonā. Si primo caſu, vtputa quia allegetur aliquod priuilegium exemptionis, tūc dico, ꝙ ipſemet iudex poteſt cognoſcere, vt tradunt Doctores, quos allegaui infra. Cæterū nos hic in Vrbe ſolemus recurrere ad iudicem competētē, qui inhibeat, & ſic cauſam competentiæ inter eos ſubmittere. Si ſecundo caſu, vtputa, quia obijciatur, quòd eſt infamis, hęreticus, ſeruus, excommunicatus, vel ſimilis: & tūc nō ipſe, ſed vel ſuperior, vel alius deputādus à ſuperiore: vide Clar. libr. 5. recept. ſent. q. 43. in fine. Andr. Gail. in pract. obſeruat. lib. 1. obſerua. 34. num. 1. & ſeqq. & obſerua. 48. num. 11. & adde quæ diſtinctè tradit Papien. in pract. in forma declinatoriæ iuriſdictionis. in glo. nec fuiſſe iudicem nume. 6. & ſeqq. & num. 14. & 15.

30 † Quæro ſexto, an exceptio incompetentiæ, ſeu inquā declinatoria fori poſſit opponi, quando Reus ſe obligauit, vt poſſit vbique locorum, & corā quocunq; iudice cōueniri? Diſtinguo: Aut promiſit ſolum, ſe poſſe conueniri vbiq; locorum &c. Aut promiſit ſoluere vbicunq; fuerit inuentus. Si primo caſu, rurſus diſtinguo: Aut loquimur de iure, Aut de conſuetudine. Si de iure: dico, ꝙ illa promiſſio non obligat: Vnde poterit promiſſor ſe pęnitere ante litis conteſtationē: vide Bar. qui diſtinguit. num. 4. & alios in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. omn. iud. Papieſ. in pract. in forma declinatoriæ iuriſdictionis, in gl. nec fuiſſe iudicē nu. 2. vide etiam quæ ſcripſi ſupra c. 22. nu. 26. & Iaſ. in l. ſi quis in conſcribendo, num. 12. C. de pact. vbi teſtatur hanc eſſe communem * opinionē, quam refert, & ſequitur Māſuer. ad prac. Papienſ. vbi ſupra. in verbo. locorum. in hoc * aſteriſco fol. mihi 152. Si de conſuetudine, dico, quòd in Romana Curia ſeruatur oppoſitum, videlicet, vt illa ſubmiſſio fori cuiuſlibet iudicis teneat, & obſeruetur de facto, teſte Paulo de Caſt. in dicta l. ſi quis in conſcribendo, num. 6. in fine, vbi miratur de iſta cōſuetudine, ſeu vt loquitur ipſe, relatus etiam à Iaſone loco proximè citato, de iſta practica contra communem Doctorum ſententiam.

Si ſecundo modo: dico, ꝙ illa ſubmiſſio tenet ratione deſtinatę ſolutionis: Vide Doctores ſuperius citatos, & præſertim Pau. de Caſtr. qui refert, & ſequitur hanc eſſe communē * opinionē, & ad materiam adde, quæ ſcribunt Bal. conſ. 227. & Anch. cōſil. 138. Ceterū, ſi quis promiſerit ſoluere Venetijs & Venetus non ſit, neque ibi perſonaliter apprehēdatur, quòd non poſſit ibi conueniri ratione ſolius deſtinatæ ſolutionis, vide Thom. Triuiſ. deciſ. 48. nu. 2. & ſeqq. lib. 1. qui dicit, de hoc non eſſe dubitādum, quia quotidie ſeruatur in practica, & ſi vis videre formam opponendi huiuſmodi exceptionem fori declinatoriam, illam docet Papieſ. in dicta forma declinatorię iuriſdictionis folio mihi 144.

31 † Exceptiones, quæ opponuntur contra perſonā litigantium, dicuntur etiam ipſæ dilatoriæ, quia regulariter debent opponi ante litis conteſtationem, & ad differendum, & non perimendum negotium principale: & quoniam opponuntur contra perſonam litigantium, dicuntur exceptiones legitimationis perſonarum. Exempli gratia, ſi opponeretur, ꝙ comparens caret mandato, iuxta materiam l. licet. C. de procur. cū ſimilibus, ſeu quòd eſt ſubſtitutus à procuratore nondum habente poteſtatē ſubſtituendi iuxta textum in l. quòd quis ſibi. C. eod. vel quòd pupillus comparens caret tutore, ſeu minor curatore, ſeu filiusfamilias cōſenſu patris iuxta materiam. l. fin. §. neceſſitate. C. de bon. quæ liber. vt latius exēplificat Maran. in ſuo Spec. par. 6. memb. 9. num. 3. & dum dico, quòd opponuntur contra perſonam litigantium, intellige tam contra perſonam actoris, quàm contra perſonam Rei, & perſonam procuratorum.

32 † His ſummatim præmiſſis, quæro de nonnullis. Et primo quid agendum ſit poſt oppoſitam exceptionem legitimationis perſonæ, vtputa, ſi reus oppoſuerit, ac proteſtatus fuerit, vt moris eſt, neminem audiri, niſi prius docto de legitimo mandato, quando comparens compareret alieno nomine?

Reſpondeo, in primis debere tunc apparere demandato argumento textus, & eorum, quæ ibi notantur in l. non ignorat. C. qui accuſa. non poſſ. & in dicta l. licet. C. de procu. notant Maran. in ſuo Spe. par. 6. memb. 9. ſub nu. 4. & poſt eum Ioſeph Cum. ſuper Ritibus Siciliæ cap. 42. num. 33. alias enim iudicium redderetur nullum argumento eorum, quæ notant Bar. & alij in præcitata l. licet. neque ſuffra-

garetur, quòd mãdatum postea superueniret, quia cum habilitas requiratur tempore actus argumento textus in l. si filius, & l. eius qui in principio. ff. de testam. cum alijs allegatis per Alexan. in cons. 171. num. 9. lib. 2.

33 † Quæro secũdo, an iudex possit ex officio requirere mandatum, sicque opponere de inhabilitate contra personam comparentis? Respondeo, Fely. disputat istam quæstionem in ca. causam, il 1. num. 1. de iudic. & post adductas rationes pro vtraque parte cõcludit communem * opinionem esse, quòd iudex non possit, quam limitat in quibusdam casibus. Contrariam opinionem, quòd possit tenuit gl. in ca. 1. in verbo. absentia, de electio. in 6. quam referunt, & sequuntur Paul. de Castr. in l. Pomponius scribit. §. ratihabitionis, num. 4. vbi vide, quia declarat. ff. de procura. & in l. qui procuratorem. §. si quis omiserit, num. 4. ff. eod. Ludou. Rom. cons. 170. nu. 2. & hanc opinionem secuti sunt Abb. in capi. nulli. de accus. & in cap. exceptionem, de except. Maran. in suo Spec. par. 6. Rubr. de Inquisit. num. 194. fol. mihi 286. & Vant. tracta. null. Rubr. de null. ex def. inhabil. seu mand. comp. sub nume. 63. & plerique alij, quos breuitati studens omitto. Et quòd hæc sit æquior opinio testãtur Mansuer. in addit. ad pract. Papien. in forma Responsionis Rei conuenti in gl. Simonius Spelta. in verbo. De suo mandato. sub hoc * asterisco, & Grauat. in annot. ad pract. Vestr. lib. 4. cap. 5. num. 23. & certè est non solum æquior, sed verior, & magis communis, * teste eodem Grauat. loco citato.

34 † Quæro tertio, quot modis possit apparere, & constare de mandato? Respondeo, duobus modis: primo per scripturam, hoc est, per exhibitionem ipsius mandati procurationis, & per acceptationem. Ad hoc enim, vt quis dicatur procurator requiruntur duo copulatiuè; mandatum scilicet ex parte cõstituentis, & acceptatio ex parte eius, qui constituitur: Nam mandatum procurationis est onus, quod inducit obligationem, & subinde actionem mandati, tot. tit. ff. mandati. Vnde procurator, qui dum constituitur est præsens, & tacet, non dicitur consentire, sed cõtradicere ad notata ꝑ Bar. in l. quo enim. ff. rem rat. hab. & Vestr. in pract. lib. 4. cap. 5. sub nu. 3. Requiritur igitur, vt postquam est constitutus acceptet mandatum, & huius oneris susceptio fit altero ex duobus modis: expresè, & tacitè: dicitur tacitè acceptasse, quando fecisset aliquem actum positiuum: non enim acceptatio induceretur ex eo, quòd passus esset, se citari: quia, vt dixi, vltra patientiam requiritur aliquis actus positiuus, vt bene hæc omnia declarat Vestr. dicto nu. 3. & seq.

35 † Secundo modo potest constare de mãdato, qñ quis penes se haberet instrumenta, seu alias scripturas causæ, & probaret illa fuisse sibi tradita à principali: gl. in l. fin. in verbo. ratihabitione. C. de pac. cõuen. & c. Bar. in l. maritus, nu. 3. C. de procur. & in l. 3. §. causæ num. 2. ff. de Carb. edic. Rom. cons. 446. nu. 10. & 11. Fely. in cap. coram, nu. 9. in 1. limitatione. de offi. deleg. & Moder. tract. de processſ. execut. par. 2. c. 2. nu. 57. & ꝙ hæc sit communis * opinio, testatur, & sequ tur Gail. in pract. obseruat. lib. 1. obseru. 133. sub nu. 4. ibi. Extendentes &c. Eaque est ratio, quòd voluntas non minus verbis, quàm facto ostenditur. l. reprehendenda. C. de instit. & substit. quinimò magis ostenditur facto, vt dixi supra cap. . . num. . . Et in tantum diceretur constare de mandato, vt opus non esset cautione de rato, testibus Romano, & Gail. in locis allegatis.

Sed quid dicendum, quando nõ probaret traditionem scripturarum? Dico, quòd eo casu diceret non plenè, sed semiplenè constare de mandato argumento textus, & eorum, quæ ibi notant Doctores, & præsertim Bal. in ca. coram, nu. 2. de offic. deleg. dicens, ꝙ editio instrumentorum isto casu facit tantum probationẽ semiplenam, & sic præsumptionẽ, propter quam actor admittitur ad agendum cũ cautione de rato, idem tradunt Paul. de Cast. in l. 1. nu. 6. & latius Ias. nu. 12. vbi multos congerit. C. de procur. Mars. in pract. crim. §. diligẽter, nu. 95. Moder. tract. de proces. execut. par. 2. ca. 2. nu. 53. Et ꝙ hæc sit communis * opinio testantur Ias. in dicta l. 1. num. 13. C. de procur. Fely. in dicto ca. coram nu. 9. de offic. deleg. Alciat. tractat. de præsumpt. reg. 1. præsump. 33. & Grauat. in annot. ad pract. Vestr. libro 4. cap. 5. sub num. 30. Nec obstat, quòd contrarium senserint Bal. & Saly. in dicta l. 1. quia, vt testãtur Ias. & Fely. in locis proximè allegatis, Communis opinio extat contra eos.

Hanc conclusionem, ꝙ habens penes se scripturas admittatur ad agendum cum cautione de rato, amplia, vt habeat locum quotiescunque semiplenè constat de mandato, vtputa, si constaret de eo per vnum testẽ, vel per literas domini non authenticas iuxta ea, quæ scribit Paul de Castr. in sæpe citata. l. 1. nu. 6. de procur. & denique quotiescũque quis habet dubium mãdatum semper admittitur cum hac cautione de rato, dicta l. 1. C. de procur. tradunt Papien. in pract. in forma responsionis rei conuenti in glo. Simonius Spelta, nu. 1. Ias. in l. de pupillo. §. qui procuratorio, in principio. ff. de nou. oper. nunc. Maran. in suo Spec. par. 6. memb. 8. num. 15. Grauat. in annotat. ad pract. Vestr. lib. 4. dicto c. 5. nu. 19. & cõmuniter * omnes in diuersis locis. Sed nũquid procedet prædicta conclusio etiam quando is, qui habet penes se scripturas, est persona domestica, seu cohabitans cum domino? Respondeo, Lud. Rom. singu. 693. & latius cons. 446. primus propositæ nu. 13. quẽ refert, & sequitur Grauat. loco proximè citato, tenet limitatiuè, ꝙ minus cum cautione de rato sit admittendus, quia ratione cohabitationis, seu familiaritatis oritur suspicio subtractionis, seu fraudis. Ego tamẽ, quamuis Ludouici auctoritas sit magna, teneo contrarium: ꝙ adhuc procedat illa conclusio, vt admittatur cũ cautione de rato, & pro hac sententia adduco Fely. in d. c. coram sub nu. 9. vers. Secundo limita: vbi eam auctoritate confirmat, & ad Romanum respondet: & propterea Moder. tractat. de processſ. execut. par. 2. c. 2. sub num. 54. dum præfatam Ludouici opinionem referunt, aiunt. *Si Ludouico Romano credimus*. Adde etiam q̃ scripsi infra nu. 48. de admittẽdis amicis, & cõiunctis &c.

36 † Limita modo illã conclusionem, vt non procedat, quando ageretur ad exactionem pecuniarum; quia

quia tunc requiritur, quòd plenè constet de mandato, nec admitteretur cũ cautione de rato: vide Pau. de Cast. in dicta l. 1. in fine. C. de procur.

37 † Quæro quarto: vbi plenè constet de mandato, num erit quid vlterius inspiciendum? Respondeo, esse consideranda quinque alia: debet enim primo loco inspici, & considerari, an mandatum sit legitimum ita, vt careat omni suspicione falsitatis. Secundo loco debet inspici, an sit generale, vel speciale, & in summa an sit sufficiens: tertio debet inspici persona constituentis: quarto debet inspici persona cõstituti: quinto, & vltimo loco debet inspici, an sit causa ciuilis, vel criminalis, vel hæreticalis: dixi, esse primo loco inspiciẽdum, an sit legitimum, quia posset esse falsum, seu inquam laborare falsitatis suspicione, aut alio visibili defectu: quo casu, quando appareret falsum, esset nullum, immo detecta falsitate quandocunque etiam post latam sententiam, seu postquam iudex pronunciasset, personam procuratoris esse legitimam, omnia tanquã cum falso procuratore facta corruerent: vide Cyn. in l. licet, in 4. quæst. & ibidem Ias. nume. 2. & seqq. C. de probat. Innoc. in cap. super literis. de rescript. quem sequitur Bal. in l. falsus, num. 31. vers. venio modò. C. de fur. videto etiam Papien. in pract. in forma Responsionis Rei conuenti. in glo. Simonius spelta num. 4. & Vant. tract. null. Rubr. de null. ex defec. inhabilit. seu mand. compar. num. 139. in fine, qui vltra relatos alios allegant. Et quando laboraret falsitatis suspicione, seu alio visibili vitio, tunc quoque esset ille talis procurator reijciendus, vt autem mandatum careat omni vitio visibili, debet esse in forma solita, consueta, & probanti, scriptum per publicam ꝑsonam, videlicet per Notarium cum præsentia testium, cum appositione diei, loci, & aliorum, si quæ sunt, quæ vel de iure communi, vel de stylo apponi

38 soleant in publicis instrumentis. † Et vbi tandem constaret, mandatum esse ex omni sui parte perfectum, & legitimum, dixi esse secundo loco inspiciẽdum, an sit generale, & in summa an sit sufficiens, quia si mandatum esset generale, non extenderetur ad ea, quæ speciale mandatum requirunt argumẽto textus in l. scio amico. §. medico, & ibi notat in terminis Bar. nu. 1. & 3. ff. de ann. leg. idem tradunt Dec. cons. 430. quod supra nu. 8. cons. 441. presens consultatio. num. 12. & cons. 632. quod supra num. 11. quod consilium est idem cum dicto consil. 430. & alij, quos refert, & sequitur Vant. dicta Rubr. de nullit. ex defec. inhabil. &c. nu. 89. Et proinde in generali mandato nunquam procuratori censetur data facultas veniendi contra factum domini, & ijs, qui habent arbitrium à ciuitate, faciendi aliquid cõtra statuta ipsius Ciuitatis, & similiter in generali mandato Regis non comprehenditur id, per quod Rex posset argui de fide rupta, quia in ea parte, nec ipsum speciale mandatum valeret: vide Crauet. cõsil. 54. num. 5. & 6. Et si vis videre qui sint casus, in quibus generale mandatum non sufficit, & speciale requiritur: vide inter alios Papiẽs. in pract. in forma Responsionis libelli in actione hypoth. in gl. non habentem nume. 2. folio mihi 775. & Petr. Rebuff. in cõcord. franc. tit. de regia ad prælat. nom. §. primo. glo. speciale, qui omnes complexus est, eos que ex eo accuratè refert Gasp. Cabal. super Constitutionibus Marchiæ lib. 6. cap. 11. in glo. procuratorium,

39 sub nu. 3. & 4. † Dixi esse tertio loco inspiciendam personam constituentis: quia, si constitues esset sub alterius potestate, quales sunt pupillus, minor, filiusfamilias, monachus, & similes, mandatum esset nullum, nisi accessisset consensus eius, sub cuius potestate sunt, vel eo deficiente, saltem iudicis decretũ, textus est in l. neque. §. pupillus. & in l. nõ eo minus. C. de procurat. cum alijs adductis per Vant. vbi supra num. 141. & 142. videto etiam Paul. de Cast. in

40 dicta l. neque, num. 6. & Ias. num. 3. † Redderetur pariter nullum quando constituens, hoc est, substitues esset procurator, qui nondum expressè, vel tacitè onus mandati suscepisset, quia tunc non posset substituere: vide Vant. dicta Rubr. de null. ex defe. inhabilitat. seu mand. &c. nu. 103. Redderetur etiam nullum, quando substitueret ante litis contestationem, & non haberet expressam facultatem substituendi: quo casu, quamuis mandati onus acceptasset, tamen non potest substituere, nisi post litem cõtestatam, sicque postquam est effectus dominus litis. l. si procuratorem. §. si quis mandauerit. ff. mandati. & dicta l. neque tutores, in fine. C. de procura. & cap. 1. §. 1. de procura. in 6. Spec. tit. de lit. contest. §. effectus. sub nu. 2. par. 2. Maran. in suo Spec. par. 4. dist. 16. num. 28. Carauit. super Ritu 107. num. 1. Gasp. Caball. super Constitutionibus Marchiæ. in dicta glo. procuratorium, sub num. 3. Andr. Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseruat. 74. num. 11. & Thom. Triuis. decis. 55. nu. 6. & 7. lib. 1. dicens, quòd etiam procurator substitutus potest alium substituere post litis contestationem, & in decis. 6. lib. 2. vbi tenet, & testatur fuisse decisum, vt habeat locum etiã in causis criminalibus. Hoc tamen intellige de procuratore ad iudicia, & non de procuratore ad negotia, qui potest substituere quãdocunque, dicto §. si quis mãdauerit, & ibi Bar. & Carau. dicto Ritu 107. nu. 3. & tu, Regnicola, hoc, quod dixi, vt procurator nõ possit substituere ante litis contestationem, amplia in Regno ex dispositione Ritus. Item si procuratori, vt procedat etiam si esset procurator cum facultate substituendi: vide Maran. & Carauit. vbi supra nu. 2. quam dispositionem Ritus limita vnà cum Carauita, vt non procedat quando esset expressè sibi cõcessa, vt posset substituere ante litis cõtestationem,

41 seu esset constitutus procurator in rem propriã. † Dixi quarto loco, considerandam esse personam constituti: quia, si constitueretur is, qui nec pro se, nec pro alijs potest esse in iudicio, quales sunt serui, monachi, & alij religiosi, qui sine Superiorum consensu non possunt regulariter esse in iudicio, mandatum non esset admittendum ad tradita per Vant. loco citato, numero 133. & seq. Sed nunquid filiusfamilias, Item minor vigintiquinque ann. possint constitui procuratores: vide Papiens. in practic. in forma Responsionis libelli in actione hypoth. in glo. in patria potestate, & in glos. minor

42 25. ann. folio mihi 777. † Est etiam considerranda

randa perſona conſtituti procuratoris, non fuerit reuocatus, quoniam acta facta cũ procuratore reuocato ſunt nullius roboris argumento textus in l.ſi quis ſeruo.in fine.in l.cum quis ſibi.§.1.& in l.ſi cũ Cornelius.ff.de ſolut.vide Bal. in l.falſus, ſub num. 1, ver.ſecundo modo.C de furt.& in l.licet, ſub nu. 2. C. de procurat.& alios, quos refert, & ſequitur Vant.in præcitata Rubr.ſub num.155.verſi, qui ergo. Sed dubitabit quiſpiam forſan de duobus, primo an procurator poſſit reuocari? Secundo quot modis reuocetur. Ad primam dubitationem dicas, quòd regulariter poteſt reuocari,& quandocũque, etiamſi iureiurando renunciatum eſſet facultati reuocandi, glo.notab.in cap.fina.in verbo. reuocatus. de procura.in 6.quam referunt,& ſequuntur Alex. conſ.18.num.7.lib.2.Felyn.in cap.ex parte decani, num.12.ampliatione 5.de reſcript. Dec. conſ.475. num.18.Boer.deciſ.267.Galleſ.ad form. Cam.oblig.quæſt.1.num.2.ad ſextam partic.folio mihi 87. Vant.tract.null.dicta Rub.de null. ex defec.inhabilit.ſeu mãd.compar.num.158.& Grauat. in annot. ad pract. Veſtr.lib.5.cap.13. ſub nu.15.& eſt communis,* de qua teſtatur Pariſ. conſ.69.nu.118.lib. 3.& ratio eſt, quia talis renunciatio eſt contra naturam mandati, quod de ſui natura eſt reuocabile: bene verum eſt, quòd reuocans efficitur periurus, vt teſtantur præcitati Doctores.

Prædictam communem ſententiam limita duobus caſibus: primo, quando ex illo iuramẽto de nõ reuocando eſſet acquiſitum ius parti, vtputa quia fuiſſet præſtitum habenti intereſſe: hoc enim caſu illud mandatum efficeretur irreuocabile, vt per eundem Galleſ.vbi ſupra num.5. Et propterea mandatum, quod antiquitus in obligationibus Cameralibus fiebat à debitoribus omnibus procuratoribus ad confitendũ debitum, vt latius narraui ſupra cap. 62.ſub num.17. ibi. & proinde ante &c. nec ab ipſo conſtituente, nec ab eius hæredibus poterat reuocari, teſte eodem Galleſio.vbi ſupra quæſt.2.per totam fol. mihi 81. ratio eſt ea, quam ipſe ibidem nu. 7.aſſignat, videlicet, quia id, quod continetur in mãdato, eſt deductum in conuentionem, & pactum ſtipulatione vallatum, vnde eſt etiam alteri parti ius queſitum.l.aliud.l.vero procuratori.§.ſed ſi quis,& ibi notat Paul.de Caſt.ſub num.4.ff.de ſolut. adde aliam rationem ſi placet, quam aſſignat Galleſ.loco citato.

Limita ſecundo, vt non procedat, quando eſſet conteſtata lis, quia tunc procurator diceretur effectus dominus litis; & ideo reuocari non poſſet ſine legitima cauſa,& præuia citatione ad videndum ſe reuocari.l.ante litem, cum l.ſequenti, & ibi Bar.& Paul.de Caſtr.num.9.& num.2.ff. de procur.l.procuratoribus,& ibi Bal.Saly.& Pau. de Caſt.& communiter* omnes.C.eod. vide Spec.tit. de litis conteſtat.§.effectus autem ſub num. 2. par. 2. Papienſ. in pract.in forma reſponſionis libelli in actione hypoth.in glo.mandatum, nu.1.fol.mihi 777. & Gail. in pract.obſeruat.lib.1.obſeru.46.num.8.& ſeq. & hoc de iure non patitur difficultatem. Et legitima, ſeu iuſta cauſa reuocandi diceretur inter alias, quãdo dominus vellet per ſe ipſum cauſam defendere, vt tradit Papien.vbi ſupra num. 2. Et hinc eſt, ꝙ domini, ſi quandoque comparent in iudicio, ne videantur reuocaſſe procuratorem, ſolent in comparitione præmittere hanc clauſulam, *Citra reuocationem, &c.* Cæterum de conſuetudine ego vidi procuratores reuocari ſine aliqua cauſæ cognitione, tàm ante litem conteſtatam, quàm poſtea, ipſis ad eam minimè citatis, & nunquam vidi ab ipſis contradici. At quæro incidẽter, an quemadmodum dominus non poteſt reuocare procuratorem ſine iuſta cauſa poſt litis conteſtationem, ita quoque procurator, qui onus mandati ſuſcepit, nequeat illi, inuito domino, renunciare? Reſpondeo, procuratorem eſſe in pari cauſa, quia mãdatum ſuſcipere eſt voluntatis, ſed ſuſceptum repudiare non eſt ſui arbitrij.§.mandatum.Inſtit.mand.immo procurator non ſolum poſt litem conteſtatam non poteſt repudiare onus ſuſcepti mandati, ſed neque ante litem conteſtatam, quia dominus ſatiſdedit pro eo in mãdato,& propterea eſſet adhibenda cauſæ cognitio, vt ſcribit Gail.dicta obſeru.46.nu.3. & ſeq.dicens, ita ſeruari in Camera Imperiali. Sed quicquid ſit in puncto iuris, & quicquid ſeruetur ibi, apud nos nunquam vidi huiuſmodi reuocationes, & renunciationes mandati deduci in controuerſias, ſed fieri ad libitum ſine aliqua contradictione: qui enim volet cauſam ſuam defendi ab inuito, quem exitũ poſſet expectare? Et hæc de prima dubitatione.

43 † Ad ſecundam quot modis poſſit reuocari procurator? Reſpondeo, quòd, ſicut dupliciter conſtituitur iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 34.& 35. ita quoque dupliciter poteſt reuocari: expreſsè ſcilicet & tacitè: Expreſsè quomodo reuocetur eſt ſatis de per ſe notum. Tacitè dicitur reuocari, quando dominus ipſe comparet in cauſa, quia cenſetur reuocaſſe procuratorem.cap.ſi quem.de procur. in 6.notant glo.& Bar.in l.qui mutuam.§.1.ff.mãdati. Papienſ.additio ad eum, in pract. in forma reſponſionis libelli, in actione hypoth.in glo.mandatum, nume.2.folio mihi 777.& Vant.tract.nullit. Rubr. de null.ex defec.inhabilitat. ſeu mand.compar.nume. 167.& quomodo hoc procedat declarat Rom.cõſ. 76.in cauſa nobilis viri, num.2. vbi, reſpondendo ad dictum cap.ſi quem, ait non intelligi reuocatum quando dominus comparet cum procuratore, quia tunc cenſetur comparere, vt aſſiſtat, nõ vt reuocet. Ad effugiendam autem huiuſmodi tacitam reuocationem, reſultantem ex domini comparitione inuẽta eſt practica, vt comparendo dicat. *Citra reuocationem &c.* At quid dicendum, ſi comparuiſſet ſine prædicta clauſula. *Citra &c.* Et deinde in progreſſu litis compareret cum procuratore, & rurſus ſine procuratore,& demum compareret ſolus procurator, nunquid dicetur fuiſſe reuocatus? Reſpondeo, quòd in effectu non dicetur reuocatus,& moueor ex his, quæ ſcribunt gloſ. in dicta l. qui mutuam. §. primo. in verbo, inſtaurauerit. ff. mand.& Roman.dicto conſil.76. nume.2. & quòd ita fuerit in facti contingentia ſeruatum teſtatur Additio ad pract. Papienſ. in dicta gloſ. mandatum, in verbo.

procura-

procuratorem reuocare, vbi pro hac deciſione, alia congerit. Tacitè etiam dicitur reuocari, quando dominus in eadem cauſa alium procuratorem conſtituit, textus eſt in l. ſi quis cum procuratorio, in fine. ff. de procur. vide Paul. de Caſtr. in dicta l. ſi quis cũ procuratorio. §. Iulianus ait, num. 1. & Vant. in præcitata Rub. num. 163. & ſeqq. in quibus declarat totam iſtam materiã.

44 † Dixi eſſe quinto, & poſtremo loco inſpiciendam cauſam: Nam vel eſt ciuilis, vel criminalis, vel hæreticalis. Si ciuilis, procedant omnia, quæ dixi. Si criminalis, adhuc eſt vlterius reſpiciendum: etenim aut ſumus in cauſa, in qua venit imponenda pœna à relegatione ſupra, hoc eſt, corporis afflictiua, aut in cauſa, in qua non venit imponenda iuxta diſtinctionem, quam ad aliud propoſitum docuimus ſupra cap. 97. num. 1. Si primo caſu, rurſus diſtinguo: Aut is, qui procuratorem conſtituit, eſt in fortijs Curiæ: Aut non. ſi eſt in fortijs Curiæ, procedant omnia, quę hucuſque diximus: quia qui eſt in fortijs Curiæ, poteſt cauſam agere, ſeu inquam defendere per procuratorem, & in hoc cõcordant omnes * doctores teſte Bal. in l. reos. num. 12. C. de accuſat. Et quòd hæc ſit communis * opinio teſtatur Imol. in l. penultima. §. ad crimen. num. 18. ff. de publ. iudic. & quòd ita ſeruetur de conſuetudine eſt cuilibet notum, & ſi ignoraretur à quopiam, legat Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 32. verſ. Item quæro. Limita tamen, vt non procedat in illis actis, in quibus requiritur perſona ipſius principalis, vtputa, quia agatur de reſpondendo ad interrogationes iudicis ſuper delicto, vel de tortura: non enim poteſt torqueri per procuratorem: vide Paul. de Caſt. in l. ſeruum quoque, §. publicè, nu. 9. ff. de procurat. & Clar. loco proximè citato, qui plures congerit, & declarando ſequitur. Si non eſt in fortijs Curiæ, diſtinguo: Aut loquimur de accuſatore: Aut de accuſato. Si de accuſatore, denuo diſtinguo: Aut loquimur de iure: Aut de conſuetudine. Si de iure dico, quòd ſicut accuſatus non poteſt ſe defendere per procuratorem, ita neque accuſator poteſt cauſam inſtituere per procuratorem: dicta l. penul. §. ad crimẽ. & ibi Bar. & latius notant Clar. dicta q. 32. ver. quæro nunquid, & Menoch. tract. de arbitr. q. 79. & ꝙ hæc ſit crebrior, * & ſolidior ſententia teſtatur Rubeus ad dictum §. ad crimen, num. 7. quem referunt, & ſequuntur ijdẽ Clar. & Menoch. vbi ſupra, & licet huius ſententię ratio multiplex reddatur, mihi tamen ea placet, quòd de iure accuſator ponebatur in carcerem. l. 1. §. 1. ff. ad S.C. Turpil. & l. fin. C. de accuſat. ex quo tenebatur ad pęnam talionis, vt latius dixi ſupra cap. 51. nu. 28. & hanc rationem ſequuntur Bar. in dicto §. ad crimen. nu. 1. in fine. Carauit. ſuper Ritu. 108. nu. 4. & Clar. dicta q. 32. ver. ratio autem. & verſ. quæro nunquid ea. Si de conſuetudine, dico, quòd accuſator poteſt cauſam proſequi per procuratorẽ, vt teſtatur Carauit. & Clar. locis proximè allegatis, quia hodie accuſator non ingreditur carcerem, & talionis pęna nõ eſt in vſu, teſtibus ijſdem, & nos diximus ſupra dicto cap. 51. nu. 13. Si de accuſato: dico indiſtinctè, ꝙ neque de iure, neque de conſuetudine poteſt ſe defendere ꝑ procuratorem, dicta l. penultima. §. ad crimen. ff. de publ. iud. & ibi Bar. & alij. Ang. tractat. de maleſ. in verbo. Qui dñs iudex, vidẽs & cognoſcẽs num. 15. Carauit. dicto Ritu 108. num. 1. Clar. dicta q. 32. in principio, & in verſiculis ſeqq. & latiſſimè Menoc. dicto tractat. de arbitr. iud. q. 80. militat enim ratio, vt veniat puniendus pœna corporis afflictiua: & ideo iſto caſu, quamuis plenè conſtaret de mandato, quamuis careret omni ſcrupulo falſitatis, & eſſet in forma probanti, & ſufficiens, & procurator non eſſet reuocatus, & eſſet validum, tàm ex parte conſtituentis, quàm conſtituti, tamen non eſſet admittẽdus ratione cauſæ, & ita ſeruatur de conſuetudine. Et licet circa hanc concluſionem poſſem nonnulla declarando, & limitando tradere, tamẽ quia ea omnia copioſè tradita ſunt à Menoch. dicta q. 80. ideo pluribus non inſiſto.

Amplia prædictam concluſionem, vt habeat locum etiamſi accuſatus poſſit abſens diffinitiuè condẽnari ex diſpoſitione ſtatutorum, de quibus dixi ſupra ca. 97. nu. 29. & 30. quia adhuc non poteſt ſe defendere per procuratorem, teſte Rayn. in dicta l. reos. C. de accuſat. & ꝙ hæc ſit magis communis * opinio, & ſeruetur in practica latè teſtatur, & pluriũ auctoritate confirmat Clar. dicta q. 32. verſ. hæc autẽ, quos ego ſilentio prætereo, quia ita ſemper practicatus ſum, & vidi practicari, & nunquam audiui, aut vidi contrarium ſeruatum fuiſſe. Et hinc diſcas errare eos, qui dicunt in cauſis leuibus reum eſſe audiendum per procuratorẽ, quia poteſt abſens diffinitiuè condemnari: hæc enim ratio eſt falſa, & hęc quando ſumus in primo caſu, videlicet, in cauſa, in qua venit imponenda pęna corporis afflictiua.

Si in ſecundo caſu, quando non venit imponenda, dico indiſtinctè procuratorem admittendum eſſe, glo. in l. ſeruum quoque. §. publicè. in verbo. daŕ, & ibi Pau. de Caſt. & alij. ff. de procur. & in cap. veniens, & ibidem Abb. nu. 18. Maria. nu. 41. & ſeq. & alij. de accuſatio. Bar. in dicto §. ad crimen. nu. 4. verſ. tertio oppono. Gãdi. tract. de maleſ. Rub. vtrũ procurator nu. 1. Ang. in dicto verbo, qui dominus iudex videns, & cognoſcẽs nu. 15. & eſt cõmunis, * de qua teſtantur Carauit. dicto Ritu 108. num. 2. & infiniti ante eum, quos refert, & ſequitur Clar. dicta q. 32. verſic. hinc eſt: & ita ſeruatur vbique. Declara tamẽ iſtam concluſionẽ, vt quamuis reus poſſit ſe defendere per procuratorẽ, tamen debeat perſonaliter comparere, ſi fuerit citatus ad comparendum perſonaliter, vt teſtatur Ruin. conſ. 118. num. 5. lib. 5. quem refert, & ſequitur etiam Clar. libro 5. recept. ſent. q. 32. verſ. hæc autem concluſio. verſus finẽ. & quilibet reus pro quantumuis minima cauſa debet in prima citatione citari ad comparẽdum perſonaliter ob duplicem cauſam: primam, vt fideiubeat de ſtando iuri, argumento textus in l. 1. & notat ibi gloſ. in verbo. fideiuſſoribus. ff. de cuſtod. & exhib. reorum. & tradunt Mille. in pract. circa principium. in verbo. denunciauerunt, nume. 65. folio 12. in princip. & Carauit. ſuper Ritu 159. numer. 5. qui volunt hanc fideiuſſionem requiri ad hoc, vt habeatur perſona inquiſiti, in quo ſententia eſt ferenda: quæ tamen ratio mihi non ſatisfacit, quia poteſt diffinitiuè condemnari quamuis ſit abſens.

sens. Secundam causam, vt melius informatus veniat ad respondẽdum, & hæc est bona cautela, qua iudex potest vti, quando reus vellet comparere per procuratorem, vt docet Ang. tract. de malef. in verbo. Qui dominus iudex videns, & cognoscens sub num. 17. quem refert, & sequitur Clar. dicta quæst. 32. versiculo. hæc autem conclusio. Et hæc de causa criminali.
45 † Si est causa hæreticalis, dico indistinctè reum non esse audiendum per procuratorem, nisi sit constitutus in carcere iuxta ea, quæ dixi supra de accusato in causa, in qua veniret imponenda pœna corporis afflictiua: sed attendite, quia licet inquisitus de crimine hæresis, qui sit carceratus possit se defendere per procuratorem, vt testantur Repertorium Inquisitorum, in verbo, procurator. §. Inquisitores tenentur, & Franc. Pegn. in commen. ad Director. Eymer. par. 3. commen. 28. §. ac quantum. & quòd sit expressum in quadam Instructione, testatur Simanc. de Cath. instit. tit. 52. num. 3. Tamen procurator nec indistinctè, nec sine delectu est concedendus: non indistinctè, quia si hæreticus vellet hæresim tueri, procurator minimè concederetur: non sine delectu, quia solummodo vir probus, & non cauillosus, aut garrulus est concedẽdus, teste Locato in opere iudiciali. in verbo. procurator num. 2. quem refert, & sequitur Pegn. dicto §. Ac quantum. in fine. Quare seruat stylus sancti officij, vt tam Procuratori, quàm Aduocato deferatur iuramentum sub hac, vel simili forma: quòd, si ipse Procurator, seu Aduocatus inuenerit delatũ in totum, vel in parte reum conuictum, abstinebit in eo toto, vel in ea parte à patrocinio, & in cæteris absq; cauillationibus, sed sincere, & fideliter procedet &c. vide Simanc. de Cath. Institu. tit. 5. num. 3. & Thom. Triuis. decis. 27. num. 7. libro 2. & vbi contraueniant, quia scilicet defendant conuictos in toto, vel in parte, viderentur veluti fautores hæreticorum esse puniendi, sed mitius agendo, id non vidi seruatum: vnde poterit eis interdici illud Tribunal, seu Audientia, vt testatur vidisse Triuis. dicta decis. 27. in fine. Hodie Inquisitores raro concedunt procuratorem, cum aduocati procuratoris etiam onus suscipiant, vt docent Simanc. dicto titu. 52. & Pegn. vbi supra.

46 † Quæro quinto: An hæc exceptio. Tu non es procurator: possit comparenti opponi post litem contestatam? Respondeo, Papien. in pract. in forma Responsionis Rei conuenti: in glos. Simonius spelta. num. 3. folio mihi 180. tenet istam esse exceptionem declinatoriam, & propterea opponẽdam esse ante litis contestationem. Contrariam sententiam, quòd ista exceptio sit potius peremptoria, & propterea possit opponi quandocunque, firmat ex mente Cyni, & Bartoli Alex. consil. 72. circa id de quo num. 2. lib. 4. & cons. 147. num. 4. lib. 6. eandem sententiam tenet idem Alex. in l. licet. C. de procur. quem refert, & sequitur Natt. in additio. ad eum. in allegato cons. 147. idem in effectu inter multas obiectiones tenet Paul. de Cast. in l. licet, num. 4. & 5. & ibidem Ias. nu. 4. in fine. C. de procur. idem Pau. de Castr. in l. Pomponius. §. ratihabitionis, num. 9. ff. eod. eandem opinionem latius firmat Vant. tract. null. Rubr. de null. ex defect. inhabilit. seu mand. cõpar. num. 63. Et hæc est regula, quam firmat, & limitat Ias. in dicta l. licet. nu. 8. ibi. Secunda regula est, & satis probari videtur ex illo textu ibi.

Si tamen falsus procurator inueniatur, nec dici controuersiæ solent, nec potest esse iudicium.

Ergo, coniunctis his, quæ dicuntur initio illius legis, non potest obijci, quòd hæc exceptio debuerat opponi initio controuersiæ, seu iudicij: quia nec controuersia, nec iudicium dicitur, vbi adest falsus procurator. Amplia tu eam, vt etiam iudex ex officio possit istam exceptionem falsi procuratoris obijcere post litem contestatam, vt tradit Pau. de Cast. in l. ita demum. C. de procurat. quem referunt, & sequuntur Capic. decis. 1. num. 32. & Vant. dicto nu. 63. in fine, cum seq. Bene verum est, quòd ista exceptio opposita ante litis contestationem fundat intẽtionem opponentis ita, vt assertus procurator teneatur contrarium docere: sed opposita post litis contestationem venit probanda ab ipso opponente, vt testantur præallegati Doctores, & præsertim Alex. dicta l. licet. C. de procur.

47 † Quæro sexto: an hæc exceptio: Tu non potes esse procurator, possit opponi post litis contestationem? Respondeo, quòd non argumento textus, & ibi glo. in l. qui procuratorem dat, in verbo. procuratorem. ff. de procurat. Paul. de Castr. in l. licet, num. 4. C. eod. & Vant. qui alios allegat dicta Rubr. de null. ex defec. inhabilit. seu mand. compar. nu. 135. versic. exceptio autem &c.

48 † Quæro septimo: an reperiatur aliqua persona, quæ sit admittenda sine mandato? Respondeo, distinguendo: Aut quæritur, an sit admittenda ad agẽdum: Aut ad defendendum. Si ad agendum: dico, coniunctos tantum, seu amicos admittẽdos, & hos cum satisdatione de rato, & non aliàs. l. sed hæ personæ, & ibi Bar. Paul. de Castr. & alij. ff. de procur. Papiens. in pract. in forma Responsionis Rei conuenti, in glo. Simonius spelta num. 1. Ias. in l. exigendi, num. 1. & 3. & seqq. C. de procur. Ioan. de Amic. cons. 115. nu. 9. Maran. in suo Specu. par. 6. memb. 8. num. 15. Vestr. in pract. lib. 3. cap. 4. num. 1. Gail. in pract. obseru. lib. 1. obserua. 133. sub num. 2. Rot. decis. 6. aliàs 142. & decis. 35. aliàs 420. de procura. in nou. & notatur communiter * in allegatis iuribus, & in l. maritus, C. de procur. in cap. nonnulli, in cap. ex parte, de rescript.

49 † Hæc conclusio, quòd persona coniuncta, & amicus non leui amicitia coniunctus admittantur, fallit in multis casibus, quos enumerat Ias. in dicta l. exigendi, num. 9. & seqq. & inter alios fallit, quando causa esset spiritualis, seu beneficialis: Rot. in allegatis decisionibus. 6. & 35. de procurat. in nou. Ias. sub dicto num. 9. fallen. 5. Vestr. in pract. lib. 3. ca. 4. sub nu. 1. & communiter * omnes in diuersis locis. Hęcque fallentia habet duplicem rationẽ: primã, quia, vbi requiritur mandatum speciale, non sufficit generale: vide quę dixi supra num. 38. Sed in beneficialibus requiritur speciale mandatum, & persona coniuncta habet solum generale ex permissione legis, vt notant Rota: Ias. & Vestr. vbi supra. ergo non admittitur. Secundam, & hæc habet locum

tantum

tantum in ſpiritualibus, quia ſpiritualia non recipiunt æſtimationem, ſeu intereſſe. Rot. dicta deciſ. 6. aliàs 142. de procur. in nou. vnde illa cautio rati non ſortiretur effectum. † Collige modo ex prima ratione aliam fallentiam generalẽ: videlicet, vt non procedat in caſibus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum, pro qua fallentia adde Iaſ. dicto num. 9. in quarta fallentia. & Grauat. in annotatio. ad pract. Veſtrij lib. 3. cap. 4. num. 6.

50

Ad cognoſcendum quòd hæc omnia habeãt locum non magis in perſona coniuncta, quàm in amico, adde vltra ea, quæ ſcripſi, adducta per Foller. in pract. crim. in verbo. Item ꝙ fuit leno nu. 18. & ꝑ Moder. ĩ qq. crim. lib. 2. q. 55. inſpectione 5. nu. 237.

51 & hæc de admiſſione ad agendum. † Si ad defendendum: dico, quemlibet admitti cum ſatiſdatione de ſoluendo iudicatum argumento textus in l. ſolutionem. ff. de ſolutio. Alex. conſ. 147. viſis dubitationibus num. 9. in fine. lib. 6. Iaſ. in l. exigendi num. 1. C. de procur. & Vant. tract. null. Rubr. de nullit. ex defect. inhabilit. ſeu mand. compar. nu. 82. Intereſt enim publicæ vtilitatis reos, maximè abſentes defendi, vt tradunt Rot. deciſ. 35. aliàs 420. num. 2. de procur. in nou. & Iaſ. in dicta l. exigendi num. 1. Hinc eſt, quòd exceptio procuratoria nõ habet locum contra defenſorem Rei, teſte Iaſone, qui hoc declarat in l. de pupillo. §. ſi procurator num. 2. ff. de oper. nou. nunc. hinc quoque eſt, quòd exceptio excommunicationis obſtat actori, ſed non reo. ca. pia. de exceptio. in 6. Bar. in dicta l. de pupillo. §. fin. nu. 2. Ludou. Rom. conſ. 217. ſub num. 1. & eſt communis, * de qua teſtatur Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 71. num. 5.

52 † Hinc etiam eſt, quòd licitum eſt alieno nomine appellare ſine mandato, dummodo ſequatur ratificatio infra tempus habile, vt tradit Maran. in ſuo Spec. par. 6. in 2. actu principali. In verbo. & quandoque appellatur. nu. 218. Ratio enim eſt, quia appellatio ſapit defenſionem vti remedium, quod cõceditur oppreſſis tot. tit. ff. & C. de appell.

53 † Cæterum quòd comparens ſine mandato ad defendendum teneatur ſatiſdare de iudicatum ſoluendo, & ſi ſit perſona coniuncta, non eſt mirum, quia etiam procurator comparens cũ ſolemni mandato non admitteretur ſine prædicta ſatiſdatione, etiãſi poſſideret immobilia l. qui proprio. §. qui aliũ defendit. ff. de ꝓcur. & l. exigẽdi. C. eod. vide Paul. de Caſtr. & Iaſ. in l. filiusfamilias. num. 1. ff. qui ſatiſd. cogan. vnde Notarij in inſtrumentis procurationis apponunt de ſtylo illam clauſulam.

Qui dominus conſtituens releuat ipſum procuratorem ab omni onere ſatiſdandi.

Quæ releuatio, quia importat fideiuſſionẽ, procurator non tenetur aliter ſatiſdare. Bar. in Rubr. num. 3. ff. iudic. ſoluen. & Iaſ. in dicta l. filiusfamilias num. 7. Et hinc, quòd, ſi dominus releuans non poſſideret immobilia in loco dandæ ſatiſdationis, procurator non eſſet liberatus ab onere ſatiſdãdi, quia dominus non æſtimaretur idoneus fideiuſſor, teſtibus Paul. de Caſtr. in dicta l. filiusfamilias num. 3. & ibidem Iaſ. in allegato num. 7. & hæc eſt communis, * quam refert, & ſequitur Maran. in ſuo Spec. par. 6. memb. 8. ſub num. 11. Et hæc ſatiſdatio, ſeu inquam releuatio non eſt eadẽ in actore, & in Reo. Nam actor releuat procuratorẽ ab onere ſatiſdandi de reficiendis expenſis in caſu ſuccumbentię iuxta ea, quæ ſcripſi infra num. 55. Reus verò releuat illum ab onere ſatiſdandi de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo iuxta ea, quæ dixi ſupra. † Occurrunt

54 duæ difficultates: prima: nunquid iſta ſatiſdatio requirat fideiuſſorem? Secunda: quot contineat iſta ſatiſdatio: Ad primam reſpondeo, quòd ſic, quia ſatiſdare eſt ſecurum reddere per dationem fideiuſſoris: vide glo. inſtitut. de ſatiſdatio. §. Sed hęc hodie. in verbo. ſatiſdationem. Iaſ. in l. 1. in principio. ff. qui ſatiſd. cogan. & Maran. in ſuo Spec. par. 6. memb. 8. num. 1. Ad ſecundam reſpondeo, quòd continet tria: primum, dolum malum abeſſe. Secũdum, rem defendi: tertium, iudicatum ſolui vt per glo. in dicto verbo. Satiſdationem, & Maran. dicto membr. 8. num. 11. in fine, quem refert, & ſequitur Ioſeph. Cum. ſuper Ritibus Siciliæ cap. 56. nume. 4.

55 † Quæro octauo: An principales comparentes per ſe ipſos teneantur ad aliquam ſatiſdationem, ſeu promiſſionem, ſicuti teneri diximus extraneos, qui comparent alieno nomine? Reſpondeo, quòd ſic: Nam actor tenetur de iure, reo inſtante, ſatiſdare de reficiendis expenſis in caſu ſuccumbentię iuxta textum in Auth. generaliter. C. de Epiſ. & cleric. & hæc ſatiſdatio continet duo: primum, quòd litẽ conteſtabitur infra duos mẽſes à die porrecti libelli. Secundum, quòd perſiſtet vſque ad finem litis, & in caſu ſuccumbentię reficiet expenſas, vt declarat glo. in dicto §. ſed hæc hodie. in verbo. ſatiſdationẽ. in fine. à qua ſatiſdatione non liberatur etiãſi poſſideat immobilia ſecundum Abb. in cap. quoniã frequenter. §. in alijs. num. 2. in fine, vt lite non conteſt. quem refert, & ſequitur Maran. in dicto mẽb. 8. num. 16. Hoc reſpondi de iure. Sed de conſuetudine in multis locis illa auth. generaliter, qua cauetur, vt actor debeat ſatiſdare, receſſit ab vſu, vt teſtantur glo. in dicto §. Sed hæc hodie. in verbo. ſatiſdationem. in fine Papien. in pract. in forma Reſponſionis Rei conuenti. in glo. debitè ſatiſdare nu. 1. & Crauet. conſ. 325. in principio. lib. 2. dicens cõſuetudinem cõtra dictam auth. generaliter probari teſtimonio plurium doctorũ, quos ipſe allegat. Cæterum in quibuſdam locis diſpoſitio illius auth. eſt confirmata per ſtatuta locorum, vt teſtatur Papien. loco proximè citato. vbi tractat etiam, an actor nõ inueniens fideiuſſorem ſit admittendus ad iuratoriam cautionem, & firmat, quòd ſic.

56 † Item reus tenetur promittere, vel ſatiſdare ſecundum qualitatem perſonæ de ſtando iuri: dicto §. ſed hæc hodie. Inſtit. de ſatiſdatio. & hinc nota differentiam inter eum, qui defendit cauſam propriam, & eum, qui defendit cauſam alienã, quia iſte vltimus indiſtinctè tenetur ſatiſdare, quamuis poſſideat bona immobilia, vt dixi ſupra nu. 53. Et hæc de iure. Sed de conſuetudine, & in cauſis ciuilibus ego nõ video vnquam reum compelli ad aliquam ſatiſdationem, ſeu promiſſionem, niſi ſit aduena, vel aliter ſuſpectus de fuga.

† Quæro

57 † Quæro nono: nunquid contra Tutorem, qui potest comparere pro pupillo absque mãdato procurationis, & sine cautione de rato, possit adhuc opponi exceptio legitimationis personæ? Respõdeo, quòd sic, quia, parte instante, tenetur docere se fecisse solemnia, de quibus habetur per Bar. in l. legitimos. ff. de legitim. tut. Maran. in suo Spec. par. 4. dist. 16. num. 52. Vant. tract. null. Rubr. de nullit. ex def. in habilit. seu mand. compar. num. 128. & 148. & latius per Rom. cons. 425. vbi ponit quindecim adimplenda per tutores antequam suscipiant tutelam, inter quæ numeratur illud, vt debeant confecisse inuentarium. Et aliàs cum inter Serenissimum Dominum Vincentium de Gonzaga Ducem Mãtuæ, & Montisferrati actorem ex vna, & Illustrissimum Dominum Comitem Camillum de Gonzaga, & Illustrissimam Dominam Victoriam Capuã de Gonzaga Comitissam Nuuolariæ, vti matrem, tutricem, & curatricem testamentariam Illustrissimorum Dominorum Iulij Cęsaris, Camilli, & Alphonsi de Gonzaga rèos conuentos parte ex altera, super hæreditate, & bonis quondam Illustrissimi Domini Francisci de Gonzaga, fratris germani dicti Illustrissimi Comitis Camilli magna lis, magnis sumptibus, exanthlatisque laboribus modo in Rota Romana, & modo coram inuictissimo Domino Domino nostro Rodulpho secũdo diuina clementia Imperatore semper Augusto, & postea coram Serenissimo Ferdinando Medices Magno Etruriæ duce III. cui ab eodẽ Imperatore fuerat delegata de anno 1589. die 21. mensis Iunij, & tandem per eiusdem Magni Ducis subdelegationem coram Dominis Ioanni Baptistæ Concino, Paulo Vintæ, Dominico Tusco, & Petro Caballo suæ celsitudinis Auditoribus meritissimis, & iureconsultis celeberrimis diu versa esset: demum de anno 1591. de mense Septembris, cum essent in calculo adstringendæ concordiæ, recordor, quòd pro parte dicti Serenissimi Ducis Mantuæ opponebatur, cum præfata Domina Comitissa non debere iniri concordiam, nisi prius docuisset se confecisse inuẽtarium iuxta prædicta, & quòd ego replicabam, id non esse necessarium, ex quo Domina Comitissa poterat ostendere, vt ipsa asserebat, testamentum, in quo sibi remissa, & prohibita erat inuentarij cõfectio ab Illustrissimo Domino Comite Alphonso de Gonzaga testatore, & licet pro hac limitatione nonnulla oretenus allegarem, tamẽ illi doctores videbantur in hoc subsistere, & hęsitare, & ex his quidam Florentinus apertè asserebat, inuentarij confectionem adhuc esse necessariam, vnde, inita concordia, & cum essem Romam reuersus, & aliquantulum otiosus libuit meam sententiam quatuor excellentissimorum Doctorum, omnium Sacræ Aulæ Aduocatorum Consistorialiũ subscriptione munire, quorum prmus, qui eam subscripsit, est Excellẽtissimus Dominus Cynus Campanus primarius lector in publico Gymnasio, & olim meus colendissimus præceptor, &, ne tantorum iuristarum, ac coryphæorum subscriptio abijciatur, placuit mihi hic eam transcribere.

Clari iuris est tutorem, cui per testatorem prohibita est inuentarij confectio, non teneri illud conficere, & posse sine eo administrare, textus est apertus, & ibi Doct. in l. fin. C. arbitr. tut. Bar. Pau. de Castr. Alex. Ias. & alij in l. nemo potest. ff. de leg. 1. Bal. in dicta l. fin. sub num. 4. & est communis, * de qua per Paris. cons. 21. num. 54. lib. 2. Rol. à Val. tract. de inuent. par. 3. q. 66. nu. 8. & Clar. qui asserit hoc de plano procedere lib. 3. recep. sent. §. testamentũ q. 66. vers. Sed hoc quidem de plano, & procedit etiam si sit facta remissio, & non prohibitio. Ias. in l. pactum inter hæredem. nu. 11. ff. de pact. latè Paris. dicto cons. 21. nu. 54. & tradit practicus Papiensis in pract. in forma libelli ad redd. rat. tut. in glo. in suo vltimo testamento num. 15. & ibi Mansuer. in addit. ad eum, & est magis cõis, * à qua recedendũ non est, vt post alios tradit Clar. dicto vers. Sed hoc quidem de plano, Quinimò si pater solum dixerit in testamẽto, vt tutor possit propria auctoritate administrare, non requiritur confectio inuentarij. Aret. in §. 1. Institu. de legit. agnat. tut. colum. 3. & Boer. decis. 124. nume. 15. par. 1. quos refert, & sequitur Foller. in addit. ad Spec. Maran. par. 4. dist. 16. nu. 53. Res est clara, propterea paucis sum contentus.

Sigismundus Scaccia I. V. D.

Locus † sigilli.

Ego Cynus Campanus Aduocatus Concistorialis eandem sententiam admodum excellentis domini Sigismundi Scacciæ approbo, & sequor.

Locus † sigilli.

Supradicta iuri consona esse arbitror ego Cæsar Marsilius I. V. D. & Aduocatus concistorialis.

Locus † sigilli.

Eandemq. sententiam sequor ego Tiberius Cerasius sacræ aulæ Concistorialis, & Cameræ Apostolicæ, & Fisci Aduocatus.

Locus † sigilli.

De hoc est casus legis, ideo non est opus disputare: Bernardinus Biscia Aulæ Romanæ Aduocatus Concistorialis.

Locus † sigilli.

58 † Exceptiones, quæ opponuntur contra causam, sunt istę: exceptio inepti, seu obscuri libelli, litis pendentiæ, & intentionis, & facti, vt exemplificat Maran. in suo Spec. par. 6. memb. 9. nu. 5. & 6. Item exceptio excussionis, quæ secundum veriorẽ, & magis communem * opinionem, quam refert, & sequitur Afin. in pract. §. 13. cap. 2. num. 7. in fine est exceptio dilatoria opponenda ante litis contestationem.
59 † His summariè præmissis, quæro pro expeditione totius materiæ, quę sint illæ exceptiones dilatoriæ, quę possunt opponi etiam post litem contestatam? Respondeo, esse plures, ad quas agnoscendas, ne ipse prolixior sim, remitto vos ad Doct. in l. exceptionem. C. de probat. & in l. ita demum. C. de procur. Aret. instit. de except. Felyn. in ca. exceptionem num. 12. 20. & seqq. de exceptio. vbi enumerat tresdecim exceptiones, seu casus, in quibus exceptio dilatoria potest opponi post litem contestatam, & Afin. dicto §. 13. capit. 1. & 2. vbi ponit viginti casus.

60 † Quæro secundo: An exceptio excussionis, quã dixi-

diximus esse dilatoriam, possit opponi etiam post litem contestatam? Respondeo: prima facie videtur dicendum, quòd non, quia est exceptio ordinis, & propterea opponenda ante litem contestatam iuxta ea, quæ scribit Capel. Tolos. decis. 81. & 166. Contraria tamen sententia est benignior, pro qua vide Bal. & Salyc. in auth. præsente. C. de fideiuss. & mandat. & Calcan. cons. 29. num. 9. in fine. vbi
* testatur etiam de communi, * & Andr. Gail. qui eã refert, & sequitur in pract. obseruat. lib. 2. obser. 27. sub num. 3.

61 † Quæro tertio: An exceptio: malè agis, quia ante diem agis, vtputa, exceptio dilatoria solutionis, possit opponi post litem contestatam? Respondeo, quòd sic: Bar. in l. exceptionem num. 1. & seqq. C. de probat. Felyn. in cap. exceptionem num. 13. fallen. 11. de except. Maran. in suo Spec. par. 6. memb.
* 9. num. 6. & communiter * omnes: bene verum est, quòd alium effectum operatur, si opponatur ante contestationem litis, alium, si postea. Etenim iuxta theoricam Bartoli vbi supra num. 4. Aut ista exceptio dilatoria solutionis inest ipsi obligationi, vtputa quia in ipsomet instrumento obligationis sit appositum pactum de non petendo vsque ad certum diem: Aut non inest obligationi. Si primo casu, iudex, quamuis exceptio non opponatur, non potest condemnare, nisi quatenus natura obligationis patitur, hoc modo. Condemno te ad soluendum Centum in Paschate. Si secundo casu, oppositio est necessaria. Sed, vt dixi, tàm in primo, quàm in secundo potest opponi ante, & post litis contestationem. Sed, si opponatur antea, & probetur, operatur solũ, vt debitor conuentus absoluatur ab obseruatione iudicij, sed post litis cõtestationem operatur, vt diffinitiuè absoluatur, & ratio est, quia sententia ante litis contestationem non potest ferri diffinitiua: vide Gail. in pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 74. num. 14. Ceterum quoad duplicationem induciarum nihil refert an opponatur antea, vel postea, teste Bal. in dicta l. exceptionem. C. de probat. quem referũt, & sequuntur Maran. in suo Spec. dicto memb. 9. sub num. 6. & Asin. dicto §. 13. cap. 1. sub num. 16.

De sententijs interlocutorijs, & de decretis.

Cap. CII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex tenetur requisitus interloqui super exceptione opposita, & an processus sit nullus, si, ommissa interlocutoria, procederet ad vlteriora.*

2 *Appellatio datur ab interlocutoria, qua iudex reseruaret exceptiones oppositas ad merita causæ, seu in fine litis.*

3 *Iudex debet interloqui secundum ius, quod si tempore interloquendi sibi sit ignotum, & negotij natura sit talis, vt interlocutoria suspendi non possit, non debet procedere ad vlteriora, quin prius interlocutus fuerit, secus si natura exceptionis oppositæ, seu negotij sit talis, vt possit differri vsque ad merita causæ.*

4 *Interloquendi forma, quæ seruatur à iudicibus in admissione libelli positionum, & articulorum.*

5 *Decretum: admisit si, & in quantum: impugnatur, & defenditur: vnde apparet, quando subscriptio iudicis in sententia sit necessaria, & quando non: item quando sint necessarij testes, & quando sentẽtia dicatur ferri sub conditione, & quando sub modo, & quando possit certificari per relationem ad aliud, & quomodo paria sint esse certum per se, & certum per relationem ad aliud.*

6 *Præceptum, in quo iudex comminatur pœnam arbitrariam, est validum.*

7 *Iudex in dubio debet eligere viam, quæ vtrique parti sit minus onerosa, & per quam vtrique consulatur.*

EGIMVS de omnibus initijs, quibus tàm actor, quã iudex ex officio possunt aliquem conuenire, & vexare in iudicio. Egimus pariter de exceptionibus dilatorijs, quas cõuentus, & vexatus potest ad sui defensionem opponere: reliquum modo est, vt agamus de sentẽtijs interlocutorijs, quibus iudex debet super adductis, & oppositis interloqui. Etenim sicut is regulariter silentibus officium impartiri non debet iuxta ea, quæ scripsi supra cap. 68. num. 5. ita etiam petentibus debet concedere, vt tradit Alex. Stiat. in
1 pract. cap. 23. num. 45. † Et in tantum iudex requisitus tenetur interloqui super obiecta exceptione, vt si super ea non interloquãt, & procedat ad vlteriora, processus reddatur nullus secundum eundem Stiat. in dicta sua pract. cap. 2. num. 10. quod tamen ego non firmo per ea, quæ scribit Felyn. in cap. suborta sub nu. 4. & 5. de sent. & re iud. sicut minus modo firmo distinctionem, quã tradit Ioan. de Amic. cons. 28. num. 11. dicens, quòd, si iudex, cognitione adhibita, procedit ad vlteriora, processus tenet, secus, si procedit, non adhibita causę cognitione, quia non tenet, etiamsi ab illo vlteriori processu non extiterit appellatũ: de his enim agemus fusè suis pro-
2 prijs locis lib. seqq. † Et, vbi iudex vellet oppositas exceptiones reseruare, is, qui eas opposuit, posset appellare, vt tradit Felyn. in cap. cum contingat nu. 18. de offic. deleg. & in dicto cap. suborta sub num. 5. quem refert, & sequitur Plot. inter cons. crim. di-
* uers. cons. 73. num. 42. lib. 2. & ita tradunt omnes, * teste Felyn. vbi supra, & faciunt quæ dixi supra ca. præcedenti. nu. 18. hocque tunc maximè arbitror verum, quando opponens exceptionem offerret secam in promptu probaturum, vt tradit Io. de Amic. cons. 48. num. 3. & 12.

3 † His præmissis, quęro quomodo iudex debeat interloqui? Respondeo distinguendo: Aut iudex tempore interloquẽdi iam scit quid à iure sit dispositum: Aut non scit. Si primo casu, dico, quòd debet proferre interlocutoriam congruentem negotio iuxta dispositionem iuris, quę sicut est varia iuxtã multiplicem speciem negotiorum, ita variæ sunt

inter-

interlocutoriæ, adeo vt earum tradi non possit aliqua certa regula. Si secundo casu, rursus distinguo: Aut negotium, super quo debet interloqui, est eius naturæ, vt ad vlteriora nequeat procedi, nisi sit ipsum prius definitum: exempli gratia: si obijciatur incompetentia iudicis, seu defectus mandati comparentis, vel quid simile. Item si exceptio, quę obijcitur, sit liquida, seu sit peremptoria, & tunc iudex nō potest vlterius ꝑcedere, nisi super his prius pronunciauerit, vt notant Felyn. in cap. cum contingat sub nu. 18. vers. credo quòd ista: de offic. & potest. iud. deleg. & in cap. ex parte num. 12. de testi. Affl. decis. 63. num 1. & Thom. Triuis. decis. 2. nu. 6. lib. 1. vbi declarat quando exceptio dicatur liquida vnde debet supersedere donec super tali emergenti cognouerit iuxta ea, quæ scripsimus supra cap. precedenti num. 17. aliàs processus redderetur nullus Abb. cons. 14. num. 3. quem sequitur Triuis. vbi supra. Aut negotium est eius naturæ, vt, suspensa cognitione illius vsque ad merita causę, possit vlterius procedi, vtputa si esset petitum, admitti, & recipi aliqua præparatoria, seu libellum, seu positiones, & articulos, seu instrumentum, seu aliquam exceptionē concernentem forsan merita causæ, & tunc iudex suspensiuè interloquendo dicit. *Admittimus si, & in quantum*, seu *si, & quatenus de iure fuerit illud admittendum*, seu *reseruamus cognitionem obiectæ exceptionis ad merita causæ*. Etenim exceptio, quæ altiorem requirit indaginem, reseruatur, ne retardet processus super negotio principali l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad S.C. Trebell. Bar. in l. nam & postea, in principio num. 2. ff. de iureiur. Abb. dicto cap. cum contingat. nu. 13. de offic. & potest Iud. deleg. & ibidem Fely. sub dicto num. 18. vers. secūdo fallit. Affl. decis. 52. num. 2. & Thom. Triuis. dicta decis. 2. num. 1. & sic disponunt statuta vrbis lib. 1. cap. 62.

4 † Quæro secundo quæ sit forma interloquendi? Respondeo: In vrbe, si petatur admitti libellum, ita seruatur. *Magnificus Dominus admisit si, & in quātum*, vel dicet: *admisit si & quatenus de iure fuerit admittendus*. In decreto verò admissionis positionum, & articulorum dicimus: *Admisit saluo iure impertinentium, & non admittendorum*. Et in examine testium quando aduersarius opponit non esse examinandos, quia sit lapsus terminus, vel quia sit publicatus processus. *mandauit poni ad partes*: seu, vt interloquuntur in Regno. *Mandauit examinari, & de eis haberi eam rationem, quæ de iure erit habenda*: verum in locis, & Terris status ecclesiastici, & similiter in Regno huiusmodi decreta scribuntur à Notarijs non aliter adhibitis, seu scriptis testibus: bene verum est, quòd in Regno iudex subscribit omnia decreta: At in vrbe Notarij in singulis decretis scribunt, *præsentibus N. & N. testibus consocijs, seu connotarijs*.

5 † Sed contra huiusmodi decretum: Admisit si, & in quantum: oppono multipliciter. Et primo, ꝙ hoc decretū caret iudicis subscriptione, quæ in sententijs adeo est necessaria, vt priusquam sit subscripta, non dicatur lata, fatalia non currant, & non faciat transitum in rem iudicatam. Etenim sententia à iudice oretenus lata, si ab eo non sit saltē subscripta, dicitur lata sine scriptis, & propterea nulliter l. 2. & 3. C. de sent. ex breu. recitan. vide Rot. diuers. decis. 705. per totam par. 3. lib. 3.

Secundo, quia caret testibus, &, quando consuetudo extat, vt testes apponantur in sententia, & nō apponuntur, sententia est nulla, vt refert, & sequitur Follet. in addit. ad Spec. Maran. par. 6. actu 10. num. 32. & licet Notarij in vrbe de stylo apponant testes, tamen in rei veritate non adhibentur, quia ij, quos vti præsentes scribunt, sunt præsentes in officio, sed non decreto, quod non audiunt vllo modo. Tertio, quia videtur importare conditionem, quæ in decretis nō est laudabilis, & iudicem videtur indicare iuris imperitum. Quarto, quia præ se fert incertitudinem, quæ inficit sententiam l. 3. & ibi Bar. Pau. de Castr. & Sal. C. de sent. quę sine certa quāt. profer. Neque dicas, hanc incertitudinem tolli per relationem ad dispositionē iuris, quæ est certa, quo casu sentētia dicitur certa quia paria sunt, quid esse certum per se, vel per relationem ad aliud l. 2. C. eod. & notant Felyn. in cap. cum contingat. nu. 12. de offic. & potest. iud. deleg. & Ioan. de Arnic. cons. vlt. num. 3. & faciunt quæ dixi supra cap. 48. sub nu. 7. ibi. Contrariam &c. & proinde sententia, quę se refert ad acta, dicit certa, & liquida, vt tradit Vant. tract. null. Rubr. de null. ex defec. process. num. 163. Et in specie, quòd id, quod potest certificari per relationem ad dispositionem iuris, dicatur certum, notat Bal. cons. 115. versus finem, lib. 1. & probatur ex eo, quòd statutum de compromittendis causis non habet locum quando controuersia causæ est in aliquo articulo iuris, quia in iure omnia sūt certa Bal. in l. ancillæ num. 2. C. de furt. Alex. cons. 62. col. 2. lib. 2. Maran. in suo Spec. par. 6. actu 2. nu. 29. limit. 13. & Crauet. cons. 323. sub num. 2. lib. 2. Hæc oppositio tollitur, negando, quòd in iure omnia sint certa, & clara: siquidem ob multiplices, quæ in dies emanant constitutiones, Bullæ motus proprij, & similia modo innouantes, & modo corrigentes ius cōmune videntur potiùs incerta, & dubia. Et quòd in iure dentur multi articuli probabiliter dubij, in quibus possit peti compromissum vigore statuti de compromittendis causis firmat Ias. in l. 1. & penul. ff. de transac. quem refert, & sequitur Maran. vbi supra, & quòd magnum dubium iuris æquiparatur dubio facti notatur in l. cum prolatis. ff. de re iudic. & aduertit Boss. tract. crim. tit. de Princip. & priuileg. eius nu. 333. præterea esto, quòd in iure omnia sint certa, & clara, tamen, cum iudex præsit ad executionem iuris, quis ibit inficias, turpe esse, vt ad illius dispositionem se confusè referat ad tradita per Aret. cons. 28. col. 2. & Crauet. cons. 162. num. 3. & 6. lib. 1. quos refert, & sequitur Vant. dicta Rubr. de nullit. ex defec. proces. sub nu. 96.? Contrarium tamen est verum: videlicet, quòd huiusmodi decretum est validum, eoque iudices etiam oculatissimi passim vtuntur. Non obstant adducta in contrariū. Et primum, quòd careat subscriptione, quia respōdetur, hoc decretum non esse sententiam diffinitiuam, seu habentem vim diffinitiuæ, in qua procedunt adducta in contrarium, vt in lib. 3. vberius, fauente

uente Deo, enarrabo, ſed eſſe ſententiam interlocutoriam, præſeruatiuam iurium ambarum partiũ, & propterea nullius præiudicij iuxta ea, quæ ſcripſi infra num.7. vnde non ſolum non eſt neceſſaria ſubſcriptio, ex quo ſententia interlocutoria poteſt proferri ſine ſcriptis, licet ſit in ſcriptis redigenda, vt de ea appareat in actis glo. in cap. quoniam contra. in verbo. interlocutiones. de probat. & de communi * opinione teſtatur Iaſ. in l. nec quicquam. ſub num.59. ff. de offic. proconſ. quem refert, & ſequitur Maran. in ſuo Spec. par. 6. in verbo. & demum fertur ſententia. ſub num. 12. Sed minus eſt neceſſaria citatio teſte eodem Iaſ. in dicta l. nec quicquã num.23. qui ita ex communi * doctorum ſententia eodẽ loci affirmat. Non obſtat ſecunda obiectio, ꝙ careat teſtibus, quia hoc ſimiliter habet locũ in definitiuis, vt aduertit Foller. in additio. ad Spec. Maran. par. 6. actu 10. nu. 32. & non in interlocutorijs, in quibus ſi non eſt neceſſaria citatio, à fortiori quãtò minus ſunt neceſſarij teſtes? Præterea: ſi eſt ſeruanda conſuetudo, & conſuetudo eſt, vt in huiuſmodi decretis teſtes non adhibeantur, ergo, retorquendo obiectionem, teſtes non ſunt neceſſarij.

Non obſtat tertia obiectio, quòd videatur importare conditionem, & iudicem indicare iuris imperitum, quia quoad conditionem reſpondeo, eſſe potius modum, vt dicit Lap. allegat. 87. Matthæus col. fin. quem refert, & ſequitur Vant. loco proxime citato, & quòd non ſit cõditio patet ex eo, quia adeſt certitudo per relationem ad id, quod eſt præſens, & certum. Et dato, quòd ſit conditio, tamen, cum non faciat incertam ſuſpenſionem, quia non reſpicit futurum, ſed præſens, non vitiat decretum, teſte Felyn. in capit. cum contingat nume. 11. & 13. de offic. & poteſt. iudic. deleg. & quoad iudicis imperitiam reſpondeo, eſſe impoſſibile, vt iudex poſſit ex tempore reſpondere de iure in ſingulis caſibus, quia eſſet omnium habere memoriam, quod eſt ſupra conditionem humanam iuxta ea, quæ habentur in l. tanta. §. ſi quid autẽ. C. de vet. iur. enucl. & ne lites, quæ ſunt breuiandæ, protrahantur in infinitum contra textum in l. properandum. C. de iudic. meritò, & laudabiliter nonnullorum emergẽtium definitio pro breuiori litis expeditione reſeruatur ad merita cauſæ, vt vberius docui infra nume. 7.

Minus obſtat quarta obiectio, quòd præſeferat incertitudinem, ex quo etiam in iure, ad quod habetur relatio, reperitur incertitudo, & dubitatio, quia reſpondeo, ſatis eſſe, quòd illa dubitatio poſ-
6 ſit declarari. † Vnde præceptum, in quo iudex decernit pœnam arbitrariam contra inobediẽtes, eſt validum, quamuis illa pœna ſit incerta, vt refert, & ſequitur Iaſ. in l. 1. num. 26. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. Item relatio Mandatarij quamuis ſit generalis, & videatur incerta, nihilominus, quia poteſt certificari ex relatione, dicitur valida, vt docui ſupra cap. 48. ſub num. 7.

7 † Et pro confirmatione, & validitate dicti decreti adduco rationem, quia iudex in dubio debet eligere viam, quæ vtrique parti eſt minus onerosa, & per quam vtrique parti conſulitur, Caſtren. in l. 1. num. 3. & ibidem Alex. num. 20. ff. ſi quis cautio. quos refert etiam, & ſequitur Gail. in pract. obſer. lib. 1. obſeru. 87. num. 10. idem tradit Neuiz. conſ. 56. nu. 9. Sed per hoc decretum vtrique parti conſulitur. Nam ſi libellus, ſeu quid aliud productũ apparuerit admittendum, cenſebitur admiſſum, ſicque erit conſultum producenti, ſi verò apparuerit non admittendum, cenſebitur reiectum, ſicque erit conſultum ei, contra quem fuit productum, vt de hoc ipſo decreto in admiſſione appellationis tradunt Fely. in dicto cap. cum contingat num. 13. Vital. tract. clauſul. in clauſula. Si & in quantum Petr. Beninben. in deciſ. Bononien. concl. 1. & Luc. Pæt. in pract. Capitol. lib. 5. cap. 2. nu. 9. Et in admiſſione interrogatoriorum latè Ioan. de Amic. conſ. 28. nu. 10. & in iuramento in ſupplementum &c. vide eun dem conſ. 72. num. 13.

De conteſtatione litis in ciuilibus, criminalibus, & hæreticalibus.

Cap. CIII.

SVMMARIVM.

1 *Litis conteſtatio quid ſit.*

2 *Litis conteſtatio, an ita inducatur per reſponſionem affirmatiuam, ſeu dubiam, ſicut per negatiuam, & quæ ſit practica Rei conuenti, & negantis ad effugiendam pœnam impoſitam à iure contra negãtes, & an dicta pœna habeat locum contra negantem ſine dolo, & ſine fraude, ſed ſolum ex iuſta cauſa, & quid ſi libellum contineret plura capita, quorum vnum eſſet falſum, & an habeat locum contra eum, qui negat petitum implicitum, & quid ſi fuiſſet petitum plus debito.*

3 *Litis conteſtatio, an inducatur, ſi reus non expreſſerit in reſponſione, ſe habere animum conteſtandi litem.*

4 *Et quid ſi reus proteſtatus fuerit, quòd non intendit per illam reſponſionem conteſtari litem.*

5 *Litis conteſtatio an inducatur, ſi reus, reſpondendo libello, partem negauerit, & partem ſit confeſſus, & actor fuerit abſens tempore reſponſionis.*

6 *Reus nolens conteſtari litem poteſt de iure cogi ad eã conteſtandam, & quomodo cogatur.*

7 *Iudex an poſſit ad inſtantiam actoris declarare litẽ conteſtatam in contumaciam Rei.*

8 *Litis conteſtatio quot, & quales producat effectus.*

9 *Litis conteſtatio, an ſit neceſſaria in cauſis criminalibus, & quomodo inducatur.*

10 *An ſit neceſſaria in cauſis hæreſis.*

11 *Litis conteſtatio in quibus cauſis non ſit neceſſaria.*

12 *Inſtantia quando incipiat currere in cauſis, in quibus conteſtatio litis non eſt neceſſaria.*

13 *Litis conteſtatio, quia eſt præciſè neceſſaria, ideo ſi deficiat, proceſſus redditur nullus. &c.*

Expe-

EXPEDITIS dilatorijs exceptionibus, deuenitur ad litis conteſtationem, ad quam nos hic videmur forſan nimis properaſſe. Siquidē tractatus exceptionum dilatoriarum eſt latiſſimus cāpus adeo, vt Spe. in tit. de appell. §. breuiter. verſ. Itē iuſta cauſa: relatus per Boer. ad finem ſuarum deciſionum in tract. de aucto. mag. cōſil. ſub num. 87. teſtetur in quadam decimarum angelicana cauſa, quæ tunc coram eo pēdebat, fuiſſe diſputatum vltra ſexaginta quatuor annos priuſquam deueniretur ad litis conteſtationem: verum nos ab vberiori tractatu multitudo rerum, de quibus agimus, excuſet.

1 † Litis conteſtatio eſt initium, & fundamentum iudicij: Spec. par. 2. in principio num. 2. & vnum de ipſius ſubſtantialibus, vt tradit Affl. deciſ. 283. nu. 3. Nilq́ue aliud eſt, quàm ſimul teſtatio, ſiue mentis declaratio volentiū litigare: Rot. deciſ. 6. aliàs 354. num. 2. de lit. cōteſt. in nou. hanc deſcriptionem vti Ethymologiam commendat Gail. in pract. obſeruat. lib. 1. obſeru. 73. num. 5. vel, vt deſcribunt Specul. dicta par. 2. de litis cōteſ. & Maran. in ſuo Spec. par. 6. memb. 10. ſub num. 3. eſt principalis negotij apud competentem iudicem facta narratio, & ad eam ſecuta reſponſio: verum iſtam deſcriptionem impugnat Foller. in additio. ad eum num. 4. motus per ea, quæ tradit Maria. in Rub. vt lit. non cōteſt. ego tamen pluribus non inſiſto.

2 † Quæro modo de nonnullis. Et primo: nūquid quælibet reſponſio tam negatiua, quàm affirmatiua, ſeu dubitatiua inducat litis conteſtationem? Reſpondeo, quòd ſic. Nam: aut negatio eſt ſimplex: aut qualificata. Si ſimplex: non eſt dubium, quòd inducit litis conteſtationem, etiam ſi quis negando diceret, quòd actor mentitur per gulam, vt tradunt Bal. in l. turpia num. 1. in fine. ff. de leg. 1. & Felyn. qui alios congerit in cap. 1. num. 22. de lit. conteſt. Si eſt qualificata, vtputa, quia negantur petita, prout petuntur, & narrata prout narrantur, ſaluis iuribus, & defenſionibus ſuis loco, & tempore producendis, & tunc ſimiliter inducit litis conteſtationē, vt docent Spec. vbi ſupra de litis conteſta. §. nunc dicamus num. 2. & Maran. in ſuo Spec. par. 6. mēb. 10. ſub num. 5. & hæc eſt communis practica conteſtandi litem, vt teſtatur etiam Maran. vbi ſupra: eſtq́ue admodum vtilis ad effugiendam pœnam impoſitam contra negantes, ſicut docent Bar. in l. ſi dubitetur. §. ita demum in fine, & ibidem Paul. de Caſtr. nu. 4. ff. de fideiuſſ. & mandat. & licet Felyn. in dicto cap. 1. num. 20. de litis conteſt. obijciat, & in cap. cæterum num. 19. limit. 3. de iudic. apertè ✱ firmet contrariam opinionem eſſe communem, ✱ videlicet, quòd adhuc non excuſetur à pœna negationis, tamen repræhenditur à Maran. vbi ſupra, & bene ſaltem inſpecta conſuetudine. Nota obiter circa pœnam impoſitam in l. fin. ff. de rei vendicat. & in l. contra negantem. C. ad l. Aquil. contra eos qui ſimpliciter negant, & poſtea cōuincuntur, quod non habet locum contra eum, qui negat ſine dolo, & ſine fraude, ſed motus ex aliqua iuſta cauſa: vide Felyn. in cap. cæterum num. 18. limitatione prima de iudic. vtputa, ſi eſſet hæres, qui ignoranter negaſſet, vt notat Vrſil. in annot. ad Affl. deciſ. 379. nu. 3. Item quòd minus habet locū quando libellus copulatiuè plura capita contineret, quia tunc pro vno falſo ibi contento poſſet totus negari, vt refert, & ſequitur Ioan. de Amic. conſ. 74. nu. 5. & ideo cautè cogeretur tunc reus ad ſingula ſigillatim reſpondere iuxta ea, quæ docet Spec. dicto §. nunc dicamus num. 2. & 3. Item quòd minus habet locum, quando petitum eſſet implicitum, & ſimiliter quādo eſſet petitum plus debito, quia reus, à quo petitur plus debito, habet iuſtam cauſam litigādi ſuper toto, niſi actor offerret ſe recepturum partem, ſicut annotat Vrſil. ad Affl. deciſ. 205. nu. 1. & 2. & hæc de litis conteſtatione, quæ fit per reſponſionem negatiuam. Reſponſio affirmatiua, vtputa, ſi reus conuentus fatetur petita, quòd inducat litis conteſtationē teſtantur Spec. dicto §. nunc dicamus num. 11. Maran. dicto memb. 10. ſub nu. ✱ 5. & eſt communis ✱ doctorum opinio, teſtibus Neuiz. conſ. 15. num. 17. & Felyn. in dicto cap. 1. num. 5. quam ſequere, & declara vnà cum ipſo eo loci. Et confirmatur ea ratione, quia ſuper confeſſione facta in iudicio fertur ſententia diffinitiua, vt notiſſimum eſt. Sed clari iuris eſt, quòd ſententia diffinitiua non poteſt ferri, niſi præceſſerit conteſtatio litis iuxta ea, quæ dixi ſupra cap. 97. num.... Igitur poſſibilitas ferendi diffinitiuam ſententiam arguit litis conteſtationem, niſi dicamus, quòd ſententia diffinitiua ſuper confeſſione poteſt ferri, quia in notorijs conteſtatio litis non eſt neceſſaria, ex quo in eis ordo eſt non ſeruare ordinem, vt teſtatur etiam Rot. deciſ. 5. aliàs 340. nu. 3. de litis conteſt. in nou. & faciunt quæ ſcribit Clar. lib. 5. recept. ſent. q. 45. verſ. & in primis. & quòd confeſſio inducat notorietatem iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 97. nume. 120. & hæc de conteſtatione litis, quæ fit per confeſſionem.

Reſpōſio dubitatiua, ſeu ambigua, vtputa ſi reus conuentus reſponderet, ſe credere narrata non eſſe vera, quòd inducat litis conteſtationē, vide Bal. in l. ſi debitor num. 2. ff. de petit. hæred. Felyn. in ca. 1. num. 21. ad quartam q. de lit. conteſt. & Maran. dicto memb. 10. ſub num. 5. qui alios congerunt. ſimiliter inducitur ſi quis diceret: *præſumo nō eſſe vera*, vel *ignoro*: quo verbo litē conteſtari ſolent procuratores, hȩredes, & ſimiles, qui habent iuſtā cauſam ignorantiæ, vt notat Maran. dicto memb. 10. num. 7. vide ad hæc, quæ ſcribit Spec. de litis conteſt. §. nunc videndum num. 20. 21. & 22. par. 2.

3 † Quæro ſecundo: nunquid per ſupradictas reſponſiones ſit inducta conteſtatio litis, quāuis reus non expreſſerit, ſe habere animū cōteſtandi eam? Reſpondeo: Aut ſupponimus eſſe porrectum libellum perfectum: Aut imperfectū, ſeu nullo modo. Si libellum perfectum: dico, litis conteſtationē eſſe inductam, & hoc non patitur difficultatem per ea, quæ tenuit Rot. deciſ. 2. aliàs 12. de litis conteſtat. in nou. Si imperfectum, vtputa, quia in eo contineatur ſola

tur ſola narratio ſine petitione, & concluſione, & tunc denuo diſtinguo: Aut agitur coram Principe: Aut coram Iudice: ſi coram Principe, dico, quòd ſola narratio ſufficeret, vt ex Doctoribus in ca.vnico: de lit.cõteſt.refert, & ſequitur Additio ad Rot. dicta deciſ.2.in verbo libello. Si coram Iudice: dico, quòd nõ eſſet inducta:& hoc multò magis procedit quãdo libellus nullatenus eſſet porrectus, quo caſu confeſſio non induceret litis conteſtationem, teſte Spec.in tit.de lit. conteſt.§. nunc dicamus nu. 11.par.2.

4 † Quæro tertio: nunquid lis ſit conteſtata, ſi reus in prędictis reſponſionibus non ſolum non expreſſerit, ſe habere animum conteſtandi litem, ſed pro teſtationem addiderit, quòd per illam reſponſionẽ non intendit litem conteſtari? Reſpõdeo: Rota deciſ.2.aliàs 12. de litis cõteſt.in nou.tenet, huiuſmodi proteſtationem nõ impedire litis conteſtationẽ, & in eandem ſententiam videtur ire Gail.in pract. obſeru.lib.1.obſeru.73, num.6.& 7. Additio verò ad Rot. vbi ſupra in verbo. proteſtatio: ſe multum inuoluit, dum prius tradit conteſtationẽ litis induci, ſi iudex, & aduerſarius diſſentiant proteſtationi, & poſtea dum ait, quòd, cum litis conteſtatio dependeat ab animo Rei, conteſtatio litis non inducitur, quamuis iudex, & aduerſarius non conſentiãt proteſtationi. Hanc quæſtionem examinat Spec. tit. de lit.conteſt.§.nunc dicamus nu.13.& 14.par.2.& poſt relatas hinc inde rationes videt̃ reſidere vnà cum Io.in hac diſtinctione: Aut iudex admiſit proteſtationem, ſeu ſaltem non reprobauit: Aut reprobauit: Si admiſit: lis non dicitur conteſtata. Si reprobauit: dicitur conteſtata: Maran. verò in ſuo Spec.par.6.memb.10.num.9.diſtinguendo concludit, hanc eſſe communem * opinionem, vt dicatur conteſtata, ſi iudex iuſſerit, litem conteſtari, ſecus, ſi non iuſſerit, quæ ſanè diſtinctio mihi ſatis placet, & non deuiat à diſtinctione, quam ſuperius retulimus ex Spec.

5 † Quęro quarto: nunquid inducatur conteſtatio litis, ſi, dato libello per actorem, reus reſponderit, partem confitendo, & partem negando, & actor tempore reſponſionis fuerit abſens, ſeu tacuerit? Reſpondeo: videtur prima facie dicendum, quòd non ſit inducta, quia actoris petitio, & Rei reſponſio debeant ſimul, & eodem tempore, vtroque prę ſente, concurrere iuxta deſcriptionem, quam retulimus ſupra numer. 1.& ita firmat Maran. dicto memb.10.nu.8. Sed tu vnà cum Rota deciſ.6.aliàs 354.de litis conteſt. in nou. teneas contrarium, videlicet, quòd ſit ĩducta, & de ratione vide Rot. vbi ſupra. Et quòd iſta opinio ſeruetur in practica, vide Clar.lib.5.recept.ſent.q.45.verſ. & in primis.

6 † Quæro quinto: nunquid Reus, nolens litẽ conteſtari, poſſit cogi ad eam conteſtandam? Reſpondeo, quòd ſic, glo.in auth.qui ſemel C.quomod. & quan.iud. Affl.deciſ.283.ſub nu.3.& Maran.in ſuo Spec.par.6.memb.10.num.9.vbi teſtatur hanc eſſe communem * concluſionem, quæ eſt fundata in eo, quòd litis conteſtatio eſt actus iudiciarius, vt dixi infra num. 13.& iudicium redditur in inuitum l. inter ſtipulantem.§.1.ff.de verb. oblig. Hæc tamen coactio, ſeu compulſio ad conteſtandam litem fiet per captionem perſonæ, vel pignoris, ſeu per miſſionem in poſſeſſionem, vt tradunt glo. & Affl. vbi ſupra, & Maran.qui alios allegat dicto nu.9.& Foller.in addit.ad eum, & licet ipſe Maran. dicat poſſe præciſè cogi ad conteſtandam litem, tamen non eſt verum, teſte glo. loco citato.

7 † Quæro ſexto: nunquid iudex poſſit ad inſtantiã actoris declarare litem conteſtatam in contumaciam Rei, nolentis eam conteſtari? Reſpondeo: Aut loquimur de iure: aut de cõſuetudine, & ſecũdum generalem formam ſtatutorum. Si de iure: dico, quòd non, quia poſſet iudex hac via quemlibet abſentem diffinitiuè condemnare, quod eſt falſum per ea, quæ ſcripſi ſupra cap. 97. num. 6.& 8.& in alijs locis, & fruſtra fuiſſent inuenta prædicta remedia, videlicet miſſio in poſſeſſionem bonorum, & alia, de quibus dixi ſupra num. præcedenti. Adde ad hæc Foller.in addit.ad Maran. dicto memb. 10.num.11.& 12. Si de conſuetudine, ſecũdum generalem formam ſtatutorum, tunc, quia contumax habetur pro confeſſo, vt latè ſcripſi ſupra dicto ca. 97.num.24. ideo ſuccedent ea, quæ dixi ſupra ſub nu.2.ibi.reſponſio affirmatiua &c. Et in vrbe ceſſat iſta difficultas, quia ſtatutum lib.1.cap.59.diſponit, quòd, reo citato ad conteſtandũ litem, aliàs videndum pronũciari litem haberi pro conteſtata, lis habeatur in eius contumaciam pro conteſtata, etiam ſine alia iudicis interlocutoria.

8 † Quæro ſeptimo: quot, & quales effectus producat litis conteſtatio? Reſpondeo plures. Nã primo præcludit viam exceptionibus dilatorijs, vt dixi ſupra cap.101.nu.2. Secundo cõſtituit aduerſariũ in mala fide quoad fructus: tertio ꝑpetuat actionem perſonalem: quarto interrumpit pręſcriptionem: quarto operatur, vt tutor, & ſimiliter procurator, qui non habet expreſſam poteſtatem ſubſtituendi poſſint ſubſtituere, vt dixi ſupra dicto c.101. ſub num.40. quinto obligat actorem inſtantiæ, vt ab ea recedere non valeat, quia in actu litis conteſtationis celebratur quidam quaſi cõtractus. Spec. tit.de lit.conteſt.§.effectus autem. in fine.par.2.& Andr.Gail.in pract. obſeru. lib.1.obſeru.74.num. 5.& 7. Sexto operatur, vt procurator non poſſit reuocari ſine iuſta cauſa iuxta ea, quæ firmaui ſupra dicto cap.101.ſub num.42. limit. 2. Septimo operatur, vt libellus mutari non poſſit: vide Gail. dicta obſeru.74.num.4.& 8.vbi num.9. ampliat hoc eſſe verum etiamſi accederet conſenſus Rei, vel operatur ſaltem, vt non poſſit mutari ſine expenſarum refectione, vt tradunt Bar.& Dec.in l.edita nu.93. & 94.C.de eden.& Luc.Pæt. in pract.Capitol. lib. 2.cap.2.nu.15. Octauo operatur, vt poſſit deueniri ad ſententiam diffinitiuam. Nam cũ ante litis conteſtationem cauſa principalis non dicatur deducta in iudicium, meritò iudex non poteſt ſuper ea pronunciare, ad tradita per Gail.dicta obſeru.74.num. 14.& obſeru.75.num.4.& faciunt quæ dixi ſupra cap. . . num. . . Nono operatur, vt reconuentio non ambulet pari paſſu cum conuentione: vide Maran.in ſuo Spec.par.4. diſt.6.nu.5.& ibi Foller. in addit.ad eum num.6. Decimo operatur, vt poſſint

ſint opponi exceptiones perẽptoriæ, vt tradit Gail. dicta obſeru.74. num.13. Vndecimo operatur, vt probationes valide recipiantur, & fidem faciant: Spec.dicto §.effectus autem, ſub num.2. ad quem circa prædictos effectus vos remitto.

9 †Quæro octauo, nunquid conteſtatio litis ſit neceſſaria in cauſis criminalibus? Reſpondeo: Aut loquimur de iure: Aut de conſuetudine, & ſecundum particulares conſtitutiones. Si de iure: dicerem, eſſe neceſſariam: maximè quando proceditur ad inſtantiam partis per ea, quę refert Clar.lib.5.recept. ſent.q.45.verſ.& in primis. Si de conſuetudine, & ſecundum particulares conſtitutiones: dico nõ eſſe neceſſariã, ſiue procedatur ex officio, ſiue ad inſtantiam partis: quia, vt diximus ſupra cap.51.nu. 30.in criminalibus hodie proceditur ſummariè:&, vbi proceditur ſummariè, litis conteſtatio non eſt neceſſaria, iuxta ea, quæ dixi infra num.11.Item, quia vel reus eſt præſens, vel abſens, ſi præſens, tunc reſponſio, quam facit interrogatus ſuper delicto, ſortitur effectum conteſtationis litis ſecũdum practicam, quam refert, & ſequit̃ Clar. vbi ſupra, & ſeruatur in toto ſtatu Eccleſiaſtico: ſi abſens, tũc habetur pro confeſſo, & ſuccedũnt ea, quę dixi ſupra ſub num.2.ibi.Niſi dicamus &c.

10 †Quæro nono: nunquid ſit neceſſaria in cauſis violatę religionis. Reſpondeo quòd non, quia in his proceditur ſummariè, vt dixi ſupra cap.52.nu. 2. Vnde ſuccedũt ea, quę dixi infra in ſequenti quęſito. Et in ſpecie ita teſtatur Simãc. de Cath. Inſtit. tit.64.num.20.

11 † Quæro decimo, qui alij ſint caſus, in quibus conteſtatio litis non eſt neceſſaria? Reſpondeo: omnes caſus, in quibus proceditur ſummariè, quia in his conteſtatio litis non eſt neceſſaria: vide Card.in Clem.ſæpe, in 4.oppoſitione. de verb.ſign. Rot.deciſ.3.aliàs 54.de lit.conteſt.in nou.& Maran. in ſuo Spec.par.6.memb.10.num.1. in fine, & num.2. & ratio rationis eſt, quia conteſtatio litis eſt ſolemnitas iuris poſitiui, & ſolemnitates iuris poſitiui poſſunt omitti in ſummarijs: Itẽ omnes caſus, qui diſcutiuntur coram Principe per ea, quæ tradit Gail. in practic.obſeruat.libro 1.obſerua.75. num.5. 10. & 11.

Item omnes caſus, in quibus non requiritur libellus, vt refert, & ſequitur idem Gail. eodem lib. 1. obſeru. 76. nu. 4. Item omnes cauſæ appellationum, quia ſatis eſt litem conteſtatam fuiſſe coram primo iudice, vt tradit Rot. deciſ.7.aliàs 467. de litis conteſt.in nou.

12 † Quæro vndecimo, quando incipiat currere inſtantia in prædictis cauſis, in quibus non fit conteſtatio litis? Reſpondeo, quando fit actus, qui immediatè ſequitur poſt conteſtationem litis in cauſis, in quibus litis conteſtatio eſt neceſſaria, ſeu quando iudex incipit cognoſcere de meritis cauſæ. Bar. & Bal.in l.nihil arbitramur.C. de procur. Rom. conſ. 164. Iaſ. in l. properandum. num. 7. C. de iudic.& Maran.dicto memb.10.num.2. vbi alios congerit, ſeu incipit à tempore contradictionis, vt refert, & ſequitur Paul.de Caſtr.in dicta l.properandum nu. 6.C.de iudic.

13 † Quæro duodecimo, & vltimo: nunquid conteſtatio litis in caſibus, in quibus requiritur, ſit præcisè neceſſaria ita vt, ea omiſſa, proceſſus reddatur nullus? Reſpondeo, quòd ſic, teſtibus Ioan. de Amic.conſ.137.nu.9. & Maſcard.in tract. de probat.concl.33.num.16. qui alios congerunt, & ratio eſt, quia eſt vnum de ſubſtantialibus iudicij, vt dixi ſupra num.1.Vnde vocatur lapis angularis iudicij ſecundum Bal.in ca.1.col.1. de litis conteſt. quẽ referunt, & ſequuntur Maran.dicto memb.10. nu. 1.& Ioan.de Amic conſ.72.num.6. & alios congerit Maſcar.dicta concl.33.num. 17. quo lapide deficiente, cætera corruunt, vt tradit Vant.tract.nullit.Rubr.de nullit.ex defec. proceſſ.nu. 28. Et adeo eſt neceſſaria, vt nec partium conſenſu, nec iudicis auctoritate remitti poſſit. Rot. deciſ.4. aliàs 88. de litis conteſt.in nou.Affl.deciſ.191. num.8. & Gail. in pract.obſeruat.lib.1.obſeru.75.num.1.

Deo Laudem, & gratias.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh

Omnes ſunt Quaterniones, præter Hh, qui ſunt Qnterniones.



VENETIIS,

Apud Io. Baptiſtam, & Io. Bernardum Seſsam, fratres.

MDXCVI.

E R R A T A.

Primus numerus denotat folium; ſecundus numerum præterquàm vbi aliter eſt ſcriptum; tertius denotat lineam; Prima verba ſunt errata; & ſecunda ſunt correctiones.

	fol.	nu. ſeu colum.	linea	ERRATA	CORRECTIONES.
	1	2	2	e..antur	tenatur
	1	3	2	prætor	cum prætor
	1	5	6	ſequenti	hæredis.fi.fam.hærciſc.
	1	6	2	11	12
	3	22	15	actionibus	actibus
	3	10	10	.egundum	regundorum
	3	11	10	formatur	formatum
	3	22	30	diffinitionem	defenſionem
	6	4	5	402	401.
Cap.10.	7	5	1	naturæ	maturè
	9	23	28	comment.	commiſſ.
	12	63	12	clementina primę ff.	clementinæ primæ
	12	73	6	Viltaid.	Vilta'ob.
	17	6	antepe.	præceſſiſſet	præceſſerit
	17	13	13	Birrus alius	Birruarius
	1.	15	8	35	37.
	18	22	20	tit.2.	tit.3.
	19	25	11	Doctorem	Rectorem
	19	34	12	.61.	.67.
	21	56	11	.7.	.6.
	22	71	1	appoſita	oppoſita
	22	74	1	apponatur	opponatur
	22	78	11	72.	62.
	22	78	13	actus	accuſ.
	23	86	11	aut impoſita	aut eſt impoſita
	28	3	3	de co	eo
	29	14	5	cumulatiuam	priuatiuam
	29	19	1	&	ci
	31			Cap.XXXIIII.	Cap.XXIIII.
	31	2	20	eg.1.&	leg.1.1.&
	31	9	8	7.	.6.
	31	9	penult.	4	2.
	33	4	vltima	conſ.ſub.	conſ.5.ſub.
	35	14	1	tertiam	tertium
	35	20	38	& quando	& hæc quando
	36	22	4	renuntiatione	nuntiatione
	36	col.3.	17	Gail al.	Gail.
	38	4	7	gratum &	gratum de offic.deleg.&
	40	20	6	quartam & vltimā	quartum & vltimum
	40	21	4	2.	.3.
	40	23	15	Aſinium	Aſinius
	42	col.1.	2	locumtenentem	locumtenente
	42	7	13	149	148
	44	17	25	proteſt.	poteſt.
	44	col.2.	32	quod ſi	ſi.
	44	18	27	artic.2.	artic.3.
	45	23	19	35.	25.
	45	36	1	274	264
	46	42	6	& tradit	vt tradit
	45	3	9	accuſ. non poſſ.	accuſ.poſſ.
	48	col.2.	36	2.3.	2.vol.3.
	49	6	31	242	241.
	50	col.2.	2	tur	tu
	51	4	7	ignorantur	ignorarentur
	53	6	11	nunc	unc
	54	8	40	19.	39
	55	col.1.	35	986	989
	55	col.2	47	19	39
	55	col.2.	58	19	39
	55	10	1	iudice commiſſi	iudice loci commiſſi
	59	2	7	33	73.
	61	14	19	abſolutum	abſolutam
	63	13	60	37	27
	64	17	3	iu e ſtatutum	iu.e ex priuilegio ſtatutū
	65	28	9	eſiſtentiæ	adde, & perſonæ eā facietis
	67	32	29	crim.ſub.	crim.12.ſub.
	68	7	9	23	13.
	71	3	44	quo,	quo,quo
	71	5	penult.	& in	& Gail.in
	71	11	29	poſt	per.
	73	31	antepe.	dandum	dandam
	73	33	13	Cauſidici	deleatur.
	75	7	penulti.	30	3.

	fol.	nu. ſeu colum.	linea	ERRATA	CORRECTIONES
	75	col.4.	2	92	12
	76	col.1.	6	amatos	armatos
	76	col.3.	17	poſſet deficere	poſſet enim deficere
	77	col.1.	7	applicando	applicanda
	77	25	23	repetitum	petitum
	79	39	16	4.	40
	81	4	16	loci	loci loci
	82	10	3	ſcriptum	ſcriptura
	84	col.2.	41	præſentia	partis præſentia
	85	33	25	inuocamus	innotamus
	90	4	10	21	11
	90	4	11	29	24
	92	16	16	Amic.	Amic.vbi ſupra &
	92	18	11	& quando	quando
	93	col.2.	26	qua	quò
	93	5	14	3	31.
	94	12	32	& Deuter.19.	deleatur.
	96	10	22	1	3.
	98	6	24	3	5
	104	col.3.	7	inſtrumenti	iuramenti
	104	23	19	debent	debere
	104	23	penult.	25	21.
	106	27	21	93	95.
	106	28	12	credita	creditor
	106	col.3.	20	2	12
	109	col.2.	29	Neapoli	Neapolis
	110	17	7	Cart.	Curt.
	113	19	3	Referendarij	Deferendarij
	115	4	15	Reſpondeo ꝙ non	deleatur.
	117	10	5	præcipuus	præcipimus
	117	11	3	primo	proprio
	125	col.1.	29	lib.1.	lib.2.
	127	3	3	12	18
Cap.74.	127	3	1	aperiat	aperiant
	132	4	6	enim delictum	enim reus fatetur delictum
	136	1	17	9.	8.
	136	3	9	lib.1.	lib.5.
	140	6	34	6	1.
	144	col.4.	53	Si nam	nam
	145	25	23	Boer.	Ber.
	146	col.4.	38	metu	motu
	146	col.4.	penult.	Gard.diſſentit	Gand.non diſſentit
	147	37	21	conſ.	cōſ.204.nu.18.& Crau.cōſ.
	150	col.2.	6	omnibus	amnibus
	151	7	33	attende	extende
	156	48	18	9	7.
	157	col.3.	5	vti	vbi
	158	col.2.	11	vt	vbi
	158	55	penult.	quod non	quòd
	159	57	27	actu	artic.
	168	22	7	publ.Bal.	publ.iud.Bal.
	173	32	39	milliare	milliarium
	176	1	44	qua	quæ
	197	col.4.	48	de appellando	de non appellando.
	203	88	7	97	98.
	208	110	4	74	78
	211	col.1.	57	verſatum	vexatum
	213	col.3.	36	mera	vera
	219	col.3.	penult.	Venetijs	Venetiarum
	222	col.3.	vltima	ſit	ſi.
	225	col.2.	34	reuelat	releuat
	225	184	13	reuelat.Minor	releuat. Maior
	228	202	23	receſſiſſe	reieciſſe
	231	11	26	illatam	allatam
	232	21	14	lib.cap.	lib.1.cap.
	234	col.4.	7	conſ.46.	conſ.47.
	242	22	7	dico	duo
	242	col.2.	14	accuſatorio	accuſatorio
	243	col.3.	1	quia	deleatur.
	244	col.3.	1	non	num
	246	53	16	hinc quòd	hinc eſt quòd
	246	57	33	Ioanni Baptiſtæ	Ioanne Baptiſta
	247	col.2.	29	5.	2.

SCACCIA
DE
Judiciis
Tom. 1.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm